







H. 377/7









# GALLIA

CHRISTIANA,

IN PROVINCIAS ECCLESIASTICAS

DISTRIBUTA;

*IN QUA SERIES ET HISTORIA*

ARCHIEPISCOPORUM,

EPISCOPORUM

ET ABBATUM

REGIONUM OMNIUM QUAS VETUS GALLIA  
complectebatur, ab origine Ecclesiarum ad nostra tempora deducitur,  
& probatur ex authenticis Instrumentis ad calcem appofitis.

*Opera & studio Monachorum Congregationis S. Mauri  
Ordinis S. Benedicti.*

TOMUS SEPTIMUS:

*In quo de Archiepiscopatu Parisiensi.*

*Bibliotheca Cysoniensis A. 1763*



PARISIIS,  
EX TYPOGRAPHIA REGIA.

M. DCCXLIV.







GALLIÆ CHRISTIANÆ  
**DIOECESIS**  
**PARISIENSIS**

*Descripta a J.B. Nolii.*

Scala Leucarum

*Leuca Majores Gallicæ.*

*Leuca Communes.*


*Leuca Minores.*

Orcedens.

PARS DIOECESIS CARNOTENSIS

<i>Notæ sequentes designant dignitates Ecclesiasticas.</i>	<i>Litteræ sequentes designant varia nomina ordinum &amp;c</i>
• Sedem Archiepiscopalem.	O. S. B. Ordinem S. Benedicti.
• Sedem Episcopalem.	O. Cist. Ordinem Cisterciensem.
• Abbas virorum.	O. S. A. Ordinem S. Augustini.
• Abbas mulierum.	O. Prom. Ordinem Præmonstratensem.
• Abbas non amplius extiterit.	O. Cl. Ordinem Claustrarum.
• Abbas Seculares.	Fl. Flavium.
• Priores.	R. Rivum.










# GALLIA CHRISTIANA

## IN PROVINCIAS DISTRIBUTA.



### PROVINCIA PARISIENSIS, CUJUS METROPOLIS PARISII.

**P**ARISII, Europæ illustrissima urbs, Galliarum primaria, regni caput, multitudine ædificiorum, pontium, palatiorum, ecclesiarum stupenda, numero civium mire populosa; auro, argento, metallis, opibus, suppellectile omnis generis abundans; aëre, fontibus, fluvio saluberrima; frugibus, vineis, pascuis, frumentis feracissima; carnibus, autibus, piscibus ex omni Gallia confluentibus ad satietatem omnium copiosissima; hortis, palatiis, templis speciosissima, artibus cultissima, litteris florentissima; regis & principum sedes; omnium ordinum, ecclesie, militiæ, togæ domicilium; academiis, senatu & archiepiscopali fede augustissima; denique omnium Gallorum delicia, externorum miraculum, mundi quoque dici potest compendium; cum in eam quasi in centrum confluant omnia quæ ad artes, militiam, litteras & religionem colendas, fovendas, perficiendas atinent, solaque complectatur quæcumque usquam gentium urbes clarissimas exornant: unde non est demirandum quod eam tot laudibus tam multi scriptores celebraverint. Nam fertilis solo, regum divitiæ, emporium populorum dicitur ab Adrevaldo, nobilis Galliarum civitas & sedes regia a S. Bernardo, maxima totiusque regni metropolis a Sugerio; de cuius encomio sic Guillelmus Brito Philippidos libro 1.

*Urbibus urbs speciosa magis, bona cujus ad unguem  
Commendare mihi sensus brevitate negatur.  
Quæ caput est regni, quæ grandia germina regum  
Educat, & doctrix existit totius orbis.  
Cui, quamvis verè toto præluceat orbi  
Nullus in orbe locus, quoniam tunc temporis illam  
Reddebat palus & terræ pinguedo lutosam,  
Aptum Parisi posuere Lutecia nomen.*

Sed omnium optime & elegantissime Parisiorum laudes complexus est Johannes Hautivillensis, vulgo dictus Archithrenicus, qui vixit circa annum 1170.

*Exoritur tandem locus, altera regia Phæbi  
Parifus, Cirrhæa viris, Chrysea metallis,  
Græca libris, Indæ studiis, Romana Poëtis,  
Attica Philosphis, mundi rosa, balsamus orbis,*

Tomus VII.

A

*Sidonis ornatu, sua mensis & sua potu,  
 Dives agris, secunda mero, mansucta colonis,  
 Messis ferax, inoperta rubis, nemorosa racemis,  
 Plena feris, fortis domino, pia regibus, aura  
 Dulcis, amana situ, bona cullibet, omne venustum,  
 Omne bonum, si sola bonis fortuna faveret.*

Ante Johannem Abbo monachus S. Germani Pratenfis obfidionem urbis a Normannis, cujus ipse spectator fuit, describens ad annum 886. de ipsa urbe sic habet:

*Nam medio Sequana recubans, culti quoque regni  
 Francigenum temet statuis, præcelsa, canendo  
 Sum polis, ut regina micans omnes super urbes.  
 Quæ statione nites cunctis venerabiliori.  
 Quisque cupiscit opes Francorum, te veneratur.  
 Insula te gaudet, fluvius sua fert tibi gyro  
 Brachia complexo muros mukentia circum.  
 Dextra tui pontes habitans teutoria lympha  
 Lævoque claudentes.*

Primus omnium, quorum opera nunc supersunt, auctorum meminit Lutecia Parisiorum Julius Cæsar in libro vi. qui concilium Gallia Luteciam Parisiorum transfussisse se scribit, & in libro vii. ubi ait id esse oppidum Parisiorum positum in insula fluminis Sequanae. Lutecia meminertunt & Strabo libro iv. Dio in libro xl. Ptolemæus, Julianus Augustus in Misopogone, Itinercarium Æthici, Ammianus Marcellinus libro xv. Zozimus libro iii. Michaël Syncellus, Vibius Sequester, Affer Menevensis, &c. Luteciam a luti factore nomine antiquo dictam esse civitatem Parisiorum, quoniam eam palus & soli pinguedo lutosam reddebat, Rigordus & Guillelmus Armoricus in gestis Philippi augusti, Johannes Parisiensis in memoriali historiarum, alique tradidere: primitus enim civitas insula continebatur, ideoque aquis & luto obnoxia erat, quia in tantum erat depresso, quantum nunc pavementum ecclesie S. Dionysii de Carcere, quod viginti gradibus est inferius area platearum publicarum: alii Leucoteciam dixerunt juxta Græcos, qui *λευκότερον* albedinem dicunt, quod incolæ ejus ob æris clementiam sint albicanti colore decori. Nomen quoque Parisiorum fuisse fabulantur a Paride Trojano, qui civitatem hanc ædificare cepit, vel ab Iliæ, urbe totius Græciæ media, quasi pares Iliæ, vel a templo Iſidis, quasi *Ἰσίδος ἱερόν*, aut a Græco nomine *παρίσιος*, quod interpretatum sonat audacia. Verum interpretationem nominis gentis Gallicæ non apud Trojanos, nec in Græcia, nec usquam alibi quam in Gallia queri convenit. Lutecia enim nomen est Celticum, seu Gallicum a Celtis, vel Gallis urbi Gallicæ impostum, ut Parisii nomen est Celticum gentis Celticæ, utrumque significatiouis incertæ, ac nobis incognitæ. In Celticis autem vocabulis etymologiam Græcam aut Latinam querere absurdum est. Tantum affirmare possumus non magis Luteciam a luto vel albedine, quam Parisios a Paride filio Priami, vel a fiducia & loquendi libertate deduci oportere. Non leve tamen antiqæ originis argumentum est quod incerta sit.

Sita est urbs in Gallia tractu quem Parisium vulgo *le Paris* vocant, ad fluvium Sequanam, cui Matrona comixta. Parvam insulam fluminis Sequanae primum occupavi, quadraginta circiter jugera continentem, si mensuris Massonæque creditur. Lutecia Parisiorum tota hac in insula posita erat, & utrimque ligno ponte adibat. Hæc vetus civitas Parisiorum exstitit, gentis sedes primaria, unde hodieque cum incrementa Lutecia trans eisque Sequanam variis nominibus appellentur, hæc insula in medio posita nomen *civitatis* retinet, quo nomine vulgus in plerisque Franciæ provinciis urbem episcopatus sedem designare consuevit. Et certe ibi quondam sicut & nunc major ecclesia, ibi antistitis cathedra jam inde a Marcello, sicut hodieque cernitur, certissimum argumentum primatus ac dignitatis loci: ibi palatium regum nostrorum jam inde ab Hugone Hugonis magni filio, nunc judicum consistorium clarissimum nobilissimumque, a quo & insula Palatii nuncupatur. Postea Lutecia nomen gentis, cujus caput erat, accepit, ita ut Parisii dici ceperit, sicuti modo dicitur.

Veteres notitiæ provinciarum Gallia in provinciâ Lugdunensi iv. quæ & Senonia a metropoli dicitur, sextam ac penultimam ponunt civitatem Parisiorum, quam Robertus monachus S. Mariani ante annos 450. in Senonensi provinciâ tertiam collocavit honoris causa, post civitates Senonum atque Carnutum. Gervasius Tiffenbergiensis & duæ notitiæ episcopatum Gallia, altera circa annum 1285, altera paulo post annum 1322. scriptæ, urbem Parisiorum a metropoli sua proximam faciunt, ideo fortasse quod caput regni Franciæ sedesque regum esset, & inter septem episcopatus Senonensi archiepiscopo subjectos primum ac nobilissimum Parisiensem ponunt, mutato veteri ordine civitatum Senoniæ. Unde asserit Jacobus du Breuil episcopus Parisiensem, etiam antequam fieret metropoli, coepiscopos etiam antiquiores consecratione præcessisse.

Parva quidem tempore Cæsaris erat adhuc Lutecia, clausa nempe insula majore, unde a Juliano



& ab Ammiano Marcellino castellum vocatur: temporis autem progressu in maximam excrevit amplitudinem, & quotidie ita adhuc augetur, ut optimo jure a quibusdam non urbs, sed orbis dicatur. A septentrione enim extra insulam vicinæ erant paludes & silvæ, in quibus nunc edificata est urbs. A meridie affurgebat paulatim clivus, ubi nunc via S. Jacobi, vineis hortisque conditus; in quibus nunc Universitas. Unde tres in partes dividitur, quarum antiquior Civitas insula terminatur, major ad ripam Sequanæ dextram sita, ad ortum & septentrionem vergens Urbs nuncupatur, in qua palatium regium & magnatum domus; & minor ad sinistram fluvii versus meridiem loco altiore, & qui per colliculos suos nonnulli affurgit, Universitas vocatur, in qua academia & collegia. Media insula, quam civitatem nuncupant, fluvio undique cincta, quatuor parvulis insulis superioribus ordine & in linea sitis tanquam obicibus contra viam fluminis prius defendebatur, primaque ante ceteras habitata est. Urbs speciem præbet luncæ, hinc Sequana, illinc mænis, vallis, fossisque in hemicycli figuram circumdata. Universitas quandam galeri speciem exhibere videtur, quo caput tantæ urbis tegatur quasi & ornatur.

Præter aliquot quæ Romani condidere inibi opera, multum augeri capit cum Clodoveo regni sedem elegerit Luteciam, caputque instituisset, cujus exemplum secutus omnibus per annos 180 regibus, non contentendis appendicibus crevit Lutecia, & exspatiantia extra insulam tecta, egregiæque basilicæ imprimis SS. Apostolorum, S. Vincentii, S. Laurentii, & S. Juliani martyris trans flumen, ac S. Pauli cis Sequanam alterius urbis instar addiderunt. Regnante Caroli progenie, per bella civilia assidueque Normannorum insultationes sede vix stetit sua. At Hugonis posteri regiam vere ornare suam, quam ex simplice triplicem fecerunt ultra citraque Sequanam non solum prolatis pomeriis, & adjunctis insule ex utraque fluminis parte duabus, ut vere dicam, amplissimis urbibus, quibus urbs Parisiorum nomen dare licet, non amplius Luteciæ. Philippus augustus anno 1190. urbem fossis, muris, portis munierat. Ad alteram quoque Sequanæ partem Universitati anno 1211. curavit murum, fossas, & aggeres circumdandi a porta S. Bernardi juxta Sequanam, ad portas SS. Victoris, Marcelli, Jacobi, Michaëlis, Germani, de Buciaci, de Nigella prope fluvium versus occidentem, sed pauca ex portis jam permanent, urbe ulterius extensa: præcedente enim tempore, juxta quamlibet portam suburbia ejusdem nominis rursus excreverunt in tantum, ut nunc S. Germani suburbium amplissimam civitatem adæquet.

Primum ergo aucta sub Clodoveo, cincta muris sub Philippo augusto, ornata pontibus, foris publicis, foribus, palatiis sub Henrico IV. ad apicem suæ dignitatis & ornamenti sub Ludovico XIII. ad præfectum unguem a Ludovico XIV. castigata est, qui, ne mole rueret sua, infinitam urbem finibus circumscriptis. Tota urbs in regiones sexdecim dividitur. Undecim pontibus conjunguntur insula Civitatis, Urbs, & Universitas: ex his unus tantum ligneus, ceteri lapidei ingenti pretio & sumptu constructi, quos inter præsertim eminent novus dictus & regius. Præcipua ædificia habet Luparam domum regiam a Philippo augusto conditam, amplificatam, ornatum, & varie auctam, præsertim xysto ab Henrico IV. omnes architecturæ regulas & ornamenta complectentem, quæ si absoluta foret, urbem amplitudine & sumptibus adæquaret. Luxemburgum secundas tenet partes. Præterea palatia ducum atque magnatum magno numero urbem maxime nobilitant. Basilica ad extremam urbis partem versus orientem jacet juxta armamentarium tonnentorum belliorum. Non longe domus publica urbis. Palatium regium antiquitus in medullis situm, nunc a senatu occupatur. Inibi quoque sedent camera Rationum publicarum, curia Juvanium, tribunal Quæstionum Franciæ, & alia officia quæ ad jus dicendum pertinent, a quorum enumeratione longiore, utpote quæ nostri non est instituti, abstinemus; uno verbo, viginti & amplius regie jurisdictiones distinguuntur, unaquæque pollet suis magistratibus; sunt præterea alie minores, quas sibi vindicant domini peculiares. Academia omnibus literarum titulis fulget, publicos & plures doctos habet in omni genere professores. Sorbona imprimis commendanda societate sapientissimorum doctorum, qui & morum gravitate & theologiæ tum positivæ tum scholasticæ altissima scientia optime imbuti, nominis famam apud omnem Europam venerabilem effecerunt. Collapsa fere vetustate ædificia in magnum splendorem restituit Richelius cardinalis, cui templum augustissimum adjecit. Florent quoque collegia plurima, Regium, Navarræum, Mazarinarum, Harcurianum, Bellovacense, aliæque numerantur gymnasia fere quinquaginta in academia Parisiensi, magnum sane argumentum quantum pro re litteraria operam navavit.

Quod pertinet ad res sacras, diocesis terminatur ab occidente Carnotensi, ab oriente Meldensi, a meridie Senonensi, a septentrione Rotomagensi diocæsis. In ea Metropolitana basilica, de qua mox, primaria omnium est reliquarum sive structurarum, sive personarum ecclesiasticarum variorum graduum huic vel præpositis, vel inservientis, sive actus solemnem consideremus. Abbatibus plurimis ornatur, eminent inter ceteras abbatie S. Germani a Pratis, in qua monachi a seculo vi. S. Genovefæ & S. Victoris, in quibus S. Augustini canonici regulares, S. Maglorii, in qua nunc Oratorii D. Jesu sacerdotes, &c. quarum quælibet magnis gaudet privilegiis & jurisdictionibus. 66. sunt prioratus, 474. parochiæ & canonicorum collegia 23. capellæ 256. quas inter primas tenet ea, quæ Sancta vocatur, palatio regio ubi nunc Parlamenti auditorium contigua, audeat opus mirabili structura excellens, Ludovici sancti cura extructa, reliquis pretiosis donata, & Caroli V. ac aliorum favore multis prærogativis, opibus & titulis exornata. Præter Mendicantium quatuor illustriora cœnobija, cetera tum religiosiorum, tum monialium accedunt ad numerum 184. Augustinianorum, Dominicanorum,

4 Carmelitarum, Franciscanorum, &c. Societas Jesu & Patres Oratorii triplici domo singuli fruuntur. Utibus piis destinantur orphanotrophia, xenodochia, nosocomia & ptochodochia 34. quæ excipiunt omnem sexus, ætatis, conditionis morbo, paupertate, orbitate afflictos. Inter alia elucet quæ vocant Hospitium Dei & Caritatis: verè ut de Parisiis possit prædicari, urbem esse religionis erga Deum, caritatis erga pauperes, supra reliquas orbis civitates piissimam academiam.

Metropolis basilica, quam data opera hunc in locum rejecimus, B. Virginii sub nomine B. Mariæ jam a primis regum nostrorum temporibus dedicata erat, cui postmodum addita SS. Stephani, Dionysii & Germani patronorum nomina. Fortunatus splendidam & mirifice exornatam laudat lib. 11. cap. xi. Hanc quam modo intuemur, quæque inter miracula orbis accensenda est, alii a Childeberto rege, quidam ab Erchenrado episcopo, alii ab Hugone Capeto, aut a Roberto rege Capeti filio adificatam autant. At ex auctoribus coætaneis verius elicimus eam ipsam basilicam a Mauritio episcopo temporibus Philippi augusti eo modo & apparatu quo nunc visitur inchoatam, a successoribus absolutam fuisse: quorum alii aiunt a Mauritio excitatam a fundantis, alii ab eo opus hoc inchoatum esse nobis ingerunt. Tota operis moles non palis in terram aquis fluvii vicinam adactis, ut falso diuque multi opinati sunt, sed ipsa glæra fundatur. Fulciuntur laquearia templi 120. columnis, quæ circa chorum & pronaon gemino ordine duplicem deambulationem commodam præbent tum inferius tum superius. Eadem linea 45. facella totam ambiunt ecclesiam longam 390. pedibus regis, latam 144. altam usque ad testitudinem 102. Portæ quæ aditum præstant, imaginiibus sanctorum, regum & aliis ejusmodi ornamentis decorantur. Præcipuum vestibulum in superbe molis geminas turres affurgit, lignaria fabrica tota plumbo integitur. Ecclesia exterior lapidibus plumbo junctis, ubique circum arcibus, erismatibus, stillicidiis miro artificio compactis, ordinatis & ornatis cingitur, intus vero imaginiibus & tabellis exquisitæ artis, varietate capitellorum, columnarum, splendore auri ac valorum sacrorum fulget. Quanta vero religione ad imaginem Deiparæ Virginis undique sit confluxus non tantum plebis sed principum, ita ut ipse Ludovicus XIII. totum regnum beate Mariæ singulis annis in ejus Assumptionis festo consecraverit, & publica ex omnibus ordinibus processione ejus protectioni subjici voluerit, quam sane luctuosissimis & difficillimis temporibus tota Gallia, & maxime Lutecia Parisiorum feliciter est experta! Juxta basilicam domus archiepiscopalis multis ab episcopis adificata, a cardinale vero Gondio multo magis exornata est & amplificata palatio.

Parisiensis autem ecclesia inter ceteras in Gallia dignitate eminet, cujus antistes primus regis est pastor, dux & pater Franciæ, & senator Parisiensis natus jure deliberandi potitur. Inde cum esset Parisiorum urbs regni Galliæ primaria, instante rege christianissimo Ludovico XIII. ob splendorem civitatis Senonensis archiepiscopatus detracta, in novam metropolim erigitur a Gregorio XV. pontifice maximo anno 1622. attributis ei suffraganeis episcopatibus Carnotensi, Aurelianensi, Meldensi posteaque erecto Blesensi, qui prius eadem Senonensi subiciebantur, Johanne Francisco Gondio primo archiepiscopo ejus sedis nominato.

Parisiensium episcoporum catalogus existat apud Jacobum Breulium libro quem fule de antiquitatibus Parisiensibus scripsit. Exstat apud Malingre, Robertum, Sammarthanos, &c. Ecclesiæ Parisiensis primum historiæ volumen in lucem emisit Gerardus du Bois anno 1690. alterum quod desinit cum sæculo XIII. prodiit anno 1710. opus, ut Oratoriani sodalis verbis utar, affabre elaboratum, nec indiligens, nisi quod nodum excedat, ita ut non tam Parisiensis, quam Gallicanæ ecclesiæ vere dicenda sit historiæ. Eorundem, ut speramus, præsulum seriem uberiolem damus & emendatiolem, quam hujus nostræ lucubrationis cum iis qui nos præcessere comparatio prodet. Amplius nescio quid & limatius a canonico Metropoleo, qui annis abhinc viginti hujus ecclesiæ chartas volvit revolvitque, sperare licebat; ast interrogatus tacuit, rogatus obsurdit, efflagitatus præcisè negavit. Hoc autem deficiente auxilio, non detecere veteres schedæ & mss. codices, qui tum in archivo Parisiensis ecclesiæ, tum in bibliothecis, Regia maxime & Oratoriana, variiusque monumentis & historicis asservantur.

## EPISCOPI PARIENSIS.

ANNI  
CHRISTI

I. S. DIONYSIUS. I.

**S.** Dionysium a pontifice Romano ordinatum, Parisiensibus Christi fidem annuntiasse, Parisiensem condidisse ecclesiam, primum hujus gessisse episcopatum, martyriocque vitam fuisse in confesso est apud omnes. Quis autem fuerit ille Dionysius, quo tempore vixerit, & a quo e summis pontificibus in Galliam sit delegatus, sub cujus principatu martyrium fecerit, quæstio est, quæ superiori sæculo magnis partium studiis

A renovata, plures doctrina, ingenio & pietate insignes viros exagitavit. Nostrum non est tantas lites componere. Jam enim in præfatione generali noster monuit Sammarthanos nostri non esse instituti prolisix dissertationibus ecclesiarum origines investigare, quibus ultra legem tantæ molis opus tenderet. At cum de primordiis ecclesiæ Parisiensis gravissimæ disputationes inter viros historiæ peritissimos præterito maxime sæculo in lucem prodierint, absque negligentia nota, aut veritatis dispendio diversarum opinionum fundamenta

ANNI  
CHRISTI

Sammarthanonum vestigiis inherentes, nec ulli addicti magistro, silentio prætermittere non possumus. Itaque ut ratione & via nostra procedat oratio, triplex distinguenda videtur opinio, eorum qui unum eundemque Dionysium Areopagitam & Parisiensem adstruunt, altera eorum qui Areopagitam a Parisiensi quidem distinguunt, led hunc a S. Clemente missum afferunt. Postrema eorum est qui Dionysium Parisiensem & ab Areopagita discernunt & a sancto Clemente missum negant, medio autem circiter tertio sæculo e Romanis partibus in Gallias appulisse existimant.

Ac primo quidem S. Dionysius Areopagita multis abhinc sæculis creditus Parisiorum primus episcopus & apostolus, de fidei mysteriis a beato Paulo edoctus, baptisatus, & Atheniensem episcopus ordinatus, cum pluribus annis hanc ecclesiam direxisset, amore Pauli magistri sui, quem Romæ vincum acceperat, relicta Athenis ad eum iter fecit. Postea vero a Clemente pontifice sociis Rustico presbytero, Eleuthero diacono & aliis perlicis in Gallias predicandi evangelii causa missus, Luteciam deveniens, cum ibi per annos aliquot commisitum sibi opus fideliter proficeretur, tandem a præfecto Fescennino post gravissima tormentorum genera gladio percussus, martyrium pro Christo subiit. Ita qui pro uno flant Dionysio. Cujus primum opinionis suæ petunt argumentum, ex eo quod, ut in præfatione generali auctoritate veterum Patrum demonstravimus, religio christiana in Galliis fuerit prædicata apostolorum vel apostolicorum saltem virorum temporibus, ab illisque fundatae sint apud nos quedam ecclesie contra Severi Sulpitii & Gregorii Turonensis testimonia, qui serius fidem ad nos transmissam affirmant. Tum vero Areopagitæ nituntur antiqua traditione & consensu ecclesiarum Gallie, Germanie, Hispanie, & Italie, quæ in martyrologiis, brevibus & missilibus unum colunt Dionysium. Hanc civitas & ecclesia Parisi a majoribus ad finem sæculi XVII. usque quasi per manus traditam conservavit. Ea imprimis Dionysiani monasterii vetus est traditio, quam antiquarum præcon tenaces monachi etiamnum retinent, ut constat ex missa diei festi S. Dionysii, in qua epistola quæ ad Areopagitam spectat, recitatur a pluribus sæculis. Hanc ecclesia Romana traditionem etiam post iteratas sæpius ecclesiastici officii recognitiones integram illibatamque retinuit. Quid quod martyrologia eandem confirmant, Romanorum imprimis, ubi ad VII. id. Octob. legitur Dionysius Areopagita primum quidem Atheniensis episcopus, postea a Clemente in Galliam missus, Parisiensis episcopus fuisse. Nec minus recentent Eusebii, Bedæ, Rabani antiqua martyrologia, recentiora vero Galestinii & Sausseii, & ne quid desit etiam ex parte Græcorum, testes adducunt Methodium, Michælem Synellum, Metaphrasten & Nicephorum huic consentientes opinioni, ac claris verbis Atheniensem Dionysium in Gallias missum prædicantem, & martyrio consecratum. Hujus opinionis quedam veluti præjudicia erantur, primo ex eo quod Stephanus papa secundus allatis e Gallia

sancti Dionysii reliquiis Romæ monasterium seu scholam Græcorum monachorum influerit ob memoriam receptæ in Dionysiana basilica sanatis. Deinde quod Adrianus papa vulgatos libros Dionysii græce scriptos Fulrado abbati dono dederit. Ad hæc quod eisdem Michælem imperator Orientis miserit Ludovico augustus, qui ipsos monasterio S. Dionysii consignavit. Inde Hilduinus sancti Dionysii abbas iussus a Ludovico pio imperatore scripsit Areopagitica, quibus contra Gregorium Turonensem maxime & Bedam, sententiam *jam pridem per supplantationem postulationes inolitam de Dionysii Areopagitisno probat ex actis* B Apostolorum & antiquissimis Gallici ritus missilibus, ex testimonio Visibii vetustissimi scriptoris, quod apud Morinum videre licet, auctoritate quoque Aristarchi Græcorum chronographi & aliorum. Plures postea Hilduini sententiam, dato calculo comprobant. Aneas Parisiensis episcopus doctrina, pietate & industria celebratus, in inscriptione libri adversus Græcos, de se ipso sic loquitur: *Aneas Parisiacensis vobis episcopus, quo primus præfedit S. Dionysius a Paulo apostolo Atheniensem consecratus archiepiscopus, sed a sancto Clemente totius Gallie consecratus apostolus, &c.* Hanc quoque in opinionem descendenter Paschasius abbas Corbeiensis inter ætatis suæ doctissimos, Hinemarus Remensis in epistola ad Carolum Calvum, ubi citat vitam sancti Sanctini Meldensis episcopi, Anastasius bibliothecarius, & Rotomagensis archiepiscopus Franco, ut refert Dudo libro II. de moribus & actis Normannorum: posterioribus item sæculis S. Thomas in sermone, quem S. Dionysio inscripsit, Robertus Autissiodorensis, Raphaël Volaterranus libro XV. Anthropologie, Faber Stapulensis, Genebrardus in sua chronologia, Matthæus Galenus in præfatione ad areopagitica, Jacobus Pamelus in Tertullianum, Molanus ad Ufuardum & Loaisa in notis ad decretum regis Gundemari. Pene omniferam doctissimum cardinalem Baronium, qui tum in martyrologio tum in annalibus ad annos 98. & 109. eandem sententiam multis argumentis propugnavit. Hanc secutus est Spondanus. Ad eundem quoque collimarum scopum Natalis Alexander, Hugo Menardus, Germanus Milletus, quibus multos adjungere possemus tum recentes, tum antiquioris notæ, nisi brevitati consuleret studeremus. Hæc autem tot ac tantis & momentis & testimoniis sacra traditio non tenere abjicienda quibusdam visa eruditus: *Unde cum selecti è sacra facultate Parisiensis theologi ad brevissimi Parisiensis emendationem, questionem de S. Dionysio Areopagita & Parisiensis episcopo diligenter expendissent, & in utramque partem suis libratim momentis disceptassent coram illustrissimo archiepiscopo Francisco Harlaeo, censuit archiepiscopus sequecissimus, & ad recte judicandum de rebus antiquitatem ecclesiasticam spectantibus per eximias ingenii doctrinaque notes comparatus, antiquæ Gallicane ecclesie traditioni de uno Dionysio Areopagita & Parisiensis episcopo in officio ecclesiastico honorem suum servandum esse, non vero convellendam piam majorum nostrorum opinionem, cui saltem probabilis sententia jura non*

*spemenda momenta confirmant.* Ita Bollandistæ A

2.<sup>o</sup> Sed esto, inquit, alterius opinionis patroni, Areopagita non sit quem colimus Dionysius, missioque a Clemente Areopagitis errandi ansam præberit. At certe antiquitate prævalet hæc missio, totque sulcitur probationibus, ut a sanæ mentis hominibus in dubium revocari non possit. Falsus enim est ipse Tillemontius de sancto Saturnino loquens duas sexto seculo in quibusdam ecclesiis viguisse traditiones, quarum juxta alteram primi episcopi Apostolorum vel eorum discipulorum temporibus in Gallias accesserunt, alteram vero imperante Decio, ut ipse scripsit Gregorius Turonensis. Hæc autem tam de S. Dionysio quam de S. Saturnino posse intelligi quis non videt, utpote qui simul eodemque tempore fidem christianam prædicaverunt. At præter argumentum & propagata primis sæculis in Gallis side desumptum uni & alteri opinioni commune, huic adhuc favet Gregorio Turonensi antiquior auctor vitæ sanctæ Genovesæ virginis, quippe qui proficitur se eam scripsisse post ter senos a beatæ virginis obitu annos, ideoque circa annum 520. Inibi autem discrete testatur sanctum Dionysium & a Clemente papa in Gallias missum, & ab eodem episcopum consecratum. Idem habet Fortunatus episcopus Pictaviensis Gregorii Turonensis suppar & amicus, qui in hymno quem de sancto Dionysio Parisiensi composuit, & quem Dubletius in antiquitatibus Sandionysianis publicavit, sic cecinit:

*Fortem, fidelem militem  
Christi secutum principem  
Dionysium martyrem  
Plebs corde, voce personet.  
  
Clemente Roma præfule  
Ab urbe missus adfuit,  
Verbi superni seminis  
Ut fructus esset Gallia.*

Nec dicas hymnum illum male a Dubletio Fortunato attributum fuisse: nam præter quam quod illud sine dubio ullo asseruit Hilduinus, hymnus ille sic legitur in codicibus mss. sancti Germani Prætenfis, S. Petri Carnotensis, & S. Benigni Divionensis. Præterea si vetus ille hymnus Fortunati non est, at certe Hilduino antiquior est, quod sufficit. Antiphonalis Gregoriani Caroli Calvi in Compendiensi bibliotheca asserta prima de S. Dionysio antiphona pro vigiliis nocturnis ejus missionem pro sanctum Clementem præfert, sicut & responitorium tertium primi nocturni. Mabillonius lib. vi. de re diplomatice pag. 488. refert præceptum Theoderici Calensis Francorum regis anno Christi 723. datum in quo Theodericus anteriorum regum ac pontificum privilegia Sandionysianis concessa confirmans, ait beatum Dionysium sub ordinatione B. Clementis Petri successoris in Galliarum provinciam advenisse. Pipinus rex in charta anno 768. paulo ante obitum data idem habet ac Theodericus. Hanc autem opinionem profus hauerant ex actis passionis

S. Dionysii, que citat Hilduinus, ubi scriptum legebatur S. Dionysium a Clemente pontifice Romano episcopum ordinatum, & in Gallias fuisse transfusum. Acta hujus vitæ e mss. codicibus edidit Franciscus Bofquetus, auctorem vero Fortunatum Pictaviensem episcopum appellatum deprehendit Petrus de Marca in codice mss. Turonensis ecclesiæ. Ante Hilduinum a Clemente papa missum Dionysium tuitus est venerabilis Beda in cujus martyrologio ad diem 1x. Octob. legitur beatus episcopus a pontifice Clemente Romano in Gallias directus. Idem scripsit Rabanus in martyrologio & Ulfuardus. Huic opinioni coronidem imponunt Galliæ episcopi in frequentii conventu apud Parisios de cultu lacrarum imaginum an. 825. habito ante annos decem quam Hilduinus scribendis Areopagitis operam daret, ubi sub finem actionis vii. apud Jacobum Bongarsium ita loquuntur: *Nec vobis tædium fiat. si ad ostendendam rationem veritatis, veritatemque rationis, sese paulo longius sermo protraxerit, dummodo linea veritatis, que ab antiquis patribus nostris. usque ad nos inflexibiliter ducta est. B. Dionysio scilicet, qui a S. Clemente B. Petri apostoli in apostolatu primus ejus successor extitit, in Gallias cum duodenario numero primus prædicator directus, & post aliquod tempus una cum sociis huc illicque prædicationis gratia per idem regnum dispersis martyrio coronatus est. Ubi Mabillonius tom. 1. Analect. pag. 63. legendum putat: qui a S. Clemente B. Petri apostoli primo successore extitit in Gallias, &c. Pervulgata itaque non solum ante Hilduinum, sed & ante Gregorium Turonensis tempora fuit opinio, cui nec ipsius Gregorii auctoritas contrariam inducere potuit, S. Dionysium Parisiensem a Clemente Romano pontifice missum. Alios scriptores Hilduino posteriores non loquor, licet plures ex illis idem asserant, sed omittere non possum illustrissimum Petrum de Marca archiepiscopum Tolosanum & D. dein Parisiensem, præclarum hac de re ad Henricum Valesium dedisse epistolam ejus versionis historię ecclesiasticę Eulebii præfixam, in qua doctissimus præsul disertissime missionem sex Gregorianorum episcoporum ante sæculum tertium probat, & Johannis Lamnoii ac ejus sequacium opinionem solide refellit. Inter hujus sententię patronos numerandus venit Baronii criticus Antouius Pagi tom. 3. pag. 557. Sed & anno 1727. ejusdem abnepos Antonius Pagi luculentam hac de re dissertationem historico-criticam concinnavit, quam tom. 1v. Breviarii Romanorum pontificum præfixit, in qua varias tum Petri de Marca, tum Antonii patris collegit rationes, & pro missio a S. Clemente in Gallias Dionysio rite concludit. Præcipuis que aduersus hanc opinionem struunt objectionibus scicimus jam satis in præfatione generali tom. primo affixa.*

3.<sup>o</sup> Restat jam tertia opinio, non tam argumentis affirmantibus quam negantibus nixa. Hujus quippe patroni, quibus duæ priores non ardent, inde concludunt tertiam necessario esse admitendam. Hos igitur sicut & alios audiamus. Proferunt primo Severi Sulpitii & Gregorii Turonensis aperta testimonia opinioni utriusque maxime



repugnanti: ille enim lib. 2. sacre historiae inquit: *A* Sub Aurelio Antonini filio persecutio quinta agitata, ac tum primum intra Gallias martyria visa, ferius trans Alpes Dei religio susceperat. Gregorius vero libr. 1. hist. Franc. cap. 30. Decii tempore post annum Christi 250. aferit missum esse Parisios Dionysium, ex quibus clare convincit Dionysium Parisiensem apostolum & martyrem, nec posse esse Areopagitam, ut qui antea occubisset, nec a Clemente missum. Gregorius autem saepe Parisios venerat: cum Germano episcopo Parisiensi & Ragnemodo ejus successore amicitiae vinculo fuerat conjunctus, quem proinde hujus ecclesiae traditionem ignorasse vero non videtur simile. 2.º Si Dionysii focii & comites, qui usque ad numerum duodecim in Belgica secunda primi fidem annuntiarunt, sub Diocletiani principatu certamen martyrii pro Christo ediderint, ut constat ex eorum actis, constantique ecclesiarum quas fundaverunt traditione, tempore apostolorum in Gallias missi non sunt, nec missus S. Dionysius. 3.º Inter S. Dionysium protopraesulem & Victorinum, qui Agrippinensis synodo an. 346. adfuit, in omnibus antiquis indicibus quatuor tantum memorantur episcopi, quos per spatium ferme annorum 260. qui a missio in Gallias a S. Clemente Dionysio numerantur, sedisse oportuit, quod probabile non videtur. 4.º Opinio Gregorii patronos semper habuit & propugnatores. 5.º Innocentius tertius misit ipse ad Dionysianos reliquias S. Dionysii, quas e Graecia Romam Petrus Capellanus attulerat, ne in dubium deinceps posset revocari, quin reliquiae S. Dionysii in Dionysiano monasterio afferrentur. Quod spectat ad testimonia a martyrologiis pro areopagitissimo S. Dionysii petita, aut nullius esse momenti, aut falsitatis convincunt ex ipsis martyrologiis Parisiensibus, quae duos distinguunt, alterum quidem v. non. Oct. alterum VII. idus ejusdem mensis. De Areopagita igitur sic se habent: *v. non. Octob. natale sancti Dionysii episcopi & martyris, qui post clarissimam confessionem fidei, & post gravissima tormentorum genera glorioso martyrio coronatus est, ut testatur Aristides Atheniensis, vir fide, sapientiaque mirabilis in eo opere quod de christiana religione composuit.* De Parisiensi vero VII. idus Octobris apud Parisium natale sanctorum martyrum Dionysii episcopi, Rustici presbyteri, & Eleutherii diaconi, qui beatus episcopus a pontifice in Gallias predicandi gratia directus ad praesentem urbem devenit, ubi tandem una cum sociis martyrium complevit. Horumce fidem augent quam plurima, quae Johannes de Launoy theologus Parisiensis in asserenda antiquitate diligentissimus, conquisivit, & evulgavit in discussione de duobus Dionysii: nam Bedae martyrologium antiquissimum, Usuardi, qui Carolo Magno regnante paulo ante Hilduinum in urbe Parisiorum scriberet in monasterio S. Germani, Romanum ab Heriberto Rosveido editum id probant, Adonis Viennensis, Notkeri, Arvernensis ecclesiae, Remensis duo, Autissiodorensis tria, Trecentis unum, Parisiensia multa ejusdem temporis & longe posterioris, in ecclesia Parisiensi duo anno 1448. exarata, alterum 1727. praeterea ejusdem urbis S. Germani

de Pratis & Autissiodorensis, sancti Martini de Campis, S. Victoris, & in ipso beati Dionysii monasterio ante quadragesimam & paucos annos reperiebatur, quod Guido abbas testatur & sanctilogio suo inseruit. Passim autem per Gallias basilicae Rotomagensis, Senonensis, Augustodunensis, Ancienfis, Audegavensis, Ambianensis, & sancti Martini Turonensis: plura quoque calendaria typis mandata; denique vitae sanctorum ante & post annum Christi octingentesimum conscriptae Dionysium discrete asserunt in Gallias venisse imperante Decio, ex quibus ea quae opponuntur ex antiquis martyrologiis & novis falsi arguuntur. **B** Addit Sirmondus in dissertatione de duobus Dionysii publico donata an. 1641. recentis opinionis auctorem fuisse Hilduinum S. Dionysii abbatem. Mandavit ei Ludovicus imperator, ut Dionysii Parisiensis gestorum historiam ex Graecis Latinisque codicibus colligeret: hujus epistolae mandato quae exstat tomo 2. concilior. Galliae collegit librum, cui titulus Areopagitica, quo primus, inquit, omnium docuit Dionysium Areopagitam eundem cum Parisiensi, quod ut adstruat, chartas ex armario Parisiensi vetustissimas, martyrologia ex abditis Romae novae scriptis profert in lucem, Gregorium vero Turonensem qui diversa fenscrit simplicitatis accusat. Creditur Hilduinum arte Graecorum favorem ejus ambientium delusum, ut qui perditis eorum rebus a Francorum regibus sumptibus postulabant. Citat etiam Aristarchum Hilduinum & Visibium, quae omnia tomo capite 4. dissertationis consultat Sirmondus, & opponit praecipue martyrologiorum Gallicanorum perpetuum auctoritatem. Deinde ignotus fuit Graecis episcopi transitus a sede episcopali ad aliam, ita ut apud ipsos hoc adulterium censeretur, cum antistes ecclesiae suae veluti sponsa adherere summa fide teneretur, qui mos in ecclesia Latina usque ad nonum seculum vigit. Quod vero Germanus Milletus opponit ex Socrate lib. 7. cap. 35. qui plures Graecos episcopos sedes mutasse recenset, retorquet argumentum Sirmondus: & cum nihil occurrat apud Socratem de Dionysio tam celebri apud Graecos, hinc optime conjicit nullam apud ipsos hujus transitus in Gallias fuisse memoriam. Imo concilium Sardicense majore 1. aperte docet nullum episcopum a canone civitate ad minorem transiisse, quod falsum esset, si Dionysius Athenas florentissimam civitatem reliquisset, ut adiret Luteciam tunc temporis Athenis multis titulis inferiorem. Quam vero parum credibile est Dionysium octogenario majorem tot tantisque peregrinationibus longissimis & difficillimis terrae marique perfunctum, Italiam, Galliam, Hispaniam & Asiam Johannis Evangel. visendi gratia peragrassse! quid quod Johannes Morinus Oratorii presbyter doctissimus in praefatione sacrarum ordinationum decerptarum ex S. Dionysii libro de hierarchia ecclesiastica typis edita anno 1655. probat accurate omnia fere Dionysii opera in Asia ab eo conscripta, indeque antequam in Gallias adveniret centenarium majorem fuisse. Unum aut alterum argumentum ex ipso proferemus. Vivebat in Oriente Dionysium cuius librum scriberet de

divinis nominibus, ut demonstratur ex titulo: **A** hunc enim Timotheo Ephesiorum episcopo nuncupat: deinde verba quibus liber finitur, necessario evincunt utrumque in eadem aut vicina regione visisse. Quare vero si tunc in Gallias versatus esset, Græcæ & non Latine scriberet? quare non potius prædicationi & peregrinationibus vacaret, ut fidem propagaret, & infunderet tempus sibi concessum ad prædicandum evangelium libris conscribendis, quæ otium profundum altissimamque quietem desiderant? Itaque in Asia condidit librum de divinis nominibus post mortem Ignatii, quæ contigit anno Christi 109. citat enim cap. 4. sancti Ignatii sententiam scribentis cum Romani **B** ad martyrium duceretur ad Romanos fideles. Agebat igitur Dionysius annum 102. cum ex Asia vel media Græcia Romam se contulit, ubi Pontificemprehendisset, non Clementem, ut volunt, sed Anacleum Clementis martyrio fineli successorem. At si comparemus ultima verba libri de divinis nominibus cum iis quæ profert initio epistolæ ad Titum episcopum, necessario colligemus Dionysium antequam in Gallias proficisceretur, annos natum saltem quinque aut sex supra centum, ac proinde non a Clemente, nec ab Anacleto, sed ab Evaristo amolum senem esse missum: finiens enim librum de divinis nominibus, ait se tunc ad theologiam symbolicam, Deo duce, transferendum; initio vero litteræ ad Titum dicit se de theologia symbolica scripsisse, eamque Timotheo domi suæ explicasse: ista non poterunt profecto contingere, nisi aliquot annis post epistolam a sancto Ignatio ad martyrium proficiscente eleuebratas, cujus unam citat Dionysius in libro de divinis nominibus. At Ignatius juxta Baronium moritur an. 109. a quo tempore librum perfecit, Dionysius composuit opus de theologia symbolica, docet Timotheum, Romam proficiscitur. Hæc accurate & plura Morinus. Insuper demonstrat Simondus Dionysium Areopagitam non sub **D** Trajano vel Adriano, sed sub Domitiano martyrium secisse, ut commemorant Metaphrastes, Methodius, ipse Hilduinus & Ratbertus, quamvis de anno discrepent & die. His argumentis alia dissertatio Germanus Miletus edita 1642. singulis Simondus capitibus respondit. Tandem Johannes de Launoy eodem anno discussionem in lucem edidit, in qua probatum a Simondo de duobus Dionysii discrimen ex inveniendi asserendique veri legibus defenditur, subjunxit vero utriusque vitam Dionysii ex optima fidei auctoribus collectam. Miracula Parisiensis habes apud Gregorium Turonensem libro 1. cap. 72. de miraculis, lib. 5. hist. cap. 33. & lib. 10. cap. 29. Fredegarium chronici cap. 54. Audouenum Rotomagi præfulem in vita S. Eligii lib. 1. cap. 22. Duorum quoque Dionysiorum discrimen probant in scriptis suis, Aubertus Miræus in annalibus Belgicis, Heribertus Rosweidus & Dionysius Petavius locietatis Jesu præbiteri, Nicolaus Faber Ludovici XIII. præceptor, Antonius Loiffellus, Andreas Quercetanus in notis ad bibliothecam Cluniacensem & in vitis pontificum. Franciscus etiam Bosquetus episcopus Leutenensis hist. lib. 1.

cap. 26. de hac questione fufe differit, & alibi bene multi quorum procul dubio testimoniiis persuasus Ludovicus Antonius de Noailles decessoris sui iudicium de quo supra, reformandum putavit, qui in breviario Parisiensi, quod anno 1700. auctoritate ipsius ac venerabilis capituli consensu editum est, duos Dionysios distinxit, & die 3. Oct. officium semiduplex de sancto Dionysio Areopagita, ac 9. ejusdem mensis solemne majus de Dionysio Parisiensi sociisque recitandum præscripsit.

Ad quem autem pertineant scripta, quæ vulgo Dionysii Areopagite nomine inscribuntur, intricatissima quoque difficultas. Certissimum est ante annum 532. horum apud auctores probatæ fidei nullam fieri mentionem. Citant illa primum Severiani hæretici in collatione habita cum catholicis, quæ episcopi catholici se ignorare fatentur. Paulatim tamen demirati sequentibus temporibus tanti scriptoris doctrinam sublimem & vere orthodoxam probarunt Pontifices S. Gregorius & Martinus I. Sophronius & Maximus monachus Areopagite tribuunt, quamvis non levia suppetant argumenta sub finem quarti sæculi aut potius paulo ante Eutychemet damnatum in concilio Calchedonensi anno 451. esse conscripta. Sed ista non hujus loci: nostrarum vero partium esse duximus **C** diversa de S. Dionysio opinionem a doctis viris hinc inde propugnatis prudenti lectori abque veritatis præjudicio subjicere. Sic prædicator reformatores breviarii Parisiensi anno 1700. (quod postea secuti novi an. 1736. editores) omisere quidquid cum tanto fundamento controvertitur de suo illo patrono: cumque abbatilla Montis Martii sanguinea regis hujus interposuisset auctoritatem, ne omnino Areopagita taceretur, non consenserunt ut nominaretur, gratia tamen regis poluerunt capitulum pro vespere ac laudibus: *Stans Paulus in medio Areopagi, ait: viri Athenienses, &c. de ara ignoti Dei, tanquam aptum ei qui gentilibus prædicavit. Tantorum virorum ad exemplum, sepositis aliis quæ in hæc rem agitari solent, susulque pluribus in locis tractantur questionibus, Martyrologii Parisiensis verbis concludemus ad diem 9. Octobris:*

*Parisi natalis sanctorum martyrum Dionysii primi episcopi ad discernendam Christi fidem in Gallias ab apostolica sede missi, Rustici presbyteri & Eleutherii diaconi, qui constituta illi ecclesia Sisinnio Fescennino præside gladio animaversi sunt. Horum corpora in monasterio S. Dionysii in Francia honorifice asservantur. pars vero superior **E** capitis S. Dionysii in ecclesia Parisiensi.*

## II. MALLO.

Alter a Dionysio Parisiensis episcopus innotebit Mallo ex tabulis majoris ecclesiæ.

## III. MASSUS.

Massium in episcopatu Parisiensi Malloni subrogatum tradunt tabulæ ecclesiæ Parisiensis, & hunc tertium episcopum Parisiensem a S. Dionysio fuisse. Meminit hujus præsulis Hilduinus abbas in agone sanctorum martyrum Dionysii & sociorum.

ANNI  
CHRISTI

fociorum. *Lisbius*, inquit, *Romani ductus sub Do-*  
*mitiano per tres Caesares militavit, & sub S. Masso*  
*episcopo, qui tertius a B. Dionysio Parisiorum rex*  
*ecclesiam, reversus, omnibus quae sunt mundi relictis,*  
*baptisatus, & religiosorum Christi pauperum numero*  
*est sociatus. Scripti Massus passionem & marty-*  
*rium SS. Dionysii & sociorum, ut observat Demo-*  
*chares lib. 2. de sacrificio missae cap. 18. Sanctus*  
*quoque alicubi reputatur, sed utrum colatur igno-*  
*tum. De Masso necrologium Parisiense ad diem*  
*2. Januarii.*

## IV. MARCUS.

Marcum annotant antiqui episcoporum Pari-  
sienfium indices. Hunc cum duobus preceden-  
tibus confundunt nonnulli, qui e tribus unum  
conficiunt.

## V. ADVENTUS.

Adventus, qui & Aventinus, in iisdem indi-  
cibus post Marcum recensetur.

## VI. VICTORINUS.

Inter episcopos viginti septem qui condemna-  
tionem Euphratae Colonienfium episcopi in synodo  
346. Agrippinensi 1v. id. Maii 346. per legatos seu per  
litteras confirmarunt, celebratur Victorinus apud  
*Coc. Har. t. 1. c. 83.*  
omnes conciliorum collectores. De hac quid sen-  
tiamus aperuimus in Euphrata Colonienfi tomo  
111. col. 622. Ad synodum Sardicensem con-  
venit anno 347. teste S. Athanasio, cui adfuerit  
347. ex Gallia triginta quatuor episcopi.

## VII. PAULUS.

Præfulis forsan hujusce temporibus celebratum  
360. est anno 360. ante mensem Octobrem concilium  
Parisiense 1. in quo formula fidei ab Arianis sup-  
presso *usæ* nomine condita, & Arimini suscepta,  
damnata est, fideique catholica ab episcopis Gal-  
licanis exposita in epistola synodica ad Orientales.  
Gerardus du Bois hist. eccles. Parif. cap. 7. pag.  
40. hanc Parisiensem synodum ad Victorinum re-  
fert, quem Juliano superstitem fuisse autumat;  
Paulum vero Parisiensem rexisse ecclesiam sub  
principatu Valentini senioris putat, sed meras  
ipsemet fatetur esse conjecturas. Idem dic de scri-  
ptore historiae litterariae: tanti enim ab eo allate  
rationes non sunt ponderis, ut tractatus de peni-  
tentia a Paulo episcopo apud Gennadium con-  
cinnatus, Paulo nostro adscribatur.

## VIII. PRUDENTIUS.

Memoratur in vita S. Marcelli successoris. Sub  
Gratiano primisque Theodosii magni annis sedisse  
Prudentium auctor est Gerardus du Bois. De-  
functus sepelitur extra muros urbis, in loco qui  
postea dictus Crypta S. Genovefae, ubi Clodo-  
væus magnus rex ecclesiam exstruxit in honorem  
sanctorum Apostolorum, quæ nunc appellatur  
S. Genovefae abbatia. Ejus inibi visitur tumulus  
a lævam S. Genovefae cum hac inscriptione:  
*Prudentii Parisiensis episcopi, qui sub annum Christi*  
*cccc. proximo ante S. Marcellum loco cathedram*  
*tenuit, tumulus cum reliquiis corporis ex pristina sede*  
*translatus est anno M. DCXXV111.*

Tonus VII.

## IX. S. MARCELLUS.

Luteciae natus Marcellus, sedem Prudentio  
subdiaconus, huic defuncto subrogatus episcopus,  
ecclesiam Parisiensem administrabat regnante  
Theodosio seniore, ut æstimat Gerardus du Bois.  
Hunc Gregorius Turonensis cap. 89. de gloria  
confessorum miraculis claruit, ejusque vitam  
suo tempore scriptam testatur, haud dubie loquens  
de vita edita tom. 6. Surii ad diem 1. Novemb.  
quam suadente ac rogante S. Germano Parisiensis  
episcopo scripsit, eique nuncupavit Venantius  
Fortunatus Pictaviensis episcopus, aut alius epi-  
scopus Fortunatus antiquior, ut volunt Gerardus  
du Bois, Tillemontius & alii, qui eidem tribuant  
vitam S. Hilarii Pictaviensis. Colitur hic Fortu-  
natus die 5. Maii & xiv. cal. Junii inscriptus  
quatuor miss. martyrologiis ecclesiae Parisiensis.  
Defunctus legitur Marcellus in quodam Sanger-  
manensi mss. codice anno 436. & quidem cal.  
Novemb. De eo martyrologium ad hunc diem,  
sicut ejus festum agatur die 3. seq. propter sole-  
mnitatem Omnium sanctorum, & commemora-  
tionem omnium fidelium defunctorum. Mortuus  
tumulatur in vico suburbano, qui postea urbe  
aucta suburbium fuit, ubi ejus in honorem con-  
structa est ecclesia collegiata, quæ suburbio sancti  
Marcelli nomen dedit. Translatæ sunt inde ejus  
reliquiae in ecclesiam majorem, quæ eas magna  
nunc æstervat veneratione. In Marcelli laudes ele-  
gantem cecinit prosam Adam a Sancto Victore.  
De eo in hagiologio Francogalliz apud Labbæum  
biblioth. tom. 2. pag. 705. *Calendis Novembris*  
*civitate Parisius depositio B. Marcelli confessoris,*  
*qui ut dignus monstraretur futurus antistes, ejus*  
*meritis nunc aqua in vinum, nunc vero in balsamum*  
*mutatur.* Non ne laet apud eumdem tom. 1. pag.  
413. Marcellum Parisiensem episcopum ordina-  
sse S. Euvertium Aurelianorum episcopum una  
cum Valeriano Autissiodorensi, Severino Seno-  
nensi, Solemni Carnotensi, Camilliano Tricassi-  
nensi, & Pronicio Meldensi ex historia episco-  
porum Autissiodorensium; sed hæc ordinatio nullo  
videtur fundamento, tempora enim episcoporum  
adstantium non quadrant, ut in sequentibus patebit.

## X. VIVIANUS.

De Viviano, sicut & de quatuor sequentibus  
episcopis, præter sola nomina nihil in tabulis ec-  
clesiæ Parisiensis legitur. Toto ferme seculo quinto  
ecclesiam Parisiensem rexerunt. Hi autem sunt:

## XI. FELIX.

Hujus mentionem fieri in actis S. Genovefae  
sub mendoso Vilici aut Julici nomine sit proba-  
bile, a quo virginem consecratam vult Tillemontius  
in codicibus enim mss. apud Bollandistas  
diversimode legitur nomen.

## XII. FLAVIANUS.

## XIII. URSICINUS.

XIV. APEDEMIUS, sive APEDEMIUS  
vel APEDEMIUS.

B

Hist. eccl. Parif. tom. 1. pag. 44.

T. 1. part. 2. p. 122.

Vir. illust. c. 31.

ANNI  
CHRISTI

## XV. HERACLIVS.

*Conc. Harl.  
tom. 1. 1. col.  
1012.*511.  
523.

Sub Clodovæo rege pontificatum Parisiensem gessit Heraclius. Concilio 1. Aurelianensi anno 511. subscripsit. Heraclio, Leoni & Theodosio episcopis dirigit epistolam Remigius Remorum antistes sub annum 523. ut excularet indulgentiam cum presbytero lapsio, quam improberant præfules.

Hic autem alienum non puto quædam annotare de B. Genovefa Parisiorum patrona. Hæc enim inueuit circiter seculo sexto interit, professione virginitatis non minus quam vite sanctimonia commendabilis. Non ignobilibus Nemptodori \* B orta est parentibus Honorii & Theodosii junioris principatu, Aimoino docente monacho. A Germano Autissiodorensi præfule, Florentio & Dionysio coll. id est anno 429. primam in Britanniam proficicente virginitate destinata, non a Vilico, ut acta mendose referunt, sed forsitan a Felice Parisiensi episcopo virgo solemniter consecrata est. Post parentum suorum mortem regnante Childerico Luteciam commigrasse prodit Aimoinus, ibique & sub Clodovæo rege vixit, & ante ejus obitum de vita migravit annos nata 80. ut præter ceteros Siebertus notat. Auctor vite S. Genovefæ memoriæ tradidit, cum Attila in Gallias irrupisset anno 451. civitatem Parisiensem ejus orationibus servatam, ac dum omnes perterriti fuga se subducerent, persuasisse testatur ut jejuniis ac precibus Deum placarent, domique remanerent. Sanctæ patronæ dum viveret virtutes admirata Lutecia, præfens auxilium desuetæ contra febres nimiosque imbres ac siccitates etiamnum experitur. Eodem quo Prudentius episcopus sepulta est cœmeterio, quo in loco Clodovæus basilicam in honorem sanctorum apostolorum Petri & Pauli inchoavit, quam Chlotildis regina perfecit. Nonnunquam a Gregorio Turonensi basilica sancti Petri dicta, que ob id sequioribus seculis ecclesia sancti Petri, SS. Apostolorum, S. Petri & S. Genovefæ conjunctim, sæpe etiam, ut nunc, simpliciter S. Genovefæ appellatur.

## XVI. PROBATUS.

Probatum, seu Probatium Heraclio tabularia ecclesiæ Parisiensis subrogant.

## XVII. AMELIVS.

*Conc. Harl.  
tom. 1. 1. col.  
1176.  
1430.  
1442.*533.  
538.  
541.

Adfuit ac subscripsit conciliis Aurelianensibus secundo anno 533. tertio 538. quarto vero anno 541. pro Amelio Paris. episcopo subscripsit Amphilocheus abbas quo nullum forte antiquius exemplum abbas, qui vices episcopi egerit in conciliis... Amphilocheus erat sine dubio abbas in pago Parisiensi, sed cujus monasterii ignoratur, imo qua tunc temporis monasteria essent nobis haud sat compertum. Nani S. Crucis & S. Vincentii, nunc S. Germani monasterium nondum conditum captum erat. Gregorius præful Turonum auctor est monachos tunc extitisse in suburbana S. Laurentii basilica, iisque præfuisse Donnolum abbatem, qui postea creatus est episcopus Cenomanensis. Forte etiam S. Dionysii basilicam jam tum incolentem monachi; certe autem Dagoberti pri-

ANNI  
CHRISTI

A cipatum, qui munificentia sua ita tam ausis ac lacupletavit, ut monasterii primus auctor a posteris habitus sit. Ita Mabillonius tomo 1. annal. pag. 111. & 371. Non dubito quin ejsdem Gregorii ævo monachi basilicam istam (S. Dionysii) infederint, & forte Amphilocheus abbas ille qui nomine Ameli Parisiensis episcopi concilio Aurelianensi quarto interfuit subscripsitque, abbas fuerit ejus monasterii, quod minus ante Dagobertum extitisse constat. Amelius basilicam Parisiensem antea extra muros positam, intra urbem primus adificasse dicitur a Launoio de veteri basilica Parisiensi, quem refutat Hadrianus Valesius in descriptione de basilicis, quas primi Francorum reges condiderunt, ubi erudite probat exantem quarto seculo jam tum Lutecia, ubi hodieque posita visitur, in capite insulae fuisse.

## XVIII. SAFFARACUS.

Post Amelium in vetusto catalogo bibliothecæ Colbertinæ apud Mabillonium lib. 6. diplomat. pag. 625. sequitur immediate Libanus, & post ipsum nullo interposito S. Germanus. Atamen Saffaracus, alius Saphoracus, seu Saphoratus Parisiensis episcopus adfuit synodo Aurelianensi v. anno 549. Paulo quidem post capitalium criminum reus, propriaque convictus confessione juxta constitutiones sacrorum canonum ab episcopis privatus sacerdotio, & motus loco in monasterium penitentia causa detruditur. Hoc crimen contra castitatem perpetratum conjiciunt nonnulli, quo canones IV. & VII. concilii v. Aurelianensis, quibus ipse subscripsit, de mulieribus extraneis, violat. Alii de simonia intelligunt, cujus reos deponendos statuit eadem synodus canone decimo. Ut ut hæc sunt, lata ab episcopo sententia confirmatur, & Saffaracus deponitur in concilio Parisiensi 11. Childeberti regis jussu celebrato. Huic annus 555. assignatur a Sammartianis & Sirmundo, sed hæc epocha facile falsi arguitur, quod Firminus Ueticensis episcopus, qui concilio subscripsit, a duobus circiter annis in vivis esse desierat. Cointinus & Gerardus du Bois ambo congregationis Oratorianæ sacerdotæ, diligentissimi ecclesiasticæ Francorum historiae scriptores, quos secutus Bailletus in vita S. Germani, hæc anno 551. celebratum volunt. Si tamen hæc post tantos viros ad incudem revocare liceat, & quid hæc de re sentiant aperire, non anno 551. sed aliquanto tardius, forte sub finem sequentis convocatum fuisse multo probabilius videtur. Huic etenim synodo plurimi subscriperunt episcopi eorum, qui synodo Aurelianensi v. anni 549. signum apposuerant suum successores. At verisimile non est intra biennium quatuor aut quinque supremum diem obisse præfules Gallicanos, aliosque eorum in locum successores fuisse ac inauguratos.

*Conc. Harl.  
1. 1. 1. col.  
1449.  
549.*

## XIX. EUSEBIUS I.

De Saffaraci successore altercatio est. Mabillonius in annalibus Benedictinis ad annum 555. n. xli. Saffaraco sanctum Germanum immediate primo subjecerat, ac post obitum, non post depositionem alterius successus episcopus Germanus, teste Fortunato n. xli. Et certe se ipse postea

ANNI  
CHRISTI

correxit Mabillonius in emendationibus toni tertii. Præterea omnes qui Parisiensium episcoporum catalogos texerunt, aut Libanum, aut Eusebium proximum decessorem S. Germani fuisse docent. Pro Libaniostant veteres Parisiensium episcoporum indices & Demochares, sed quæ ille de Libanio refert, ad S. Germanum tunc abbatem pertinent. Pro Eusebio vero præter Saumarthanos fratres pugnant Bailletus, Mabillonius & Coitius, qui Eusebii mentionem docet occurrere in aëlis S. Clodoaldi, & in breviario Parisiensis. His præit Aimoini testimonium lib. 2. de gestis Francorum cap. 18. qui Eusebium Germani decessorem distinguit ab Eusebio altero, qui Ragnemodo Germani successori successit: sic enim eo in loco inquit: *His diebus B. Germanus positus in fopore respicit a quodam sene claves sibi portæ Parisiæ porrigi, & interrogans quid hoc fieret, accepit responsum, ut salvas eas faceret. At post civitatis hujus episcopo nomine Eusebio decedente, dum præcellentissimo regi Childeberto occurrisset, in ejus electione mox effectum illa vox caelestis promeruit, & episcopatus sortitus est gradum dignitatis.* Hunc quidem locum interpolatum, nomenque Eusebii additum fuisse annotarunt nobilissimi scriptores, quod apud Fortunatum unde desumpta interpolatio non reperitur: sed nihilominus ex vita S. Droctovei abbatis S. Vincentii, nunc S. Germani a Pratis n. vii. non Libanum seu Libanus, sed Eusebium depositio Saffaraco cathedram Parisiensem ascendit, & ex aëlis S. Clodoaldi n. xi. ab Eusebio presbyter ordinatus fuit Clodoaldus ex regia familia princeps, Chlodomeri regis filius, qui jacet Novigenti ad Sequanam, ubi reliquum vitæ exegit pietati vacans, qua meruit in sanctorum numerum adscribi, ab eoque vicus non longe a Lutecia de ejus nomine appellatur S. Clodoaldus. Quidam tamen Clodoaldum ab Eusebio Ragnemodi successore, ipsique etiam Samarthani ordinatum voluerunt: sed hæc sententia cum annis Clodoaldi stare nequit; alioquin septuagenario major presbyteratus ordinem suscepisset, quod fidem omnem superat. Vide Coitium ad annum 551. n. xi.

## XX. S. GERMANUS.

In pago Æduensi, vico Lausa, Eleuthério & Eusebia parentibus natus Germanus, diaconus, triennioque post presbyter a S. Agrippino Augustodunensi episcopo ordinatus, abbatque sancti Symphoriani a Nectario presfectus, cum eo concilio v. Aurelianensi anno 549. interfuit. Cum autem facultate vite, moribus & miraculorum virtute clareret, vocatur ad regimen Parisiensis ecclesie mortuo Eusebio an. 555. ut tellis est

555. Fortunatus auctor suorum temporum episcopus Prælatiensis, qui res ab eo præclare gestas libro de vita ejus scripto tradidit, consentitque Gillemarus in vita S. Droctovei. Nihil novus dignitatis gradus mutavit in cultu, victu, vigiliis & asperitate penitentis sanctissimi viri. Interfuit

557. anno 557. Parisiensis iii. concilio habito ad refarcienda damna omnia ecclesie ex bellis civilibus 558. illata. Adstitit anno 558. translationi S. Ursini

Tomus VII.

Bituricensis episcopi, sicut & sancti Albini Andegavensis, cujus tempus non annotatur. Hujus in honorem ecclesiam volutate & imperio Childeberti regis ante portam Andegavensis urbis fundasse memoratur in charta Nethingi episcopi in notis Baluzii ad Servatum Lupum pag. 378. Quantum sub eo presule Childebertus rex pietate enituerit, ostendit imprimis, quod ecclesie Parisiensis, fanitate recepta precibus sancti presulis, Cellas regiam villam, in qua convaluerat, Cellamque in Provincia cum basilica sancti Romani donaverit anno regni 47. in mense Januario. Sed præsertim notatu digna regis hujus effusa in pauperes liberalitas, ita ut auream & argenteam suppellectilem ad eos nutriendos & fovendos constringeret ac conflaret consilio & exemplis Germani permotus: unde forte nata opinio sanctum Germanum fuisse regi ab eodemysium primum, & ut modo loquimur, magnum ecleziarynarium. Cæsaraugustæ urbis opulentissimæ in Hispania ad ripas Iberi obsidione soluta, & inde allata Viuentii diaconi & martyris stola, reverfus Luteciam Childebertus adificare cepit S. Germani

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 82.

Ibid. p. 87.

pontificis hortatu S. Vincentii nomine illustrem basilicam, in qua dictam stolam depositum. Hanc autem absolutam dicavit, & pluribus donationibus auxit S. Germanus 23. Dec. 558. qua die defunctus Childebertus paulo post inibi sepelitur. Successor ejus Clotarius Francorum coronam adeptus, Parisios venit, ubi ob contemptum B. Germanum in gravem morbum incidens, ab eodem sancto sanatur, scribente Fortunato. Eundem acceptis reginæ Radegundis sacramentalibus litteris a proposito uxoris recipienda deterreret S. Germanus an. 559. tum Pictavos profectus, ut ab ea pro rege veniam deprecaretur, Agnetem coram aliis episcopis in monasterio S. Radegundis abbatissam consecravit, quod in epistola ad episcopos concilii Turonensis ipsa memorat Radegundis. Ordinavit

anno circiter 560. Syagrium Æduensem episcopum. Inter alia privilegia immunitatem ab episcopo Parisiensis &amp; quovis alio monachis sancti Vincentii largitus est xi. cal. Septembris anno v. Chariberti regis, Christi 565. Adstitit an. 566. xv. cal. Dec. concilio Turonensi ii. ubi decretum episcoporum de suscepta B. Radegundis epistola conscriptum est. Consecravit anno 568. Felicem Bituricum episcopum. Circa idem tempus Charibertus rex incesali crimine infimulatum, quippe qui repudiata legitima conjugè Ingoberta, Merofledem ac postea Marcofavam ejus forem religiosam veste indutam conjugio sibi copulaverat, cum nollet eam dimittere, ab eodem Germano sacris interdicitus est, quod recitant Gregorius lib. iv. cap. 26. &amp; gesta veterum Francorum cap. 30. ubi &amp; legitur a rege Chariberto Encollimam civitatem nullum Germanum cum Gregorio Turonensi consecrassè basilicam S. Eparchii, qui inibi nuper sepultus fuerat. At errorem in nominibus deprehendunt doctissimi Bollandistæ ex temporis ratione: nam S. Germanus æque ac Charibertus rex ante sanctum Eparchium e vivis excessere, ut notant tomo 1. Julii pag. 109. Inventus a Donnolo Cenomanensi episcopo ad

559.

560.

Ibid. p. 89.

565.

566.

Conc. Hard. tom. 1. cal. 367.

568.

Lect. nov. titulum. tom. 1. p. 252.

B ij

ANNI  
CHRISTI  
571.

573.  
Cmc. Hist.  
tom. 3. c. 2.  
404.

575.  
Hif. eccl.  
Parif. tom. 1.  
pag. 96.

576.

dedicationem monasterii sancti Vincentii juxta urbem Cenomanorum eidem adfuit anno 571. calend. Novemb. ut constat ex litteris Domnoli pridie nonas Martias datis in hanc rem, quibus subscripsit Germanus. Interfuit anno 573. concilio Parisiensi iv. ubi inter cetera depositus est Promotus, qui episcopale officium in diocesi Carnotensi usurparat, nimirum in Castrudunensi, & qui ad synodum ab Germano invitatus venire contemferat. Anno 575. Brünichildem reginam luculenta hortatus est epistola, ut Siebertum conjugem a consilio belli, quod fratri inferebat suo revocaret. Hanc habes in appendice operum Gregorii Turonensis novissimæ editionis col. 1343. Infinitus essem si sancti antistitis virtutes & miracula recensere vellem. Hunc Robertus rex in diplomate Parisorum clypeum inexpugnabilem nuncupat. Celebrat Fortunatus ejus morum sanctitatem, clerique Parisiensis sub eo pontifice religionem & ecclesiastici chori concentum: nam poemate 19. lib. 2. ejus institutum recens de psalmodia commendat, quam a populo & clero Parisiensi mira frequentia & animorum alacritate perhibet susceptam fuisse. Demum fere octogenerius in cœlum migravit Germanus v. calend. Junias anno 576. paulo postquam Sieberto regi comminatus mortem fuisset ac prædixisset, ut refert Gregorius Turonensis lib. iv. cap. 52. Diem quoque sui ipse obitus paulo ante pronuntiaverat. De ejus funere ita laudatus Gregorius libro v. cap. 8. *in cuius, inquit, exsequiis, multis virtutibus quas in corpore gesserat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carceratis adclamantibus, corpus in platea adgravatum est. solutisque ejusdem, rursus sine labore levatur: ipsi quoque qui soluti fuerant, in obsequium funeris usque ad basilicam in qua sepultus est, liberi pervenerunt. Ad sepulcrum autem ejus multas virtutes, Domino tribuente, credentes experiuntur.* Hæc Gregorius, qui postea commendat librum vite S. pontificis a Fortunato presbytero compositum. Alii citius, tardius alii mortem ejus assignant, nempe annis 575. 577. Baronius biennio post defunctum tradit Germanum, & Hugo Flaviniacensis ex chronico Viridunensi apud Labbeum pag. 101. 9. Febr. 582. ubi perperam fratrem ei fuisse Paulum Viridunensem episcopum asserit, qui vigeat anno 630. Tumulatur in oratorio sancti Symphoriani, quod ipse construxerat in ingressu basilicæ S. Vincentii, ubi prius sepulturæ dati fuerant parentes ejus Eleutherus & Eusebia, pro quorum anniversario multa largitus fuerat eidem ecclesiæ. Germani epitaphium a Chilperico rege in poeticis litteris exculito conscriptum notat Aimoinus lib. 3. cap. 16. quod tamen alii a rege ei positum tantum, ab illo vero qui vite sancti Germani acta composuit scriptum esse contendunt. Mabillonius ad annum 576. n. 68. a Chilperico rege compositum quidem epitaphium conjicit, sed ab Aimoino expolitum. Sic autem habet:

*Ecclesiæ speculum, patriæ vigor, ara reorum,  
Et pater, & medicus, pastor, amorque gregis,*

*A Germanus virtute, fide, corde, ore beatus,  
Carne tenet tumulum, mentis honore posum.  
Vir cui dura nihil nocuerunt fata sepulcri,  
Vixit enim, nam mors quem tulit ipsa timet.  
Crevit adhuc potius justus post funera, nam qui  
Fictile vas fuerat, gemma superba micat.  
Hujus opem ac meritum mutis data verba loquuntur,  
Redditus & cæcis prædicat ore dies.  
Nunc vir apostolicus rapiens de carne trophæum,  
Jure triumphali confidet arce throni.*

Translatum est sacrum Germani corpus ad majorem ecclesiam viii. cal. Augusti anno 754. adstante Pipino rege, latus ejus stipantibus Carlomanno & Carolo, qui postea dictus est Magnus, sub Lansfrido S. Germani abbate, ejus festi memoria recolitur die 25. Julii. Ejus in honorem Bertichramnus Cenomanorum episcopus, qui ab eo presbyter ordinatus fuerat, monasterium apud Cenomanos ultra fluvium Sartæ condidit & dotavit, quod nunc redactum est in paræcialem ecclesiam suburbanam. Ab ejus quoque nomine dicta apud Parisos ecclesia sancti Germani veteris, prius capella sancti Johannis Baptistæ ab ipso S. Germano tunc abbate sancti C Symphoriani constructa, in quam ob metum Normannorum ejusdem Sancti corpus translatum anno 886. per biennium depositum mansit.

S. Germano tribuitur opus de Missa tomo v. anecdot. col. 91.

#### XXI. RAGNEMODUS.

Diaconus & presbyter a B. Germano ordinatus Ragnemodus, ejus in locum successit est anno 576. ut videre est apud Gregorium lib. v. hist. cap. iv. ubi meminit fugæ Merovechi filii Chilperici regis ad basilicam S. Martini: *Erat, inquit, tunc nobiscum Ragnemodus Parisiaca scdis episcopus, qui sancto Germano successerat.* Adfuit concilio Parisiensi anno 577. in ecclesia S. Petri, modo S. Genovefæ, in quo Prætextati Rotomagensis præfulus causa, Chilperico accusante, discussa est, atque inter primos antistites aderat Ragnemodus: nam juxta tabernaculum, ut ipse recitat Gregorius capite 19. ad dextram regis Bertichramnus episcopus Burdegalis, ad levam vero Ragnemodus stabat, præfente Actio ecclesiæ Parisiensis archidiacono. Memoratur etiam cap. 33. pro recipiendis ad communionem ecclesiasticam nocentibus, quos Chilperici rex ad eum tanquam loci episcopum remisit. Anno 580. Desiderium, qui se æqualem Apollolis jactabat & falsas reliquias circumferebat, Parisios accedentem tempore Rogationum, quæ ante Ascensionem Domini agi solent, Ragnemodus jussit vincitum custodiri. Concilio Brennacensi eodem anno adfuit. Suscepit de fonte sacro die festivitatis Paschæ anno 583. cum multa alacritate filium Chilperici regis, quem pater Theodericum nuncupari voluit. Ab eo Aimoinus monachus libro 3. capite 58. tradit susceptam in basilica beatæ Mariæ Parisiensis Fredegundin reginam cum thesauris, quos secum advexerat post mortem Chilperici

ANNI  
CHRISTI

577.

580.

Greg. Tur.  
Hif. lib. 9.  
cap. vi.

583.

Lik. 6. cap.  
xxvii.

ANNI  
CHRISTI

584  
Lib. 7. cap.  
xvi.

Cont. Herd.  
tom. 3. col.  
485.

585.  
Orig. Tur.  
lib. 10. cap.  
xiv.

Idem cap.  
xxvi. &  
xxviii.

591.

anno 584. Circa id tempus Prætextatus, qui in concilio Parisiensi exilio mulctatus fuerat, de-  
functo Chilperico Ragnemodii beneficio ad eccle-  
siam Rotomagensem rediit. Concilio Matifco-  
nensi 11. interiit anno 585. Diversa ad sepul-  
crum S. Martini fecit itinera, quæ testantur eum  
& fide & pietate claruisse. Ecclesiasticæ disci-  
plinæ vindicem fuisse, id quod tradit Gregorius  
ostendit, ab ipso excommunicatum Theodulfum  
ecclesiæ suæ diaconum, qui videbatur in aliquo  
sciolus, quod ad ecclesiam Parisiensem in qua  
ordinatus fuerat, redire differret, adherens Au-  
doveo Andegaveni episcopo, cujus corrupti  
erant mores. Laudatur Ragnemodus a Fortunato  
ipsum amico libro 9. c. 10. summus pater  
patris, dulcis amicus, & summa testificatione  
amoris gratiarum actionem rependit ob munera  
ex Pario marmore, quæ ad B. Radegundim  
Pictones miserat. E vivis creptus legitur anno  
591. nempe ante celebritatem baptisimi Chlo-  
tarii II. filii ex Fredegunde Chilperici, postquam  
ecclesiam Parisiensem 15. annos rexisset.

XXII. EUSEBIUS II.

Ragnemodo defuncto, cathedræ Parisiensis  
auctoritatem fecit Fredegundis. Hanc, ut vere  
dicam, emit Eusebius natione Syrus, qui huc  
negotians causa diverterat. Illicitam hujus ele-  
ctionem exponit Gregorius lib. x. cap. xxvi.  
*Ragnemodus*, inquit, *Parisiacæ urbis episcopus*  
*obit: cumque germanus ejus, Firamodus presbyter*  
*pro episcopatu concurreret, Eusebius quidam negoti-*  
*ator, genere Syrus, datis multis muneribus in locum*  
*ejus subrogatus est. Iste accepto episcopatu, omnem*  
*scholam decessoris sui* (Fortunatus exilium sic  
nuncupari clerum urbis) *abiciens, Syrus de genere*  
*suo ecclesiasticæ domui ministros statuit. Diu Pa-*  
*risiensem ecclesiam rexisse non videtur Eusebius,*  
paulo enim post ei successit

XXIII. FARAMUNDUS.

Faramundus, qui & Faramodus, frater Ragne-  
modi, quo mortuo vacuum ambiat pontifica-  
tum. Hujus, sicut & Eusebii, nulla alia memoria  
est. Huc usque Gregorius Turonensis episcopo-  
rum Parisiensium contextit catalogum.

In commemorato Colbertinæ bibliothecæ ca-  
talogo Saphoracus sublequitur Faramodo ante Sim-  
plicium; sed perperam, nullæ enim aliæ preste  
sunt, quæ id probent auctoritates.

XXIV. SIMPLICIUS.

Unus ex episcopis Gallicanis est Simplicius,  
quibus S. Gregorius literis commendat monachos,  
quos cum Laurentio presbytero & Mellito  
abbate in Angliam ad Augustinum mittebat an.  
601. Vide Gregorium magnum epist. 58. lib.  
xi. Simplicii quoque nomen occurrit in indicibus  
ecclesiæ Parisiensis.

XXV. S. CERAUNIUS & CERAUNUS.

Huic dicata fuit historia tergenitorum Speu-  
sippi, Eleusippi & Maleusippi Lingoncentium  
martyrum ab auctore Warnahario, qui in prologo

Bolland. Ja-  
nuar. 17.

A Ceraunum papam nuncupat, & laudat, quod  
sanctissima conversatione sanctissimos coarctare  
præfules, animum sacris literis imbueret fluderet,  
Eusebique Cæsariensis exemplo acta martyrum  
Luteciæ colligere intenderet. Sub illo episcopo,  
ut videtur, Clotarius II. rex, qui mortuus Theode-  
berto, Theodoro, ejusque filiis, ac eorum avia  
Brunichilde, solus tunc in tota regnabat Francia,  
convocavit xv. cal. Novembris anno 615. ut  
habet Simondus, vel potius 614. ut Labbeus  
& Cointius, ut pote Clotarii xxxi. ex ipsius  
constitutione in actis conscripta, Parisiensis con-  
cilium v. in basilica S. Petri, cui 79. episcopos  
B adfuisse prodit vetus collectio, unde canone 111.  
concilii Remensis anno 625. habiti generalis  
synodus appellatur. Defunctus Ceraunus humatur  
die 27. Sept. in ecclesia sanctæ Genevæ. Hujus  
tumulus postea translatus fuit ad dextram tumuli  
S. Genevæ in crypta hujus ecclesiæ, ut liquet  
ex inscriptione tumulo tunc posita, in hæc verba:  
*S. Cerauni Paris. episcopi, qui post annum Christi*  
*dc. Clotario II. rege cathedram tenuit tumulus,*  
*ex quo levata olim sacra reliquia, in hunc locum*  
*translatus est anno M. dcxxviii. In breviario*  
Parisiensi fit ejus commemoratio ad v. cal. Oct.  
De eo vide Francicum Bosquetum hist. ecclesiæ  
C Gallicanæ libro 11. cap. 17.

ANNI  
CHRISTI

614.

XXVI. LEUDEBERTUS.

Cum aliis Galliarum episcopis Leudebertus  
synodo Remensi adfuit, cujus canones com-  
memorantur a Floardo lib. 11. hist. Remensis cap.  
5. Hanc synodum anno 625. consignat insignis  
Francorum annalista Cointius. Quam colligit  
episcopam ex subscriptionibus Sulpitii Bituricensis  
episcopi, qui sedere ceperat ab anno priori, &  
Senoci pontificis Elosani, quem anno sequenti  
exulare justum Fredegarius scribit. Alia insuper  
addit momenta, quæ qui scire cupit, adeat an-  
D nales ecclesiasticæ Francorum ad an. 625. n. 14.

Cont. Herd.  
tom. 111. col.  
127.

XXVII. AUDOBERTUS.

Audobertus, qui & Autbertus, si qua monacho  
vitæ S. Baboleni abbatis Fossatenfis scriptori fides,  
patria Anglobrittannæ, regis Angliæ Choinvalæ  
persecutionem fugiens, episcopatu abdicato, in  
Galliam migravit, ubi regis Chlodovæi II. fa-  
vore urbis Parisiæ præsul deligitur, quamvis  
ignotus & advena. Quæ autem Audoberto tri-  
buit monachus Fossatenfis, Agilberto successori,  
si Clodovæi regis mentionem excipias, ex hi-  
storia venerabilis Bedæ accidisse accipimus. At  
E subscrispit Audobertus chartis fundationis mona-  
sterii Fossatenfis, quod Blidegillus Parisiensis  
archidiaconus obtenta a rege Clodovæo II. præ-  
ceptione seu permissione, in castro Bacaudarum  
ad Maternam fluvium extruxit, ac monachus  
sub regula S. Benedicti ad modum & similitu-  
dinem Luxoviensis monasterii Christo famulan-  
tibus, constituto ibi Baboleno abbate, tradidit.  
Charta præceptionis data fuit anno primo  
Clodovæi regis, & charta donationis Blidegilli non.  
Maii anno tertio. Addit auctor vitæ sancti Ba-  
boleni ab Audoberto præfule arca necessitudine  
B iij

638.  
Chart. II.  
col. 2.  
640.  
Chart. III.  
col. 1.

ANNI  
CHRISTI  
642.

Sec. 11. Br.  
vol. p. 597.  
Coc. Harl.  
tam. 3. col.  
952.

644.

tota vita ei conjuncto, antequam Babolenus ex hac vita decederet, monasterium Fossiflatense a jurisdictione episcopali exemptum fuisse anno v. Clodovæ II. At hanc exemptionis chartam nemini adhuc mortalium videre concessum est. Ex eodem discimus auctore constructam ab Baboleno & Fursaco ecclesiam in loco qui dicitur *Campus*, Gornacum inter & Latiniacum, ab Audoberto dedicatam fuisse. Denique Audoberti vice Germaoldus abbas interfuit concilio Cabilonensi habito an. 650. juxta Sammarthanos & Gerardum du Bois, fere potius 644. ex Cointo, quem adire operæ pretium est, & Mabillonio ad hunc annum num. 29. certe ante finem anni 653.

## XXVIII. S. LANDERICUS.

Hist. eccl.  
Parisi. t. 1.  
pag. 188.

653.

Landericus Parisiensis episcopus consensit, & nomen apposuit suum cum aliis episcopis privilegio libertatis & immunitatis a Clodovæ II. rege concessæ monasterio S. Dionysii x. calend. Julii anno xvi. regni sui. Quin & ipsum aliud eidem cœnobio anno precedenti contulisse eadem de re privilegium probare videntur bulla Stephani II. papæ data Fulrado abbati S. Dionysii iv. cal. Martii 757. & charta Hilduini abbatis nono seculo de partitione honorum hujusce monasterii, licet vulgatum pro falso, sin minus interpolato a plerisque reputetur. Et certe in concilio Piflensi habito anno 862. Ludovicus S. Dionysii abbas privilegium a Landerico Parisiensi episcopo suo monasterio jampridem concessum obtulit confirmandum, cui subscripserunt episcopi, inter quos Æneas Parisiæ urbis episcopus privilegium domni Landerici antecessoris sui omnino aequitatis tramite servare approbans corroboravit. Landerici Parisiensis episcopi meminit chronicon S. Maxentii apud Labbeum tomo 2. bibliothec. pag. 192. *Clodovæ filii Dagoberti temporibus existit Ansoaldus Pict. Audoenus, Landericus Parisiæ presul, &c.* Meminerunt & diversa hagiologia, pervetusta recentisque edita brevitaria, de quibus vide Bollandistas tomo 1. Junii pag. 292. Inde mirum a nonnullis, inter quos Valesius, neminem Audobertum inter & Chrodobertum Parisiensem episcopum recenteri, qui voluit apud auctores, qui temporibus Dagoberti, Clodovæ II. & Chlotarii III. scripserunt, vel in conciliis quæ habita sunt, nullum reperiri Landericum Parisiensem episcopum; illum vero, cui Marculus suas formulas nuncupat, posse esse alterum Meldensem, de quo Molanus in indiculo sanctorum Belgii. At præter quam quod illius meminerunt tabularia Parisiensis ecclesiæ, & antiqui ejus episcoporum indices, Marculus sub Clodovæ II. suas edidit formulas anno circiter 654. quo tempore Faro Meldis sedebat: nec ullus tunc Landericus in tabulariis ecclesiarum præter Parisiensem adscriptus est, ut optime in præfatione demonstrat vir clarissimus Hieronymus Bignon scutatus Parisiensis ornamentum, qui Marculfi formulas primus luce donavit anno 1613. quas edidit postea Baluzius inter capitularia tomo 11. Ferunt & a Landerico primum ad limina matris

Spicileg.  
t. vi. pag.  
378.

A ecclesiæ exstructum dotatumque celebre illud nosocomium, quod vulgo domus Dei appellatur. Celebratur quidem maxime ob incredibilem suam erga pauperes caritatem, quæ grassante fame anno, ut putat Mabillonius, 651. eo devenit, ut etiam domesticam suppellectilem venderit. Quin & dicitur sacra ecclesiæ vasa destruxisse, ut egenis alimoniam pararet. Sepultus est sanctus Landericus in ecclesiâ sancti Germani Autissiodorensis, ubi ejus adhuc asservantur reliquiæ, quas anno 1171. a Mauricio de Soliaco in capsa lignea referatas, Petrus de Ordeomonte 17. Sept. 1408. cum nonnullis reperit schedulis vetustate attritis, Landerici Parisiensis episcopi nomine inscriptis, & in argenteam caplam rite ac solemniter repositis super columnam pone majus altare. Sancti pontificis memoria sollemnis est in ecclesiâ Parisiensi ad iv. idus Junii.

ANNI  
CHRISTI

## XXX. CHRODOBERTUS.

Chrodobertus, qui & Rotbertus & Theodebertus apud reginam Bathildem gratiosus, eidem post mortem Clodovæ regis anno 656. tutelam Clotarii filii habenti a consiliis fuit, ut habet auctor vite S. Bathildis. Subscripsit privilegio, quod Emmo Senonensis episcopus dedit suburbano S. Columbæ monasterio an. tertio Chlotarii regis, is est annus 658. aut 659. Aliud paulo post privilegium idem Emmo largitus est suburbano S. Petri vivi cœnobio inscriptum ChrodoBERTO, Faroni, &c. cui sigillum etiam apposuit suum ChrodoBERTUS. Subscriptus etiam legitur privilegio monasterii Corbeiensis concessio a Bertefrido Ambianensi episcopo, VIII. id. Septemb. anno VII. regnante Chlotario rege, hic est annus 663. juxta Mabillonium. Hujusce privilegii meminit Drogo Tervanensis episcopus in simili quod concessit ecclesiæ Messinensi, apud Miracum cod. donationum cap. 5. Ceterum ChrodoBERTUS templum Douniæ ædificavit in loco, cui magnam impendebat reverentiam, ubi haud procul a Bellovacorum urbe sepultura mandata fuerat Ebrulfus Bellovacensis abbas; huc postea Oratorii vocabulum accessit. Summa cum sancto Audoeno Rotomagensi episcopo conjunctus fuit necessitudine, unde forte nata opinio ejus rogatu exarata a D. Audoeno S. Eligii vitam, ChrodoBERTOQUE ut emendaret nullam, quam recessit sententiam Gerardus du Bois, eo quod scripta sit ab Audoeno S. Eligii vita, postquam sancta Bathildis abdicata rerum administratione in Calense monasterium sese receperat, imo post mortem Clotarii, cum ejus fratres Choldericus & Theodericus regnarent: tunc vero temporis ChrodoBERTUS mortem oppetierat, occiso jam ante fecerunt S. Bathildis successore ejus Sigoberrando, ut mox dicemus.

Sec. 11. Br.  
vol. p. 778.

658.  
Sec. 111.  
part. 11. p.  
613. or.  
sequentiis.

663.

Ant. SS. Br.  
vol. 1. t. 2.  
pag. 368.

Tom. 1. pag.  
194.

## XXX. SIGOBAUDUS

Idem forte qui Sigoberrandus & Sigobrandus, de quo auctor cœtaneus vite sanctæ Bathildis ita loquitur: *Erat ejus (Bathildis reginæ) sancta devota, ut in monasterio religiosorum seminarum in Kulu. . . . conversari deberet. Nam & Franci*



ANNI  
CHRISTI

pro eius amore hoc maxime dilatabant, nec fieri permittent, nisi commotio illa fuisset per niserum Sigoberrandum episcopum, cuius superbia inter Francos meruit mortis ruinam. Et ex inde orta intentione, dum ipsum contra ejus (Bathildis) voluntatem interfecerunt, metuentes, ne hoc donna contra eos graviter ferret, ac vindicare ipsam causam vellet, permiserunt eam subito pergere ad ipsum monasterium. Porro cum hic scriptor sedem Sigobrandi episcopi non assignet, verisimile est episcopum loci de quo loquitur, proindeque Parisiensem, qua in dioecesi Calensē situm est monasterium, fuisse Sigoberrandum, qui tunc temporis medius recensetur Chrodobertum inter & Importunum in veteribus hujusce ecclesie episcoporum indicibus. Hanc autem eadem anno 664. patratam volunt. Vide vitam S. Bathildis seculo 2. Benedict. pag. 780.

## XXXI. IMPORTUNUS

Subscripsit privilegio parthenonis B. Marie Suesfionensis anno 666. dato a Draufio Suesfionensi episcopo. Ejus exstat in nova collectione formularum a Baluzio edita tit. xii. epistola increpatoria ad Frodebertum seu Chrodobertum episcopum Turonensem. Imo sequentem, quæ ejusdem est ac illa de qua diximus argumenti, putat Baluzio ejusdem esse Importuni.

## XXXII. S. AGILBERTUS.

Bod. Bib. 3.  
cap. 7.

Agilbertus, qui & Ægilbertus, Agilbertus, Aglebertus & Angilbertus, Lutecie Parisiorum e nobili familia natus, & consecratus in Gallia absque titulo & ecclesia peculiari circa annum 640. in Hiberniam profectus est, ubi legendarum scripturarum gratia aliquanto demoratus tempore, in Saxonum Orientalium regionem migravit anno 650. Tunc ibi regnabat rex Cenwalchius, cui ad disseminandam fidem se conjungens Agilbertus, prædicandi munus sponte sibi assumpsit. Hujus eruditionem & industriam conspicatus rex, rogavit eum ut accepta sede episcopali ibi maneret: cujus precibus annuit Agilbertus, multoque tempore eidem genti pontifex unus præfuit. Cum autem ejus industria plurima animarum seges esset, Saxoniarumque Occidentalis parochia amplissime pateret, rex barbaræ pertæsus loquelæ (Agilbertus quippe homo extraneus, Saxonum lingue rudis penitus & ignarus erat) Vinium quemdam popularem suum, qui & in Galliis ordinatus fuerat episcopus, divisā in duas partes provincia, in civitate Venta episcopatus munia exercere jussit. Injurie impatiens Agilbertus, quod ipso inconfulto rex egisset, relicta sede Dorcestrie ad Alfridum Northumbrie regem perrexit anno 660. apud quem aliquandiu demoratus Wilfridum presbyterum fecit, per quem in conventu Pharensi, qua vernacule neciebat, ecclesie catholice partes solita tuitus est facundia & eruditione anno 664. in famosa illa de celebrando Paschate concione, qua soluta, Agilbertus patriam eodem anno repetiit. Paulo post rex Alehfrid amicus ejus Wilfridum presbyterum ad regem Galliarum misit, qui eum ipsi & subditis consecrari faceret episcopum. Hanc rex Fran-

corum Agilberto demandavit provinciam, qui; reluctante licet Beda, necdum Parisiensis ecclesie regimine adeptus fuisse videtur. Is Wilfridum magno cum honore plurimisque convenientibus episcopis apud Compendium exequit 664. aut sequenti ineunte consecravit. Demortui in locum Importuni & ipse suffectus, Theodorum monachum, quem Vitalianus papa ordinatum episcopum misit in Brianniam anno 668. Parisios appellentem benigne excepit Agilbertus, quicum multo tempore permanfit. Anno sequenti, ut ait Gerardus du Bois post Bedam, cum rex Coinwalch Vinium, cui partem episcopatus Agilberti tribuerat, ex eadem ejecisset provincia, ad Agilbertum misit legatos anno 669. qui ipsius nomine deprecarentur injuriam, & rogarent ut redire dignaretur ad pristinam sedem. Agilbertus vero, cum propriæ civitatis ac parochiæ episcopatu teneretur adstrictus, Leutherium presbyterum nepotem suum ad regem misit, quem, si libitum foret, crearet episcopum, quod & fecit. Subscriptus Agilbertus chartæ Chrotoldis matronæ de conditione Brogariensis parthenonis in pago Stampensi data anno 670. Ægilberti adhuc, an Parisiensis episcopi? meminit chronicon continuatum Fredegarii part. 2. cap. 97. ubi violatæ fidei C datæ super vacuus capfus arguitur, a qua impietate vindicare eum conantur Coitinus ad annum 680. n. 6. & Gerardus du Bois tom. 1. pag. 211. Denique de eo in chartulario Jotrensis abbatiæ legitur, quod cum aliquando sororem suam Theodlechildem hujus monasterii abbatissam inviseret, correptus morbo est, quo paulo post senex ac plenus dierum moritur v. idus Octob. atque in Jotrensi monasterio sepultus est in crypta oratorij S. Pauli eremitæ, quod ipse construxerat, & quod etiamnum intra cœmeterium ecclesie parochialis Jotrensis includitur. Cum autem anno 1632. Johanna a Lotharinga abbatissa Jotrensis prædictum oratorium reficeret, inventum est nonis Aprilis ser. 2. majoris hebdomadæ sancti præfultis corpus, quod inclusum theca, venerationi fidelium expositum fuit. Totum illud transfusum est & chartulario Jotrensi. Vide & Bedam lib. iv. capp. 1. 5. 20. Antonium Godeau in fine tom. 2. hist. eccles. & Mabillonium seculo II. Benedict. pag. 487.

## XXXIII. SIGOFRIDUS.

Agilberto successit Sigofridus, qui nominatur in charta Vandemiris viri illustri & Ercambertæ ejus uxoris, in qua major ecclesia Parisiensis aliaque memorantur basilicæ, edita est a Mabillonio libro 6. de re diplomatica n. xiv. *Donatumque in perpetuo esse volumus ad basilica domna Stephana in Parisius, ubi dominus Sigofridus pontifex præfisse videtur, villa cognomento in pago Camiliacensi \* cum omne merito, &c. anno xvii. regni Theuderici.* Ejus quoque meminit placitum Clodovæi III. ubi de lite Chainois abbatis S. Dionysii cum abbate Ermenoaldo n. xv. Adfuit cum aliis episcopis & multis proceribus placito, quod Clodovæus III. dedit Lufarchæ in gratiam monasterij S. Dionysii de Nocito cal. Novembris secundo

ANNI  
CHRISTI  
Mabillon.  
anal. t. 1.  
pag. 478.  
Bod. lib. 3.  
cap. 13.Secl. 11.  
Bened. pag.  
1032.  
668.

669.

670.

le Cham.  
Bly.  
691.  
692.

ANNI  
CHRISTI

regni sui anno n. xviii. Paulo post obiit Sigofridus, non vero anno 694, delinente aut sequente, ut docet Gerardus du Bois lib. iv. hist. Paris. pag. 215, qui refellitur ex Clodovai III. precepto de Baldani curte in pago Bellovacensi, de quo mox.

## XXXIV. TURNOALDUS.

Turnoaldus, seu Turnochaldus, interfuit cum aliis episcopis & magno procerum numero placito de Baldanacurte, quod datum in gratiam monasterii S. Dionysii a Clodovao III. Valencianis pridie cal. Martias anno regni ejus tertio, Christi 693, juxta Mabillonium. Subscriptis privilegio Agirardi episcopi Carnutensis pro monasterio S. Marie cusjdam urbis anno 2. Childerberti III. die 6. Martii 696. Memoratur & in

Hidem n.  
xxiii.

696. alio ejusdem Childerberti precepto de Nocito villa dato Compendio anno regni tertio die 14.

n. xxiv.

697. Mart. 697. Sigillum apposuit eodem anno charte fundationis monasterioli virginum sub titulo sancti Johannis & S. Crucis apud Lemaulum \* in agro Stampensi. Hunc volunt alii ex abbate sancti Dionysii ad episcopalem Parisiorum cathedram assumtum, alii abdicato episcopatu Parisiensi secessisse in monasterium S. Dionysii, ubi defuncto in

\* Limours.

716. Chillardo successit est abbas. At contra illos pugnat abbatum Dionysianorum series, his vero non favet titulus custodis S. Dionysii, quo a Chilperico Francorum rege silvan de Roverito & alia monasterio obtinuit anno regni secundo, id est 717. Quidni enim Turnoaldus custodiam S. Dionysii habuerit, sicut & alii tunc temporis presules monasteriorum custodes dicebantur contra decreta canonum, quibus parva tunc reverentia erat, ut mox videbimus!

## XXXV. ADULFUS.

Solo innotescit nomine Adulfus ex indicibus Parisiensium episcoporum.

## XXXVI. BERNECHARIUS.

Tom. 6. col.  
529.

Adulfus sequitur Bernecharius in tabulis ecclesie Parisiensis. Hunc aliquando e Leutenvensium episcoporum albo expunximus, ac merito quidem, cujus translatio nullo nititur fundamento.

## XXXVII. S. HUGO.

Spicil. t. 3.  
pag. 200.

Drogone Burgundie & Campanie duce, filio Pipini cognomine Crassi, Majoris domus Francorum, & Pletrudis, & Adeltrude parentibus natus Hugo, ab avia Ansefide pie educatus est. Metensis primum primicerius, post Rotomagensis ecclesie prefectus fuit an. 722. juxta chronicon Fontanellense cap. viii. *Hic etiam prefatum ecclesie Parisiense simulque Bajocassine cum Rotomagensi tenuit, factione sibi sui Caroli principis, extra decreta tamen canonum, cenobia vero nobiliora Fontanellum & Gemeticum, ut chronicis verbis utar. Addit idem chronicon rectorem seu procuratorem fuisse ecclesie Parisiense trigessimum quintum a beato Dionysio constitutum, quibus verbis innuit Hugonem non tam fuisse episcopum, quam bonorum ecclesie Parisiensis custodem,*

Pag. 207.

que certe non abrahebat: singulis enim suis ecclesiis magnas & amplas facultates ab iis qui septrum tunc tenuerunt impetravit & contulit. In antiquis eccl. Paris. indicibus trigessimus septimus vulgo legitur episcopus. Hic autem major fides, quam cuivis extraneo ecclesie distitit res non scienti. Decessit Hugo ex eodem chronico vi. id. Apr. anno 730. indicl. xiiii. in cenobio Gemeticensi, ubi sepultus fuit in ecclesia B. Marie. Inde cum S. Aicardo abbate Halpas in diecepsi Cameracensi postea translatus. Quinto id. Apr. fit ejus memoria in martyrologio Romano & Benedictino. De eo in archiepiscopo Rotomagensibus iterum. Hujus episcopi gesta scriptis Baldeicus, quae referuntur in chartul. Parisiensi.

730.

Sammarth.

## XXXVIII. MERSEIDUS.

Hoc ordine recensetur Merseidus in indicibus & pervetustis ecclesie Parisiensis tabulariis.

## XXXIX. FEDOLUS.

Merseidus proxime excipit Fedolus seu Fedolius. Vetus index episcoporum Parisiensium in bibliotheca Colbertina Fedolio Radbertum subrogat, atque post eum Ragnecapdo dat locum, Madalberto, Deodefrido, Erchanrado, Ermenfrido, Luchado, item Erchanrado, Aeneae, &c. at cum nulla Radberti in aliis indicibus fiat mentio, indicasse sufficiat.

C

## XL. RAGNECAPTUS.

Hunc & Ragnecapdum dictum Fedolio subrogant omnes indices, prater Colbertinum.

## XLI. MADALBERTUS.

Madalbertus ex codice Colbertino innotescit, de quo nihil apud Breulium & Sammarthanos.

## XLII. DEODEFRIDUS.

D

Madalberti successor Deodefridus Gorziensis monasterii privilegio subscripsit anno vi. Pipini regis 757. Decennio post anno scilicet 767. 757. celebratum est in agri Parisiensis villa Gentiliaco 767. pro cultu imaginum & sancta Trinitate concilium, ubi de Sanctorum imaginibus fingendis an pingendis, de earum usu in ecclesiis, & de addita symbolo voce *filioque* disceptatum est, occasione legationis a Constantino imperatore ex Oriente ad Pipinum missae. Huic autem concilio Deodefridum adfuisse suspicatur Gerardus du Bois, ut pote cujus in parochia actum est.

## XLIII. ERCHENRADUS. I.

In placito, quod anno septimo regni sui v. cal. 775. Augusti habuit Carolus rex Placidium monasterium in pago Piniacense monasterio S. Dionysii adscriptum fuit adversus Erchenradum episcopum urbis Parisii, qui memoratur & in indice Colbertino de quo supra; eundem ordinem sequuntur tabularia ecclesie Parisiensis. Praesulis hujusce temporibus igne absumta sunt instrumenta & chartae ecclesie Parisiensis, cui ut mederetur incommodo, Erchenradus imperatorem adit, a quo litteras obtinuit, ut per regiam auctoritatem qua

Diglton. Bb.  
6. n. 11. &  
Hist. eccl. Paris.  
t. 1. p. 207.

ANNI  
CHRISTI

qua ante ambausta instrumenta, eadem res & mancipia securitate teneret Parisiensis ecclesia. Hujusce præcepti meminit Ludovicus Pius in diplomate dato ad petitionem Inchadi Parisiæ urbis episcopi in Carifaco palatio anno vii. ejus imperii, ubi Erchenradus episcopus & decessor dicitur Inchadi, qui aliis in actis appellatur antecessor Erchenradi. Mendosa itaque non est assertio, ut volunt Sammarthani, quæ duos Erchenrados Parisiensis præfules pro uno constituit. Quin Francofurdienſi ſynodo anno 794. habite Erchenradus ſenior adſuerit nullus dubitat Gerardus du Bois. Ipſe eſt qui canonicos inſtituiſſe creditur in eccleſia Pariſienſi. Necrologio ſancti Germani depoſitionem Erchenradi episcopi nonis Martii annotat.

794.

Ad hæc tempora referri ſolent Parisienſis academiæ initia, quæ erectis Luteciæ ſcholis publicis præ ceteris Europæ celeberrima majori claritate fulget, de cujus laudibus paſſim ſcriptores plura, ſed elegans locus tom. 2. probationum libertatum eccleſiæ Gallicanæ expreſſus in actu appellationis Univerſitatis factæ pro eccleſiæ immunitatis ſub Innocentio VIII. ita ſe habet. *Eſt ipſa Pariſienſis Univerſitas quaſi lucerna fulgens in domo Domini, ad quam, tanquam ad ſcientiarum fontem, & ſpeculum literæ capeſſendis, non Galli ſolum, non Germani, non Siculi, ſed etiam ultimi Heſperi, ac omnes pene mundi nationes, tanquam ad cucularum doctrinarum ſeminarium, omniumque ſcientiarum parentem conflant & confluere conſueverunt.* Gregorius IX. ait: *Patens ſcientiarum Pariſius civitas eſt docentibus & diſcentibus gratioſa.* Alexander quoque pontifex maximus: *Quaſi ſignum vite in Paradiso Dei & quaſi lucerna fulgens in domo Domini, eſt in ſancta eccleſia Pariſienſis ſtudii diſciplina. Hæc quippe velut ſecunda eruditionis parens, ad irrigandum ſterilem orbis faciem, fluvios de fontibus ſapientiæ ſaltuaris cum impetu foras mittens, ubique terrarum Dei lætificat civitates. Ibi enim ordinatus eſt per providentiam conditoris ad opus atque cuſtodiam eccleſiæ ſponſa Chriſti doctorum ordo præcipuus.*

XLIV. ERMENFREDUS.

Erchenradum excipit Ermenfredus in indice Colbertino. Hunc Aquisgranenſi concilio anno 809. aduſſe opinatur Gerardus du Bois, penes quem ſit fides.

809.

XLV. INCHADUS.

Episcopus jam erat Inchadus anno 811. cum Stephanus comes Parisienſis & Amaltrudis ejus uxor huic & eccleſiæ Pariſienſi S. Marie res ſuas ſitas in loco nomine Sulciaco dederunt anno xi. imperii Caroli Magni, & XLIII. regni ejus in Francia indiſt. III. Obtinuit a Ludovico Pio, ut præceptum, quod Carolus imperator rogatus ab Erchenrado deceſſore fieri juſſerat, ipſe confirmaret iv. cal. Novemb. anno vii. Ludovici.

820.

821.

825.

Balez, append. ad 10.

habitus eſt Pariſis conventus episcoporum, ut Tomus VII.

A episcopi Gallicanæ eccleſiæ ſententiam de cultu ſacrarum imaginum exponeret: quapropter collectus eſt liber ex ſententiis veterum patrum & aliorum monumentorum, cujus Agobardus Lugdunenſis archiepiſcopus auſtor cenſetur, miſiſſusque ſuit Aquisgranum ad Ludovicum imperatorem. Quodam ſancti Dionyſii monacho de conſenſu Hilduini abbatis correxit Inchadus anno 829. Hujus temporibus celebrata eſt Pariſiis ſynodus vi. ab episcopis quatuor provinciarum Remenſis, Senonice, Turonenſis & Rotomagenſis VIII. id. Junii anni ejuſdem ſub Ludovico & Lothario imperatoribus in eccleſia S. Stephani, cui cœtui aduit Inchadus. Acta celeberrimæ hujus ſynodi tribus libris comprehenduntur. Prius articulis 54. conſtat, in quibus de officio episcoporum diſſeritur juxta veterem canonum doctrinam. Secundus tribus ſupra decem articulis abſolvitur, ubi regis officium exponitur. Quod autem ibi legimus, videtur deſumptum ex opusculo Jonæ Aurelianenſis episcopi, quod inſcribitur *de inſtitutione regia ad Pipinum regem*, habeturque Spicilegii tomo 5. pag. 57. & ſane aderat concilio Jonæ. Tertius liber incipit ab epistola patrum ad imperatores, quibus nota faciunt & exponunt decreta a ſe promulgata. Nomina episcoporum qui huic aduſſerunt ſynodo conſervavit Inchadus in quadam charta n. 92. in parvo paſtorali Pariſienſis eccleſiæ, qua villas aliquot canonicis attributas deinceps eſſe, hancque ab episcopis qui ſynodo interſerant confirmatam voluit, ipſe vero ob amiſſionem luminum ſcribere non valens, nomen non apoſuſit ſuum, ſed ſolum crucis ſignum. Ex hac autem charta & præcepto Caroli Magni in gratiam Erchenradi conſtatum fuiſſe credimus inſtrumentum in Gallia quadripartita e parvo paſtorali prius inſertum, quod vetuſtate nimum renovare curavit Philippus rex, ſicque renovatum aſſervatur in regeſto theſauri XLV. n. 5. ex quo quaſdam emendationes & varias leſiones depronuntiam. Denique Inchadus ſynodale præceptum pio reformandis S. Dionyſii monachis circa annum 831. confirmavit: ſic enim in fine hujus inſtrumenti legitur: *Inchadus Pariſienſis eccleſiæ episcopus interſui, & qua ob amiſſionem luminum ſcribere nequivi, manu propria ſigno crucis ſubterfirmavi.* Ac paulo poſt devixit, notatus in necrologio ſancti Germani vi. idus Martii.

829.

Hist. eccl. Paris. tom. 1. pag. 349.

Chart. 12. col. 10.

Diplom. lib. 6. n. 74.

831.

Annal. rom. 2. p. 332.

XLVI. ERCHANRADUS II.

Partitionem bonorum monaſterii Sandionyſiani factam ab Hilduino abbate xi. cal. Februarii anno ineunte 832. ratum habuit Erchanradus, ſuaque ſubſcriptione firmavit. Inſequenti ab Heghildis abbatilla Caleniſi admonitus, corpus ſanctæ Bathildis e ſubterranea crypta baſilicæ S. Crucis transportavit in eccleſiam S. Dei genitricis Marie xvi. cal. Aprilis anni incipientis 833. Subſcripſit Aldrici archiepiſcopi Senonenſis privilegio pro monaſterio ſancti Remigii anno juxta Coitinium 833. & alios 834. in concilio Senonenſi, quod a Labbo conventus Wormatienſis appellatur. Circa id tempus una cum Rothado Suſſonenſi

Diplom. lib. 6. n. 75. 832.

Scal. 11. Brev. rot. 1. p. 4524 833.

Hiden pag. 178. C. m. Hord. tom. 10. fol. 1373.

C

ANNI  
CHRISTI

episcopo Ebonem archiep. Remensem, qui cum audisset Ludovicum Pium reconciliatum solique restitutum imperatorem, in reclusi speluncam apud Parisios se receperat, detexit & tradidit custodiae usque ad synodum: ipse vero in fide erga Ludovicum augulum semper interritus permanens, nec unquam in Lotharianas partes malo se exemplo rapti passus, cum restitutioni Ludovici in Dionysiano monasterio jam interfuisset, quod olim in monasterio S. Medardi perperam gestum fuerat, non modo eo in loco, sed etiam Metis & in synodo ad Theodoni villam emendari studuit an. 835.

835. Cum Pipinus res ecclesiasticas in Aquitania pervertisset, Patres Aquisgranenses Erchanradum cum S. Aldrico Cenomanensi gravissimo illorum temporum pontifice ad Pipinum delegarunt, ut ferret ad eum commonitorium, quibus reveris, celebrata est synodus Aquisgranensis VIII. idus Februarii anno 836. cui procul dubio interfuit Erchanradus, cujus assensu Hilduinus abbas sancti Dionysii Varino Relbacensi abbati concessit corpus sancti Viti pueri martyris Luciani XVI. calend. Aprilis ejusdem anni. Legatis Baduradi episcopi Paderbonensis, qui ab Aldrico Cenomanensi episcopo reliquias S. Liborii acceperant Paderbonam transferendas, Luteciam appropinquantibus Erchanradus episcopus cum ingenti multitudine ivit obviam ultra pontem non. Maii 836. Testamento Aldrici Cenomanensis episcopi subscriptum anno 837. necnon ejusdem literis pro monasterio S. Salvatoris super fluvium Sarthæ: datæ sunt, ut testamentum, calend. Aprilis die sancto Paschatis.

836. Eodem anno subscriptis fundationi monasterii de Brolio, postea S. Paraciani ab Aldrico conditi. Nominatur inter iudices quibus imperator Ludovicus causam inter Aldricum Cenomanensem episcopum & monachos Anisolenes commisit inquirendam. Adfuit paulo post cum multis episcopis iudicio apud Aquisgranum secundum Aldricum ab imperatore lato pridie calendæ Maii anno 837. Neque sic tamen acquiescentibus monachis in generali synodo apud Carisiacum palatium ab episcopis interdicta communio est, inter quos Erchanradus, VIII. idus Septembris ejusdem anni. Subscriptis anno 843. privilegio monasterii Curbionensis cum plurimis episcopis & abbatibus.

837. Anno 845. v. calend. Aprilis Parisienses Normannorum metu percussi, qui urbem oppugnari adventabant, relicti ædibus vacuæque urbe ausugerunt. Præfens fuit Erchanradus anno eodem & annuit electioni Hincmari Remensis in concilio Belvacensi mensis Aprilis habito, ex Flodoardo libro 3. cap. 1. qui ejusdem meminit cap. XI. E Adfuit XV. calend. Julii concilio Meldensi, cujus anno sequenti capitula promulgata sunt in synodo Parisiensi habita XVI. calend. Martii 846. cui adfuit Erchanradus cum ceteris episcopis, qui priori adfuerant, & subscriptis privilegio libertatis Corbeicensis monasterii inibi confirmato. Fecit VI. non. Maii 848. commutationem cum Eginhardo abbate Fossiatensis de silva Vitena ad silvam Buiciaci. Habita est anno 849. mensis Nov. Parisiensi synodus ex chronico Fontanellensi, quam Sirmondus & alii Turonensem perperam appellant,

843. *Secul. IV. Conc. Hist. Paris. t. 1. p. 249.*

845. *Secul. 3. Bruch. part. 2. p. 109.*

846. *Conc. Hist. Paris. t. 1. p. 104.*

848. *Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 916.*

849. *Conc. Hist. tom. V. col. 19.*

A in qua Herimannus Nivernensis episcopus concessa canonicis suis ab episcopis studuit confirmari. De hac autem synodo nihil superest præter epistolam synodicam ad Nomenium, quam episcopi vocant priorem gentis Britannicæ: huic inter alios præfigitur nomen Erchanradi Parisiensis episcopi. Anno 850. XIII. calend. Maii a Carolo rege confirmatur donatio prædiorum, quæ olim canonicis ecclesie Parisiensis Inchadus in synodo Parisiensi contulerat. Hoc certe argumentum Achilleum ad adducendos contra Sammarthanos duos Erchanrados. Inibi enim Erchanradi dicitur antecessor Inchadus, qui in præcepto Ludovici IV. calend. Novemb. anno imperii VII. de quo supra, Erchanradi dicitur successor.

Habita est apud Murium anno eodem synodus, cujus memoria inter epistolas Lupi Ferrariensis: fragmentum nempe epistolæ trium episcoporum ad Erchanradum Parisiensem, cui gratias agunt, quod ad synodum cui adesse non potuerat, vicarium suum misisset. In concilio Suseffoniensi anno 853. VI. calend. Maii Erchanradi Parisiensis episcopi canonice lectæ sunt epistolæ suæ & archiepiscopi cœpiscoporumque manibus confirmatæ, quas ad petitionem Remensis ecclesie, cleri ac plebis Hincmario tribuerat. Denique apud Bononiam fuit Bonogilum agri Parisi. vicum habitus est generalis episcoporum conventus pro Anisoleni monasterio adversus episcopum Cenomanensem VIII. calend. Sept. anni 855. cui Erchanradus Parisiensis ecclesie episcopus subscripsit. Nondum itaque obierat anno 853. ut Sammarthani placet. Ejus obitum ecclesie Parisiensis necrologium annotat ad VII. idus Maii. Quamobrem cum anno 855. mensis Aug. adfuisse illum conventui apud Bonogilum dixerimus, necesse est ut ad annum saltem 856. vitam protraxerit. Sub id tempus v. scilicet calend. Januarii anno 857. per ostium Sequanæ ingressi Normanni, Luteciam Parisiorum invadunt, atque incendio tradunt, basilicam sancti Petri seu sanctæ Genovefæ incendunt, & ceteras omnes præter domum S. Stephani, & ecclesiam S. Vincentii seu S. Germani, præterque ecclesiam S. Dionysii, pro quibus tantummodo ne incenderentur, multa solidorum summa soluta est, ex chronico de Normannorum gestis.

850. *Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 405.*

853. *Epist. 115.*

855. *Anced. tom. IV. col. 59.*

857. *Epist. 98. Chart. XII. col. 11.*

## XLVII. ÆNEAS.

Defuncto Erchanrado, clerus Parisiensis & monasteriorum unanimis suggestum a rege Carolo Æneam elegerunt. Is autem verbi divini præco egregius, & in scholis Palatinis sub Carolo Calvo professor clarissimus, sacri palatii tunc notarius erat, seu, quod idem est, cancellarius, quo nomine chartæ a Carolo pro monasterio Fossiatensi datæ VII. idus Oct. indict. VIII. an. VI. regni ejus, & conciliis Carisacensi an. 849. & Suseffoniensi an. 853. necdum episc. subscripsit. Hunc in modum præclaram electionem Weniloni Senonensi metropolitano, aliisque provinciæ episcopis significarunt epistola, quam ex epistolis Lupi Ferrariensis habes inter instrumenta, quos insinuil enixe rogant, ut eorum votis quanto citius obsecundantes, ponerent celeriter lucernam super candelabrum,

ANNI  
CHRISTI

Epist. 99.  
C. N. XIII.  
col. 11.

Optatis cleri Parisiensis responderunt praefules, electum impensis exornatum laudibus, ordinationique ejus uno subscripserunt ore, cujus gratia provinciales episcopos convocavit Wenilo archiepiscopus. Ad Prudentius Trecentis episcopus cum propter notas, quibus depresso erat, intrinsecus coram adesse non posset, misit presbyterum, qui vices ejus gereret, ordinationique assensum praebere, modo Aeneas quatuor articulis, quibus puram sancti Augustini doctrinam contineri existimabat, subscriberet. Vide tractatoriam ejus epistolam apud Gerardum du Bois historiae ecclesiae Parisiensis tomo 1. pag. 419.

Utrum subscripserit Aeneas veterum documenta non docent, nec quod praesice anno electus & ordinatus fuerit episcopus. Bene autem quod synodo Carifacensi mense Novembri anno 858.

858. habitae interfuerit, cujus a patribus in epistola ad Ludovicum Germaniae regem episcopus honorabilis appellatur. Carolo regi semper addictus, non solum Ludovicum violati foederis, fraternaeque concultatae amicitiae coram arguit, sed etiam in concilio apud Saponarias anno 859, in episcopum suae provinciae metropolitanum, qui Ludovicum faverat invasioni, iudicium ferre non est veritus. Concilio apud Tusiacum mense Octob. anni 860. adfuit. Ecce jam tertium mense Jan. anni 861. Dani Luteciam invadunt, incendio tradunt, cremantque ecclesiam sancti Germani, & usque ad castrum Milidunum omnia circum-

859. Conc. Saponarias anno 859, in episcopum suae provinciae metropolitanum, qui Ludovicum faverat invasioni, iudicium ferre non est veritus. Concilio apud Tusiacum mense Octob. anni 860. adfuit. Ecce jam tertium mense Jan. anni 861. Dani Luteciam invadunt, incendio tradunt, cremantque ecclesiam sancti Germani, & usque ad castrum Milidunum omnia circum-

860. Dani Luteciam invadunt, incendio tradunt, cremantque ecclesiam sancti Germani, & usque ad castrum Milidunum omnia circum-

861. Dani Luteciam invadunt, incendio tradunt, cremantque ecclesiam sancti Germani, & usque ad castrum Milidunum omnia circum-

862. Aeneas subscripsit privilegio quod monasterio Dionysiano a Landerico jam pridem concessum episcopi confirmarunt, & alteri pro ecclesia sancti Martini Turonensis. Concilio Sueffionensi eodem anno adfuit, in quo Rothadi Sueffionensis episcopi loco alius subrogatus, aliudque Dionysianis monachis Ludovico abbate petente datum est privilegium, cui Ormundus diaconus ad vicem Aeneas, Aeneasque ipse postea subscripsit. Ob-

862. Aeneas subscripsit privilegio quod monasterio Dionysiano a Landerico jam pridem concessum episcopi confirmarunt, & alteri pro ecclesia sancti Martini Turonensis. Concilio Sueffionensi eodem anno adfuit, in quo Rothadi Sueffionensis episcopi loco alius subrogatus, aliudque Dionysianis monachis Ludovico abbate petente datum est privilegium, cui Ormundus diaconus ad vicem Aeneas, Aeneasque ipse postea subscripsit. Ob-

863. Aeneas subscripsit privilegio quod monasterio Dionysiano a Landerico jam pridem concessum episcopi confirmarunt, & alteri pro ecclesia sancti Martini Turonensis. Concilio Sueffionensi eodem anno adfuit, in quo Rothadi Sueffionensis episcopi loco alius subrogatus, aliudque Dionysianis monachis Ludovico abbate petente datum est privilegium, cui Ormundus diaconus ad vicem Aeneas, Aeneasque ipse postea subscripsit. Ob-

866. praetatorum synodicae ad Nicolaum papam subscripsit VIII. calend. Sept. aeternique eorumdem ad summum pontificem de Britonum episcopis datae VIII. idus Decemb. anni ejusdem. Privilegio monasterii Atrebatensis in concilio Vermeriensis anno eodem concessio subscripsit. Anno 867. Aeneas petenti rex Carolus reddidit insulam quam-

867. Aeneas petenti rex Carolus reddidit insulam quam-

867. Aeneas petenti rex Carolus reddidit insulam quam-

867. Aeneas petenti rex Carolus reddidit insulam quam-

Tomus VII.

A Circa haec tempora a provincia Senonensis delegatus, jussu & rogatu Nicolai I. papae calumnias & convitiis Photii adversus ecclesiam Latinam docto & erudito retudit opere, quod editum est tomo VII. Spicileg. pag. 1. Anno 868. rex Carolus Aeneas reddidit villam Nantriacum in agro Picavo secus fluvium Clinnium sitam. Datum diploma xv. cal. Aprilis regni XXXVIII. Jussu regis ejusdem ad Fossiatem monasterium fe contulit anno eodem ad recipiendum corpus S. Mauri, quod e praedio Audonis comitis ad Ararim, quo Danorum metu monachi illud deportaverant, in Fossiatensem locum referendum rex volebat.

B Feretrum die 7. Aprilis humeris tulit, solemniter in ecclesiam B. Petri deportavit, & super altare SS. Apostolorum depoluit, ob eamque causam praebendam unam in ecclesia Parisiensi Fossiatem monasterio concessit, annuatimque supplicationem instituit. Perperam more suo hujus donationis fidem elevare conatus est Lauouius, sed quam futilla sint quae assert argumenta melius docebit Gerardus du Bois. Adfuit Aeneas anno 869. synodo ad Vermeriam, ubi primum aca causa Hincmari Laudensis, & subscripsit privilegiis Carrofenfis & S. Vedasti monasteriorum. Eodem anno Pistis habita synodus, ubi Metropolitanus

C Egilonis votis obsecundans, ratum habuit privilegium regale, quod monasterio sancti Petri vivi, in quo suam elegerat sepulturam, Egilo imper-

870. interfuit concilio apud Attinicum in quo iterum causa Hincmari Laudensis aca est, ut patet ex capite 33. synodi Duziacensis. Vetus necrologium monasterii sancti Germani Aeneas Parisiensis obitum ad vi. cal. Januarii annotat. Itaque cum concilio Atiniacensi adfuerit Aeneas anno 870. Duziacensiumque ejus successor Ingelwinus anno 871. hinc sequitur Aeneam obiisse vi. cal. Jan. anni ejusdem.

D Exstant tomo 8. concil. Labbazii appendice pag. 1 898. duae Hincmari ad Aeneam & Aeneas ad Hincmarum epistolae, quarum in prima Hincmarus Aeneam rogat, ut adolescentem quemdam nomine Bernonem, sibi ab abbate sancti Dionysii commissum, quem Aeneas jam acolythum fecerat, litteris canonicis liceat in ecclesia sua retinere & regulariter ordiinare. Respondit Aeneas: ad responsi initium tantum superest. Alia Lupus Ferrariensis ad Aeneam epistola 119. silium neptis suae commendat, ut militare beneficium illi conferat.

Quamquam vero pietate simul & fide conspicuum Aeneam satis demeritumque supra alata sunt argumenta; quidam tamen memoriam ejus labefactare ausi sunt, quos Gerardus du Bois refellit ratione temporum, quae non congrunt.

XLVIII. INGELWINUS.

Ingelwinus, qui Engelwinus saepe, aliquando vero Angelwinus in tabulariis ecclesiae Parisiensis dicitur, synodo Duziacensi anno 871. mense Augusto interfuit, & sententiam condemnationis una cum aliis octo provinciarum episcopis contra Hincmarum Laudensem pronuntiavit. Ejus quoque nomen reperitur in epistola synodica hujus

C. ij

ANNI  
CHRISTI

868.

868. Nivern pag. 462.

Serd. IV. Bened. p. 21 p. 162.

Chart. XIV. col. 13.

Epist. ecclesiae Paris. t. 1. 114 pag. 449. 869.

870;

871. Nivern pag. 454.

Con. Hard. tom. V. col. 116. 871.

ANNI

CHRISTI

Cœ. Hæd.  
i. v. l. por.  
i. col. 166.

875.

Hæ. cœl.  
Pœ. tom. 1.

Pœ. 487.

876.

877.

Hæd. pag.

493.

Ankjr. Cor.

Ankjr.

878.

Hæ. cœl.

Pœ. tom. 1.

Pœ. 495.

883.

\* lxx xxxi.

Hæd. pag.

498.

Fiden pag.

499.

Hæ. Paris.

i. 111. pag.

12.

S. memor.

concilii ad Adrianum papam. Interfuit concilio Cabilonensi an. 875. ubi peracta Adalghis Aduorum Treorchienfis ordinatione, subſcripfit privilegium Trenorchienfis monaſterii. Concilio Pontigonienſi adſuit menſe Februario anni 876. & confirmavit que ſecit Carolus capitula cum ceteris episcopis. Ingelwinum Carolus Calvus Romam ad expediendos Sarracenos profecturus in ſolemni conventu apud Carificum filii ſui Ludovici Balbi conſiliis

inter episcopos preſecit xvii. calend. Julii 877. Inunctioni Ludovici Balbi apud Compendium ab Hincmaro factæ die 6. Decembris anni ejuſdem Ingelwinum adſuiffe verifimile putat Gerardus du Bois. Una cum aliis episcopis ſubſcripfit anno eodem litteris Ludovici regis confirmantis commutationem inter Ragenelum Tornacœſem episcopum & Odonem abbatem Corbeienſem atque Conradum comitem. Concilio Trecenti adſuit

iii. idus Aug. 878. ubi confirmationi privilegii Trenorchienſis monaſterii a Johanne papa VIII. factæ ſubſcripfit. Ingelwini honorifica habetur mentio cum Hugone abbate in epiftola excuſatoria Reinemum canonicorum congregationis ſanctæ Mariæ ad Hildeboldum Sueſſionienſem ceteroſque provincie Remenſis præſules, eo quod ante viſitatoris adventum poſt Hincmari mortem episcopum elegiſſe falſo dicerentur. Hanc Sirmondus edidit tomo 2. conciliorum ad nonas Februarias anni 883. Ex hac autem epiftola patet quo in honore, quo in pretio fuerit tunc temporis Ingelwinus, & quanta apud regem valeret & gratia & auctoritate. Exſtant in parvo chartulario eccleſiæ Pariſienſis duo præcepta, alterum Caroli Calvi datum iv. idus Maii indictione iv. anno vi. \*

regnante Carolo, qui precibus Engelwini episcopi eccleſiæ Pariſienſis conceſſit abbatiam S. Eligii, eo pacto ut dies deſignationis præcellentiſſimi imperatoris Ludovici, xii. cal. Maii, matrisque ſuæ glorioſiſſimæ Judith, xiiii. cal. Aprilis, natiuitatis ipſius Caroli, klibus Junii, necnon etiam unclionis, qui poſt obitum in diem ipſum tranſfundetur; natiuitas quoque amabiliſſimæ conjugis ſuæ Richildis reginæ cal. Aug. & copula ſecundum Dei voluntatem conjunctionis, & ortus proſis, ſi a fecunda virgine data fuerit, ſub continua niſſura aſſiduitate celebrarentur. Aclum Silvagio palatio. Altero Ludovicus Balbus iv. non. Apr. indict. xl. anno i. eamdem abbatiam ſancti Eligii perpetuatiſſe habendam, villamque Gentiliacum ad luminaria addicendam Ingelwino largitus eſt.

Iſte vero canonicus S. Marcelli e ſuo quindecim manſos donatiſſe dicitur in ſtrumento eccleſiæ Pariſienſis. Obiit Ingelwinus anno, ut putamus, 883.

## XLIX. GAUZLENUS.

Gauzlenus, idem qui Gozlenus & Gozlinus, quem ſerunt Roriconis comitis Andegavenſis, & Bilechikis filium, vel ut alii volunt, Rotrudis concubine Ludovici Pii imperatoris, fratrem autem Blichildis Bernardi comitis Pictavenſis conjugis, ex quorum proſapia comites Pictavenſes duces Aquitanie proderunt uſque ad Eleonoram Ludovici VII. junioris uxorem,

A germanum quoque Ludovici abbatis S. Dionyſii, ex clerico Remenſi factus abbas ſancti Germani a Pratis, Elmonenſis, & ſancti Dionyſii, regum Caroli & Ludovici cancellarius & archiepiscopus, in locum Ingelwini deſuncti ſubrogatus eſt episcopus Pariſienſis. Cum ipſe per ſe, ut pote variis regi utilitatibus occupatus, adſeſſe non poſſet, archidiaconus ſuis injunxit, ut corpus ſancti Mederici abbatis ex humiliori loco in alium honorem a Theodeberto ejus eccleſiæ preſbytero jam paratum tranſſerret, quod ſolemni ritu peregerunt die ejus deſignationis, iv. ſcilicet cal. Septembris anni 884. Nunc eo in loco celebris

est parochialis ecclesia sub titulo sancti Mederici cum collegio canonicorum. Gauzlenus autem sub Carolo Crasso Luteciam defendit adversus Normannos Danosque irrem obſidentes, quod anno 886. contigit tradunt hiſtorici. Mi. tra-

clatus de Normannis hæc habet: *Normanni non ceſſant oppugnare civitatem Parisiorum: Gozlinus vero episcopus, dum populum ſibi commiſſum juvare vellet, cum Sigefrido rege Normannorum amicitiam firmavit, ut per hoc civitas ab obſidione liberaretur. Quo facto, episcopus diem claſſis extremum. Episcopo deſuncto, Normanni non ceſſant oppugnare civitatem.* Hanc obſidionem ſub Odone comite

inceptam anno 885. & ſolutam 886. metrice libris duobus contexit Abbo monachus ſancti Germani a Pratis diſcipulus Aimoini, qui eidem interfuit, ſibiſque fidem hiſtorie eo majorem vindicat, quod non aucta tantum, ſed & viſa referat. Opus ſuum dicavit Gozolino alii ab episcopo Pariſienſi: nam cum ſcripſerit Abbo de obſidione Pariſienſi jam ſoluta obſidione, & jam rege Odone, ut ipſe teſtatur, iſe hanc Gozlinus non fuit, qui Pariſienſis episcopus fuerat, quique e vita decederat in ipſa obſidione ante mortem Caroli imperatoris & regnum Odonis. Conſtat & ex epiftola nuncupatoria Gozlinum ſuperſtitum

fuille tum cum opus illi ſum Abbo dedicavit. Præterea illum Abbo fratrem appellat, quem titulum monachus diaconus non tribueret episcopo prius abbati S. Germani, tum Pariſienſi episcopo qui, inquit libro primo, utpote e regia ortus familia primas erat ſuper omnes proceres, in eaque dignitate urbem cum Eholo nepote, ſuoque in abbatia Sangermanenſi ſucceſſore egregie contra infideles tutatus eſt. Necrologium ſancti Germani Gauzlini obitum aſſignat ad xvi. cal. Maii, quem menſem ipſe quoque innuit Abbo, cum ait id tunc contigit cum iuſtate dies anniverſarius S. Germani. Obiit itaque circa menſem Maium anni 886. Abbo in libro bellorum Pariſiacæ civitatis mortem antiliſis ſui, que inter eamdem obſidionis preſſuras obtigit, ita deplorat:

*Saxonia vir Anricus fortisque, pontifque,  
Venit in auxilium Gauzlini præſulis urbis.*

Et poſt multa:

*Terra gemat, pontifque, polum, latus quoque mundus,  
Gauzlinus Domini præſul, miſiſſimus heros  
Aſtra petit, Domino ingratis rutiſians velut ipſa,  
Noſtra manens turris, clypeus, necnon bis acuta*

Hæ. tom.

pœ. tom. 2.

pœ. 127.

ANNI  
CHRISTI

*Rumphea, fortis & arcus erat, fortisque sagitta.*  
*Heu cunctis oculis foret terebrant lacrymarum,*  
*Atque pavore dolor contritis viscera stuidi.*

Dicitur ab Aimoino continuatore lib. 5. cap. 34. pastor benignus & heros dulcissimus. Simondus autem in analectis ad capitula Caroli Calvi regis notat in diuturno ejus regno duos tantum fuisse summos cancellarios, Ludovicum sancti Dionysii abbatem, & post hunc Gauzlenum episcopum Parisiensem, qui sub Ludovico etiam filio eodem functus est magistratu. Hoc nomine locum habet in serie cancellariorum adornata in historia genealogico-chronologica Magnatum Franciæ, ubi dicuntur multa diplomata pro S. Martino Turonensi, & S. Germano Pratenfi nomen ejus tanquam summi cancellarii præferre.

## L. ANSCHERICUS.

Sede Parisiensi per obitum Gauzleni senio defuncti vacante, Carolus imperator obsessæ urbis subsidio cum validis copiis accessit circa mensem Octobrem anni 886. Anschericumque Parisiensem episcopum nominavit, cujus electio clero simul & populo grata fuit & accepta. Is autem, docente Abbone, erat nobilis, frater quippe Terterti consulis, seu comitis Meldensis: de cujus electione sic habet:

*Induperator adest Carolus comitatus opimo*  
*Diversi populo labii, tentoria figens*  
*Sub Martis pedibus montis, speculamque secundam*  
*Redditur ecclesieque diu pastor viduata*  
*Nobilis, egregiusque sacro pompatus honore*  
*Totius Anschericus virtutis germine clarus.*

Annales quoque Metenses ad id tempus Anschericum meminere: *His etiam diebus prædictus Gorgelinus episcopus inter ipsos obsequionis presuras migravit a seculo, in cujus loco substitutus est ab imperatore Anschericus episcopus.* Hunc etiam bellica virtute insignem non tam præstitit propria indoles, quam temporum necessitas & consuetudo: etenim cum post Meldos expugnatos Normanni Luteciam redissent anno 888. urbis obsessæ episcopus Anschericus una cum Ebolo Sangermanensi abbate strenuam navavit operam ad repellendos eorum impetus, quibuscum aperto Marte multis in præliis congressus est. Inde iterum Abbo:

*Præterea quadringentis a mille remotis*  
*Acephalos prostravit humi peditem comitatus*  
*Agmine trecentum pastor, certamine acerbo*  
*Nobilis Anschericus pallens ex virginis ore.*

Hist. eccl. Paris. tom. 1. pag. 516.

Hinc mirum videri non debet, si Odo Parisiensis comes rex acclamatus, priusquam in Aquitaniam expeditionem facturus proficisceretur, Luteciam liberatæ præmium Anschericum prælecturam seu comitatum urbis at saltem vicecomitatum demandaret, quod & Gauzleno prius commissum voluit nonnulli. Interea Hugonis abbatis sancti Germani Autisiodorensis successor in regimine seu potius in possessione hujusce abbatie Odonis

A præceptum de plenissima protectione & defensione omnium monasterii rerum obtinuit v. idus Julii indictione vi. Odonis 2. Insequenti ipse ad preces Odo rex Franciæ anno regni tertio vi. calend. Julii indictione viii. Theodardo Narbonensi archiepiscopo largitus est abbatiam sancti Laurentii: hic enim cum Cangio intellig. *Aguearius ambrosavit hoc.* Nominatur in diplomate Odonis regis anno 892. in chartulario Arremansensi. Caroli regis Francorum legatus adstitit an. 899. colloquio, quod Zuentiboldus Lotharingæ rex habuit apud S. Goarem. Summi quoque cancellarii munus obtulisse sub Carolo Simplicis Anschericum testantur varia hujusce temporis diplomata, in quibus hujus dignitatis titulo conceditur, ecclesiarum Parisiensis, Leodensis, S. Martini Turonensis, S. Ebrulli, Corbeicenis, S. Dionysii, Corbiniacensis, S. Cornelii Compendiensis, &c. ubi Ernestus notarius in ejus vicem subscripsisse legitur. Sic præcepto quo Carolus rex confirmat privilegia S. Germani Pratenfis dato vii. calend. Maii anno xi. regni ejus indict. vi. redintegrante vi. duobusque aliis ejusdem Caroli annis 905. & 907. Ernestus ad vicem Anschericum subnotavit. Ipsi quoque Carolus & successoribus ejus donavit abbatiam Rebsacensem, Jerusalem cognominatam, ad refarciendam damna quæ Parisiensis ecclesia, deflagrante Danorum bello, tolerat, xi. cal. Junii indictione x. regni xv. Anno 909. idem Carolus ad petitionem Anschericæ ecclesiæ Parisiensi confirmavit magnum pontem urbis ab avo Carolo jam concessum, diplomate dato xvi. calendis Octobris indictione xii. regni xviii.

In instrumentis autem ecclesiæ Parisiensis legitur Anschericum imminente Normannorum persecutione quindecim mansos ab Ingelwino decessore canonicis sancti Marcelli prius donatos abstulisse. Obierat Anschericus mense Junio 911. ut constat ex præcepto Caroli per Theodulfo Parisiensis episcopo, de quo nunc agendum.

## L. THEODULFUS.

Immunitatis privilegium pro claustris & domibus canonicorum beate Mariæ Parisiensis a rege Carolo obtinuit Theodulfus xv. calendis Junii indictione xiv. anno Incarnationis 911. regni xix. Hoc autem diploma a Philippo rege Francorum mens. Februario 1309. renovatum extat in registro thesauri xlv. n. iv. indeque desumimus aliquas & correctiones & varias lectiones. Ab Ingelwino donatos, abstractos vero ab Anschericis canonicis sancti Marcelli restituit quindecim mansos, quibus unum e suo addidit apud Cellam ad luminaria, totamque donationem a Carolo rege confirmari curavit vii. idus Octob. indictione vi. anno regni xxvi. Tempus mortis Theodulfi ex vita sancti Gerardi Broniensis abbatis utcumque explicari possumus. Anno conversionis ejus secundo, inquit auctor ejus vite apud Mabillonium, *Parisus ordinatur acolythus ab episcopo ejusdem urbis Theodulfo, a quo etiam hypodaconus consecratur subsequente tertio. Sub ejus successore Fulrado ascendit gradum diaconi quarto: anno autem nono sublimatur & sacerdotio ab ipso*

C iij

ANNI  
CHRISTI  
890892  
899Chart. xvij.  
col. 13.  
903.  
905.  
907.Ch. xviii.  
col. 16.

909.

Ch. xviii.  
col. 17.Hist. Paris.  
tom. 111. p.  
12.Chart. xix.  
col. 17.  
911.

918.

A.B. SS. Be.  
med. Scul. v.  
pag. 277.

ANNI  
CHRISTI  
941.

*Fulradus* successore *Adelhelmo*. Aliunde autem ex publico ibidem instrumento certum est Gerardum e Bronio ad Dionysianos fecerisse anno 918. Theodulfus ergo qui subdiaconum eum consecravit anno conversionis ejus tertio, jam obiit anno 922. Necrologium ecclesie Parisiensis diem ejus obitus annotat ad viii. calend. Maii. *Obiit Theodulfus episcopus, qui primus firmavit claustrum nostrum sub Carolo rege, cujus anniversarium debet solemniter fieri.* Unde concludit Gerardus du Bois claustrum canonicorum clausum seu muris septum cum portis & viarum aditibus fuisse sub episcopatu Theodulfi: nisi forte hæc intelligenda sint de immunitate claustrum a rege B Carolo ad preces Theodulfi canonicis concessa, de qua superius.

### LII. FULRADUS.

Gerardum diaconatu initiavit Fulradus anno 922. ejus conversionis quarto, Christi scilicet 922. Assensit Theudoni Parisiorum vicecomiti aream & cellulam jure censuali largienti infra urbem Adhelno Fossateni abbati ad refugium monachorum x. cal. Septembris anno tertio regnante

926. Rodolfo, hic est annus 926. Hoc autem aut saltem sequentis initio Fulradum obiisse docet ejusdem Gerardi vita. Abbo monachus sancti Germani a Pratis testatur se coactum maxime ab hoc episcopo ad scribendum evangelicas expositiones & sermunculos. Vide tomum ix. Spicileg. pag. 79.

### LIII. ADELHELMUS.

Omissus a Sammarthanis Adelhelmus, reperitur tam in tabulariis ecclesie Paris. ubi Adelhelmus vocatur, quam in veteri indice Colbertino, antiquitatibus Parisiensibus, Gallia Christiana Roberti, a quo Adelmus dicitur, & vita sancti Gerardi Broniensis abbatis, qui ab Adelhelmo factus est sacerdos anno conversionis nono in 927. carnationis 927.

### LIV. GUALTERUS I.

Gualterius, seu Walterius, filius Rodolfi cognomento Torta totius Normannie administratoris, ut tradunt Guillelmus Gemeticensis libro iv. capite 9. & Dudo apud Quercetanus pag. 128. de historicis Normanniis. Adelhelmo Parisiensi episcopo subrogatur in veteribus indicibus & tabulariis ecclesie Parisiensis. Obtulit cal. Februarii an. incipientis 937. a Ludovico Transmarino præceptum pro personis ecclesie sancti Mederici, quo diplomata Carlomanni & Odonis confirmat. Cancellarius erat Hugonis magni comitis Parisiensis & abbatis S. Martini Turonensis, quo nomine in pancharta nigra hujus monasterii subscriptus legitur diplomati ejusdem Hugonis canonicis S. Martini reddentes portariam quamdam pro anima genitoris sui Roberti & patru Odonis regis, testibus Tetolone Turonum archiepiscopo, Ernulfo Arelhanorum, Gundone Sussionensium præfulibus, Hugone Remensi archiepiscopo, Erlerto & Bernardo comitibus. Datum auctoritatis præceptum vii. idus Januarii

937.  
Chart. xx.  
col. 18.

Parisus anno v. regnante Hludovico rege. Gualterius cancellarius per jussuonem Hugonis abbatis, anno scilicet 940. exente, seu ut nunc loquimur 941. In martyrologio ecclesie Parisiensis: *Nunus Junii obiit Gualterus episcopus.*

### LV. ALBERICUS.

Alcelinum Gualterio substituit Sammarthani, nos vero ex omnibus indicibus veteribus ecclesie Parisiensis tabulariis cum Breulio & Roberto Albericum, quem Alcelino iidem subrogant. De Alcelino vero postea suo loco.

### LVI. CONSTANTIUS

Nomen appositum litteris restaurationis monasterii sancti Petri in valle a Ragenfredo Carnutensi præfule datus cum Hildemanno Senonensi, Hugone Bituricensi & Josepho Turonenti archiepiscopi, aliisque præfulibus circa annum 954. Instrumentum et libro dicto *Aganonis* in tabulario sancti Petri desumptum est.

### LVII. GARINUS.

Constantio successit Garinus; ita omnes indices.

### LVIII. RAINALDUS I.

Jam sedebat Rainaldus, seu Rainoldus, ab omnibus omissus, anno 979. ex Mabillonio, qui ad hunc scriptam putat epistolam 145. Gerberti, in qua agi videtur de depositione ejusdem *magistratus* in monasterio Sandionysiano, quem abque comprovincialium consensu judicari non posse ait Gerbertus. Hic ille forte est episcopus Parisiensis, non vero qui non sedebat Gillebertus, ut vult Bulæus hist. univ. Parisiensis tomo 1. pag. 325. quicum Gualo abbas Sangermanensis querelam habuit pro immunitate monasterii, ad quam dirimendam usus est dux Hugo opera Airdardi abbatis sancti Theoderici. Subscriptus Rainaldus donationi plurium altarium collatorum suburbano sancti Petri Senonensis monasterio a Sewino archiepiscopo in synodo provincie anno 980. indicatione viii. Hanc quidem Saussieii auctoritate sultus Gerardus falsi suspicatur: at falsus est ipse Saussieii, qui unum e duobus Arnulfum Aurelianensem episcopum conflat, ut postea dicemus.

### LIX. ELISIARDUS.

Hunc veteres ecclesie Parisiensis indices Lisardum, necrologium vero Lisernum vocant. Duo privilegia pro immunitate rerum & possessionum episcopi & canonicorum impetravit; primum quidem a Lothario rege, qui concessa ab episcopo canonicis confirmavit, claustrum canonicorum ab avo suo ad preces Theodulfi jam confirmatum corroboravit, possessioneque stabilivit; alterum vero a Benedicto VII. summo pontifice, qui regalia præcepta auctoritate apostolica munivit. Hujus bullæ æmulum Alexander III. in epistola ad decanum & capitulum ecclesie Parisiensis, quæ extat in chartulario folio 20. versis. Utrunque tam regum quam summi pontificis notis chronologicis caret instrumentum,

ANNI  
CHRISTI  
941.

Adellinus  
anod. i. p.  
pag. 109.  
954.

979.  
idem pag.  
611.

Cont. ep.  
61.  
Spicil. tom.  
2. p. 712.

980.  
Hist. eccl. f.  
Paris. tom. 1.  
pag. 607.  
Adalst. ad  
hanc annum  
n. 6.

Chart. XXI.  
col. 19.

Ch. XXII.  
col. 11.



ANNI  
CHR. STI

ANNI  
CHRISTI

at nec ante annum 980. extendi, nec post 984. differri potest, quo obiit Benedictus. Subscripti Lisiardus Parisiensis episcopus præcepto Hugonis & Roberti regum pro Corbeiensis monasterio an. 987. indictione prima ducta a mense Septembri, ac proinde inuenta anno 988. quo coronatus est Robertus die 1. Januarii. Confirmatum est privilegium a Carolo rege anno 1366. mense Maio. De eo necrologium sic habet: *xiiii. cal. Maii de domo S. Marie obiit Lisiardus episcopus, cuius precibus Benedictus PP. firmavit claustrum istud.*

LX. GISLEBERTUS.

Omissus in omnibus indicibus Gislebertus, seu Engelbertus, memoratur a Glabro Rodulfo, qui ejus inortem tempore Hugonis regis accidisse scribit libro 2. cap. 7. *Willelmus, inquit, Pictavorum dux sub eo tempore vitam finivit. Pontificis item in Gallis quique religiosiores a seculo excefferunt, Manasses videlicet vir sanctitate plenus, Trecorum episcopus, & Gislebertus Parisiorum, & Gebonius Catalanorum, cum aliis pluribus. Videtur quidem Glaber ejus mortem referre ad annum circiter 1007. Sed chronologie non fuerunt religiosiores hujusmodi scriptores, quos, cum aiunt sub idem tempus, in tempore assignando sæpe errasse constat. Multo ad rem nostram accommodatius chronicon Flaviniacense apud Labæum Gisleberti meminit ad annum 991. *Eo quoque tempore obiit Odo comes Turonorum, Heribertus Meliorum & Trecorum, Willelmus Pictavorum, Manasses episcopus Trecorum, Gislebertus Parisiorum. De eo necrologium vetus ecclesie Parisiensis ad 11. nonas Februarii: De domo sanctæ Marie obiit Celebertus episcopus, qui dedit nobis casulam & duas cappas palli cum bibliotheca.**

LXI. RAINALDUS II.

Rainaldus, quem tabularia ecclesie Parisiensis aliique indices, omissio Gisleberto, proxime sufficiunt Elisardo, aliis Rainaldus, Raginaldus, Reginaldus, Reginoldus & Renoldus, comes de Vindocino & Meloduno, Burchardi I. comitis Vindocinensis, Meloduni & Parisiensis, cognomento Vetuli, & Elizabethæ relicte Aimonis comitis Corboli filius, frater erat Burchardi II. comitis Meloduni, & Elizabethæ uxoris Fulconis Nerre comitis Andegavenfis. Regenaldum etiam vocat Odo Fossatenfis monachus in vita Burchardi I. & sub Hugone Capeto rege fuisse cancellarium Francie docet an. 989. quo Hugo Lutecie xii. cal. Julii, indict. 11. anno 11. diploma edidit in gratiam Fossatenfis monasterii. Parisiensis vero episcopus honore condecoratus erat an. inuenta 992. ut constat ex donatione ab ipso facta cuidam mulieri pridie calendis Aprilis anno v. regnante Hugone, episcopus sui 1. Triennio post terram de altari S. Stephani juxta sanctam Genovefam in villa pagi Blesiacensis Gillia, que terra in feodo Burchardi comitis exstibat, sitam majoris monasterii monachis apud B. Mariam de Campis degentibus contulit viii. cal. Aprilis Hugonis anno viii. Rainaldi iv. Habitus est anno eodem episcoporum conventus in celebri sancti Dionysii

A prope Parisios cœnobio, ubi acium de decimis, quas non laicis tantum, sed etiam monachis auferre moliebantur episcopi. Causam monachorum vehementer defendit Abbo Floriacensis abbas, cujus oratione commoti quorum intererat, in apertum eruperunt tumultum, præteritque fugerunt episcopi; qua trepidatione aucta est procella. Ex præfultibus Seguinus archiepiscopus Senonensis, qui præerat, fugiens securi percutitur, & luto conspurcatur. Ut vero commotiarum turbarum invidiam a se amoliretur Abbo, apologiam suam publicavit scribens ad Hugonem & Robertum reges, quod opus typis regis e codice Pitheaneo vulgatum est. Anno 998. Rainaldus una cum Burchardo parente a Roberto rege obtinuit confirmationem donationis ab ipsis factæ Fossatenfis monachis pro sua & Elizabethæ comitissæ salute xiiii. calendis Maii indictione xi. Eodem subscripti donationi factæ a Burchardo comite Leuconensis monasterio v. idus Junii. Ipse est, ni fallor, Rainaldus episcopus, qui subscriptus reperitur chartæ Hugonis Autissiodorensis episcopi Paredum monasterium Cluniaco subjicientis anno 999. Memoratur & in alio præcepto immunitatis Roberti pro alodio Ajureo pagi Parisiaci, quod ex ipsius beneficio Ermenfredus possidebat, ubi honore pontificali præulens dicitur vii. calendis Novembris anno 1000. Robertus rex anno regni viii. Christi 1003. prospexit immunitati sancti Petri Melodunensis hortatu Burchardi comitis & filii ejus Rainaldi Parisiensis episcopi, qui anno circiter 1004. a rege obtinuit ut capellam S. Audoeni a ducibus Francie olim abstractam monachis Majoris monasterii conferret. De ejusdem etiam consilio Theobaldum Rainaldi ex matre fratrem Robertus rex anno eodem abbatem Fossatensem successit. Rainaldo interveniente Leothericus Senonensis archiepiscopus quatuor altaria ecclesie Parisiensis concessit Roberti regis anno ix. ipse vero dimisit an. 1005. consuetudines, quas ipse vel antecessores sui juste vel injuste habuerant in terra S. Juliani, vulgo dicta valle Bovana & Bello monte, abbati Gauzberto, qui ipsi & parentibus tanti memor beneficii anniversarium instituit. Anno 1006. Burchardus Corboli comes una cum Rainaldo filio id privilegii Fossatenfis indulgit, ut cuicumque aliquid beneficii Fossatenfis monasterio conferre volenti liceret, adjectique, ut si quis clericorum aut canonicorum ejusdem castri Corboli monachus fieri voluerit, Fossatis efficiatur: laici denique extra suas parochias ad nullam aliam admittantur ecclesias, nisi ad abbatiam Fossatensem. Aliquanto post, pridie scilicet calendis Maias indictione iv. Rainaldus præbendam ab Ænea antecessore in ecclesia cathedrali monachis Fossatenfis collatam hac ratione confirmavit, ut Hildebertus abbas ejusque successores vicarium ex ordine clericorum pro se in ecclesia beate Marie servitutum, assensu tamen capituli instituerent, qui vicarius præbenda de manu abbatis in capitulo Fossatenfis accepta, ab uno fratrum Fossatenfium, cui abbas id injungeret, ad capitulum B. Marie adduceretur decano & canonicis

Idem de  
LXXIV.  
998.

Idem rom.  
IV. p. 693

Idem u. CI

999.

1000.  
Idem de  
XXXVIIII

1003.  
Idem de  
LVIII.

1004.  
Charta  
XXVIII.

col. 15.  
Mabil. u.  
LVIII.

Hist. ecclie  
Paris. t. 1.  
pag. 682.

1005.  
Chart. S.  
Juliani.

1006.  
Ch. XXXI  
col. 37.

Hist. ecclie  
Paris. t. 1.  
pag. 625.

988.

991.

DE VEN.  
DOSME.

992.  
Ch. XXV.  
col. 14.

995.  
Ch. XXVI.  
col. 24.

Mabil. n.  
IV.

ANNI CHRISTI

presentandus & ab eodem decano gratis admit-  
tendus. Statuit insuper Rainaldus, ut clericus bis  
quotannis ad Fossatense monasterium venire de-  
beret, scilicet ad festum apostolorum Petri &  
Pauli iv. calendis Julii & xviii. cal. Februarii  
ad transitum beati Mauri: si defuerit, abbas  
iudicio subiiciendus eo modo quo episcopus ipse  
utitur erga B. Mariæ canonicum. Clericus vero  
ille post mortem a canonicis B. Mariæ lunaretur,  
si in nostro, inquit Rainaldus, habuit vitam finierit.  
Denique Rainaldus denuo indicit supplicationem  
illam, quam animatum jam diæsus ejus deceffer  
in Quadragesima, quarta scilicet feria post Domi-  
nicam Passionis instituerat in monumentum illius  
professionis, quam Christi dilectiori Mauro exhibuit  
de qua primum receptus est a Fossatensibus suis,  
sicut in suo quodam invenimus scripto, ait Rainaldus.

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 426. Chart. XIV. col. 13.

Ch. XXIX. col. 16.

1008.

Inde recte infert Gerardus du Bois Aeneæ literas prius citatas non esse suppreas, ut nate auguratus fuerat Launois, observatque quod sicut Aeneas initium fecit præbendis quæ aliis ecclesiis datæ sunt, sic Rainaldus dedit initium vicariis majoribus, qui habentur in ecclesia B. Mariæ. Dedit Rainaldus canonicis beate Mariæ Largum campum in pago & comitatu Wastinensi, quam quidem donationem confirmavit Johannes papa XVIII. iv. nonas Decembris, pontificatus anno tertio indictione v. Præsulis ejusdem temporibus Robertus rex synodum cogi curavit in palatio suo Calensi anno 1008. mense Maio, cui convenerunt Leuthericus Senonum, Hugo Turo- rum archiepiscopi, & alii præsules undecim.

Charta XXXII. col. 29.

1014.

Savrol. tom. 1. p. 362.

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 370. Aimon. lib. 5. cap. 46.

1016.

Spilleg. tom. 2. p. 739.

Exstant in historia sancti Martini de Campis duæ chartæ Roberti regis, in quibus fit mentio Rainaldi Parisiensis episcopi: in altera Anfolus & ejus uxor Reitrudis cum assensu Rainaldi Melodunensis comitis, & S. Mariæ sedis Parisiæ episcopi canonicis sancti Dionysii de Parisiaco carcere dat villam Lemovecas cum ecclesia & omnibus appendiciis, quam donationem præcepto regio firmatam esse voluerunt. Franco cancellarius huic subscripsit. In altera idem Anfolus cum eadem Reitruide sua uxore iisdem canonicis de Parisiaco carcere cum assensu Rainoldi Melodunensis pagi comitis & Parisiæ sedis episcopi donat septem mansos & dimidium, qui sunt in comitatu Parisiaco in villa, quæ dicitur, Furcas. Hanc Robertus rex sua auctoritate confirmavit, cui Franco cancellarius palatii subscripsit. Actum palatio Aurelianis tti. idus Novembris anno xix. regnante Roberto rege. Anni 1005. & 1015. Rainaldus canonicis ecclesiæ majoris altare & ecclesiam S. Mederici addidit literis, quas chronologicis desinitas notis habes apud Gerardum du Bois. De ipsius item consilio Leothericus archiepiscopus Senonensis captus Senonas regi Roberto reddidit x. cal. Maii anno 1015. indict. XIII. ac proinde non anno 1016. ut legitur in chronico S. Petri vivi. Decessit vero Rainaldus anno 1016. si chronico brevi S. Dionysii fides, & quidem Gerardus du Bois nullum post hunc annum de Rainaldo reperit monumentum: anti- quæ tamen Vindocinenses tabulæ obitum ejus ad viii. idus Januarii anno 1020. annotant,

sed perperam, ni fallor. De eo in necrologio Parisiensi legitur: *Præde idus Septembris de como S. Mariæ Rainaldus presul & Elizabeth mater ejus, qui dederunt Liricantum. Item etiam Rainaldus dedit nobis medicinam hospitalis S. Christophori, quæ erat episcoporum propria.* Lutecia: sepultus fuit ex Sammarthianis.

ANNI CHRISTI

Utinam quam sibi Odo Fossatensis monachus Rainaldi vite seriem memoria commendare proposuerat, reapse commendasset! rem & sibi perhonorificam & ecclesiæ Parisiensi perutilem perfecisset. Videndi interea Breulius in supplemento antiquitatum Parisiensium, & scriptor miraculorum S. Maioli libro 2. capite 3. apud Andream Quercetatum in notis bibliothecæ Cluniacensis.

LXII. AZELINUS.

DE TRUNCINIS.

Rainaldo ecclesiæ Parisiensis & Thuanens indices Albertum subrogant, Sammarthian vero Azelinum, quos conciliat in Gallia Christiana Robertus Lingonensis, qui Rainaldi successorem Albertum seu Azelinum vocat. Hunc autem esse suspicor de quo Jacobus Meyerus in annalibus rerum Francicarum ad annum 951. *Reinerus præpositus Truncinensis obiit, successit Albertus, qui & Azelinus, Parisiorum episcopus, qui spoliatus episcopatu, rediit ad fratrem suum comitem Flandriæ, qui dedit illi redditus omnes oppidi Truncinensis, ac præposituram illius ecclesiæ, ubi tunc canonici erant sexdecim.* Meyerum lectui Sanderus rerum Gandavensium libro 3. capite 7. qui addit Albertum seu Azelinum episcopum & præpositum Truncinensis cænobii obiisse anno 977. Claudius Falchetus antiquitatum Franciarum peritissimus scriptor libro 1. part. 2. cap. 12. & Grammaie Flandriæ part. 1. pag. 27. qui Arnulfum etiam eum vocat. Unum tantum oblat quod Azelinum creatus præpositus Truncinensis anno 951. & defunctus anno 977. cathedram Parisiensem af-

scendere non potuit anno circiter 1016. Hanc autem difficultatem elevat utcumque Baldericus libro 1. cap. 110. a quo & discimus vacante per obitum Rothardi Cameracensis episcopatu, Azelinum de Truncinis Balduini comitis Flandrensium ex concubina filium, aditisse Sophiam Othonis III. imperatoris fororiam, nec vacua manu, eamque impulsisse ad postulandum pro ipso istum episcopatum anno circiter 995. sed ipse anteposuit est Erluinus. Postea tamen Parisiorum episcopus fuit Azelinus, ut legitur ibidem apud Baldericum, ex quibus liquet tardius Azelinum ad cathedram Parisiensem accessisse, quam in vulgatis notatur indicibus, & in ipsa historia Parisiensis ecclesiæ. Reponi autem nequit nisi post Rainaldum, quem ab anno saltem 992. recessisse diximus. Azelinus itaque, qui in epitaphio & cod. Thuanæ Adalbertus, alius autem Albertus, notus Balduini, non Calvi, sed forsan Junioris Flandriæ comitis, qui anno 961. obiit, post ambitam incaffum anno 995. Cameracensem cathedram, Parisiensem adeptus est anno circiter 1016. quo quidem in munere nec ecclesiæ Parisi gratus, nec utilis, quin & ejus fama nonnullis

Tom. 1. pag. 544.

ANNI CHRISTI

Charta XXXV. col. 80.

Coll. Christ. tom. V. col. 233.

inusta fuit notis, adeo ut specie quidem agritudinis, re autem ipsa ob gravissimas, quas alii divinabant, celabant alii causas, episcopatum abdicavit, de quo quidem repetendo cum paulo post cogitaret, a proposito eum revocasse videtur Fulbertus, ut constat ex epistola ejus octava, quam inter instrumenta subjecimus. Nullus enim dubito quin ipse sit senex, de quo hac in epistola Franconi forte successori loquitur Fulbertus. Ut ut haec sunt, Azelinus Parisiensi episcopatu spoliatus ex Meyero & aliis, ad fratrem suum comitem Flandriae rediit, qui dedit illi reditus oppidi Truncinensis ac praeposituram illius ecclesiae, unde illi de Truncinis villa cognomen. Defunctus sepulturam habuit in sacello sanctae Mariae monasterii B. Petri Blandiniensis diocesis Gandavenfis, ubi tale legebatur epitaphium, antequam monasterium funditus decimo seculo quinto fuisset eversum.

*Paufant membrorum pastoris Parisiorum.  
Hoc dat Adalberto summo Trias tumulo.  
Hunc sic Balduinus generat marchio civus,  
Filius Arnulphi, par patre de parisi.  
Cum dat bis binas Februarius ire calendas,  
Terrea deposit, calva promeruit.  
Hanc tibi fundavit, Trias alma, domumque dicavit,  
Qua pretium veniae sunt preces animae.*

In necrologio Parisiensis legitur : *1X. calend. Septembris obiit Albertus episcopus.*

LXIII. FRANCO.

Vir litteratissimus Franco ecclesiae Parisiensis fit episcopus ex decano, regnique cancellario, quod obibat munus annis 1000. 1005. & aliis, ut liquet ex diversis chartis tunc temporis pro monasteriis S. Martini Parisiensis, Fossiatensis & Fificannensis a Roberto rege datis, quibus cancellarius subscripsit Franco : ita etiam vocatur ab Odone Fossiatensis in vita Burchardi comitis :

*D* Regis, inquit, *adeuntis praesentiam, deprecanti sunt, ut haec dona praecipi sui auctoritate roboraret : conscripto itaque testamento, ac monogrammate regis manu facto, Franco tunc canonicus, postea vero episcopus Parisius factus, imaginem regis inposuit.* De ejus electione facta, inquit, anno 1020. Fulbertus in epistolis B. E. 28. nos docet A. cura episcopali & cathedra relicta, successorem sibi subrogari a rege petuisse, a quo comprovincialium assensu episcoporum Franconem designatum clerus suffragante populo elegi, Romanus pontifex approbavit & metropolitano ordinavit.

Subscriptis chartae Roberti regis date 1022. Roberti xxvii. indictione v. in qua cum legatur *ad . . . . . quando haeretici damnati sunt Aurelianis*, inde conjicimus Franconem unum fuisse ex episcopis, qui in synodo Aurelianensi haereticos illos damnarunt & flammis addixerunt. Cum haeredibus & filiis Goffredi convenit vii. idus Junii, Roberti anno xxx. Henrici vero filii 2. de duabus villis, quas olim Rainaldus episcopus dederat Goffrido comiti Laudoriensis caltri. Subscriptis anno 1028. diplomati Roberti regis pro monasterio Columbenfi. Ad Franconem *Tomus VII.*

1020. Charta XXXIV. & XXXV. col. 30.

Mabil. an. nal. tom. IV. pag. 706. 1022.

1026. Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 636. 1028.

ANNI CHRISTI

episcopum scriptae sunt epistola nonnullae Fulberti. In 8. mitti ei epistolam, quam decessori Azelino scripserat, ut eam a proposito episcopatum repetendi revocaret. Rationes exponit in 11. quibus adductus potentem quamdam feminam, quae bona ecclesiae Parisiensis inuvaserat, non excommunicasset. De Lisarcho archidiacono in episcopum rebelli respondet, neminem indiducsa causa judicandum. Demum Franconi indicit diem, ut omnes simul apud S. Arnulfum occurrant de quadam lite monachorum sancti Dionysii simul deliberaturi. Suadet in 20. Franconi Fulbertus, ut altaria quae laicis traderant antecessores ipsius, debilibus alendis destinent. In 58. eundem increpat, quod licet olim apud se conquestus esset de suo antecessore, qui altaria laicis dederat, nunc sibi suaderet ut ipse similiter faceret. Postquam Franco defuisset annis decem, fato excecit viii. cal. Augusti anno circiter 1030. Hunc ipsum habet diem necrologium ecclesiae Parisiensis : *viii. calend. Augusti de domo sanctae Mariae obiit Franco episcopus.*

1030:

LXIV. IMBERTUS.

DE VERGII.

Imbertus, Himbertus, Humbertus, Imbertus, Enzelinus, Hezelinus, Heselcius, Letzelinus, totidem enim modis variis in chartis subscriptus legitur, e familia Vergiacensi oriundus, Valonis domini de Vergio & Judithae de Fonvens filius, Lingonensis primo fuit canonicus, dein archidiaconus, ut indicat chronicon Divionense sancti Benigni. *Anto ab Incarnacione Domini M. xvi. episcopus Bruno obiit . . . . . cui successit Lambertus, in cujus diebus quidam archidiaconus Lingonensis, ecclesiae Parisiorum postea episcopus, Imbertus nomine, abbatiam S. Amatoris sitam ante manna ipsius urbis, quam beneficii jure tenebat a praesule memoratae sedis, obtulit sancto Benigno per donum & laudem praedicti episcopi Lamberti, quatenus ibi monachi ssteterant;* &c. Inde vero archidiaconus Aeduenfis fundavit in ecclesia caltri sui Vergieii collegiatam basilicam sub patrocinio S. Dionysii, annuente Elizabetha comitissa cum Roberto & Gaufrido nepotibus, cujus documentum existit in archivo Vergio die 3. Maii 1023. Postmodum sublati et vivis Francone, Robertus rex Imbertum jam canonicum Parisiensi episcopatu ob egregias animi virtutes donavit anno circiter 1030. diebus scilicet Lamberti Lingonensis episcopi, ut habet Albericus in chronico ad annum 1015. Et certe anno 1030. Imbertus episcopus constructam ab Odone abbate Fossiatensem ecclesiam sub titulo S. Mariae & sanctorum apostolorum Petri & Pauli in sua diocesi inauguravit. Collegiatam a se in urbe Vergiacensi constructam capitulo S. Nazarii Aeduenfis subjecit anno inuente 1033. Chartam habes inter instrumenta ecclesiae Aeduenfis. Dedit eodem anno Goffrido Fulconis vicecomitis filio & ejus nepoti Fulconi terram illam, quam Odo Crassius de Liziemo clerico apud Masingiacum tenuerat. Sigillum apposuit suum instrumentum Odonis fratris regis, qui pontem Turonensem struxit anno circiter 1034. Inibi vocatur Heselcius, qui idem

Spitzky. t. 12. pag. 416.

1030.

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 643. Tom. IV. Coll. Christ. oper. d. col. 77. 1033. Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 643.

ANNI  
CHRISTI  
1035.  
*Spicig. t.  
IV. p. 333.*

1036.

1041.

1043.  
*Hist. eccl. sue  
Parif. t. 1.  
pag. 454.*

*Idem pag.  
451.*

1046.

1048.  
*Con. Hist.  
t. VI. par.  
1. cal. 925.*

1050.

*Annal. t. IV.  
append. pag.  
747.*

1051.

*Tom. II.  
Gall. Christ.  
append. vol.  
103. chart.  
XXXVIII.*

1053.

1058.

*Hist. eccl. sue  
Parif. t. 1.  
pag. 456.*

*Annal. tom.  
IV. append.  
pag. 728.*

*Con. Hist.  
t. VI. par.  
1. c. 1020.*

1059.

*Charta  
XXXVIII.  
col. 32.*

1060.

*Charta  
XXXVI. col.  
31.*

subscript anno sequenti literis Gilduini Senonensium presulis in synodo pro monachis Floriacensibus datis. Recensetur quoque anno 1035. in tabula donationis regis Henrici factæ abbatæ S. Richarii Centulensis. Curvisnarum ac montis Evrini altaria Rogerio Latiniacensi abbati concessit anno 1036. Eodem librum sacramentorum sancto Benigno dono dedit hæctenus asseruatum in bibliotheca monasterii cum inscriptione, quæ hujusce donationis fidem facit. Subscripsit diplomati Henrici regis confirmantis immunitatem villæ Gilliaci a Roberto Burgundie duce Sangermanensibus assertam anno x. Henrici, Christi 1041. Nomen apposuit suum XIII. cal. Junii an. 1043. precepto regis Henrici pro monachis Fossatensibus, quorum in villa Equata homines, Nivardus quidam divexabat. Sancti Germani de Pratis monasterio villam Antoniaci, Henrici anno XII. & villam novam S. Georgii, villamque de Combis, principis ejusdem anno XV. concessit. Interfuit anno 1048. synodo Senonensi, cui præerat Gilduinus, ubi actum de monachis apud S. Aigulfum sub Pruvienti oppido instituendis, & subscripti literis Henrici regis datis pro cella S. Aigulfi cellæ Trecenti asserta. Concilio episcoporum in palatio Henrici regis apud Silvanectum die Pentecostes anni ejusdem habito adfuit Hezelinus, ubi restitutum confirmatumque monasterio S. Medardi castellum de Vico. Habita est Parisiis XVII. calendas Novembris 1050. synodus ab Henrico rege adversus hæresim Berengarianam, in qua damnatus est Berengarius. Præfens fuit Hezelinus Parisiorum episcopus donationi factæ a Burnone abbate Dervensi cellæ apud villam Disseias Odoni abbati Autissiodorensi VII. id. Jan. anno 1050. id est 1051. Subscripti anno eodem donationi factæ Alberto abbati Majoris monasterii ab Amalrico, milite. Nomen Enzelini Parisiensis episcopi legitur in subscriptionibus litterarum originalium Henrici I. regis datarum anno 1052. mense Septembri pro cenobio Caste Dei nuper condito. Interfuit v. idus Januarii anni 1053. detectioni reliquiarum sancti Dionysii ab Henrico rege factæ. Adfuit anno 1058. cum rege & aliis præsulibus obfidiis castri Taneriarum, & subscripti privilegio Henrici regis abbati Adraldo & Sangermanensibus monachis Drocarum ecclesiam ad supplementum vicus concedentis. Eo circiter tempore Letzelinus Parisiensis episc. cum Fulcone Ambianensi ab Henrico rege missus est Fiscannum ad Willhelmum duceum Normanniæ cognomento Nothum propter pacem inter eos componendam: *Tuncque in ipso sacratissima resurrectionis die suppliciter Letzelinus episcopus volente & petente Johanne abbate Fiscanni publicas missas fecit, atque inter sacra missarum solemnia quosdam ex monachis presbyteros ordinavit.* Adfuit inunctioni Philippi I. regis Henrici filii in basilica Remensi an. 1059. in die sancto Pentecostes. Sigillum apposuit suum regis Henrici literis pro institutione abbatæ sancti Martini a Campis datus anno 1060. Imbertum vero regis gratia plurimum pollentem testatur charta Parisiensis chartularii, qua Henricus ecclesias sanctorum Stephani, Juliani,

Severini & Bacchi, olim abbatæ titulo insignes, congregationi sanctæ Mariæ tradidit, petente Imbertus, qui a rege pro suis meritis magnus appellatur. Eadem qua apud regem valebat gratia præceptum Caroli III. regis pro canonicis sancti Marcelli ab Henrico confirmari fecit, eique chirographum postea apposuit suum. Ad ejus itidem preces ecclesiæ Parisiensis rex concessit abbatiam S. Germani in Laia, quam de consensu Lizieri decani & capituli paulo post monasterio beatæ Mariæ de Columbibus tradidit. Est & alia memoratu digna Imberti charta, quæ caret calculo, qui annum connotet: cum Hugo de Donjone B. Mustrelli miles, quem Lisardo decano oppigneraverat alodium Liziardo alteri dedisset, hunc a Mainardo Senonensi archiepiscopo jam excommunicatum iterum excommunicavit Imbertus. Hugo vero neglecta excommunicatione defunctus jacuit insepultus, & feris objectus, donec ejus commiseratione permotus conjux & propinquus, ad Accmannum primum, tum ad portum Taver conveneunt, ubi cum Mainardo adfuit Imbertus, qui redactura inibi canonicis alodium, absolutumque Hugonem testatur instrumento quod diximus. Denique eodem quo re. Henricus anno, mortem oppetiit Imbertus, 1060. scilicet aliquot post regem mensibus. De eo martyrologium Flavianicense: *x. calendas Dec. Humbertus Parisiensis episcopus obiit, qui dedit ecclesiam sancti Juliani apud Nui.* Martyrologium S. Benigni: *x. calendas Dec. depositio domni Humberti Parisiensis episcopi, qui dedit nobis cellam S. Amatoris in urbe Lingonensi.* Hunc ipsum diem habet necrologium Parisiensis ecclesiæ: *x. cal. Dec. obiit Humbertus episcopus.* Vixit ad annum ætatis circiter octogesium, peculiari elogio celebratus a clarissimo viro Andrea Quercetano libro 2. capite XI. historię Vergeie.

D

## LXV. GAUFRIDUS.

DE BOU-  
LOGNE.

Gaufridus, qui & Gaufridus, Gosfridus, Gosfridus, Gosfridus, Gosfredus, Josfridus & Josfridus, Eustachio I. comite Boloniensi & Mathilde Lovaniensi parentibus ortus, Eustachii II. frater, auctore Lamberto presbytero Ardeurum in chronico, patrus autem Godefridi illius ducis Bullionii pietate & fortitudine militari in expeditione Orientali insignis, ac Balduini III. regum Jerusalem. Archidiaconus erat Atrebatensis, quod munus per triginta obiit annos, cum non niulto post obitum Imberti Paris. factus episcopus, anno saltem 1061. datæ a Guidone Trousselli domino 1061. Montistericii ibidem postea monacho professo ecclesiæ B. Mariæ de Longo ponte monachis Chniacensibus assensum præbuit, falsis ecclesiæ Parisiensis jurbus. Richierum Senonenfium electum Parisiis ipso die Paschatis anno 1062. ordinavit. Circa id tempus cum Rainero abbate sancti Dionysii querelam habuit super libertate ac privilegiis monasterii, quam utroque Romam citato, causæ in frequenti judicium confessu ventilata, terminavit pontifex in gratiam monachorum. Subscripti chartæ Gaufridi militis pro Floriacensibus datæ VII. cal. Februarii an. 1065. 1065.

*Idem pag.  
877.*

1062.

1065.

ANNI

CHRISTI

Autor. Mto. col. 2. d. n. p. 17.

17. Hist. Paris. tom. 3. pag. 50.

Charta XI. col. 15.

Spicilieg. t. XI. p. 296.

Subfirmavit anno 1066. diploma Philippi regis & Adelæ uxoris bona monasterii Meffinensis confirmantium. Adfuit dedicationi eccl. S. Martini a Campis, & subscripsit diplomati Philippi regis pro eadem ecclesia an. 1067. Nominatur eodem anno VII. idus Augulli testis donationis ecclesie S. Machuti factæ Majori monasterio a Roberto de Sabulio, ejusque confirmationis tum a rege tum a metropolitano. Subscripsit anno eodem litteris Philippi regis donatam sancto Dionysio villam de la Chapelaude confirmantis. Subscripsit quoque fundationi eccl. S. Christophori de Castello forti ab Emerico milite anno 1068. Roberto Pratenfi abbatî facta permutatione concessit anno

1068.

Chart. XI. col. 36.

1070.

Chart. XI. col. 36.

Ch. XII. col. 36.

1071.

Amplif. col. 1. tom. IV. col. 929.

1072.

Annal. tom. V. pag. 56.

1073.

1075.

Spicilieg. t. 2. p. 296.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

1077.

Philippi regis XI. ut dux ecclesie Surinamur atque Evrini villæ concederentur, & ad sancti Germani monasterium perpetuo spectarent. Circa id tempus Willemo qui abbatie regimen anno tantum 1070. adeptus est, & monachis Salmuriensibus prioratum de Brueris concessit. Cum rege & Senonensi metropolitano Richerio litteras approbavit Burchardi II. comitis Corboliensis pro constructione claustrî & libertate ecclesie sancti Exuperii IV. nonas Novemb. an. 1071. Johanne abbate. Subscripsit anno eodem litteris Philippi regis ecclesiam S. Savinæ donatam a Theobaldo Trecentium comite cellæ Trecentis confirmantis, necnon & chartæ regis ejusdem in concilio Senonensi ecclesiam sancti Andrea Cellentibus ab Hugone Trecenti assertam corroborantis. In historia Andagiensis monasterii ad annum 1071. Gaufridus dicitur cum Elinando Laudunensi episcopo Colonia rediens ad prædictum monasterium divertisse. Habitu est anno 1072. Parisiis concilium ex Mabillonio. Subscripsit Goifredus chartæ Philippi Francorum regis cellæ sancti Germani in Laia nova concedentis prædia XII. cal. Junii, regni anno XIII. Habitu est anno 1075. concilium Parisiense (qui solus propter subscribentes episcopos annus convenire potest) in quo bona ecclesie Compediensis confirmata a Philippo rege diplomate, cui relecto subscripsit Gaufridus archicancellarius. Laudavit eodem anno cancellarii officio præcepta regis ejusdem pro Trenorchiensibus, Cluniacensibus, Miciacensibus, & Pontilevientiis monachis. Memoratur & in charta libertatum basilicæ S. Petri Arienfis a Balduino Flandriæ comite constructæ, in qua Wilfridus appellatur. Fundationem S. Johannis Sueffionensis approbavit anno 1076. Insequenti scripsit ei Gregorius VII. summus pontifex epistolam 20. libro IV. Bibianello VIII. cal. Apr. indictione XV. ubi dicitur Joffredus, pro causa Walterii de Duaco, quem ab archiepiscopo Remensi excommunicatum absolvi jubebat, & pro negotio Azonis canonici sancti Amati, necnon Roberti & Lambertî monachorum Sanrenigianorum a Manasse Remensi metropolita injuste excommunicatorum, ut eos a vinculis absolveret, & ob alia quedam ecclesiastica negotia. In duabus aliis epistolis ejusdem pontificis Gaufridi nostri fit mentio, cujus auctoritate & gratia cum episcopatum Carnotensem adeptus esset Gotfridus ejus nepos, utque simoniacus reus excommuni-

Tonus VII.

ANNI

CHRISTI

catus ab Hugone Diensi episcopo & sedis apostolicæ legato, Romam petere coactus est, ut quæ adversus nepotis electionem obsecutus dilueret. Hoc autem in itinere cum in manus grassatorum incidissent, jacuram rerum suarum tacerent, non nisi dato pretio dimissi. Anno eodem Gaufridus relegit & probavit cancellarius Franciæ litteras Philippi regis S. Symphoriani Aduensis monasterium Floriaco tradentis ordinandum. Subscripsit ejusdem litteris ecclesiam sancti Gervasii Floriacensibus donantis. Anno 1081. ut habet chronologia Autifiodorensis monachi, adfuit Exoldunensi concilio ab Hugone Diensi celebrato, ut manifestum est ex litteris Richardi archiepiscopi Bituricensis fratris Majoris monasterii concedentis ecclesiam S. Martini de Campis olim de Briva appellatam juxta muros urbis Bituricæ constitutam, quibus episcopos Parisiensis cum aliis pluribus subscripsit. Donationi ecclesie S. Honorinæ virginis & martyris, quæ in Confluentio oppido dicitur Parisiensis ad Isaræ & Sequanæ confluentibus colitur, ab Ivone domino Bellinotus ad Isaram Anselmo abbati & monachis Beccentibus concessæ assensum præbuit cum ecclesie Parisiensis canonicis anno 1081. chronicon Beccentis habet 1082. Subscripsit chartæ Richerii Senonensis archiepiscopi ecclesiam sancti Baldi monasterio sancti Remigii concedentis mense Octobri anno XIII. Philippi regis. Assensum præbuit die 6. Januarii anno 1082. judicio Philippi regis in gratiam monasterii sancti Germani a Pratis contra quendam militem Hugonem cognomento Stavellum. Testis laudatur anno 1084. donationis factæ a Balduino comite Gisenfi de capella beate Mariæ in castro Gisenfi monachis Andrensis. Sedit in concilio Compediensi, ubi acium de libertate ecclesie sancti Corneli anno 1085. & archicancellarius privilegio subscripsit. Donavit an. 1088. episcopatus vigesimo septimo monachis Cluniacensibus in ecclesia S. Martini degentibus altare in villa, dicta Bongeias. Circa id tempus largitus quoque eis est altare Majorolis villæ ad preces Drogonis archidiaconi. Quatuor altaria in villis Ceuranno, Noisfaco, Campiniao, & Balbiniaco monachis sancti Martini a Campis largitus est anno 1089. Circa id tempus monachis Longi pontis concessit villam Oreaci. Sigillum apposuit suum privilegio Philippi regis immunitatem monasterio sancti Remigii largientis anno 1090. Ecclesiam sancti Præjecti de Turno monachis sancti Germani Pontifacensis perpetuo jure possidendam hoc circiter tempore donavit. Synodo Stampensi anno 1091. adfuit a Richerio Senonensi habitæ ad verlus ordinationem Ivonis Carnotensis episcopi factam a summo pontifice. Legitur & charta in monasterio Pratenfi anni 1092. cui subscripsit Gotfridus archicancellarius. Cum Walerannum Parisiensis ecclesie cantorem, qui ad monasterium sancti Martini a Campis monasticum habitum peturus fecerant, vi abstraxisset Gaufridus, amicam simul & modestam hac de re misit ad eum epistolam Anselmus electus Cantuariensis, ubi consecrationem suam, qui facienda erat

D ij

1081.

Spicilieg. t. VI. pag. 8.

Can. Hand. t. VI. part. 1. c. 269.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

1082.

ANNI  
CHRISTI  
1094  
*Ibid.*

*Seulo VI.  
Bened. part.  
a. p. 80.*

1095.

Dominica secunda Adventus anni 1093. com-  
mendat. Insequenti Gausfredus conceit ecclesiam  
villæ Bondallæ monachis beatæ Mariæ de Longo  
ponte anno episcopatus trigesimo tercio. Memor-  
atur in instrumento translationis S. Florentini  
martyris in monasterium Latiniacense facta anno  
1094. Eodem anno dedit monachis Majoris  
monasterii in ecclesia B. Mariæ de Campis, quæ  
ab anno 1603. est virginum Carmelitarum sanctæ  
Terefiæ Parisiis commorantibus, altaria quatuor,  
S. Mariæ quæ dicitur in Campis, S. Juliani de  
Versaliis, sancti Germani in villa Pyrorum, &  
sancti Dionysii apud Uncinas, Philippi xxxvi.  
Goisfridi vero 35. Deceffit anno 1095. De eo  
necrologium & martyrologium ecclesiæ Parisiensis  
sic habent: *Calendis Maii de domo S. Mariæ  
obit Goisfridus episcopus, qui perdonavit nobis quas-  
dam consuetudines de emtione & venditione vini  
& de Moissinis, quas habebant episcopi in Orhivilis,  
dedit etiam nobis cappam auream de octoginta unciis.*  
In necrologio sancti Petri Carnotensis notatur  
ejus obitus pridie cal. mensis ejuldem.

Archicancellarii honore functum Gaufridum  
Philippo I. rege constat ex variis tunc datis diplo-  
matibus, de quibus supra. Id quoque docet historia  
geneologica domus Franciæ de cancellariis tomo  
vi. pag. 247. ubi auctor conjicit Rogerum Bel-  
lovacensem episcopum, & alios, qui circa hæc  
tempora cancellarii leguntur, fuisse vicecancella-  
rios. Sacri quoque sigilli custodia decoratum  
passim prædicant chartularia & scriptores, qui  
cum non in re modo sacra, sed & prophana  
magnæ fuisse auctoritatis commendant. Quod  
attinet ad vulgatam inter opera Abelardi epistolam  
cum hæc inscriptio: *G. Dei gratia Parisiæ  
sedis episcopo, unoque venerabili ejusdem ecclesiæ  
clero, P. de la vita reverentia subjectionem sempiternam;*  
vide Gerardum du Bois tomo 1. pag. 711. &  
Mabillonium anal. tomo v. pag. 384. Recte  
existimat Buleus ad annum 1095. hujus epistolæ  
auctorem esse quendam Petrum theologiæ iis  
temporibus profectorem, qui adversus hæresim  
Roscelini in concilio Suceffionensi (1093.) dam-  
natam scripserat. Ita Pagi tomo iv. pag. 318.

*Diplom. lib.  
a. cap. 12.  
n. 14.*

*Hist. Univ.  
Paris.*

DE MONT-  
FORT.

## LXVI. GUILLELMUS I.

Guillelmus, non Humberto II. comite Mau-  
rentiæ ac Sabaudia ex Gilla Burgundica ortus, ut  
nonnulli perperam scribere auctores, sed Simonis  
domini de Montfort filius, frater autem famosæ  
illius Bertræ Andegavensis comitissæ Fulconis  
Richini uxoris & Philippi I. Francorum regis  
superinductæ, rudimenta virtutis & pietatis incu-  
nabula adhuc ponebat juvenis in ecclesia Carno-  
tensi, sub Ivone maxime episcopo, cum ætate  
quæ ad sumendum sacerdotium ex canonibus  
idonea est nondum maturus, in locum Gaufridi  
a clero Parisiensi assumitur anno 1095. Episco-  
patus primum abnuere: timebat enim ne sororis  
artibus, gratiaque & auctoritate regis quæstia forte  
fuisent canonicorum suffragia, nec electioni assen-  
sum præbere, donec missis cum eo qui dili-  
genter inquirerent, utrum in eum vota omnium  
concurrerent, utrum hæc electio media pecunia,

*In Cartul.  
epist. 14.*

*Ibid. 43. &  
65.*

*Ibid. 43.*

vel aliqua esset a rege extorta violentia, Ivo Car-  
notensis auctor illi esset, ut oneri supponeret  
humeros; quoniam vero anni non competeant,  
per intervalla ad gradus ecclesiasticos ascenderet,  
interimque a summo pontifice obtineret indul-  
gentiam. Timor idem omnium pervasit animos:  
metuentes enim, quæ horumque temporum erat  
religio, ne regis gratia & sororis ambitu evocatus  
fuisset Guillelmus, Hugo Lugdunensis summi  
pontificis legatus ab assensu se sustinebat, Richer-  
ius Seionensis metropolititanus electionem vix  
admittebat, Urbanus ipse summus pontifex huic  
non assentiebatur. Interea Ivo, qui probos Guil-  
elmi mores, utpote a teneris in ipsius suu educati  
apprime noverat, Montepessulanum, ubi sum-  
mus pontifex defuncte mensis Junio inuenteque  
Julio anni 1096. agebat, profectus est, cui cum  
canoniam Guillelmi iuxta regis petitionem pro-  
basset electionem, indulgentiam ætatis Guillelmo  
primum obtinuit, tum ut sacramento prius ab iis  
qui elegerant recepto a Richerio ordinaretur.  
Itaque cum rite cum & canonicè electum esse  
constitisset, juramento assensusse canonici  
viii cujuslibet expertem fuisse electionem, paulo  
ante festum S. Remigii ordinatus fuit a Richerio  
metropolitano, cui pallii usum ad tempus in syn-  
odo Claromontana mensis Nov. anni superioris  
interdicti ad hoc indultit summus pontifex. Unde  
patet Guillelmum nonnisi post interdictum Richer-  
io pallium, facultatemque a summo pontifice  
apud Montepessulanum obtentam ordinatum,  
ordinari non potuisse ante annum 1096. Et  
certe hoc ipso anno Paganus miles monachis  
sancti Martini de Campis sitam in Monte Mar-  
tyrum dedit ecclesiam Willelmo sedente. Circa  
idem tempus una cum Ivone Carnotensi & Wal-  
terio Meldensi Sanctiorem Johanni Aurelianensi  
episcopo defuncto suffectum consecravit. Vix  
autem initiatus Guillelmus querelam habuit cum  
D monachis Latiniacensibus, qui episcopi jugum  
excudere moliebantur, quorum ut audaciam con-  
tunderet, suæque iura tueretur, Romam profectus  
est. Octo dierum iter nondum compleverat, cum  
Ivo Carnotensis misit ad summum pontificem lit-  
teras, ut ei Guillelmum contra Latiniacenses com-  
mendaret, quibus & dicimus novum episcopum,  
licet apud Ivonem nuper enutritum & erudium,  
venationi plus æquo alitque juvenilibus desideris  
deditum, nec ea quæ episcopum decet sollicitate  
orationi & lectioni incumbere. Roma forsitan  
reverfus, canonicis beatæ Mariæ dedit ecclesiam  
sancti Christophori anno 1097. ordinationis suæ  
E primo. Præbendam ecclesiæ Parisiensis donavit  
canonicis sancti Germani Autisiodorensis eodem  
anno pro terra in territorio Belvacensi sita, dicta  
Arnelia, quam rogatu Ivonis Carnotensis largitus  
est ecclesiæ sancti Quintini apud Bellocacum.  
Concessit an. 1098. pontificatus tercio, ab ele-  
ctione scilicet, monasterio S. Martini de Campis  
altaria Montis Martyrum, Pentlini, Derentiaci,  
Castaneti, &c. Subscriptis instrumento Ursionis  
prioris sancti Martini vineas cum Herluno filio  
Aalardi commutantis anno 1099. Adfuit anno  
eodem concilio apud Stampas habito, de quo

ANNI  
CHRISTI

1096.  
*Id. ep. 12.*

*Epist. 14.*

*Ch. xlvii.  
col. 19.*

*In Cartul.  
79. 14.*

*Ibid. 43.  
65.*

*Charta  
xlvi.  
col. 40.  
1097.*

1098.  
*Ch. xlvii.  
col. 14.*

*110 sancti  
Martini a  
Campis pag.  
149.  
1099.*

ANNI CHRISTI 1100.

ANNI CHRISTI

nihil supereſt præter epistolam ſeptuageſimam A nonam Ivonis epiſcopi Carnotenſis. Anno 1100. fecit præceptum de Orleio & de ſancto Cloaldo epiſcopatus ſeptimo. In altero anni ejuſdem inſtrumento epiſcopatus ejus annus dicitur quintus pro diverſa numerandorum vel ab electione vel ab ordinatione ejus annorum ratione. Denique aſſenſum præbuit ceſſioni, quam Mauriniacentibus monachis fecere ſanctimoniales S. Eligii de loco, quem Manſiones dicunt, cujus inſtrumentum orta dilacione anno tantum 1102. confectum eſt; confirmantibus Stephano archidiacono, Fulcone decano, & Rainaldo archidiacono, penes quos Guillelmus profectus Jeruſalem, curam & providentiam rerum epiſcopatium diſiſcit, necnon concedente Philippo rege, cujus in manu erat epiſcopatus. Hoc autem in itinere & vivis exceſſiſſe videtur Guillelmus. In necrologio eccleſie Pariſienſis ſic: VI. calendis Septembris de domo ſancte Mariae obiit Guillelmus epiſcopus, qui dedit nobis illud poteſtatis, quod ipſe & archidiaconus habebat in eccleſia S. Chriſtophori martyris.

Anapil. Stamp. pag. 499.

1102.

LXVII. FULCO I.

Ex canonico eccleſie Silvanenſis Fulco factus decanus Pariſienſis, hanc Guillelmo abſente & loca ſacra viſitante vicarius adminiſtrabat, cum hoc forſan in itinere deſunctus eſt Guillelmus. Convocati ſtatim canonici varias in partes ſciſſi ſunt. Alii alium eligentibus, major pro Fulcone decano ſteit numerus, inde orta diviſio & contentio. Rem itaque placuit coram rege ab epiſcopo provincialibus petraſtari, qui comprobata ejus electione ob factionis contrarie metum nihil auſi ſunt definire, ſed Fulconi, qui Romam eundi, ſive rata, ſive irrita foret electio, conſilium cepit, ad ſummum pontificem dederunt litteras. Paſchalis II. teſtimonio epiſcoporum provincie Senonenſis, necnon & nunciis & ſupplicibus eccleſie Pariſienſis litteris, quibus rogabatur ut Fulconem epiſcopum ordinaret, permotus, ſimulque maturitate morum, perſonæ gravitate & urgente eccleſie neceſſitate impulſus, ipſum propriis ſanctationem manibus ab ipſius eccleſiam diſiſcit cum litteris ad Daimbertum metropolitani, quibus hanc ſalvo illius jure peractam ordinationem ſignificabat. Non me lateat hanc epistolam a nonnullis de Galone ſucceſſore intelligi: at Galo jam ordinatus erat epiſcopus, cum a Pariſienſibus electus fuit, ut mox dicemus, quod de epiſcopo a Paſchali ordinato dici nequit. Fulco autem diu Pariſienſem non rexit eccleſiam, deſunctus anno 1104. De eo necrologium Pariſienſis ſic habet: VI. idus Aprilis de domo ſancte Mariae obiit Albertus ſacerdos atque Fulco Pariſienſis eccleſia epiſcopus, qui fecit unam domum in claſtro.

In Cornu. epist. 128.

Idem epist. 129.

Spicileg. t. 3. p. 122.

Baltz. Miſ. cell. tom. 2. pag. 271. In Cornu. epist. 126.

1104.

LXVIII. GALO.

Galo, Walo & Gualo diſcipulus & ſuceſſor Ivonis Carnot. in abbacia S. Quintini Belvacenſis, cum electus epiſcopus Belvacenſis aſſenſum regis propter potentem æmuli Stephani factionem obtinere non poſſet, Romam perrexit, ut ſuam

ordinationem ab adverſariis impugnatum ſummò pontifici probaret. Ratan hanc habuit Paſchalis II. at cum penes ipſum non ſtaret Belvacenſis cathedra potiri Galonem, legatum hunc miſit in Poloniam ad abſus reformandos, ubi duos epiſcopos depoſuit Galo. Illius legationis meminerunt Longinus rerum Polonicarum ſcriptor, Eadmerus in vita ſancti Anſelmi & Baronius tomo XII. annalium. In Gallias reverſus Galo, in locum Fulconis, qui VI. idus Aprilis ſupremum diem obiit, a clero ſolemmiter & rite electus eſt Pariſienſis epiſcopus, miſiſque ad eum qui ut hijuſce eccleſie curam non abneret humiliter B petere: at duo ejus obſtabant electioni, inſenſus in eum regis armis, canonumque ſeveritas, qui a ſede ad ſedem transferri non patebantur. Verum qui adhibito ſacramento prohibebat ne Galo Belvacenſis potiretur cathedra, Pariſienſem epiſcopatum grananter conceſſit rex Philippus. Et certe hoc jam titulo IV. calend. Augulti anni 1104. in conventu Balgenciaci pro reconciliatione ejuſdem regis cum aliis epiſcopis interſuit Galo. Translationi corporis S. Liſardi Miſiacenſis abbatis & dedicationi Magdunenſis eccleſie aſſiſit menſe Octobri. Aſſiſiit & ſynodo Pariſienſi IV. non. Decemb. anni ejuſdem, in qua de mandato papæ Lambertus epiſcopus Atrebatenſis Philippum regem ob illicitis nuptias illigatum abſolvit. Romam poſtea repetiit, ubi a ſummò pontifice benigniſſime exceptus, non ſolum translationem ſuam impetravit, ſed etiam datis ad clericos eccleſie Pariſienſis litteris VIII. idus Aprilis cum commendavit ſummus pontifex, quibus de tanto ipſis conceſſo pontifice gratulatus, ipſi etiam contra invalores rerum eccleſiaſticarum ſuas delegavit vires. Exiſtat adhuc cleri Pariſienſis ad Paſchalem II. reſponſum, quo gratias illi ob conceſſum ſibi epiſcopatum Galonem reſerunt, quem imitari ſtudent canonici, & cujus documentis ad virtutem & bonos mores informantur. Interim Roma rediens Galo Lugduno tranſiit, ubi vidit ſanctum Anſelmum Cantuarienſem archiepiſcopum ſecum amicitiaz vinculo conjunctum, qui inibi tunc exul debebat, & Eadmerum, cui dedit partem reliquiarum S. Prifice martyris, quas olim acceperat a cardinali iſtius tituli, cum corpus hujus martyris Romæ inventum levatumque eſt poſt reditum Galonis & legatione Polonica. Demum cum Galo Pariſis adventaſſet, admiſſus a clero Pariſienſi in cathedra collocatus eſt, cepiſque eccleſiam Pariſ. adminiſtrare ſub initium anni 1105. quo aſſiſtiit electioni Radulſi in abbatem E ſancti Quintini Belvacenſis in ſeſto dedicationis, & confirmavit donatum a Guidone de Tornaco aſſenſu Gaurfridi epiſcopi monachis Foſſatenſibus eccleſiam ſancti Eligii anno epiſcopatus primo. Inſequenti eccleſiam de Marli ab Herveo de Marliaco eccleſie Columbenſi conſentiente Gaurfrido conceſſam ſtabilivit anno 1106. epiſcopatus ſecundo. Summum pontificem apud Caritatem adiiit anno 1107. de Diomyſianis monachis conqueſtus, cui Sugerius tunc monachus aperta ratione & canonico judicio ſatiſfeciffe ſe dicit. Hæc autem expoſtulationo intelligitur ex epistola

In Cornu. epist. 216.

Iidem epist. 144.

Bolland. Jacq. tom. 11. pag. 302. Spicileg. t. 3. p. 120. Conc. Franc. tom. VI. col. 1799.

Baltz. Miſ. cell. tom. 2. pag. 182.

Spicileg. t. 3. p. 122.

Vi. ſancti Anſelmi lib. 2.

1105.

Probat. hiſt. Monum. pag. 68. 1106. 1107.

ANNI  
CHRISTIIChart. LI.  
col. 44.Chart. LII.  
col. 44.Hist. sacri  
Mart. pag.  
497.Hist. Paris.  
l. 3. p. 17.1109.  
Carc. Hist.  
tom. VI. col.  
109.Chart. LIII.  
liv. col.  
44 & 45.

1110.

1111.  
Hist. ecclesie  
Paris. t. 2.  
pag. 7.

Paschalis summi pontificis ad abbatem S. Dionysii, in qua Galo episcopus bonus & catholicus dicitur, & sacramenta gratis sine pravitate indulgere, interdiumque abbati alios antistites ad eundem pro recipiendis sacramentis: extat epistola in veteri codice Victorino. Juxta summi pontificis mandatum moniales ob inverecundam conversationem ab ecclesia sancti Eligii ejecit, quam Theobaldo Fossatensi abbati in cellam duodecim monachorum concessit. Litteras Galonis ea de re datas anno 1107. episcopus tertio, rex suo diplomate confirmavit: nunc in cœnobio S. Eligii Parisiensis militant religiosissimi clerici S. Pauli, dicti Barnabite. Quatuor altaria eodem anno monachis sancti Martini de Campis concessit apud Erinniacum, Ermenonvillam, Duigniacum, & Luviacum. Famulos quoque decani & canonicorum sancte Genovefæ ipsorum subjeci regimini. Interfuit exsequiis Philippi regis defuncti 1108. die Mercurii 24. Julii an. 1108. cum quibusdam prelati, qui cadaver ab ecclesia beate Mariæ Melodunensis ad monasterium Floriacense humandum detulere. Idem postea inaugurationi regis Ludovici Crassi adfuit Dominica que erat secunda dies Augusti, in ecclesia S. Crucis Aurelianensis, & subscripti chartæ ab eodem rege pro Floriacensibus date anno eodem apud Biturigas. Monachis sancti Martini Alnetum terram largitus est anno 1108. episcopus quarto. Eodem confirmavit concessam ab Imberto canonicis sancti Germani Autisiodorensis liberam potestatem, ut præbendas S. Opportunæ quibus vellent personis idoneis irrequisito conferrent episcopo. Subscripti chartæ Ludovici VI. qua facit potestatem servis ecclesiæ Parisiensis ferendi testimonium in causis forensibus & civilibus & placitis adversus omnes homines, imo & bellandi licentiam concedit anno 1109. Privilegium hoc confirmavit Paschalis II. datis ad Galonem litteris 1x. calend. Februarii anno 1114. Una cum canonicis ivit ad Novientum die 30. Julii anno 1109. obviam S. Cruci, cum Anselmo clericis quondam Parisiensis, tunc cantor ecclesiæ S. Sepulcri ad ecclesiam Parisiensem misit cum litteris, quas habes inter instrumenta. Feria sexta postea in ecclesia S. Clodoaldi, Dominica sequenti allata est crux in majorem basilicam, ubi etiamnum cum honore habetur. Guillelmum S. Germani abbatem benedixit Galo anno 1110. Eodem episcopus quinto probavit donationem a Burchardo de Montmorencio monachis sancti Florentii Salmuriensis factam. Sigillum apposuit suum diplomati Ludovici regis pro canonicis S. Genovefæ 1v. idus Martii anno 1111. consecrationis regis tertio. Conventui Melodunensi a Ludovico rege coacto adfuit Galonem anno eodem autumat Gerardus du Bois. Eodem, ni fallor, anno habitum est apud Senonas a Daimberto archiepiscopo concilium adversus investiturarum privilegium a Paschali concessum Henrico imperatori; huic autem adfuit Galo & subscripti cum episcopis comprovincialibus litteris ad Johannem Lugdunensem episcopum, qui eos ad concilium Anfanum anno sequenti celebrandum vocarat, ad

quod convenire detrectabant. Circa id tempus cum Ivone Carnotensi Gualo a summo pontifice delegatus est in causa Gisleberti canonici Turonensis de præpositura de Sodobrio. Subscriptus legitur diplomati Ludovici Crassi dato Catalauni pro fundatione cœnobii S. Victoris Parisiensis anno 1113. Defuncto circa id tempus Gaufrido Belvacensi episcopo, Stephanus de Garlanda ad Paschalem scripsit, ut Galone Bellocavos transfato, ipse ejus locum sumeret: at hæc transfatio summo renuente pontifice suum non est effectum sortita. Legimus in bulla ejusdem pontificis in tabulario Montis Cassini Galonem Parisiensem episcopum Beneventi anno 1113. cum Paschali summo pontifice degentem. Subscripti anno 1115. chartæ Mathildis Cauniacensis domine ream se agnoscentis injuriarum colonis ecclesiæ Parisiensis illatarum. Nomen adhuc ejus reperitur in synodici concilii Catalaunensis litteris de controversia Vedastinos inter & S. Quintini monachos agitata, datis anno eodem. Non itaque anno 1114. ut voluit Sammarthani, sed ad summum 1116. mense Februarii mortem oppetit. Sepultum ferunt in capella Victorina S. Dionysii ad lavam. De eo necrologium ecclesiæ Quintiniense ad vii. calendis Martii. *Obiit sanctæ recordationis dominus Galo secundus abbas hujus ecclesiæ, postea Parisiensis episcopus.*

Quantæ vir fuerit extimationis probat singularis que inter eum & Anselmum Cantuariensem Ivonenque Carnotensem intercedebat necessitudo. Plures inter Ivonis epistolæ ad Galonem scriptæ extant. Hunc Eadmerus libro 2. de vita sancti Anselmi vocat virum bene religiosum & ecclesiasticarum consuetudinum institutionibus ab ineunte ætate imbutum. Id quidem probat ejus epistola ad Lambertum Atrebatensem episcopum, qui ad eum scriperat omnem ecclesiam in fide ac sacramentorum celebratione, & de orthodoxorum patrum institutione horas canonicas frequentando, sanctæ Romanæ catholice & apostolicæ concordare debere ecclesiæ; quapropter Galo illum erudit de ritibus Romanis in divino officio persolvendo, quos ipse Romæ degens didicerat. Commodum videtur hic inferere epitaphium, quod Hildebertus Turonensis archiepiscopus Galoni cœciviti nomine alterius Galonis forte nepotis successori inscriptum:

*Te, pater & pastor, vult sanum natum onisque:*

*Vota, pater, nati suscipe, pastor, ovis.*

*Et mihi sisque pater, ex quo bonus, imo bonorum*

*Optimus ille pater desinit esse pater.*

*Ille pater mihi quæ de te dixisse recorder,*

*Gualo, valent alii, prævalit hic alius.*

*Hunc tibi trado patrem, cujus communico rebus*

*Cui gravis hoc uno sum, quia parco suis.*

*Romam vadò, vale: Romam se finit itarum,*

*Sed melius potuit dicere; vado mihi.*

*Mors male blanda viro, minuerisque quiete laborem,*

*Abrupti lucem nocte, viamque mora.*

ANNI  
CHRISTIIChart. LV.  
col. 48.

1113.

In Carrot.  
p. 260.

1115.

C. *elationis dominus Galo secundus abbas hujus ecclesiæ, postea Parisiensis episcopus.*Baker. Mij.  
cell. tom. 5.  
pag. 160.Hildeberti  
opera pag.  
123.



ANNI  
CHRISTI

*Nolo virum, dixit, gelidus sudare per Alpes;  
Sed stes, sed maneat, sed moriatur, ait.  
Vas fidei, vas justitiæ, vas simplicitatis  
Occidit: illa suo vase cadente cadunt,  
Sed te justitiæ vas subsopuisse cadenti  
Audio; quod si sit nemo, sitque tamen.*

Quod autem a Ciaconio, Francisco Quercetano & in necrologio sancti Victoris Parisiensis cardinalis a Paschali II. creatus dicatur Galo, erratum est. Galo enim Parisiensis episcopus alius est a Gallone cardinali diacono tit. S. Marie in porticu, quem Innocentius III. in Gallias misit anno 1208. ad visitandas ecclesias & adversus Albigenses, ut Rigordus, Spondanus, & alii scribere auctores, cujus statuta synodalia exstant ab eo promulgata tomo VI. bibliothecæ sanctorum patrum, & perperam tribuuntur Galoni Parisiensis, cum aliquibus constitutionibus, quæ leguntur tomo XXVI. conciliorum typographiæ regiæ. Hanc jam observavit allucinationem Gabriel Coffart S. J. in notis ad constitutiones Gallonis cardinalis tomo XI. concil. part. I. col. 35.

LXIX. GIBBERTUS.

Gibbertus, qui & Gislebertus archidiaconus primum ecclesiæ Parisiensis, ut probant veteres chartæ, quibus tunc temporis subscripsit, atque imprimis epistola ducentesima quadragesima nona Ivonis Carnotensis, in locum Galonis successus,

1117. subscripsit anno 1117. diplomati Ludovici VI. pro institutis & fundatis duobus monachis presbyteris in capella juxta Cempellos sita sub nominibus SS. Georgii & Maglorii ab Henrico Lotharingo, & excommunicavit omnes qui hanc institutionem temerè præsumerent. Diploma confirmationis obtinuit a rege Ludovico anno

1118. Anno 1119. Ludovicus rex scripsit illi & canonicis ecclesiæ Parisiensis litteras, quibus missis & famulis Parisiensis episcopi & illius loci ecclesiæ confirmat facultatem jam a L. Caroli filio concessam libere negociandi ubicunque voverint, ita ut immunes sint ab omni exactione, consuetudine & redhibitione. Anno eodem idem

rex Caroli præceptum pro immunitate claustrii ecclesiæ Parisiensis ad preces Gibberti confirmavit. Anno 1119. episcopus tertio Adæ S. Dionysii abbas rogatus a petitione compulsus Gibbertus, quoddam altare situm in villa quam Archeilus nominant, datum quidem antiquitus ad personam, cum consensu Henrici ejusdem loci archidiaconi & consilio capituli sui ecclesiæ sancti Dionysii a persona liberum & absolutum episcopali auctoritate in perpetuum possidendum concessit. Sigillum apposuit suum eodem anno diplomati Ludovici regis pro monasterio Columbensis. Concilio Belvacensi anno 1120. 18. Octobris interfuit a Conone cardinali habito. Eodem, episcopus quarto, monachis Tironensibus ecclesiam in nemore Jarzia sitam confirmavit. Ecclesiam vero & altare B. Marie de Moncellis auctoris S. Martini Pontifacensis ea lege largitus est, ut ibi monachos Deo militaturos constitueret Theobaldus

Chart. XVI.  
col. 48.

1120.

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

Abbas anno 1122. epacta XI. episcopus quinto. Anno eodem, episcopus sexto, confirmavit dona ab Ansoldo ecclesiæ S. Dionysii de Carcere facta, decimam de Aulleio monachis S. Martini a Campis, iidemque concessam a Drocone archidiacono villam Marrolas, cujus instrumenti apographum erroribus scatet chronologicis. Gibbertus fundatum prioratum de Gornayo ad Matronam fluvium leucis quatuor ab urbe a Guidone Rubeo & Aleysa uxore dominis Montisfetherici monachis sancti Martini confirmavit anno 1122. Dedit adhuc hoc anno litteras pro concordia inter Drogonem de Claciaco & eosdem monachos. Exstat tomo VI. conciliorum Harod. col. 1970. Callixti II. epistola ad Gibbertum Parisi episcopum, cui ut omnes clerici & abbates dioceseos parent, itemque ut canonicis ecclesiæ Parisi factus episcopus præbendam amittat, mandat v. calendis Aprilis indictione 1. Anno 1123. episcopus septimo quasdam consuetudines in altari Christioli, quæ sancti Christophori est, ecclesiæ Parisiensis dimisit Gibbertus. Cum Bernero decano & Ludovico Crasso adfuit exsequiis Milonis de Bray vicecomitis Trecentis, fratris Guidonis Trofellei sepulti in claustrò ecclesiæ Longipontis. Præbendam, quam Stephanus decanus S. Crucis & S. Aniani Aurelianensis habebat in ecclesia Parisiensis, ad ipsius preces Gibbertus episcopus duobus presbyteris divisit, qui iidem ejusdem ecclesiæ essent canonici, & pariter in capella S. Aniani, quam Stephanus exfluxerat, sacrum peragerent ministerium. Hi nunc quoque dicuntur canonici S. Aniani. Annus hujuscæ divisionis non assignatur. Centum libras denariorum monachis S. Martini dedit, ut medietate terre de Alneto potiretur. Multa quoque Victorinæ domui bona largitus est, cujus in necrologio legitur: *VIII. cal. Februarii anniversarium solemne domini Giberti Parisiensis episcopi, & patris & matris ejus, qui locum istum primum ædificare cepit. Et postmodum beneficium quod scriptum est, contulit apud Turiacum & Balneolum septem arpennos vinearum, in Aquaguadio super Sequanam triginta arpennos.*

LXXX. STEPHANUS I.

Quem nonnulli Philippi I. aut Ludovici Crassi regum Franciæ natum perperam asserunt, alii non minus mendose ex gente Garlanda ortum, fratremque Anselmi fenescalli & Stephani de Garlanda Franciæ cancellarii, archidiaconi Parisiensis, quod peccandi forte ansam præbuit eis, qui errantes in nomine, hunc pontificatus dignitate honestatum, illum vero cancellarium Franciæ Aurelianensemque decanum fuisse tradidere, verius ex antiqua & illustri familia Silvanectensi genitus erat Stephanus, quæ Franciæ buticularii officio sub primis tertie dynastiæ regibus condecorata fuit, prout testantur chartularia sanctæ Mariæ Corboliensis, & abbatium Ederacensis, S. Victoris Parisiensis & Caroli loci, in cujus fundatione Guillelmi Lupi Silvanectensis frater nuncupatur, filius quippe Guidonis Silvanectensis, alias de Turre, domini de Chantilly & d'Ermenonville, ac Berthæ uxoris. In omni disciplinarum

ANNI  
CHRISTI  
1122.  
Ch. LVIII.  
col. 49.

Hist. Man-  
rit. p. 365.  
Ibidem pag.  
279. 281.  
Chart. LXI.  
col. 50.

1123.  
Chart. LX.  
col. 51.

Hist. ecclési-  
Paris. t. 2.  
pag. 6.

Ibid. p. 57.

DE  
SILVIA.

ANNI  
CHRISTI

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 27.*

1124.  
Chart. LXI.  
col. 31.

*Spit. sig. 1.  
3. p. 199.*

1125.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 29. & sequent.*

1127.

*Hid. p. 31.*

*Hid. p. 5.*

*Erft. 45.  
46. 47.  
49.*

genere excultus fit archidiaconus Parisiensis, inde defuncto Gilberto statim subrogatus episcopus, vix cathedram adeptus est, cum ob singularem quo Victorinus proferebatur amorem largitus eis est, capitulis quorum intererat assentientibus, annum reditum prebendam vacantium, tam in ecclesia majore S. Marie quo poteratur ecclesia S. Johannis Rotundi, quam in eccl. S. Marcelli, S. Germani Autissiodorensis; S. Clodaldi, & S. Martini de Campellis: ecclesie autem sancti Johannis Rotundi in compensationem dedit unam prebendam anno 1124. episcopatus primo. Canonice ecclesie Parisiensis eodem anno nonnulla concessit instrumento, ex quo haud temere colligitur ceptam tunc esse communem inter canonicos mensam. Fossatensibus monachis dedit ecclesiam de Boisfaco. Pontifarensibus donationem S. Praejecti de Turno confirmavit. Conventionem inter Mathazum priorem sancti Martini a Campis, & Burchardum de Montemorencio stabilivit. Unus est ex episcopis quibus Callixtus papa mandavit vii. calend. Sept. ut interdictum ob incestuosas nuptias Guillelmi Normanni cum filia comitis Andegavensis latum in suis parochiis faceret observari. Subscripsit diplomati Ludovici Crassi bapna Præmonstratensium confirmantis an. 1125. Controverfiam habuit adversus Theobaldum Noterium archidiaconum, qui multa ultra muneris sui poterat aggrediebatur. Ad causam definiendam vocavit abbates & clericos Parisenses, qui parati erant ad sententiam ferendam, cum Theobaldus summi pontificis provocavit iudicium. Continuo episcopus & archidiaconus Romam petiere, quos inter arbitri a summo pontifice delegati pacem composuere

1127. Honorii pontificatus an. tertio. Exortum quoque inter episcopum & canonicos ecclesie Parisiensis ob scholares in clauetro habitantes diffidium compescuere Sugerius S. Dionysii & Gilkuinus sancti Victoris abbates cum Thoma priore & Roberto. Anno eodem cum Stephanus in Victorinos prout prebendam ecclesie sue tradere iis tentaret, obviam ivit rex Ludovicus, vetans ne quid in ecclesia Parisiensis minueretur, nec canonicos regulares prebendam in ea obtinerent: quo metuens diplomate episcopus ne libertas ecclesie habefactaretur, illi & ejus terræ sacris interdixit, idem minantibus & archiepiscopo Senonensi & episcopo Carnotensi. Rex vicissim nec episcopo nec ejus bonis, hospitibus & colonis pepercit, temporalesque redditus manu regia invalit. Quapropter Stephanus ad opem sibi ferendam, tam episcopos suæ provincie, quam abbates apud Cistercium tum convocatos appellavit, rogavitque ut pro spiritali fraternitate, quam cum rege contraxerant cum obferrent, ut pacem secum componeret. Dum hec agebantur Ludovicus acceptis ab Honorio litteris, quibus ab interdicto absolvetur ferocior, neminem audivit. Rursus igitur a Stephano ad Cisterciensium perfugium. Ea de re ad summum pontificem scripsere Hugo Pontianensis & Bernardus Clarevalensis abbates, scripsit & Gausfridus Carnotensis episcopus litteras, quas habes apud S. Bernardum. Eodem

anno cum Thoma priore sancti Victoris testis fuit Stephanus donatæ mense Dec. a canonicis Senonensibus ecclesie sancti Salvatoris canonicis regularibus sancti Johannis apud Senonas degentibus. Habita est die 13. Januarii 1128. synodus Trecentis pro militibus templi, cui adfuit Stephanus. Cisterciensium abbatum litteris factus forsitan mitior Honorius, simulque permotus malis quæ adversarii Stephani regia subnixi auctoritate in ecclesia Parisiensis moliebantur, Parisiensis capitulo dedit litteras vi. nonas Martii a. 1129. quibus vetabat ne quid in Parisiensis ecclesia immutaretur absque episcopi consensu, & relindebatur quidquid ex quo Stephanus coeparet esse episcopus, in ejus præjudicium erat ab iis constitutum. Interiit Stephanus die Paschæ ejusdem anni coronationi Philippi regis Ludovici Crassi primogeniti. Hoc etiam anno celebratur a Mathæo episcopo Albanensi sanctæ sedis legato, olim priore sancti Martini a Campis, concilium Parisiis in monasterio sancti Germani, ubi Argentolium resiliuit S. Dionysio petente Sugerio abbate. Huic adfuit Stephanus & subscripti litteris Ludovici VI. hac de re datis. Malum acerbum anno 1130. Gallias afflixit. Parisienses præsertim igne sacro vorabantur, quam ut ablueret lætem C Stephanus, opem sanctæ Genovefæ imploravit, solemnem indixit supplicationem, in qua ad tactum sanctarum reliquiarum sanati ægroti: hujus in memoriam miraculi Innocentius II. anno sequenti festum miraculorum instituit, nec procul a basilica majore extracta seu restituta ecclesia sanctæ Genovefæ Ardentiū, ab ægris, qui ardentibus dicebantur, nuncupatæ. Remis synodum habuit Innocentius mens. Oct. anno 1131. in qua pacem inter regem Ludovicum & Stephanum conciliavit: dignitati enim regis consulens & libertati ecclesie, a capitulo Parisiensis prebendam petiit, quam canonicis sancti Victoris libenter concessere, sicque a diffidiis hifce quies fuit. Stephanus in martyrologio Ederens legitur habere abbatum anno 1132. constructisse, ordinem secundum regulam S. Benedicti sanctimonialibus statuisse, & auctoritate apostolica Innocentii papæ sub anathemate ne mulieres ejicerentur firmavisse, multaque alia bona innumerabilia eis fecisse. Anno eodem Stephano mandavit Innocentius, ut Archemaldo Aurelianensi subdecano & sociis honores & bona ablata restitui faceret. Scripsit & ut interdictum ecclesie sanctæ Genovefæ a se inflicium solveret. Circa id tempus Stephanus episcopus querelam habuit cum Stephano de Garlanda archidiacono, Henrici archiepiscopi Senonensis consanguineo, qui horrenda perpetraret facinora in terra sancti Germani Pratenfis, quam ad examinandam Pravinum vocatus a metropolitana venire renuit, ne contra honorem & dignitatem Parisiensis ecclesie obediret. Hanc autem Bernardi abbatis Clarevalensis arbitrio de consilio Gausfredi Carnotensis terminatam fuisse verisimile est. Iis quoque temporibus Galo Parisiensis scholæ magister a Stephano excommunicatus ob gravissimam, quam Algrino cancellario ecclesie intulerat injuriam, ad Henricum archiepiscopum

ANNI  
CHRISTI

1128;

1129.  
*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 27.*

*Hid. p. 62.  
Conc. Hand.  
t. vi. part.  
11. col.  
248.  
Ch. LXIIX  
col. 32.*

1130.

1131.

*Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 28.*

1132.

*Spit. sig. 1.  
p. 194.  
& 35.*

*Hid. pag.  
159. 160.  
161.*

*Hid. pag.  
159. 160.  
157. 158.*

ANNI  
CHRISTI

archiepiscopum Senonensem provocavit, & post ad legatum sedis apostolicæ, quibus respondit Stephanus, Henrico quidem, absque assensu ipsius non potuisse ad tribunal suum vocare causam Galonis excommunicati; legato vero, Galonem ejulque focios absolvere non posse ante satisfactionem, paratumque se esse, cum nonnisi de regis & episcoporum consilio egerit, ac auctoritate & precepto papæ Galonem excommunicaverit, coram legato & ipso papa stare, suamque auctoritatem tueri. Monachus S. Martini de Campis dedit anno 1133. episcopatus nono ecclesiam sancti Dionysii de Carcere cum omnibus ad eam pertinentibus & præbendam in basilica majore, B quam quidem ecclesiam a laicis acceptam Ludovicus rex ei dimiserat, ut monachis traderet, qui vicissim virginibus instituendis tradiderunt ecclesiam quam habebant in Monte Martyrum. Exstat etiamnum monachorum Cluniacensium prioratus. Anno eodem Thomas prius S. Victoris occisus est xliii. calendis Septemb. cujus cædes plurimas concivit turbas. Perrexerat Stephanus ad Calam ad abbatiam monialium emendandam & ordinandam, habebatque in comitatu magistrum Thomam; in reditu vero juxta S. Stephani castrum, quod Gorniacum dicitur, subito a nepotibus Theobaldi archidiaconi invidias episcopo in via strenuibus assultum passus est die Dominica, qui cum inermes invadissent prædictum Thomam interfecerunt. Tam atroci scelere percussus Stephanus, Parisios reversus, subito auctores anathemate percussit, archipresbyterique mandavit, ut latam ab ipso excommunicationis sententiam promulgarent. Hæc iidem pene verbis scripsit ad Gautridum episcopum Carnotensem e monasterio Clarevallensi, quo tædio le receperat post latam in hujus sceleris auctores excommunicationis sententiam, simulque Gautridum invitavit ut ad se veniret solandum, quid in tali negotio facto opus esset deliberaturus. Scripsit pariter ad Innocentium summum pontificem doloris & luctus plenam epistolam, in qua Innocentium imprimis obsecrat ne se verbis Theobaldi Noterii, si ipsum adeat, circumveniri sinat, suas quoque Bernardus litteris Stephani adjecit litteras, quibus permoto pontifici placuit, ut episcopi ad quos ea causa spectabat, de tanto flagitio judicium ferrent. Innocentii litteris excitati Gallix episcopi, apud Jotrum non procul a Matrona flumine convenerunt. Quid in concilio decretum sit non facile dictu est, hujus enim acta interciderunt, sed sententiam episcoporum confirmavit Innocentius, novaque insuper parricidis irrogavit poenas. Occisio per hæc tempora ab adversariis Archenbaldo ecclesie Aurelianensis subdecano, eo ferme tempore quo Thomas Victorinus, cum cædis auctores in conventu cardinalium damnati veniam deprecati fuissent, ad flagitium expandum delegavit summus pontifex Stephanum & Gautridum, quibus & significavit latam a se in eos sententiam litteris datis Pisis vi. idus Januarii anni scilicet 1134. Monasterium sancti Eligii Fossiatensis a Galone olim nunc canonice donatum cum Stephano restituit Theobaldus abbas, Stephanus

Tomus VII.

A diu retentum ecclesie Fossiatensi iterum donavit anno 1134. episcopatus undecimo. Pactum inquit cum Ludovico rege pro quodam solatio sito in suburbio Parisiensi, Campello dicto, his conditionibus ut duas partes rex, episcopus vero tertiam obtineret, anno 1136. Insequenti cum monachi & canonici a jurisdictione & potestate episcoporum subtrahere se conarentur, ab Innocentio vii. calend. Aprilis anno 1137. obtinuit litteras, quibus ecclesie & monasteria notata etiam privilegio summi pontificis in potestate & jurisdictione Parisiensis episcopi permanerent. Eodem anno subscripsit chartæ Ludovici vi. privilegia episcoporum provincie Burdegalensis confirmantis. Ludovico vi. morienti vii. calend. Augusti adfuit, eumque ad meliorem vitam accinxit. Donum Hugonis Tirolis de villa Bofemont monachis sancti Martini factum confirmavit. Restituit monialibus de Edera decimas largitus est anno 1138. donumque ecclesie Carolitici a Guillelmo germaio factum confirmavit. Prioratus sancti Nicolai de Aciaaco ecclesias parochiales de Derenciaco & Carrona in sua diocesi asseruit an. 1140. Memoratur & in charta Ludovici vii. regis data anno 1141. regni quinto, quæ asseritur in historia mss. S. Victoris. Quantæ autem C apud summum pontificem Innocentium fuerit exilimatio Stephanus, plures ad eum probant epistolæ, præsertim 18. & 19. a quo ob institutos in ecclesia de Dogilo presbyteros inconsultis sancti Florentii monachis, quorum intererat, reprehensus legitur in tabulario hujus monasterii. De die & anno obitus Stephani non constat apud auctores & monumenta. iv. cal. Aug. mortem oppetiisse volunt Victorini. Johannes hujus domus scriptor hæc de ejus obitu scribit: *Hoc tempore obiit Stephanus Parisiensis episcopus, & sepultus est in monasterio sancti Victoris Parisiensis, in medio chori. Et super tumulum ejus scripti sunt versus hi:*

*Hic jacet inter oves Stephanus, qui Parisiensis*  
*Exiit ecclesia pastor, & hujus ovis.*  
*Hanc inopem, parvamque, novamque pius pater*  
*auxit,*  
*Extulit, ornavit rebus, honore, libris.*  
*Multa dedit multis, fe nobis, plusque daturus,*  
*Si dare plus posset, qui sua, seque dedit.*

Hujus quoque præfatis memoria celebratur ad iv. cal. Augusti anniversarium pie recordationis Stephani Parisiensis episcopi. qui in vita sua hæc E nostram ecclesiam mirabili affectu succera dilectionis amplectens, multa & magna ei beneficia confersens, dignum & perpetuum sui nominis & amoris memoriale posteris dereliquit; siquidem in omnibus ecclesiis in quibus præbendæ sunt, vobis in singulis præbendas singulas dedit, in seniori ecclesia B. Maria Parisiensis præbendam unam, in ecclesia sancti Marcelli, sancti Germani Autisiodorensis, sancti Martini de Campellis præbendam unam; dedit etiam nobis in omnibus prædictis ecclesiis annuatim præbendam, libros quoque optimos sibi paraverat, moriens nobis reliquit: hujus itaque tanti viri, tam specialis

ANNI  
CHRISTIHisp. ecclief.  
Pars. t. 2.  
pag. 19.  
1136.1137.  
Chart.  
LXXI. col.  
57.Labb. Mf.  
large em.  
pag. 608.Chart.  
LXXIV.  
col. 60.  
1138.  
Hisp. sancti  
Martini a  
Campis pag.  
296.  
1140.  
1141.1133.  
Ch. LKV.  
col. 53.Spirital.  
tom. 3. pag.  
263.Duchef.  
t. IV. pag.  
746.Not. le S.  
Bernard. col.  
LVIII.  
Bernard. ep.  
139.Ibidem ep.  
258.Not. in S.  
Bernard. col.  
LIX.Hisp. ecclief.  
Paris. tom. 2.  
pag. 10.  
1134.

Ibid. p. 50.

ANNI  
CHRISTI

amici anniversarium per singulos annos specialiter & solemniter celebrandum, & cum magna devotione faciendum est, & ante missam commendatio. Statutum est etiam, ut pro eius anima prebenda una integra singulis diebus ad elemosinam prebatur, & pauper unus per singulos annos ex integro vestitur, & in die anniversarii eius centum pauperes, pane, vino & carnibus reficiantur. Anniversarium patris & matris eiusdem. Item anniversarium Bartholomaei Catalaunensis episcopi nepotis eiusdem. Mense tamen Aug. non obiit Stephanum, sed Maio, constat ex necrologio ecclesie ipsius Parisiensis, ubi legitur: 11. nonas Maii de domo sancta Maria obiit Stephanus episcopus, qui dedit nobis sexaginta solidos de redditu altaris ad stationem quatuor ferulorum in festiuitate sancti Augustini: dedit etiam nobis septem modios frumenti ad panem Quadragesima, & quatuor pallia, & duo dalmatica, & tunicam unam, & duo uereolos argenteos cum acerra argentea. Stephani autem I. hic esse mentionem probat charta donationum ab ipso factura ecclesie sue anno 1124. Obiit ergo Stephanus pridie non. Maii, sed cuius anni hoc opus, hic labor. Attamen ex litteris Innocentii datis anno 1141. Gilduino sancti Victoris abbati, & ex charta Ludouici VII. data anno regni eius v. in quibus fit Stephani mentio, liquet Stephanum adhuc superstitem anno 1141. mense Augusto.

Ch. LXI.  
fol. 51.1142.  
Epil. v. 2.  
pag. 399.Hif. dom.  
Franc. t. 6.  
pag. 250.

Ibid. p. 36.

Quin & decimas iniuste a militibus tentas & restitutas sanctimonialibus Ederze contulit anno 1142. ex chartulario Ederensis. Et certe in brevi chronico ecclesie sancti Dionysii legitur: M. CXLII. obiit Stephanus episcopus Parisiensis. Non quidem me latet quibus tumulo inculpata nunc hanc inscriptionem: *Hic jacet felix memoria reverendus pater & dominus Stephanus quondam Fran. cancellarius, post episcopus Parisiensis, huius domus specialis benefactor, qui obiit anno Domini M. CXL. III. calendis Augusti.* At primo recentius est epitaphium, in quo dum reficitur tumulus, & novum inscribitur, erratum esse quivis vel mediocriter eruditus perspiciet. Secundo Stephanus nusquam cancellarius fuit: in nulla quippe charta vel Philippi regis, vel Ludovici sexti, aut Ludovici Junioris hunc reperies eo nomine subscripsisse. Stephanum quidem cancellarium numero accesserunt uterque Quercetanus, Mabillonius, D. du Fourni, PP. Angelus & Anselmus: at pace horumce scriptorum dixerim, Stephanum Silvanestensem confuderunt cum Stephano de Garlanda, qui ipsi fatentibus PP. Angelo & Anselmo jam cancellarii munus obiit anno 1106. quo quidem anno & sequentibus Stephanum Silvanestensem cancellarium volunt alibi. Sed nec fuit decanus Aurelianensis, quod soli de Garlanda convenit. Non mirum igitur peccatum esse in die & anno in epitaphio assignatis. Stephani corpus integrum repertum est anno 1515. quando novae fundamenta ecclesie posita sunt. Exstat tomo IV. scriptorum historie Francorum a Duchesnio editorum de morte Stephani ad Parisiensis canonicos Hugonis de Doiaco Senonensis archiepiscopi epistola, in qua patrem, ordinatorem & doctorem sibi puero &

juveni ereptum plangit, eoque ad concordiam & unitatem hortatur.

ANNI  
CHRISTI

## LXXI. THEOBALDUS.

Defunctus est Stephanus eo tempore, quo occasione electionis Petri in archiepiscopum Bituricensem Innocentium papam inter & regem Francorum Ludovicum orta dissensione, ecclesia Gallicana turbabatur. Rex excommunicatus vel electionibus vel electis interdixit. His quoque post obitum Stephani obnoxia fuit malis ecclesia Parisiensi, cuius quemadmodum & aliarum tunc temporis vacantium orbitem dellet sanctus Bernardus ad

S. Bernard.  
ep. 222.

Pramelinum episcopum his verbis: *Electio episcoporum prohibetur fieri, & sibi id presumpsit a clerico fuerit, electus episcopari non sinitur. Denique sedet in tristitia ecclesia Parisiensis proprio destituta pastore, & nemo est qui de substituendo alio nutre audeat.* Diu tamen vidua non mansit: mortuo enim Innocentio II. pax reconciliata est anno 1143. ut scribit Baronius, sub Celestino summo pontifice. Tunc reddita ecclesie eligendi facultate, Theobaldus vir pietate & religione clarus, qui prior S. Martini a Campis ab Innocentio II. bullam obtinuerat in gratiam monasterii Campensis, datam Laterani x. calendis Aprilis

Item ep.  
224.

1143.

indictione vi. pontificatus XIV. Parisi episcopum electus est inclinante hoc eodem anno 1143. Unde mirum non est, quod tum apud Samaritanos, tum in excerpto chartularii Ederensis, quod prae oculis habemus, Theobaldus Parisiensis decimas a Stephano defessore monialibus de Edera concessas confirmasse dicatur anno 1142. non enim confirmavit hoc anno, sed hoc anno concessas confirmavit. Vix autem electo Theobaldo Ludovicus rex cessit & successibus anno 1143. quidquid iure sibi mortuo episc. asportare sibi licebat, defuncti scilicet suppellectili. Quod autem electio Theobaldi cadat in hunc annum

Hif. Gallie  
Marini a  
Campis pag.  
170.

probat duae chartae in chartulario Martiniano asservatae, quarum prima dat viariani vincae sancti Clodaldi anno 1144. episcopatus primo; altera Bartholomaei decani data est 1146. episcopatus domni Theobaldi anno tertio. Duas praeposituras Spedone & Laiaci a canonicis in communiteram fratrum redactas confirmavit anno 1147. episcopatus quarto. Eugenio summo pontifici Linteciam eodem anno venienti Ludovicum regem obviam eunte comitatus est Theobaldus, qui honorifice ad basilicam majorem deductum excepit. Adstitisse creditur anno eodem summo pontifici ecclesiam Montis Martyni die 21. Aprilis consecranti, & synodo apud Parisios ab eodem habitae adversus Gilbertum Porretanum. Interfuit VII. calendis Novembris dedicationi ecclesie Catalaunensis ab Eugenio III. factae. Concordiam inter decessorem Stephanum & Theobaldum archidiaconum in vitam confirmavit Eugenio bulla Theobaldo data anno 1147. & post Eugenium Adrianus III. Eo quoque tempore de querelis inter cantorem & decanum motis ad Eugenium papam pacis studiosius confugit Theobaldus. Eodem anno Ludovicus rex antequam Ierosolymitanam expeditionem susceperet,

Chart.  
LXXV. col.  
61.1144.  
Hif. inoffi  
Marini a  
Campis pag.  
428.

1147.

Chart.  
LXXVIII.  
col. 63.

ANNI  
CHRISTIIHist. sancti  
Marini a  
Compi pag.  
287.1148.  
Biden pag.  
286.1149.  
1150.1152.  
1153.Bened. part.  
1. p. 812.  
Synclite. t.  
XI. p. 335.

1154.

1155.

1156.

Chart.  
LXXXI. col.  
66.

1157.

Synclite. t.  
3. p. 481.  
495.Hist. ecclie.  
Parisiens.  
pag. 232.

ad preces Theobaldi tam ipsi quam episcopis successioibus reservavit & donavit exactionem & talliam in terris episcopatus, quas sibi prius post episcopi obitum reges vindicabant, & ad summam 60. librarum redeunt, quando episcopus in manus regis deveniret. Decimam de S. Briccio a Mathæo Bello restitutam monachis S. Martini concessit an. 1148. Insequenti ecclesiam ejusdem monasterii confirmavit. Concessam ab antecessoribus monasterio Pontifarenis ecclesiam S. Præjecti de Turno asseruit an. 1149. episcop. septimo. Confirmavit anno 1150. episcopatus octavo T. priori & fratribus de Longoponte omnia que in ipsius diocesi possidebant. Nonnulla quoque largitus est ecclesie sancti Juliani apud Parisios juxta parvum pontem sitæ. Discordantes canonicos S. Germani & S. Opportunæ de capiceria sanctæ Opportunæ composuit mense tertio. Ludovicus rex turnum habuit anno eodem contractum a Theobaldo cum Burchardo de Maci ante proditorem initum. Memoratur Theobaldus in charta Henrici Trecentum comitis procuraciones relaxantis pro anniversario comitis Theobaldi apud Latinianum an. 1152. Præfens adfuit v. non. Maii 1153. canonizationi Gualterii Pontifarenis abbatis apud Pontifaram factæ. Teltis laudatur anno eodem in judicio lato inter Godefridum episc. Lingonensem ac Odonem duccem Burgundiæ, qui iustus est a rege Ludovico VII. plurima que usurparat reddere. Memoratur in diplomate Ludovici VII. dato anno 1154. pro canonicis S. Opportunæ. Concilio Sueffionensi adfuit anno 1155. Unus est ex episcopis, qui indulgentias concedere visitantibus cappam pueri Jesu apud Argentolium anno 1156. Ludovicus rex, qui in clastro Parisiensi quasi quodam maternali gremio incipientis vitæ & pueritiæ exegerat tempora, rogatu Theobaldi & cleri Parisiensis quasdam villas exemit ab oneribus corrodæ & giste, que reges iter facientes inibi repetebant, diplomate dato anno 1157. Inest in tabulario Martiniano charta eodem anno scripta a Theobaldo de decimis de Braco & de Furchis. Præfens fuit concordie inite an. 1157. inter monachos B. Mariæ de Valle & Aalidem de Bullenci. Idem privilegium a Lucio II. ac Stephanus decessor ab Innocentio II. obtinuit, cui & additur decessentis episcopi supplicex, sicut a Ludovico rege concessum scriptoque firmatum fuerat. Aliud quoque ab Eugenio III. qui confirmavit ei insuper exactionem & talliam quas post obitum Stephani Ludovicus rex concesserat. Theobaldo alisque episcopis scripsit Eugenius, ut excommunicatos burgenfes Vizielenfes, qui abbatem ejecerant, in suis ditionibus versari non sinerent, & Anastasius ut eos expoliari & capi facerent. Adrianus papa IV. misit litteras ad Theobaldum Parisiensem & Alanum Autissiodorensis episcopos, quibus precepit ut in mores & vitam Latinienfis abbatis in coetu abbatum inquirent, & discussis ex quoque ejus factis, auctoritate apostolica judicium ferrent. Jus quoque Theobaldi episcopi adversus canonicos regulares sanctæ Genovesæ, qui jugum episcopi in ecclesiis suis excutere tentabant tuitus

Tomus VII.

est, quemadmodum nuper fecerat Eugenius in causa inter Theobaldum dictosque canonicos de parochia sancti Johannis. Theobaldo etiam negotium de investitura quorundam personatum de manavit Anastasius XII. calendis Maii. Duas alias ipsi scripsit epistolas 11. & 13. in gratiam Hugonis Francie cancellarii, qui præbendis & perionatus in variis ecclesiis cathedralibus aliaque sacerdotia jam occupabat. Exstat Petri Cluniacensis ad Theobaldum epistola, que est 40. libri IV. ubi inquit: *Placuit, carissime mihi, reverentia vestra super multa & magna in mortibus fratrum nostrorum desolatione nostra nos consolari: de nobis dignationi vestre gratias ago, quia non cura multiplex, non sustus honoris, non pontificalis apex vos a Cluniacensi corpore alienavit.* Scripsit quoque ad Theobaldum Petrus Cellesis epistola 20. libri 1. ex qua apparet Petrum ab eo rogatum ut sermone de Adventu ad se mitteret. Vivere desuit Theobaldus anno 1157. non 24. Junii, ut docent Sammarthani ex chronico Normannice edito ab Andrea Duchesno, qui hunc locum postea emendavit in suo exemplari ex fide veteris codicis, ita ut dies 24. referatur ad id quod postea refertur de Henrico rege Angliæ, non ad Theobaldum, de quo in martyrologio sancti Martini, ubi sepeliri voluit: *v. idus Januarii depositio domni Theobaldi episcopi Parisiensis & prioris hujus loci. Officium fiat plenum per omnia, sicut de aliis prioribus nostris, & itur ad charitatem in reserclarium. Hic jacet ante majus altare ad secundam tumbam parte sinistra.* At respecto postea restituitoque altari; contractum monumentum inflaturum non fuit. Eandem habet diem necrologium S. Dionysii; at prididam Parisiense his verbis: *v. 1. id. Januarii obiit Theobaldus Parisiensis episcopus, qui dedit nobis duas stationes quatuor ferulorum, quarum una redditur ab episcopo in nativitate B. Mariæ; altera in die obitus ejus. Dedit etiam nobis duo pallia & duo tapeta, unum triginta librarum & capellam, hoc est duas casulas & albam paratam; & tunicam, & dalmaticam cum sandaliis, & calicem argenteum deauratum, & duas domos super Secanam, quas tenuerunt Bartholomæus & Bogo nepotes sui. Dedit etiam tres libros, duos processionales & unum, qui dicitur Martinellus. Fecit & aliud sollempne dignum memoria. Cum enim de consuetudine profana, usitata tamen, rex episcopo sedem relinquente, domos episcopi rebus in eis contentis spoliaret, talliam & in terra episcopi pro voluntate faceret, nata opportunitate. cum plus rex Ludovicus Jerosolymam proficisceretur, idem episcopus precibus suis & data pecunia impetravit ab eo, ut de cetero rex domibus episcopi nihil omnino capiat in ferro vel ligno, vel aliquibus utensilibus domuum vel ornamentis in terra, vel episcopi tallia sexaginta libras excedere non possit. Præterea ex institutione Bartholomæi cancellarii Carnotensis & voluntate capituli nostri statutum est, ut in singulis annis in die anniversarii ejusdem Theobaldi xxx. solidi distribuantur canonicis & majori altari servientibus, qui vigiliis & missæ intererunt, quos annuatim reddat quicumque tenebit redditum præpositura Vernoi, & decimam quam retraxit idem Bartholomæus a sacerdote de Vernoi.*

E ij

ANNI  
CHRISTII  
Collect.  
comp. t. 2.  
col. 639.Hist. sancti  
Marini a  
Compi pag.  
276.

ANNI  
CHRISTI  
Lombard.

LXXII. PETRUS I.

Theobaldi defuncti in locum communibus canonicorum votis suffectus est Philippus Ludovici Crassi filius, frater autem Ludovici VII. uxorem primum duxerat, ad disrupto postea matrimonio, cum militie sacre nomen dedisset, Henrici fratris, qui Cisterciensem ordinem inierat, in sacerdotia successit, archidiaconique, non decani, ut habes Robertus de Monte, in ecclesia Parisiensis nunc tunc obibat, cum electus est episcopus. At quæ Philippi virtus erat & modestia, in gratiam Petri quondam præceptoris dignitati habens renunciavit, archidiaconique obiit anno 1161. B memoratus in necrologio pridie nonas Septemb. & sepultus est retro majus altare sub capsa sancti Marcelli cum hoc epitaphio: *Hic jacet Philippus filius Ludovici Crassi regis Francorum, archidiaconus ecclesie Parisiensis, qui obiit anno 1161.*

Petrus itaque Lombardus dictus, quia Novariæ natus est apud Insuæres, quam provinciam postea Longobardi incolere, primis Bononiæ studii operam dedit, tum amore discendi incensus, in Gallias venit, episcopi Lucensis litteris sancto Bernardo commendatus, ut illi in Galliis necessaria procuraret. Remis aliquantulum temporis commoratus, eundi Parisiis impetum concepit. Bernardus itaque ad Gilduinum sancti Victoris abbatem scripsit epistolam 410. ut ei ad Nativitatem beate Mariæ vicium subministraret. At tantum Parisiis profecit Petrus, ut non solum ibi permanerit, sed & docendi magisterium sibi sumerit, quia quidem in exercitatione multum temporis insumit, magnamque scientiæ laudem consecutus est. Unde a clero Parisiensis Philippus electus præceptoris suo jam Carnotensi canonico locum & dignitatem gratanter cedit, quam ab

1159. *Spicil. rom. VIII. pag. 445.*  
annus asserit decimam apud Reziæ anno 1159. episcopatus primo, & ex instrumento quo sanctionales de Edera investivit de tertia parte decimæ apud Athias, dato apud S. Victorem anno 1159. episcopatus primo. Id etiam confirmatur ex annis Mauriti, qui episcopatum auspicatus est anno 1160. Johannes Parisiensis ad eundem ejusdem Petri annotat obitum. Paucæ nobis supersunt monumenta de ejus episcopatu, quippe cuius tempus brevius fuit: sed hoc unum, idque magnificum pro pluribus erit, desumitur ex chronico Ricobaldi Ferrariensis apud Claudium Etienne tom. VII. fragm. hist. pag. 186. *Per hoc tempora Petrus Lombardus de territorio Novariæ agnoscitur clarus ingenio, qui librum Sententiarum composuit, vir peritus & himilis: hic dum esset episcopus Parisius, quidam optimates illius pagi quo fuerat genitus, causa solutandi cum matre illius, quam cum eis ducebant, Parisi sunt profecti, & quia mater pauperula erat, eam ut decere opinabantur vestibus ornarent, quibus illa ait: ego novi filium meum, qui non gaudetis hoc cultu. Profecti igitur ad episcopum Petrum matrem offerunt, quam ille intuitus, ait: hæc mater mea non est, nam ego sui*

1160.

1160. *Spicil. rom. VIII. pag. 445.*  
annus asserit decimam apud Reziæ anno 1159. episcopatus primo, & ex instrumento quo sanctionales de Edera investivit de tertia parte decimæ apud Athias, dato apud S. Victorem anno 1159. episcopatus primo. Id etiam confirmatur ex annis Mauriti, qui episcopatum auspicatus est anno 1160. Johannes Parisiensis ad eundem ejusdem Petri annotat obitum. Paucæ nobis supersunt monumenta de ejus episcopatu, quippe cuius tempus brevius fuit: sed hoc unum, idque magnificum pro pluribus erit, desumitur ex chronico Ricobaldi Ferrariensis apud Claudium Etienne tom. VII. fragm. hist. pag. 186. *Per hoc tempora Petrus Lombardus de territorio Novariæ agnoscitur clarus ingenio, qui librum Sententiarum composuit, vir peritus & himilis: hic dum esset episcopus Parisius, quidam optimates illius pagi quo fuerat genitus, causa solutandi cum matre illius, quam cum eis ducebant, Parisi sunt profecti, & quia mater pauperula erat, eam ut decere opinabantur vestibus ornarent, quibus illa ait: ego novi filium meum, qui non gaudetis hoc cultu. Profecti igitur ad episcopum Petrum matrem offerunt, quam ille intuitus, ait: hæc mater mea non est, nam ego sui*

ANNI  
CHRISTI

*A pauperula filius, & avertit oculos ab ea. Mater tandem comitibus heu! dixit: vobis dixi, novi filium meum & mores ejus, date mihi ut vestium vestes solitas, tunc me noiset. Resumpto ergo solito cultu ad filium rediit. At Petrus ubi illam fecit aspexit, ait: hæc mater mea est, hæc est pauperula mater, quæ me genuit, lactavit, fovit, educavit, & surgens eam sine suo suscepit, & se juxta fecit sedere. Hic etiam Pauli apostoli epistolam utiliter explicuit. Defunctus sepelitur Petrus in ecclesia collegiata suburbii S. Marcelli, cujus tumulo legitur etiam hæc inscriptio: *Hic jacet magister Petrus Lombardus Parisiensis episcopus, qui composuit librum Sententiarum, glossas psalmarum, & epistoliarum, cujus obitus dies est XIII. cal. Augusti: cui quidem inscriptioni perperam adjectus est posterus seculis annus 1164.**

Porro nemo est in theologicis vel minimum versatus, qui de Lombardo non audierit. Summis hunc laudibus profecti sunt Matthæus Paris, Trithemius, sanctus Antoninus, Sixtus Senensis, auctarium Affligemense & Aquincinctimum, Henricus Gandavensis, Opmeerus, Baronius, & Belarminus cardinales, Genebrardus, Possevinus, Maslorus in annalibus Francis, fexcentique alii. Albericus in chronico recitat egregie tanti viri lucubrationes, librum sententiarum, glossaturam super B. Pauli epistolam, opus satis grande super psalterium, & hæc est in scholis quæ dicitur major glossatura. Addit Aubertus Miræus ex chronico Belgico eum compilasse ex dictis sanctorum patrum, hoc est, Ambrosii, Hilarii, Augustini & Cassiodori commendabile opus sententiarum, in divinis etiam scripturis studiosissimum & notabiliter doctum fuisse, ingenio subtilium, qui nomen suum cum tanta gloria transmisit ad posteros, ut suis opusculis theologorum schola ubique exercitata singulari veneratione Magistrum eum nominet. Sententiarum ejus libros commentariis illustrant doctissimi scholasticorum Guillelmus Antifiodorensis, Albertus magnus, S. Thomas, S. Bonaventura, Guillelmus Durandus, Egidius de Roma, Gabriel major, Scotus, Okamus, & Guillelmus Estius. Plures a Lombardo sermones scriptos asserit Eisingrenius. Libros ejus sententiarum partim scriptorum vitio corruptos & mutatos, partim Lombardi ipsius bona fide, sed non satis cauta multis falsis citationibus & aliis mendis laborantes, ut qui plura ab Hugone de sancto Victore & glossa ordinaria mutuatus est, ad veri regulas revocant tum Johannes Alealrus, tum Lovanienses: commentaria vero in psalms, quæ vocant hymnos, & folioquin illustravit, & in lucem edidit Richardus Cœnomanus. Cum autem primus theologiae vastissimum pelagus totum aggressus esset, non mirum si vir aliquo doctissimus in aliquo scopulis erroris incurat aliquando, loca videlicet apud Sixtum Senensem in libris 5. & 6. bibliothecæ sanctæ annotat. 62. & 71. Apud Alexandrum vero III. hæresis nomine cum fuisset insinuatulus, quod docuisset Christum ut hominem non esse aliquid, summus pontifex Willelmo Senensi archiep. mandavit, ut in conventu episcoporum apud Parisios hanc Petri quondam Parisiensis episcopi

Chart.  
LXXXVIII.  
col. 73.

ANNI CHRJS 11

ANNI CHRISTR

doctrinam penitus abrogare studeat, theologisque docere jubere Christum ut perfectum Deum sic perfectum hominem esse ex anima rationali & humana carne subsistentem. Scripsit quoque libellum contra Lombardum Joachimus abbas Florentinus crenobii; at vero in concilio generali Romano ipse accusator Joachimus damnatur anno 1215. Eandem Petri Lombardi doctrinam fortiter impugnavit Gualterus sextus prior sancti Victoris Parisiensis quatuor libris nondum editis, qui in bibliotheca Victorina aservantur, in quibus eum annumerat Petro Abelardo, Petro Pictaviensi & Gilberto Porretano, quos appellat quatuor Francie labyrinthos, vehementerque insectatur quod ad Aristotelicam dialecticam fidei altissima mysteria metiantur. Alii Petrum Lombardum plagii insimulant, dicuntque ex libris sententiarum Petri Abelardi eum non parum profecisse, & Bandinum quemdam obscuri nominis theologum in quatuor sententiarum libris, qui Viennæ prodierunt anno 1519. pene integrum excerpisse. Vide Jacobum Thomafium de plagio litterario a sect. 493. ad 502. In cap. *fraternitatem extra de donationibus* in vestito cod. ms. S. Germani a Pratis Alexander III. scribens ad episcopum Parisiensem ait P. (Petrum Lombardum) decessorem ejus graves donationes fecisse in detrimentum ecclesie canonice suis inconsultis. Quod spectat ad eos qui volunt Lombardi fratres fuisse Petrum Comestorem, & Gratianum ex adulterio natos, fabulam reprobatur S. Antoninus, ex eo quod Lombardus patria fuerit Norwicensis, Gratianus decreti compilator Etruscus, & Petrus Comestor Trecentis.

**A** *ffet: & quia idem Mauritius, ut rei exitus probavit, magis cupiebat professe, quam præfisse, seipsum nominavit, dicens: aliorum consensibus & propofitum ignoro, episcopatum hunc gratia Dei me adjuvante irprehensibiliter regere propono, quod & fecit: sancta enim vita fuit, tam verbo quam exemplo plurimis profuit, dies suos in eodem episcopatu clausit.* Sic autem electum Mauritium jam anno 1160. probat ejus charta data tunc temporis pro Herivalle, ubi canonicos regulares instituit. Confirmavit anno eodem donationes ab antecessoribus ecclesie S. Victoris factas. Anno 1162. mense Augusto comitatus est Ludovicum regem cum pergeret ad colloquium cum Frederico imperatore in urbe S. Johannis de Latoria ob duos de papatu contendentes habendum, missusque est a rege cum Joscio Turonensi archiepiscopo, & Guillelmo abbate Vizeliacensi, qui cum Henrico comite Trecenti polcerent inducias. Cum Mauritius Alexandrum papam ad dedicationem ecclesie Sangermanensis comitatus fuisset XI. cal. Maii anno 1163. monachi episcopi presentia commoti, a summo pontifice obtinuerunt, ut ab ecclesia recederet, unde indignatus Mauritius, querelas in concilio Turonensi coram papa detulit, jurisdictionem sibi in abbatiam S. Germani a Pratis vindicans, que ipsi fuit negata. Circa id tempus prima novæ cathedralis fundamenta jecit, cujus primarium lapidem posuit Alexander III. ut habet Johannes canonicus Victorinus. Opus inceptum successor Odo maxima ex parte implevit. Duos quoque pontes lapideos condidisse dicitur ab Autifiodorensi monacho in chronico, alterum super Sequanam, alterum super Matronam. Controversiam habuit cum Rogero abbate Columbenfis super monasterio sancti Germani in Laia & parochia ejusdem, que ab arbitris terminata est anno 1163. Orta fuerat discordia inter Mauritium & Odonem S. Dionysii abbatem pro monasterio Argentolii, ubi vel abbatifium debere collocari cum virginum collegio affirmabat episcopus, vel abbatem quem ipse benediceret. Hac autem controversia in Parisiensis palatio coram Alexandro III. quadragesimali tempore utriusque partis consensu judicium arbitrio commissa est, qui controversiam ad triennium tantummodo sospitam anno 1164. mense Aprili non terminavit, nisi sub pontificatu Innocentii III. Confirmavit eodem anno Mauritius donationem Hugonis Capeti factam monasterio Foflatensi. Emit duas domos ante paravifium fitas anno eodem, pro faciendi via ante ecclesiam beate Marie. Lauftralis aquis tinxit filium Ludovici VII. qui fuit Philippus, cognomine Augustus, die Dominica 22. Aug. anno 1165. in ecclesia beati Michaelis de Platea, Hugone sancti Germani, Hervifio sancti Victoris, & Odone S. Genovefæ abbatibus fufceptoribus ac fponsoribus cum Constantia regis sorore duabusque viduis Parisiensibus. Composuit eodem anno litern inter Rogerium abbatem Foflatensem & Radulfum de Buxeo. Adfuit concilio Belvacensi anno 1166. ubi excommunicati monachi Resbacenfes episcopo & abbati rebelles. Vineam a Guidone Montis Gaili

Hff. arch. Paris. t. 2. pag. 149. 1162.

Chart. LXXXVI. col. 75. 1163.

1164. Chart. LXXXVII. col. 71.

Samml. von 2. P. 8. 1165.

1166. E iij

DE SULLY.

LXXIII. MAURITIUS.

Non ex illustri familia dominorum Soliaci, sed humilii apud Soliacum oppidum ad Ligerim matre Humburga ortus loco Mauritius, unde illi *de Sully* cognomen, industria bonique artibus pontificatus apicem ascendit. De eo id fingulare monachus Autifiodorensis, Guillelmus Nangius, Vincentius Belvacensis & alii referunt, quod cum esset junior, pauper ac mendicus, elemosynam postulatam hac lege noluerit accipere, ut nusquam fieret episcopus. Et certe Parisios primum profectus ut litteris operam daret, tantum in eis progressum fecit, ut non solum theologiam publice edocuerit, sed etiam sacras ad populum habuerit conciones, etiamnum inter ms. Victorina aservatas, quibus in declamandis excellentis fuisse studii tradit Trythemius, qui duos illius sermonum libros scriptumque ab eo libellum de cura animarum ad presbyteros commemorat. Fuit autem primo canonicus Bituricensis, ut discimus ex monumentis istius ecclesie, tum Parisiensis; de modo autem quo factus est episcopus, hæc scribit Cæfarius Heisterbachensis monachus Cisterciensis: *Cum nostris temporibus vacaret episcopatus, & electores inter se concordare non possent, tribus sua vota commiserunt, qui tres cum in unam non possent convenire personam, magistro Mauritio, qui & tribus unus erat, duo suam dederunt auctoritatem, ut quemcumque ipse nominaret, ipse episcopus*

Dialog. lit. VI. cap. 19.

monachus Carolici concessam scripto testatur ANNI  
CHRISTI  
1167. Lectum episcopi mortui pauperibus  
1168. domus Dei assignavit de assensu capituli anno  
1169. Consecravit Senonis Guillelmum de  
Campania archiepiscopum Senonensem XI. cal.  
Januarii anni ejusdem. Insequenti approbavit  
concordiam initam inter abbatissam de Edera &  
Albertum pro nemore de Plaisiaco anno 1169. episcopus nono. Emit eodem a Ledemallo milite possessiones apud sanctum Clodoaldum, & a Theobaldo Cocherel quidquid habebat apud Viriacum ep. 10. Anno 1170. episc. decimo comparavit terram apud Victorium a Willelmo de Mathiaco milite. Querelam habuit anno eodem cum canonicis suis pro redditibus decanatus, quos mortuo decano suos esse contendebat utraque pars. Causa ad Alexandrum delata est, qui Guillelmum Senonensem archiepiscopum delegavit. Interim vero canonicis cedentibus, controversia sopita approbante Guillelmo archiepiscopo litteris, in quibus mentio est novae domus episcopi Parisiensis: sibi enim & successoribus novas quocumque aedes extrui curaverat. Eisdem litteris Clemens papa a Mauritio sibi exhibitus aliis litteris confirmavit in regia bibliotheca aservatis. Sancti Landericus Parisiensis episcopi corpus cum Remigio sancti Germani Autissiodorensis decano in 1171. capsula lignea recondidit Mauritius anno 1171. qui eodem donum datam monialibus de Edera approbavit. Actum in domo nostra nova, inquit episc. XI. Donum eisdem factum ratum habet anno 1172. ep. 12. Garino S. Victoris abbati renunciato benedictionis munus anno eodem impendit. Praesens adliit partitioni urbis Anicii factae inter episcopum Anciensem & comitem de Polignac anno 1173. Anselmi de Garlanda & ejus filii excepit hominum anno 1175. pro castello de Torman, quod confirmavit rex Philippus mense Martio 1185. Johannem Saresburiensem Carnotensem episcopum Senonis consecravit vi. idus Augusti 1176. Ejus consiliis persuasus Ludovicus rex assensum praebuit venditioni factae a canonicis sanctae Opportunae anno eodem. Insequenti confirmavit donum decimae de Luabium factum ecclesiae beatae Mariae de Pompona a Johanne & Mauritio de Pompona anno 1177. episcopus decimo septimo. Eodem emit medietatem molendini de Canturanæ apud Corbolum a Petro de Chantelou. Compositam inter abbatissam de Edera & Petrum de Cantulupi controversiam testatur anno 1178. episcopus decimo nono. Insequenti in eunte, XIV. scilicet calend. Aprilis consecravit altare abbatiae Barbelli. 1179. Habitus est anno 1179. in palatio Mauriti episcopi Parisii a Ludovico rege conventus publicus episcoporum pro inauguratione Philippi filii. 1180. Emit anno 1180. episcopus vigesimo primo. centum solidos redditus apud Victorium a D. Philippo de Levis die festo S. Agathae. Fecit potestatem anno eodem Sanceline, quae femina erat de corpore, cum Drogone homine libero nuptias contrahendi. Discordantes priorem de Gifortio & Romanum presbyterum S. Gervasii auctoritate apostolica conciliavit in nova aula

inferiori an. 1181. episcopus vigesimo primo. Fer. iv. Pentecostes anni 1182. Henricus legatus altare sanctae Mariae Parisius consecravit una cum Mauritio praefule, qui ratum habuit anno eodem episcopus vigesimo secundo venditionem factam monasterio S. Maglorii a Roberto priore Leprosorum de Givisico. Memoratur hoc adhuc anno in chartulario Rigniacensi cum Stephano sanctae Genovefae abbate, & in litteris Guidonis archiepiscopi Senonensis pro sancto Dionysio, & in tabulis Villaperosa, ubi annus 1182. dicitur episcopus vigesimo tertius. Datam canonicis regularibus Herivallem confirmavit anno 1183. B Alia eodem anno episcopus vigesimo tertio confirmavit, alia decrevit statuta pro canonicis sancti Germani. Eodem querelam habuit cum monachis Majoris monasterii super ecclesia S. Nomi, cujus praesentationem iis dimisit. Capellanum ad ecclesiam S. Thomae de Montemagni ab Hervaeo & Burchardo de Montemorenciaco praesentatum confirmavit anno 1184. Bullam accepit a Lucio papa datam Anagninae pridie non. Jan. adversus presbyteros qui publice concubinas detinebant. Insequenti XVII. cal. Februarii legatus a Jerolymitano rege missos, patriarcham maxime, solemniter excepit. Hi autem generale Parisiis eodem anno concilium habuere pro fide contra inimicos crucis defendenda. Sepelivit in majori ecclesia XIII. cal. Septemb. 1186. Godefridum Britanniae comitem, assistente Philippo Augusto, qui in eadem ecclesia quatuor capellanas fundavit, & ad decorem urbis Parisiensis regali impensa omnes vicos quadratis lapideis stravit ob intolerantiam luti, & coemeterium publicum muris circumdum in loco Campellorum, quod postea sanctorum Innocentium dictum est, aedificari curavit, de cujus exordio Albericus in chronico. Confirmavit anno eodem donationem factam ecclesiae sancti Lupi in valle Montmorenciaca. Emit a D Galeranno milite anno 1187. episcopus vigesimo septimo censum in burgo de S. Clodoaldo. Habita est media Quadragesima 1188. Parisiis synodus, in qua concessae sunt regi decimae, dictae Saladinæ, ob expeditionem sanctam, quod minime probavit Petrus Blefensis iii epistola 112. ad episcopum Aurelianensem: *quae ratio est, inquit, ut qui pro ecclesia pugnant, ecclesiam spovent!* contentens non pecuniam a clericis, sed orationes solas esse exigendas. Confirmavit Mauritius anno eodem episcopus vigesimo octavo, domum a Theobaldo milite donatam hospitali S. Opportunae, nunc S. Catharinae. Bullam a Clemente III. accepit datam Laterani III. nonas Julii, pontificatus primo, quae ei facultas conceditur interdicendi canonicos regulares procuracionem in ecclesiis parochialibus ipsi & archidiaconis debententes. Confirmavit ei idem pontifex ex abundantia liberam ecclesiae Parisiensis praebendarum collationem. Donum ab Elizabeth uxore Anselmi monialibus de Edera factum approbavit anno 1188. episcopus vigesimo nono. Insequenti episcopus vigesimo nono, ecclesiam de Beisacour parochialem effecit. Anno 1190. mense Maio pro anima Elizabeth uxoris Philippi regis

Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 139.

ANNI CHRISTI  
Lect. bibl. tom. 3. pag. 230.  
1187.

Chart. xcix col. 72.  
1183.  
Hist. Paris. t. 3. p. 72.

1184.  
Sarrailh tom. 3. pag. 100.  
1185.

1186.

1187.

1188.

Hist. Paris. t. 3. p. 67.

1189.

1190.



I ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI

in ecclesia Parisiensi a se humate altare erexit, instituit a rege duobus sacerdotibus pro celebratione missarum, teste Rigordo. Anno eodem obtinuit a Philippo II. rege synagogam Judæorum Parisiensem ad edificandam ibi ecclesiam. Init cum canonicis Corbolicensibus super procuratione sibi debita compositionem mense Decembri, abbatibus Pontiniacensis & Pruliacensis arbitris a summo pontifice delegatis. Mauritii ad preces Philippus Augustus regni XI. confirmavit diplomata Ludovici parentis, qui Theobaldo decessori suppellectilem episcopi defuncti & talliam hominibus episcopi mortui relaxaverat. Anno eodem Philippus rex Luteciam contra hostes firmaturus,

1191.

Hist. Parif.  
l. 3. p. 497.

novum murorum ambitum cum fossis atque vallibus e regione Academiæ adorsus est. Capellanum in ecclesia S. Leifredi de cleemosyna Roberti Balduini instituit Mauritius anno 1191. episcopatus trigesimo primo. Philippum regem ex obsidione Acræ releventem die festo S. Johannis Evangelistæ anno eodem Parisiis cum maxima multitudine cleri & populi honorifice suscepit. Circa id tempus de mandato Oclaviani sedis apostolicæ legati Herlevo abbati sancti Martini Pontifarenfis benedictionis manus impendit, inconsulto & invito Rotomagensi archiepiscopo. Ecclesiam du Pleffis lès S. Leu in valle Monmorenciaca matricem ecclesiam constituit anno 1192. episcopatus trigesimo secundo. Canonicorum sancti Genuani Autissiodorensis eodem anno, episcopatus trigesimo tertio, iura, ecclesias, ecclesiarumque presentationes confirmavit. Donationes factas monachis B. Mariæ de valle approbavit an. 1193. Ecclesiam sancti Germani monachis degeitibus apud villam Pirofam confirmavit anno 1194. episcopatus trigesimo quarto. Eodem episcopatus trigesimo quinto venditionem cuiusdam summi factam ecclesiæ beatæ Mariæ de Monte æstivo laudavit, & Hugouii abbati S. Dionysii facultatem inperivit ecclesiam parochialem erigendi in vico de Villanova. Capellam sancti Petri de Bobus, ecclesiam S. Eligii, capellas S. Boniti, S. Petri de Affis, S. Crucis & sancti Marialis, ecclesiam S. Pauli cum atrio, magna decima & minuta, cum harumque ecclesiarum præsentationibus Foflatisi monasterio confirmavit mense Septembri

1192.

Hidem pag.  
114.

1193. Tanta aquarum inundatio contigit mense

1194.

Hid. p. 91.

1195. 1196. Februario ineuntis anni 1196. ut Mauritius ad cœnobium S. Victoris confugere coactus fuerit. Dedit eodem anno literas pro decima terræ apud Castanetum, quam Ansellus vendidit ecclesiæ B. Mariæ. Donum Guidonis de Levis militis factum beatæ Mariæ de Roelia episcopatus trigesimo sexto confirmavit. Hoc ipso anno ineunte habitum est Parisiis concilium a legatis sedis apostolicæ pro reformando Philippi Augusti matrimonio, qui consanguinitatis prætextu Ingelburgem uxorem sororem Canuti Danorum regis repudiarat, ut aliam duceret: at in hoc actum nil

Hist. Parif.  
l. 3. p. 23.

1195.

1196.

Ch. xcviij.  
col. 77.

Exstat inter epistolas Stephani Tornacensis quarta numero Mauritii epistola ad Pontium Claramontanum episcopum, qui eum interrogaverat utrum baptisma collatum omnissis verbis: *Ego te baptizo*, valeat: Respondet Mauritius

A baptismum non esse, si quid in forma ab ecclesia tradita immineeretur, aut immutaretur. In ejus sententiam idem paulo post definitivè Alexander III. qui Mauritium delegavit, ut cognosceret causam, quæ vertebatur inter ecclesiam S. Evertii Aurelianensis & Herbertum de Gervelsis super quibusdam decimis, quas ecclesiæ præfate adjudicavit Mauritius, præsentibus Stephano abbate sanctæ Genovefæ, Petro decano sancti Germani Autissiodorensis, &c. Exstant tomo 2. ampliff. coll. duæ Alexandri III. ad Mauritium epistole, quarum prima data Tarracônæ X. cal. Januarii commisit ei accusationem adversus R. Flavinianensem abbatem in civilibus & criminalibus, altera Januæ v. idus Februarii controversiam inter Hugonem Senonensem & abbatem Ferrariensem. Bullam præterea ab Alexandro III. accepit, qua facta inter episcopos & archidiaconos compositio confirmatur, simulque his interdicitur, ne presbyteros sibi subditos nimia hospitiorum frequentia gravent. His accinit altera bulla Clemens III. Bullas accepit ab Urbano III. Veronæ pridie non. Januarii & a Clemente III. Pisis idibus Januarii, confirmantibus factam ordinationem super parochia sancti Johannis in ecclesia S. Genovefæ per Eugenium papam. Archiepiscopus Senonensis inconcessa præsumens in dioecesi Parisiensi jure metropoleos ipsi subiecta, excitavit querelas Mauritii episcopi, quas iustas judicavit Clemens III. decretali: *Cum ex autoritate canonum*. Præter concessa decessoribus privilegia a summis pontificibus, fundatas quoque ab ipso seu fundis auctas & dotatas abbatias de Heralive, de Hermeris, de Monte æstivo & de Gisso approbavit idem pontifex bulla que incipit: *Iustus petentium desideris*. His addit, Cælestinus III. abbatias sancti Cirici & Vallis profundæ, modo Vallis gratiæ apud Parisios.

Mauritius autem paulo ante obitum, si chronico ms. Johannis a S. Victore fides, ad sanctum Victorem se recepit, ejusdemque loci canonicus effectus est, ut liberius Deo vacaret, sequæ ad reddendam villicationis suæ rationem præpararet. Narrat Cæsarius febrî acutissima tunc temporis vexatum sacram poposcisse eucharistiam. At cum presbyter insanienti sacra porrigere vereretur, detulit illi hostiam haud consecratam, quod præsentiens Mauritius exclamavit: *Tolle, tolle, non est Dominus meus*. Attonitus presbyter, verum corpus Domini sensit, quod summa fide suscepit Mauritius, brevique post migravit ad Doninum. Moriens super pectus posita est scheda hæc verba Jobi continens: *Credo quod redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & in carne meo videbo Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse & non alius, & oculi mei conspiciuntur sunt. Reposita est hæc spes mea in suo mero*. Sic autem præscriperat, ut resurrectionem mortuorum a multis tunc impugnatam, quam moriens confidenter fuisse professus, alibi deinceps haud dubitarent profiteri. Moriens Roberto S. Victoris abbati & Reginaldo S. Marcelli decano mandavit, ut quos alieni juris occupatione forte læserat, his satisfacere. Qui paulo post ejus obitum Ricardo

priori de Marcociis restituerunt quæ ei illegitime abstrulerat Mauritiis, patronatum & presentationem ecclesiæ ejusdem villæ. Defunctus sepelitur in mediullio chori ecclesiæ S. Victoris. Quatuor ejus tumulo e duodecim inscripti versus, quos ad preces canonicorum Parisiensium scripsit Stephanus episcopus Tornacensis, ut constat ex ejus epistola 260. *Paucos eleges scribinus, ut ex iis duos aut quatuor qui vobis magis placuerint excerptis. Rogamus & obsecramus in Domino, ut auctoris tacto nomine recitentur.* Hi autem sunt, quatuor selectis Romano caractere excusis :

*Excisus misero lacrymarum vallis in orbe*

*Ponitur aeterna vivus in urbe lapis.*

Doctor & antistes cathedra condignus utraque,

A prima meruit continuare duas.

Sana fides, doctrina frequens, elemosina jugis,

Clamat Parisius non habuisse parem.

Magnificum structura domus, & fabrica templi,

Munificum perhibent advena, pauper, inops,

Horrea pauperibus, & scrinia semper aperta

Exposuit miseris semper aperta manus.

Pontificem tanti meriti, servumque fidelem

Serva Mauritium, Virgo Maria, tuum.

Quatuor his alii duo adjuncti diem ejus obitus annotant.

Virginei mensis quæ tertia prævenit idus,

Splendorem sepelit nube sepulta dies.

Longo post tempore tumulo in sancti Victoris choro recens selecto inposita fuit hæc nova inscriptio: *Hic jacet reverendus pater Mauritiis Parisiensis episcopus, qui primus basilicam B. Mariæ virginis inchoavit. Obiit anno Domini M. CXCVI. tertio idus Septembris.* Hos quoque in Mauritii obitum a coætaneo editos versus e ms. codice Nicolæus Carnuzet canonicus Trecentis Samarthanis olim suppeditaverat:

*Migrat Parisi pater ad patriam paradisi*

*Mauriciis: mundo Martha, Maria Deo,*

*Hic obit a quinta jejuniis luce viator,*

*Ejurit in vera carne videre Deum.*

*Offertur panis, quem clausis sensibus intra*

*Spiritus inspirat corporis esse cibum,*

*Verbo mente, manu calicem, panemque repellit,*

*Et sic caelestis corripit ore dolium.*

*Illusere mihi velut hospes: postulo passum,*

*Passum sub vera postulo carne Deum.*

*Rem stupet auditor, offert venerabilis abbas*

*Quod petit, occurrit mente, manique pater.*

*Semit adeste Deum, servavit in oscula: sanctum*

*Vas tenet, & verum corpus adorat ita,*

*Ecce salus mundi, Verbum Patris, hostia sacra,*

*Viva caro, Deitas integra, verus homo.*

*Te Deus furio, quod non finis exteriorem,*

*Te Deus interior sumere possit homo.*

*Transseat ad dextram Patris Christi caro, cum quo*

*Disponi patris regna redemptor homo.*

*Sic spes hic meruit rem præsentire, fidesque*

*Scire, videre Deum glorificandus homo.*

*Sic amor exarsit, sic spes præsentis, ut una*

*Crederet, & sciret credita certa fides.*

Præclara Mauritii in necrologio Parisiensis memoria est: *111. idus Septembris obiit Mauritiis bona memoria Parisiensis episcopus, qui novum vicum de suo proprio factum tempore ante portas ecclesiæ aperuit, quatuor abbatias novellas sub ecclesiâ Parisiensis plantavit, pontes in episcopatu constituit, domos episcopales novas edificavit, relictus episcopatus multipliciter amplavit. Idem etiam dedit nobis domum juxta portam clausi sitam ad stationem in fisco sancti Maurii perfolendam, vicariam quoque de Castaneto ad stationem die anniversarii sui perfolendam, scodum etiam de Ivry ad stationem die electionis suæ, die scilicet tertio post festum sancti Dionysii perfolendam. Hæc autem Johannes nepos canonicus noster quamdiu vixerit possidebit, post ejus decessum ad capitulum nostrum revertentur. Si quid vero factis, sicut prædictum est, tribus stationibus residuum fuerit, ad beneficium denariorum matutinalium canonicis cedat. Dedit insuper nobis viginti marchas auri ad sociendam tabulam auream ante majus altare; calicem quoque delit auream duarum marcharum & dimidia, thuribulum aureum quatuor marcharum, & tabulas argenteas ad ornamentum altaris, duas coppas, tres insulas, pallium unum, dalmaticam unam, tunicam unam, & albas duas paratas cum amictis & stolis unam; recentias quoque libras donavit ecclesiæ, centum scilicet ad denarios matutinarum canonicis, centum ad denarios matutinales pauperibus clericis, centum ad telum nova fabrica faciendum plumbeum. Præterea delit nobis centum nonaginta marchas argenti, quæ postea fuerunt in emptione terrarum, hospitium & vinearum, quæ fuerant Guillelmi de Bezous nathis & uxoris ejus apud Vitry, quæ omnia tenebit magister Philippus in vita, & de his omnibus reddeat annuatim decem libras Parisenses, & quicumque post eum dictos reditus tenebit, similiter decem libras persolvet, de quibus canonici & majori altaris servientes, qui vigilia anniversarii intererunt, duodecim denarios habebunt, & clerici quatuor, & pueri duas, & sequenti die in missa similiter fiet distributio. Matricularii vero licii duos solidos habebunt. Statutum est autem a capitulo ut anniversarium ejus solemniter agatur, canonicis tam ad vesperas quam ad missam E chorum teneantibus, & missa ad majus altare celebrabitur.*

*B* ristenf plantavit, pontes in episcopatu constituit, domos episcopales novas edificavit, relictus episcopatus multipliciter amplavit. Idem etiam dedit nobis domum juxta portam clausi sitam ad stationem in fisco sancti Maurii perfolendam, vicariam quoque de Castaneto ad stationem die anniversarii sui perfolendam, scodum etiam de Ivry ad stationem die electionis suæ, die scilicet tertio post festum sancti Dionysii perfolendam. Hæc autem Johannes nepos canonicus noster quamdiu vixerit possidebit, post ejus decessum ad capitulum nostrum revertentur. Si quid vero factis, sicut prædictum est, tribus stationibus residuum fuerit, ad beneficium denariorum matutinalium canonicis cedat. Dedit insuper nobis viginti marchas auri ad sociendam tabulam auream ante majus altare; calicem quoque delit auream duarum marcharum & dimidia, thuribulum aureum quatuor marcharum, & tabulas argenteas ad ornamentum altaris, duas coppas, tres insulas, pallium unum, dalmaticam unam, tunicam unam, & albas duas paratas cum amictis & stolis unam; recentias quoque libras donavit ecclesiæ, centum scilicet ad denarios matutinarum canonicis, centum ad denarios matutinales pauperibus clericis, centum ad telum nova fabrica faciendum plumbeum. Præterea delit nobis centum nonaginta marchas argenti, quæ postea fuerunt in emptione terrarum, hospitium & vinearum, quæ fuerant Guillelmi de Bezous nathis & uxoris ejus apud Vitry, quæ omnia tenebit magister Philippus in vita, & de his omnibus reddeat annuatim decem libras Parisenses, & quicumque post eum dictos reditus tenebit, similiter decem libras persolvet, de quibus canonici & majori altaris servientes, qui vigilia anniversarii intererunt, duodecim denarios habebunt, & clerici quatuor, & pueri duas, & sequenti die in missa similiter fiet distributio. Matricularii vero licii duos solidos habebunt. Statutum est autem a capitulo ut anniversarium ejus solemniter agatur, canonicis tam ad vesperas quam ad missam E chorum teneantibus, & missa ad majus altare celebrabitur.

*D* fuerunt in emptione terrarum, hospitium & vinearum, quæ fuerant Guillelmi de Bezous nathis & uxoris ejus apud Vitry, quæ omnia tenebit magister Philippus in vita, & de his omnibus reddeat annuatim decem libras Parisenses, & quicumque post eum dictos reditus tenebit, similiter decem libras persolvet, de quibus canonici & majori altaris servientes, qui vigilia anniversarii intererunt, duodecim denarios habebunt, & clerici quatuor, & pueri duas, & sequenti die in missa similiter fiet distributio. Matricularii vero licii duos solidos habebunt. Statutum est autem a capitulo ut anniversarium ejus solemniter agatur, canonicis tam ad vesperas quam ad missam E chorum teneantibus, & missa ad majus altare celebrabitur.

De Mauritii fato & gestis Rigordus Philippi Augusti chronographus libro de gestis ejusdem, Guillelmus Nangius ad annum 1196. Vincentius Belvacensis part. 3. speculi historialis, Robertus in supplemento Sigeberti, Jacobus Vitriacus, Casarius Cisterciensis, magnum chronicon Belgicum, Antoninus, Trithemius, &c. ubertim loquuntur.

ANNI  
CHRISTIDE SULLY.  
Asp. col.  
lect. tom. V.  
pag. 346.

LXXIV. ODO.

Post decessum Mauriti episcopi, si Radulfo abbati Coggeshalensis monasterii in chronico Anglicano fides, ab univerſo clero & populo, rege annuente, episcopum electus est Petrus cantor ecclesie Parisiensis, qui pontificatus honorem, ne ab altiori gradu gravior fieret casus, recusavit. Is autem omnium fere scriptorum illius aetatis literis commendatus, natus est Parisiis, vel Remis ex Radulfo. Ad litteras ephebus mentem appulit, quas factus supra aetatem doctus, in academia Parisiensi cum magna laude palam professus est; sed quod eximium ejus animi ornamentum fuit, antiquorum vindex morum, severiorisque disciplinae diligentissimus fuit exactor, quibus cum virtutibus praefulgeret, facile Parisiensis ecclesiae praecentoris honorificentissimum hac in ecclesia munus consecutus est. Ad Tornacensem cathedram aliquando evocatus humiliter vocationem declinavit. Denique post recusatam quoque Parisiensem episcopatum, auctore Radulfo, cum a Willelmo Remensi archiepiscopo cleroque & civibus rogatus, ut decaniam illius ecclesiae susciperet, Parisiis ut hanc a capitulo licentiam impetraret proficisceretur, ad Longum pontem ordinis Cisterciensis monasterium appulit, ubi gravi infirmitate decumbens, habitum sanctae religionis suscepit, vitamque beato sine complevit, cujus corpus e loco in quo sepultum fuerat, ad strucluram aedificiorum motum, suavissimum exhauit odorem. Legitur ejus epitaphium in clauſtro monasterii Longi pontis, in quo mors ejus ad xiv. calend. Junii anno 1180. consignatur, sed recentius est epitaphium. Melius itaque Guillelmus Nangius, Vincentius Bellovacensis, Albericus, & monachus S. Mariani auctor horumce temporum, ad annum 1197. de Petri obitu loquuntur, seu etiam Radulphus ipsius mortem anno 1198. assignat, utpote cujus adhuc mentio est in charta Odonis anno 1197. In necrologio Parisiensi de eo legitur: *vii. cal. Octobris obiit Petrus praecentor & diaconus, qui dedit nobis quadraginta libras ad emendos redditus. Varia composuit opera, quae in diversis bibliothecis adhuc mss. aservantur. Sola ejus Summa, quae dicitur Verbum abbreviatum, Montibus impressa fuit anno 1639. Quibusdam navis aspersam ejus doctrinam discipulis volunt. Narrat Caesarius Petrum ejusque discipulos hunc in errore inpegiſſe, ut crederent panem in eucharistia consecratum non esse, nisi etiam vini accederet consecratio, & vice versa.*

Epist. 126.

Petro tamen omisso, auctor est Petrus Bleſensis vacantem per obitum Mauriti Parisiensem cathedram ambuisse multos, inter quos fenes nonnulli collecta a longo tempore ad emendam episcopatum pecunia, sacram hanc dignitatem nundinari non erubuerunt, sed eorum artes eluſit capitulum: elegerunt quippe virum minime cogitantem, ne dum optantem, sed tam generis claritate, quam nobilitate morum decoratum Odonem de Sotiacio: tres enim celeberrimas juxta ac nobilissimas totius orbis christiani familias consanguinitate attingebat, Francie scilicet & Angliae regum ac

Tomus VII.

A comitum Campaniae. Filius quippe Erchembaldi de Sotiacio, ex Henrico Stephano Campaniae comite & Adela filia Guillelmi regis Angliae in recta linea descendebat, adeo filius alter Theobaldus magnus Campaniensis generat Adelafrancorum VII. Francorum regi nuptam.

Fratrem quoque habuit Henricum Bituricensem archiepiscopum. Odonis vitam & mores ante episcopatum graphice depinxit epistola citata Petrus Bleſensis, qui quae ipse viderat, narrat, ex quibus pauca hac excerptimus Parisiis militiae scholarius tirocinia posuit Odo, ut inter exercitia liberalium artium doctriina ecclesiae meliora ei

B charismata infuſebat, teste jam padagogo Petro de Verno, qui Petri Bleſensis fuerat discipulus, elemolynas condiebat lacrymis. Vix pubertatis annos adeptus, Romam petiit, quo tempore Gregorius VIII. successit Urbano, ubi vidit Petrus Bleſensis honorem a papa ei exhiberi non multo inferiorem episcoporum reverentia. Cum vas suum in sanctificatione & honore ab infantia posseditisset, insolentiam tamen carnis vigiliis, jeuniis & disciplinis domabat. Uberem reditum quem habebat in Anglia disperſit pauperibus, indeque tres scholares honestos ditavit. Talibus bonis operibus vacans, electus est unanimi Parisiensis capituli consensu, ut qui jam cantor in ecclesia Bituricensi fructificari coeperat, Parisiis episcopus plus fructuum afferret. Haec pluribus explicat Petrus Bleſensis, & in fine epistola: de genere regio Odonis, quo regem Galliae & Angliae consanguineus erat, quaedam subdit, quae fuisse explicat Petrus Guſtavillanus in notis pag. 740. neuter autem Odonem canonicum regularem, ut Victorini volunt, tradit. Porro electus vocatur Odo in litteris Amelinae: Calensis abbatissae datis anno 1196. in quibus ipsum, decanum, cantorem Parisiensem & priorem S. Martini arbitror instituit controversiae quae Mauriti temporibus orta fuerat inter ecclesiam Parisiensem & monasterium Calense super libertate & exemptione monasterii Calensis ab ecclesia Parisiensi & jurisdictione episcopi & archidiaconi. Scilicet adhuc electum nuncupat Odo in sententia ab ipso & arbitris lata inter idem monasterium & archidiaconum anno 1197. Hoc ipso anno episcopatus

C primo subscripsit chartae cessionis Petri de Donjon militis factae ecclesiae Parisiensi apud Jurdum in curia reginae Francorum Adela. Eodem Victorini concessit annualia quinque abbatibus ecclesiae Parisiensi. Dedicavit renovatum post incendium S. Petri Latiniacensis basilicam. Instituit anno 1198. ordo SS. Trinitatis, cujus fundatores Felix & Johannes ab Innocentio III. ad Odonem Parisiensem episc. missi, cujus consilio adjunctus Johannes regulam scripsit, quam nonnullis adjectis approbavit summus pontifex anno eadem. Eodem per totam Galliam auctoritate apostolica publice praedicabat Fulco Parisiensis presbyter, cujus ad sermones innumeri confluebant populi totaque patria in melius mutata est. Vigebat tunc temporis in ecclesia Parisiensi prava quaedam consuetudo, sive profana festivitas, quam stulti ejus inventores festum sanctorum nominabant,

F

ANNI  
CHRISTIGall. Christ.  
tom. 3. col.  
214.

Hist. eccl. Paris. 1. 2. pag. 214.

Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 214.

Ibidem

1197.

Ibidem pag. 214.

1198.

Special. rom. 9. p. 320.

Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 214.

ANNI  
CHRISTI

que in calendis Januariis celebrabatur, in qua innumerabiles abominations & nefandæ enormitates, ut ipse Odo loquitur, & horrendum dictu, ab ipsis clericis in ecclesia ad gradus altaris inter missarum solemniam & divinas laudes raptiter & scandalose committebantur. Inoleverat jamdiu inveterata illa consuetudo in multis ecclesiis, contra quam acriter insurrexerant Patres & concilia, nec tamen abolere poterant. Hanc ergo nefandam festivitatem ab ecclesia sua extirpare cum suscepisset Odo, Petri sanctæ sedis apostolicæ legati auctoritate fretus, decretum edidit anno 1198. quo non solum abominabilem illam festivitatem prorsus interdixit, verum ipsius loco festum Circumcisionis Domini solemniter celebrari præcepit. Neque tamen his decretis profana illa festa, de quibus consule Cangii glossarium ad vocem *Kalenda*, sublata sunt & antiquata, cum eorum nonnulli in ecclesiis superiori seculo supersissent adhuc vestigia. Jus dixit eodem anno Odo pro canonicis sancti Victoris, qui litigabant pro justitia donorum & terrarum suarum cum Guidone domino Villariibelli. Discordantes quoque monachos Compendienses & canonicos sancti Clementis ejusdem urbis composuit cum Hugone abbate S. Dionysii & Petro de Corbolio. Anno

1199. episcopus secundo dedit ad hostias & ad censum terram de Maru ea lege, ut homines ad curiam episcopi apud S. Clodoaldum venient. S. quoque Stephani ecclesiæ Bituricensis patroni, in cujus gremio ab ineunte nutrius fuerat ætate, festum, in quo non minima patrabantur, quam in die Circumcisionis, magnis ecclesiæ solemnitatibus annumeravit, clericisque & canonicis tam pro festo sancti Stephani quam Circumcisionis de mensa episcopali stipendia assignavit anno eodem episcopus tertio. Bullam accepit ab Innocentio III. III. idus Novemb. indictione secunda, pontificatus secundo, omnia privilegia episcopi ad nomina decessorum suorum recensente & confirmante. Scripsit eidem summus pontifex epistolam quæ est IV. libri I. ut qua valebat apud Philippum Augustum auctoritate & gratia eum sapientibus monitis induceret ad recipiendam Ingeburgem rejecta Agnete. Interdicti in regem Philippum & regnum hanc ob rem decreti observantissimus Odo e sede sua a militibus regis ejectus, pedes ire compulsus est, equis & mantis ac rebus suis omnibus spoliatus: at soluto postea interdicto, ob injuriam Odono illatam rex illum exemit anno

1200. quandiu vixerit, ab omni exercitio & equitatione, quam regi ad bellum proficentem subministrare tenebantur episcopi. Circa id tempus cum Octavianus sedis apostolicæ legati visendi causa ad domum Genovesanam venisset, ibique cum eo mensæ accumbere vellet, ortus inde tumultus non sedatur, nisi datus ab Octaviano litteris, quibus significabat nullum propterea detrimentum libertati ecclesiæ S. Genovefæ accessurum. Eo quoque tempore moniales Campellæ: utpote incorrigibiles ad monasterium S. Foræ tum sicuti est hodie reformatum traduxit Odo, harumque in locum duodecim canonicos seculares subrogavit. Bituricensis archiep. electioni accessit a clero

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 280.*

*1200. Ch. xcix. col. 79.*

*Spitig. tom. 9. p. 528.*

ANNI  
CHRISTI

A ejusdem ecclesiæ, unde ad pontificalem apicem assumus fuerat, aditus anno eodem, ubi electus ut quem vellet archiepiscopum diceret, Guillelmum Caroliloci abbatem elegit die 23. Novemb. Pontificatus ejus annus IV. componitur cum anno Incarnationis 1200. in chartulario sancti Evertii Aurelianensis. Donationem factam a Guidone de Levis fratribus de nemore Guidonis confirmavit, eosque a decimis liberos declaravit anno 1201. episcopus quarto. Una cum Petro archiepiscopo Senonensi anno eodem ex pluribus variisque leproforum domibus duas fecit, alteram Meloduni pro viris, alteram vero Corbolio pro mulieribus, B ut honeste omnes viverent. Transegit cum abbate S. Maglorii pro *tonkio*, cujus loco assignavit ei abbas 30. solidos. Thomas de Brueris cessit ei post mortem jus omne quod habebat in capellam de Pleisicis. Ad Innocentio deputatus est X. cal. Junii, pontificatus quarto, cum abbate Latinianensi, ut a clericis Resbaccensibus obedientia & honor debitus Anselmo Meldensi episcopo exhiberentur. Approbatam jam ab eodem pontifice prolem a Philippo ex Agnete susceptam, datis

mensis Januario litteris legitimam approbavit. Quæ ab initio episcopatus Odonis magnis partium animis agitata fuerat, excurte anno eodem causa inter Odonem & Johannem abbatem S. Genovefæ super possessione juris parochialis sancti Stephani de Monte, ad votum episcopi terminata fuit IX. calendis Januarii Innocentii pontificis anno IV. cujus sententiâ, qua interdictum in burgum S. Genovefæ, insinuitioque & destitutio capellani de Monte episcopo inierdicitur, cetera vero ad jus parochiale pertinentia confirmantur, Genovefani significarunt delegati anno 1201. mense Martio. Insequenti episcopus & abbas ne lites postea recrudescerent, compositionem fecerunt mense Junio, quo jus omne parochiale penes episcopum stetit, cui cessit abbas capellam S. Genovefæ de Ardentibus, præbendamque & vicariam in ecclesia Parisiensis. Hanc compositionem summi pontificis nomine approbavit Helias abbas S. Columbe Senonensis mense Januario 1202. & ipse summus pontifex VII. calendis Aprilis, pontificatus VI. Hac autem facta compositione Theobaldus canonicus S. Genovefæ curam animarum parochiæ de Monte suscepit ab Odono anno 1202. mense Junio episcopus quinto. Fecit eodem anno Odo potestatem Victorino abbati amovendi ad libitum presbyteros e parochiis quas habent in diocesi Parisiensis. Capella in parochia sancti Saturnini de Campiuaeco extitruente assensum præbuit. Scripsit litteras anno 1202. episcopus sexto, pro fundatione capellæ de Renemolin, cujus capellanus debet esse frater de S. Trinitate, ad insinuationem & destitutionem episcopi. Statuta condidit pro capella in domo elemosynaria de Cruce reginæ. Eodem anno episcopus sexto, comitis Trecenti concessit 120. libras Pruviniensis monete, quas Th. quondam comes Blefensis dederat in feudum Erchembaldo quondam domino Soliaci patri ipsius Odonis & Theobaldi nepoti, qui eas comiti Henrico consanguineo suo pro 550. libris Pruviniensis &

*Chart. ci. col. 79.*

1201.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 280.*

*Per. Blif. pag. 794. u. 775.*

*Hist. Paris. tom. 5. pag. 197.*

1202.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 133.*

*Ibidem pag. 221.*

*Chart. cii. col. 80.*

*Hist. sancti Marci a Camp. pag. 429.*

*Hist. Paris. t. 2. pag. 73.*

ANNI  
CHRISTI*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 221.**Hist. sancti Mariani in Campis pag. 198.*

1203.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 221.**Idem pag. 222.**Per. Blf. pag. 788.*

1204.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 221.**Chart. cv. col. 81.**Per. Blf. pag. 792.**Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 209.**Hist. Paris. t. 3. p. 747.*  
*Per. Blf. pag. 788.*  
*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 226.*

Meldenfis monetæ obligaverat. Diffidium habuit A Odo hoc anno cum capitulo S. Clodoaldi pro ecclesia, quam ædificaverat in locum minoris de Marva, quod fecerat exstirpari, cujus terminandi causa episcopi fe arbitrio committentur canonicis. Ota inter episcopos Parisiensem & Belvacensem de limitibus utriusque episcopatus in loco de Moineo contentio sopita est, limitibus distinctis metisque positus anno 1202. mensis Novembri in crastino S. Martini. Dedit eodem anno charitam de furnis Adæ de Monstrel canonici Parisiensis in Campellis. Insequenti de mandato summi pontificis cœmeterium pro leprosis de Villapetrofa benedixit, episcopatus sexto. Assignavit ecclesie de Vanvuis parochianos de Yssi sitos in terra S. Petri Latinienfis in compensationem permutationis cum Genovesanis factæ. Denarios 13. censuales apud S. Clodoaldum permittavit pro hostiis Guillelmi de Moudon. Jussu Innocentii III. visitavit mensis Maio cœnobium sancti Medardi, ubi quædam edidit statuta præsentibus Roberto sancti Germani a Pratis, Johanne sanctæ Genovefæ abbatibus, aliisque multis. Monasterium quoque sancti Maglorii in civitate sancti Johannis Baptistæ visitavit, nonnullaque pro bono ejus regimine statuit. Ordinavit anno eodem collegia canonicorum sue diocesis, decretaque fecit pro electione & residentia decani & cantoris S. Germani Autisiodorensis mensis Octob. Idem statuit in ecclesiis S. Marcelli & S. Clodoaldi mensis Jan. episcopatus septimo. Approbavit fundationem capellæ de Cramœl an. 1203. episc. septimo, eodemque anno donatas ab Adamo de Munstero canonico Parisiensis decimam de Espieris & quatuor libras Parisienses pro quatuor perpetuis matriculariis sacerdotibus, quos cum tribus laicis Odo tam de suo quam de capituli patrimonio instituit anno 1204. episcopatus septimo, ut ecclesia interdiu nocturne ab ecclesiasticis viris contra prædones & irreligiosos custodiretur. Cessit eodem anno pro augendis matriculariorum redditibus capitulo Parisiensis præbendam & vicariam, quam facta compositione ipsi contulerant Genovesani. Multa etiam alia ecclesie Parisiensis bona contulit, quorum intuitu capitulum anniversarium ei assignavit, pro quo ipse 60. solidos Parisienses apud Brunellum largitus est, & clericis chori 40. libras Parisienses ad redditus rei gratia comparandos an. 1204. episcopatus octavo. Concessit eodem abbatiæ S. Antonii Parisiensis easdem immunitates, quibus ceteræ Cisterciensis ordinis abbatiæ gaudent. Decimam de Soiseco pro 30. libris Parisiensibus emit anno 1204. mensis Junio a Guidone de Caprosia. Mensis eodem donavit capellam S. Nicolai monialibus de Fooseil ad opus infirmarum. Capellaniam a Guiberto fundatam, a se vero dotatam pro anniversario H. Bituricensis archiepiscopi fratris sui instituit in capella sua de S. Clodoaldo, episcopatus octavo. Approbavit eodem aliquot arpennos terræ presbyterio Capellæ prope Parisios faciendam concessit. Fundatum sancti Honorati ecclesiam confirmavit. Fecit potestatem Guidoni de Caprosia extirpendæ ecclesie & dotandæ in vico de Lois, & capellæ in vico de

Tomus VII.

Meencourt. Donatum excepti a Guillelmo de Firmitate sedum in Port-rois, ad institutas ibi moniales. Anno 1205. episcopatus octavo canonicorum S. Marcelli residentiam ad rectam lineam ordinavit. Collegium quoque canonicorum de Campellis emendavit, cujus præbendas ad augendum Dei servitium ex undecim viginti duas fecit, quod a summo pontifice statutum jam fuerat III. cal. Januarii pontificatus VII. Emit decimam de Oreaco & de Maudelst a Burcardo de Oreaco. Guidoni Fossatensi abbati recognovit nullum præjudicium monasterio oriurum ob pontem, quem in portu, qui dicitur Olins, fieri permittebat abbas. Cessit monachis de Diogilo jus parochiale vallis Derlandi anno 1203. qui vicillim episcopo cefferunt quod anno 1205. episcopatus nono assignavit ecclesie sanctæ Genovefæ, unum modium bladum infra festum Omnium sanctorum in grangia eorum de Gonesse. Confirmavit anno eodem legata ecclesiis Parisiensibus a Malcione regem camerario. Primus auctor monasterii Portus regii merito censendus est Odo, quippe qui cum Mathilde de Garlanda uxore Matthæi de Marlaco & diversis donationibus præsertim a Monmorenciaca familia factis hoc fundavit cœnobium pro virginibus anno 1206. quod sicut & abbatiam sancti Antonii eodem anno A. ablati Cisterciensis ordinanda tradidit. In chartulario Caleni morticini jus pro decimis de Pompona concessisse legitur mensis Aprilis. Ejus curis & opera ad metropolitanum Turonum sedem hoc anno evocatus est Gaufridus de Landa archidiaconus Parisiensis. Tanta aquarum diluvies mensis Decembris facta est, quanta nungum visa aut audita Parisiis fuerat: Odo itaque solemnem ad B. Genovefam indixit supplicationem, cujus ad majorem basilicam delatis reliquiis imminute sunt aquæ. Mensis eodem Mathæus comes Bellimontis concessit Odoni locum, in quo sanctus Dionysius carere decuit ferretur, qui dicebatur capella S. Catharine, haud longe ab ecclesia S. Dionysii de Carcere situm, ea lege ut comes unum, Odo vero duos sacerdotes ibi instituerent, quod concessit Odo, qui inibi capellam solemniorum erexit, quatuorque capellanos in ea servituros instituit anno 1207. mensis Aug. episcopatus decimo; atque hæc sunt initia ecclesie sancti Symphoriani. Instituendus capellanus de Crousiaco committitur Odoni a Guillelmo de Garlanda mensis Apr. Adfuit mensis Julio elevationi corporis S. Benedicti apud Floriacensē monasterium. Ratam habuit mensis Augusto ædificatam a Sangermanensibus capellam apud Chœficum. Contentionem inter capitulum sancti Germani Autisiodorensis & domum S. Trinitatis exortam mensis eodem definit. Festum sancti Bernardi primi Clarevallensis abbatis in ecclesia Parisiensis datus hanc in rem splendidè celebravit primus instituit in crastino S. Bartholomæi apostoli. Decimas omnium novallium tam faciendorum quam factorum aliis non assignatas in diocesi Parisiensis capitulo concessit. Una cum Hugone decano alifque a sede apostolica deputatis iudicibus ratam habuit compositionem inter monachos sancti

F ij

ANNI  
CHRISTI*Chart. cvi. col. 82.**Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 225.**Idem pag. 226.**Idem pag. 228.**Idem pag. 230.**Idem pag. 231.**Idem pag. 231.**Ch. cvii. col. 82.*

1206.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 209.**Per. Blf. pag. 792.**Ch. cviii. col. 83.*

1207.

*Hist. Paris. t. 3. p. 747.**Per. Blf. pag. 788.**Idem pag. 791.**Chart. cix. col. 84.*

ANNI  
CHRISTI  
Chart. cx.  
col. 86.  
Hist. eccl. par.  
Paris. t. 2.  
pag. 72.

Pov. Blif.  
P. 8. 790.  
Hist. eccl. par.  
Paris. t. 2.  
pag. 302.

Hist. sancti  
Marini a  
Cansy pag.  
297.

Dionysii & moniales de Footel in tam super A prioratu de Argentolio vii. calendis Septembris, eademque die terminata tandem est lis quæ inter episcopum Parisiensem & monachos S. Dionysii inerat pro monasterio Argentolienſi, quod ex iudicium ſententia remanſit prioratus a S. Dionysio dependens, episcoporum vero & archidiaconorum iurisdictioni ſubjectus, cujus rei gratia abbas & monachi affignaverunt episcopo ſex modios bladi apud Herblaium, quorum unum ad mandatum 50. pauperum ſingulis annis faciendum aſſignavit capitulo Odo, qui cum maxime neceſſariam eſſe cancellarii eccl. Parisienſis & academiæ reſidentiam agnoſceret, ſtatutum ſuper ea cum decano & capitulo Parisienſibus conſecit anno eodem, quo & Remenſi archiepiſcopo deſuncto, alter archidiaconus eccl. Parisienſis Albericus, procurante inprimis Odone, iuſſeſtus eſt. Philippus rex anno 1207. Odoni indulſit, ut 60. tantum libræ pro tallia ad hominibus eccl. Parisienſis ſolverentur, quando regalia in manus regis devenirent, declaravitque ex ſumma 240. librarum, quæ ultra prædictam poſt obitum Mauriti ſuerat exacta, nullum deinceps episcopum vel eccl. Parisienſem paſſuros detrimentum. Quædam adhuc hoc anno ordinavit pro eccl. S. Germani de Derencio, & probavit donationem factam Sangermanſibus apud Bulenvillers a Milone filio Theobaldi Cocherelli. Denique vigilantia illa paſtoralis, quam ſuper univerſum gregem ſuum exhibuit, maxime elucet in egregiis illis ſtatutis, quæ non ſolum ad ſua diœceſis informationem, verum etiam ad totius eccl. utilitatem condidit duabus in ſynodis, quæ pluribus ad fidem inſ. codicis S. Victoris Parisienſis nævis expurgata, typis edita ſunt auctoritate Franciſci de Harla Parisienſis archiepiſcopi an. 1674.

Quanti autem pro eximia ſapientia Odonem faceret, ſatis aperte offendit ſummus pontifex Innocentius III. cum plurima magni momenti negotia ad ipſius arbitrium remiſit; verbi gratia cum eum una cum Michæle de Corſoſio canonico Parisienſi iudicem fecit cujuſdam controverſiæ, quæ vertebatur inter Stephanum episcopum Tornacenſem & Bernardum de Inſula pro quadam præbenda eccl. Tornacenſis ipſi Bernardo a Cæleſtino III. conceſſa. Hunc etiam arbitrum conſtituit idem Innocentius inter Lingonenſem episcopum & capitulum ipſius libro 1. epistoliarum Decretalium cap. Cum olim. Eidem dirigit caput 5. ex parte de corpore vitæ, ubi ait Michælem preſbyterum, qui lepræ vitandæ cauſa ſibi virilia amputaverat, poſſe altari miniſtrare. Odoni adhuc committit inquisitionem & examen ſuper vita & moribus electi Cameracenſis eodem libro primo Decretalium. Epistola ſic incipit: *Eam de diſcretionem tua fiduciam obtinemus, ut ſi quando tibi committimus quæ ad honorem divinum & utilitatem eccl. ſpectant pertinere noſcuntur, gratia & timore poſſiſſis fatigas promoveri. In hac parte nobis coadiutor exiſtens, qui ex iunctorum ſervitutis officio ſecundum prophetam debemus evellere & plantare quæ in eccl. Dei evellenda fuerint & plantanda. Exſtat tomo 1. Anecd. col. 669. epistola Adami*

abbatis Perſennæ ad Odonem Parisienſem episcopum ſcripta, quæ tota eſt de amore & humilitate. Sub ſinem gratias ei agit de caritate duabus pauperculis mulieribus temporæ ſanis impentia. Legitur quoque tomo 1. Amplifi. collect. col. 1014. A. monachi (ejuſdem fortaliſe Adami) ad Odonem epistola, quem arguit quod ſuæ diœceſis preſbyteris tallias impoſuerit, alique nonnulla ei inſinuat & exprobrat.

Demum Odo poſtquam egregii & ſancti paſtoris partes impleviſſet per annos circiter undecim, ætate adhuc matura, natus quippe annos 40. aut 42. ſed laboribus fractus, viam univerſæ B carnis ingreſſus eſt 111. idus Julii anno 1208. & quia eccl. magna ex parte a deſeſſore Mauritio conſtructæ quali coronidem poſuerat, multaque bona contulerat, velut ipſius fundator & benefactor in medullis chori primus episcoporum Parisienſium ſepultus eſt ſub æneo ſepulcro pontificis effigiem exhibente, cum his verſibus circum inſcriptis:

*Quem cathedra decoravit honor, quem ſanguis ævitas,  
Quem morum gravitas, hic jacet Odo ſiſus,  
Præſulis huius erat, quod habent hæc tempora raro,  
Mæus ſincera, manus munda, pudica caro.*  
C *Lenius hic lenis, toga nullis, victus ægus.  
Vita ſuit juvenis clara, probata ſenis,  
Bis ſexcenteno Chriſti, quartoque bis anno,  
Tredécimo Julii tranſiit Odo die.*

De eo necrologium Parisienſis eccl. 111. idus Julii de domo ſanctæ Mariæ obiit domnus Odo de Solliaco episcopus Parisienſis, qui electus nobis ſtationem panis, vini & carnum in feſto Pentecoſtes redeundam; inſtituitque ut notale ſancti Stephani deinceps ſolemne celebraretur in eccl. tantum Parisienſi; & ut ſinguli clericis, qui in miſſa reſponſum de alleluia in organo triplo vel quadruplo decantarent, ſex denarios annuatim perciperent ſuper præpoſitura Parisienſi. Dedit & clericis chori, non vero canonicis, qui in Circumſoſione Domini mortuus intererant, tres denarios; ſingulis autem pueris duas denarios in reſtitibus capitii percipiendos. Dedit inſuper clericis matutinarum medietatem oblationum crucis, quæ proveniunt ſexta ſeria in Feſtione Domini. Inſtituit item quod feſtum beati Bernardi Claravallienſis deinceps celebraretur in dimidium duplum in eccl. Parisienſi ad XVIII. cal. Septembris, & ad hoc aſſignavit decimum, quam emerat apud Buch. Præterea dedit unum modium bladi annuatim E percipiendum in decima, quam habuit de poſte ſancti Dionysii, ad faciendum mandatum per manum ſucceſſoris, qui miniſtrabat neceſſaria in mandato, & ſi quod fuerit reſiduum, erit ſucceſſoris. Dedit & unum pallium, duas coppas, unam caſulam cum dilaſata & tunica e ſamio, & allam paratam cum ſtola & maniculo parato & amictu, & miſſale ad ſervitium majoris altaris, & pſalterium ad ſervitium chori, & beſſamum cum cryſtallo, pallium paratum cum aurifrigio, librum ordinarium, ſandala & caligas, & tapetum episcopale; inſuper & imaginem beatæ virginis octo marcharum argenti ad

ANNI  
CHRISTI

1208.

ANNI  
CHRISTI

reponendum sacrum fucintorium. Statutum est autem a capitulo, quod ejus anniversarium solemniter ad majus altare celebraretur canonicis chorum tenentibus. Concessit autem capitulum quæradem altari sancti Stephani deferrentem, faceremque fuerit, in distributione canonicis partem esse.

Præclara quoque Odonis mentio est ad hunc diem apud scriptores coætantos: in veteri martyrologio dicitur benefactor singularis ecclesiæ, cujus vigilantia solers in gregis custodia facile deprehenditur ex sanctissimis constitutionibus, aliisque præceptis synodalibus de septem sacramentis. De eo chronicon Autissiodorensis: *Odo Parisiensis episcopus obit vir amulator virtutis, & vitorum egregius infector, qui inter cetera bona quibus enituit, id habebat præcipuum, quod in beneficiis ecclesiasticis conferendis, non ad genus, non ad munus, non ad preces, sed ad mores scientiamque respiceret, nec nisi dignos ad dignitates ecclesiasticas promoveret: hinc est quod ejus studio Guillelmus ad Bituricensis, Gaufridus ad Turonensem, Albericus ad Remensem archiepiscopatum promoti sunt, quorum prior Carolus abbas existit, alii duo Parisienses archidiaconi sibi invicem successerunt, viri insignes ac timentes Deum, honestisque ac iustitia præcipui factores. Ipso præterea fatigante ac suggerente actum est, ut dominus papa principes & populus per Gallias concitaret ad debellandam Albigensium hæreticorum perfidiam. Legendus Stephanus epistola 218. ubi celebratur Odo a nobilitate generis, honestate, auctoritate dignitatis & prudentia. Exstant ad eum Petri Bleensis epistola: 160. & 227. præter eam de qua in superioribus. Ex his autem omnibus liquido constat quam temere Rigordus libro de gestis Philippi Augusti & sanctus Antoninus tomo xvii. cap. 9. scripserint Odonem a Mauritio decessore suo moribus & vita longe dissimilem fuisse, cum ab omnibus sui ævi scriptoribus inter celeberrimos, sapientissimos ac piissimos sui temporis antistes annumeretur. Quam bene hanc in rem observavit Antonius Pagi, scriptores quandoque calamo abuti & falsa narrare!*

Tom. 4. pag. 715.

D E  
NEMOURS.

## LXXV. PETRUS II.

Petrus, Cambellanus dictus, Galtero I. domino de Capella in Bria, de Villebeon & de Tournaufue, Franciæ camerario, & Avelina de Nemours parentibus natus est. Prosapiam illius sic explicat Rigordus libro de gestis Philippi Augusti. *Fuerunt, inquit, tres fratres uterini filii episcopi & sibi contemporanei: Stephanus Noniomenis, Petrus Parisiensis, & Guillelmus Meldensis, filii Galteri quondam Franciæ camerarii, fratres Galteri junioris, viri satis virtute laudabiles, & in palatio regis præclari. Petrus ex thesaurario Turonensi vocatus ad Parisiensem cathedram anno 1208. jam præerat in ecclesiâ S. Honorati institutum, donationesque eidem factas confirmavit. Eodem anno Petri episcopi ad preces canonici Campellenses jure patronatus quod habebant in ecclesiâ de Capella in Bria cesserunt in gratiam Galteri regis camerarii, qui quatuor ibi dotavit presbyteros ab episcopo*

H. B. ecclesiæ  
Paris. t. 2.  
pag. 242.H. B. pag.  
240.

instituentos. Confirmavit Petrus an. 1208. episcopatus primo, Hugoni decano & capitulo donationem beneficiorum ab Odone collatorum. Privilegium Odonis episcopi Victorinis de dimidiis præbendis vacantibus ratum habuit. Composuit litem inter abbatem & conventum de Sacro portu, abbatemque & conventum Foissatensem super decima vinearum clausi Ferrici xliii. cal. Februarii, mensæque Februario approbavit dotatum collegium Bonorum puerorum sancti Honorati. Cum Hugone decano delegatus causam, que vertebatur inter electum Meldensem & canonicos, abbatemque Resbacensem & ejus monasterium super jurisdictione ejusdem monasterii, indicta monachis obedientia, mensæ Augusto an. 1209. terminavit. Finita quoque mensæ Nov. contentio de præbendis S. Thomæ de Lupara inter Petrum Parisiensem, Philippum Belvacensem episcopos, Robertum Drocarum comitem & Iolandam uxorem, qui omnes collationem præbendarum sui juris esse asserbant. Fundatam apud Novam villam de consensu monachorum sancti Martini a Campis parochiam approbavit mensæ Maio. Permutavit quosdam denarios censuales cum rege Philippo mensæ Julio, undecimque cum eodem apud sanctum Thomam de Lupara mensæ Januarius anni exeuntis. Scriptit quoque Petrus litteras hoc anno cum Hugone decano ad sedandum dissidium inter canonicos & capellanos ecclesiæ S. Exuperii Corholiensis obortum. Litem composuit inter Johannem abbatem sancti Germani a Pratis & homines de Cella. Ad eundem quoque ann. refert Rigordus novam quandam ex Amalrici cineribus Parisiis serpentem prehensem a Petro in ortu detectam & exstinctam, hæmiphensis auctoribus, in carcerem detrusis & igne crematis in loco qui dicitur *Champeaux*. Statuta condidit pro universitate Parisiensi anno 1210. Querelam habuit mensæ Decembri cum Hugone decano pro hospitibus terræ de Prunoi, qui episcopo asserti sunt. Assignavit mensæ Januario quatuor modios melioris hibernagii, quod de molendinis S. Cloaldi percipiebatur, capellano quem instituit in capella episcopali, qui pro anima Ludovici VII. regis & Adelæ reginæ, necnon pro ipsius parentum & decessorum celebraret. Motæ eodem ann. controversiæ inter episcopum & abbatem sancti Germani a Pratis de jure episcopali & jure parochiali spirituali in territorio S. Germani a Pratis, arbitros elegerunt Gaufridum Meldensem episcopum, Michaëlem decanum S. Marcelli & fratrem Guarinum, qui mensæ Jan. territorium terminarunt sententia, quam anno sequenti ratam habuit Petrus. Mensæ eodem cum Hugone decano & capitulo missas & officia capiceriorum ordinavit. Hoc etiam anno quædam statuta pro sacerdotibus ecclesiæ Hermeriensis, quibus data fuerat domus fundata in honorem S. Trinitatis ad Crucem reginæ. De Petro ad annum 1210. Petrus Vallis Senensis in historia Albigensium: *Anno Verbi incarnati MCCX. circa meam Quadragesimam venerunt de Francia cruce signati nobiles & potentes, episcopus videlicet Parisiensis, Ingerannus de Coctaco, &c. Hi nobiles viri in Christi negotio se nobiliter habuerunt.*

ANNI  
CHRISTI  
CLXXI.  
CLXXII.  
CLXXIII.  
CLXXIV.  
CLXXV.Hist. univ.  
Paris. t. 3.  
pag. 415.1209.  
C. cxiv.  
col. 38.Sacr. al. tom.  
3. pag. 15.Epistol. tom.  
2. p. 812.  
Com. Hard.  
tom. vi. col.  
1992.

1210.

Sacr. al. tom.  
3. pag. 17.Hist. ecclesiæ  
Paris. t. 2.  
pag. 362.  
Ibidem pag.  
240.Hist. Paris.  
t. 3. p. 74.

ANNI  
CHRISTI  
1211.

Litem inter priorem S. Verani & presbyterum de Esforcia pro oblationibus spoliatam confirmavit anno 1211. mense Augusto. Dedit anno eodem Bosoni priori sancti Leonardi de Nobiliaco ecclesiam de Crociaco ea lege, ut duo canonici huius ecclesie deservirent. Litem habuit cum Henrico abbate S. Dionysii pro ecclesia sancti Martini de Strata, cujus presentationem ad abbatem, collationem vero ad episcopum pertinere compertum. Dimisit eodem abbati parochiam S. Martini in Wicallino. Quaedam emit in sua censiva a Galtero decano S. Thomae de Lupara mense Febr. Colatam sibi ab abbate sancte Genoveve quintam partem decimae de Fraxinis ecclesie Paris. concessit mense Martio, pontificatus quarto. Arbitr eodem electus inter capitulum ejusdem ecclesie & ecclesiam S. Honorati sententiam tulit. Lutecia Parisiorum tunc temporis novo murorum ambitu demum circumdata est, longeque dilatatum urbis pomerium. Anno 1212. episcopatus IV. mense Aprilii, quae ab Odone decessore prioratus Vallis Adam concessa fuerant confirmavit. Eodem anno Robertus de Corceon cardinalis legatus apostolice celebravit Parisiensi concilio V. in quo multi conditi sunt canonicae disciplinae ecclesiasticam spectantes. Huic autem adfuit Petrus, qui litem composuit inter R. abbatem Fossatalem & Anselmum de Gornajo super pastu mense Junio. Ratum habuit mense Novembri episcopatus quinto, arbitrium de limitibus inter canonicos S. Thomae de Lupara & provisorum domus hospitalis latum. Dedit Odoardi mense Decembri pro 30. solidis Parisiensibus sex testas aquae in superiori parte parvi pontis ad edificandam domum. Capellam de Livriaco monachis sancti Martini confirmavit. Litem habuit cum R. episcopo Carnotensi pro ecclesia sancti Clari, quam ipsi adjudicaverunt arbitri mense Decembri. Radulfo de Paciaco civi Parisiensi dedit *schiam* domus unius edificandae apud parvum pontem pro quatuor libris censuibus anno 1212. Cantorem in ecclesia S. Martini de Campellis influit mense Januario episcopatus quinto. Ecclesiam S. Gervasii tam multitudine parochianorum, quam redditibus ampliatam mense eodem divisit in duas sancti Gervasii & S. Johannis, ab abbate de Becco ut prius conferendas. Donationem factam monasterio Ederensi testatus est anno 1213. mense Aprilii episcopatus quinto. Orta inter Petrum & abbatem S. Dionysii pro numero dierum *indictionum* controversia ad regem est delata, qui decrevit mense Augusto, ut quadraginta libris a monachis persolutis, episcopus a causa absteret. Compositionem factam inter archidiaconum & abbatem sancti Maglorii super procuracione confirmavit mense Maio. Ecclesiam de Stenis ab ecclesia S. Leodegarii districtam parochialem effecit mense Februario. Anno

1212.

*Hist. eccl. Par.* 2. 2. pag. 184.

*Sensal. rom.* 3. pag. 19.

*Hist. sancti Martini a Campis pag. 484.*

*Sensal. rom.* 8. pag. 18.

*Hist. Par.* 2. 3. pag. 24.

1213.

1214.

1214. fecit compositionem mense Octobri episcopatus septimo inter Galterum & Johannem nepotes suos ex una, & ex altera parte inter Ferricum de Palefel & Mariam ejus uxorem matremque supradictorum, quae antea uxor fuerat Johannis fratris Petri, supra dotatum Mariae. Discordantes canonicos sancti Marcelli & Philippum

matricularium canonicum Parisiensem, de commutatione sex denariorum de censu eodem anno conciliavit. Inita cum paroco de Magniaco transactione, jus parochiale mense Dec. concessit monasterio Portus regis, quod mense Martio in abbatiam Vallibus Sernaii subjecit, abbatibusque ibi instituit. Eodem huic parthenoni ab ipsa institutione factas donationes confirmavit. Delegatus a rege Philippo, qui cum Guarino Silvanecensi episcopo inquireret qualiter ecclesia consuevit defendere cruce signatos, nonnulla simul statuerunt observanda mense Mart. Jus parochiale concessit abbatie S. Antonii Parisiensis in totam familiam, hospitalesque infra domum ambitum commemorantes, anno 1215. episc. septimo. Ordinavit eodem anno statuta pro dignitate cancellarii. Latiacenses monachi a Petro electi confirmationem & abbatibus benedictionem dati an. 1215. literis poposcerunt. Cum Stephano Novionensi arbiter fuit anno eodem mense Octob. capitulum Magdalenense inter & Ursionem de Merevilla. Cum E. archidiacono & M. decano sancti Marcelli arbiter electus ortam inter decanum & presbyterum S. Germani Autissiodorensis super nonnullis articulis controversiam diremit mense Decembri 1216. Huic anno eodem concessit rex Philippus quidquid habebat apud Cons & Riviniacum, declaravit mense Martio Petrum episcopum a monachis sancti Dionysii coram alio iudice praeter se trahi non posse super molendinis & aqua S. Cloaldii. Rectori hospitalis S. Thomae de Lupara fecit potestatem capellae extruendae & coemeterium habendi anno 1217. Dedit eodem anno chartam de decimis de Montefermoli. Conventum cum Henrico abbate S. Dionysii mense Martio. Hominibus de Chalo concessit, ut in septiimana iisdem privilegiis gauderent, quibus in septimana regis. Quintam influit in ecclesia S. Stephani de Grestibus praebendam & bonis ab Anselmo de Savini cantore Magdalenensi legatus an. 1217. mense Aprilii, episcopatus decimo. In capella leprofarum de Rosulo recens exstructa presbyterum mense eodem influit. Hoc autem anno Parisios accesserunt septem sancti Dominici alumni, qui in locata & conducta iuxta majorem ecclesiam domo manserunt, sed anno seq. donum compararunt a Johanne S. Quintini & ab universitate Parisiensi, ubi manere coeperunt die 6. Augusti anno 1218. qua ex domo, ubi capella in honorem S. Jacobi innox exstructa est, nomen Jacobinorum, non Luteciae solum, sed in tota obtinuerunt Gallia, interimque ad sacra faciendam mortuosque & fratribus sepeliendis utebantur ecclesia sanctae Mariae a Campis, quae quondam prioratus Majoris monasterii, nunc est conventus virginum carmelitarum S. Therasiae. Anno 1218. ecclesiae S. Germani Autissiodorensis plateam quandam apud Parisios mense Junio concessit Petrus. Ecclesiam de Noisicam ab ecclesia de Succico ecclesiam donavit capitulo Parisiensi. Plures pluribus ecclesiis a Galtero de Silvanecis factas donationes approbavit. Canonicis quoque Victorinis confirmavit quotquot eis dona contulerant praecedentes episcopi & canonici Paris. Factam de novalibus

1215.

1216.

1217.

1218.

ANNI  
CHRISTI

Ch. cxvi. col. 81.

*Spiral. rom.* 6. p. 466.

*Hist. Par.* 1. 1. pag. 601.

*Hist. Par.* 1. 3. p. 97.

*Hist. eccl. Par.* 1. 2. pag. 154.

*Hist. Par.* 1. 3. p. 41.

*Hist. eccl. Par.* 1. 2. pag. 262.

*Hist. Par.* 1. 3. p. 62.

*Hist. eccl. Par.* 1. 2. pag. 264.



ANNI  
CHRISTIChart.  
CXVIII.  
col. 89.

diecefis Parisiensis inquisitionem cum Stephano decano ratam habuit. Militiæ autem sanctæ nomen una cum pluribus optimatibus & prælati profectus anno 1217. teste Alberico, in Ægyptum ad expeditionem sacram profecturus, testamenti hoc mensē tabulas confecit, quibus plurima ecclesiæ & pauperibus legavit. In feilo B. Johannis iter arripuisse tradit Guillelmus Brito: attem in chartulario S. Victoris chartam dedisse legitur mensē Julio de donatione facta crenobio Victorino a Ferrico de Maciaco assensu Basilicæ uxoris, cujus testamenti executores Petrus noster constituit Ferricum de Palefel, W. de Vallegrinosi: & in chartulario Portus regis donationem factam abbatissæ & monialibus a Mathæo de Meudun confirmavit mensē eodem. Denique omnes ad unum quotquot de Petro scripsere auctores conveniunt Petrum apud Damiatam mortem oppetisse, at de anno mortis ejus dissident. Hanc ad annum 1220. continuator Mariani chronici, Guillelmus Nangius & Robertus Autissiodorensis perperam assignant: Parisiensis enim sedes vacare dicitur mensē Januario 1219. qui & 1220. in chartulario Portus regis. Jacobus a Vitriaco illius meminit libro tercio historiæ orientalis ad annum 1218. ubi ait: *Parisiensis, Gerundenfis, Hungariensis episcopi mortui sunt in subulo Damiatæ. At obsidio Damiatæ diuturna fuit, quippe quæ ante mensē Augustum cepta, non nisi mensē Nov. anni sequentis capta urbe finita est: itaque vero videtur similis Petrum anno 1219. e vivis sublatum fuisse, cum nulla ratio persuadeat tam longum tunc fuisse interpontificium. Corpus procul dubio Parisios delatum fuit, sepultus enim dicitur Petrus pone majus altare eccl. Paris. tumuloque inscripta, quæ præ vetustate legi non potuerunt verba. De eo in necrologio Victorino: *Idibus Decembris anniversarium solemne pia memoriæ venerabilis patris domini nostri Petri Parisiensis episcopi, de cujus beneficio habuimus XL. libras ad emulos reditus, & bibliothecam 18. librorum. Habuimus etiam de ejus capella cosulam, dalmaticam, & tunicam, & quadam alia. Habuit præterea de ipsius beneficio elemosyna nostra ducentas libras ad emulos reditus, de quibus in die anniversarii ejus mille pauperibus distribuuntur mille panes, qui fieri possunt de octo sextariis bladi, & mille attertia. Dedit & ipsi abbatia novah in parochia de Cons, quæ pertinet ad donationem suam.**

D E  
SIGNELAT.

## LXXVI GUILLELMUS II.

Italia Jære  
rom. 1. pag.  
165.

1219.

Guill. Brin  
Philipp. lib.  
12.

Cum audissent canonici Parisiensis ecclesiæ Petrum in obsidione Damiatæ obiisse, magna inter eos de subrogando successore dissenso fuit. Postulatus tamen ab eis Aldobrandinus Cajetanus presbyter cardinalis tituli S. Sufannæ, canonicus ecclesiæ Parisiensis, qui electioni assensum præbere noluit, ut dicimus ex epistola 712. Honorii data anno iv. id est 1219. aut 1220. decano & capitulo Parisiensis, ut alterum sibi eligerent episcopum. Restauratus igitur comitis, nominatus est æquibuldam canonicis atque etiam confirmatus Galterus Cornut, Henrici Clement Franciæ mariscalii ex sorore nepos, clericus regum Philippi

& Ludovici, qui postea decanus Parisiensis & Senonensis archiepiscopus fuit. Hanc autem cum minus idoneum reperisset Honorius, eo quod, ut quidam dicunt, partes Francorum sustinisset contra voluntatem domini pape, de plenitudine apostolicæ potestatis Guillelmum Autissiodorensis episcopum virum toto ore celeberrimum ad cathedram Parisiensem transtulit 1v. calend. Martii pontificatus anno 1v. Guillelmus primum renitum summum pontificem rogare, ut eum ab hoc munere excusaret: at cum nihil proficeret, Romam ipse, ne cogreretur, ardentissima æstate circa festum S. Johannis B. profectus est. Neque tamen sic evicit: jussus enim est cathedram admittere, atque ita Parisios translatus est. Guillelmus itaque filius Burchardi domini de Sillignaco in pago Autissiodorensi, & Eleonoræ filie Andree de Montebardo, nepos ex sorore Guidonis de Noeris archiepiscopi Senonensis, & frater natu minor erat Manassis episc. Aurelianensis, non autem ut perperam Demochares & alii, Hugonis Senonensis, cujus germanus erat Guillelmus alter de Tociaco præful Autissiodorensis. Guillelmus vero noster his ortu parentibus, militiæ primum a patre destinatus, Guidoni id ita postulanti melioribus consiliis erudiendus traditur, a quo thesaurarius & archidiaconus Pruviniensis factus est; tum abiens Autissiodorensis decanus a canonicis renunciatus: canonicum quoque Cameracensem fuisse, ut erant illorum temporum mores, tradit Carpentarius. Demum Senonensis & Nivernensis reclusus episcopatus, Autissiodorensis non defugit, qua quidem in dignitate quam præclare fe gesserit, qua discipule ecclesiasticæ observantissimus fuerit, quanta æsoloritate pravus quæ in ecclesia Autissiodorensis irreplebant consuetudines everterit, piasque & bonas induxerit, acta episcoporum Autissiodorensium testantur. Tanta viri virtute permotus Honorius vacanti Parisiensis ecclesiæ, quæ Petro apud Damiatam defuncto per eligendi scissuram aliquandiu laboraverat, Guillelmum renitentem utique & invitum præfecit 1v. cal. Martii anno 1219. seu ut nunc computamus 1220. Elemosynam a Petronilla Arvernensi abbatia de Portu regio factam laudavit anno eodem mensē Decembri, aliæque a Guillelmo de Clasiaco iisdem anno & mensē. Presbytero sancti Nicolai a Campis concessit, ut defunctorum corpora, quæ in curia S. Martini prius sepeliebantur, cum jam non sufficeret propter multitudinem populi illius parochiæ, in platea quadam a monachis donata sepelirentur, quam in cœmeterium benedixit mensē Martio. Furnum apud Charro-nam monachis S. Maglorii donatum confirmavit anno 1221. mensē Augusto. Insequenti, ut apud Guillelmum Nangium, ab abbatia S. Antonii Parisiensis, moniales Cistercienses apud Autissiodorum in loco qui Cella dicitur collocavit. Johannem & Aubertum de Andrefello cum canonicis de Campellis discipantes conciliavit mensē Julio. Compositionem factam inter archidiaconum Parisiensem & canonicos beatæ Mariæ Corboliensis confirmavit mensē Septemb. 1222. *Eadem longanimitate & constantia qua frater ejus*

ANNI  
CHRISTIHist. Camer.  
part. 1. pag.  
419.

1220.

Hist. eccl. Paris. 1. 2.  
pag. 270.

1221.

1222.

Labb. lib.  
rom. 2. pag.  
494.

ANNI  
CHRISTI

*Manasses Aurelianensis episcopus, ut habet historia pontificum Autissiodorensium, adversus regem regisque missas ecclesie jura profectus, controversias que usque tunc metu regio per episcoporum dissimulationem remanserant indecise, tum quod jus quoddam quod ecclesia in castello regis de parvo ponte scilicet habere debebat, tum super hails apud Campellus a domino rege factis, tum super justitia mensuris de territorio quodam apud S. Victorem, quod srodum Clausium Brunelli dicitur, ad concordem concordantiam per compositionem redegit: cujus obtentu rex Philippus, qui tunc agebat in sceptris, redditus annuales viginti librarum Parisiensis moneta episcopo ejusque successoribus, & eorum solido capitulo in perpetuum assignavit, instrumeto dato*

Ch. cxxii.  
col. 93.

1223.

*Meleduni anno 1222. mense Januario. Memorat deinde eadem historia a Guillelmo, cui scholasticorum emendationem Philippus rex delegaverat, repressam quorundam audaciam, qui noctu latrocinia, caedes, aliaque flagitia impune perpetrare audebant, redditiisque quorundam animadversione urbi & civibus securitatem. Confirmavit mense Maio donationem factam Victorinis per Ferricum de Maciaco militem, factas itidem monialibus de Portu regio a Mattheo de Mallico largitionem mense Junio ratis habuit. Nominatur inter episcopos qui ad concilium adversus Albigenes habendum Parisiis congregati Philippi Augusti exequiis interfuert mense Julio. Animam & ipse emisit die festo S. Clementis mense Novembri apud S. Clodoaldum prope Parisios, sepulture mandatus in abbata Pontiniaci eodem anno, sacris operante abbate Petro. Ejus epitaphium his verbis scriptum legitur in ejus tumulo:*

Cuv. Hand.  
t. vii. col.  
236.Aned. t. 3.  
col. 1246.

*Laudibus immensis reverendi Parisiensis  
Præfult, hæc fossa Guillelmi continet ossa.*

*De Guillelmi obitu hæc habet historia Autissiodorensium episcoporum: Is cum Parisiensi cathedra tribus annis & fere dimidio bene & laudabiliter præfuisse; & tranquilla omnia fere, excepta causa scholarum, qui jurisdictioni ecclesie sue & cancellarii in quibusdam se emancipare volebant, quædam sibi metipsis auctoritate privata statuta condentes, ac sibi jus condendi hujusmodi in præjudicium episcopi & cancellarii, ut credebatur episcopos, attribueret laborantes: chronica tandem quartana fractus valetudine, ex quo frater suus Manasses sæpeditus de hac vita migraverat, demum cum jam convalescere videretur de quartana, febre correptus continua licet leuta, domi sue disposuit, veluti illa agritudine consummandus. Vocatisque pridie quam defingeretur majoribus de capitulo suo apud sanctum Clodoaldum villam episcopalem, ubi decumbere infirmus, virisque religiosus, abbate videlicet sancti Victoris, domino Radulfo de Hospitali, sociisque assistentibus, mortis sue diem prædixit, & apud Pontiniaciam locum Cisterciensis ordinis, ut ad majores suos, qui ibi tanquam loci summatores dormiunt, se tumulari præcepit; ac sequenti de divinis omnes qui astant infirmans eloquii, sequæ eorum orationibus recommendans, canonicos etiam presentes ecclesie Parisiensis sedulo ad concordem electionem exhortans, colloquendo inter manus religiosorum extremum emisit*

*spiritum, ut de die mortis sue prædicentis veritas probaretur. Sicque apud Pontiniaciam, prout præceperat, deportatus, & tumulatus in capella beati Thoma martyris ante principale altare beato in Domino sine quievit. Mortuus est autem in festo beati Clementis apud S. Clodoaldum, de quo jam supra diximus, anno Domini M. ccc. xlviii. regnante Ludovico circa initia regni sui. Sedit vero in episcopatu Autissiodorensi circa tredecim annos & dimidium, Parisiis vero circiter tres annos & dimidium fere sub Romanis pontificibus Innocentio III. & Honorio III. regnantibus in Francia Philippo & Ludovico, de quo superius fecimus mentionem.*

*B* Vide chronicon Belgicum & Turonense, memoriale historiarum S. Victoris, Vincentium Belvacensem libro 31. capite 24. ubi Guillelmus dicitur libertatis ecclesie defensor mirabilis, Bzovium & menologium Cisterciense.

## LXXVII. BARTHOLOMÆUS.

*Ex decano Cariotensi propter eminentem canonum scientiam vitæque sanctitatem Parisiensis renunciatus antistes mense Decemb. ut conjectant nonnulli, ab Honorio III. Romæ consecratus fuit Bartholomæus die Paschæ anni 1224. ex regestis Vaticanis. Hic ille namque est Parisiensis episcopus, quem una cum Alexandro de Stavenby episcopo Conventrensi & Lichefeldensi a summo pontifice consecratum tradit Thomas Cheltesfeld canonicus Lichefeldensis: hanc eisdem ordinationem ad annum 1225, quo Pascha incidebat in diem 30. Martii assignat Thomas, sed in hoc errasse nullus dubitat Henricus Warthon, ubi annotat annum 1224. quo Pascha cum die 14. Aprilis concurrebat, ab omnibus designari. Et certe hoc anno jam præerat Bartholomæus, qui una cum G. archidiano Briæ electus arbiter fuit querelam inter Petrum Meldensem episcopum & Th. comitem Campaniæ mense Septembri. Decimam*

Chron. Alber.  
t. 1. p. 511.Arghe sac.  
tom. 1. pag.  
478.Hiden pag.  
477.  
1224.

*D* ab Hugone de Joiaco monialibus de Portu regio assignatam dedit mense eodem. Terminavit que inter decanum & presbyterum sancti Germani Autissiodorensis suborta fuerant super diversis capitibus dissidia. Dedit mense Januario litteras pro matrimonio contrahendo inter homines suos & feminas capituli. Ratis habuit mense Martio venditionem a Johanne de Buxeria milite factam in feodo de Confluentio. Dedit chartam pro arbitrio inter Amalricum de Meulento militem & capitulum Parisiense mense Aprilis 1225. Eodem approbat institutam in ecclesia S. Honorati prebendam. Quædam emittit a Theobaldo de Buxeria mense Maio. Capelle de Chioisio de tracta: ab ecclesia de Theodasio de consensu abbatis S. Germani a Pratis jura parochialis ecclesie mense eodem attribuit. Fidelis & amicus Ludovici VIII. regis constituitur ejus testamenti executor cum Carnotensi & Silvanectensi præfultibus mense Junio. Confirmavit mense Dec. substractas a Guillelmo decessore de proventibus decanatus S. Germani Autissiodorensis 28. libras Paris. Memoratur eodem anno in instrumeto de cereis, quos debet episcopus cancellario, succentori & capellano Parisiensibus in die Purificationis ad missam offerendos.

Hist. eccl. sa  
Paris. t. 4.  
pag. 310.Hiden pag.  
399.Ch. cxxvi.  
col. 98.  
1225.Hist. Paris.  
tom. 1. pag.  
602.Hist. eccl. sa  
Paris. t. 2.  
pag. 312.

ANNI  
CHRISTI  
1226.

offerendos. Diocesim suam visitavit anno 1226. Eodem composuit mense Augusto cum capitulo pro matrimonio hominum suorum. Statuta ab Odone pro residentia canonicorum in ecclesia S. Marcelli explicavit mense Octobri & confirmavit. Transiit eodem anno cum monachis S. Faronis pro iure visitationis in prioratu sancti Fiacrii de Gagniac. Litem habuit cum decano & capitulo S. Germani Autissiodorensis de pluribus capitibus, qua ad summum pontificem delata, hic episcopum Aurelianensem, aliosque nominavit iudices qui causam cognoscerent: decanus vero & capitulum voluntati episcopi Parisiensis se committentes, quidquid ordinandum foret ratum se habituros scriptis mense Aprili anno

1227.

1227. litteris promiserunt. Eodem anno Bartholomaeus transegit mense Junio cum capitulo beatae Mariae Corboliensis pro iure visitationis. Ab hac luce Luteciae sublatas, sepelitur in choro ecclesiae Parisiensis, tumuloque inscribitur: *Hic jacet Bartholomaeus (LXXIV.) episcopus Parisiensis, qui obiit XIII. calend. Nov. anno M. CCXXVII. Credo quod redemptor meus vivit, & circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Amen.* Martyrologium ecclesiae Parisiensis illius meminit ad XIV. calendis Novemb. his verbis: *Obiit Bartholomaeus episcopus*

*qui dedit nobis missale in tribus voluminibus & unum ordinarium episcopale, & unam cappam sericam, & unam casulam, & dalmaticam, & tunicam de satino, & albam paratam cum amictu, stola & manipulo.* Ejus elogium legitur tomo 2. Analectorum Mabillonii pag. 608. XIV. cal. Novemb. de carnis ergastulo est egressus venerabilis pater bonae memoriae Bartholomaeus Paris. ecclesiae reverendus antistes: prius autem hujus sanctae ecclesiae canonicus presbyter & decanus, scientia vir illustris, & maxime in iurisque jure, canonico videlicet & legali, plenissime institutus; honestate vitae plurimum commendabilis, & in hujus ecclesiae negotiis exsequendis incessanter attentus, & mirabiliter approbatus dignis effectibus eorundem. Qui cum sibi commissum decanatum officium ita prudenter & laudabiliter administrasset, mox ab illo ad culmen altius, hoc est ad praenotatum pontificatum acclamantibus ipsius meritis est assumptus. Qui etiam huic ecclesiae cappam sericam dedit: & de bonis hujus in parochia de Autou, in loco qui dicitur Bœlotum, XXX. solidi annui redditus sunt acquisiti ab illo, qui praebendam suam illi percipit, anniversario ejusdem episcopi singulis annis persolvendi. Ad idem etiam anniversarium acquisiti sunt XXX. solidi annui redditus apud Bougelou, in illa videlicet terra, quae ad anniversarium bonae memoriae Rad. camerarii fuit emptae: & sic utraque summa XXX. solidorum, LX. scilicet solidi, huic anniversario sunt assignati. Si non sit error in epitaphio, dicendum Bartholomaeum defunctum XIV. calendis Novembris, XII. sepultum fuisse, notatumque in martyrologio & elogio diem quo mortuus, in epitaphio vero diem quo sepultus est.

## LXXVIII. GUILLELMUS III.

'Aureliaci apud Arvernos natus Guillelmus, Tom. V. II.

unde dictus Arvernus, litteris sacris & profanis Luteciae operam dedit, ubi adeo profecit, ut doctorum sui temporis facile princeps, scientiaque, eloquentia & pietate, omnique genere disciplinarum inter magistros academia Parisiensis excellentissimus, vacantem per obitum Bartholomaei Paris. cathedram æmulatorum ambitu major adeptus sit. Quamvis autem vir fuerit liquor ex hoc quod illi in heroico carmine de gestis Ludovici VIII. cecinit elogio poeta illorum temporum Nicolaus de Braia.

*Et tu, quem decorat virtutum schema sophia  
Gratia, quem genitrix & virgo pudica pudicum  
Esse sibi gaudet famulum, quo praesule ridet  
Artibus ingenius vernans urbs Parisiensis,  
Quo festinat eum Avernica fomite felix,  
Gemma sacerdotum, cleri decus, hic ades, aures  
Huc adverte tuas, capitis patiare camenam,  
Praesuloque tui Braiae Nicolaus alumus  
Gaudet, & robur tua gratia conferat illi.  
Plurquam Pierides, plurquam sacundus Apollo  
Conferet ingenio tua gratia sola juvamen.  
Est labor iste gravis: sed, te meditante, laboris  
Hujus onus leviter mea nens perferre valebit.*

Renunciatus est Guillelmus antistes anno tantum 1228. post multorum electionem, inquit Albericus. Hoc autem anno pepigit mense Aprili cum hospitibus de villa Cunei feodi, quibus pratum ad annuale censum dedit. Varia variis mensibus excepit hominia, mense Junio Adami de Vilerstobel, Theobaldi de Buxeria, Johannis de Buxiaco, Guidonis de Andeliaco, Andreae Herlequin, Andreae matricularii, praepositi de Campellis, Hugonis de Marolio, Anfelli de Garlanda domini de Tomonio, Guidonis de Caprosia, relictæ Johannis de Britaniaco, domini de Estenville, Radulphi de Marolio; mense Julio in festo S. Samsonis Theobaldi de Bellomonte, Radulphi de Silvanectis, Matthæi de Monmorencio, Petri de Bitisiaco, Willelmi Barbata, Gilonis de Versaliis; die Lunæ proxima post ramos palmarum decani sancti Thomæ de Lupara, Andreae de Ciconioliis, W. de Bretenii, W. Boveneti, Johannis de Garges, Guillelmi filii Radulphi de Piesfeio. Ortum inter decanum ecclesie Parisiensis & presbyterum sanctæ Marinae super quibusdam censibus litem finivit anno 1228. Cause quam Bartholomaeus decessor cum decano & capitulo S. Germani habuerat de collatione praebendarum S. Honorati aliique capitibus summus pontifex Ardengun canonicum Papiensem judicem nominavit, cujus arbitrio Guillelmus defuncto Bartholomæo, & canonicis statutos se promiserunt die 14. Jan. Ardengun autem controversæ capitibus sedulo expensis, de iis iudicium tulit mense Apr. quod ad majorem intelligentiam interpretatus est ante festum natiuitatis B. Johannis Baptistæ. Contentiorem inter cantorem & capitulum B. Mariae Corboliensis super nonnullis articulis ordinavit Guillelmus Sabbato ante ramos palmarum anno

ANNI  
CHRISTI

Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 319.

\* Carro-  
milia.

1228;

Savant 1. 1. 1.  
pag. 429.

Hidem pag.  
314.

Hidem pag.  
315.

G

1228. hancque elucidatam confirmavit anno  
 1230. Fratribus de ordine Vallis scholarium facultatem indulgit domus extruendæ, ecclesiæque ædificandæ in parochia S. Pauli mense Octobri anni 1229. hincque conventus sanctæ Catharinæ Vallis scholarium repetas originem. Circa id tempus dedit fratribus ordinis sanctissimæ Trinitatis una cum capitulo ecclesiæ & domum S. Mathurini Parisiensis, unde postea Mathurinienses dicti. Id testantur litteræ anno 1230. in capitulo generali scriptæ. P. abbas S. Victoris dedit Guillelmo episcopo petenti mense Aprilis anni ejusdem peciam terræ in Cardoneto sitam, ad ædificandam capellam sancti Nicolai. Franciscani locum cum domibus situm in parochia sanctorum Colmæ & Damiani, quem tanquam hospites habitarent, obtinuerunt ab abbate sancti Germani, ut testatur Guillelmus litteris mense Maio datis. Litem habuit cum monachis sancti Germani pro finibus aquæ prope villam Separæ, pro qua terminanda elegerunt arbitros, quorum sententiam ratam habuit mense eodem. Cum Petrus Britannicæ comes a rege defecisset, societatemque cum Henrico Anglorum rege inisset, eo Ludovicus rex misit Guillelmum, qui Armoricæ proceres in fide regis retinuit, & in societatem belli recepit, & cum aliis prælati & magnatibus definivit Petrum balium Britannicæ amisisse, ab ejusque fide absolutos barones, judicio dato in caltris juxta Ancenisum mense Junio. Nominatur inter executores testamenti Matthei Montmorenciaci Franciæ constabularii VIII. cal. Decembris hoc anno defuncti.
1231. Victorinus exhibuit anno 1231. acceptas a Gregorio IX. litteras, quibus inhibebat summus pontifex, ne quis Victorinus extra domum vellem aut vitæ normam mutaret, & delinquentes absolvi. Venditionem factam monachis Fossatensibus mense Maio approbavit. Tanta erat ejus prudentiæ ac pietatis opinio, ut monachi Latiniacenses imminenter sui abbatis Gaufridi mortem prospicientes, decreverint communibus votis non alium ei subrogare, nisi quem eligere vellet Guillelmus, qui ex hac sibi a Latiniacensibus data licentia nullum deinceps damnium ipsos passuros significavit datis anno 1231. mense Martio litteris. A presbytero ecclesiæ de Beßilo recepit an 1232. fidem pro cessione juris parochialis in prædictam ecclesiam. Novam basilicam sancti Antonii de Campis cum Guillelmo Cameracensi & Petro
1233. Meldensi episcopo dedicavit die 2. Junii 1233. Recens electum S. Maglorii confirmavit anno 1234. & approbavit transactionem iustam inter abbatem capiceriæque S. Maglorii & priorem S. Bartholomæi, presbyterum illius ecclesiæ & parochianos. Divisit eodem anno mense Julio capellam de Crona ab ecclesiâ de villa S. Georgii, statuitque ut prædicta capella fieret deinceps matrix ecclesiæ. Ratam habuit anno 1235. donationem factam ecclesiæ Hermeriarum a comite Trecenti. Eodem anno procuracionem sibi debitam a priore sancti Nicolai de Aceyo dimisit. Consensit mense Januario ut abbas & conventus Vallis beate Mariz ab ipso tenerent quindecim libras Parisienses in transverso de Confluentio in

ANNI  
CHRISTI  
Sæculi 1. 1.  
pag. 325.

1229.

1230.  
Hidem pag.  
327.  
Hidem.

Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
215.

Hist. ecclesie  
Paris. 1. 2.  
p. 313.  
1235.

- A ipsius feodo. Altare intra fines parochiæ sancti Laurentii a presbytero absque consensu monachorum sancti Martini a Campis constructum scit reinoveri mense Martio. Pæpigit anno 1236. cum abbate sancti Germani pro bonis Eilandii presbyteri. Missus cum P. Meldensi a concilio provinciæ, obtinuit a rege pignora capitulorum Senonensis, Aurelianensis & Autissiodorensis, quæ rex pro exercitu tenebat anno 1237. mense Junio. Eodem anno die festo S. Laurentii adhibuit consecrationi Petri de Colle medio archiepiscopi Rotomagensis, & die Jovis ante nativitatem B. Mariæ virginis interfuit cum archiepiscopo Remensi & Adamo episcopo Silvanensium concordia: iustæ inter Petrum Rotomagensis archiepiscopum & capitulum ac canonicos sancti Mellonis Pontifarentis, qui archiepiscopo Rotomagensi prius obedire recitabant. Ecclesiam de Oratorio ad monachos Fossatenses pertinere falsus est eodem anno exeunte. Agitatum jam anno 1235. in cenobio Dominicanorum de pluralitate beneficiorum quæstionem retraxit in eodem loco an. 1238. Guillelmus coram celebri magistrorum ac doctorum virorum cœtu, & post longam disceptationem numero & auctoritate superior Guillelmi prevaluit sententia, qui tenebat neminem absque peccato mortali posse duo beneficia, quorum alterum quatuordecim libras Parisienses valeret, quæ ad honestam clerici sustentationem tunc sufficiebant, simul tenere; quam opinionem confirmarunt Hugo ordinis Prædicatorum, postea cardinalis, alique magistri theologi. Eodem anno Guillelmus sigillum apposuit suum litteris manumissionis decani & canonicorum sancti Marcelli mense Octobri. Ordinandum ecclesiæ B. Mariæ Corboliensis servitium Petró & Henrico de Braia presbyteris commisit eodem anno. Insequenti Luteciam delata est spinea Jesu Christi corona, ut narrat qui tum vivebat & aderat
- D Galterus Cornut archiepiscopus Senonensis in opusculo quod de hujus susceptione scripsit. Huic autem cum clero obviam ivit Guillelmus, qui mense Julio concessit ut moniales Portus regis avenam ipsi donatam in manu mortua possiderent. Licentiam datam rectori sancti Thomæ de Lupara a Petro episcopo habendi cœmeterium & construendi capellam mense Augusto confirmavit. Pæpigit mense Februario cum abbate Fossatensi pro matrimonii suorum hominum & seminarum. Assensum præbuit capellæ fundatæ ab Adamo Coko in ecclesiâ S. Michaelis supra palatium regis anno 1240. mense Jan. Fossatensi abbati coram Guillelmo episcopo ultro confessus est Theobaldus se servum esse ecclesiæ Fossatensis ejusque dominio subiectum mense Aprilis 1241. Pæpigit iisdem anno & mense Guillelmus cum monachis S. Martini a Campis pro presbytero capellæ leproforum extra Luparam. Circa id tempus magnificum illud S. Capellæ regalis palatii sacellum a sancto Ludovico constructum & dotatum ad collocandas sanctuarum Crucis, Coronæ, aliaque reliquias, quas, consentiente Balduino imperatore, Ludovicus Veneticis pignori obligatus magna pecuniâ summa redemit diplomate scripto

ANNI  
CHRISTI

1236.

1237.

Spicileg. 1.  
21. p. 370.

1238.

Thomas Com  
turtur lib. 1.  
de apibus 1.  
19. n. 3.

- C peccato mortali posse duo beneficia, quorum alterum quatuordecim libras Parisienses valeret, quæ ad honestam clerici sustentationem tunc sufficiebant, simul tenere; quam opinionem confirmarunt Hugo ordinis Prædicatorum, postea cardinalis, alique magistri theologi. Eodem anno Guillelmus sigillum apposuit suum litteris manumissionis decani & canonicorum sancti Marcelli mense Octobri. Ordinandum ecclesiæ B. Mariæ Corboliensis servitium Petró & Henrico de Braia presbyteris commisit eodem anno. Insequenti Luteciam delata est spinea Jesu Christi corona, ut narrat qui tum vivebat & aderat

Hist. Paris.  
1. 3. p. 14.

1239.

- D Galterus Cornut archiepiscopus Senonensis in opusculo quod de hujus susceptione scripsit. Huic autem cum clero obviam ivit Guillelmus, qui mense Julio concessit ut moniales Portus regis avenam ipsi donatam in manu mortua possiderent. Licentiam datam rectori sancti Thomæ de Lupara a Petro episcopo habendi cœmeterium & construendi capellam mense Augusto confirmavit. Pæpigit mense Februario cum abbate Fossatensi pro matrimonii suorum hominum & seminarum. Assensum præbuit capellæ fundatæ ab Adamo Coko in ecclesiâ S. Michaelis supra palatium regis anno 1240. mense Jan. Fossatensi abbati coram Guillelmo episcopo ultro confessus est Theobaldus se servum esse ecclesiæ Fossatensis ejusque dominio subiectum mense Aprilis 1241. Pæpigit iisdem anno & mense Guillelmus cum monachis S. Martini a Campis pro presbytero capellæ leproforum extra Luparam. Circa id tempus magnificum illud S. Capellæ regalis palatii sacellum a sancto Ludovico constructum & dotatum ad collocandas sanctuarum Crucis, Coronæ, aliaque reliquias, quas, consentiente Balduino imperatore, Ludovicus Veneticis pignori obligatus magna pecuniâ summa redemit diplomate scripto

Du Chesne  
tom. 3. pag.  
407.

1240.

Hist. ecclesie  
Paris. 1. 2.  
pag. 363.

1241.

ANNI  
CHRISTI

apud S. Germanum in Laia mense Junio. Recognovit mense Augusto procuracionem, quam ipsi Fossatenus abbas apud Nobiliacum exhibuerat, esse de gratia speciali. Compositionem inter presbyterum de Oratorio & monachos Fossatenis initam approbavit die Sabbati festo S. Laurentii. Hugoni abbati Præmonstratensi scripsit die Mercurii festo S. Dionysii pro componenda ecclesia Præmonstratensi cum Saxonis præpositis. Eodem anno litteris testatus est Margaritam Ludovici IX. uxorem sigillo suo permisisse, ut tenorem suum obtineret regis testamentum. Commutationem fecit anno 1243. mense Aprili cum Victorinis ad ecclesiam S. Nicolai in Cardoneto construendam, cujus ab hoc tempore huic episcopo initia sunt tribuenda. Monachis sacri Portus oratorii proprium intra parochiam sancti Gervasii mense Junio concessit. Instituit eodem anno mense Octobri septem canonicos presbyteros in capella domus episcopalis, qui missam singulis diebus celebrarent, precesque diu ac noctu facerent. Fundatam eodem tempore in capella sua præbendam approbavit. Magistros quosdam anathemate percussit, qui in errores inciderant, quos descriptos habes in bibliotheca Patrum. Arbitr electus in controversia orta inter conventum de Valle S. Mariæ & fratres de Menello Grandimontensis ordinis propter sepulturam Burchardi domini Monnorenscis, dispositioni Isabelle ejus relicte standum definit mense Februario. Ludovicum Ludovici regis primogenitum vi. cal. Martii sacris baptismi undis abluvit. Capellam apud Clamardum de assensu monachorum S. Martini a Campis construendam mense Martio permisit. Regi Ludovico in extremis posito mense Dec.

1243.  
Hist. eccl. Paris. t. 2.  
pag. 327.Chart.  
c. xxxix.  
col. 105.Sewel t. 3.  
pag. 57.Prov. Hist.  
Monnoren.  
pag. 99.

1244.

anni 1244. adfuit, petentique crucem tradidit, qua accepta, rex Jerosolymitanam expeditionem in manibus episcopi voluit. Emit a Simone de Maciaco octo modios bladi in decima de Maciaco an. 1245. mense Junio. Eodem anno erat apud D

Bibl. Chn.  
pag. 1666.

1246.

Guillelmo mandavit Innocentius IV. xlii. cal. Julii pontificatus IV. ut regem reginamque morderet bona hereticorum a regis ministris non capienda. Confirmavit mense Augusto pacem initam inter decanum, capitulum Parisiense, priorem de Diogilo, & magistrum domus Dei de Gonesis ex una parte, abbatemque & conventum sancti Dionysii ex altera. Substractas a decessoribus de relictibus decanatus S. Germani Autissiodorensis 28. libras Parisienses confirmavit mense Decembris. Una cum aliis a summo pontifice delegatus Egidium Senonensem archiepiscopum an. 1247. citavit ad respondendum super nonnullis capitibus. Initium inter canonicos sancti Germani Autissiodorensis & sancte Opportunæ pactum super ecclesia S. Opportunæ confirmavit mense Januario. Commutationem fecit mense

Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
37.

Tomus VII.

Maio 1248. hominis sui cum femina capituli. Quorundam Talmudicorum librorum condemnationi assensit iisdem anno & mense. Probavit mense Junio cessionem quam fecit Milo de Corbolio canonicus capitulo Parisiensi. Sed nec omittendum quod de Guillelmo refert Thomas Cantipratensis, illum noluisse in usum suum convertere tria millia drachmarum ipsi pertinentium ex hereditate cujusdam canonici Parisiensis divitis, qui decesserat intestatus, eamque pecuniam jussisse in usus pauperum erogari. Albericus ad annum 1225. scribit ab eo monasterium filiarum Dei in vico Dionysiano inceptum fuisse, priusquam fieret episcopus, pluresque mulierculas ejus dictis a prava conversatione ad meliorem frugem rediisse. Guillelmus tot exantians laboribus, postquam rem ecclesie suæ egregie & naviter gestisset, vitam cum morte commutavit feria tertia majoris hebdomadæ anni 1248. Sepultus ad Victorinos in capella sancti Dionysii sub hoc epitaphio ari insculpto:

*Conditus hic recubat fatali sorte Guillelmus,*

*Parisi pastor qui gregis aptus erat.*

*Repperit illustrem caelesti munere famam;*

*Quam nequit in tanto mors abolere viro.*

C

In tabula vero marmorea legitur: *Hic situs est Guillelmus Paris. episc. Arvernus patr. scriptis clarus, qui episcopatu se abdicans, meliorem oppetiturus mortem, huc secessit. Obiit pridie cal. Martii \* anno*

*Domini M. CCXLVIII. Martyrologium ecclesie*

*Parisiensis illius meminit his verbis: Calendis*

*Aprilis A. D. M. CCXLVIII. feria III. post ramos*

*Pulmarum obiit bona memoria Guillelmus Parisiensis*

*episcopus, qui dedit nobis ad opus anniversarii sui*

*in ecclesia nostra celebrandi tres modios hibernogii*

*ad mensuram Parisiensem annui redditus de octo modis*

*bladi, quos acquisivit super totali decima de Maciaco,*

*& emit a domno Simone tunc domo ejusdem*

*ville, percipiendos annuatim infra festum B. Martini*

*hyemalis, cujus Simonis totalis dicta decima erat,*

*& tenebat eam in feodum ab episcopo Parisiensi.*

*Præter hæc sciendum est quod dictus episcopus dedit*

*nobis in morte sua duas cappas sericas brodadas,*

*habentes imagines pretiosas & magni pretii, & tres*

*pannos baldequinos, de quibus facta fuerunt tres*

*cappæ. Dedit etiam nobis capellam unam integram,*

*casulam, dalmaticam, tunicam & duas albas*

*paratas, quarum una erat tota serica, stolam, mitram,*

*manipulum, baculum pastoralæ, & anulum &*

*phialas argenteas, in quibus reponitur chrisma, &*

*etiam alia duo vasa cum chrismate, & cathedram*

*ferream, duo tapeta, & tres quatuordecim de corio*

*brodadas, & quoddam vas de lapidibus pretiosis &*

*argento deauratum cum reliquijs sanctæ Elizabeth,*

*& quibusdam capillis B. Mariæ virginis, & campanam,*

*quæ dicitur campana Guillelmi. Præter hæc*

*idem episcopus diu ante mortem suam applicuit*

*luminare in pluribus & diversis anni festivitibus.*

*Statuit etiam quod in missa mortuorum accendatur*

*duo cerei, cum unus tantum consueffet accendi. Ad*

*eundem diem hujus quoque meminit necrologium,*

*sed utrunque & martyrologium &*

G ij

ANNI  
CHRISTI  
1248.J. 2. cap.  
55.

ANNI  
CHRISTIHist. eccl. fra  
Paris. t. 2.  
pag. 372.

necrologium claudicat: feria enim tertia majoris A hebdomadae non incidit anno 1248. in calendis Aprilis, sed 111. cal. Aprilis, cum Pascha, a quo sequens annus apud nos trates ducebat tunc initium, acciderit pridie nonas Aprilis, quod melius convenit cum necrologio sancti Victoris, in quo anniversaria illius memoria fit pridie cal. Aprilis, quo die ejus corpus humo mandatum. Paulo post ejus obitum Radulfus quondam abbas S. Victoris, Raimundus & Henricus canonici Parisienses, executores ejus testamenti tres modios bladi de decima de Maciaco capitulo Parisiensi pro ejus anniversario, sicut mandatum eis a Guillelmo fuerat, assignaverunt mense Aprilis anni 1249. B Plura circumferuntur ejus opera, quae demonstrant plenissime fuisse doctum, ut de illo referunt Trithemius, Bellarminus libro de scriptoribus ecclesiasticis, Possévinus in apparatu sacro, Gerfo in epistola ad studiosos theologiae Navarroz, Genebrardus & alii. Typis demum edita sunt Aurelianus anno 1674. duobus tomis comprehensa. In editione Veneta an. 1591. Johannes Dominicus Trajanus Neapolitanus magnificum illud Guillelmi elogium contexit: *Fuit is, inquit, cum primum doctus vir, ac quod paucissimis est concessum, acutissimo ingenio, judicio vero peracri, in mathematicis versatissimus, arcanorum natura solertissimus indagator, difficiles locos non perfunctorie tractat, sed refecat ad vivum, nullam philosophiae partem indiscussam reliquit. Platonis, Aristotelis aliorumque philosophorum, in quibus bene sentiunt, nullus sequacior, in quibus male, nemo vehementer iusectator. Si sua nostratum auctorum minus probat, refellit quidem, sed modeste, parcat tamen nomini. Fortiter oppugnat haereticos, antiquiores inquam. Nam de monstruosis quae postea pullularunt haeresibus & irreligionibus ne per somnium quidem suspicari potuit Guillelmus. Illud in eo singulare, quod frequenter quidem rationibus necessariis, saepius autem novo docendi genere, similitudinibus salicet & exemplis popularibus plane quod vult aptissime conficit. Jam vero cum ceteras longo vincat intervallo, in tribus tamen se ipsum etiam vicit. Quod genus liber, qui de Rhetorica divina, & qui de Causis, cur Deus homo, itemque qui de Univerfo scribitur. Quae cum ita sint, mirum pariter & indignum mihi visum est jacere in vanebris oblitum squalore praclarum egregii doctoris thesaurum, nec quemquam repertum vel in Gallia vel pareare vel abrice theologiae & scientiarum, vel abbi, qui Parisiensem antistitem, Gallorum decus & ornamentum, perditum recrearet.*

## LXXIX. GALTERUS II.

Ecclesiae & academiae Parisiense cancellarius anno 1248. Galterus bullam ab Innocentio IV. obtinuit datam Lugduni VIII. calendis Decembris pontificatus anno VI. qua facit potestatem summus pontifex episcopo Parisiensi extruendi capellam in collegio Bonorum puerorum, quorum custodia cancellario erat commissa. Post mortem Guillelmi factus episcopus, electus dicitur & confirmatus mense Jun. 1249. in chartulario Portus regis. Inauguratus procul dubio, obedientiam juravit Giloni Cornut Senonensi archiepiscopo, ipse

DE  
CHATEAU  
THILBERT.ANNI  
CHRISTI

vero hominum ligum Anselmi militis pro castro & castellania Turnonii excepit apud S. Victorem die Lunae post nativitatem B. Mariz, & Johannis fratris Anselmi die Mercurii in octavis B. Mariz anno 1249. Defunctus paulo post ab archiepiscopo Rotomagensi IX. calendis Octobris sepulture traditus est in choro majoris ecclesiae ad pedes Odonis. Haec ejus tumulo inscripta fuere:

*Praful Gualterius (de Chateau Thierry) jacet  
hac sub imagine, verus*

*Catholicae fidei doctor, homoque Dei.*

*Omnibus imbutus virtutibus ipse solutus*

*Est pietate picam cum virginitate . . .*

*Parisius ploret, & opem postoribus altus*

*Plorans impleret, qui fit ut ipse pius.*

## LXXX. REGINALDUS III.

DE  
CORBOLIIS

Parisiensi ecclesiae pastore destituta, varias in partes scissi sunt canonici, quorum alii magistrum Albertum notarium papae, alii Lucam decanum ecclesiae suae elegerunt. Re ad Innocentium IV. Lugduni tum commorantem pro more horum temporum delata, utrumque electum, quia pro neutro steterat majors pars capituli, iustitia sic exigente, exclusit summus pontifex, mandavitque canonicis, ut infra duorum mensium spatium a receptis bullis ecclesiae Paris. de persona idonea providere curarent, sin minus, se ipsum auctoritate apostolica provisurum comminatus est. Electusne sit a capitulo Reginaldus, an vero promotus a papa incertum. Illud tantum constat Reginaldum ecclesiam suam solemniter ingressum esse anno 1250. die Dominica post translationem S. Marini, hic est dies 10. Jul. unde forsitan quis non temere colligat concordem non magis fuisse alteram electionem, quam papa indixerat ad Dominicam secundam post festum resurrectionis Domini, id est, 10. mensis Aprilis, ideoque episcopi nominandi jus ad summum pontificem devolutum, qui Reginaldum propria auctoritate ecclesiae Parisiensi praefecerit. Id autem omne debemus bullae ejusdem Innocentii ad capitulum Parisiense date xv. cal. Martii anno 1250. quae habetur in Pastoralis magno lib. 19. cap. 19. Reginaldus itaque cognominatus *Mignon* in necrologio ecclesiae Corboliensis, vicecomitibus Corboliis editus, quem vetus charta sancti Victoris Parisiensi Burchardo comite Corboliensi natum affirmat, alius filius erat Simonis de Corbolio ex Alisia, quae denata anno 1261. in ecclesia S. Exuperii Corboliensis sepelitur cum epitaphio, in quo Reginaldi mater dicitur, sicut in alio instrumento anni 1260. mense Junio, quo tunc in claustrum morabatur. Scriptori antiquitatum Corboliensium asserit eum habuisse avum Fredericum, fratrem Petri archiepiscopi Senonensis, cujus proinde germanus non fuit Reginaldus, ut quidam volunt, sed bene ex Frederico pronepos. Ex archidiacono majore Remensis ecclesiae ordinatus episcopus ecclesiam suam solemniter est ingressus anno 1250. Dominica post translationem S. Marini. Portaverunt eum nobiles viri beneficiarii episcopi Parisienses, castellanus

1250.

D

E

ANNI  
CHRISTI

scilicet de Lupara, Bartholomæus de Codreio & Guido Lupi pro domino rege, dominus de Caprosia comes Barri excusavit se per litteras suas, & militi militem qui portavit. Paulo post clientelaris fidei sacramentum recepit apud S. Clodaldum a Guidone domino de Caprosia pro castro hujus nominis die Mercurii post octavas translationis sancti Martini. Nominatur etiam testamenti Petri ducis Britannie executor defuncti anno 1250. Ad hunc quoque annum refert Bulazus initia instituti Parisiis ad thermas Julii Cæsaris celeberrimi toto orbe collegii theologi, Sorbonici dicti, a Roberto de Sorbon Cameracensi & Parisiensi canonico, quem valde carum & familiarem sancti Ludovici regis testatur Joivilleus. Hic ad opus exordium a Blanca regina, rege absente, regni administra obtinuit litteras, quarum opem domum instituendis pauperibus scholasticis ordinavit & dotavit. Hanc autem scholam, unde perpetua successione cunctis aliis Europæ academiis præstantissimi ac venerabiles prodire theologi, instauravit, ipsaque ædes cum sacello a fundamentis magnifico apparatu erexit Armandus Johannes cardinalis & dux Richelius regnante Ludovico XIII. Reddita Petro de Lamballe Turonensi electo a Blanca regina regalia cum aliis episcopis testatus est Reginaldus mense Jan. 1251. De consensu capituli permisit mense Aprilis 1252. ecclesiam baptismalem extrui in villa, quæ dicitur *Locus*, juncta prius parochiæ de Joyaco. Eodem anno consularius in parlamento Parisiis habito cum aliis pronuntiavit hospites captos S. Martini Parisiensi priori ejusdem monasterii esse reddendos. Emit decem hostias apud Moissiacum a Guillelmo de Noisement mense Jul. Concilio Parisiis a Gilone Senonensi habito addidit & subscripsit litteris episcoporum ad regem Navarra die Veneris post festum sancti Martini hyemalis. A Blanca regina delectus una cum Guillelmo Aurelianensi & Guidone Autissiodorensi episcopis, qui inquirerent de tallia, quam capitulum Parisiense petebat ab hominibus de Orliaco, declarantur jus penes canonicos esse die Dominica in crastino S. Andreae apostoli. Blanca reginæ viaticum detulit defunctæ Dominica prima adventus. Præbendas sanctæ Opportune divisit in duas mense Jun. an. 1253. eodemque ecclesie S. Germani Parisiensis pauperi & egenæ capellam sancti Leufredi adnexuit, circa quam nonnulla statuit mense Martio. Exceptit die Dominica post festum sancti Jacobi hominum Mathildis relicta Johannis de Versaliis amigeri pro memoribus Versaliarum. Concilii Parisiensis decretum de transferendo Carnotensi capitulo ad Meduntam cum aliis episcopis die Mercurii post festum S. Martini sanxit. An. 1254. mense Oct. quadraginta dies de injuncta penitentia relaxat accedentibus ad ecclesiam S. Maglorii in ipsius festo. Præfens fuit mense Dec. concordie inite inter abbatem S. Victoris & Guillelmum magistrum domus dei de Gonesse. Ortam inter decanum S. Germani Autissiodorensis apud Parisios, & presbyterum S. Eustachii discordiam arberit ab utroque electus terminavit mense Martio. Odo dominus de Borbonio filius ducis Burgundie fidem

juravit an. 1255. die Lunæ post Trinitatem Reginaldo pro feodo castellanie Montilgaii. Idem præstiterit Alicia de Plesseio die Dominica ante Ascensionem, & Guillelmus de Elera pro feodo de Combis mense Junio die Mercurii post festum sancti Johannis Baptiste. Adam Bigne civis Parisiensis dotavit capellaniam hoc anno in ecclesia beate Mariæ, de qua Reginaldus donatione scripsit litteras mense Junio. Emit die Jovis post festum sanctorum Jacobi & Christophori a Guyardo de Bruneyo feodum apud Gentiliacum & in villa S. Marcelli. Homines & feminas de corpore, qui erant in villa Cereris eorumque heredes manumisit, & ab omni jugo servitutis absolvit mense Julio. Eodem Reginaldo Fostatense monasterium in melius ordinare constituenti S. Ludovicus priorem Prædicatorum & guardianum Minorum adjunxit de consensu Fostatensium monachorum, quibusdam Reginaldus abbati & prioribus ad negotia hujus ecclesie peragenda diem dixit Jovis post Exaltationem S. crucis, quam postea disulit in mensem Martium sequentem. Circa id tempus Guillelmum de sancto Amore sacre theologie magistrum, qui librum scriperat pro academia adversus Mendicantes Gregorii apostolice sedis nuncii & auctoritate regis judex delegatus, ab omni culpa immunem contemptum, ac penitus purgatum fuisse declaravit. Habitu est anno eodem in ecclesia Parisiensi provinciale ab Henrico archiep. Senonensi concilium, cui cum Reginaldo interfuerit Guillelmus Aurelianensis, Guido Autissiodorensis, Nicolaus Trecentis episcopi, & electus Meldensis Alermus pro vindicanda cæde R. de Spina cantoris Carnotensis. Librum, cui titulus *Aeternum Evangelium*, ad se ab Academicis delatum, & a E Innocentio IV. & post Alexandro IV. damnandum missum Alexander condemnavit, & abolendum cum schedulis adjunctis sanxit, litterasque ea de re ad episcopum Parisiensem dedit Anagninæ x. cal. Nov. pontificatus primo. Alias eidem nonis Nov. scripsit, ne fratres Minoritæ ex hac condemnatione libelli, quem Johanni Parmensi Minoritæ tributum fuisse constat probrum quamdam & infamie labeclum contraherent. Antecess Reginaldus & dubius quomodo Minoritarum famam servaret, quæsitit a summo pontifice consilium, qui respicit ut cancellarium decemque viros sapientes consuleret, ne infamia inde in ordinem Minorum redundaret. Compositionem fecit cum priore de Villa petrosa mense Octobri. Eodem anno dedit magistro & fratribus domus Dei Parisiensis 42. solidos & 6. denarios Parisiensis capitalis census quos habebat & percipiebat annuatim super domo que fuit Johannis Leschans clerici super Parvum pontem. Reginaldi nomen reperitur subscriptum litteris episcoporum attestantium an. 1255. Ludovicum regem prohibuisse ne Catalaunensis episcopus vexaretur. An. 1256. in vigilia SS. Trinitatis exceptit hominum Bertrandi Arodi civis Parisiensis. Anno eodem Alexander IV. bulla ad episcopum Parisiensem data Anagninæ xv. cal. Julii pontificatus secundo, iudicium in concilio ab episcopis pro Univeritate adversus Mendicantes latum penitus rescidit,

G ij

ANNI  
CHRISTI  
1255.Hæc ecclesia  
Paris. l. 2.  
pag. 49.Hæc ecclesia  
Paris. l. 2.  
pag. 49.Ansp. col.  
l. 1. vii.  
col. 144.Cont. Hist.  
rom. vii. col.  
419.Hæc ecclesia  
Paris. l. 2.  
pag. 418.Hæc Paris.  
l. 2. p. 127.Hæc Paris.  
l. 2. p. 127.Hæc Paris.  
l. 2. p. 127.

1256.

ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI

cunctis dignitatibus & beneficiis privavit Guil-  
 elmum de sancto Amore, Odonem de Douai,  
 Nicolaum de Bar sur Aube, & Christianum  
 canonicum Belvacensem tanquam contentiosis  
 faces, aliis minas intendit, nullamque publicari  
 ab episcopo precepit. Concilio Senonensi anno  
 1256. die Lunæ in vigilia S. Petri ad vincula  
 adfuit Reginaldus, ubi actum de clericis banuitis  
 & Jerosolymam ob occisum cantorem Carno-  
 tensis missus, & subscripsit episcoporum litteris  
 ad Alexandrum papam pro Guillelmo de sancto  
 Amore, quibus aures non præbuit summus ponti-  
 fex; librum enim de periculis novissimorum  
 temporum a Guillelmo conscriptum solemniter  
 condemnavit 111. non. Octob. Turonensique &  
 Rotomagensi archiepiscopis ac Parisiensi episcopo  
 mandavit xii. cal. Novemb. ut hanc publicarent  
 condemnationem. Eodem anno mense Novemb.  
 Reginaldus confessus est propter collatam a se  
 incipio mense Jan. an. 1255. capellam Leprosie  
 de Bondies nolle inde monachorum Fossatensium,  
 ad quos nominare capellanum spectabat, juris  
 quidquam detractum. Acquisivit a Johanne de  
 Nogentis milite & Agnete de Syrouis ejus uxore,  
 necnon a Rogerio de Villadavray quiddam apud  
 S. Clodoaldum habebant mense Martio. Statuta  
 pro canonicis S. Germani Autisiodorensis con-  
 didit anno 1257. Eodem pauperibus scholasticis,  
 bonis pueris vulgo dictis, facultatem impertit  
 exedificandi oratorium in domo, quam de novo  
 edificare Parisius coeperant. Possessiones apud  
 S. Clodoaldum acquisivit a Johanne de Neville  
 sabbato post octavas S. Nicolai hyemalis. Mense  
 eodem præbendarum S. Honorati, quarum quæ-  
 libet ad alendum canonicum satis non erat, nu-  
 merum ad duodecim reduxit, quas episcopus &  
 capitulum sancti Germani alternatim & vicissim  
 conferent. Mense adhuc Decembri Antoniano  
 monasterio in manu mortua attribuit capellaniam  
 ab Alesia quondam abbatisu dotata ea lege,  
 ut episcopus Parisiensis quotannis, tam pro capi-  
 tali censu, quam pro hac concessione 40. solidos  
 reciperet. Plures hoc anno ad episcopum Parisien-  
 sem Alexander IV. pontificatus tertio dedit lita-  
 ras. In prioribus episcopo præcipit ut Domini-  
 cianos contra Academicos ab injuria defendat,  
 hosque moncat Guillelmum de S. Amore, non  
 ob defensionem Academicæ causam, sed ob librum  
 de periculis novissimorum temporum a se in  
 exitium missum; in aliis dat ei facultatem absol-  
 vendi eos qui in negotio Universitatis adversus  
 Mendicantes contumaces fuerint; in aliis signifi-  
 cat Odonem de Duaco & Christianum Bello-  
 vacensem respicuisse, & mandatis pontificiis obedi-  
 entiam spondidisse. Ad hunc quoque annum re-  
 ferenda Cartusianorum Parisiensium initia, quos  
 ex arduis Carthusie rupibus accivit S. Ludovicus,  
 ut eos in suburbani Parisi. collocaret. Primum  
 quidem apud Genetiacum vicum suburbanum do-  
 micilium habuere, tum mutata sede, regium Vallis  
 viridis castrum anno 1259. rege donante occupa-  
 vere, haud procul ab academia Parisiensi, ut indi-  
 cant litteræ regie date anno 1259. mense Maio.  
 Circa id tempus Augustiniani Parisios accessere,

Amplif. col.  
lib. 1. VII.  
col. 146.Hist. ecclie  
Paris. t. 2.  
pag. 178.

1257.

Hist. Paris.  
tom. V. pag.  
604.Hist. ecclie  
Paris. tom. 2.  
P. 417.

ubi primum domicilium in vico veterum Au-  
 gustinensium dicto habuere, alterum in loco  
 de Cardoneto Bernardinis vicino. Demum demi-  
 graverunt anno 1261. in locum, ubi nunc no-  
 mularium majus Augustinianorum visitur. Fun-  
 dantur anno 1258. Carmelite. Eodem anno  
 Amalricus de Rupe magister templi in Francia  
 fervis beate Mariæ de Monte Suario sub regula  
 S. Augustini ab Alexandro IV. nuper approbatus,  
 dedit facultatem habendi coemeterii, extruende  
 ædicule, domusque ordinande ad formam religio-  
 siorum familiarum, modo accederet episcopi consensu,  
 quem dedit Reginaldus mense Augusto 1263.  
 Cum autem albis induti essent hi religiosi, inde  
 inditum vico Alborum mantellorum nomen, quod  
 etiamnum retinet, licet anno 1274. subrogatis  
 cesserint eremitis Guillelmis regulam Benedic-  
 tinam in Monte Rubeo servantibus, quibus  
 sursum erat pannum. Illorum pro pace & quiete  
 nonnulla ordinavit Reginaldus anno 1258. In-  
 sequenti subscripsit litteris episcoporum regi Lu-  
 dovico concedentium, ut quæ ignotis restitute  
 non poterat bona in opera impenderet. Eodem  
 anno rex Angliæ solemniter receptus est in ec-  
 clesia majori cum processione solemnii vi. calend.  
 Decembris. Venerat pro pace inter duos reges  
 reformanda. Nangius in chronico ad an. 1259.  
 memorat ab Isabella S. Ludovici sorore extru-  
 ctum cœnobium humilitatis seu Longi campi juxta  
 oppidum sancti Clodoaldi, ubi sorores minores  
 collocavit. Penitentium absolutionem ablati in  
 negotio Mendicantium de quo supra censuris  
 episcopo Parisiensis commisit Alexander IV. an.  
 pontificatus sexto. Anno 1260. mense Aprili  
 Radulfus archidiaconus & Lucas canonicus a  
 Reginaldo deputati capellam S. Judoci a parochia  
 S. Laurentii distractam assentientibus monachis  
 sancti Martini a Campis parochialem crexerunt.  
 Ecclesiam de Fossis abbati Herivalis concessit  
 mense Maio. Eodem penitentia centum dies  
 relaxavit accedentibus ad dedicationem capelle de  
 Ignacio diocesis Sueffionensis. Quatuor bladi  
 duosque avenæ sextarios, quos annui census ha-  
 bebant super quamdam plateam in vico S. Honorati  
 cessit Ludovico regi ad edificandam domum  
 Cæcorum, qui vicissim ei assignavit mense Junio  
 centum solidos Parisienses percipiendos de redi-  
 tibus præposituræ. Transegit eodem cum Petro de  
 Bruxellis, ceterisque heralibus defuncti Anselmi  
 cantoris sancti Exuperii Corboliensis. Execucor  
 testamenti Petri de Brana comitis Britannicæ  
 concessit mense Junio ut 8000. libras, quas comitis  
 rex causa mutui debebat, in subsidium terre sanctæ  
 impenderet. Agnetem reginæ filiam baptizavit  
 apud S. Germanum in Laia v. idus Aug. Ratam  
 habuit mense eodem ordinationem in ecclesia  
 Paris. factam pro clericis matutinalibus, quibus  
 ipse concessit 25. libras percipiendas super redi-  
 tibus presbyterii S. Nicolai in Cardoneto. Venit  
 eodem anno Corbolum visitationis gratia, ubi  
 cum advertisset canonicos S. Exuperii longe a  
 canonica deservisse disciplina occitanterque rem  
 sacram peragere, præclaras hac de re ordinationes  
 mense Augusto fecit. Convenit cum rege pro

1258;

1259.

1260.

Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
271.Chron.  
CXLIX;  
col. 1111.



ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI  
1266.

1261.

justitia de Turonio mense Decembri. Cum Roberto abbate S. Victoris & Stephano decano sancti Aniani Aurelianensis exsecutor testamenti B. Francorum regine solvit abbatia & conventui Fontis Ebraudi 1000. libras Turonensis anno 1260. Hoc anno Dominica in Passione, hic est more nostro 1261. congregavit rex Francie Ludovicus Parisiis concilium episcoporum & principum regni sui, eo quod dominus papa scripsisset ei Tartaros in transmarinis partibus irruisse & toti christianitati periculum imminere: unde ordinatum fuit de orationibus multiplicandis & blasphemis in Deum ponendis, peccatis & superfluitatibus cibariorum ac vestium reprimendis.

Hist. Paris.  
non. j. pag.  
228.

1262.

inquit Guillelmus de Nangiaco in vita S. Ludovici. Initum inter Carthulianos & archipresbyterum S. Severini super jure parochiali compositionem approbavit Reginaldus mense Martio. Capellaniam S. Leonardi in ecclesia S. Johannis in Gravia fundatam confirmavit mense Maio 1262. Anniversarium fundavit in monasterio Portus regis mense Octobri. Cœnobiticæ regulas a Felice anachoreta primo in Gallis Mathurionum ministro conditas constabulavit una cum Theobaldo S. Genevæ & Roberto S. Victoris abbatibus ad hoc cum episcopo ab Urbano IV. selectis bulla data 11. idus Decembris pontificatus secundo. Nosocomio Parisiensi eodem anno donavit 100. libras, & approbavit legatum Raimundi de Claromonte canonici Parisiensis ad opus theæ S. Marcelli mense Martio. Stephanum olim provisorum domus Filiarum Dei magistrum Leprosæ domus Dei dixit Sabbato post Trinitatem anno 1263. Excepit hominum Guillelmi de Bellomonte pro terra de Tarœne que movebat a feodo episcopi, die lune post octavas Trinitatis. Inlittum a Radulfo de Chevry archidiacono festum S. Mariæ Ægyptiacæ in ecclesia Parisiensi semiduplum approbavit die festo SS. Philippi & Jacobi. Abolavit mense Maio in villa de Cattaneto consuetudinem, qua sex *compadres* & *commatres* adesse tenebantur infantis recens nati initiationi, singulique denarium offerre. Servis B. Mariæ facultatem impertivit erigendæ ecclesiæ mense Augusto in territorio parochiæ S. Johannis in Gravia. Eodem anno concilium celebratum Parisiis, in quo centesima pars bonorum ecclesiasticorum pro subsidio terræ sanctæ in quinquennium concessa. Compositionem fecit mense Martio cum comite Nivernensi, ita ut comes episcopo 20. libras reditus pro feodo Montisgaili solveret. Petrus quoque de Bellomonte huic die Sabbato post Dominicam *Letare* pro feodo de Tarœne hominum præstitit. Simon cardinalis sedis apostolicæ legatus Parisiis synodum habuit 1264. præsentem sancto Ludovico Francorum rege, ibique poenæ adversus blasphemantes constituit. Quærentiam habuit Reginaldus cum Herveo domino Caprosiæ pro capella de Firmitate, cujus collationem hac vice Herveo dimisit die Jovis post festum SS. Petri & Pauli. Vicum de Ballenviller a Longo Jumello distrahi, parochiamque fieri permisit anno 1265. Clemens IV. Reginaldo episcopo litteras Perusi datis idibus Martii pontificatus secundo

Hist. eccl.  
Paris. t. 2.  
pag. 414.  
1263.Chart. cl.  
col. 112.Concil. rom.  
xl. p. 229.1264.  
Hidem pag.  
229.

1265.

A fecit facultatem, ut per subtractionem proveniunt, personarum, dignitatum, & beneficiorum nonnullos prelatos, canonicos & rectores ecclesiarum ad residentiam compelleret. Civitati Parisiensi totique dicecesi cum anno præcedenti facris interdixisset Reginaldus, eo quod regie manus in cives jurisdictioni ejus subditos injectæ fuissent, qui senatus consulto de monetis antiquis obedire vigilialque noctis facere recusabant, facta paulopost cum S. Ludovico compositione, interdictum sustulit: nonnullis vero ecclesiis, S. Genevæ scilicet, S. Martini de Campis, sancti Dionysii de Carcere, & S. Juliani Pauperis, que B. Spreverat interdictum episcopi intensus, Clementis IV. auxilium advocavit, qui negotium commisit decano, thesaurario & officiali Meldensis ecclesiæ, quibus mandavit in causam cognoscerent, & contumaciam canonica poena coercerent, bulla data Viterbii idibus Jun. pontificatus secundo. Carmelite, qui mandatis episcopi sicut alii obtemperare prius contemserant, jam tum emendaverant factum, itaque ejus satisfactione prævererant. Ratum habuit Reginaldus anno eodem legationem quandam factam Guillelmi de Monte Rubeo. Excepit die Jovis post festum sancti Andree in domo sua hominum Johannis de Damiette filii Ludovici regis pro castro & castellana de Montegai ratione uxoris suæ filiz Odonis ducis Burgundiæ. Guillelmus de Machou huic quoque sicut præstitit clientelarem die festo S. Vincentii pro feodo de Cons. Domum presbyterii de Noisaco siccio a Fossatensibus monachis jure morticini donatam approbavit mense Maio 1267. Ipse est proculdubio, cui Clemens IV. pridie idus Octobris pontificatus tertio scripsit de immunitatis a circuitu ecclesiæ Meldensis removendis, quod homines civitatis Meldensis impediabant. Fundatam in ecclesia sancti Gervasii a Johanna uxore Guidonis de Septempilis in altari sancti Nicolai capellam approbavit mense Januario. Nonnulla quoque inter decanum S. Germani & Guillelmum presbyterum S. Eustachii compeccuisse legitur dissidia & quæstiones definiisse. Diem extremum obiit Reginaldus anno 1268. viii. idus Junii, dieque insequenti sepultus est apud Victorinos in ædicula S. Dionysii, sacra faciente Odone Bajocenti episcopo. Tumulo inscriptum epitaphium:

C Ludovici regis pro castro & castellana de Montegai ratione uxoris suæ filiz Odonis ducis Burgundiæ. Guillelmus de Machou huic quoque sicut præstitit clientelarem die festo S. Vincentii pro feodo de Cons. Domum presbyterii de Noisaco siccio a Fossatensibus monachis jure morticini donatam approbavit mense Maio 1267. Ipse est proculdubio, cui Clemens IV. pridie idus Octobris pontificatus tertio scripsit de immunitatis a circuitu ecclesiæ Meldensis removendis, quod homines civitatis Meldensis impediabant. Fundatam in ecclesia sancti Gervasii a Johanna uxore Guidonis de Septempilis in altari sancti Nicolai capellam approbavit mense Januario. Nonnulla quoque inter decanum S. Germani & Guillelmum presbyterum S. Eustachii compeccuisse legitur dissidia & quæstiones definiisse. Diem extremum obiit Reginaldus anno 1268. viii. idus Junii, dieque insequenti sepultus est apud Victorinos in ædicula S. Dionysii, sacra faciente Odone Bajocenti episcopo. Tumulo inscriptum epitaphium:

*Parisiis præsul dignus, pastorque benignus  
Ecce sub hac petra jacet R. sed vivit in æthera;  
Spiritus & Christo fertur, sicut & in isto  
Monstrat sarcophago formata deceter imago.  
Quem Junii mensis feria quinta Bajocensis  
Præsul in hoc pulcro posuit pater Odo sepulera.  
Anno millesimo centum bis 12 duodecimo  
Sexto, cui, Domine, dones requiem sine fine.*

Vetustate postmodum obelus tumulus renovatur, novaque apponitur inscriptio:

*Diserte, mortales, fortis memoranda supremæ  
Fata, quibus mors est invidita, vita brevis.*

Hist. eccl.  
Paris. t. 2.  
pag. 417.Hidem pag.  
418.Chart. clt.  
col. 113.

1267.

Anecd. r.  
t. col. 334.

1268.

ANNI  
CHRISTI

*Nobile pontificum decus hac Reginaldus in urna  
Occubat, exili contumelatus humo.  
Parifæ quondam præful celeberrimus urbis  
Fatah ad superos forte vocatus obit.  
Quisquis ades, sic te fragiliter memorare, viator,  
Mors est certa, brevis gloria, vita nihil.*

Reginaldi memoria celebris est in necrologio Parisiensi ad VIII. idus Junii: *Obiit bonæ memoriæ Reginaldus episcopus Parisiensis diocesis, qui dedit nobis unum calicem aureum marchæ & dimidia, & triginta sterlingorum. Item dedit nobis insulam, dalmaticam, albas radiatas, & unum baudequinum, de quo fuit facta cappa serica. Item dedit nobis insulam, dalmaticam & tunicam de sancio purpureo. Item cappam unam sericam cum aquilis, unam albam paratam pulcro apparatu, & centum libras Parisenses ad opus fabricæ ecclesiæ Parisiensis, & totidem ad opus mandati ecclesiæ Parisiensis. Item habuimus unum pannum sericum positum in seretro ipsius. Dedit & nobis decem libras annui redditus ad opus anniversarii sui. De quibus singulis capellanus & clericis chori Parisi die anniversarii prædicti tres denarii in vigiliis, & tres denarii in missa & reliqui canonicis & majori altari servientibus distribuuntur. De quibus decem libris, quatuor libræ & septem solidi percipiuntur singulis annis. Debentur quatuor terminis Parisi. consueti super tribus domibus invicem contiguis sitis Parisi in ruella Garneri Manser juxta hospitale sanctæ Catharinæ ab oppositis sanctæ Opportuna, quas tenet Odo de Nigella, Henricus Anglus & relictæ Henrici de Insula, & centum tredecim solidi eisdem terminis super duabus domibus invicem contiguis sitis Parisius ante crucem in Tiroër, quas tenet Johannes dictus Navus, & Richardus de Susficio juxta domum defuncti Galteri cervisarii, quæ domus sita sunt in censivo episcopi Parisiensis, & quem censum sive redditum decem librarum acquisivit episcopus memoratus, cujus anniversarium celebrabat ad majus altare ecclesiæ Parisiensis canonicis chorum tenentibus in vespere & in missa in cappis sericis; intererunt & matricularii laici de bonis dicti defuncti pro pulsandis campanis centum solidos Parisi, augmentati census super domo Clementis talliatoris pannorum & Acelinæ ejus uxoris ultra Parvum pontem in vico de Mitibus juxta domum Judoci servientis episcopi, &c. Ejus quoque fit mentio in necrologiis Victorino ad VII. idus Jun. ubi dicitur frater canonicorum hujus domus, & Corboliensis ad diem ipsam iduum, quorum ecclesiis plurima vivus donaverat, moriensque multa pro suo anniversario legavit.*

TEMPER.

LXXXI. STEPHANUS II.

Reginaldo e vivis erepto, capitulum Parisiense tres e suis, inter quos Robertus de Sorbona, deputavit anno 1268. canonicos, qui a rege episcopi deligendi peterent facultatem. Hæc autem obtenta, elegerunt ejusdem ecclesiæ & academiæ cancellarium, Stephanum Aurelianensem, filium Benedicti Tempier & Isabellis, qui fratrem habuisse dicitur Johannem de ordine Prædicatorum in tabulis sancti Clodoaldi. Stephanus autem Dominica die ante festum sancti Dionysii, septi-

mo scilicet Octobris, ecclesiæ suæ possessionem adeptus est, ut liquet ex juramento quod hæc die capitulo Parisiensi præstitit legitur in chartulario bibliothecæ regię in hæc verba: *Ego Stephanus Parisiensis episcopus juro super hæc sacrosancta evangelia me servaturam jura ecclesiæ Parisiensis. Cumque tum ei decanus nomine & capituli & suo dixisset appellatione jurium comprehendit libertates & consuetudines approbatas, respondit Stephanus: Bene volo quod se extendant ad ea ad qua se debent extendere, nec intelligo me teneri donec sivero.* Bis autem solemniter in ecclesiam suam invehctus est ex eodem chartulario: primo quidem die Lunæ B in vigilia B. Dionysii ab Hervæo Caprofix, Bartholomæo de Meru Lusarchiarum, a Galtero de Gevriaco pro Matthæo Monmorenciaci, & Guillelmo de Edera Combis villæ dominis, qui eadem die ipsi hominum prælitere; secundo vero in crastino S. Martini hymnalis a Petro de Combrens pro Anselmo de Garlanda domino Turnonii, Anjorrando de S. Remigio pro Johanne de Damiette filio regis Franciæ comite Nivernensi, & Philippo de Buciaco pro Reginaldo de Barro domino Torciaci. Ita docet chartularium bibliothecæ regię, licet ex chartulario episcopi Parisiensis unus tantum fuisse videatur ingressus, C Dominica scilicet ante festum S. Dionysii. Præter jam memoratos a plurimis per totius vite curriculum clientela professionem excepit Stephanus pro terris quas ab eo tenebant. Sic anno 1268. die Lunæ post festum S. Martini hymnalis hominum ei prælitere Anselmus de Garlanda dominus Turnonii, Johannes Heceolini, Isabella relicta Fouqueti de Compendio, Johannes de Dugniaco, Ferricus de Gentiliaco, decanus S. Clodoaldi, Robertus clericus, Johannes, Guillelmus & Garnerus archidiaconi; die vero crastina Johannes filius regis Franciæ comes Nivernensis pro castro & castellaniam Montis Gaii, Reginaldus de Barro dominus D Torciaci, Bertaudus Errode, Ludovicus filius Theobaldi de Piffiaco, Bertaudus Hececlins, Johannes Flamains, die Jovis post festum S. Martini Johannes frater domini de Turnonio, die Lunæ post octavas S. Martini Gausfridus decanus, die Jovis Reginaldus præpositus de Campellis & Petrus cantor, die Lunæ ante festum S. Andree Margareta buticularia Silvanectensis, & Philippus dominus de Bruicio pro feodo de Gentiliaco, die Mercurii Theobaldus de Bellomonte, Theobaldus dictus Chambellains, Sabbato ante Brandoles Johannes dominus de Bretigni, Petronilla relicta Henrici de Dugniaco, die Lunæ Guillelmus E de Corbolio & Ivo Brito capellani S. Eustachii. Anno 1269. in die Pasche Johannes de Meciacio, Sabbato post quindenam Guillelmus de Balisi, die Jovis post festum S. Barnabæ Edelin de Roseio, die Jovis ante festum S. Johannis P. Johannes Popin, Sabbato Thomasia relicta Guidonis de la Valle, in vigilia Assumptionis relicta Bartholomæa de Meru, in crastino Rogerus de Villadavray, Sabbato post Assumptionem Anselmus filius buticularii Silvanectensis, Sabbato ante festum SS. Egidii & Lupi Isabella de Bourguaiquemont relicta domini de Macy, die Martis post Nativitatem

ANNI  
CHRISTI

1269.

ANNI  
CHRISTI

Nativitatem beatæ Mariæ Philippus de Macy, A  
Johanna filia Adæ le Flamanc, Johannes curatus  
de Servone & Johannes capellanus de Villaribus.  
Die Mercurii post festum S. Nicolai hyemalis  
comes Blefensis pro castris & castellanis de Gorn-  
naio & de Cauda, die Mercurii in festo sancti  
Vincentii Reginaldus nepos Stephani episcopi  
decanus sancti Marcelli. Eodem anno Stephanus  
probativ mensē Augusto fundatum ab Alfonso  
Piclavorum & Tolosæ comite & Johanna uxore  
virginum ordinis S. Augustini monasterium in  
eclesia parochiali de Gerçiac prope Cumbas,  
villam ad Ederam. Confirmavit die festo sancti  
Andræ extructam a Guidone de Villaribus in  
domo sua capellam, institutamque in ecclesia de  
Servone capellanum. Eodem anno, sin mavis  
sequenti, Ludovicus IX. ad iter transmarinum  
sele accingens, testamentum condidit mensē Febr.  
cujus executionem Philippo Ebroicensi episc.  
& Stephano Parisiensi demandavit, qui die Domi-  
nica XIV. cal. Martii duos canonicos S. Genevæ  
admitit ad curam ecclesiarum de Nantuerre & de  
Espinoles, & canonicum S. Victoris ad curam  
ecclesiæ de Aties. Die Veneris post Cineres con-  
tulit ecclesiam beatæ Mariæ Magdalene. Mensē  
eodem, Martio nempe, personatus, præbendas &  
cetera ecclesiastica beneficia, quæ vacare contin-  
geret citra mare in suæ peregrinationis absentia  
vice sua Stephano cum consilio cancellarii ecclesiæ  
Parisiensis, prioris Prædicatorum & guardiani Mi-  
norum plenam & liberam conferendi commisit  
potestatem Ludovico rex, qui Sabbato idibus  
Martii iter ad partes transmarinas arripiens, ad  
ecclesiam Parisiensem venit cum Petro filio suo,  
ambo pedes nudi cum pluribus aliis proceribus  
non discalectis. Die insequenti Dominica ter-  
tia Quadragesimæ Stephanus excepit hominum  
Philippi de Brunico & relictæ Johannis Popin,  
& die Jovis in Cena Domini Roberti de Plef-  
seio. Causam habuit anno 1270. cum fratribus  
& sororibus Leprosariæ sancti Lazari circa ele-  
ctionem magistri hujus domus. Res ad Mat-  
thæum abbatem sancti Dionysii regni tunc  
administrum delata, Stephano commissa ab eo est,  
qui ut pacem inter eos conciliaret, alium a primo  
designato dixit eis magistrum Simonem presby-  
terum sanctæ Trinitatis de Castro forti, qui om-  
nibus gratus acceptusque fuit, & intravit in cras-  
sino nativitatis B. Johannis Baptistæ. Cum prius  
intercessisset Stephanus quominus homines sui  
tributum pro expeditione terræ sanctæ Ludovico  
regi persolverent, tandem Matthæi abbatis sancti  
Dionysii precibus motus, concessit ut tributum  
hocce a suis exigeretur, eo quod rex primogenitum  
suum Philippum militem fecisset, crucemque pro  
subsidio terræ sanctæ accepisset; sed ne id in  
dammum pontificis immunitatis veteretur, lit-  
teras obtinuit a Matthæo regni administro die  
Martis post festum decollationis sancti Johannis  
Baptistæ. A Philippo III. nominatus est executor  
testamentum sui conditi in castris juxta Carthaginem  
mensē Octobri. Eodem vel circiter in ordinatione  
regis ejusdem, qua Petrus regis frater constituitur  
Franciæ regni procurator cum Odone Roto-

Tomus VII.

ANNI  
CHRISTI

magensi archiepiscopo & Philippo Ebroicensi  
episcopo atque inter consiliarios adlectus est  
Stephanus, qui arcana regni negotia tractaret.  
Grangiam ultra portam S. Jacobi emit a Guil-  
selmo de Senonis clerico die Martis in festo S.  
Martini. Damnavit anno eodem errores magi-  
strorum quorundam Parisensium duodecim arti-  
culis comprehensos. Cum autem solutus regim-  
um adiisset, quæ morte regis Ludovici dolore  
percussa ad castrum Vicemarium cum Iolande co-  
mitissa Nivernensi se receperat, Iolandæ data  
opportunitate hominum Stephano præstitit die  
Jovis post festum S. Martini pro Monte Gaio,  
quem ab eo clientelarem habebat: sed ne homi-  
nium in loco non suo præstitum, quid detrimenti  
juribus suis afferret, obtinuit litteras Stephanus a  
Matthæo abbate Sandionysiano & Simone de  
Nigella regni administris. Excepit adhuc hoc  
anno hominia die Mercurii in festo S. Barnabæ  
Johannis Bifart de Coudrois pro medietate de  
Limoës & Guillelmi de Noilestem, die Mer-  
curii Cinerum XII. cal. Martii Margarete de  
Plesseio pro memoribus de Cons, v. cal. Martii  
Anselmi de Rochefort, Dominica in Passione  
Johannæ de Bellomonte; anno 1271. Sabbato  
post Pentecosten Aalipidis relictæ Gazonis de  
Combisvilla, in octavis Pentecostes Matthæi do-  
mini Montiforenciæ, die Veneris post octavas  
Petri de Condeto decani S. Marcelli, die Jovis  
post Exaltationem sanctæ Crucis Margarete de  
Gentiliaco, die Veneris Gaufridi de Gehenni,  
Sabbato Guillelmi de Gehenni, die Martis in  
vigilia S. Martini Johannis de Aurelianis can-  
cellarii, & comitis de Barro pro terra Torciaci,  
die Veneris post idem festum Johannis de Pla-  
centia, & die Veneris post *Laxare Jerusalem*  
Johannis de Tilliaco; anno 1272. die Veneris  
ante Assumptionem B. Mariæ Roberti de Bethune  
pro castro Montisgaili, mensē Septemb. Vincentii  
de Darveto decani sancti Marcelli, Alani decani  
S. Germani Autissiodorensis, in festo S. Nicolai  
Hugonis de Turre cantoris Parisiensis, die Veneris  
ante cathedram sancti Petri de Bellomonte  
pro terra de Troënne. Eodem anno vocatus a  
Philippo III. rege ad expeditionem adversus Ro-  
gerium Bernardi comitem Fuxensem die Domi-  
nica in quinquagesima Paschæ adfuit Turonis in palatio  
coram Ferrico de Vernolio marescallo Franciæ  
cum tribus militibus ad servitium regis paratis,  
ivitque in exercitu regis apud Fuxum & Tolosam,  
ut legitur in chartulario bibliothecæ regie. Que-  
relam habuit cum capitulo & decano Parisiensi  
pro jurisdictione *Paravis* & vicis S. Landerici,  
quæ judicio Matthæi abbatis S. Dionysii permissa,  
ab eodem secundum capitulum judicata est die  
Veneris ante festum Assumptionis beatæ Mariæ.  
Anno 1273. Stephano hominum præstitero die  
Jovis ante festum S. Georgii Gaufridus de Barro  
decanus Parisiensis, die Dominica qua cantatur  
*Cantate Domino* D. Lancelot de S. Maard pro  
medietate castri de Lufarchiis, die Veneris ante  
festum S. Barnabæ decanus S. Thomæ de Lupara,  
Sabbato Petrus de Villapetro decanus S. Marcelli,  
Dominica ante festum sancti Johannis Baptistæ

H

Hist. eccl. p. 1. 2. pag. 470. &amp; 471.

Ch. cxi. col. 114. Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 488.

Ch. cxi. col. 115.

1270.

Hist. eccl. Paris. 1. 2. pag. 455.

Ibidem pag. 489.

Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 490.

1271.

1272.

Ibidem.

1273.

ANNI  
CHRISTI

Margarita relicta Guillelmi de Balisi, die Mercurii in vigilia S. Laurentii Philippa relicta Petri de Bellomonte pro terra de Tarouine, die Martis ante festum sancti Dionysii Robertus de Frouilla penitentiarius, die Jovis Guillelmus archidiaconus, die Veneris Rogerus de Castelleto pro feodo Confluentii, Sabbato ante festum sancti Clementis Johannes de Monteforti pro terra de Tarouine, die Lunæ ante festum sancti Andree Guillelmus de Gornai pro feodo de Brunai, die Veneris Odo de Villaribus. Anno eodem die Lunæ in festo sanctorum Philippi & Jacobi Mathæus dominus Monmorenciaci Stephano emendam fecit in palatio episcopali, quod ipsi in exercitu regis apud Fuxum eunti & Tolosam duos milites requisitus, ut tenebatur, non misisset. Similem ei emendam fecit die Martis post Dominicam qua cantatur *Reminiscere* Gaufridus de Gien supra Ligerim capicerius sancti Mederici, quod synodo episcopali anno 1272. non interfuisset. Item habuit adversus Mathæum abbatem sancti Dionysii pro spatio temporis Indicti, pro qua terminanda elegerunt arbitros Gregorium de Neapoli decanum Bajocensem, Johannem d'Ully archidiaconum Belvacensem, Guillelmum Ruant decanum Abrincensem, & Raimundum Marci canonicum Parisiensem Sabbato post sanctos apostolos Petrum & Paulum, qui judices rem definiunt die Veneris post octavam ejusdem festi anno 1273. Eodem cum hominibus villæ Cereris pro tallia pactum inibi Sabbato ante festum Omnium sanctorum. Denique *exiit è diocesi sua tanquam exsulatus a rege prædicto* (Philippo III.) *propter violentiam quam sibi faciebat.* Ita chronicon S. Martini Lemovicensis nū. in biblioth. Colbert. ad ann. 1273. Insequenti adfuit concilio Lugdunensi secundo habito a Gregorio X. die 7. Maii

Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 99.

1274. 1274. Cum aliis Senonensis provincie episcopis ad cardinales scriptis mense Julio 1275. pro canonisatione S. Ludovici. Anno eodem Simon de Maciaco fecit homagium Stephano de his quæ tenebat apud Maciaco mense Maio. Idem præstitit Robinus de Nealsa Dominica ante festum S. Andree, Johannes de Soyeio pro feodo castri & castellania de Malorepault die Lunæ ante Pascha, Johannes de Frusnone clericus in ecclesia sancti Eustachii, Petrus de Villanova miles de his quæ tenebat apud sanctum Clodoaldum, Guillelmus de Duigni, Otdardus Arrodi, Maria de Alneto de terra de Pompona quam emerat ab Hugone de Pompona milite propter retrofeoda. Anno 1276. die Pasche Radulus de Paciaco, die Mercurii post festum S. Dionysii Parisiaco de Fons de eo quod habebat apud Consvillam. An. 1277. Avelina relicta Bertaudi Arrodis die Jovis ante Dominicam *Isti sunt dies*, Johannes Barbette die Dominica post festum S. Barnabe de feodo sito in loco S. Boniti, Petrus comes Alenconii in crastino S. Martini pro feodo de Gornayo. Assensum præbuit Stephanus eodem anno mense Apr. cuidam ordinationi factæ inter capitulum Parisiense & Johannem curatum ecclesie de Castaneto. Emit Sabbato post *Jubilate* nemus situm inter Combivillam & Moissiacum a Margareta de Plestio.

ANNI  
CHRISTI

A Quorundam philosophorum commenta, quæ doctrinæ quidem catholice contraria, sed naturali consona lumini asserabant, Johannis XXI. litteris admonitus Stephanus de consilio theologorum damnavit, auctoresque anathematizavit datis anno 1277. litteris, in quibus condemnat librum de Amore, sive de Deo amoris, librum geomantiæ & libros nigromanticos. Litteræ Stephani exstant in bibliotheca patrum, ubi sigillatim enumerantur articuli erronei cum palinodia fratris Guillelmi Minoris postmodum Constantiensis episcopi. Facta est eo quoque tempore de aliis quibusdam erroribus discussio circa liberum arbitrium non-nulloque articulos jam anno 1270. ab illo antistite de iisdem ferme questionibus condemnatos, ut observat Spodanus in suis annalibus ecclesiasticis tomo primo. Emit a Johanne de Soyeio armigero & domicella Mathilde ejus uxore feodum castri de Maurepalt anno 1278. Sabbato post festum S. Lucæ. Duas matricularias inlinit in ecclesia S. Medardi de Linays die Mercurii post festum sancti Nicolai. Nonnulla adhuc hoc anno apud S. Victorem, ubi maxime defestabatur, recepit hominia die Martis ante festum sancti Michaelis, Richardi de Espositis pro feodo sancti Boniti, Roberti de Loco sancto pro feodo de Moissaco die Dominica post festum Omnium sanctorum, Mariæ domine de Caprota pro feodo de Maurepalt Sabbato post festum sancti Andree, Johannis de Crofent matricularii die Mercurii in festo Conversionis sancti Pauli, Theobaldi de Lorseit pro feodo de Confluentio Dominica *Reminiscere*, Philippi rectoris ecclesie de Servone die Veneris post Purificationem, Theobaldi de Nerbria rectoris ecclesie de Servone die Lunæ post Dominicam *Reminiscere*, Jehannis de Gehenni die Martis ante Ramos. Pophigit cum Mattheo abbate S. Dionysii pro nundinis Indicti, quando in diem Sabbati festum sancti Johannis Baptistæ incidenter, anno 1279. die Lunæ ante prædictum festum. Fato sanctus est 3. Septemb. anni 1279. Dominica scilicet post festum sanctorum Egidii & Lupi ante Nativitatem beatæ Mariæ, sepultusque est pone majus altare a latere Evangelii cum hoc epitaphio: *Hic jacet Stephanus de Aurelianis, quondam Parisiensis episcopus, qui decessit Dominica ante Nativitatem beatæ Mariæ virginis anno 1279. Anima ejus requiescat in pace.* Hujus anniversarium notatur in chartulario Bituricensi 23. Septembris. Memoratur etiam in calendario sancti Victoris die 21. Septembris, ubi sicuti Reginaldus decessit, dicitur canonicorum Victorinorum frater; & certe hæc in domo plerumque manere ita consueverat, ut palatium episcopale deservisset, sedemque in ea possidisse videretur. Sed præcipue memorabile est quod Stephani in necrologio ecclesie Parisiensis habetur elogium. Tale autem est: *Anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo nono Dominica post festum S. S. Egidii & Lupi obiit bona memoriæ Stephanus Tempier oriundus de Aurelianis Parisiensis episcopus, qui dedit ecclesie Parisiensis & nobis tres potos argenteos deauratos viginti duarum marcharum & trium unciarum, quindecim sterlingorum argenti,*

ANNI  
CHRISTI

novem viciarum auri ad reponendum oleum sanctum & chrisma. Item dedit nobis cortinam sericam ad cooperiendum dictos potas pretio novem librarum vel circa. Item dedit nobis calicem aureum cum patena ponderis quatuor marcharum auri, de quo facta fuit cuppa ad reponendum Eucharistiam. Item dedit nobis camitum rubrum in reditu de concilio Languedunensi pretio viginti librarum. Item dedit nobis unum cyclatum pretio duodecim librarum. Item dedit nobis orfresis centalia pro casula, dalmatica & tunica pretio undecim librarum. Item dedit nobis duos pannos, qui dicuntur Dyapre albi, pretio decem & octo librarum. Item dedit libros episcopatus Parisiensis & episcopis successuris ad officium ecclesie pertinentes, videlicet duo missalia, evangelium & epistolas in duobus voluminibus, tria gradualia, ordinarium episcopale, item unum collectarium, item unum troparium, item unum breviarium grossæ litteræ ad usum Parisiensem, item unum breviarium in duobus voluminibus cooperum corio viridi, item unum breviarium parvum, item duo ordinaria de ordinario servitii, item unum scrinium cum vase argenti, in quo reponitur atramentum. Item dedit episcopatus & episcopis Parisiensibus ad usum eorum omnia utensilia lignea, ferrea, flamma, ænea, cuprea que habebat in hospicio Parisiensi, de sancto Victore, de Villaceris, & de Moissiac, & de sancto Clodoaldo. Item dedit episcopo & episcopatus Parisiensis residuum bonorum suorum, solutus prius legatis debitis, & forsacte & injuste habitis vel exactis ad emendas possessiones & reditus. De bonis autem residuis dicta executionis recipit ab executoribus dicti defuncti bonæ memoriæ Rainulfus Dei gratia Parisiensis episcopus ejus immediate successor mille trecentas triginta tres libras Parisenses. Quæ summa pecuniarum implicatæ fuerunt in emione facta apud Gentiliacum a Gaufrido de Jaignico armigero per dictum Rainulfum episcopum, videlicet manerio suo, pratis, vineis, terris, censibus, dreturis, furno & aliis rebus apud Gentiliacum. Prius autem acquisiverat idem dominus Stephanus feodum de Gentiliaco, quod emit a Philippo de Bruncio & quinquaginta tres solidos & quatuor denarios annui reditus super domo Lapie momentis de dicto feodo. Item acquisiverat novem arena sextarios annui reditus, & quatuor arpennos & dimidium vinearum, & quinque mocha vini annui reditus, & sex solidos, & sex denarios annui census apud sanctum Clodoaldum emtos ab abbate de Hermeris. Item quatuor libras annui reditus emtas ab abbate de Albacuria percipiendas in prapostura sua, sive censu de Caprosia, in crastino Omnium sanctorum. Item acquisiverat centum arpenta bosci emta juxta Moissiacum. Item decem libras annui reditus emtas ab Adam Popin in transverso de Confluentio. Item granchiam juxta vineas de septem viis. Item edificaverat duos domos de novo factas juxta granchiam de sancto Honorato. Item acquisiverat feodum castri & castellaniam de Maurepassi emtam a Johanne de sancto Iffaco armigero. Item emit bibham possiltatam in duobus voluminibus, quam emit pretio ducentarum librarum ad opus cancellarij & cancellariæ Parisiensis. Item dedit clericis matutinibus triginta libras Parisenses ad emendas reditus & ad opus anniversarij sui & Tomus VII.

A parentum suorum. Consideratis autem prædictis & aliis que fecerat ad utilitatem ecclesie & episcopatus Parisiensis, dedit nobis prædictus Stephanus ad opus anniversarij sui & parentum suorum septem libras Parisenses capiendas annis singulis de bonis episcopatus Parisiensis per manum episcopi, qui pro tempore fuerit, vigilia anniversarij ejusdem. Quarum septem librarum medietas distribuitur canonicis & majori altari servientibus, alia autem medietas cancellariis, clericis de choro omnibus & matriculariis sacerdotibus. Nihilominus tamen matricularius sacerdos, qui tunc fuerit hebdomadarius, ultra distributionem communem duodecim denarios habebit de gratia speciali, & matricularij laici de eadem pecunia propulsione signorum tres solidos Parisenses possidebant. Præterea bonæ memoriæ Rainulfus quondam Parisiensis episcopus ejusdem Stephani immediate successor dedit nobis ad augmentationem anniversarij prædicti domini Stephani centum solidos Parisenses annui reditus, quos idem dominus Rainulfus emit de suo proprio a domini de Caprosia capiendos annuatim super praposturam de Caprosia duobus terminis, videlicet in quindena B. Johannis Baptistæ distribuendos una cum medietate prædictarum septem librarum, sicut superius est canonicis expressum, & majori altari servientibus, qui intererunt in vigilia & in missa prædicti anniversarij. Constituit autem capitulum anniversarium ejusdem Stephani & parentum celebrari ad majus altare in vigilia B. Matthei apostoli, vel propinquiori die, qua commode poterit fieri, sive canonicis, sive vicariis chorum tenentibus in cappis sericis in vigilia & in missa.

## LXXXII. RANULFUS.

D'HOM-  
BLOISIE.

Obtenta a rege, quam statim a Stephani morte anno 1279. petierant, facultate canonici delegerunt e gremio suo magistrum Oddonem de sancto Dionysio facultatis theologicæ decanum, qui quidem cum minus aliquibus aristis, ad summum pontificem appellatum est. Nicolaus III. discussis utrinque rationibus, electionem irritam declaravit, quod subodoratus Oddo, qui ad obtinendam confirmationem Romam perrexit, tremulus ex senio manus caustus, continuo juri suo coram summo pontifice renunciavit, qui cessione simul & rescissione publicatis, sibi que reservata nominandi episcopi potestate, Johannem de Alodio Aurelianensem, Parisiensis ecclesie canonicum & cancellarium, auctoritate apostolica ad ecclesiam vacantem promovit. Johannes vero homo Dei justus & timoratus, verba sunt Bernardi Guidonis in catalogo episcoporum, qui habitum ordinis Prædicatorum assumerunt, solus Dei & nullius hominis usus consilio, datis ad summum pontificem litteris sponte abdicavit, cæteque & secreta in conventu Prædicatorum Parisiensis ignorantibus ejus domesticis, qui mundum fugere cupientibus inimicari noverunt potiusquam juvare, instanter petivit sibi dari habitum ordinis, & perseveranter accepit anno Domini 1280. in vigilia Pasche, in quo annis 26. & amplius in honore sui & ordinis laudabilem vitam ducit, salutarem sibi & aliis exemplarem, ubi senex & plenus dierum, doctrina, scientia & spiritu Dei, sicut unus ex H ij

CH. CLVII  
col. 118.

ANNI  
CHRISTI

*patribus amiquis in festo recolendus, & in Deum A  
fixus, oppositus est ad eas in festo sancti Remigii  
migrans anno Domini 1306. Sepultus est in choro  
Fratrum Parisius juxta fratrem Matthæum.*

Pio Johannis propolito ipsiusmet litteris signo  
prioris Prædicatorum Parisiensium obfignatis percep-  
to, Nicolaus III. ecclesie Parisiensi prætecit  
Ranulfum, quem Renoldum nuncupat, de Hom-  
bloneria, canonicum, licet abentem, commen-  
datorialique in ejus gratiam litteras Philippo regi  
scripsit Suriani v. calendis Julii pontificatus anno  
tertio, quas habes inter instrumenta. Ranulfus  
nitem, quem patria Normannum fuisse vulgo  
scribunt, litterarum eminenti scientia commen-  
dabilis, theologicæ facultatis cathedram meruerat  
ascendere, commissam dein sibi sancti Gervasii  
Parisiensis parochiam laudabiliter reterat, tunc-  
que canonicus ecclesie majoris aberat, cum a  
summo pontifice dictus est episcopus 27. Junii  
1280. Pontificalem mense Septembri recepit  
unctionem die sancti Michaelis, solemniterque  
in ecclesiam suam ingressus est die S. Dionysii.  
Scriptis eodem anno Dominica prima Adventus  
abbatiffæ Ederacensi, ut Floræ puellæ, qui primus  
in monasterio vacaturus erat, locum monialis  
conferret. Concilio Sætonensi adfuit anno eodem  
die Mercurii post festum S. Michaelis, & cum  
aliis episcopis ad Simonem Carnotensem episcopum  
dedit litteras adversus Johannem dominum  
de Ambasia, qui monasterium de Pontelevio mol-  
lestabat. Tertiam partem feodi de Gentiliaco  
emit ab Egidio de Aciaco mense Febr. Cum Od-  
done de S. Dionysio canonico Parisiensi & decano  
facultatis theologicæ, fratre Johanne de Alodio  
ordinis Fratrum Prædicatorum quondam cancella-  
rio Parisiensi, Adenulfo præposito S. Audomari  
aliisque in sacra theologia doctoribus dedit Ra-  
nulfus anno 1282. determinationem circa con-  
fessionem peccatorum. Quidam ordinationi pro  
augendo numero monialium de Gerçiacio assen-  
sum præbuit apud S. Clodoaldum die Martis  
post festum S. Barnabæ. Licentiam fecit congrega-  
tioni Coccorum die Mercurii post festum beate  
Lucie divina celebrandi in ipsorum oratorio.  
Querelam habuit cum capitulo super nonnullis  
articulis, pro quibus tres arbitros elegerunt, qui  
causam desinerunt die Lunæ post festum Purifi-  
cationis beate Mariæ. Guido comes Flandriæ  
& marchio Namurci a Ranulfo tenere se agnovit  
domum infra parochiam S. Eustachii die Lunæ  
ante Annunciationem. Anno 1283. bona con-  
gregationis Coccorum, quæ Stephanus de Gran-  
gii provisor hujus domus in dominio episcopi  
& ab episcopo donata confessus est, concessit  
Ranulfus ut domus hæc teneret Dominica post  
festum sancti Martini. Anno eodem Agnes ab-  
batiffa S. Antonii recognovit se debere 25. solidos  
reditus Ranulfo pro domo sita in salveria domini  
le Grand. Eo adhuc anno, ut habet Bulæus,  
habita est in aula Parisiensis episcopi synodus  
quatuor archiepiscoporum & viginti episcoporum,  
cui præfuit Simon de Bello loco archiepiscopus  
Bituricensis, qui questus est quod Frater Mino-  
ritæ suis manibus privilegia haud petita ab episcopis

1280.  
Ch. CLVII.  
col. 118.

Pa. Pap.  
Ann. t. 2.  
col. 10.

1282.

1283.

venia audirent confessiones. Quid autem determi-  
natum fuerit Bulæus non docet. Aliud Parisius  
an. 1284. celebravit concilium Johannes Cholet  
legatus sedis apostolicæ, de quo tantum legitur  
ad id convenisse maximam prælatorum multitu-  
dinem die tertio octavæ Assumptionis. Emit Ra-  
nulfus a Margarita de Viriaco quiddam apud  
sanctum Clodoaldum habebat die Lunæ in octava  
SS. Philippi & Jacobi. Exstat in amplissima  
Martensii collectione epistola Martini IV. ad  
episcopum Parisiensem de Henrico de Viziliaco,  
quem luscum ad instantiam regis dispensat sum-  
mus pontifex, ut ad pontificalem dignitatem  
eveni queat. Cum ordinis anno 1284. mense  
Decemb. Sabbato post festum sanctæ Lucie in  
ecclesia S. Marcelli celebrare instituit Ranulfus,  
graves ea occasione archidiaconum Parisiensem  
inter & canonicos sancti Marcelli exortæ suæ  
contentiones, qui nec rationibus, nec minis ad-  
duci poterunt, ut fimerent ab archidiacono im-  
pleri ministerium. Ranulfus statuerat eorum con-  
tumaciam ulcisci, ni decanus & capitulum ipsius  
se judicio commississent die 14. Jan. Accepti ab  
Honorio IV. litteras Romæ calend. Junii anno  
1285. datas, quibus summus pontifex obedientia  
& animi demissione Egidii Augulini delinuit,  
Parisios cum remittebat, ut coram Ranulfo &  
in coetu magistrorum pravas opiniones, quas a  
Stephano episcopo prius damnatas defenderat, ut  
visum episcopo & magistris esset, ipse condem-  
naret. Quod antea Matthæus Dionysianus abbas  
& Simon de Nigella, quibus procuratio regii  
eunte Ludovico rege in Africam commenkata  
fuerat, a Stephano episcopo impetraverant, hoc  
ipsum Philippo proficente in Aragoniam, dum  
iterum regni administrationem gerunt, a Ranulfo  
tum episcopo Parisiensi impetrant, iisdem quibus  
antea conditionibus, ut ne scilicet ea Ranulfi  
concesso quiddam damni iuribus episcopi in  
posterum afferret. Litteras quæ hæc de re datæ  
sunt mense Julio 1285. ratas habuit Philippus  
IV. mense Decembri 1287. Confirmatum a se  
abbatem sancti Mauri Mattheo abbati S. Dionysii  
regni administro litteris significavit Ranulfus  
datis anno 1285. Insequenti terram de Pompona  
morticini jure donavit. Exardificatam & dota-  
tam in domo Bonorum puerorum juxta portam  
sancti Victoris capellam approbavit mense Junio  
1287. In augmentum redditus quem Stephanus  
Parisiensis episcopus ecclesie pro anniversario  
legaverat, centum solidos addidit die Veneris post  
festum sancti Dionysii anno 1288. Trecentas  
E quoque libras Parisiensis dedisse legitur in necro-  
logio ad emendos redditus pro celebrando festo  
Conceptionis beate virginis, quod in ecclesia  
quidem Parisiensi ante annum 1288. celebra-  
batur, sed non ante Ranulfum, qui primus hujusce  
institutor habendus est. Memoratur eodem anno  
die Veneris ante festum Omnium sanctorum  
in chartis Majoris monasterii pro Villapetrofa.  
*Pridie idus Novembris anno M. CCLXXXVIII. in  
crastino beati Martini hyemalis obiit bona memoria.  
Ranulfus, quondam Parisiensis episcopus, qui dedit  
ecclesie nostræ & nobis unum calicem aureum cum*

ANNI  
CHRISTI  
1284.  
Spicq. t.  
2. p. 818.

Tom. 2. col.  
1290.

1285.

Ch. CLIX.  
col. 120.

1286.

1287.  
Ch. CLX.  
col. 121.

1288.

ANNI  
CHRISTI

patena & cocleari ponderis trium marcharum & A  
quinque sterlingorum. Item dedit nobis quindecim  
libras Parisienses & sex solidos. Item dedit nobis  
ad opus anniversarii sui XII. libras annui redditus.  
Item dedit trecentas libras Parisienses ad emendum  
reditus pro festo Conceptionis B. Mariæ virginis  
celebrando. Item dedit nobis centum solidos annui  
redditus. Item dedit sine legavit in testamento suo  
viginti libras Parisienses ad emendos redditus pro  
clericis matutinalibus. Item legavit XX. libras Pa-  
risienses ad emendos redditus pro parvis pueris de  
choro. Acquisivit autem idem dominus episcopus  
episcopatus Parisiensi & episcopis Parisiensibus suc-  
cessoribus suis ea quæ sequuntur. Apud Gentiliacum B  
emit a Gaufrido de Jaingiaci armigero omnia, quæ  
habet ibi dictus episcopus Parisi. in pratibus, vineis,  
terris, censibus, droitibus, furno, pressorio & aliis  
quibuscumque. Fecit etiam fieri de bonis suis omnia  
edificia, quæ sunt in manerio dicti loci, & clau-  
suram murorum quernellatorum, & pressorium quod  
habet episcopus in dicta villa. Apud villam Ceretis  
emit masuram & jardinum, quæ fuerunt quondam  
domni Petri de Jigniaci presbyteri juxta jardinum  
episcopi, & ibidem in dicto jardino fecit domum  
quæ est ibidem resti, quæ erat undique ruinosa,  
quæ omnia adunxit jardino episcopali. Fecit &  
ibidem fieri clausuram manerii de muris quernellatis.  
Item emit tria sextaria bladi, quæ percipiebat Re-  
ginaldus, dictus Blondel, super granchiam episco-  
palem dicti loci. Apud Moissiacum emit tres masuras  
retro domum conciergii, & quendam portionem  
terre ex alia parte manerii versus porticum, per  
quod itur ad campos, quæ omnia adunxit manerio  
episcopali dicti loci. Fecit fieri domum novam juxta  
portam dicti manerii, & clausuram totius dicti ma-  
nerii de novis muris. Item emit a Johanne de Gal-  
landia domino de Turnonio apud Combis villam  
& Grificum viginti octo libras Parisienses annui  
redditus. Item emit a domina de Caprosia super præ-  
posituram dictæ villæ de Caprosia decem libras Pa-  
risienses annui redditus. Apud S. Clodoaldum emit  
vineas & redditus a domina de Viriaco. Item pro-  
curavit a rege procuracionem terra, quæ fuit quon-  
dam domini Reginaldi de Bieva militis, quem  
habet episcopus ibidem. Item ibidem emit duas  
masuras a Guillelmo dicto Pastel & Clemente de  
Valle Graignon, in quibus de bonis suis fecit ad-  
ficari cameram novam episcopalem cum gardaroba  
& appenditiis. Item in manerio dicti loci fecit fieri  
quoddam pressorium novum. Item legavit quingentas  
libras Parisienses ad edificandam cameram episco-  
palem juxta aulam in manerio Parisiensi. Consider-  
atis autem his bonis & aliis, quæ idem dominus E  
episcopus ecclesie nostræ & episcopatus Parisiensi  
fecerat, concessimus & volumus, quod anniversarium  
ipsum quolibet anno in nostra ecclesia fiat, &c. Ita  
necrologium ecclesie Parisiensi.

Sub finem anni 1288. Sabbato scilicet ante  
Nativitatem Domini, fundata domus hospitalis  
quinquaginta pauperum viduarum in vico Templi,  
quæ postea nota fuit sub nomine sanctæ Avie,  
seu potius, ut olim dicebatur, S. Hedvigis: nunc  
est cenobium virginum Ursulinarum.

LXXXIII. SIMON.

Ranulfi demortui in locum a canonicis ecclesie  
Parisiensis a subrogatus est Adenulfus de Anag-  
nia, unus e doctoribus, qui anno 1282. una  
cum Ranulfo decretum circa confessionem edi-  
derunt. Gregorius IX. ex fore nepos, ut voluit,  
ecclesie Audomarenfis præpositus & Parisiensis  
canonicus, post repulsas Narbonenses infusus,  
Parisienses quoque deprecatus est, ad quos ab  
Honorio papa confirmatus fuerat, regulareque  
in monasterio sancti Victoris Parisiensis institutum  
implexus est, ubi pauperos obiit, ut testatur  
auctor horum temporum canonicus Parisiensis  
in memoriali historiæ ab anno 1290. IV.  
non. Aprilis obiit magister Adenulfus de Anagnia,  
quondam præpositus sancti Audomari in Flandria,  
electus & tunc confirmatus episcopus Parisiensis, &  
sacellus frater S. Victoris Parisiensis habitus suscepto,  
sepultus in medio chori ejusdem ecclesie, ubi hoc habet  
epitaphium: Hic jacet bona memoria Adenulfus de  
Anagnia quondam præpositus S. Audomari, & ec-  
clesie Parisiensis canonicus, & electus, orate pro eo.  
De eodem hæc leguntur in necrologio ecclesie  
S. Victoris ad diem IV. non. Apr. Item anniversarium  
solemne pia memoria venerabilis magistri Ade-  
nulfus quondam præpositus S. Audomari canonici &  
electi ecclesie Parisiensis, qui ecclesiam nostram super  
altas speciali amore diligens, dum adhuc viveret, dedit  
nobis centum solidos Parisenses, ac in fine nostræ socie-  
tatis frater effectus, dedit nobis libras optimas, quas  
sibi summo studio paraverat, fere super totum verus  
& novum testamentum, & crucem parvam de auro  
purissimo continentem portuiculum ligni sanctæ Cru-  
cis, & quædam ornamenta in cultu altaris.

Adenulfo successit Simon Matifas, dictus de  
Buciaco, ab oppido Suesionensis agris, ubi natus  
est. Hic primum legum professor & juris cano-  
nici lector fuerat, tum præpositus scacarii Ro-  
thomagensis, demum ex Remensi archidiacono  
& canonico Parisiensis ab cathedram Parisiensem  
assumptus est anno 1280. Initum inter priorem  
Carthusiæ & archipresbyterum sancti Severini  
super censibus archipresbytero a Carthusianis pro  
jure parochiali debitis pacificationem ratam habuit  
mense Februarii anni, ut loquimur, 1290. quo  
oblationes quas receperat in ecclesia S. Stephani  
de Gressibus, ubi missam celebraturus declina-  
verat, canonicis cathedralis restituit curavit, qui-  
bus ecclesiam pleno jure subditam recognovit die  
Martis ante festum Cathedræ S. Petri. Judæum  
sacrilægum, qui variis dirisque modis in die sancto  
Paschæ anni ejusdem sacrant contulperaverat ho-  
stiam, flammis comburendum tradidit, uxorem-  
que & filios sacro fonte tinxit. Eo autem in loco,  
ubi tum immane facinus perpetratum est, Rai-  
nerius Flammings civis Parisiensis capellam,  
miraculorum nomine nuncupatam, anno 1294  
extruxit, quam procurante Johanne de Joinvilla  
fratribus Caritatis beatæ Mariæ Catalaunensis  
diocesis attribuit: hanc modo habent Carmelites  
vulgo dicti des Billeues. An. 1292. mense Jun.  
celebravit Simon in sacra capella Parisiensis nuptias

ANNI  
CHRISTI  
MATIFAS;  
dictus  
DE BUCI.  
a\* ad canoni-  
larium.  
1289.1290.  
Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
294.1292.  
Hist. uff. fa-  
ctæ Capellæ.

a Die Lunæ post Magdalenam, ita D. du Fourry in schedis.

H ij

Hist. eccl.  
Paris. t. 2.  
pag. 510.

ANNI  
CHRISTIHift. Parif.  
tom. 1. pag.  
205.

1293.

1294.

Margaritæ filiz ducis Brabantæ ac neptis reginæ cum Henrico a Luxemburgo. Confirmavit eodem anno statuta a canonicis ecclesie beate Mariæ Corboliensis. Quoddam manerium ultra portam Montis Martyrum stum ad censum dedit Roberto comiti Nivernensi die Veneris ante Brandoles anno 1293. Accepit eodem litteras a Johanne Cabilonensi comite Autissiodorensi, quibus eum rogat ut pro data a fe terra Montifigai filio suo Guillelmo eum in fidem recipiat. An. 1294.

In festo sancti Johannis ante Portam Latinam viſas a fe litteras apostolicas Nicolai IV. testatus est, quibus relaxat unum annum & dies 40. de injuncta poenitentia iis qui ecclesiam B. Mariæ de Argentolio ordinis sancti Benedicti visitarent In festis Annunciationis, Nativitatis, Purificationis & Assumptionis beate Mariæ, necnon & in festo sanctæ Christinæ martyris, cujus corpus ac sancti Eugenii reliquæ ibidem haberi dicuntur ex authentico instrumento, quod inventum in capsâ S. Christinæ, denuo inclusum est intra novam elegantemque ejusdem martyris capsam anno 1711. Ortam inter rectorem ecclesie de Munsterolio & capellanum regium in capella Vicenarum discordiam terminavit Simon mense Dec. die Martis ante Natale Domini. Subscriptis pactis matrimonialibus Johanne filiz Othonis comitis Burgundiæ cum Philippo filio Philippi regis Franciæ, publicavitque donationem comitatus Burgundiæ tunc temporis ab Othone Franciæ factam die secunda Martii. Compositionem inter cantorem & canonicos beate Mariæ Corboliensis in tam confirmavit die Lunæ post festum Annunciationis. Indictum est anno 1296. die Jovis ante festum S. Johannis Baptistæ a Simone episcopo Prænestino Parisiensi concilio, ad quod convocavit Gallie archiepiscopos. Adfuit anno eodem Simon apud Luparam cum cardinalibus, archiepiscopis & regni proceribus, quando Petrus Flota regis consiliarius litteras Guidonis comitis Flandrensis recitavit, quibus revocabat omnes procuratores suos, quos nominaverat pro pace tractanda cum rege Philippo Pulcro. Tres capellas eodem in basilica majori fundavit. Executor decimalis subsidii regi concessi per summum pontificem deputatus, vetuit ne ecclesiis, quarum reditus minor esset quam quinque librarum Turonensium, ulla fieret impositio die 13. Dec. 1297. Quædam statuta pro bono ordine ecclesie beate Mariæ Corboliensis, quæ in capitulo generali ipsius horatatu scripta fuerant anno præcedenti die 7. in octavis Epiphaniæ, confirmavit die Jovis post festum Pentecostes 1298. Regis ad preces abbas sancti Dionysii consensit die Mercurii in octava Assumptionis ut in monasterio suo in instanti festivitate translationis sancti Ludovici totius regni patroni cum aliis prælatis Parisiensis episcopus in pontificalibus interesset. Confirmavit Simon die 13. Julii anno 1300. testamentum Gaufridi de Giemmo poenitentiarum Parisiensis, qua maxime parte dotavit Gaufridus capellaniam in ecclesia beate Mariæ. Obtinuit a Philippo rege an. 1302. die Mercurii post Inventionem sanctæ Crucis insignie diploma pro jurisdictione eccle-

1296.

Anecd. t. 1.  
p. 219.Anecd. t. 1.  
p. 201.

1297.

Hift. ecclesie  
Parif. t. 2.  
pag. 226.

1298.

1300.

Hidem. pag.  
630.

1302.

siastica. Simonis temporibus, ut discimus ex literis episcoporum ac totius cleri Galliz ad Bonifacium pontificem, quæ asservantur in regio tabulario, Philippi regis jussu prælati regni, barones, abbates, ceterique honore aliquo ecclesiastico insignes, necnon ecclesiæ urbiunisque economi, syndici ac procuratores Luteciæ in æde beate Mariæ die Martis 10. Aprilis 1302. qui nunc 1303. convenere, ubi multis conquestus est rex de pontifice, qui regem in temporibus sibi subiectum volebat, de regni prælatis omnibus, magistris in theologia & professoribus utriusque juris Romam evocatis, multisque aliis quæ a se tolerari minime possent, utpote regni sui libertati contraria: quæ cum essent a rege proposita, barones simul cum syndicis & procuratoribus regis laudaverunt consilium, nec ipsos episcopi committigare potuerunt litterarum apostolicarum severitatem leniendo, nec a rege obtinere, ut cum apostolica sanctitati ad obedientiam, inquit, teneamur, ad beatitudinis vestre pedes juxta præmissæ vocationis vestre se noveremmitteret nos transferre, ex parte cujus & baronum est secuta responſio quod nos nullo modo abire permitteret; regnum sic periculose, sic deformiter, sic irreparabiliter vacuari, quin potius exhaustiri totaliter nullatenus sustinerent. Quare cum viderent in proximo esse ut contemnerentur, & irritas in oblatos ac ludibrio esse futuras censuras & animadversiones suas, jamque clericum quemlibet cultibet laico et proditorem horri esse, animum sumserunt ad Bonifacium suppliciter scribendi, ut revocando suæ vocationis editio tante diffensionis tantoque schismati obviam iret. Vide consilia Labb. ad hunc annum. Eodem

Simon confirmavit ordinationem a canonicis & decano sancti Germani Autissiodorensis ad divini cultus augmentum factam die Veneris post natiuitatem sancti Johannis Baptistæ. Insequenti Simon Parisiensis episcopus obiit x. cal. Julii apud Gentiliacum, ita Johannes a sancto Victore ad annum 1304. & Parisius in ecclesia beate Mariæ in capella quadam, quam ipse in honore B. Rigoberii Remensis archiepiscopi construxerat, nunc S. Cosmæ dicta, sepultus est. Inibi autem tumulo marmoreo circumscripta leguntur: *Hic jacet bonæ memoriæ Simon Matifas de Buci Suesſionensis diæcesis, quondam Parisiensis episcopus, primus fundator duarum capellaniarum hujus ecclesie, & quamplurium aliorum bonorum huic ecclesie & servitoribus ejus largitor, qui per xv. annos rexit, & obiit anno Domini 1304. in vigilia beati Johannis Baptistæ. Orate pro ejus anima; requiescat in pace, Amen.* In anteriori capelle parte vultus alia ejusdem effigies columnæ superposita, cui subjicitur epitaphium gallico idiomate, in quo dicitur trium capelliarum fundator aliarumque restitutor. De eo quoque hæc habet martyrologium ecclesie Parisiensis: *Anno Domini M. CCCIV. x. calend. Julii, scilicet die Lunæ ante festum B. Johannis Baptistæ obiit bonæ memoriæ & pie recordationis Parisius dominus Simon de Buciaco Suesſionensis diæcesis, Dei gratia hujus ecclesie Parisiensis episcopus, & illustrissimi regis Francorum consiliarius, qui quamdiu vixit episcopus, pie & laudabiliter, ac*

1304.

Hift. Parif.  
tom. 1. pag.  
100.



ANNI  
CHRISTI

cum magna tranquillitate subditorum suorum ecclesiam istam rexit, & reditus episcopatus in multis & magnis augmentavit, quae singillatim enarrata videlicet tomo 2. Hist. ecclesiae Paris. pag. 531. Illius pariter meminit continuator Nangii.

Aliquot post obitum Simonis interjectis diebus habitus est in vigilia apostolorum Petri & Pauli Parisiis in ecclesia majori celeberrimus episcoporum conventus, in quo lectae regis litterae, quibus significabat regnum ab excommunicationibus, quas prius tulerat Bonifacius VIII. a papa Benedicto ad cautelam absolutum, decimaeque ecclesiarum & annualia regi ad subsidium belli concessa. Eodem adhuc anno Philippus rex profligato acerrima pugna apud Montempabuli 18. Augusti Flandrorum exercitu, in quo cruentissimo certamine vitam ad hostibus difficillime servavit, ne collati sibi divinitus triumphi videretur ingratus, in ecclesia beata virginis centum libras Parisienses perpetui redditus die festo Ascensionis distribuendas assignavit mense Septembri. Fundatum eodem anno a Johanna regina Navarrae, Campaniae comitissa, Philippi Pulcri uxore, collegium Navarrae, vel Campaniae, dictum, amplitudine aedificiorum, praceptorum & alumnorum numero ceteris haud inferius.

## LXXXIV. GUILLELMUS IV.

Simone defuncto, vacavit sedes Parisiensis ecclesiae, inquit Johannes a S. Victore, facta interim contentione inter archidiaconos Parisienses & capitulum pro jurisdictione, sed sedata est usquequo feria sexta ante festum S. Matthaei apostoli magister de Aurillac canonicus Parisiensis satis concorditer in episcopum Parisiensem electus est, consecratusque a Stephano Bisquart tunc archiepiscopo Senonensi circa medium Januarii in festo S. Sulpitii cum honore episcopus Paris. LXXIX. Guillelmus itaque Baufeti vitae laudabilis vir & medicinae multiplici expertus, inquit continuator chronici Nangianni, Aureliaci apud Arvernus natus est, unde illi de Auriliaco cognomen in testamento Johanna de Castillione comitissae Blefensis condito an. 1291. cujus unus ex executoribus nominatur *Maistre Guillaume d'Orillac son Physicien*: sic quoque vocatur a Johanne a S. Victore, ut vidimus, in vita Clementis V. fere initio. Regis autem physicus & canonicus Parisiensis erat, cum a canonicis electus est episcopus an. 1304. feria sexta ante festum S. Matthaei apostoli, ut habet Johannes, seu die Sabbati ante festum S. Andree, ex schedis D. du Fourny, nam in veteri regesto legitur computus regaliae Simonis morte aperta & vigilia S. Johannis Baptistae usque ad Sabbatum ante festum S. Andree. Guillelmus paulopost a Stephano Senonensi consecratus est die 17. Januarii. Fundatum in honorem sanctae Trinitatis in ecclesia S. Gervasii a Johanne Clarifensio regis clerico capellam approbavit die Lunae in festo Cathedrae sancti Petri. Hoc eodem anno Johannes Parisiensis, cognomeno Pungentis-asi-num, ordinis Praedicatorum, subtilis homo & regens in theologia, cum novam quandam de corpore Christi in sacramento altaris doctrinam Sereret, a Guillelmo Parisiensi & magistris in

A theologia pluris auditus, tandem ab Egidio archiepiscopo Bituricensi, Guillelmo episcopo Ambianensi & aliis diligentibus ejus positione pensata, prohibitus est amplius legere & disputare Parisiis. Docebat autem substantiam panis in Eucharistiae sacramento manere sub accidentibus suis, non in proprio supposito, sed tractam ad esse & suppositum Christi, ut sic fit unum in duabus naturis suppositum. Burdegale paulopost interijt, ubi tunc erat curia Romana, ad quam appellaverat, ex Bernardo Guidonis. Erektionem & fundationem capellanae ad altare sanctorum martyrum Dionysii & sociorum per Hermetaem B & ejus conjugem factam confirmavit Guillelmus die Veneris post festum S. Dionysii anno 1305. pontificatus primo. Sex libras Parisienses jure morticinii donavit anno 1306. Dominica ante Ascensionem, ad opus capellae sancti Ludovici fundatae in ecclesia sancti Honorati. Aliquot post diebus feria scilicet tertia post Ascensionem caput S. Ludovici regis Francorum a monasterio sancti Dionysii in Francia usque ad capellam regis Parisiensem maximo apparatu delatum est, quo tempore Philippus IV. rex unam coltam sancti regis dedit ecclesiae beatae Mariae Parisiensis: hac autem in solemnitate Guillelmus & alii, qui frequentes

C adfuerunt episcopi, concesserunt unum annum & dies 20. de junctis poenitentibus vere poenitentibus & confessis, qui ad hanc festivam diem conveniant, ut docet epistola Philippi regis ad Clementem V. in collectione Baluziana. Hoc anno in festo sanctae Mariae Magdalene Judei, tam Parisiis, quam per totum regnum diffusi, justa regis capti sunt, fiscoque adjudicatis eorum bonis, regno pulsi sunt, ulterius minime reverfuri, ut legitur in iv. vita Clementis V. auctore Bernardo Guidonis. Solemnem Aetipidi electae S. Antonii abbatissae impertitus est Guillelmus benedictionem die apostolorum Simonis & Judae.

D Juxta bullam Clementis V. datam Pictavis iv. nonas Maii pontificatus tertio assensum praebuit erektioni parociae in collegio Cardinalitio penultima Augusti anno 1308. Controversiam habuit eodem anno cum capitulo pro jurisdictione occasione cujusdam homicidii, quae arbitris commissa est, qui secundum capitulum judicantur die Martis post Dominicam qua cantatur *Miserere cordae Domini*. Litteris feria tertia post festum S. Nicolai hyemalis datus capitulum Guillelmo significat electum Simonem de Guibervilla decanum. Huic Clemens V. commisit xv. calend. Novembris anno 1309. provinciam citandi ad curiam Romanam eos omnes, qui memoriam Bonifacii VIII. infamabant. Die festo S. Thomae apostoli Petrus de Gressibus sacerdotem apud Montem Lethericum initiat, qui postea Dominica prima Januarii in vigilia Epiphaniae Parisiis in episcopum Auiffiodorensium consecratus est. Fundata est anno eodem capella ad altare SS. Crispini & Crispiniani a Roberto Magnien de Insula Adami, dicto de Stampis, die Martis ante festum Cathedrae S. Petri. Compositionem inter abbatem sancti Maglorii & rectorem de Bria confirmavit Guillelmus die Veneris in festo

Ch. CLXIV.  
ed. 124.DE  
BAUFET.  
dictus d'AU-  
BILLAC.Vit. Pap.  
Averm. t. 1.  
ed. 3.ANNI  
CHRISTI1305.  
1306.Vit. Pap.  
Aver. tom.  
2. ed. 79.Hist. tom. 1.  
col. 84.  
Hist. ecclesiae  
Paris. t. 2.  
pag. 539.Hist. Paris.  
tom. v. pag.  
612.  
1308.Ordines  
Rog. ad  
Avic. ann.  
1309.Vit. Pap.  
Aver. tom. 1.  
col. 84.

ANNI  
CHRISTI  
1310.

Fragn. hist.  
t. IX. p. 78.  
Spicil. r.  
xi. p. 646.

1311.  
Hist. eccl. Par.  
t. 2.  
pag. 561.

Hist. Par.  
t. 2.  
pag. 295.

1312.

1313.

1314.

1315.

Spicil. r.  
iv. p. 268.

1316.

S. Marci evangelizate anno 1310. Eodem v. idus  
Maii feria secunda per archiepiscopum Senoiensem  
& suffraganeos in concilio provinciali Paris.  
coadunati fuerunt *sententati* & iudicati propriis  
confessionibus 54. Templarii, & relicti curiæ  
seculari tanquam impenitentes super nefanda &  
profana professione sua, & sequenti die Martis  
scilicet iv. idus Maii in festo sanctorum Nerei  
& Achillei fuerunt per secularem curiam regis  
igni traditi, combusti, & post paucos dies fuerunt  
ibidem alii quatuor similiter iudicati. Ita chroni-  
con Anonymi apud Stephanotium. Eo circiter  
anno Margarita Porette de Hannonia Parisiis  
edidit librum, in quo multi continebantur errores  
& hæreses, & inter ceteras, *quod anima annihi-  
lata in amore concitoris, sine reprehensione conscientie  
vel remorsu potest & debet naturæ quidquid appetit  
& desiderat concedere*, quod manifeste sonat in  
hæresim, inquit continuator Nangii. Quæ coram  
episcopo sufficienter monita comparere nolens  
proposito Parisiensi tradita est, qui eam flammis  
iussit extinguere in communi platea Gravia. Quis  
autem hic non agnoscit spurcissimum Quietis-  
starum dogma! Litem habuit eodem anno Guil-  
lelmus cum preposito Parisiensi, qui ordinatio-  
nem domus Leprosorum perturbabat ibique epi-  
copi sibi jura vindicabat. Acta in senatu causa,  
qui secundum possessionem episcopi proposito  
amotus pronuntiavit die Lunæ post festum An-  
nunciationis. Philippus Pulcher Guillelmum testa-  
menti sui executorem instituit die 17. Maii an.  
1311. Eodem Guillelmus ecclesiæ Parisiensi  
scripsit donationem pro anniversario suo die Veneris  
ante festum B. Michaelis, duodecim libra-  
rum Parisiensem annui & perpetui redditus. Duos  
matricularios laicos instituit anno eodem in eccle-  
siæ S. Opportunæ, qui fabricæ curam haberent.  
Ratam habuit fundationem collegii de Haricuria  
factam a Roberto Constantiensi episcopo execu-  
tore extreme voluntatis Roberti de Haricuria  
archidiaconi Constantiensis, die Jovis ante nati-  
vitatem sancti Johannis Baptistæ anno 1312.  
Querelam habuit cum monachis sancti Maglorii  
super nonnullis articulis, quos arbitris definiend-  
am commisit die Jovis post translationem sancti  
Benedicti an. 1313. Philippus Conversi eodem  
duas capellanias in ecclesiâ Parisiensi dotavit pro  
animabus Philippii regis, Johanne reginæ, suaque  
ipsius. Provinciale concilium Parisiis a Philippo  
Senonensi archiepiscopo habitum est feria tertia  
ante translationem sancti Nicolai 1314. aliudque  
anno sequenti a rege indictum, ut hoc anno sibi  
rebus publicis implicito decimam exigere liceret.  
Eodem anno Judæi in Galliam revocati sunt die  
28. Junii. Dissidium habuit Guillelmus cum  
monachis de Becco Heiluiii pro collatione cus-  
dam capelle in ecclesiâ sancti Gervasii, quod ab  
arbitris sopitum est anno 1315. die Lunæ 28.  
Julii in gratiam monachorum, institutumque a  
monachis approbavit capellanum die 27. Aug.  
Invitatus ad concilium Silvanensense per Petro  
Catalanensi episcopo legitur in epistola Roberti  
de Curtenaco Remensis archiepiscopi scripta anno  
1316. 1316. die Lunæ ante Ascensionem. Eodem anno

fundatam ab Imberto de Lion domum hospitalem  
ad recipiendos pauperes nuerulcas 1er urbem  
transfentes scriptis die Jovis ante festum beate  
Magdalene litteris confirmavit. Discordiam ha-  
buit cum monachis S. Maglorii pro ponte super  
Sequanam construendo, cujus terminande gratia  
arbitros elegerunt die Jovis post Dominicam  
*Latare Jerusalem*. Hi autem sententiam dixerunt  
de consensu partium anno 1317. die Martis post  
festum sanctorum Jacobi & Christophori. Sancti  
Maglorii corpus e vasculo, in quo per 340. annos  
inclusum fuerat, in capsum magni pretii transfudit  
Guillelmus die nona mensis Julii 1318. & tri-  
ginta dies de penitentibus relaxavit iis qui eidem  
translationi adherant. G. Sagonensi episcopo  
loca & cœmeteria in diocesi Parisiensi benedi-  
cendi facultatem concessit Sabbato ante festum  
Annunciationis. Factam inter abbatem S. Ma-  
glorii & parochum sancti Bartholomæi compo-  
sitionem confirmavit anno 1319. die Lunæ post  
festum Assumptionis beate Mariæ. Eodem testa-  
mentum condidit, cujus executionem deman-  
davit Guillelmo de Chenaco archidiacono Parisi-  
ensi, Guillelmo de Lauduno thesaurario Cap-  
elle regalis, & Petro Casali canonico B. Mariz,  
qui de ratione expensarum cameræ computatur  
super debito, in quo tenebantur regi pro decima  
ejusdem episcopi Guillelmi, qui obiit eodem  
anno 111. cal. Januarii, sepultusque est in capella  
infirmariæ cœnobii S. Victoris. De eo necrolo-  
gium Parisiense hæc habet: *111. cal. Januarii  
an. M. CCC. XX. de domo S. Maria obiit Guillel-  
mus Baufeti Parisiensis episcopus, qui an. M. CCC. XI.  
die Veneris ante festum S. Michaelis in Septembri  
dedit & assignavit nobis valorem perpetui & annui  
restitut de XII. libris admortizatis*. Errorem in  
anno assignato inde merito deprehendes, quod  
sedes vacare dicatur anno 1319. die Veneris post  
Nativitatem Christi in regesto chartarum regia-  
rum 215. & die Veneris post Dominicam qua  
cantatur *Reminiscere*, sicut & an. 1320. die Jovis  
post nativitatem beati Johannis Baptistæ in tabu-  
lario S. Maglorii, & quod Stephanus successor a  
Johanne XXII. confirmatus fuerit anno 1320.  
eodemque memoretur in regestis Vaticanis. Guil-  
lelmo nostro tributum statuta, quæ in synodico  
Parisiensi absque ulla subnotatione a Guillelmo  
Parisiensi episcopo definita esse memoratur.  
LXXXV. STEPHANUS III. D E  
BOURRETT.  
E decano Carnotensi ad cathedram Parisien-  
sem assumtus Stephanus, ante consensum electio-  
ni prælitum statim ad altare more solito depor-  
tatur, ubi plebi factio signo crucis, non solenniter  
benedixit, inquit Oldradus Consil. 246. Qua de  
re interrogatus summus pontifex Johannes XXII.  
factum Stephanus approbavit, ejusque electionem  
confirmavit litteris ad regem commendatis an.  
pontificatus IV. hic est annus 1320. festere enim  
coeperat Johannes a die 7. Augusti 1316. Elec-  
tus autem Stephanus & confirmatus cameræ apo-  
stolicæ promissit 8. Septembris ejusdem anni, ex  
regestis Vaticanis: non mirum itaque ejus inveniri  
litteras an. 1320. datas, ut legitur tomo 2. hist.  
ecclesiæ

ANNI  
CHRISTI  
1317.  
Hist. eccl.  
Par. t. 2.  
pag. 567.

1317.

1318.

Hist. Par.  
t. 2. pag.  
221.

1319.

pag. 26.

1320.

ANNI  
CHRISTI

ecclesie Parisiensis pag. 595. Haud ideo tamen temporalibus ecclesie bonis statim potius est, quæ anno tantum sequenti rex ei petenti concessit, ut nos docent litteræ Philippi regis custodibus regularium scriptæ, ex quibus intelligitur a pontifice Romano datum Stephano ecclesie regnum, sed temporalitatem episcopatum interdiciam, quam rex postea ad ejus preces concessit, confecto hac de re diplomate die prima Oct. 1321. Eodem anno delatam ad ipsum a rege causam de impedimentis matrimonii inter Carolum regem Francie & Blancham comitissæ Atrebatensis, quæ de fonte sacro cum levaverat, siliam diligenter pertractavit

1321.

Simpl. t. 1.  
x. p. 696.Vir. Pop.  
Aven. t. 2.  
col. 479.

1324.

Hist. ecclesie  
Paris. t. 2.  
pag. 604.

1325.

Vir. Pop.  
Aven. t. 2.  
col. 479.

Stephanus eodem pepigit die 7. Nov. cum abbate Majoris monasterii pro jurisdictione in prioratibus B. Mariæ de Campis & de Villa petrosæ. Doctrinam S. Thomæ diligentius examinatum errore quorundam articulorum a decessoribus suis damnatorum innumera declaravit die Jovis ante Cineres. Memoratur in tabulario Calensii die Jovis post festum S. Matthæi an. 1325. ubi testatur nullum sibi jus competere monialis in monasterio Calensii collocandæ. Jure morticini donavit quosdam redditus Roberti le Meignen Sabato post festum æstivale S. Martini. Decessit VIII. cal. Decembris anni ejusdem ex necrologio, non vero 1326. ut apud Samaritanos, quos refutat bulla Johannis papæ XXII. qui confirmans dissolutionem matrimonii Caroli IV. regis Francie cum Blancha de Burgundia, dicit causam hanc prius agitam coram Stephano bonæ memoriæ episcopo Parisiensi, qui proinde jam obierat, cum data est Avenione bulla nonis Apr. anno decimo pontificatus Johannis, seu anno 1326. Præterea legitur computus regniæ vacantis pro obitu Stephani a Dominica in vigilia sanctæ Catharinæ, qua decessit. Defunctus sepelitur in choro majoris ecclesie ad sinistram Odonis de Sully. De eo legitur in necrologio: *vIII. cal. Dec. an. Domini M. CCC. XV. obiit bonæ memoriæ Stephanus de Borreto Parisiensis episcopus, cujus clausulam testamenti habemus in thesauro nostro in hæc verba. Item legamus officio anniversariorum nostræ Parisiensis ecclesie triginta libras Parisienses reatiales, quas enim & habemus in locis inferius annotatis, valeat quatuordecim libras, quas enim ab hereditibus defuncti magistri Galeranni Britonis in terra nostra de Furno episcopi admortizatas; item sexdecim libras Parisienses annui redditus apud Cornelius ex conquestu nostro non admortizatas, quas tempore nostro admortizare proponimus, Deo dante; Et si tempore nostro non fuerint admortizate, volumus & ordinamus quod de bonis nostris post obitum nostrum admortizentur. De quibus XXX. libris reatualibus volumus & ordinamus quod in vigilia anniversarii nostri celebrentur ob nostram, parentum & benefactorum nostrorum salutem animarum in dicta Tomus VII.*

A Parisiensi ecclesia per capellanos ejusdem XI. missæ de defunctis, & in die anniversarii XI. similiter missæ de defunctis, & quilibet capellorum predictorum habeat pro quolibet missa 11. solidos Parisienses. Item de decem octo libris residuis de summa triginta librarum Parisiensium reatualium volumus & ordinamus quod quilibet canonicus, qui interierit vesperis in vigilia dicti anniversarii, & in die in missa, habeat decem solidos Parisienses. Item matricularii laici pro pulsatione campanarum in dicto anniversario anno quolibet octo solidos. Item capicarii pro luminari sex solidos. Item volumus & ordinamus quod in die Nativitatis Domini post vesperas, & ita quolibet die usque ad Purificationem B. Mariæ virginis inclusive fiat una processio generalis in dicta ecclesia Parisiensi ante imaginem B. Mariæ, & quod ibi cantentur istud responsum Sanctæ & immaculatæ & ista antiphona Involuta, & in fine dictorum responsum & antiphona dicatur una oratio de B. Mariæ, de quibus canonicis ibi præfens habeat quatuor denarios Parisienses, & quilibet capellanus & clericus ibi præfens similiter habeat unum denarium Parisiensem super duabus domibus quas habemus ex conquestu nostro admortizatas in cuneo vici S. Hilarii Parisiensis, quæ quondam fuerunt defuncti domini Bernardi Fabri in terra & dominio episcopatus Parisiensis: & nisi dictæ domus sufficient ad prædicta, volumus quod de aliis nostris bonis persiciatur, &c. In tabulario cenobii de Alba curia aliud testamenti apographum servari annotat Samaritanus, ex quo hæc descriptum: *Legamus viginti libras Parisienses annui redditus applicandas cuidam capellanie olim instituta seu fundata a majoribus nostris apud Fiholcuriam, convertendas ad usum & sustentationem unius monachi assumendi in monasterio de Alba curia Præmonstratensis ordinis, & in prædicta capella cum illo qui ibidem jamdiu est a prædictis majoribus nostris institutus, collocandi, & etiam pro perpetuo associandi.*

D

## LXXXVI. HUGO II.

DE BE.  
SANÇON.

Ab antiqua & nobili Sequanorum urbe, unde ortus erat, de Bisuntio dictus Hugo, in Academia Parisiensi litteris operam dedit. Canonicus ecclesie Parisiensis anno 1308. cum Petro de Gressibus cantore & Simone de Gombervilla cancellario arbiter electus a Guillelmo episcopo & capitulo controversiæ circa jurisdictionem obortæ secundum capitulum pronuntiavit. Decretorum doctor dicitur anno 1311. in historia Universitatis. In ordinem consiliariorum regionum Parlamenti Parisiensis postea electus, inter eos qui in magna quam vocat camera sedebant anno 1316. numeratur a Johanne Tillio *Maitre Hugues de Besançon*. Cantor ecclesie Parisiensis a Stephano decessore delegatur anno 1324. una cum aliis duobus, qui in doctrinam S. Thomæ a nonnullis impugnatam inquirent. Ad cathedram Parisiensem evocatus est a capitulo Parisiensi XIX. calendis Februarii anni 1325. qui nunc 1326. ita enim intelligenda parvi Pastoralis verba: *Hugo de Bisuntio incipit anno M. CCC. XVI. in crastino octavarum Epiphaniæ Domini. Fuit electus per viam Spiritus sancti. Hoc eodem anno 26. Aprilis*

1326.

I

ANNI  
CHRISTI

subscriptum cum Willelmo Viennensi archiepiscopo, A  
Mimatensi & Arausico episcopo presente rege  
tabulis venie Flandrensibus populis concessa,  
que habentur in chartis regii thesauri fol. 171.

1327.

Die 18. Maii de Hugonis licentia impositus  
primus lapis ecclesie S. Sepulchri in urbe. Recens  
fundate in ecclesia S. Gervasi ad altare sancte  
Magdalene capelle collatio Hugoni relicta post  
primam presentationem anno 1327. Inlittumam  
in ecclesia S. Johannis capellam S. Ludovici a  
Nicolao de Paciaco ratam habuit 10. Septemb.

1328.  
Hist. ecclesie  
Parif. t. 2.  
pag. 607.1329.  
Idem pag.  
608.Spicil. rom.  
XI. p. 744.

s. 69.

Spicil. 1.  
XI. p. 745.1330.  
Hist. ecclesie  
Parif. t. 2.  
pag. 609.

1328. Confratres S. Sepulchri, quos jus episcopi  
in ecclesiam suam prius detrahentes excommuni-  
caverat, poenitentes absolvit die 7. Februarii; & B  
die Jovis post Quasimodo anni 1329. composi-  
tionem fecit cum canonicis ecclesie Parisiensis  
pro jurisdictione in dictum hospitale, quam confir-  
mavit summus pontifex anno eodem. In ea  
constitutum ut singulis annis episcopo 60. libras  
appenderentur: at cum decanus & capitulum, ut  
ab hoc se eximerent onere, 600. libras Hugoni  
appendissent, emit castrum de la Mothe apud  
Lularchias. Eodem anno die Dominica secunda  
Junii coram frequenti clero promulgavit litteras  
Johannis XXII. Rainallucium adulterum ponti-  
ficem, Ludovicum Bavarum, prepositum gene-  
rale Minorum, & socios a communionem ecclesie  
alienantis, in ignemque iniecit quas noctu con-  
vitiis adversus Johannem plenas ad valvas ecclesie  
affixerant. Papa ad Hugonem miserat librum  
*Quia vir reprobus*, editum adversus Michaëlem de  
Cesena dudum generale ordinis Minorum, ut  
eum divulgandum curaret, qui quidem, inquit  
Odolricus ad annum 1329. una cum Parisiensi  
Academia egregiam in propugnanda apostolica  
doctrina & Michaëlis erroribus refellendis tulit  
laudem. Fundata mense Septembris ejusdem anni  
capella S. Johannis Baptiste in ecclesia Parisiensi  
a Petro Millet & Petronilla uxore. Habitus est  
mense Decembris Parisiis conventus presulum &  
baronum regni, ubi de jurisdictione ecclesiastica  
decretatum est coram Philippo rege, impugnata  
a Petro Cuercio, & propugnata præsertim ab  
archiepiscopo Senonensi & episcopo Eduensi  
Petro Bertrandi. Confirmavit Hugo anno 1330.  
die 27. Aprilis inquit inter parochos Parisiensis  
diocesis & confratres hospitalis S. Sepulchri pro  
cemeteryo ejusdem domus conventionem. Circa  
id tempus habuit liem cum Universitate Parisi-  
ensi ob multam 400. librarum ab eo indictam  
cuidam clerico academico ob raptam feminam;  
unde rector & scholares perjurium ei impigerunt,  
dicentes cum fecisse contra præfatum juramen-  
tum, & a juribus & societate Academia excisum  
decreverunt. Judicio offensus Hugo, ad Johan-  
nem causam detulit, qui ad cautelam Hugonem  
absolvit a juramento, quod olim dum in scholis  
erat, præstiterat, quod statuta & privilegia ac  
immunitates ejusdem Aeademie conservaret, &  
contra eadem non faceret vel veniret, bulla data  
calendis Maii anno 1330. simulque de partium  
consensu causam demandavit judicio Bertrandi,  
Ambaldi & Petri cardinalium, qui ordinarunt  
ut pecunia de qua lis erat, pauperibus scholasticis

distribueretur, chartasque omnes a summo pon-  
tificæ lacerandas obtinuerunt anno 1331. Dedit  
Hugo capitulo die Mercurii ante festum sanctissimi  
Sacramenti 1330. decem libras Parisiensis annui  
reditus pro suo anniversario quotannis feria sexta  
post idem festum celebrando. Nonnullas ad eum  
scripsit hoc anno litteras Johannes XXII. quibus  
XIII. cal. Octobris notum facit Petrum de Cor-  
bario antipapam ab hæresi & schismate resipuisse,  
encyclicæque hac de re ad fideles datas in cele-  
berrima Parisiensi Academia litteras divulgari  
jubet. Quatriduo post eadem gratulatus est super  
conversione ejusdem Petri, & gratias egit de his  
quæ fecit, tam contra Petrum quam contra Con-  
radum de Alemannia IX. cal. Octobris. Eidem  
gratulatus est quod hæresis Conradi de provincia  
Alemannie ordinis Minorum alumni per con-  
stitutiones suas condemnaverit: datum Avenione  
IX. cal. Dec. pontificatus anno decimo quinto.  
Adiit Hugo dedicationi ecclesie sancti Ludovici  
Pissiacensis die 12. Februarii præsentem rege Phi-  
lippo VI. & frequente episcoporum cætu. Dele-  
gatus a Johanne XXII. summo pontifice in causa  
fratris Alberici ordinis Prædic. qui falsas fabri-  
caverat litteras, inquisitionem fecit die 6. Julii  
1331. Concordiam inquit die Dominica ante  
festum sancti Lucae cum monachis S. Martini in  
Campis, qua statutum, ut capellanarium in pa-  
rochia S. Jacobi collatio & presentatio ad epi-  
scopum & conventum alternis vicibus pertinerent.  
Solidos 73. assignavit die Veneris in vigilia sancti  
Thomæ apostoli perpetuo distribuendos iis qui  
in prima missa Natalis Domini prophetie inter-  
essent. Petrum Treslon presbyterum notarium  
falsi crimine damnatum omnibus beneficiis pri-  
vavit, carceri quandiu placeret episcopo manci-  
pandum tradidit, & tanquam ejus sisco addicta  
declaravit solemnî judicio coram sex episcopis,  
duobus abbatibus, magnoque Francie priore mense  
Aprilis 1332. Migravit e vita die 29. Julii  
sepultusque est in choro ecclesie cathedralis, ubi  
tunulo inscriptum est hoc epitaphium: *Hugo de*

ANNI  
CHRISTI

1331.

*Besunçon utriusque juris doctor, episcopus Parisiensis*  
*qui in hac ecclesia gressu pontificali, sex annis cum*  
*dimidio promptus & ærovis implevit. Obiit autem*  
*anno Domini M. CCCXXVII. IV. cal. Augusti.*  
Ad eandem diem legitur in codice mss. apud  
D. de Gagneres: *Obitus venerabilis patris H. de*  
*Bysoncio quondam Parisiensis episcopi, qui dedit nobis*  
*X. libras, quæ fuerunt implicatae in 50. solidos*  
*annui census super domo Johannis Bonpays apud*  
*B. Mariam de Campis pro anniversario suo faciendæ*  
*E per Michaëlem de Dorencio.*

1332.

Hujus temporibus archidiaconus major Parisi-  
ensis erat Petrus Claromontanus regii sanguinis  
princeps, Roberti comitis filius, S. Ludovici nepos.

## LXXXVII. GUILLELMUS V.

DE  
CHANAC.

Editus est Guillelmus nobilissima juxta ac  
vetustissima Chanacorum a gente apud Alaisacum  
inferioris provincie Lemovicensis vicum, qui in

a Chanacæ gentis genealogia eruit Baluzius ex chartulario  
Tulensi, quam inseruit in notis suis ad vitæ Papæ Avre-  
nionensis col. 1449. & seq.

ANNI  
CHRISTI

Pompadorius defuit, cum Galiena Chanacorum heres Rannulfo Helie de Pompadorio militi an. 1355. nupit, quod errandi ansam præbuit iis, qui Guillelmum a Pompadoris ortum scribere. Guillelmi de Chanaco cardinalis patruus, ut legitur in ipsius testamento, legum professor, officialique episcopi Parisiensis erat Guillelmus die 28. Oct. an. 1306. factus postea major ecclesie Paris. archidiaconus, ejusdem antistes renunciatur die 18. Augusti anno 1332. a Johanne XXII. ut legitur in Pastoralibus. Aliquot post diebus camere promissit apostolice 25. ejusdem mensis, non consecratus tamen episcopus ante 18. Aprilis anni 1333. licet recensatur inter episcopos Dominica IV. Adventus anni præcedentis a rege apud Viennensem convocatos propter opinionem de statu animarum a corpore separatarum, quam a Johanne XXII. assertam dicebant. Mille florenos auri impendit die Jovis ante festum S. Laurentii anno 1333. pro acquisitione castri de Lusarchis, ut habet vetus documentum in domo episcopali sancti Marcelli scriptum. Fundatur 25. Februarii Parisiis collegium de Caritate beate Mariæ, de cujus destructione conqueritur Gaspar Sillingardus in catalogo episcoporum Mutinensium, qui fundationem refert ad Francicum de Hospitali civem Mutinensem, licet præcipuus illius auctor fuerit Andreas Gini cardinalis. Finem posuit Guillelmus die 7. Aprilis anni 1334. liti quæ pro homagio feodi, castri & castellanie de Braia comitis Roberti in Parisiensi diocesi inerat inter ipsum & Johannem Francie & Navarre reginam castri dominam, quæ scripto testata episcopo se debere fidem clientelarem, per Johannem de Sociaio concessit. A sede apostolica deputatus ratam habuit fundationem collegii de Burgundia die 28. Augusti anni 1335. Terminata est a G. Baudeti episcopo Lingonensi & Francie cancellario 5. Novembris ejusdem anni quæ inter Guillelmum orta fuerat & capitulum Parisiense de controversia ratione torchiarum, & cereorum, ac paramentorum deauratorum, seu sericorum, qui fuerunt positi super feretrum in exsequiis papæ Johannis XXII. & Guillelmi de sancta Maura Francie cancellarii, quæ quidem se statuibus arbitris restituta sunt fabricæ ejusdem ecclesie. Simul ab eisdem jurisdictione episcopi & capituli asserta fuit, canonici pro exemptis ab episcopo habiti, ipso consentiente quod a temporibus quibus in capitulo & ecclesia Parisiensi conversatus exstitit, scilicet per 26. annos & amplius, vidit & audivit eos se tenere & gerere pro exemptis a jurisdictione episcopi; familiaribus quoque canonicorum eadem attributa jura, limites utriusque jurisdictionis determinati, illibata episcopo jura consuetudine in ecclesia servata, scilicet sedes sua, jus synodorum in eadem, degradationum & ordinum conferendorum. Acta sunt hæc in capitulo anno 1335. indicl. IV. die 5. Nov. Benedicti XII. anno 1. Memoratur Guillelmus in actis cujusdam emtionis apud Seillacum factæ anno 1339. post festum Assumptionis ad opus domini Guillelmi de Chanaco episcopi Parisiensis & suorum heredum & successorum. Transiit die 12. Maii 1340. cum Guillelino bui-

Vir. Pap.  
Aven. 1. 2.  
ml. p. 64.Bales. inf.  
f. 02.Hist. univ.  
Paris. 1. 4.  
pag. 227.Hist. Paris.  
ann. 3. pag.  
637.Chron. Paris.  
lib. 20. pag.  
249.

1333.

1334.

1335.

1339.

1340.

Tomus VII.

culario pro dominio de Confluentio. Philippus rex voluit ut monachi S. Dionysii in possessionem mitterentur omnium prædiorum, jurium, justitiarum, &c. quæ Guillelmus episcopus in villa & territorio portus de Nully, qui erat de feodo regis, compararat. Quod regis edictum camere computorum placito sancitum & executioni mandatum Sabbato prima Septemb. anni 1341. Eodem nonnullas propositiones sanæ doctrinæ adversus, habito cum magistris theologiæ consilio, Guillelmus proscript. In remotis erat die 20. Sept. anni 1342. id est Avenione, quo se contulerat, ut a novo pontifice Clemente VI. contreraneo suo facultatem obtineret episcopatum nepoti suo Fulconi de Chanaco transcribendi. Petitioni annuit pontifex, cumque ad patriarchatum Alexandrinum promovit v. cal. Decembris anni ejusdem. Collegium S. Michaelis, alias de Chanaco, perperam vero de Pompadorio, nuncupatum, pro pauperibus gentis suæ scholaribus Parisiis fundaverat, cum patriarcha Alexandrinus obit v. nonas Maii die festo Inventionis sanctæ Crucis an. 1348. plenus dierum ac pene centenarius. Sepultus est apud sanctum Victorem in capella infirmariæ, ubi hoc habet epitaphium:

1341.

1342.

*Hic situs est dominus G. de Chanac patriarcha Alexandrinus, juris dum viveret arca, Mores ornatos ad culmen nobilitatis Adjuvens, gratos actus habuit pietatis. Plebis & ecclesie prælatus Parisiensis, Cultor justitiæ, perverforum fuit ensis. Hunc sibi non solum, sed eum qui post ibi sedis Dicitur Fulco, reddidit Lemovicense solum. O quam sollicitè, quam sanctè, quamque perite Jus studuit cleri, libertatesque tueri! Multos promovit, quos sanctè vivere novit. Clam resovens inopes, distribuebat opes. Sancta luce crucis transivit ad atria lucis, In Maio moriens, corde Deum sitiens Anno millesimo trecenteno quadrageno Ocloque, centenos annos peragens quasi plenus. Pro dilectoris animæ tu dulciter ora, Sancti Victoris conventus, qualibet hora.*

## LXXXVIII. FULCO II.

DE  
CHANACO

Petri de Chanaco ex Dalphina filius, Guillelmi præcedentis ex fratre abnepos, ut conjicit Baluzius, Guillelmi vero & Bertrandi cardinalium patruus erat Fulco. Hunc & duos alios fratres testamento die 27. Maii anno 1306. condito justit pater monasticum institutum amplecti, cujus voluntati obsecutus non videtur Fulco, quippe qui ordinem clericorum ingressus, canonicus erat Parisiensis, & consiliaris regis in curia Parlamenti anno 1341. ut patet ex apocha, seu chirographo ejus, quo proficitur se recepisse 28. libras Parisienses pro vadis suis desertis in camera Parlamenti penultima die mensis Maii. Vicarius generalis Guillelmi de Chanaco die 20. Septembris 1342. episcopo absente fundatam in

Not. in ob.  
Pap. Aven.  
tom. 1. col.  
2450.

I ij

ANNI CHRISTI

ecclesia S. Eustachii capellam ad altare SS. Jacobi & Annæ approbavit. Decanus quoque Belvacensis vocatur in bulla Clementis VI. data Avenione v. cal. Decembris pontificatus anno primo, hic est 1342. quæ Parisiensem cum creavit episcopum in locum Guillelmi ad patriarchatum Alexandrinum assumpti. Datis & hoc anno ad regem litteris confirmatum a se Parisiensem episcopum Clemens VI. commendavit Fulconem, qui electus cameræ promissit apostolicæ ultima Novemb. an. 1342. Præsentata capitulo Parisiensi die Lunæ post festum Conceptionis beate Mariæ electionis bulla, ab Anibaldo cardinali in ecclesia beate Mariæ de Campis consecratus est die 6. Febr. Ab ecclesia B. de Istiaco capellam Vallis Girardi distractam parochialem instituit die 23. mensis ejusdem. Ecclesiam vero suam solemniter ingressus est die Dominica in Passione penultima Martii, ut scriptum legitur in minori Pastoralis. Querelam quoque Jabouille legitur anno 1342. cum patriarcha Alexandrino suo decessore, cujus causam & exitum ignoramus. Hinc infer falsas esse litteras ab Antonio Regio archidiacono Boloniensi editas in historia beate Mariæ Boloniensis pag. 265. quæ dicuntur a Fulcone Parisiensi episcopo datæ anno 1335. Benedicli XII. pontificatus secundo. Sinceriores multo sunt, quibus apud Gerardum du Bois cum confratribus ecclesiæ beate Mariæ de Bolonia in parochialem erectæ convenit de institutione presbyteri, collatione beneficiorum & 1343. episcopi procuratore anno 1343. iudicione xi. mensis Febr. die 10. pontificatus Clementis secundo. Tertius nominatur eodem anno in charta cessionis provincie Delphinatus ab Humberto principe Delphino. Insequenti capellam S. Juliani a jocularioribus fundatam & dotatam in beneficium ecclesiasticum creat & erigit die 29. Jul. 1344. Eodem instituit 17. Augusti Nicolaum de Sy in capellania S. Ludovici nuper erecta in ecclesia S. Bartholomæi. Memoratur in rubricis Clementis VI. iv. nonas Septembris, & ix. cal. Novemb. pontificatus anno tertio. Monasterio Longicampi immunitatis concessit litteras Gentiliaci 10. Oct. 1345. A summo pontifice una cum Hugone Laudunensi episcopo delegatus anno 1346. visa & audita retulit de comparata a Ludovico comite Flandrensi urbe Mecliniensi. Adhuc eodem anno concilio Parisiis ad n. situndum disciplinam die Veneris ante Dominicam tertiam Quadragesimæ celebrato ab episcopis provincie Senonensis, cui præfuit Guillelmus archiepiscopus, ubi scripta tredecim capitula. Habito magistrorum cætu proscriptis anno 1347. errores Johannis de Mercuria monachi Cillercienfis in 39. articulos digestos de voluntate & volitione Christi, de peccatis eorumque causâ & aliis capitulis, quæ referuntur in bibliotheca Patrum tomo iv. editionis Parisi. Scriptis ad eum anno eodem Clemens VI. de regis litteris, quibus rex occupabat bona ecclesiasticarum perlorum, quæ die 13. Februarii præterita a regno aberant, eique commendavit Pastorem archiepiscopum Ebredunensem & Guillelmum Carotensem episcopum, quos apostolicæ ad hoc sedis nuncios ad regem mittebat. Capellam

Ch. CLXV. col. 125.

Hist. ecclesie Paris. t. 2. pag. 435.

Hist. Paris. tom. 5. pag. 449.

Com. Hand. t. 111. col. 269.

Vit. Pap. Ann. t. 2. fol. 702.

S. Magdalene a Johanne de Thelu decretorum doctore & canonico S. Quintini Viromandensis in ecclesia S. Andreae fundatam ad collationem episcopi Parisiensis confirmavit & approbavit an. 1348. Quibusdam fidelibus eodem anno concessit ut ecclesiam & piam societatem erigerent in honorem B. Ivonis Trecorensis in sanctorum numerum adscripti. Declaravit penes decanum sancti Germani Autifiodorensis spectare curam canonicorum, capellanorum, vicariorum aliorumque hujusce ecclesiæ choristarum. Litteris 18. Novembris anni ejusdem datis hortatus est fideles, ut ad dissipandam grassantem pestem S. Sebastiani reliquias in ecclesia S. Victoris vitarent. Transit a seculo die Sabati 25. Julii anno 1349. in Victoriana axle sepultus ad latus Guillelmi patris sui & decessoris.

ANNI CHRISTI

1348.

Savart. tom. 1. p. 312.

Bolland. M. t. 4. pag. 179. 1349.

LXXXIX. AUDOINUS.

AUBERT.

Guidonis Alberti & Margaritæ de Livrono filius, Innocentii VI. ex fratre nepos Audoinus, baptizatus, ut ipse docet in suo testamento, in ecclesia de Beyssaco in diocesi Lemovicensi, peritus in utroque jure & consultissimus, a Clemente VI. creatur episcopus Parisiensis post obitum Fulconis. Electus autem promissit 12. Sept. 1349. ex regestis Vaticanis. Vicarios generales in spiritualibus & temporalibus instituit Johannem de Lyons abbatem beate Mariæ majoris Piclavenfis & Iterium la Jarossa scholasticum Novionensem, & post episcopum Autifiodorensis, qui Guillelmo archiep. Senonensi vices & locum Audoini tunc absentis commiserunt, ut sacramentum regis reciperet die Dominica 17. Octobris 1350. quæ Johannes Francorum rex letum, ut vocant, introitum fecit in majorem beate Mariæ ecclesiam. Eodem anno Audoinus circa Natalem Domini translatus est ad Autifiodorensis cathedram, indeque ad Magalonsensem, ut diximus tomo vi. ubi factus est cardinalis die 15. Februarii 1353. ab Innocentio VI. ejus patris. Deinde episcopus Ostiensis declaratus 1361. Urbanum V. Romanum pontificem consecravit anno 1362. Defunctus Avenione die nona febr. decima Maii 1363. tumulatur ad Carthusianos Villæ novæ in medio chori & regione patris siue inscriptione, licet in testamento seu codicillo hanc apponi mandasset: *Lapide sub hoc modico jacent omnia viscera dicti Ostiensis Audoini, dum vivebam in vita mea. In eodem testamento hæc notanda occurrunt: Item lego ecclesie Parisiensi & Autifiodorensi, quibus in episcopali dignitate præfui, cuilibet eorum trecentos florenos soboles ad enechum rectus, qui poterunt haberi & emi pro faciendo pro anima mea uno anniversario singulis annis die mei obitus.*

Ch. CLXVI. col. 125. 1350.

D

XC. PETRUS III.

DE LA FOREST.

Audoino ad Autifiodorensis infulas translato successit Petrus Suse haud procul a Cenomanis, patre Philippo de la Forest & matre Margareta de la Chapelie Goffridi Cenomanensis episcopi sorore natus. Sedulam adolescentis studii operam posuit, brevique humanioribus philosophicisque disciplinis imbutus, juri civili & canonico animam

ANNI  
CHRISTI

adjecit. Tantos autem in hac scientia progressus habuit, ut Aurelianum primum & Andegavi juris scientiam magno nationum concursu professus sit. Præstanti eruditissimi fama celeberrimus, Lutetiam Parisiorum venit, ubi forensibus causis se applicuit, tantaque nominis exsultatione causas egit, ut senatus Parisiensis patronus regius a rege sit renunciatus. Variis quoque ecclesiæ dignitatibus insignitus est: præpositus enim Varenæ in ecclesia S. Martini Turonensis, decanus d'Ernée, archidiaconus Montisfortis in ecclesia Cenomanensi fuit, præbendasque in cathedralibus Parisiensi & Rotomagensi consecutus est. Johannes dux Normanniæ & comes Piclavia sigillum suum custodiendum illi commisit, cancellariumque Normanniæ illum constituit, quo tempore episcopus Toriacensis renunciatus a Clemente VI. cameræ promissit apostolicæ die 14. Jul. 1349. ex regestis Vaticanis. Vide quæ de eo diximus tomo tertio col. 227. Insequenti anno a Philippo Valerio rege in locum Johannis de Cherchemont Galliarum nomophylax successit, idem cancellarii munus sub Johanne rege continuavit. Parisensem dein episcopatum meruit adipisci. Electus autem non per obitum, ut erratum in libro obligationum prælatorum est, sed potius per translationem Audoini, promissit penultima Decembris anni 1350. ex regestis Vaticanis. Memoratur Petrus Parisiensis episcopus & Franciæ cancellarius 16. Martii 1350. in commentariis Parlamenti Parisiensis. Non dissimulabo tamen duo apud Saualium & in historia Parisiensis reperiri instrumenta, quæ huic chronologiæ quodammodo adversari videntur.

Hist. Paris.  
t. 3. p. 299.

Horum primo Johannes Dragonariensis episcopus, delegatus a Fulcone Parisiensi episcopo, cujus vices tunc gerebat in civitate & dioecesi Parisiensi, consecravit capellam capituli & claustrum, itaque altaria in ecclesia hospitalis de Caritate beate Mariæ domus miraculorum in festo sancti Gregorii anno 1350. Atqui si annus more Gallico computetur, ut tunc per totam fere Galliam usurpabatur, hæc certe ab electione Petri peracta sunt, qui jam episcopus Tomacensis, nondum tunc consecratus dici non potest. Qui autem credibile est duos vicarios, quorum alter episcopi defuncti, alter translati, hæc alio electo, & ut videtur, omisso episcopo attentasse? Sin autem annus inchoetur

Sæcul. 11.  
p. 119.

ad adventum Johannis ad ecclesiam Parisiensem, eadem recurrit difficultas pro Johanne Dragonariensi episcopo, qui tunc Episcopus gerebat vices, nisi forte, re non ad vivum expressa, dicatur Audoinum nondum agnitionem seu consecrationem in festo sancti Gregorii anni 1350. qui paulo post vices suas Johanni de Lyons commiserit sed hæc difficultatibus non carent. Ad Petrum redeamus: Egidio

Fragm. t.  
l. cap. 133.

Rigaud abbati S. Dionysii in cardinalem cooptato de mandato summi pontificis rubrum pileum præfente rege imposuit decima Aprilis die Domi-

nica Palmarum an. 1351. Eodem adfuit celebri Induciarum conventioni quæ actæ sunt cum rege Anglorum inter Ghisnarum castrum & Caleium die 11. Sept. Conventioni subscripti ut regni cancellarius & Parisiensis episcopus. Insequenti sub anni initium translatus est ad Rotomagensem ecclesiam forte die 16. Februarii anni exuentis 1351. qui incepit regalia in ecclesia Parisiensi. Mito Dubletum, qui tradit Petrum abbatem fuisse S. Dionysii post Egidium Rigaud: Petrus enim episcopatum Parisiensem jam gerebat, cum Egidius ad honorem cardinalis assumtus est anno 1351. ut diximus. Vapulat quoque apud Baluzium auctor historiae universitatis Parisiensis, quod scripserit tomo IV. pag. 320. Petrum de Forella ab episcopatu Parisiensi ad Magalonensem translatum fuisse, eundemque esse fundatorem collegii, quod sub nomine Magalonæ per eas tempestates apud Tolosam fundatum est: confundit enim cum cum Audoino Alberti decessore cardinali Magalonenfi. Reliqua quæ ad Petrum spectant, quæque archiepiscopus Rotomagensis, & post cardinalis factus gessit, in archiepiscopis Rotomagensibus exequemur. Illud tantum hic non omitendum testamento anno 1361. condito cavisse, ut sibi mortuo sacra funebria in ecclesia Parisiensi peragerentur, statuantque ejus lapideam in choro ejusdem ecclesiæ appositam fuisse.

ANNI  
CHRISTI  
1351.Nix. in vlti.  
Pag. Aven.  
tom. 1. col.  
231.

## XCI. JOHANNES I.

DE MEULLI  
LENTI.

Valeriano de Meullent barone de Neubourg & Johanna de Bouville domina de Milly parentibus editus Johannes, frater vero Guillelmi, qui uxorem duxerat Isabellam de Tria, a quo hereditario jure toparchiam & ipse de Neubourg accepit, multis quoque locupletatus est beneficiis: fuit enim canonicus Cameracensis, sacre Capellæ Parisiensis thesaurarius, archidiaconus Brize in ecclesia Meldensi, episcopus Meldensis & Noviomensis, unde translatus ad Parisiensem in eunte Februario exuentis anni 1351. vicarios generales in temporalibus & spiritualibus instituit instrumento dato apud sanctum Marcellum an. 1352. Clementis VI. anni x. indict. v. die 27. Martii, ut ejus nomine possessionem arripere, ex regestis capituli, per quos, ut credere par est, receptus est die crastina Mercurii post Dominicam de Passione 28. Martii. Sacramentum fidelitatis præstitit die 30. ejusdem mensis, & regalia cessavit die 2. Aprilis. Donationem sacram Castellinis a Garnerio Marcello pro eorum fundatione anno eodem confirmavit. Fecit testatam die 12. mensis Junii 1353. edificandæ in ecclesia sancti Gervasii capelle sanctorum Jacobi & Juliani. Cameræ solvit apostolicæ pro Petro decessore die 30. Octobris anni ejusdem, & promissit 3. Apr. insequenti. Mirum ergo quod Johannes rex Humbertum patriarcham Alexandrinum, antiquiorem delphinum Viennensem, & administratorem ecclesiæ Remensis, ad ecclesiam Parisiensem transferri cupiens, huic modo summo pontifici placuerit translatio, quandiu hanc ecclesiam in commendam tenuerit, omnium hujusce beneficiorum concedat collationem litteris datis 25. Jan.

1352.

Hist. eccl.  
Paris. t. 2.  
pag. 656.  
1353.1354.  
Chart.  
CLXVI.  
col. 137.

ANNI  
CHRISTIP. 4. hiflor.  
Delphin. P.  
69.

1355.

1357.

1358.

1359.

1360.

1362.

Chart.  
CLXVIII.

col. 127.

1363.

Spicil. nov.  
xi. p. 283.P. E.  
P. A. R. I. S.

1354. Hanc ut obtineret translationem Humbertus, quippe cui tantus non incurreret labor & onus regiminis, quæ ob ægritudinem & debilitatem supportare nequibat, constituit procuratores die 22. Februarii indicl. viii. qui nomine ipsius in manibus papæ ecclesiæ Remensis administrationem resignant: at morte præventus, quo obiit die 22. Maii anni 1355. ad Parisiensem non transit. Johannes vero nominatur in instrumento collati canonicatus Bernardi de Ventardorio apud domum episcopalem sancti Marcelli 28. Septemb. anni ejuſdem. Clientelare exceptit obsequium Johannis abbatis Latiniacensis die 7. Junii anni 1357. & Johannis de Carnoto abbatis sancti Mauri die penultima mensis Martii 1358. super altare majus ecclesiæ Parisiensis. Conquestus eodem anno immunitatem ecclesiæ violatam raptu & supplicio cujusdam Perrini, qui post occiduum ducis Normanniæ quaestorem in ecclesiâ sancti Mederici aufugerat, corpus reddi die 26. Januarii fecit, deportatumque ad ecclesiam eandem honorifice sepeliri. Inhibuit mense sequenti ne corpus Roberti Claromontani in sacro loco tumularetur, quod alienus ad ecclesiæ communionem interfectus esset, quippe qui prædictum Perrinum ex ecclesia S. Mederici per vim extraxerat. Consilio regis adlitit die 3. Decembris anni 1359. in abbata S. Germani a Pratis, petiitque ab abbate pro die crastinâ cameram ad videndum duellum inter duces Lancastrie & duces de Brevic. Transiit anno 1360. quas nunc vocamus Filias Dei moniales in hospitale Imberti de Lyhons. Novi burgi toparchiam nepoti Johanni de la Ferté tradidit die Dominica 6. Novemb. 1362. Grave habuit dissidium cum præposito Parisiensi pro juribus episcopi in eadem civitate: judicium a senatu obtinuit, quod pronunciatum est die 19. Maii 1363. Sciebat hoc anno lues, quæ Parisiis permultos jugulavit: qua cessante, ut legitur in appendice Nangiiana, Parisius obiit Johannes de Meullent episcopus Parisiensis in die B. Cecilia virginis & martyris, vir nobilis, & venerabilis, & discretus anno pontificatus sui xii. ætatis vero ejus octogesimo. Johannis temporibus Petrus Berchorius Piclavenſis theologus insignis in prioratu S. Eligii sepultus est anno 1361.

## XCII. STEPHANUS IV.

Vacanti per obitum Johannis Parisiensi ecclesiæ Urbanus V. ad votum regis præfecit Stephanum ejusdem decanum iii. idus Decembris pontificatus anno tertio. Is autem apud Vitriacum ad Sequanam haud procul ab urbe Lutecia natus, unde illi de Parisius, ut plerumque fiebat, cognomen, non vero de Piffiaco, ut a nonnullis perperam vocitatur, doctor primum decretorum fuit, tum canonicus S. Quintini, si Claudio Hemeraco fides in Augusta Viromandunorum illustrata pag. 288. magister requestarum hospitii regii ex litteris Caroli V. tunc delphini editis hist. cancellariorum pag. 339. canonicus Parisiensis anno 1360. quo cum alius insignibus legatis ad Breſtiniacum de pace reges inter Angliæ & Franciæ faciendâ aclusus missus fuit. Denum ex decano

A ejusdem ecclesiæ episcopus factus die xi. Decembris anni 1363. promisit pro Audoino, Johanne Petro antecessoribus die 27. Januarii 1364. receptusque fuit per D. Jacobum de Villajudæ procuratorem suum die 10. Febr. Datis autem hoc anno, seu, ut tunc loquebantur nostrates, anno adhuc 1363. prima Martii litteris Carolus delphinus, cujus & regis parentis Stephanus erat consiliarius, hunc exemit a ritibus, solemnitatibusque in ingressu recens electorum episcoporum observari solitis, egressu scilicet & reingressu villæ Parisiensis, convocacione vassallorum & fidelium, deportationeque per eos faciendâ, eo quod *Compagnia, Pillardi* & inimici regni die noctue circa Parisios, maxime a parte qua ingressurus erat episcopus, insidiarentur, & auctoritate qua defungebatur regia decrevit hac omissione nullum nec ecclesiæ, nec vassallis præjudicium oriturum. Ex his autem discimus litteris Stephanium Dominica qua cantatur *Lactare Jerusalem*, die scilicet 3. Martii ab archiepiscopo Senonensi in ecclesia sanctæ Genovefæ consecrandum, ecclesiam suam ingressurum, quod ipse hac die revera præstitit. Fundatam ab Eustachio Fabri in ecclesia parochiali S. Laurentii capellaniam approbavit die 7. Decembris 1364. A Carolo rege delegatus cum aliis episcopis fuit, ut urgerent apostolicum adversus regem Navarræ judicium, regis litteris 8. Februarii 1365. Tertio post anno creatus est 1365. preb. cardinalis apud Montemlascionem prope Viterbium ab Urbano V. feria sexta quatuor temporum die 22. Septembris anni 1368. & 1368. paulopost aperta fuit regalia a die 6. Octobris usque ad 10. Novembris. Erat autem absens Stephanus, cum dictus est cardinalis, Lutecia nimirum, ubi commutationem regem inter & archiepiscopum Senonensem factam approbavit die 2. Decemb. una cum Johanne Belvacensi & Johanne Carnotensi, quibusdam ad hoc deputatis fuerat ab Urbano bulla data Avenione xii. cal. Julii pontificatus anno tertio. Adfuit in ecclesia sancti Pauli cum sacro baptismate tinctus est die Mercurii 6. Decembris Carolus primogenitus Caroli V. regis, eademque die post vesperas Romanum iter est ingressus. Postridie rex ei assignavit duo millia librarum annuarum ad vitam, pro quarum solutione assignavit redditus pontis Avenionensis. Romanum curiam ingressus die 13. Febr. datus est Stephano titulus S. Eusebii. Hunc Androinns de la Roche cardinalis & abbas Cluniacensis testamenti sui executores nominavit 25. Oct. 1369. Exstant in archivo regio Ruthenensi Stephani litteræ datæ Romæ apud S. Petrum xii. cal. Febr. Urbani pontificatus anno octavo; ex quibus liquet illum fuisse summum Romanæ ecclesiæ pœnitentiarium. Obit Avenione die Dominica 16. Octob. 1373. unde corpus ejus Parisios est reductum & sepultum in ecclesia majori, non vero apud Avenionem, ut ex conjectura forte scripsit Hemeracus pag. 288. Tumulo ante majus altare cathedralis inculptum fuit hoc epitaphium:

*Clauditur hoc lapide lux juris, Parisiorum  
Pastor, vox fidei, dux regis consiliorum,*

ANNI  
CHRISTI  
1364.



ANNI  
CHRISTI

*Fautor egenorum, damnans hereses reproborum, Stephanus hic sedis Romane collateralis. Deseritis terris spe sanctorum jungitur alis*  
*M. C. ter hinc anno tribus aucto septuageno*  
*Octobris decima sexta, Domini quoque prima.*

D E  
MAIGNAC.

## XCIII. AIMERICUS.

Ex vetustissima juxta ac nobilissima Lemovicensi ortus familia Aimericus in inferiori Marchia oppidi, quod cognominatur de sancto Juniano, fratrem habuit Petrum de Manhaco, quem pincernam suam vocat Carolus V. rex Francorum in litteris datus apud Compendium die 7. Junii an. 1374. ipse vero utriusque juris professor, canonicus Paris. regum Johannis & Caroli consiliarius, & magister requestarum hospitalium, in sacerdotio constitutus, ex decano Parisiensi nominato, ut legitur in ejus epitaphio, sive ex archid. Pissiacensi in ecclesia Carnotensi, ut habet regestum Urbani V. factus est episcopus Paris. litteris apud Montefalconem datus 1x. cal. Octobris pontificatus anno sexto, posthodie videlicet quam Stephanus ejus decessor ad dignitatem cardinalis est evectus. Biduo post promissit pro Stephano cardinali & Johanne antecessoribus ex regestis Vaticanis. Ecclesiam suam solemniter ingressus die dominica tertia sequentis Decembris, portatus pro more est ab ecclesia S. Genovefæ ad cathedralem, huncque ipsa die ingrediendi honorem habuit rex, ut illum eosque qui in comitatu ejus erant, convivio exceperit apud Luparam. Aimerico, non vero Stephano sedente, ut apud Sammarthanos, dedicatum fuit templum Coelestinorum Parisiense die 5. Sept. 1370. 1370. a Guillelmo archiepiscopo Senonensi, instante rege Carolo. Johanne regine uxoris Caroli IV. quæ defuncta die 4. Martii anno 1371. ad ecclesiam cathedralem sabbato sequenti delata fuit, solemnia funeris peregit Aimericus die lune, missamque celebravit. Concordiæ Coelestinos inter & parochum S. Pauli inite 20. Dec. anni 1372. præfens adfuit. Testatur in chartis D. de Gagneres se accepisse ducentos auri francos in deductionem 1893. ipsi a rege debitorum pro expensis itineris a se de mandato regio in Germaniam & Britanniam confecti, die 8. Aprilis ante Pascha. Nominatur in dedicatione capelle collegii Navarrei die 16. Octobris 1373. Fundationi collegii Gervasii assensum præbuit penultima Junii 1374. Testamenti Caroli V. regis executor reginaque moderatrix consiliarius declaratur Meloduni mense Octobri. Brachium S. Opportunæ in ecclesiam huic dicatam transtulit Dominica infra octavam Epiphaniæ, de qua ut hac die quotannis festum duplex fieret ibidem præcepit. Adfuit cum pluribus præfatis & proceribus sacramento fidelitatis quod Ludovicus Caroli V. germanus, dux Andegavensis & Turoneus comesque Cenomanensis regi præstitit super sacrosanctum Christi corpus 19. Martii pro quibusdam pactis. Postera die interfuit in conventu magno procerum & prælatorum, cum in senatu Parisiensi sedens Carolus rex legem a se mense Augusto sancitum seu diploma promulgavit de majoritate regum ad annum ætatis

*Hist. sancti Aimerici a Campis pag. 228.*

ANNI  
CHRISTI1375.  
*Wadding. ad huc an. n. 13.*

*Fam. hist. Arv. part. 1. p. 243. 1376.*

A decimum quartum, cujus executio ipsi & aliis consiliariis fuit demandata. Fuisse apud Avenionem initio anni 1375. docet epistola Gregorii XI. ad eum inscripta nonis Maii, ut regem induceret ad favendum iniquitatoribus ad partes Delphinatus missis. Ejusdem Aimerici mentionem facit idem Gregorius in epistola sequenti mense Septembris scripta ad Carolum V. Francorum regem. Chirographo die 8. Apr. an. 1376. fidei facit sibi per solutos 200. francos aureos pro hoc mense a Michaele Salario, seu cellariorum in quibus asservatur sal custode, qui 200. franci subducendi e summa pecunie sibi a rege debite, scilicet B cet 1880. francorum aureorum ob legationem ejusdem jussu apud Germanos & alios populos susceptam, ex schedis D. de Clairmabault. In codice 822. biblioth. Colbertina hæc de eo scripta leguntur: *Anno Domini M. CCCLXXVI. XXVIII. die Septembris fuerunt Parisius publicati processus contra Florentinos per dominum Aimericum episcopum Paris. revesitum solemniter in navi ecclesia Paris. & pro themate seu præambulo sumpsit hanc propositionem: Deleatur de libro viventium, & cum iustis non scribantur. Guillelmus de Meleduno archiepiscopus Senonensis Aimericum testamenti sui executorem eodem anno constituit. Rescripsit ei Gregorius papa XI. an. 1377. Memoratur in solemnibus ingressu Caroli IV. imperatoris sacro Lutecie die lune 4. Januarii. Legatus Francofordiam cum prorege Delphinatus missus, nuptiales fecit pactioes Catharinæ regis filie cum Ruperto Bavarie duce Palatini comitis filio 20. Febr. 1379. iterumque 10. Jul. 1383. ex tomo primo inventarii chartarum parlamenti Paris. Statuta collegii Cameracensis confirmavit circa ann. 1379. Sub ejus quoque temporibus S. Capella castri regii Vicenarum prope Luteciam a Carolo V. fundatur, thesaurariusque canonicis præficatur. Ratam habuit Aimericus fundationem, ordinationem & dotationem collegii a magistro Michaele de Dainvilla factam, herede Gerardi de Dainvilla Cameracensis episcopi & Johannis de Dainvilla militis, die 21. Apr. 1380. Confirmavit eodem anno statuta collegii Coriloptensis penultima Julii. Fuit unus ex executoribus testamenti Caroli V. hoc anno defuncti. Hugoni Aubriot Parisiensi præposito multorum criminum & hereseon reo mitram in platea eccles. cathedralis imponi curavit an. 1381. ut iudicio præscriptum fuerat. Adfuit colloquio anno 1382. apud S. Dionysium habito ad sedandos Lutecia in regem rebelles tumultus. Controversiam habuit cum Victorinis occasione Petri Ducis abbatis eccles. circa festum sancti Dionysii anno 1383. cujus ad electionem convocandum episcopum perperam existimabat. Creatus anno eodem cardinalis tituli S. Eusebii a Clemente VII. pontifice die 23. Decembris, dictus est vulgo cardinalis Parisiensis, ut patet ex Egidio Belamera in cap. *si clerici* & aliis, ex quibus colligitur Aimericum edidisse commentarium in librum sextum Decretalium. Purpura vero insignitus non diu supervixit; diem enim clausit extremum 21. Mart. 1385. more Vaticano, ex regestis ibidem, apud Avenionem, unde corpus revectum est ad eccles.*

*ff. lxxviii. 29.*

1377.

1379.

1381.

1383.

1385.

Parisiensis chorum, ubi hæc tumulo inscripta: *Hic jacet in Christo pater reverendissimus dominus Americus de Magniaco, natione Lemovicensis, in villa S. Juniani ex nobilibus parentibus procreatus, utriusque juris professor, quondam regum Johannis & Caroli V. consularius, & magister requestarum hospitii. Primo fuit decanus ecclesie Parisiensis nominatus, deinde ad pontificalem assumptus est dignitatem: tandem factus fuit titulus S. Eusebii sancte Romanæ ecclisæ presbyter cardinalis. Obiit autem anno Domini M.CCC.LXXXIV. Avenione 20. die Martii, cujus corpus integrum Parisios asportatum, sub hac tumba requiescit. Anima ejus requiescat in pace. Amen.*

A tribunali seculari. Ecclesie Parisiensis dedit die Lunæ 5. Decembris anno 1390. terras suas de Peciaco & Vodayo in Brya cum omnibus juribus & pertinentiis in augmentationem divini officii. Præfens adfuit homio Guillelmi de Bavaria comitis d'Otthrevant die 13. Septembris 1391. Camera apostolice solvit 22. Decembris ejusdem anni, ex regellis Vaticanis. Adfuit confirmationi diplomatis pro majoritate regum Lutecie editæ mense Novembri 1392. teste Tillio. Translacioni reliquiarum S. Ludovici in monasterio sancti Dionysii factæ eodem anno interfuit. Leo rex Armenicæ, qui in Gallias venerat, ut auxilium contra Infideles a rege impetraret, Parisios moritur anno 1393. honorifico funere datus in æde Cælestinorum. Benedictus XIII. Petro episcopo indulsit ut quatuor officia, matricularie dicta, ab alio non possent conferri bulla data Avenione 8. Maii pontificatus primo. Convocato a Carolo VI. iv. nonas Februarii anno 1394. concilio Parisios ad sedandum schisma adfuit Petrus. Constat ex chartis D. de Gagneres certam quantitatem falis ipsi jure hereditario fuisse debitam et navibus ad Pontillaram transeuntibus, quam solutam testatur 16. Decembris 1395. & 28. Februarii 1406. B

D'ORGE-  
MONT.

XCIV. PETRUS IV.

Parisios oriundus Petrus parentibus Petro domino de Chantilly senatus Parisiensis principe, deinde Franciæ & Delphinatus cancellario, & Margareta de Voisines, fratres habuit Amalricum toparcham de Chantilly, libellonum supplicum in regia magistrum, & Nicolaum cognomento Claudium, omnium Franciæ clericorum sua etate ditissimum, canonicum Parisiensem & decanum sancti Martini Turonensis, ac in camera rationum magistrum, qui stans a partibus ducis Burgundiæ, iussu regis & sententia Parisiensis capituli in carcere inclusus fuit anno 1416. apud Maglunum ad Ligerim, ubi mortuus est. Petrus vero in utroque jure licentiatus, cancellarius ducis Turonensium, necnon Parisiensium computorum cameræ præfens, & præpositus Turonensis ab ecclesia Morinensi ad Parisiensem a Clemente VII. traductus, promissit & recognovit pro Johanne et decessoribus uno die 8. Februarii anni 1384. more Romano, ut legitur in libro obligationum Vaticanis. Fallo itaque dicitur in libro nigro capituli Parisiensis episcopus anno 1382. jurasse servaturum se jura, libertates, privilegia & consuetudines ecclesie Parisios quem admodum prius decessores juraverant. Error procul dubio amanuens est: nondum enim Aimericus ad purpuram fuerat eveclus: Legatus a summo pontifice qui tributum regi concessum exigeret, 1385. mille libras accepit 17. Aprilis 1385. Missam solemnem in honorem beate Mariæ diebus Sabbati celebrandam, antiphonamque in fine completorii decantandam cum indulgentiis laudavit die 1386. 15. Julii anni ejusdem. Missus fuit infrequenti a rege ad ducissam Burgundiæ, ut regio nomine e sacro fonte susciperet infantem, quem alvo ducissæ continebat. Circa id tempus missus ab eodem est ad summum pontificem Avenione degentem, & postea in Italian ad comitem de Virtutibus, inde reversus regem Rotomagi adiit. His autem pro itineribus accepit 14. Sept. 1386. 225. & 65. libras, & 26. ejusdem mensis 1350. ex regellis cameræ computorum. Efflagitante theologica Parisiensis academiæ facultate pronunciavit die 23. mensis Augusti anno 1387. sententiam contra errorem Johannis de Montefono quatuordecim articulis comprehensos. Nonnulla condidit statuta pro ecclesia S. Jacobi de Hospitali die 10. Dec. 1388. Eodem Thoinam Apulum, qui se a Spiritu sancto missum dicebat, damnatum tradidit

1393. 1394. 1395. 1396. 1397. 1398. 1400. 1402. 1404. 1406. C Delicentia Petri consecrata fuit ecclesia Alborum muntellorum a Johanne de Gonneffa Naffoviensi episcopo die festo sancti Andreæ feria 6. ultima Novembris anno 1397. Philippum de Villette abbatem S. Dionysii die 12. mensis Augusti anni 1398. benedixit data scheda, qua significabat id factum sine præjudicio exemptionis monasterii. Compositionem inter episcopum & capitulum super jurisdictione paravis & domus Dei initam confirmavit 21. Octobris 1400. Huic a capitulo concessum 29. Octobris 1402. ut duos panes capituli, quando in domo sui episcopalis maneret, per modum doni haberet. Fundavit eodem anno 12. libras Parisenses pro missa singulis mensibus in capella puerorum chori cantanda, sepulturamque elegit prope tumbam decessoris, suam volens esse elevatam. Petri leguntur littere in camera computorum Divionensi, layette 3. contractis de mariage, haffe 5. cote 86. Dispense & celebratione de mariage entre le Dauphin & Marguerite de Bourgogne an. 1404. Eodem habitum Parisios 21. Octob. concilium de privilegiis exemptorum tempore schismatis. In diversis instrumentis prima Decembris 1391. 16. Decembris 1395. & 28. Februarii 1406. se dicit regis consiliarium. Testamentum

1387. Vis. Pop. Aven. l. 2. pag. 995. Hist. Paris. l. 3. p. 319. 1388.

1394. Conc. l. xi. col. 2511.

Hist. Paris. l. 3. p. 243.

Conc. l. xi. col. 2517.

ANNI  
CHRISTI  
1406.

Testamentum condidit die 18. Aprilis 1406. Cum monachi S. Dionysii canonici B. Mariæ circa id tempus objicerent, quod falsas idololatras reliquias, sancti Dionysii scilicet, cujus ipsi corpus integrum obtinebant, rogatus est Petrus, ut si quæ haberet ad hoc documenta exhiberet, beatæ Mariæ capsam aperiret, qui de reliquiis beatæ Mariæ ac præcipue de parte capitis sancti Dionysii litteras dedit 22. Novemb. hujus anni. Neque sic tamen querela cessavit: monachis enim reliquias S. Dionysii in ecclesia Parisiensi sitas negantibus & infirmantibus prædicatione verbi Dei interdixit 1. Decemb. Utraque autem pars facultatis theologicæ arbitrio rem commisit die 5. Decembris. Mense eodem concordiam fecit Petrus cum Petro Trousselli archidiacono querelarum ortarum occasione jurisdictionis utriusque.

Hist. Parif.  
tom. 7. pag.  
298.

1408.

Licentiam dedit Johanni episcopo Naffoviensi die 12. Maii 1408. ecclesiam hospitalis de Caritate beatæ Mariæ consecrandi, quod postmodum fecit Johannes. Caplam ligneam sancti Landerici vetustate attritam referavit XVIII. calend. Octob. reperitque cum ossibus, vestimentis & linteaminibus oblitam pulvere schedulam his verbis conscriptam: *Hæc sunt ossa beatissimi Landerici Parisiensis episcopi, sic reperta a venerabili Mauritio Parisiensi episcopo & Remigio hujus ecclesie decano anno ab Incarnatione 1171. regnante Ludovico, qui duxit exercitum in Jerusalem, summo pontifice Alexandro, sed & alias duas invenit schedulas, quarum quæ vetustior & pene corrosa, hæc tria tantummodo verba exhibebat: sancti Landerici*

Conc. t. XI.  
pag. 251.

Synod. t.  
VI. p. 382.  
1409.

Hist. Caroli  
VI. p. 200.

episcopi. Celebratum Parisiis an. 1408. 21. Oct. pro tollendo schismate concilium. Petrus Johannem de Terlon cantorem instituit anno eodem. Adiit concilio Pisano per procuratorem anno 1409. Eodem obiit die 16. Julii calculari & pediculari morbo in cella vinaria, ut fertur, ultime divine, inquit Johannes Juvenalis des Ursins, eo quod insontem neci dedisset Johannem des Mares. Sepulchrum est ad lævam majoris altaris basilicæ Marianæ tumulo, quem sibi dum in vivis agebat e nigro marmore altius primo exstructum anno 1405. exeunte, postmodum forte paulo depressit ad tripedaneam altitudinem: huic autem inscripta fuit: *Hic jacet reverendus in Christo pater dominus Petrus de Ordeci monte Parisiis oriundus, in atroque jure licentatus, olim Morinensis, postmodum vero Parisiensis episcopus, qui obiit anno Domini M. CCCCLIX. die decima sexta mensis Julii. De eo in martyrologio: XVII. cal. Augusti obiit bonæ memoriæ R. in Christo pater DD. Petrus de Ordeo monte, miseratione divina episcopus Parisiensis, qui in suo testamento nobis & ecclesie nostræ legavit capellam suam integram de vobro seminatum stellis aureis, habentem offreda ad arma sua.*

DE MON-  
TAIGU.

### XCV. GERARDUS.

Gerardi domini de Monte acuto Caroli V. regis scribæ & cambellani ex Biota Cassinel Ferrici archiepiscopi Remensis fore genitus Gerardus, frater erat Johannis de Monte acuto vicedomini Laudunensis, regii palatii magistri, summi que sub regibus Carolis V. & VI. ararii tribuni, Tomus VII.

A Cælestinorum apud Marcuciacum, ubi jacet, non longe a Lutecia, munificentissimi fundatoris, alteriusque cognominis archiepiscopi Senonensis: ipse vero cancellarius Johannis Biturigum ducis & archidiaconus Cameracensis, factus est episcopus Pictaviensis, ut diximus tomo secundo col. 1197. unde ad Parisiensem ecclesiam transit 25. Jul. 1409. ex regestis Vaticanis, licet post obitum Petri indicta in capitulo futuri episcopi electio legatur ad diem penultimum Augusti in regestis capituli. In alio quidem libro e Pictaviensi translatus dicitur ab Alexandro V. III. idus Septemb. pontificatus primo. Fidei clientiam regi professus die 4. ejusdem mensis, receptus est a canonicis die 6. forte per procuratorem: si enim Samarthanis fides, solennem apprehendit possessionem die 22. Paulo post cum denegata fuisset illi potestas fratris sui Johannis corpus de patibulo ducenti, mactus & de fuga alterius germani Senonensis archiepiscopi, relicta episcopali sede, cum Johannis conjuge ejusque filiis in Sabaudiam fecisset, alii dicunt apud Turones, unde Johanne tandem apud Marcuciacum sepulto anno 1412. ad preces Cælestinorum quos fundaverat, reversus Gerardus factus est præses cameræ computorum 10. Nov. 1413. post archiepiscopatum Senonensem ad annum 1418. Johannes XXIII. summus pontifex causas omnes Universitatis quæ solebant in curia Romana disceptari Gerardi judicio ad triennium commisit bulla data cal. Apr. pontificatus anno tertio. Damnavit Gerardus mense Maio 1413. pravam opinionem Johannis Parvi theologi de impia cæde Ludovici Aurelianensis ducis, in libro cui titulus: *Duas Burgundia justificatione*: quam utique sententiam effecit per totum regnum mancipandam rex mandavit dato diplomate die 16. Mart. Supplicationem solennem ad ecclesiam S. Germaani a Pratis salvo monachorum jure indixit 14. Julii pro prosperitate regis, pace regni & pluvia obtinendis. Carolum de Chastillon, cujus erat affinis, nominavit Johannis ipsius nepotis curatorem cum aliis prælatiis & magnatibus die 20. Oct. A summo pontifice delegatus concilium habuit Parisiis adversus propositiones Johannis Parvi mense Dec. Has quoque postea erroneas declaravit synodus Constantiensis. Benedicti capellam hospitalis S. Spiritus die 4. Aug. 1415.

1413.

1415.

Cum Felice abbate monasterii de Belloloca a Johanne Senonensi archiepiscopo deputatus, ut electionem Petri Carnotensis episcopi examinaret, omnes quorum intererat citavit litteris ad vicarios generales Carnotensis ecclesie datis 17. Septemb. Ludovicum Aquitanix ducem & Delphinum Viennæ regis Caroli VI. filium in ecclesia Parisiensi humavit die Lunæ 23. Dec. Imperatorem Sigismundum ad ecclesiam majorem accedentem indutus pontificalibus una cum canonicis recepit die 8. Martii 1416. Eodem rex mutuo ab ecclesia Parisiensi petiit jocalia seu reliquias pro 10 vel 12000. florenis die 8. Septemb. unde forsitan Gerardus 50000. libris Tiironensibus se obligavit 4. Aug. 1417. Carolo regi Anglorum expellendorum causa mutuatis. Mutuo & ipse ci dedit 1000. libras ex redditione rationum facta anno

1416.

1417.

K

ANNI  
CHRISTI

ANNI CHRISTI 1418.

1418. Eodem dum Gerardus ob morbum publice Parisiis grassantem apud sanctum Maurum moraretur, in coetu omnium ordinum in ecclesia Parisiensi die 3. Novembris lectæ fuerunt ipsius litteræ, quibus irritas declarabat latus adversus ducem Burgundie ejusque fautores sententias. Gerardi vicarius generalis contulit die 20. Aprilis anno 1420. parochiam S. Audoëni, cujus collationem primo ad canonicos S. Benedicli, tum ad episcopum Parisiensem ab antiquo pertinere dicit. Eodem anno Gerardus, quem Simonem mendose nuncupat Monstreletus vol. 2. histor. morte sublatus est die 25. Septemb. Valcræ in Turonibus, testamenti executrice nominata nepte sua Johanna de Monte acuto Jacobi Borbonii domini de Tury regie stirpis principis uxore, quæ ibidem isdem mense & anno ab humanis eripuit. Tumulatus est Gerardus juxta fratrem in ecclesia Marcuciaci.

XCVI. JOHANNES II.

Defuncto Gerardo, electum jam Johannem volunt Samaritani die 27. Dec. anno 1420. ex veteri codice, sed cum nondum esset consecratus, sedes adhuc vacasse dicitur die 15. Febr. anno 1420. more Gallicano, in regestis curiæ Parlamenti, a qua Henricus de Savoisy archiepiscopus Senonenfis hac die delegatus est, ut sacros ordines Parisiis conferret. Johannes autem electus P. de Brena cantorem & canonicum Liogonensem ad summum pontificem misit pro confirmanda electione, quod & Martinus V. XVI. calend. Julii an. 1421. præstitisse legitur in regestis Vaticanis. Johannes itaque, cognomento Brevis coxæ, natione Normannus, eximius doctor theologus academiæ Parisiensis, *Sublimis* nuncupatus, plures annos magno concursu sacras explicuerat litteras. In celebri conventu Lutecie habito coram rege, principibus, antistitibus & Univerfitate egregie contra Benedictum schismaticum anno 1408. peroraverat. Regi ab elemosynis & confessionibus jam ab anno 1409. cum electus & confirmatus Parisiensis episcopus, Henrico quinto Angliæ regi, Franciæ vero inuvasori haud satis probaretur, ad preces Univerfittatis Parisiensis commendatitias ad Henricum curiæ Parlamenti dedit litteras Sabbato 30. Augusti 1421. quæ suum non videntur effectum sortite: consecratus enim nusquam fuit, unde electus adhuc dicitur 6. Septembris in regestis Vaticanis, & 17. mensis ejusdem capitulum sede vacante beneficium contulit ad collationem episcopi pertinens ex regestis Paris. sicut ejus fuerit receptus procurator; Ipse vero decem post diebus litteras dedit die scilicet 27. al. 28. Sept. sic incipientes: *Johannes Dei & apostolica sedis gratia electus & confirmatus in episcopum Parisiensem*, quibus vicarios constituit, ut suo nomine possessionem caperent episcopatus Parisiensis, cumque tam spiritualiter quam temporaliter regerent & administrarent per se vel per alios ad nutum eorum influendos vel destitutos. Ad Angliæ regi semper inuisi, iniquum Samaritani, apud S. Germanum fecedere coactus fuit, & ad Gebennensem ecclesiam translatus

DE LA COURTE CUISE.

Hist. Paris. tom. 4. pag. 585.

Hist. Paris. tom. 4. pag. 586.

Regest. Paris. fol. 100.

Hist. fol. 103.

A est a Martino V. 12. Junii 1422. Aliquot post mensibus confecto testamento, quo multa Parisiensi ecclesiæ legavit, defunctus est. Vir bonus & doctus appellatur in chronico Ludovici XI. regis. Gallice reddidit librum Senecæ de Virutibus, quem notis illustratum mecenati suo Johanni Biturigo duci dicavit. De eo in martyrologio ecclesiæ Parisiensis legitur: *Quarta die Martii an. 1422. obiit reverendus pater in Christo Johannes Brevis coxæ electus & confirmatus ecclesiæ Parisiensis, & post episcopus Gebennensis.*

XCVII. JOHANNES III.

B Johannes, cognomento de la Roche taillé, ex vico hujusce nominis puer Lugdunum, ubi natus est, fuerat primum puer choralis in ecclesia Lugdunensi, factus postea patriarcha Constantinopolitanus, ex perpetuo Gebennensis ecclesiæ administratore reuocatus est Parisiensis a Martino V. pridie idus Junii pontificatus quinto, quo nomine capellam S. Antonii in ecclesia sancti Andreæ de Arcubus fundatam approbavit, perpetuumque in beneficium ab episcopo Parisiensi conferendum erexit die 21. Nov. ejusdem anni. Insequenti assumtus a rege est in consilium sanctioris consistorii ad stipendia mille librarum Turonensium 24. Aprilis 1423. Confirmavit statuta collegii Marchiani Parisi die 19. Maii. Translatus inde ad Rotomagensem metropolim VII. cal. Julii, factus est postea cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina, cujus dignitatis insignia accepit in ecclesia Parisiensi 26. Februarii 1426. Fuit & archipræsul Bisuntinensis, procellarius ecclesiæ Romanæ & Boloniensis legatus, qua in urbe mortuus est die 24. Mart. 1436. Sepulturam accepit in navi ecclesiæ cathedralis Lugdunensis. De eo in archiepiscopis Rotomagensibus & Bisuntinis, episcopisque Gebennensibus plura.

XCVIII. JOHANNES IV.

Illustri in Burgundiæ comitatu gente de Nanto oriundus Johannes ex ænonico & archidiacono majoris Caleti in ecclesia Rotomagensi factus archiepiscopus Viennensis, translatus est ad Parisiensem cathedram a Martino V. v. calend. Julii pontificatus anno sexto. Henrico regi sacramento dicto 27. Septembris temporalibus potius est die 28. Generales ad Deum supplicationes pro pace regni per quadraginta dies ordinavit die festo sancti Dionysii 9. Octobris ejusdem anni. Aliquanto post cum celebratus missam in festo Omnium sanctorum basilicam ingrederetur, conqueffus est cantor, quod luminare positum in choro non esset competens, nec pro more antecessorum sufficiens: ad quem cum respondisset episcopus non eisdem jam esse capierie proventus qui olim fuerant, scandali tamen vitandi ergo numerum candelarum augeri iussit. Mensis eodem die vero 24. restitui sibi fecit clericum in Castello detentum. Ecclesiam parochialem S. Petri de Affis nuncupatam dedicavit die 4. Mart. 1424. Benedixit ecclesiam S. Nicolai de Cardoneto die 13. Maii 1425. Convenit eodem anno die 2. 1425.

ANNI CHRISTI 1422.

DE LA ROCHE TAILLÉ.

Ch. clxx. col. 130.

1423.

DE NANT.

Ch. clxxi. col. 130.

1424.

1425.

ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI

mensis Octobris cum inquisitore fidei, ut simul procederet & concurreret in processu clerici ejusdem & laicorum sortilegii reorum: attem cum postmodum inter inquisitionem exortum fuisset dissidium, ad summum pontificem appellarunt rei, qui litem terminandam episcopis Morinensi & Noviomensi commisit bulla data Romæ 14. cal. Julii pontificatus nono. Johannes testamento executorem scripsit Guillelmum de Chavirey in decretis licentiatum, Lugdunensisque ecclesie præcentorem, qui procuratores suos instituit die Mercurii 4. Junii 1427. Jam præcedenti obierat Johannes die 7. Octobris, licet in epitaphio mox subjuncto legatur 1427. sed mendose: temporalia enim episcopatus bona statim ab episcopo defuncto in manus regis posita die 6. Octobris 1426. eademque die canonici & archidiaconi sex elegerunt personas, quæ sede vacante administratores insituerent, ex regestis capituli. Hujus crenotaphium exstat etiamnum in abbacia Bellavallis ordinis Cisterciensis cum pluribus aliis ejusdem familie, Antonii scilicet & Johannis ablatum Bellavallis.

*Hic jacet reverendus pater dominus Johannes de Nanto archiepiscopus Vtinnensis, postea episcopus Parisiensis, qui obiit anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo mensis Octobris die 11. Anima ejus requiescat in pace.*

## XCIX. JACOBUS.

Defuncto Johanne, Parisiensis canonici eligere abque licentia a rege petita inhibiti sunt: attem non tam eligendi veniam poposcisse, quam futuram mox electionem Henrico sexto Angliæ regi significasse videntur supplici libello, quem Ludovico de Luxembourg episcopo Morinensi Francie cancellario obtulerunt die Lunæ XI. Nov. 1426. qui petiti copiam fecit. Quin & ipse die Mercurii 18. Dec. forte ad eligendum præfixa, accessit ad capitulum, canonicisque Jacobum nomine ducis de Bethfort Henrici procuratoris commendavit. Electus nihilominus Nicolaus Fraillon in capitulo receptus fuit die 28. Dec. sed repulsam passus litigabat 23. Apr. 1440. pro archidiaconatu cum Jacobo Juvenali des Ursins ex regestis capituli. Jacobus interim Parisiensis episcopus a Martino V. factus VIII. cal. XIII. cal. Mart. 1427. legitur in regestis Vaticani. Nobili apud Hispanos de Castellario genere editus, unde orti qui etiamnum vigent comites de Jaavedia, archidiaconus primum Bruxellensis fuit, tum ecclesie Remensis thesaurarius, in decretis licentiatu & in subdiaconatus ordine constitutus, ad cathedram Parisiensem assumtus 17. aut 22. Februarii fuit a summo pontifice. Electus autem & confirmatus procuratores suos constituit die 28. Martii, qui ipsius nomine possessionem apprehenderent & negotia peragerent. Regi Angliæ fidelitatis sacramentum exhibuit die 8. Aprilis, stipantibusque quos die Veneris 30. Maii invitaverat, Parlamenti præsidibus, consiliariis aliisque ministris, consecratus fuit in ecclesia sanctæ Genovevæ a Petro Belvacensi episcopo Dominica, quæ erat prima Junii, statimque in pontificalibus ecclesiam

Tomus VII.

sua est ingressus, ubi coram eo celebrata est missa ab episcopo Constantiensis, qua finita, omnes qui adluerant convivio excepti. Die Martis 3. ejusdem mensis novus episcopus ad curiam Parlamenti accessit, tum debitas ob honorem ab ipsis sibi habitum acturus grates, tum ut consuetum præstaret sacramentum. Statuta edidit publicata die Jovis post festum S. Lucæ 1428. quorum primo renovavit prohibitionem olim factam a decessore Johanne de Nanto, de qua diarium regni Caroli VI. ad annum 1423. circa medium Julium: ne bigami & mulieres in choro dum divina celebrantur, assistant. Typis cum aliis vulgata sunt ex mandato Francisci de Harlay in synodico Parisiensi. Eodem anno, hodierno vero more 1429. mense Martio interfuit concilio provinciali Parisiensi celebrato a Johanne Senonensi metropolitano. Dedicavit 10. Junii ecclesiam sancti Laurentii, & assistit in curia Parlamenti die 26. Augusti, quando renovatum Trecentis conventum, jurataque Anglo obedientia. Eodem anno concessit licentiam utendi butyro in Quadragesima ob inopiam olei. Anno 1431. fundata fuit in ecclesia sancti Laurentii capella beatæ Mariæ. Cum autem ab Anglo antistite, forsitan cardinali Excestrensi, Henricus VI. puer Cæcensium Lutecie in ecclesia majori inauguratus fuisset coronatusque Francie rex mense Decembris, haud patienter tulit Jacobus, qui 21. ejusdem mensis Henrico regi in curia Parlamenti fidei sacramentum dixit, ab eoque senator sanctioris consilii stipendiarius creatus est 7. Martii, quo nomine a Johanne duce Bethfordiæ excusatus est, quod paci in regno componende occupatus, personaliter ad concilium Basiliense accedere non posset, litteris datis die 7. Maii 1432. ipse vero fe paulo post aliis ad idem concilium excusavit. Ecclesiam sancti Pauli dedicavit Dominica secunda post Pascha anni ejusdem.

Collegium Bonorum puerorum sancti Honorati ecclesie modicis redditibus dotata univit & annexit pro summa 40. solidorum Parisiensium quotannis episcopo Parisiensi solvenda die 14. Augusti ejusdem anni. Insequenti regio Castellæi procuratori litem intendit an. 1433. qui duos homines in ecclesia sancti Spiritus captos in carcerem detulerat. Summam pecuniam pro negotiis regis credidit anno exeunte 1435. Anglorum adhuc partes tenebat anno 1436. ut patet ex regestis Parlamenti, in quibus recensetur inter eos qui die 15. Martii in suprema senatus curia renovarunt Trecentis pactum, at paulo post die scilicet 13. Aprilis hora octava vel septima de mane intraverunt villam Parisiensem de consensu & per medium nonnullorum burgensium ipsius villæ & aliorum de ipsa villa domnus comes de Richemont constabularius Francie, domnus de Insula Ade, domnus de Tarvent, domnus bastardus Aurelianensis, & plures alii de sanguine regio, qui postmodum ipsa die venerunt ad ecclesiam Parisiensem, & fuerunt solemniter recepti per domnam episcopum Parisiensem & alios domnos de capitulo Parisiensi professionaliter cum cappis fericeis, aqua benedicta, cruce, cereis procedentibus usque ad majorem portam ecclesie, ut est

K ij

Regest.  
Parlem. fol.  
XLIV.

DU CHAPELLIER.

Chart.  
c. lxxxi.  
col. 133.

1427.

Hist. Parif.  
tom. 4. pag.  
589.  
Chart.  
c. lxxxi.  
col. 133.

1428.

1429:  
Hist. Parif.  
c. lxxxi.  
589.

1431.

Ibidem pag.  
583.

1432.

1433.

1435.

1436.

Ibidem pag.  
586.

ANNI  
CHRISTI

fieri confuetum, & fuerunt expulsi Anglici, qui habebant regimen ipsius ville usque ad la bastilliam, ubi intraverunt dicti Anglici, inter quos erant dominus de Willebis, episcopus Morinensis, se dicens cancellarium Francia, qui erat principalis omnium, vocabatur dominus Ludovicus de Luxemburgo, & dominus Petrus Cauchon episcopus Lexoviensis, qui etiam erat principalis post dictum episcopum Morinensem, & die Martis sequentis receperunt de dicta bastillia per compositionem; & sic reddite a Parisiensibus Carolo VII. regi fides & obedientia. Jacobus 1437. praefens aderat cum anno 1437. die Martis 12. Novemb. Carolus VII. in ecclesia Paris. exceptus 1438. solitum praestitit juramentum. Insequenti peste B interit die 2. Nov. humatus in choro ecclesiae sub cuprea tumula ante cathedram penitentiarii cum hoc epitaphio: *Jacobus de Chastelier episcopus Paris. qui obiit secunda die Novemb. 1438.*

DU  
MOULIN.

C. DIONYSIUS II.

Chart.  
CLXXIV.  
col. 134

1439.

Obtenta, ut par est credere, quam post obitum Jacobi capitulum Parisense episcopi deligenti petiit facultatem, die 19. Januarii, anni, ut tunc computamus, 1439. elegerint, sin minus postularunt, rei enim ad amissum veritas non suppetit, Dionysium du Moulin archiepiscopum jam Tolosanum die undecima Februarii. Is autem Meldis oriundus, uxorem duxit Mariam de Courtenay, cujus ex conjugio natus Johannes du Moulin toparcha de Fontenay sponsus Margaritae de S. Simon. Mortua uxore, ad amplissimas ecclesiae dignitates sibi gradum fecit Dionysius. Juris enim utriusque doctor, & in ecclesiis Viennensi, Remensi, Turonensi, Ebreddanensi, Carotenensi & Albienfi canonicibus impingatus, ob merita judicatus dignus qui ad consulari regii dignitatem & libellorum supplicum praefecturam perveniret, ad archiepiscopatum Tolosanum communibus suffragiis eveclus, ad Parisiensem postnlatus ecclesiam, confirmatur antistes die 10. Junii 1439. a

1440.

D Dionysius, quolibet Sablato celebratur missa a pueris symphonicis in sacello S. Dionysii ubi tunc Dionysii du Moulin patriarchae indui vestibus conspicitur, & praeterca psalmus *De profundis* pro ejus requie quotidie recitatur a ministris litantibus in ara principe inter *Lavabo* & secretam missae.

Pagi. Brer.  
Rom. pontif.  
tom. IV. pag.  
624.

1441.

1441. statuta in synodis episcopalibus ecclesiae Parisiensis edita adversus perturbatores jurisdictionis ecclesiae. Anno 1442. consecravit ecclesiam sancti Antonii infra urbem Dominica post festum Corporis Christi. Pcepit 28. Julii cum Laurentio sacerdote ratione parochiae sancti Landreci. Calendis & ultima ejusdem mensis transegit cum capitulo pro patmo aureo & serico, quem canonicis debebat episcopus in ingressu suo. Dedicavit ecclesiam sanctonum Innocentium die 22.

1445. Februarii 1445. Eodem in regesto Parisiensis fol.

128. legitur Dionysius miseratione divina patriarcha Antiochenus, episcopus Parisiensis Petro de Longolio contulisse canonicatum Parisiensem pro Belvacensi, quem permutabat Petrus. Insequenti dedit 19. Junii 1446. Johanni de Brolio presbytero, parlamenti consiliario, canonicatum & praebendam Martini de Brolio in ecclesia Parisiensis permutationis causa vacantem. Solutam eodem anno die 13. Julii quamdam pecunie summam ratione ecclesiae Parisiensis scripto testatur in chartis authenticis D. de Gagneres. Dedicavit ecclesiam monialium Beguinarum an. 1447. Con-

ANNI  
CHRISTI

1446.

1447.

Constitit eodem praebendam & canonicatum ecclesiae Parisiensis magistro Thomae de Courcellis sacrae theologiae professori. Teltanentum condidit die Mercurii 13. Septembris 1447. quo sepulturam elegit in choro majoris ecclesiae prope majus altare. Multa legavit ecclesiis & hospitiiis urbis Meldensis, & fratri suo archiepiscopo Tolosano, cui & filium suum commendavit, quemque testamenti sui executorem nominavit cum aliis. Mortuus die 5. Septemb. sepelitur in cathedra sub sena lamina a latere majoris aae cum epitaphio subsequenti:

*Hic jacet recolecta memoria dominus Dionysius de Moleulino, dum desessit patriarcha Antiochenus, episcopus Parisiensis, & perantea archiepiscopus Tolosanus, de Foro Meldensi oriundus, regis Caroli VII. consiliarius sumosissimus, vir magni consilii atque prudentissimus, probitatis eximia, & lingua disertissimus, qui plures fecit fundationes hic, Tolose, ac Meldis, & obiit Parisiis die Veneris decima quinta Septembris anno Domini M. CCCCLXVII. Anima ejus requiescat in pace. Amen.*

Hujus corpus cum ossibus Philippi archidiaconi, Stephani Tempier, Aimerici de Magniaco & Petri de Ordeomonte effossa, simul recondita sunt eodem in loculo in sanctuario prope altare majus novum a latere epistole die 6. Junii 1699.

Inter alias fundationes quas in ecclesia Paris. fecit Dionysius, quolibet Sablato celebratur missa a pueris symphonicis in sacello S. Dionysii ubi tunc Dionysii du Moulin patriarchae indui vestibus conspicitur, & praeterca psalmus *De profundis* pro ejus requie quotidie recitatur a ministris litantibus in ara principe inter *Lavabo* & secretam missae.

Deluncto Dionysio, Carolus VII. rex capitulo donavit ad opus aedificii & restorationis basilicae beate Virginis quicquid regalia jure ipsi propter ejus obitum competeat: ita legitur in antiquo tabulario, ex Samarthanais.

Sede autem vacante celebrata est synodus 16. Octobris 1447.

Antonijs Guillelmi baronis du Bee Crespin & de Maulny ex Jaquelina d'Auvricher filius, frater vero Johannis Normanniae marescalli & Margaritae Ambae mariti, sedis apostolice protonotarius, thesaurarius sacrae Capella Parisiensis, canonicusque ecclesiae majoris receptus in locum Nicolai Fraillon anno 1446. renuntiatus est Parisiensis episcopus per obitum Dionysii vi. calend. Novembris 1447. a Nicolao V. pontificatus anno primo, ex regesto Vaticani, ubi electus adhuc dicitur 3. Novembris anni ejusdem. Sacramentum

ANNI  
CHRISTI

hominii Carolo VII. regi juravit die 16. Junii anni 1448. Nondum tamen consecratus, nec ecclesie Parisiensis possessionem adeptus fuerat, cum ad Laudunensem transfatus ad ecclesiam v. nonas Martii 1449. unde nec a Parisiensibus inter præfules suos annumeratus, transit postea ad ecclesiam Narbonensem, ut diximus tomo 6. col. 104. Fuit & abbas sancti Johannis Laudunensis & Gemeticensis, ut dicemus suo loco.

CHARTIER

## C. I. GUILLELMUS VI.

Ecclesia Parisiensis per obitum Dionysii pastore destituta, ne diutius orphani remaneret canonici, obtenta prius a rege eligendi licentia, 4. mensis Decembris an. 1447. die ad electionem præfixa uno Johannis de Courcelis archidiaconi ore omnes episcopum conclamaverunt Guillelmum canoniconum suum tunc præsentem, cui ut vellet auxilium favoremque impendere Universitati supplicavit Robertus Sibolle ex parte capituli die Lunæ 12. Dec. quod & factum est. Guillelmus autem e Bajocis oriundus, ex veteri codice manuscripto 3016. bibliothecæ Colbertinæ, frater erat Alani Chartier Carolorum VI. & VII. Francorum regum scribæ, cujus frequens apud Johannem monachum scriptorem magnorum chronicorum S. Dionysii in Francia mentio, & opera edidit Andreas du Chesne. Ipse vero, quem Carolus VII. primum in scholis Parisiensibus sumibus suis educari curaverat, juris utriusque lauream adeptus, ad Picardiam universitatem evocatur anno 1432. a Carolo VII. primumque ibi post Lucalia ejusdem anni docere cœpit. Factus inde sancti Lamberti prope Salmurium pastor, tum archidiaconus Gandavensis in ecclesia Tornacensi, canonicus, cancellarius, & senator Parisiensis, demum nominatus antistes 4. Decembris, possessionem per procuratorem adit 29. Martii 1447.

1448. nunc 1448. Consecratur in æde sancti Victoris, inquit Sammartiani, 22. Julii 1448. & 4. Augusti in propria receptus est persona. Visitavit die 29. Junii 1449. reliquis ecclesie cathedralis. Promotus tamen idibus tantum Augusti legitur in regestis Vaticani, post assumtum nempe Antonium Crespin ad Laudunensem ecclesiam: unde forsitan repetenda annorum ipsius episcopatus computandorum in epitaphio usurpata ratio. Ordinarius Carthusiensis privilegiorum cum aliis collegis iudex & conservator quosdam subdelegavit prima Septembris ejusdem anni, qui hoc officio fungerentur. Decrevit solemnem gratulationem ob victoriam de Anglis reportatam in pugna Fornigniaci, cui tantum adfuerunt e nostris 3500. milites, die 1450. 13. Octob. 1450. quo anno capellani in ecclesia sancti Pauli benedixerat die 24. Augusti. Ecclesiam Augustinianorum dedicavit sexta die Maii 1453. Rector Universitatis appellavit die Lunæ 29. Octob. a Guillelmo episcopo, qui in synodo invecus fuerat contra cessationes studiorum ob captos & occisos scholares. Corpus S. Exuperii Bojocensis episcopi apud Corbodium olim translatus in capsa renovata denuo conditus una cum Bernardo Albienis episcopo die Dominica ante Ascensionem 26. Maii anno 1454. Delegatus cum

Johanne Rotomagensi archiepiscopo & Richardo Constantiensi, qui Johanne Aurelianensis causam recognoscere ac referre, bulla data a Callisto papa tertio idus Junii, absolutam eam declararunt 7. Julii 1456. Johannem Juvenalem des Ursinis archiepiscopum Remensem adjuvit consecratum 1457. Blasium Burdegalensem archiepiscopum. Conventui Mantuano a Pio II. contra Turcas convocato adfuit anno 1459. oratore regis christianissimi orationem habuit aservatam in manuscriptis codicibus Baluzii n. 312. Concilio Senonensi interfuit die 3. Martii 1460. sub Ludovico metropolitano. Delegans fuit anno 1461. a Pio II. summo pontifice cum Thoma de Courcelis decano Parisiensis ad reformandum Fontificaldi monasterium. Eodem anno 14. Aug. basilicam S. Genovefæ invisens, ordinavit ejus scilicet annum solemnitate celebrandum. Ludovicus XI. post coronationem suam solemniter in ecclesia Paris. receptus anno 1461. ante januas ecclesie promisit episcopo & ecclesie Parisiensis canonicum privilegium, debitam legem, justitiam & defensionem. Corpori reginæ apud sanctum Johannem Angeriac. defunctæ obviam iverunt canonici die 26. Januarii 1463. Biennio post cum Carolus Biturigum dux regis Ludovici XI. frater, & alii Gallicæ principes & proceres boni publici obtentu Luteciam oppugnarent anno 1465. Parisienses sibi metuentes, Guillelmum episcopum cum aliis civibus ad eos miserunt, qui eorum consilia retulit, & Parisienses ad eos recipiendos induxit, qua de re rex Normannia reversus, urbenque mox ingressus, antistitem gravissime objurgavit, teste Paulo Æmilio in vita Ludovici XI. quod cum hostibus armatis ad colloquium congressus esset, eorumque postulata rediens imperite multitudini exposuisset. Quanta tunc esset cleri Paris. in S. Germanum devotio ostendunt tres quas annis 1462. 1464. 1466. toto comitante clero ad ecclesiam S. Germani indixit supplicationes Guillelmus, qui comitis Turonensibus adfuit anno 1468. Parochiam Boloniz ecclesiam juxta S. Clodoaldum consecravit an. 1469. De ejus morte scribit auctor maris historiarum ipsam processionis generalis die prima Maii 1472. pro impetranda a Deo pace a rege indictæ subita agritudine rebus humanis exemptum, multum dolore gravissimumque Parisiensibus lucum excidisse, regi vero non item, qui Guillelmo minime benevolus, decima quinta hujus mensis litteras ad scabinos Parisienses dedit, quibus memoriam hujus præfulis incipit, uti prodit vetus diarium chronicorum Franciæ, quod seederatis adversum se proceribus favisset; quonobrem incisam in monumento elogium honorificentissimum alexandri justit, ubi mox factis reus memoria viri damnato, & ad perpetuam rei memoriam epigraphæ talia continentem tumulo inscribi voluit: *Tanti tamen viri nomen post obitum regis consensu sanæ criminis liberatum, titulosque, ac honor suos, postque cineri reddita.* Hæc Æmilius. In cathedrali autem appositum sequens epitaphium:

- Hic jacet reverendus in Christo pater dominus Guillelmus Chartier, de Bojocis ortus, utriusque juris professor, & episcopus Parisiensis sanctissimus, per K ij

ANNI  
CHRISTI

1456.

1457.

Spiegel. 1.

p. p. 110.

1459.

Spiegel. 4.

p. p. 137.

1460.

1461.

1463.

1465.

1466.

1468.

1469.

1472.

orbem famofissimus, qui vita, verbo & exemplo commiffi gregis vigilans pastor, pius ad pauperes largitor, in clero & populo mitissimus pacificusq; probatus, qui vigesimo quarto anno sue assumptionis ad ecclesiam Parisiensem per viam Spiritus sancti feliciter in pace quiescit M. CCCLXXII. prima Maii.

In martyrologio Parisiensis in bibliotheca regia asservato de eo legitur ad 1x. cal. Maii: *Obiit reverendus in Christo pater Guillelmus Chartier de Bajocis ortus, eximius dum viveret utriusque juris professor, ac episcopus Parisiensis per orbem famofissimus, qui primo anno sue assumptionis per viam Spiritus sancti ad episcopatum Parisiensem visitavit & suis sumptibus renovavit cum descriptionibus opportunis omnes & singulas corporum sanctorum capsas existentes super altare, quod dicitur S. Trinitatis & beatae Mariae Ardenium, in quo quidem altari ex tuce tam ad excitandam devotionem populi, qui antiquitas ad illud altare solebat concurrere, quam etiam pro bono civitatis, conservazione ecclesie, populi & diocesis Parisiensis singulis diebus Mercurii per certos ecclesie ministris missam altam celebrari, & quando visis suis sumptibus continuari fecit, &c. Hic reverendus in Christo pater prater & ultra quam plurimas rinas aedificiorum, domorum episcopatum, tam Parisiis quam apud Gentiliacum, villam Cereis, sanctum Clodoaldum & Moysiacum episcopi, quae occasione guerrarum praecedentium contigerant, per eum restauratas, multas quoque reparaciones, tam in ornamentis ecclesie Parisiensi quam in campanis suis sumptibus factis, ceteris ecclesie necessitatibus adjuvamenta multa dedit. In pace semper ecclesiam & diocesim rexit, cultui divino totus dedicatus fuit, & crebras & peculiares oraciones & processiones generales pro pace totius regni & salute gregis sibi commiffi succere cum exactissima diligentia valde sollicitus existit, & tandem anno 25. sue assumptionis per viam Spiritus sancti ad episcopatum Parisiensem Veneris prima die mensis Maii an. 1472. ipsum ut bonum militem in processione generali existentem, preces & oraciones apud Deum effundentem Deus omnipotens de mane infirmitate quadam vocavit, & hora quinta post meridiem ipsa die in pace feliciter quiescit.*

CII. LUDOVICUS.

Ex vetusta ac nobili apud Pistones gente ortus est Ludovicus, primogenitus Ludovici de Beaumont domini de Foresta, Cenomanensium proregis, & Johanne Jousseaume, frater autem Theobaldi toparchae de Foresta Andegavensium gubernatoris & Catharine conjugis Eustachii dynaste de Bellaio. Ipse vero pro singulari virtute in optimis disciplinis educatus, ecclesie totum se dedit, ac postquam fidelissimis Caroli VII. & Ludovici XI. cambellanus consiliis adhibitus fuisset, defuncto Guillelmo, ex cancellario Universitatis designatus absens, nec quidem cogitans, nutu proprio a rege, ut qui ei maxime faveret, ecclesie Parisiensis per Sixtum IV. summum pontificem praeficitur calendis Junii 1472. sexque post diebus cameræ solvit apostolicæ. Ecclesiam suam solemniter ingreditur die 7. Febr. anno quem nunc computamus 1473. quo sorte die nobilissimas quasque Parisiorum personas munificentissime

1473.

DE BEAUMONT.  
dictus  
DE LA FOREST.

una epulatione excepit, vicariumque suum in spiritualibus creavit die Sabbato 12. Martii Nicolauum d'Argouges Turonensem canonicum ad visitanda omnia loca & personas diocesis. Religiosis Alborum Mantellorum 22. Julii 1478. facultatem fecit indulgentias publicandi a Johanne cardinali fidelibus concessas pro reparacione ipsorum conventus jam a die 10. ejusdem mensis. Biennio post die scilicet octava Junii anno 1480. 40. dies poenitentiae relaxavit iis qui sodalitati ibidem in honorem sancti Laurentii a Gerardo decessore episcopo erectæ sese associaverint. Benedixit eodem anno ecclesiam sancti Martini in claustro sancti Marcelli, & contulit Jacobo l'Huillier theologi Parisiensis munus. Insequenti praebendam in ecclesia Parisiensis Guidoyn Boyleve dedit 20. April. 1481. Germanum Monachum abbatem S. Victoris, qui juramentum a decessoribus suis praestari solitum detrectabat, praesere compulit die Lunæ in crastino Pentecostes 21. Junii ejusdem anni. Motam jam a multo tempore inter episcopos Parisienses & moniales Calensies circa jus visitandi ecclesiam, abbatiam & monasterium Calensie litem senatus consulto obtinuit dato 26. Martii 1482. ante Pascha. Capellam decem millium marturum apud Celestinos Parisienses benedixit die 10. Octob. 1482. Celebratus fuit die 9. Maii 1483. in ecclesia Parisiensis obitus pro morte regis Angliae. Francie autem rex ibidem solemniter receptus est die 5. Julii anno 1484. Ludovicus eodem anno dedicavit ecclesiam Theodosianam \* & Noisfati magni ad Matronam. Vocatus autem ad concilium Senonense anno 1485. cum venire renuisset, pro contumace reputatus est a Tristando archiepiscopo Senonensi & ejus suffraganeis, & excommunicatus est; at paulo post ad cautelam absolutus 13. Decembris anni ejusdem. Johannem Laillier ab erroribus Wicifianis innumenem declaravit decreto quod irritavit Innocentius VIII. circa an. 1486.

Ab urbe & diocesi Parisiensis aberat, cum vicarii ejus generales die ultima Maii 1487. Universitati Parisiensi fecerunt facultatem aedificandæ capellæ in vico Straminis. Legitur abbas sancti Launi Toarcensis an. 1490. Sanctæ Mariæ Magdalene reliquias in capella beati Nicolai collocavit anno 1491. quæ in parochiam archiepiscopalem erecta S. Magdalene sumisit nomen. Processionei generalem cum capis S. Genevesæ & S. Marcelli habuit prima Augusti anni ejusdem pro bello, aëris inclementia & fructibus terræ. Ordines generales celebravit in superiori capella domus suæ episcopalis die Sabbato 16. Junii quatuor temporum post Pentecosten 1492. Ejus iussu martyrologium ecclesie Parisiensis recognitum, quod opus Johannes le Muneret coicinnavit eique dicavit. Cum autem annos viginti duxisset pontificatus in carnis afflictionibus, jejuniis & elemosynis, officiis ecclesie cathedralis etiam nocturnis assiduus, febre continua correptus, sexto post die mortuus die Jovis 5. Julii anno 1492. annum agens 45. sine ulla funeris pompa, clausus duntaxat laternis praecedentibus post horas nocturnas, ne divinum perturbaretur officium,

quod irritavit Innocentius VIII. circa an. 1486. Ab urbe & diocesi Parisiensis aberat, cum vicarii ejus generales die ultima Maii 1487. Universitati Parisiensi fecerunt facultatem aedificandæ capellæ in vico Straminis. Legitur abbas sancti Launi Toarcensis an. 1490. Sanctæ Mariæ Magdalene reliquias in capella beati Nicolai collocavit anno 1491. quæ in parochiam archiepiscopalem erecta S. Magdalene sumisit nomen. Processionei generalem cum capis S. Genevesæ & S. Marcelli habuit prima Augusti anni ejusdem pro bello, aëris inclementia & fructibus terræ. Ordines generales celebravit in superiori capella domus suæ episcopalis die Sabbato 16. Junii quatuor temporum post Pentecosten 1492. Ejus iussu martyrologium ecclesie Parisiensis recognitum, quod opus Johannes le Muneret coicinnavit eique dicavit. Cum autem annos viginti duxisset pontificatus in carnis afflictionibus, jejuniis & elemosynis, officiis ecclesie cathedralis etiam nocturnis assiduus, febre continua correptus, sexto post die mortuus die Jovis 5. Julii anno 1492. annum agens 45. sine ulla funeris pompa, clausus duntaxat laternis praecedentibus post horas nocturnas, ne divinum perturbaretur officium,

quod irritavit Innocentius VIII. circa an. 1486. Ab urbe & diocesi Parisiensis aberat, cum vicarii ejus generales die ultima Maii 1487. Universitati Parisiensi fecerunt facultatem aedificandæ capellæ in vico Straminis. Legitur abbas sancti Launi Toarcensis an. 1490. Sanctæ Mariæ Magdalene reliquias in capella beati Nicolai collocavit anno 1491. quæ in parochiam archiepiscopalem erecta S. Magdalene sumisit nomen. Processionei generalem cum capis S. Genevesæ & S. Marcelli habuit prima Augusti anni ejusdem pro bello, aëris inclementia & fructibus terræ. Ordines generales celebravit in superiori capella domus suæ episcopalis die Sabbato 16. Junii quatuor temporum post Pentecosten 1492. Ejus iussu martyrologium ecclesie Parisiensis recognitum, quod opus Johannes le Muneret coicinnavit eique dicavit. Cum autem annos viginti duxisset pontificatus in carnis afflictionibus, jejuniis & elemosynis, officiis ecclesie cathedralis etiam nocturnis assiduus, febre continua correptus, sexto post die mortuus die Jovis 5. Julii anno 1492. annum agens 45. sine ulla funeris pompa, clausus duntaxat laternis praecedentibus post horas nocturnas, ne divinum perturbaretur officium,

1481.  
Chart.  
CLXXVII.  
col. 133.

1485.  
Spicil. 1. 2.  
pag. 585.

1487.  
Sum. 1. 3.  
pag. 63.

1490.

1492.



sepultus est in loco ubi tunc ab altari ingressus in chorum patebat ad latus cathedræ episcopalis, crucem ita deferente puero, ut quasi cordi jacentis culpis laculi crucis infingeretur, qui & ut sibi sepultura cum pauperibus esset communis, humo ex Innocentium cremeterio tumulari voluit testamento, cujus executores nominavit Nicolaum de Hacqueville regi a consillis & Johannem Bouchart canonicos ecclesiæ Parisiensi. Originale hujus asservatur in inventario chartarum domus Bellimontis. Plura quoque inibi legata pro fundatione anniversariorum & missarum ordinat, pro quibus 400. libras reditus capitulo Parisiensi assignat, cujus ecclesiæ benefactor insignis recentior. Ludovico defuncto, ipsius heres Theobaldus 300. libras Turonenses annui reditus capitulo assignavit pro quotidiana ad altare de Ardentibus celebranda missa pro anima Ludovici defuncti, ad eum modum quo quolibet die Mercurii celebratur missa pro Guillelmo Chartier. Sepultus autem hoc donatus est epitaphio :

*Sepulchrum est hic corpus reverendi in Christo patris domini domini Ludovici de Bellomonte, præcipui litterarum amatoris, qui in carnis afflictione, in multis jejuniis, in elemosinarum largitione, in officiorum divinarum tam diei quam noctis assidua presentia laudabiliter ducens vitam in presulatu annos 20. magnis ecclesiam muneribus donans excessit feliciter M. CCCXCII. tertio nonas Julii.*

Notatur ejus anniversarium in martyrologio Parisiensi hoc encomio exaratum: *Anno Domini M. CCCXCII. III. non. Julii obiit bonæ memoriæ dominus Ludovicus de Bellomonte, hujus ecclesiæ Parisiensis episcopus, primogenitus clarissimi quondam militis domini Ludovici de Bellomonte domini de Foresta supra Separim, Malleacensis & de Pleffyo-Mathai Andegavensis diocesis, ac inclite recordationis regum Caroli VII. & Ludovici XI. consiliarii & cambellani, apud quos ob ejus eximiam prudentiam in maxima auctoritate fuit, adeo ut ipse rex Ludovicus hac Parisiensi ecclesiæ per obitum defuncti bonæ memoriæ domini Guillelmi Chartier vacante, præfatum dominum Ludovicum absentem, nec ad id ullo modo aspirantem, per felices recordationis Sixtum papam IV. ad hujusmodi dignitatis episcopalis apicem præfici procuravit: in qua 20. annis in summa pace & tranquillitate cum ipsa ecclesiæ vixit, eam ac viros litteratos ac divino cultui deditos totis precordiis colendo & amando, servitiumque divinum tam diurnum quam nocturnum assidue frequentando. Sed cum ecclesiam prædictam tam donis ac muneribus quam viris clarissimis ornare studeat, febre correptus que eum sex diebus continuè oppressit, mente & intellectu suavis, sacramentis ecclesiasticis devote & reverenter susceptis, ætatis sue anno 45. migravit ad Christum, non immemor sponsæ suæ ecclesiæ Parisiensis, cui imprimis quadringentas libras Turonenses de propria hereditate pro quadam fundatione in dicta ecclesiæ faciendâ, & reddendis suis successoribus exoneratis erga dictam ecclesiam a nonnullis oneribus ab antiquo debitâ suo testamento legavit: sed quoniam capitulum prædictæ ecclesiæ legatum hujusmodi onerosam reputans, ad opus prædictum acceptare noluit, nobilis ac potens dominus*

*Theobaldus de Bellomonte præfati domini Ludovici antistitis unicus frater & heres cupiens, ut dicebat, piam fratris intencionem ad effectum deduci, & eorum sanitam inter benefactores dictæ ecclesiæ merito censeret, ac precum & orationum, quæ in dicta ecclesiæ in perpetuum fient, participes fieri, 300. libras Turonenses in & super omnibus, & singulis terris & dominiis suis in perpetuum capiendis, & per eam ejusque successores annuatim solvendas ad onus dictæ fundationis in dicta ecclesiæ Parisiensi in perpetuum faciendâ & continuandâ liberaliter sponteque legavit & donavit.*

*Item legavit & donavit præfatus dominus Ludovicus episcopus ecclesiæ Parisiensi omnia ornamenta sua pontificalia, necnon pontificalia & alios ecclesiasticos libros, ac plurima alia jocalia præciose per executores sui testamenti capitulo prædicto realiter tradita & liberata.*

Datis statim ab obitu Ludovici Carolus rex litteris supplicavit 6. Julii & prima Aug. 1492. tum ipse ad ecclesiam Parisiensem accedens die Dominica 5. Augusti diei prævia ad electionem a capitulo præfixæ, Johannem de Rely confessorum suum episcopum Andegavensem, Parisiensem a canonicis postulari, qui posthabitis precibus, litteris & nunciis regis multoties iteratis, solum Deum præ oculis habentes, sexto tandem scrutinio suffragiorum majore numero Gerardum Gobaille canonicum suum elegerunt die Mercurii 8. Augusti anno 1492. Is autem apud Suesionis nobilis & locuplete ortus familia, advocati munere in senatu Parisiensi fatis longo tempore functus est, tantaque pietate præditus, ut viduarum ac pupillarum & egentium causas sepe ac gratuito ageret. Postea in clerum assumtus, in ecclesiâ S. Cœciliæ, quam vulgo vocant de la Bretonnerie, cujus in vicinio habitabat, horis nocturnis ac diurnis assiduus, cum ab officio matutinarum quadam die rediret, canonicus Parisiensis salutatæ ex concessione domini Ludovici de Beaumont episcopi Parisiensis, cui non aliunde quam prohibitis, eruditionis ac pietatis fama notus erat, receptus est 26. Februarii 1491. Canonicus virtutis merito collegis suis ita gratus ac carus fuit, cum assiduus esset in ecclesiâ, & tamen negotia capituli fideliter ac diligenter pertractaret, ut pene incertum utilior-ne aut melior in spiritualium an temporalium administratione esset: unde factum ut post mortem Ludovici nihil tale cogitans episcopus Parisiensis magno canonicorum consensu electus fuerit, sed prohibente Carolo rege, cui molestum erat repullam passum Johannem de Rely quem ipse postulerat, ab archiepiscopo Senonensi confirmari nusquam potuit Gerardus. Mota itaque pro ejus electione lis cum per annos amplius tres perdurasset, vehementerque sancto seni displiceret per ipsum pastorem solatio destitutam ecclesiam Parisiensem, ex morore & tadio morbum contraxit, quo non Monasterioli Senonum, ut voluit Samarthanii, sed Meloduni, Roma rediens, si Gemellis fides, obiit die 12. Sept. anni 1494. hora post vespæ sextæ. Electus autem tantum Gerardus, nec a metropolitano,

ANNI CHRISTI

ANNI CHRISTI 1496. 1497.

nec a summo pontifice confirmatus, sed nec consecratus, ex episcoporum albo merito expunge-  
retur, ni ipsi suffragati fuissent canonicorum calculi: defunctus enim ordinante ita capitulo inter episcopos ad latus finistrum majoris altaris tumulatus est cum tumba supra baculo pastorali ex uno, mitra vero episcopali ex altero latere, quia nondum consecratus episcopus fuerat, exculpit. Tumulo insculpta que nunc litteris fugientibus ac pene exolecentibus vix deprehendi possunt verba: *Hic jacet magister Gerardus Gobaille Suesfionensis, antea canonicus Parisiensis, dum electus in episcopum Parisiensem, qui post multos susceptos labores in adeptione sui episcopatus, tandem Melodunij decessit, atque ex ordinatione capituli inter episcopos tumulatus. Ut autem scias qualis fuerit, fuit ille, dum vixit, pauperum pater, ac humilitatis exemplum.*

De eo ad diem xi. Septembris in obituaria ecclesie Parisiensis legitur: *Obitus R. D. Gerardi Gobaille Suesfionensis, canonici Parisiensis, electi in episcopum Parisiensem anno 1492, regnante Carolo VIII. Mortuus est in adeptione confirmationis suae ab archiepiscopo & a rege, & ex ordinatione capituli inter episcopos tumulatus.*

SIMON.

CIII. JOHANNES V.

Gente Parisinus Johannes, dynasta de Champigny, Johannis regii in senatu patrum filius, Caroli Francorum regis consiliarius, canonicus, non vero, ut voluit Sammarthani, archidiaconus ecclesie Parisiensis, sed Suesfionensis in regibus Vaticanis, cleri suffragii antistes Parisiensis nominatus, a summo pontifice confirmatur iv. calendis Novembris 1492. Regi hominum fidelitatis exhibuit 10. Decembris ex Sammarthanis, quibus eo major debetur fides, quod electus nuncupatur in regibus Vaticanis per obitum Ludovici 20. Decembris 1492. sicut & x. calendis Julii & viii. calendis Octobris 1493. A Tristano de Salazar

1493. metropolitano Senonis anno tantum 1494. <sup>a</sup> consecratus, ecclesiam suam solemniter ingressus est Dominica 15. Februarii anni ejusdem, ut tunc computabatur, ut patet ex instrumento hujusce ingressus, quod vernacula ad cognoscendas que tunc exhibebantur carimonias lingua retulimus ex schedis D. de Gagneres. Fontebraldenses puellas in cenobium Filarum Dei anno eodem admisit ea lege, ut anniversariam quotannis S. Ludovici solemniter celebrarent memoriam, anniversariaeque pro Carolo VIII. & pro ipso post mortem preces funderent. Statuta synodalia ordinavit & publicavit die Jovis post *Misericordia* an. 1495. <sup>E</sup>

1495. que habes in synodico Parisiensi pag. 68. Capellae in collegio de Monte acuto erigende assensum praebuit 7. Julii anni ejusdem. Insequenti piam in honorem B. Rochi instituit fodalitatem in ecclesia

Chart. CLXXVIII. col. 138.

Hist. Par. l.V. p. 215.

<sup>a</sup> Decano, capitulo & archidiacono Paris. ecclesie postulanti, Johannes episcopus Valentiniensis & Diensis sacros ordines Paris. in superiori capella domus episcopalis sede vacante celebravit anno 1492. die Sabbati in jejunio quatuor temporum 22. Sept. ex originalibus litteris.  
Eadem auctoritate Guillelmus Aquitanie primas die Sabbati in jejunio quatuor temporum post Brandones 2. Martii 1492. nunc 1493. idem praesitit in ecclesia S. Dionysii de Passy, ex autentico.

Alborum mantellorum die xi. Augusti 1496. Majus altare Clarissarum sancti Marcelli inauguravit die 23. Aprilis 1497. Statuta condidit eodem anno pro filiabus Penitentibus sancti Maglorii, in quibus inter alia decrevit, ut nulla nisi corrupta in monasterio reciperetur. Memoratur in apocha clericorum matutinalium ecclesie Parisiensis data 18. Februarii anni 1499. summam triginta librarum Parisiensem a Dionysio episcopo quondam conventum solvisse. Johanni Allegrin in ecclesia Parisiensi praebendam contulit 13. Augusti 1501. Multum defraudavit ut Calente monasterium reformaret: quapropter ad ipsum regendum <sup>B</sup> & in meliorem statum revocandum moniales acceperunt ex ordine Fontebraldensi, & multa praescripta statuta, quae postea confirmavit D. Georgius de Ambasia cardinalis Alexandri VI. legatus a latere, quem ad introitum ecclesie Parisiensis cum capitulo excepit, & textum evangeliorum ei obtulit osculandum die 17. Februarii 1501. nunc 1502. quo abiit ad Dominum Johannes die 23. Decembris. Sepultus est in choro B. Virginis, hoc epitaphio donatus:

*Parisius ortus praeulque ex gente Simonis,  
Quo duce sub sancto tramite caula viget,  
Consule quo fuerat vix quisquam justior alter,  
Quique reformandi spes erat una gregis,  
Clarus Johannes sculpto jacet aere sepultus.  
Ipse seras illi, cate viator, opepm.*

obit anno Domini millesimo quingentesimo secundo vicima tertia mensis Decembris.

De eo in martyrologio: *x. calendis Januarii obit reverendus in Christo pater DD. Johannes Simonis hujus insignis ecclesie pontifex, a quo habemus summam quingentorum sextorum solis ad emendos reditus pro fundatione sui obitus.*

CIV. STEPHANUS V.

Post obitum Johannis die ad eligendum praefixa 31. Decembris 1502. acceptis a rege in gratiam Stephani cancellarii litteris datas 20. Januarii, auditusque ejus nuncios, hunc elegerunt canonici Parisienses die 3. Februarii, consensimque Mediolanum deputati die 6. ejusdem mensis, qui ad regem recensere electum Stephanum de Poncher cancellarii munus tunc pro rege obeuntem sese conferrent. Is autem nobilis <sup>a</sup> Turonensis juris

<sup>a</sup> Stephani Poncher soror fuit Joanna Poncher prima uxore nobilis & potentis domini Petri le Gendre militis, suparchae d'Ancoeur, de Magny, & aliarum ditissimae. Francie thesaurarius, & generosus arerio praepositus. In secundam uxorem duxit Carolum Briçonnet, quae patrus habebat Guillelmum cardinalem, regni administrum, & Robertum archiepiscopum Remensem, cancellarium & patrem Francie. Ex utraque improbus decessit, postquam e Carolo Briçonnet duas filias susceperat, quae una eademque die obiit. Petrus le Gendre heredes ex arte instituit in testamento 15. Novembris 1534. Nicolaum de Neuville militem, dominum de Villeroy, praenepotem ex sorore; quem ceteris suarum sororum posteris praetulit ex lege, ut Gendreaeque gentis nomen & insignia admitteret. Cui conditioni, quae extra legatarium non extendebatur, a Nicolo Nevilliano, dicto le Gendre, satisfactum est. F. praepositi Petri Gendrii Alancoeur memorant aliqui Claudium le Gendre abbatem Alber-riper: quem Petri le Gendre libellorum supplicum magistri filium perperam diximus; cum Pauli le Gendre militis, domini de Lormoy, libellorum supplicum magistri & Francie de Chaulnes filius foret. Hunc Claudium le Gendre recensimus in abbatibus Alber-riper: tomo quarto in ecclesia Lingonensi.

1499.

1501.

Savai l. 3. pag. 652. 1502.

DE PONCHER.

utriusque

ANNI  
CHRISTI

utriusque pontificii & civilis interpres celeberrimus, senator Parisiensis anno 1485. & pates in classe inquisitionum 1498. canonicus S. Aniani Aurelianensis, S. Gatiani, S. Martini Turonensis, & Parisiensis ab anno 1491. ecclesie & academie Parisiensis, ordinis regii S. Michaelis sub Francico I. & ducatus Mediolanensis cancellarius, electus episcopus die prima *al.* 3. Febr. 1502. qui nunc 1503. ab apostolica sede approbatur 15. ejusdem mensis, per procuratorem Gaillardum Rulic recipitur 12. Apr. & post juratum regi Ludovico XII. hominii clientelaris fidem ultima ejusdem mensis

1503. 1503. ipse solemniter apparatu urbem ingreditur die 21. Maii, ad hanc celebritatem vocatis nobilibus episcopatus clientibus, baronibus nempe de Caprosia, Monmorenciaci, Maciaci, Montilgani, Cauda & Lusarchiarum, qui cum ad ecclesiam cathedralem pro more subvererunt. Post die ab Universitate salutatus, venit ipse in capitulum canonicis gratias acturus die 24. Maii. Privilegia & capellam collegii de Monte acuto confirmavit 22. Junii anno eodem. Consiliarius & regis cancellarius in ducatu Mediolanensi dicitur in instrumento dato 6. Julii anno 1504. in alio vero dato 1505. 17. Aprilis post Pascha anno 1505. dicitur abesse ab urbe Lutecia, legatus nempe a rege in Germaniam. Nominatur anno 1506. cum Nannetensi presule in tabulis matrimonii Francisci Valesii ducis, postea Francie regis hujus nominis I. cum Claudia Ludovici XII. filia, quem in Italiam secutus anno 1507. regii oratoris munere in hac expeditione persunchus, luculentas habuit orationes in ingressu Patavii & Mediolani, auctore Johanne d'Aouthon historico regio, qui antilitem vocat facundissimum rhetorem. Abbas Floriacensis renunciatus sacramentum dixit 4. Novembris 1509. 1509. Presens fuit cum Ludovico rex sacramento obligavit se 23. Julii 1510. soluturum Anglis 745000. coronas. Ducatus Mediolanensis cancellarii munus abdicavit anno 1511. In tabulario castri Palensis exlati iudicium Stephani Parisi episcopi & aliorum electorum iudicium in controversa hominii Beneaensis principatus inter Ludovicum XII. Francorum regem ex una parte, & Johannem d'Albret regem Navarrae ac uxorem ejus Catharinam, qui quidem iudices pro supremo dominio principatus hujus ab omni potestate profus liberi sententiam tulerunt 3. Julii 1512. ex inventario facto chartarum hujus tabularii iussu Johannem Colberti regii admistrri in ejusdem bibliotheca assertivo. Presens fuit & subscripsit an. eodem pactis hac de re initis 17. Julii & 7. Septembris. A Leone X. summo pontifice una cum episcopis Antifiodorensi & Gratianopolitano delegatus, qui de vita, moribus & miraculis sancti Francisci de Paula inquirerent, vices suas aliis commiserunt die 25. Novembris anni ejusdem. Regis Francie sigillis a Ludovico rege post Johannem de Ganay presfectus 6. Januarii, hac per biennium custodivit. Statuta synodalia edidit anno 1514. quae habes in synodico Parisiensis p. 72. Subscriptus anno eodem 14. Septemb. pactis matrimonialibus Ludovici regis cum Maria Anglica. Quantum ad reformandos monialium mores, quod opus pium decessor ejus instaurata clausura jam inchoa-

Tomus VII.

A verat dum adhuc Parisiensem regeret ecclesiam, laboraverit, satis probant ejusdem constitutiones in monasterio Calenti & in plerisque ac potioribus magno fructu admisse. Ludovici XII. funus 18. Januarii 1514. nunc 1515. in majori ecclesia celebravit. Cum Arturo Gouffier magno Francie magistro legatus 13. Augusti 1516. Novioduni conclusit matrimonium Caroli Hispaniarum regis cum Ludovica filia Francisci I. Circa id tempus orator ad Carolum V. in Hispaniam missus, subscripsit pactis inter Maximilianum I. imperatorem, Carolum Hispaniarum regem & Franciscum I. die undecima Martii 1516. nunc 1517. initis. Claudiam reginam Francisci I. conjugem in templum B. Virginis ingredientem hoc anno excepit. Insequenti ad Henricum VIII. Angliae regem legatus pacem conclusit 2. Octob. 1518. Londini, & matrimonium Francisci delphini Viennensis cum Maria Henrici filia, alioque tractatus fecit die 4. ejusdem mensis. Ineunte anno 1519. ad Senonensem archiepiscopatum assumitur Stephanus, de quo inibi iterum agemus. Ad eum Baptista Mantuanus carmelita celestis poeta scripsit tres libros de beati Dionysii Arceopagiti conversione, vita & agone, qui exstant tomis 2. ejus operum pag. 159.

## CV. FRANCISCUS I.

DE  
PONCHER.

Franciscus presbyter Turonensis, licentiatius in decretis, canonicus ecclesie Parisiensis, parochus S. Stephani Isthacensis die 16. Aprilis an. 1510. amulum passus est, deinde senator Parisiensis & abbas sancti Mauri Fossatensis per resignationem patris primus post Bituricensis pactum Parisiensis episcopus Stephano ad Senonensem ecclesiam transfato sufficitur patruo nepes a Leone X. bulla data die 14. Martii 1519. quam post concordata primam autumat claritinus Dupin, refragantibus aliis, qui hanc prerogativam Ludovico Guillard episcopo Toracensis tribuunt. Ecclesiam suam solemniter ingressus est die Dominica 8. Maii, & Stephanum Senonas ingredientem Dominica ultima Julii praesentia sua profectus est, eique dicavit commentarios Decii jurisconsulti de confirmatione utili vel inutili, & de officio delegati. Ecclesiam suburbanam S. Jacobi de Altopassu eodem anno consecravit. Occurrit in tabulis S. Martini a Campis anni 1521. 1523. 1524. 1525. 1527. & 1528. Francisco praesule celebratum Luteciae provinciale concilium 1508 Martii 1522. in quo condemnati libelli duo, scilicet apologia pastoris Combergenensis contra papisticas leges sacerdotibus matrimonium prohibentes, & de celiabatu & viduitate, auctore Andrea Carlostadio. Anno eodem Franciscus S. Jacobi de Carnificeria sive de Macello dedicavit. Vacantem per obitum Stephani patris abbatiam Floriacensem cum artibus nefandis ambivisset, redux ex Hispania Franciscus I. rex primum & senatoribus majoris consilii commisit die 14. Januarii anno 1526. qui de perpetrata a Francisco sceleribus, ejusque reginae parenti regni moderatius inobedientia inquireret. Anno 1527. Franciscus I. rex Luteciae comita prelatorum regnique procurum habuit, ut regio filios in Hispania detentos

Chart.  
CLXXIX.  
col. 139.1521.  
Hij. Paris.  
tom. 1. pag.  
638.1522.  
1523.  
1524.  
1525.Chart.  
CLXXXI.  
col. 140.1526.  
1527.

L

ANNI  
CHRISTI  
1529.

Summ. l. 1.  
pag. 174.

1531.  
Chart.  
CLXXXI.  
col. 141.

1532.

DU  
BELLAY.

### CVI. JOHANNES VI.

De Johanne jam diximus in episcopis Baïonenſibus tomo primo col. 1320. Lemovicenſibus tomo ſecundo col. 539. archiepiscopis Burdegalenſibus col. 848. & abbatibus Anianenſibus tomo ſexto. His ortus anno 1492. de quibus diximus parentibus Johannes, Langius ſeu Langæus aliquando dictus, filius quippe Ludovici du Bellay domini de Langey, cum jam eſſet Baïonenſi episcopatu honeſtatus, tanta apud regem gratia valuit & doctrina, ut illius ac Guillelmi Budæi viri doctiſſimi perſuaſu & inductu Franciſcus I. die 24. Martii 1529. regios linguarum profefſores Pariſis inſtituerit, annuiſque dotaverit ſtipendiis. Pariſienſi dein pontificatu donatus eſt egregia meritorum commendatione, ut ſcriptum eſt ad Clementem VII. papam diploma teſtatur menſe Auguſto 1531. Igitur ad hanc ſedem vocatus ex Baïonenſi antiſtitio 20. Sept. 1532. quemadmodum ſcrunt acta conſiſtorialia Vaticanis, invitatis prius qui erant invitandi, præſidibus, conſiliariis & officiariis curiæ Parliamentiſ, eccleſiam ſuam ſolemniter ingreſſus eſt die Lunæ 25. Novemb. & poſtridie cum ipſe ad curiam ſe contuliſſet, gratias egit debitumque præſtitit ſacramentum. Inſequenti induiſt ei ſummus pontifex bulla data 2. Martii 1533. ut omnia beneficia tam ſecularia quam regularia ratione Pariſienſis eccleſiæ aut aliarum eccleſiarum, quibus præerat vel præerit, ab ipſo dependentia conferre libere poſſet, quam approbaviſſe conſeſſionem Franciſcus I. die prima Octob. 1534. Unita eſt menſe Pariſienſi episcopii abbatia ſancti Mauri Foſſatenſis a Clemente VII. idibus Junii 1533. ſuppreſſoque abbatſ titulo episcopum Pariſienſis conſtitutus eſt hujus eccleſiæ decanus in perpetuum. Eodem anno Johannes regem Maſſiliam ad colloquium ſummi pontifex venientem comitatus, Franciſci præſentis nomine pontifici maximo obedientiam juravit in conſiſtorio publico die 13. Octobris

Summ. l.

Fiſt. Pariſ.  
tom. 4. pag.  
680.

1533.

Chart.  
CLXXXII.  
col. 141.

luculenta hac, extemporanea licet, qua erat fati-  
cundia præditus Bellaius, oratione, in hæc verba:  
*Beatiffime pater, cum ſereniffimus dominus Franciſcus  
Francorum rex chriſtianiffimus animadverrens quantis  
in periculis chriſtianitas per hæc annos fit verſata,  
jam pridem deſideraverit cum ſanctitate veſtra tan-  
quam chriſtianorum omnium ſummo paſtore & pa-  
rente aliquo in loco utriusque commodo colloqui, idque  
ab eadem ſanctitate veſtra inſtanter petierit, ut cum  
ea præſens in commune bonum conſulere poſſet: nunc  
hujus voti compoſ benignitate veſtra ſanctitatis ef-  
fectus, agit eidem ſanctitati veſtra maximas gratias,  
non ſolum quod a proximo morbo debilis, & jam  
annis gravis, laborem via & maris diſcrimen non  
deſugerit, ſed & quod in ejus regnum venire dignata  
ſit. Deinde vero quod ipſe ſemper optavit perfeſſerit  
exſequi, eidem ſanctitati veſtra tanquam vero Chriſti  
vicario & Petri ſucceſſori obedientiam perfeſſerit  
preſtari, ſequæ & ſua regna & dominia omnia pro  
ſanctitate veſtra & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ;  
cujus ipſe primogenitus filius exiſtit, tuitione & au-  
gumento pie offerret & pollicetur, rogans ut ſuaſilem hæc  
obedienciam & oblationem paternam benignitate ſuſ-  
cipere dignetur. Quantum in cauſa divortii Angli-  
cani zelo eccleſiæ flagraverit teſtatur legatio in  
Angliam ſuſcepta, ut Henricum in Romani ponti-  
ficis obedientia perſeverare hortaretur, cui ille  
renunciare diſtulit, ſi ſententia fulminationis a  
Clemente diſſerretur. Quamobrem Romam ad-  
volans Johannes ante finem anni 1533. reique  
momentum Clementi & cardinalibus exponens, ut  
exſpectaretur emixe petit, & plura in contra-  
riam opinionem opponens: nihilominus in Hen-  
ricum promulgata eſt ſententia, ex quo ortum eſt  
terrificum Angliæ ſchiſma: etenim ſi admiffa  
fuiffent prudentis antiſtitis conſilia, exitiata illo  
incendio damna reipublicæ chriſtiæ ſummorum  
virorum judicio minime orta fuiffent. Interim  
Renato du Bellay abbate commendatorio ſancti  
Mevrenii Maclovienſis & S. Laurentii de vado  
Alneti Cenomanenſis diocæſis, regis conſiliario,  
generali vicario in ſpiritualibus & temporalibus  
Johannes utebatur, qui ipſum nomine ſodalitatem  
S. Rochi in eccleſia Alborum mantellorum lau-  
davit die 6. Aug. 1534. Johannes quoque vices  
gerens Carolus episcopum Megarenſis abbas Ma-  
glorjanus e Brolio Benediſti reliquias S. Agnetis  
potiori ex parte tranſlatas Luteciam in eccleſia S.  
Euſtachiæ primum ſub ejuſdem S. virginis nuncu-  
patione conſtructa collocavit. Ipſe vero apud Paul-  
lum III. ſummum pontificem Romæ legatus exi-  
ſtens, Franciſci I. gratia prebſbyter cardinalis titulo  
ſanctæ Cecilie ab eodem pontifice creatus eſt xii.  
calendas Junii 1535. & menſis ſequentis Junii  
die ultima Mercurii Luteciam reverſus ad curiam  
Parlamentariſ accreſſit cardinalitio ſalutaturus galero.  
Philippum Melanctonem invitavit datis 27. Jul.  
litteris ad diſputandum cum Sorboniſtis, in quibus  
de maturato & proximo in urbem Romanam itine-  
re loquitur. Anno inſequenti Johannes Sanguin  
dicitur electus Pariſienſis in inſtrumento dedicati-  
onis altarium atque reconſionis reliquiarum Fara-  
maſterii die 10. Maii anno 1536. aſſerato in  
archiſtis monaſterii: forte erat Johannes ſuffraganeus,  
qui hoc eodem anno bullas pontificiæ a*

ANNI  
CHRISTI

1534.

1535.

Fiſt. Pariſ.  
tom. 4. pag.  
681.

1536.

ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI

papa obtinuit 18. Julii, biduoque post clientelæ sacramentum pro episcopatus Paris. temporalibus præstitit die 20. Julii. Huncce sibi legavit Franciscus rex in omnibus urbibus sitis in insula Franciæ 21. Julii 1538. Imperatoris funebria solemnitas celebravit 7. Junii 1539. Carolum V. imperatorem in æde majori Luteciæ excepit die Jovis prima Januarii anni ejusdem nunc 1540. cum per Galliam Belgium tendens transfret. Senatus Aquisiens cardinalis Bellaii indultum pro abbacia Lirinensi approbavit 1540. Lemovicensem cathedram obtinuit Johannes 22. Aug. 1541. Ludovicum du Bellay senatorem Parisensem, archidiaconum majorem, canonicum ecclesiæ Parisiensis, parochum sancti Landerici, priorem de Gaudio & vicarium generalem tumulo condidit die 5. Januarii anni ejusdem. Collegium scholasticum S. Nicolai de Lupara collegium canonicorum fecit die 25. eorumdem mensis & anni. Burdegalensis archiepiscopatus administrationem inpetrauit 17. Decembris anno 1544. Eodem amplissima functus legatione cum cancellario ad comita Imperii Spire, non admittitur prevalente Cæsarianorum factione, ad orationem quam habituri erant typis mandatum ediderunt. Hoc rursus anno aspermissis temporibus adventante Cæsaris exercitu, Luteciam cujus pontificatum regebat Johannes intrepide tuendam suscepit, eisque muros ingenti vallo firmisque propugnaculis, quæ & hodie ad S. Antonii portam videntur, incomparabili diligentia munivit. Cenomanensis adhuc episcopus legitur anno 1546. Sublati paulo post e vivis Francisci regis exsequiis Luteciæ in basilica Parisiensi cum aliis novem cardinalibus regio plane splendore celebravit die 23. Maii anno 1547. cui ob fidem cum rara animi magnitudine carissimus & ab intimis consiliis pace belloque administraverat, at invidiorum artibus dispari apud successorem Henricum II. regem, cujus sacro 27. Julii interfuerat, gratiæ loco est habitus, & præcipue a cardinali Lotharingo virtutis æmulo pristinæ dignitatis exalto motus, Romanæ se recepit, ubi in gratiam Eustachii cessit, retentis fructibus episcopatus & collatione beneficiorum bulla Julii III. concedentis data Romæ 15. Martii 1550. Ipse vero quadriennio post ætatis prerogativa, seu potius creationis antiquitate ad Ostiensem decanatum die 29. Maii 1555. pervenit, & post mortem Marcelli II. Pontificis maximi cum cardinalium quorundam suffragio postulatus fuisset, ut supremum sedis apostolicæ pontificatum adipisceretur, electum Paulum IV. consecravit. Denique Johannes egregie de ecclesiæ & Gallicæ nomine promeritus moritur Romæ XIV. calendis Martii 1560. ætatis anno 68. in palatio quod juxta Diocletiani thermas exquisita contruxerat magnificentia. Sepultus fuit in ecclesiæ S. Trinitatis in monte Pincio religiosorum Gallorum sancti Francisci de Paula, quibus moriens legavit medietatem suæ suppellectilis, & 3000. scuta auri de sole ad opus fabricæ. Hujus cardinalis laudes profectus fuit Paulus Jovius Novocomensis episcopus Nucernus in elogiis doctorum, ubi ait: *Johannes Bellaius præclaro vetustæ familie ac infatigatus*

Tomus VII.

*virtutis nomine Parisiensis antistes, & bis meritis purpura senator amplissimus, qui perenni studio Græcis atque Latinis musis sacra facit, qui ingenia fovet, produclaque in regiam eruditæ principis liberalitate protinus exornanda in luce constituit.* Jacobus cardinalis Sadoletus libro quinto epistolis 1. 2. & 3. libro nono epist. 19. Michael Hospitalis Franciæ cancellarius epistolorum libris 1. 2. & 3. Jac. August. Thuanus præles in histor. libro 26. Sammart. in elogiis, Salmonius Macrinus Juliodunensis poëta eximius, qui sex libros hymnorum, ac pleraque alia poemata illi dicavit, quo scribendi genere ipse Bellaius excellit editis carminum tribus libris, in quibus ingenii & doctrinæ signa elucet. Legendi etiam Cicæonius, Petramellarius, Ughellus, Spondanus & alii scriptores. Denique vitam ejus composuit Ludovicus Trinquart regius cognitor Julioduni apud Piclonem in histor. genealogica manscripta hujus familie, quoniam peculiari libro accurate descripsit, sed ejus obitu nondum in lucem prodit. Ceterum ex eadem gente Bellaii orti sunt multi præfules, scilicet Rainaldus archiepiscopus Remensis, Johannes Forjulienfis & Piclavienfis, Eustachius Parisiensis, Renatus cardinalis nostri frater Cenomanensis episcopus & alii, de quibus omnibus suo loco.

**C** Eodem præfule mortui sunt Luteciæ æterna fama victori Guillelmo Budæus libellorum supplicum magister anno 1540. Franciscus Vatablus Hebraicarum linguarum & Jacobus Thufanus Græcarum profectores regii, Johannes Ruellius ex insigni medico canonicus Parisiensis, de quibus Scævola Sammarthanus libro primo egiogram Gallorum doctrina illustriam.

## CVII. EUSTACHIUS.

DU  
BELLAY.

Renati domini Bellaii baronis de Thourcæ & de Comenquiers quartus ex marquisa de Laval filius, Francisci comitis Tomodorensis & Jacobi Andegavensium proregis frater, Ludovici de Belomonte magni illius Parisiensis episcopi de literatis bene meriti ex Catharina sorore avia pronepos Eustachius, liberalibus sacrisque disciplinis cura & studio Ludovici patris sui Parisiensis archidiaconi eruditus est. Licentiatum in legibus facultatem a summo pontifice Paulo III. obtinuit nonis Januarii 1541. plura retinendi beneficia, sicque fuit canonicus & thesaurarius Andegavensis, archidiaconus major Parisiensis, rector ecclesiæ archiepiscopalis sancti Severini Parisiensis ex resignatione Ludovici patris, prior beate Mariæ de Loya Carnotensis; S. Clementinis Malleacensis ordinis S. Benedicti ac de Allonne Grandinontensis diocesis Andegavensis, quos prioratus tenebat in commendam, rector parochiæ S. Petri de Chantregneio Cenomanensis, prior B. Mariæ de Onagnaco Cenomanensis & sancti Pauli des Roches Turonensis, rector S. Germani de veteri Arbolio Parisiensis, thesaurarius sancti Johannis de Meingosta Piclavienfis, archidiaconus de Laval apud Cenomanos, canonicus Parisiensis, capellanus sancti Nicolai de Acquilla, abbas beate Mariæ de Charnoya, hospitalarius pauperum B. Mariæ de Fontenevillo, abbas beate Mariæ de

L ij

ANNI  
CHRISTI

1551.

Sund. t. 1.  
Pag. 401.H. P. Paris.  
tom. 4. pag.  
714.

H. idem pag.

715.  
H. idem pag.  
766.

1554.

1557.

1558.

1559.

H. idem pag.  
782.H. id. tom. V.  
Pag. 293.

1561.

H. id. tom. 4.  
Pag. 312.

1563.

Nucerius, S. Mauri supra Ligicim & Eleemosyna, A  
fenator & praefes in curia Parlamenti; denique ce-  
dente Johanne cardinali cognato 15. Mart. 1550.  
Parif. epifcopus a rege defignatus, confirmatufque  
Romae die 18. Martii 1551. procuratorem nomi-  
navit qui ipfius nomine poffeffionem apprehenderet  
die X. Apr. Regi clientelae facramentum dixit  
die 25. ejufdem mensis. Juxta feaufconfultum  
datum 21. Julii 1512. vifitatus de jure epifcopali  
die Jovis 21. Maii 1551. ecclefiam S. Stephani  
in Monte. Consecratus die Dom. 15. Nov. in ca-  
pella epifcopali ecclefiam fuam folemniter ingref-  
fus est die Mercurii 18. ejufdem mensis a quatuor  
baronibus in more foito deportatus, & pofterdie ad  
curiam Parlamenti accedens, excufavit fe quod  
eos ad ingreffum fuum brevi tempore praepeditus  
non inviffet, foftitque praeflito facramento poft  
fenatus praefidem ante Silvanefentem epifcopum  
fedit. Iuftus a fenatu Parifienfi 17. Decemb. anni  
ejufdem decernere adverfus haereticos qui caput  
invegnis beatae Mariae retro domum religioforum  
sancti Antonii poftae amputaverant, folemnem  
indixit die 22. supplicationem ad fatisfaciendum  
Virgini. Aliam fimilem convocavit die 13. Sept.  
1554. ad reparanda scandalia ob illatas imaginibus  
Christi Jefu, Virginisque matris injurias. Statuta  
1557. fynodalia edidit anno 1557. quae reperies in fyno-  
dico Parifienfi pag. 292. Vicarium generalem  
instituit N. de la Grange decanum S. Germani  
1558. Auftriodorensis an. 1558. Eleonora Auftriae  
reginae funus anno eodem 24. Aprilis celebravit  
in ecclesia cathedrali. Cum Imperii electores ad  
Henricum II. Galliae regem niffent an. 1559.  
ne in haereticos faviora supplicia exerceret, rex  
dimiffis legatis quatuor e Parlamento confiliarios,  
epifcopum Parifienfem & Antonium Democharem  
praefecit, ut in haereticos feverius animad-  
verterent. Defuncti die 10. Julii ejufdem anni  
Henrici II. regis exsequiis mense fequenti adfuit.  
Coetus ecclefiae Gallicanae apud Piffiacum habito  
adfuit, ubi admiffa foecietas alumnorum sancti  
1561. Ignatii 15. Septemb. 1561. Synodo Tridentinae  
per duos & amplius annos interfuit, fingularem  
que celeberrimo in hoc conventu apud omnes  
patres facundiae laudem sibi peperit. Apud Tri-  
dentum adhuc verfabatur, cum procuratores in-  
fluit, qui ipfius nomine bona mense abbatalis  
sancti Mauri Foffateis pro terra de Leuoux in  
Bituricibus permutarent. Reversus advenit die  
15. Maii 1563. a curia Parlamenti, ut in omnibus  
praediis suis novae religionis exercitum interdi-  
ceretur. Paulo poft epifcopatu fe abdicavit, ut  
sibi moriturus sibi viveret. Nondum autem obie-  
rat die IV. Sept. anni 1565. ut constat ex regestis  
Parlamenti. Defunctus sepelitur in avito tumulo in  
ecclesia de Gizeux dioecesis Andegavensis. Hujus  
meminit Salmonius Macrinus libro fecondo Næn.  
Sub Eustachii pontificatu defuncti funt Jacobus  
Silvius ac Johannes Fernelius praestantiffimi me-  
dici, Andreas Tiraquellus fenator Parifienfis,  
Petrus Galandius, Joachimus Bellaius Eustachii  
patruus, canonicus Parifienfis, poeta insignis cal.  
Januarii 1560. pluresque alii doctiffimi aetas  
fuae viri.

CVIII. GUILLELMUS VII.

ANNI  
CHRISTI  
VIOLE.

Nobili stirpe progenitus Guillelmus, parenti-  
bus nempe Nicolao Viole in camera rationum  
regiarum magistro & Claudia de Chambon, fra-  
trem habuit Nicolaum abbatem beatae Mariae  
majoris Pictaviensis, confanguineum vero Mi-  
chaëlem Viole S. Evruti Aurelianensis abbatem  
in divinis humanifque litteris eruditiffimum. Ipse  
autem fenator Parifienfis, abbas commendatarius  
B. Mariae de Hameto & S. Geraldii Aurillacensis,  
ex subdecano per cessionem feu renunciationem  
Eustachii nominatus epifcopus Parifienfis a Caro-  
lo IX. a summo pontifice instituitur 21. Junii  
1564. Electus adhuc nuncupatur in bullis Pii  
IV. pontificis permutationem inter regium Ca-  
tharinam & Guillelmum calendis Septembris ra-  
tam habetis honorum mense abbatalis sancti  
Mauri Foffateis cum terra de Leuoux in Bi-  
turicibus. Pro procuratore ingressus est die 20.  
Octobris anni ejufdem. Nicolaum Griveau de-  
canum Ambianensis ecclefiae ejufdemque & sanctae  
Capelle Parifienfis canonicum suum instituit pro-  
curatorem die 16. Novembris. Anno fequenti  
litenti ei movit archidiaconus Senonensis, qui jus  
sibi arrogavit Parifienfium epifcoporum inflalla-  
ndorum. Haec autem finita non est nisi temporibus  
Petrif successoris. Solenni ritu accepit poffeffionem  
die Dominica fecondi Quadragefima 18.  
Martii ineuntis anni 1565. praerente clero &  
populo: fed hac dignitate quam datis aliquot  
in commutationem beneficiis, oppigneraetque, ut  
ferur, patrimonio comparat, non est potitus;  
emiffit enim spiritum in ardibus epifcopalibus die  
Martis 4. Maii anni 1568. Amplo funere elatus  
est die 7. ejufdem mensis, funus deducenibus qui  
invitati fuerant praefidibus & confiliariis fenatus  
Parifienfis. Tumulatus est in choro cathedralis sub  
hac epigraphe ex Gallico Latine reddita.

1564.  
Chart.  
CLXXXV.  
col. 133.

1565.

1568.  
H. id. Paris.  
tom. 4. pag.  
823.

Hic jacet bona memoriae reverendus pater in  
Domino dominus Guillelmus Viole quondam epi-  
scopus Parifienfis, qui obiit die Martis quarta Maii  
M. D. L. X. V. I. I. Ora pro eo. Requiescat in pace.  
Amen.

Processio generalis totius cleri Parifienfis de  
mandato regis pro pace indicta est 29. Septem-  
bris 1568.

CIX. PETRUS V.

DE  
GONDII.

Guillelmo defuncto, faciendam electionem  
canonicis statim nominatus urbi praeposuit, ult  
a Carolo IX. prius nominatus est litteris 9. Maii  
1568. datis Petrus comes Joviniaci, Villaretrofae  
dominus, antiqua & nobili familia Gondiorum  
Etrusca editus, jam dudum apud Italos commen-  
data, quae praeter avitum splendorem apud Gallos  
praeflorius evasit dignitatibus & honorum titulis  
quibus aucta est, cum Albertus Gondius dux Ret-  
zii par Franciae ejus frater, fortitudinis in bello,  
praudentiae in rebus politicis, fidei erga regem multis  
argumentis exhibitus, equitum tribunus & Gal-  
lo-Provinciae renunciatus est prorex Caroli IX.  
gratia & auctoritate; tum multiplici vinculo ma-  
trimoniorum, quibus ejus posteritas affinis facta est

ANNI  
CHRISTI

nobilissimis Galliarum familiis, ita ut ipsam quoque A  
regiam Borboniam, Aurelianensem, Montmorenciam, Lavallensem, Rohannensem & multas alias perantiquas stirpes agnatas habere gloriaretur. At Petrus Antonio Gondio Florentino Peroni dynasta, regis oeconomo & Maria Catharina de Petraviva nactur Lugduni anno 1533. eodem quo Catharina Mediceæ Henrici II. regis uxor Gallias apulit, cui Gondiorum familia perpetuis addicta fuit obsequiis. Primum Luteciæ optimis excultis studiis, apud Tolosates pontificio juri incubuit, iisque præsidis munitus sese omnibus tum aulæ tum ecclesiæ muneribus dignum exhibuit, summorum pontificum & quatuor Galliarum regum benevolentia singulari commendandum. Majoris apud Elizabetham Austriacam Caroli IX. uxorem eodemofynarii dignitate donatus, cujus etiam cancellarius fuit, abbas sancti Johannis de Vineis & sancti Crispini, utriusque dioceseos Sueffionensis, S. Albini Andegavensis, sancti Martini Pontifacensis, sanctæ Mariæ de Campania, de Spalo in Cenomanis, Calliniæ Lugdunensis, thesaurarius sacre Capelle Parisiensis, ad episcopatum Lingonensem primum promotus 15. Maii 1566. ex regestis Vaticanis, ut diximus tomo quarto col. 636. ad Parisiensem transit jam nominatus die 9. Maii 1568. C

Carolo IX. cujus erat a secretis confessionibus & sanctioribus consiliis. Bullas accepit 14. Decemb. 1569. 1569. præfinito 24. Januarii anni 1570. clientelæ sacramento, receptus est per procuratorem prima Martii, ipsique solemniter excipitur pompa die Jovis 9. ejusdem mensis. At vero qua valebat prudentia in rebus tractandis enituit, cum Catharinæ reginæ matris & Elizabethæ Caroli conjugis intimo præpositus est consilio. Nec minus se pastorem eximium exhibuit, dum solliciti dioceseos curam gereret, idemque præstanti ceteris pastoribus exemplum præberet. Parvarum scholarum rectoribus inhibuit die 4. Apr. anni ejusdem, ne sibi quam in locis publicis docerent, iisque cum speciali cantoris Parisiensis licentia, nec ullus præceptor puellas, nec magistra pueros edocendos susciperet. Cum regina matre permutavit 19. Januarii 1571. terram S. Mauri Fossatensis pro terra Armentaria in diocesi Meldensi. Ecclesiæ majoris reliquias visitavit die 8. Junii anni ejusdem, quas biduo post recondidit; eodemque mense die decima altare Ardentium ibidem consecravit. Cor regis Caroli IX. apud Celestinos anno 1574. humo mandavit, ejusdemque in exequiis parentavit die 12. Julii in ecclesia Parisiensi. Exsequiæ imperatoris Maximiliani ibidem celebratæ sunt die 22. Novembris 1576. Transegit xi. Aug. 1578. cum capitulo pro officio capicerii. Henrico III. præcipue dilectus, sancti Spiritus præceptor aggregatus est in prima hujus ordinis promotione 31. Decembris anni ejusdem. Cum autem muneris suo, tam ob ætatis incommoda infirmaque valetudinem, quam ob publica negotia, pro quibus ab ecclesia sua sapius abesse cogebatur, vacare non posset, de regis licentia impetravit a summo pontifice Gregorio bullam datam Romæ xv. calend. Augusti

1583. qua Julianum a sancto Germano ecclesiæ Parisiensis olim canonicum, in qua multos annos versatus theologalem præbendam excuerat, a rege nominatum Cæsareensem episcopum instituit summus pontifex, simulque ecclesiæ Parisiensis in spiritualibus ac temporalibus coadjutoribus perpetuum & irrevocabilem, futurumque ipsius defuncti successorem deputavit. Quæ cum canonicis minime arrisisset bulla, quæ in choro sedem, in capitulo locum, & in altari unajori celebrandi facultatem coadjutori indulget, a canonicis hoc unum petit Petrus coadjutoris signum concedi, ut diebus festis episcopalibus ad majus altare sacra faceret coadjutor, absente aut alias occupato episcopo.

B Convocati itaque canonici die Mercurii 21. Mart. anni 1584. decreverunt consignandas scripto exhibitionem & intimationem bullarum citra approbationem, facultatemque episcopo Cæsareensi dandam sacra faciendi absente Petro festis episcopalibus, modo non foret communio generalis. Francisci Auduini ducis exsequias anno eodem celebravit Petrus, Reginaldo Belensii archiepiscopo Bituricensi perorante. Visitavit die Sabbati 13. Aprilis 1585. ecclesiam S. Stephani in Monte jure episcopali, nonnullaque inibi statuta condidit. Curiam Parlamenti libello supplicis ad reformandos sancti Maglorii monachos sollicitavit 13. Febr. 1586. C

Extra ordinem orator missus ad Philiberum Emmanuellem Sabaudia ducem, ad Pium V. summum pontificem, quo exlincto ad Gregorium XIII. tum ad Sixtum V. ab eo oblatam prius, quam non nisi a rege acceptare volebat, recusavi purpuram, tum intercedente Henrico accepit xv. cal. Jan. an. 1587. cum titulo S. Silvestri, quem septennio post pro titulo sanctæ Trinitatis in Monte Pincio commutavit. Admissi eodem anno Fulienfes monachi & Capucini in vico S. Honorati. Prioris in fenatu Parisiensis cum episcopo Belvacensi gradus certamine ambegit 29. Februarii 1588. quorum alteri ex altero latere assignatus est locus re iudicata. Univerforum Galliarum ordinum conventui Blesensi die 10. Octobris ejusdem anni interfuit. Pro summa sua in Henricum IV. fide a seditiosis urbem deserere coactus, a præposito & ædilibus invitatus fuit die 25. Januarii anni 1590. ut reverteretur. Regent inter & papam medius eodem anno intercessit in colloquio Noisiaco, cum cardinalis Caictanus pontifex, Bironius vero regis partes tueretur. Paulo post pro Parisiensibus graviter oppressis Henricum IV. ad cœnobium sancti Antonii in suburbio convenit, ut pacis inexcussa fœdera proponeret, a quo benignissime exceptus, Meduaniem invisit, ut ejus animum ad regis partes revocaret, quem cum nulla ratione inclinare potuisset, aptamque defectionemprehendisset, Luteciam redire abstinuit, ad Noiacum vero Alberti Gondii fratris impensis castrum adificatum se recepit, donec belli civilis tempestas paululum quiesceret, a qua ejus animi lenitudo & pietas abhorrebat. Quamdam tamen hoc anno scesice cum capitulo legitur compositionem ea lege ut portæ clausi clausæ remaneret. Quamvis autem ab Hispana factione & federatorum urgeretur scæpius, ut eorum partibus nomen daret, ideoque sanctæ quam

D

E

ANNI  
CHRISTI  
1583.

1584.

1585.  
Sæcul. 1. 22  
P. 4. 4. 1.  
Hist. Paris.  
1. v. p. 200.

1586.

1587.

1588.

Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
464.

1590.

Sæcul. rom.  
3. P. 8. 76.Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
451.1571.  
Hist. rom. v.  
pag. 4.  
Sæcul. 1. 22.  
pag. 174.1574.  
Hist. Paris.  
1. v. pag. 2.1576.  
1578.

ANNI  
CHRISTI

vocabant unionis jurandum contra regem pro-  
ponerent, nullis tamen artibus ejus fidelitas potuit  
deludi, nullis minis & violentia perterreci. Privatur  
itaque redditibus annuis, maxime quod impro-  
bare eam conditionem, quæ cunctos stirpis regie  
principes a legitima successione excludebat: quare  
scriptis ad præpositum mercatorum Paris. litteris  
accusat Placentini temeritatem, qui talem jurisju-  
randa formam etiam præter voluntatem pontificis  
præscripsisset. Gondio itaque auctore an. 1592.  
Henricus IV. Argentolium advenit, a quo cum  
Johanne Vivono Pisani marchione Petrus cardinalis  
nomine cleri, qui Henrico nondum catho-  
lico obsequeretur, Romam mittitur, ut ecclesie  
reconciliaretur. Cum autem suam huic operam in  
rebus difficillimis ultro promississet, in hac maxime  
legatione summa ipsius erga regem fides & con-  
stans virtus emicuit. Cum enim accepisset pontifi-  
cis animum ab eo alienatum per inimicorum  
calumnias & Hispanorum factionem, ut qui sese  
regis obsequio addixisset, per præmissos amicos  
Clementem mitigare & objecta diluere tentavit,  
sed frustra id hac aggressus est via: in tantum enim  
virus Ibericum inoleverat, ut per Alexandrum  
Franceschinum Dominicanum expresso pape  
mandato ab ingressu ecclesiasticis status prohiberetur,  
additis insuper verbis acriteris, quod in  
motibus Gallicis Henrici a sede apostolica damnati  
rebus aperte favisset, & se non solum non pro  
bono cardinale, sed ne quidem pro bono christiano  
gessisset. Nec his propterea animo fractus  
est Petrus, sed libera & vehementi ad pontifi-  
cem scripta response se non minus ecclesie  
quam regi fidem declaravit: quæcumque porro  
hæcenus fecisset, ita juxta sinceræ prudentie  
regulas & bonum religionis gesta demonstravit, ut  
apud Clementem a calumniatorum injuriis sese  
purgaverit. Unde post aliquod tempus placator  
redditus papa Petro, Romam ingredi permisit,  
quod Henrici rebus non mediocriter profuit: nam  
recepta Lutecia anno 1594. continuo redit in  
Gallias cardinalis Gondius, ubi hoc anno Sorbonæ  
provisor electus est die 6. Septembris, regemque  
Henricum IV. e Picardia redeuntem in ecclesia  
Parisiensi solemniter recepit 14. ejusdem mensis.  
Paulo post infano furore percitus Castellus vitam  
optimi principis exeunte Decemb. appetiit: statim  
ignitur curiones & theologos urbis in aula pontificia  
convocat Petrus, & cum ipsis detestatus horrendum  
scelus, uno omnium consensu sanxit universos  
Gallos & subditos debere omni scrupulo deposito  
reddere plenam obedientiam regi Henrico IV.  
precesque tam publicas in missæ sacrificio, quam  
privatas pro ejusdem conservatione ac prosperitate  
facere: agendum tamen cum rege de mittendis  
ad Romanum papam legatis vitandi ergo schismatis,  
quod non exoriretur sine gravi scandalo &  
damno ecclesie catholice, apostolice ac Romane,  
cujus judicio fe facultas semper submississet submit-  
teretque; ceterum nullo pacto cuiquam licere Hen-  
rico regi insidiari, aut consilium id faciendi dare,  
religionis, periculi fidei ad cuiuscumque alterius  
causæ prætextu, quin immo rem fuisse & esse ne-  
sandam ac detestandam. Henrici vero tertii iun-  
-

1592.

1594.

nissimum ac crudelissimum parricidium tantum  
abesse ut unquam facultas probasset aut probaret,  
ut contra exhorresceret una cum aliis ejusmodi  
facinoribus eorumque auctoribus, consensu & ap-  
probatoribus, quæ determinatio 16. Januarii an.  
1595. facta, die 21. seq. ejusdem mensis apud  
Sorbonam confirmata est. Publicas deinde preces  
pro regis incolumitate decernit Petrus, qui totius  
cleri nomine ad regem delegatus, ipsum adhortatur,  
ut quamprimum ad pontificem iterum orato-  
rem mittat: certo enim se scire omnia facile com-  
positurum Clementem, ut qui ad eum scripsisset  
hac ut de re regem sollicitaret, quod annuit Hen-  
ricus, & mediantibus Perrono & Ofsato postea  
cardinalibus res felicissimum exitum obtinuit.  
Hæc omnia habes variis in libris, tomo. v. histor.  
Thuani & III. Annal. Spondani. Ex quibus con-  
stat quam fidam & prudentem operam navarit  
acerbissimis his temporibus Petrus Gondius, qui-  
bus regi legitimo non adhaerere perfidum, cardinali  
vero cum principe nondum Romane ecclesie  
reconciliato impium & hæreticum apud plurimos  
censebatur. Et hæc quidem negotiis in civilibus  
gessit magna cum laude. Quod vero spectat ad  
ecclesiasticam, cum multoties cleri generalibus comi-  
tiis interfuisset, in Rotomagensibus conventibus  
anno 1596. ordini ecclesiastico præfuit, 1596.  
cujus codicillos a se subscriptos obtulit præclara omnino  
ad ecclesie disciplinam instaurandam continentes.  
Propria etiam diocesis perpetuo invigilavit, nisi  
aut æstu bellorum civilium, aut legationibus im-  
pediretur. Manuale sacerdotum curavit emenda-  
tum edi, ecclesias sanctorum Johannis & Crispini  
apud Suesionis collabentes restituit, & cum Fran-  
ciscanorum ecclesia Parisiensis incendio confra-  
grasset, non mediocrem pecunie vim contulit, ut  
restitueretur. In obsidione autem Lutecie cum  
ingens fames pauperes premeret, ipsos sublevans  
pecunia, decreto sanxit ut donaria argentea & aurea  
templorum vendita in ipsorum commodum cederent.  
Denique provecioris jam ætatis factus pontifi-  
ciam dignitatem in Henricum nepotem, ultro  
consentiente Henrico rege, onusque sacerdotii trans-  
tulit anno 1598. reservata sibi beneficiorum col-  
latione. Henrici regis nuptiarum solemnibus cum  
Maria Medicea apud Lugdunum celebratis anno  
1600. interfuit. Comitiorum cleri Gallicani ge-  
neralium præses, nepotem suum Parisiensem episcopum  
subrogari sibi rogavit an. 1602. eo quod præ-  
senio & infirmitatibus frequenter adesse ne-  
quibat. Quatuor obitus quotannis in ecclesia Parisi-  
ensi celebrandos instituit pro remedio anime suæ  
& fratris ducis Retzii die 30. Aprilis an. 1603.  
Ludovicum XIII. Delphinum sororesque Eliza-  
betham & Christianam die 24. Septemb. 1606.  
apud Fontem Bellaquam sacris undis abluvit.  
Demum condito testamento octoginta millia librarum  
impendi cavuit ad ædificandam domum Capucino-  
rum in suburbio sancti Jacobi, necnon & Domi-  
nicianorum. Plurima quoque diversis legavit ec-  
clesiis. Heredem ex ætate reliquit Philippum Em-  
manuellem Gondium ex Alberto fratre duce &  
Francie marescallo nepotem, Gallie triennium  
tunc præfectum generalem, sed post abdicatis aule

ANNI  
CHRISTISannal. rom.  
3. pag. 46.  
1595.

1596.

1598.



ANNI  
CHRISTIHif. Parif.  
tom. V. pag.  
329.

fortunis Oratorii piiffimum sacerdotem. Emitit animam Petrus anno fenectute venerabilis xiiii. calendis Martii anni 1616. annos natus 84. cui ab omnibus regni ordinibus in ecclesia Parifienfi parentatum est die Lanæ 21. Mart. Petro Gontier difertiffimo Societatis Jefu prefbytero orante, fubnebrî quoque oratione commendatus est in vulgus edita Parifis apud Ifaac Meufnier anno 1616. ab oratore fui temporis facile, principe Hieronymo Beneventano quaeflore Franciæ in Bituricibus. Cor in ecclesia hofpitalis Coecorum conditum est, corpus vero tumulatum in bafilicæ majoris capella SS. Rigoberti & Ludovici ab ipfo fundata pro maufoleo Gondiorum, eleganti imagine fculpta B è marmore, cui fubfcribitur hoc monumentum :

## D. O. M.

*Petrus fanctæ Romanæ ecclefiæ prefbyter cardinalis de Gombi, olim Linguovu v. tum Parifiorum ann. xxx. epifcopus, comes Juniacenfis, & Villapetrofa dominus, facri ordinis fancti Spiritus commendator torquatus, vir nota in Deum pietate, in ecclefiam obferuantia, in reges fide, in fubditos curæ, in patriam caritate, in fuos amore, domi dignitate, publica præfertim in pauperes vinclos religiofofque familias liberalitate, aucloritatis, juris, difciplinæ ecclefiæ tenax, facrarum ædium collapsarum reftaurator, novarum ædificator, frequens ad pontifices maximos legatus, regibus Carolo IX. & Henrico III. imprimis carus, Henrici magui cum pontifice & ecclefiæ conciliator, Ludovici XIII. in Chrifto progenitor, mortalitatis memor hoc fbi funeri fuo annis XIV. fupertes monumentum poni curavit. Exceffit anno Domini 1616. ætatis octoginta quatuor xliii. cal. Martii plenus dierum & bonorum operum. Animam ejus fufcipiat Deus.*

Vita fancti funt Petro fedente viri eximie doctriinæ Claudius Epifencus excellens theologus Parifienfis 4. Octobris 1571. ætatis 60. qui in colloquio Piffiaco egregiam operam contra novatores pro fidei defenfione impendit, funeratus in æde S. Cosmæ, de quo Sammarthanus in elogiis; Francifcus Balduinus jurifconfultus 1573. Jacobus Carpentarius, Guillelmus Poftellus 1581. Jacobus Billius Prunæus, Vidus Faber Pibracius & Barnabas Briffonius in Senatu præfides, Johannes Auratus poëta regius 1588. Ludovicus Duretus alter Hippocrates, Claudius Puteanus fenator Parifienfis 1594. vir omni commendatione dignus, cui mufæ omnibus linguis & carminibus parentarunt, que a Chriftophoro, Petro & Jacobo ejus liberis clariffimis evulgata funt.

## C X. HENRICUS.

Patru ingenii felicitate, rerum gerendarum prudentia, dignitatum amplitudine, virtutum splendore haud impar Henricus natus an. 1572. patrem habuit Albertum ducem Retzii Franciæ parem & marefcallum, Provinciæ proregem ac Gallicarum tretimur præfectum generalem, matrem vero Claudiam Catharinam Claromontium fplendide & vetufto Claromontium genere natam. Cum a teneris annis plurima egregiæ indolis fpecimina

A edidiffet, ecclefiæ militiæ confecratur inter canonicos Parifienfes, multis etiam datur beneficiis : abbas enim fuit Buzaii, fancti Johannis Suffionenfis, Calmæ & Coronæ : tum ob præclarum fapientiam, qua in pertractandis negotiis five divinis five civilibus eminebat, & morum fuavitatem, qua omnium ad fe convertebat animos, cedente Petro Gondio cardinali, confentiente Henrico rege, qui Petro multis nominibus obftrictus erat, epifcopatum Parifienfem fufcepit jam defignatus 2. Novemb. 1596. ex regelftis capituli, quo die ejus præbenda Ludovico Seguier collata eft. Exhibito regi fidelitatis facramento 8. Martii 1598. ecclefiæ fuz nauificiur poffeffionem die Mercurii prima Aprilis, magna inaugurationis pompa bafilicam beate Virginis ingreffus, affiftentibus archiepifcopo Aufienfi, Bellocacenfi, Nivernenfi, Trecenti & Meldeni præfulibus, fenatus Parifienfis legatis, aliisque viris nobilibus, quos eadem die convivio excepit. Portionem ecclefiæ fuz capelle hofpitalis fanctiffimæ Trinitatis de novo conflruclam benedixit die 15. Aprilis. Biennio poft regi a fanctioribus confiliis, ejufque oratorii magiftri pro abbatis de Buzaiio & S. Crucis de Kemperlaio regi fidem juravit 2. Januarii 1600. Teftes erunt ejus pietatis totæ facerdotum, religiofofofo & monialium ordines, quos Parifius vel admiffit, vel advocavit, vel etiam liberalitate fundavit. Hoc enim præfulè primum monafterium Carmelitarum in Francia Petri Berulli cura & laboribus ex Hifpania deductarum Parifis inflitutum anno 1604.

Capucinarum vero 1606. Hofpitale S. Ludovici extra muros anno 1607. Minimorum ad plateam regalem conventus anno 1610. curante Olivario Chailloù uno ex religiofoffimis fancti Francifci de Paula nepotibus ex canonico Parifienfi. Henrico magno anno eodem juffa perfolvit Henricus. Infequenti Carmelitis difcalceatis in civitate Parifienfi fedem figere permiffit die 22. Mail 1611. Conftituitur eodem anno die undecima Sept. domus prima facerdotum Oratorii Domini Jefu, & volente Maria Medicæ regina ad Luparam e via S. Jacobi transferitur, quam pia liberalitate auxit; necnon Margarita marchioniffa de Magnelay Henrici Gondii foror, que ad infignis templi ftructuram 60000. libras contulit. Quin etiam annuis relictibus alteram ejufdem congregations domum fundavit in fuburbio S. Jacobi, quam Henricus frater cum annuis proventibus cefferat iifdem facerdotibus, ut clericorum inflitutions incumbereint, que domus antea monachis abbatiz S. Maglorii addicta, epifcopali ditioni poftea unita, ad ipfam fpectabat. Urfulinas quoque in præfatio fancti Jacobi fuburbio admiffit eodem anno 1611. fundatrice Maria Lhuillier domina de Sainte-Beuve. Synodo provinciali adfiftit Parifis 13. Mart. 1612. ubi damnatus liber Edmundi Richer de ecclefiastica & politica poteftate, quem fententiam publicatam voluit in parochiis fuz dicecefis 16. eorundem mensis & anni. Auguftinianus conventus Bituricenfis a regina Margarita advocatos litteris decimona Octobris 1613. approbavit. Partem cœmeterii fancti Stephani de Monte fecandam & diftrahendam conceffit die 7. Junii 1614. Comitibus

ANNI  
CHRISTIHif. Parif.  
t. V. p. 364.Savant. t. 31  
pag. 226.

1600.

1604.

1606.

1607.

1610.

Hif. Parif.  
t. IV. p. 56.  
1611.Cœc. Harb.  
tom. XI. col.  
58.  
1612.Hif. Parif.  
t. IV. p. 47.  
Ibid. tom. V.  
pag. 82.  
1613.  
Savant. t. 13  
pag. 407.  
1614.D E  
G O N D I :

ANNI  
CHRISTI  
1615.  
*Hist. Paris.*  
t. 5. p. 59.  
1616.  
1617.

generalibus Paris. interfuit annis 1614. & 1615. cum quatuor cardinalibus, septem archiepiscopis, quadraginta septem episcopis, & multis cleri proceribus. Hoc ultimo anno institutioni monialium ordinis S. Elizabethæ assensum præbuit 15. Maii. Sorbonæ provisor allectus est anno 1616. Confirmavit anno 1617. inquit inter Petrum Gondium cardinalem & canonicos Parisenses transactionem, ut portæ claustrî clauderentur. Ludovico XIII. gratissimus ipso potissimum procurante a Paulo V. summo pontifice sacro cardinalium collegio adscriptus fuit 26. Martii 1618. Eodem anno transtulit parochiam sanctorum Egidii & Lupi e prioratu sancti Dionysii de Carcere in ecclesiam sancti Symphoriani die undecima Julii. Indultum apostolicum obtinuit xii. calendis Septembris, quod rex probavit die 10. & majus consilium die 19. Novembris. Cum Alborum mantellorum reformationi consensisset, Benedicinos sancti Mauri reformatos in realem hujus domus possessionem indixit die 5. Septembris. Quæram habuit cum archidiacono pro jurisdictione, quæ senatus consulto 19. Januarii 1619. terminata est, quo archidiaconorum limites definiuntur. Inter S. Spiritus præceptores cooptatus fuit eodem anno, regisque rebus & sanctoribus consiliis præfectus: quo quidem in munere quod non egit, ut reformandos sanctorum Bernardi & Augustini ordines regi apud Majus monasterium tunc versanti suaderet, cui cardinalem Rupefulcudum ad hoc peragendum, summique pontificis interponendam auctoritatem insinuavit. Sub hoc quoque pontifice eriguntur cœnobium Dominicanorum strictioris observantæ & Penitentium tertii ordinis S. Francisci in Picpucio, Hospitale Caritatis in suburbio sancti Germani, conventus sanctæ Mariæ de Mercede, & sororum Visitationis S. Mariæ vici sancti Antonii, sodalium Fulgentinarum in suburbio S. Jacobi, & Annunciationis cærulei habitus beneficio marchionissæ de Vernolio, quæ primum Genuæ Ligurum 1604. institutæ fuerant, necnon conventus Vallis gratiæ Benedicinarum, S. Elizabethæ sororum tertii ordinis Franciscani, ac collegium Hibernorum, quorum omnium locorum religioni & pietati sacrorum, multitudo & frequentia pastoris & gregis in Deum amor jure ac merito colligi potest. Quantum autem ecclesiæ suæ utilitati consuleret pius pontifex luculento sunt

1618.  
*Hist. Paris.*  
t. 5. p. 88.

1619.

testimoniorum statuta synodalia quæ an. 1608. innovavit, & ordinationes quas condidit calendis Jan. anno 1620. Typis edita sunt in synodico Parisiensi pag. 368. Per vicarios generales concessit ut sorores S. Hedvigis congregationi S. Ursule aggregarentur ac incorporarentur die 4. Januarii 1622. Moniales Annunciationis B. Mariæ erigi & stabiliri in urbe Parisiensi permisit die 29. Martii ejusdem anni, eademque die clericis regularibus sancti Pauli, Barnabitis vulgo nuncupatis, facultatem indulgit domus ædificandæ in diocesi Parisiensi. Vicarii generales Henrici ædiculam in honorem sancti Dionysii constructam in prioratum & conventum sancti Dionysii ab abbatisâ Montis Martyrum dependentem creverunt pro decem monialibus die 7. Junii. Dionysius le Blanc vicarius quoque generalis licentiam dedit Renato de Trellay Trecenti episcopo die 25. Julii cœmeterium benedicendi pro sepultura monialium Montis Calvarii, ipsumque monasterium de novo constructum in suburbio sancti Germani a Pratis, & monialibus huc sese transferendi e domo in qua prope portam sancti Michaelis habitabant. Denique cum primus regi esset a sanctoribus consiliis Henricus, auctoritate & gratia quæ apud eum valebat usus, una cum cardinalibus Rupefulcudo & Perronio suavit, quod e celo natum consilium eventus postea demonstravit, ut urbes hæreticis multis ab hinc annis oppugneratas, validisque presidiiis & arcibus ab ipsis in religionis catholice perniciem munitas ad regale dominium revocaret. Ad hanc itaque expeditionem regem comitatus & ipse in Occitaniam, castris regis ante Montempellulanum positus, jamque de hostibus triumphans, cum novas de hæretica pravitate palmas meditaretur, immaturo fato rapitur omnibus flebilis bonis die 22. Augusti annos natus 50. vel circiter. Luteciam delatum corpus solemnî pompa sepelitur die 7. Octob. in sacello Gondiorum basilicæ majoris juxta patrem & patrum, perorante disertissimo Philippo de Cospean episcopo Nantensi, missam celebrante Johanne Francisco decano ipsius germano & successore designato, exequias deducente duce de Montbazou.

Plures qui Henrico dicati sunt libri declarant aperte cum fuisse litterarum fautorem, doctorumque Mecenam.

ANNI  
CHRISTI

1620.  
*Sannod. t. 32*  
*pag. 148.*

1622.  
*Idem pag.*  
*150.*  
*Idem.*

*Idem.*

*Idem pag.*  
*152.*

*Hist. Paris.*  
t. 5. p. 46.



## ARCHIEPISCOPI PARIENSIS.

ANNI  
CHRISTI  
DE  
GONDI.

## I. JOHANNES FRANCISCUS.

**H**ENRICI cardinalis germanus ejusdemque ex canonico & decano Parisiensis ecclesie in episcopatu coadjutor nominatus Johannes Franciscus, abbas sancti Albini Andegavensis, sancti Martini Pontifransis, de Spalo, de Campania & de Calma, facelli regii magister, bulla data xviii. calendis Decembris anno 1622. primus ecclesie Parisiensis archiepiscopus factus est annum agens circiter 40. a pontifice maximo Gregorio XV. inflante rege Ludovico XIII. in metropolim erecte xiiii. calendis Novemb. Romae apud S. Mariam Majorem, attribuit huic nobilitate totius imperii Gallicani civitati suffraganeis episcopis tribus, Carnotensi, Aurelianensi & Meldensi ab antiqua Senonum metropoli distractis, quibus postea adjunctus est Blefensis recens erectus; ita tamen ut primatiali Lugdunensi illiusque archiep. ad instar ecclesie Senonensis subjacere deberent. Hanc metropolim novae erectionem ratam habuit Ludovicus rex codicillis senatus Parisiensis archiepo in scriptis die 8. Aug. anno 1623. Jam Dominica Sexagesimae 19. Febr. hujus anni archiepiscopus consecratus fuerat Johannes Lutecia in sua ecclesia a Francisco d'Escoubleau cardinali de Sourdis, assistentibus Francisco Harleo archiepiscopo Rotomagensi & Leonorio de Stampis Carnotensi tunc episcopo, & post Remensi archiepiscopo, cujus ministerio die Ascensionis Dominicæ sacra 25. Maii pallium excepit in cathedrali, cum jam regi clientelare jurjurandum pro temporali praestitisset, archiepiscopatusque sui 19. Februarii possessionem adeptus fuisset. Vir fuit acer & industrius in rebus gerendis, quodque proprium & peculiare Gondiorum erat insignis, humanitate & comitate sermo animos hominum sui facile concilians. Nec minus decoris domus Dei studiosis ecclesiam suam variis adauxit religiosis familiis: alterum enim Vitationis monialium Parisiensem conventum erectum approbavit 27. Febr. 1623. Electioni abbatissarum monasterii Vallis gratiae a summo pontifice ad triennium praestituta assensum praebuit 27. Maii, recensque editas pro monialibus reformandis constitutiones ratas habuit. Parochiam S. Ludovici in Insula instituit 14. Julii. Hospitale beatae Mariae de Misericordia auctoritate munivit sua die 4. Dec. Canonice S. Honorati licentiam dedit aream in via Bonorum puerorum sitam alienandi die prima Martii 1624. Incolis loci de Ruilliac permittit ut de novo construerent capellam succursalem parochiae sancti Pauli 12. Junii in platea, vulgo *la pointe de Ruilly* nuncupata. Moniales Fulsienses in suburbio S. Jacobi collocatas approbavit 30. ejusdem mensis. Eremitis Augustinianis licentiam dedit in oratorio in suburbii Montis Martyrum infra parochiam S. Eustachii sito officium celebrandi die 18. Decemb. ejusdem anni, quibus quaedam addidit privilegia 31. Jan.

Tonus VII.

**A** 1625. Abbatissa & 18. monialibus Portus regii veniam dedit Parisios veniendi ibique remanendi 15. Jan. Totum vero monasterium Portus regii in suburbium sancti Jacobi, in domo de Clagnico nuncupata transferri consensit die 14. Augusti. Incolis de Ruilliac coemeterii juxta novam capellam construendi licentiam concessit die ultima Januarii. Hospitale de Consofatione ratum habuit 19. Mart. Praefectis fabricae S. Eustachii permittit ut venderent terram sitam in vico *du Bouloir*, ubi prius coemeterium parochiae, modo aliud in suburbii Montis Martyrum emerent cum capella, 24. Augusti anni ejusdem. Insuper statuta pro Seminario Hibernorum Parisiensis vilit & approbavit 7. Februarii 1626. Primarium & capellam collegii Bonorum puerorum sociati praedytorum Millionis untri consensit 20. Julii, quod 8. Julii 1627. annexit & incorporavit. Ratam habuit congregationem praedytorum a Caesare de Bus institutam, sub nomine Patrum Doctrinae christiana, quos in dicechi sua domum & ecclesiam habere voluit, litteris datis 28. Aug. 1626. Quaedam statuit pro cantore sancti Germani Autistiodorensis 29. Januarii 1627. Eremitas silvam de Senart habitantes eiecit 19. Februarii, cumque nec sic egressi fuissent, hos incarcerari jussit 12. Martii insequentis. Institutionem monialium S. Catharinae Senensis, seu fororum S. Thomae, approbavit 6. ejusdem mensis. Habitum religionis quae sororibus hospitalitatis concessit, easque in realem possessionem immisit domus hospitalis prope Plateam regalem sitae 12. Junii 1628. Religiosos dictos Barnabitas approbavit 4. Maii 1629. & de burgo S. Jacobi, ubi hoc habitabant anno, transfudit anno 1631. in locum ubi nunc morantur. Moniales Vitationis instituit 20. Julii 1629. in monasterio fororum Magdalene, intra parochiam sancti Nicolai de Campis sitae. Velo habitusque religionis interdixit sororibus de Pietate, dictis Penitentibus, 9. Jan. 1630. Trienniali Portus regii abbatissa electioni per vicarium generalem assensum praebuit 23. Julii. Monachis Fulsiensibus facultatem concessit 11. Octob. novitium construendi in suburbano sancti Michaelis vico Inferni. Permisit Sororibus Minoribus, ut quaedam sorores in domum sitam in claustrum sancti Marcelli transferrent die 21. Maii 1631. Parthenonem monialium Annunciarum apud S. Mandé construi permittit 21. Octobris 1632. In ordinem sancti Spiritus pro Ludovicum Justum adscitus est apud Fontembellaquie die 14. Maii, ab eodemque in utroque consilio sanctiore consiliarius creatus est anno 1633. Monasterium canonicarum Anglarum ratum habuit 24. Maii anni ejusdem, ecclesiamque S. Rochi in auxilium sancti Germani Autistiodorensis prius institutum, in parochiam erexit 30. Junii. Permisit ut officium divinum in capella de *Biespre* celebraretur 24. Aug. 1634. Sacellum pro remigibus ad religionis

M

ANNI  
CHRISTI  
1625.

Suaval. 1. 3.  
pag. 159.  
Hiden pag.  
163.

Hiden.  
Hiden pag.  
165.

1626.  
Hiden pag.  
166.  
Hid. p. 168.  
170.

Hid. Paris.  
1. 14. p. 45.

Suaval. tom.  
3. p. 169.  
1627.  
Hiden pag.  
170.

Hiden.

Hiden pag.  
174.

1628.  
Hiden pag.  
176.  
1629.

Hiden pag.  
177.

Hiden.  
1630.

Hiden.

Hiden pag.  
178.  
1631.  
Hiden pag.  
180.  
1632.

1633.  
Hiden pag.  
181.  
Hid. 1. 14.  
tom. 3. p. 820.  
Suaval. tom.  
3. p. 181.  
Hid. 182.  
1634.

Ch. cxvii.  
col. 173.

Ch. cxci.  
col. 169.

1623.  
Suaval. 1. 3.  
pag. 152.

Hiden.

Hiden pag.  
154.

Hiden pag.  
155. & seq.  
Hiden pag.  
156.

Hiden.

1624.  
Hiden.

Hiden pag.  
157.  
Hiden pag.  
158. 163.

ANNI  
CHRISTI  
Sæcul. 1. 3.  
pag. 184.

*Ibidem.*

1635.

*Ibidem.*

*Ibidem.*

1637.

*Ibidem pag.*

186.

*Ibidem pag.*

186.

1638.

*Ibidem pag.*

187.

*Ibidem.*

*Ibidem pag.*

190.

1639.

*Ibidem pag.*

189.

*Ibidem pag.*

191.

1640.

*Ibidem pag.*

197.

*Ibidem pag.*

196.

*Hist. Parif.*

tom. 1. pag.

459.

1641.

*Sæcul. 1. 3.*

*pag. 197.*

*Ibidem pag.*

198.

*Ibidem pag.*

199.

1642.

*Hist. Parif.*

tom. 5. pag.

247.

*Sæcul. 1. 3.*

*pag. 207.*

*Ibidem pag.*

199.

1643.

*Hist. Parif.*

1. 5. p. 197.

*Sæcul. 1. 3.*

*pag. 200.*

*Ibidem.*

1644.

*Ibidem.*

*Ibidem pag.*

201.

1645.

*Ibidem pag.*

202.

officia intra parochiam S. Nicolai de Cardoneto A  
construendi fecit potestatem 2. Septemb. Andreae  
Fremyot Bituricensi archiepiscopo facultatem dedi-  
dit die 7. ejusdem mensis benedicendi domum &  
ecclesiam monialium sanctæ Mariæ. Capellam in  
Monte Valeriano construi permisit, sacerdotisque  
13. qui eam administrarent collocari 12. Sept.  
1635. Sororibus tertii ordinis sancti Francisci  
monasterium Parisiis edificandi veniam jam de-  
derat 16. Februarii anni ejusdem. Ecclesiam sancti  
Eustachii consecravit mense Apr. 1637. Moniales  
Benedictinas à Mosomo Parisios in burgo de  
Piquepue translatas approbavit 13. Mart. 1638.  
Monialibus Benedictinis S. Stephani Constantien-  
sis permisit ut apud Parisios habitaturæ sese con-  
ferrent, iidem die & anno. Institutionem Augusti-  
niam apud *Chaillot* ratam habuit 19. Martii.  
Conventum Clarissarum S. Marcelli ibidem insti-  
tutum approbavit 20. Octobris. Quatuor burgas  
jam diu fundatas communitati scholarium Sco-  
torum annexit 29. Augusti 1639. Officium di-  
vinum in capella Horii regii celebrari permisit 20.  
Decemb. Statuta pro monasterio B. Magdalene  
condita approbavit anno 1640. Moniales ordinis  
sancti Augustini Remis accertatis Parisiis instituit,  
eisque prioribus eligendi facultatem impertitus  
est, ut constat ex ipsius litteris ad abbatissam sancti  
Stephani Remensis 7. Jun. anni ejusdem. Ordinem  
Camaldulensium apud *Monteri* institui con-  
sensit 29. eorundem mensis & anni. Institui ad  
puellarum instructionem devotas Briæ permisit  
27. Aprilis. Capellæ in cœmeterio S. Eustachii  
erigendæ assensum præbuit 14. Julii. Statuta pro  
rectoribus parvarum scholarium renovavit 8. Jan.  
1641. Sororibus hospitalis S. Catharine capellam  
prope monasterium Filiarum Dei edificandi con-  
cessit facultatem 9. Aprilis. Vota simplicia con-  
gregationis Missionis approbavit 19. Decembris.  
Benedictinum Anglos in burgo S. Jacobi institui  
permisit 14. Januarii 1642. Conventum de Na-  
zaretho 27. Januarii, & Hospitale filiarum or-  
phanarum sub titulo sancti Josephi instituit 28.  
eorundem mensis & anni. Camaldulensibus &  
*Monteri* in locum desertum, dictum le Bouvron,  
transfrendis assensit 18. Martii. Divinis de gratia  
theologis eodem anno silentium indixit. Insuper  
infirma valetudine & senio gravis collegam &  
episcopalem oerum adiutorem summo ordinum  
omnium applausu sibi cooptavit fratris filium Jo-  
hannem Franciscum Paulum mense Jun. 1643.  
Anno & mense iidem Ludovici XIII. exsequias  
solemniter in ecclesia Parisiensi celebravit. Quatuor  
religiosis è congregatione Nostræ Domine Laudun-  
ensis domum edificandi in Marisco licentiam  
concessit 9. eorundem mensis & anni. Commu-  
nitatem S. Nicolai de Cardoneto in seminarium  
erexit 20. Apr. 1644. Veniam fecit 3. Maii moni-  
ali Calensi Benedictinum parthenonem Parisios  
condendi, qui non subsistit. Duo refugia pro pau-  
peribus, unum pro feminis, alterum pro viris  
recens conversis rata habuit prima Jun. 1645. Fac-  
ultatem fecit monialibus Augustinianis S. Perinæ  
apud Compendium degentibus Parisios sese con-  
ferendi, ibique domum habitandi apud Villetant

9. Mart. 1646. Nepoti coadjutori diocesis Pari-  
sienfis curam & regimen cum omnimoda jurisdic-  
tione & plenaria potestate demandavit litteris datis  
24. Julii hujus anni. Hic autem de licentia Jo-  
hannis Francisci decem ante dies consecraverat  
ecclesiam & altare majus conventus monialium  
sanctæ Elizabethæ tertii ordinis sancti Francisci  
provincie S. Ivonis 14. ejusdem mensis. Eodem  
anno Johannes erexit sodalitatem ancillarum pau-  
perum de Caritate, quarum regimen commisit  
Vincentio a Paulo 20. Novemb. Translationem  
monialium Augustinianarum è *Piquepue* in bur-  
gum S. Jacobi permisit 31. Jan. 1647. Domum  
de Providentia confirmavit pro pauperibus orphanis,  
quibus quedam præscripta, & capellam con-  
cessit prima Martii 1648. Prioratum B. Mariæ  
de Bono auxilio in burgo S. Antonii pro moni-  
alibus sancti Benedicti mitioris observationis ratum  
habuit 30. Maii. Conventum tertii ordinis sancti  
Francisci apud Bellam villam institui permisit 30.  
Julii 1649. Monialium Benedictinarum mitioris  
observationis monasterium in burgo sancti Mar-  
celli approbavit 2. Jan. 1650. Capucinis con-  
ventum in Marisco edificare permisit 22. eorundem  
mensis & anni. Præbyteris Oratorii domus  
Institutionis condendæ dedit veniam pro docendis  
& instituendis clericis 30. Martii. Populum fidelem  
sibi commissum ex consilio prioriarum theologorum,  
quos maxime è capitulo & parochorum  
urbicorum ordine seligebat, rexit semper. Sanctis-  
sima decreta & instituta tulit, ac præsertim de cate-  
chismo in singulis parocis per curatos aliove  
sacris initiatos quolibet diè Dominico ac festo è  
minoribus suggestu faciendæ, de non danda palam  
absolutione a censuris ab hæretis professionem  
contractis, nisi per pontificem aut ejus penitenti-  
arium; de arrendis a sacramentorum participa-  
tione, & ecclesiastica sepultura privandis comædis,  
qui hæc antem infamem & homine christiano  
indignam non ejuraverint; de sponsalibus per  
verba de futuro domi, seu in loco profano, aut  
etiam facto extra parochialem ecclesiam minime  
celebrandis, sed neque die eodem quo matrimonium;  
& si quod coram parochio loci, sed non  
contrahentium celebraretur, nullum & irritum  
fore declaravit. Cum autem accepisset exoriri usum  
pravum, quo scilicet ii qui matrimonium inter se  
contrahere prohibebantur, seu quia cum essent  
filii familias, id eis per parentes tutorese non  
liceret, seu quia alter contrahere volentium hæreticus  
esset, seu quæ etiam quæ reclamatum esset ab  
aliquo, seu denique quavis alia de causa seu præ-  
textu auderent coram parochio reluctante, atque  
invito ac testibus & absque caremoniis consuetis  
sibi mutuo fidem connubii dare, sequè invicem  
in conjuges accipere, sanxit bonus pastor in hæc  
verba: *Qui sine solemnitatibus in celebrationibus ma-  
trimonii ab ecclesia servari solitis, etiam in presentia  
proprii parochi, & coram testibus contrahere præ-  
sumserint, majorem excommunicationem ipso facto  
incurrunt, a qua non nisi a nobis, vel a penitentiario  
nostro severa pro gravitate criminis injuncta penitentia  
absolvi poterunt.* Edixit præterea ut nemo clericali  
tonsurâ insigniretur, nisi qui de natalibus, moribus

ANNI  
CHRISTI  
1646.  
Sæcul. 1. 3.  
pag. 203.

*Ibidem.*

*Ibidem pag.*

209.

1647.

*Ibidem pag.*

211.

1648.

*Ibidem pag.*

214.

*Ibidem pag.*

212.

1649.

*Ibidem.*

1650.

*Ibidem pag.*

213.

ANNI  
CHRISTI

ac studii litteras testimoniales habere a parochio suo, & quem spes esset facris initiatum ecclesie utilem fore, quique ut diligentius clericalis disciplinae ac vitae elementis primum imbueretur, institutionibus per decem ante ordinationis flata tempora dies, in seminario S. Nicolai in Cardoneto interfuisset. Sanevit etiam ut subdiaconatum suscipere, quo puriori mente ardentiorque voluntate ad rein tantis momentis accedant, priusquam eo ordine initiaretur, per decem dies ordinationis diem antecedentes ad sanctum Lazarum presbyterorum congregationis Missionis domum se recipient, ubi ab omnibus curis & occupationibus liberi, cum antea: vitae suae peccata post diligentem conscientiae discussionem vere poenitentes & contriti confiteantur; tum in salutaribus exercitationibus toti versentur, duce ac moderatore sibi adhibito presbitero earum usu perito, quem pontifex imprimis probavit. Quas exercitationes eodem praescripto & modo subdiaconi cum ad diaconatus ordinem, & diaconi cum ad presbyterii gradum accesserit sunt, pie ineam ac praesent. Libros quosdam perversos in coetu coepiscoporum provinciae suae censura notavit; ipsum etiam libellum sub eminentio nomine Optati Galli *de cavendo schismate*, cujus censurae subscriperunt quotquot alii episcopi qui tunc in urbe res ecclesiasticas tractabant. Denique infirmitatibus obrutus & arumnis in archiepiscopali palatio 21. Martii 1654. calculo defunctus est annos natus 71. appositusque est die 2. Apr. ad patres suos, stipante magna Capucinorum caterva, quos assatim diligebat, utpote quorum habitum gesserat. Tumulus idem qui fratris ac patris cardinalium & antislitum Parisiensium, in sacello S. Rigoberti. In funebri pompa a Petro Loisel ecclesiae Parisiensis cancellario & sancti Johannis in Gravia parochio publice est laudatus.

1654.

DE  
GONDIO:

## II. JOHANNES FRANCISCUS PAULUS.

Apud Montemirellum anno 1614. natus est Johannes Franciscus Paulus patre Philippo Emanuele Gondio comite Juniacensi, regiarum trirenium praefecto, S. Spiritus equite torquato, qui cum ex Francisca Margarita de Silly domina de Commercy & d'Euville è nobilissimo stemmate comitum de la Rochepot uxore sua Petrum ducentum Radesianum & Johannem Franciscum Paulum suscepisset, tandem repudiatis autz illecebris & honoribus, congregationis Oratorii instituto sese addixit pii sacerdotis vitam professus, Johannem vero filium felicissimo a natura praeditum ingenio Vincentio a Paulo moribus informandum tradidit, omniumque honestarum litterarum studiis diligenter excoli curavit. Tanta autem adulescens a natura facilitate donatus est, ut brevi tempore linguas septem Hebraicam, Graecam, Latinam, Italicam, Hispanicam, Germanicam & Gallicam non tantum apprime calleret, sed & iis perpolite loqueretur. Cum vero ecclesiae nomen dedisset, tum sublimioribus mentem exornavit scientiis, nec vulgarem modo edidit theologiam, sed attenta sanctorum Patrum, conciliorum & historiae ecclesiasticae lectione imbutus,

Tomus VII.

A cum in Sorbona theses multoties subtiliter, propugnasset, cum doctoratus laurea maximi theologiae famam reportavit: nec minorem sibi peperit exultationem, cum è suggestu facundia mirabili divina mysteria plebi explicaret. His cum sacrae & politioris litteraturae praesidii munus cum sensisset patruus Johannes Franciscus, coadjutorem sibi exoptavit nepotem, canonicum jam ecclesiae Parisiensis, abbatem sancti Allini, Buzij, sanctae Crucis Kemperleicensis, de Spalo & de Campania, quas postea duas pro abbacia S. Martini Pontificensis cum Leonorio d'Estampes permutavit. Ludovicus XIV. tot ac tantis nepotis virtutibus permotus, regni tum habens moderante Anna Austriae ejus matre, summo cleri Parisiensis plausu concessit mense Junio 1643. ut patruo successor designaretur. Quapropter ab Urbano VIII. summo pontifice Johannes Franciscus Paulus creatus coadjutor ecclesiae Parisiensis die 5. al. 7. Octobris, doctoris insignia a cancellario Academiae Parisiensis in aula archiepiscopali solemniter accepit die 19. ejusdem mensis. Factus Corinthiorum archiepiscopus die 22. Jan. 1644. sacra manuum impositione inauguratur a patruo suo Parisiensi archiepiscopo, cooperantibus Nicolao de Netz Aurelianensi, & Dominico Seguyer Meldensi episcopis Dominica Januarii ultima die in choro ecclesiae cathedralis, praesentibus cardinalibus Grimaldo & Mazarino, 30. episcopis, multique optimatibus & regni proceribus. Insequenti anno ad generalia cleri Gallicani comitia delegatus est, in quibus sublimes animi dotis gerendiarumque rerum peritiam multoties demonstravit, insignemque eloquentiam oratione publica, quam habuit apud Fontembellaquam coram rege, assistentibus archiepiscopis, episcopis, aliisque è conventu cleri deputatis. Vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus tothus dioecesis cum omnimoda jurisdictione a patruo factus est die 24. Julii anni 1646. Jus dicendae sententiae suffragique ferendi in comitiis senatus Parisiensis obtinuit 19. Jan. 1649. Creatus autem est cardinalis ab Innocentio X. die Lunae 19. Febr. 1652. prius a rege nominatus, qui biretum purpureum ei donavit Compendii die xi. Sept. Haec autem prima mali labes, fontique & origo malorum, quae postea cardinalem nostrum acervatim affecerunt. Nova enim hac dignitate quibusdam aulicis minus gratus, in Lupara die 19. Decemb. anni ejusdem comprehensus fuit, specie quidem quod Parisienses adversus regem rebelles foveret, re autem vera quod tanta virtus impunita manere non posset. Includum eadem die in castrum Vicennarum comitatus est canonicus Paris. N. de Bragelongne. cujus memoria ob rarum amicitiae exemplum obliterari nequit. Biennio post audita inibi patris morte Johannes coadjutor eadem die 21. Martii 1654. possessionem archiepiscopatus per procuratorem apprehendit. At cum dignitatem 28. ejusdem mensis resignasset, translatus est è castrum Vicennarum ad Nannetense 30. Mart. 1654. unde elapsus die 8. Augusti fidem datam secessit, & vim sibi illatam contestato denunciavit. Quo audito Francie marescalli regniq. administri Peronae congregati, summa qua valebant auctoritate

ANNI  
CHRISTI

M ij

ANNI  
CHRISTI

sedem Parisiensem vacantem declaravit die 22. ejusdem mensis. Romam interim pergit Johannes dignum profugorum cardinalium aylum, ubi ab Innocentio X. benigne exceptus, galeroque & titulo S. Mariz super Minervam donatus fuit 29. Dec. Inibi quam per se regi præstare Parisiis non poterat fidem scripto juravit Romæ prima Maii 1656. Andream du Sauffay vicarium suum generalem & officialem episcopum Tullensem designatum revocavit die 15. ejusdem mensis, cujus loco officialem instituit N. Jolly canonicum & N. Porcher vices gerentem 28. Maii, vicarioque generales nominavit Johannem Baptistam de Contes decanum, & Alexandrum Hodencq archiepiscyterum sancti Severini, qui spiritualia administrarent. Hi autem hoc nomine assensum præbuere collegio pro 33. scholaribus pauperibus erigendo die 13. Junii

Hist. Paris.  
tom. 4. pag.  
188.

1657.

1657. Quantam Romæ sibi existimationem conciliarit cardinalis hic noster argumento est summum quo valuit auctoritatis pondus in electionibus summorum pontificum, quibus adfuit, Alexandri VII. Clementis IX. Clementis X. & Innocentii XI. Principali ejus adversario cardinali Mazarinæo è vivis erepto, tot tempestatis actus Johannes in portum Galliz tandem appulit, ubi abdicato primum archiepiscopatu in manibus regis & summi pontificis chirographo apud Commercialium dato xv. calend. Martii anno 1662. a rege apud Fontenbellaquam humanissime fuit exceptus, regalique sancti Dionysii abbatia ecclesiæ Parisiensis loco donatus. Reliquum vitæ tempus sanctis & Deo placitis exercitiis destinans, dominia sua vendidit, ut longo exilio contracta debita solveret. Quin & purpuram exuere ut indueret cucullam aliquando meditatus, piteum summo pontifici repoluit anno 1675. cujus sicut & collegiarum ejus cardinalium assensum obtinere nequivit, instantes licet ad eos ut monachus fieret, scripserit litteras, quas è monasterio scripsit, ubi tunc debebat cardinalis, erutas ad nos peramante, ut solet, transmisit vir de litteris & litteratis optime meritis D. Augustinus Calmet abbas Senonensis. Tandem post procellas & tempestates Johannes Franciscus Paulus Gondiorum archiepiscopus extremus christiano sine quievit Luteciæ annos natus 66. 24. Aug. anno 1679. Sepultus est apud sanctum Dionysium ultimum commendatarius prope tumulum Sugerii abbatis; cor vero illatum Calvariz domui in Marisco, ubi quadraginta post diebus solemniter illi ab optimatibus regni que proceribus parentatum est.

Chart. C.C.  
col. CCII.  
col. 183. &  
seq.DE  
MARCA.

## III. PETRUS VI.

Petrum jam attigimus in episcopis Conferentibus tum secundo col. 1141. Opportunior vero de eo in archiepiscopis Tolosanis dicendi recurret occasio, unde vacantem per abdicationem coadjutoris ad ecclesiam Parisiensem translatam a rege 26. Februarii anni 1662. bullique pontificis die 5. Junii munitis, antequam ecclesiæ suæ possessionem inisset, morbo correptus obiit die festo S. Petri III. calend. Julii annum agens 69. Possidie nullo coemeteriarum apparatu in choro ecclesiæ Parisiensis sepelitur infra cathedram ar-

chiepiscopi, cum hac inscriptione in tumba marmorea:

ANNI  
CHRISTI

*Petrus de Marca illustri & antiqua gente, nobilibus Beuarnis, moribus, virtutibus, pietate, rerum generalium perita, scriptis, juris publici, divini atque humani, ecclesiastici atque civilis scientia inter omnes peritissimus, ex Navarra Parliamenti præfide sacri consistorii comes ordinarius: per Rosinonem & Cataloniam missus dominiuus. Regis visitator, & Conferentiarum regis archiepiscopus Tolosanus, unus ex summis regis administris, a Ludovico XIV. archiepiscopus Parisiensis nominatus, ab Alexandro VII. confirmatus, obdormivit in Domino maximo hujus, scilicet & totius ecclesiæ, regni, republicæ Inslu die 29. Junii anno 1662. Vixit annos 68. menses 5. dies 6. Requiescat in pace.*

Plura qui ad præfens de Petro desideraverint, legat vitam ejus a viro clarissimo Stephano Baluzio scriptam, & operi de Concordia Sacerdotii & Imperii præfixam.

## IV. HARDUINUS.

DE  
PENSIVE  
DE BLAU-  
MONT.

Nobili in Pictonibus gente ortus Harduinus, filius quippe Johannis domini de Beaumont & Claudiz de l'Etang, doctor & focus Sorbonicus è schola ad aulam provocatus est, ut cardinalis Richelii cameræ præficeret. Pro singularibus meritis Ludovico Magno tum septenni datus præceptor die 28. Maii anno 1644. omnium virtutum quas in regio discipulo miratus est orbis fundamenta jecit: inde regionum & consiliorum adjutor & ordinum commendator & cancellarius 27. Sept. 1661. unusque è 40. viris Academiæ Francicæ, Sabloncellarum in Santoniis abbas, priorque S. Genævæ ad episcopatum Ruthenensem promotus est anno 1648. ut diximus tum primo col. 231. Hunc summa sollicitudine & prudentia, quamdiu abesse coactus est, pro idoneo rexit vicarius; hunc grassante periculosissima lue & præsentia sua & episcopali visitatione solatus est, denique ab eo diutius abesse nefas ratus, ne quid detrimenti grex pastore destitutus pateretur, regia digne perfunctus institutione, dum ab aula recipere se ad Ruthenenses suos cogitat, rex christianissimus discessurum, ut suo eum conscientiz consilio adficeret, jussu detinuit, cui tamen non paruit Harduinus, nisi sacra sibi prius episcopatum dimittendi potestate, quo se nec retenta pensione, nec quaesitis aliunde beneficiis abdicavit; Deo sic ordinante atque ad altiora viam sternente, ad Parisiensem videlicet metropolim, cujus per obitum Petri de Marca pontifex dictus est a Ludovico XIV. die 30. Julii an. 1662. cum die 17. ejusdem mensis in provisorum Sorbonæ fuisset electus. Pallio bullique pontificis donatus 24. Mart. 1664. regi sacramento dicto 12. Aprilis, ecclesiæ suæ possessionem adidit die 19. ejusdem mensis, & 24. in senatu Parisiensi sacramentum consilii nati præstitit. Eodem anno assensum præbuit instituendis filiabus de Cruce in parochia S. Gervasii die 26. Maii. Cardinalem Flavium Chigi legatum a latere solemniter exceptit in ecclesia Parisiensi die Sabbati 9. Aug. Ludovici XIV. nomine primum possit

1664.  
Hist. Paris.  
tom. 5. p. 8.  
199.  
Ibidem pag.  
230.

ANNI  
CHRISTI1665.  
Hift. Parif.  
tom. 5. pag.  
201.

1666.

Hift. Parif.  
tom. 3. pag.  
461.1667.  
Ibid. tom. 5.  
pag. 838.Synod. Parif.  
pag. 504.

1668.

Ibidem pag.  
345.Hift. Parif.  
tom. 4. pag.  
219.1670.  
Synod. Parif.  
pag. 561.

lapidem ecclesie reedificatæ S. Ludovici in Insula prima Octobris. Filias sanctæ Genovefæ filiabus a Maria de Miramon institutis adunari permisit 14. Septembris an. 1665. Quædam episcopus jura, *Tercie semaine* nuncupata, regi cedit 5. Dec. Solemnem celebravit missam in basilica majori pro Anna Austriaca regina regisq; matre nuper mortua die 23. Februarii 1666. ubi Franciscus Harleus Rotomagensis archiepiscopus, posteaque Harduini successores funebrem habuit orationem. Eodem modo reginæ optimæ paulo post parentavit piissimus archiepiscopus in augustissimo Vallis gratiæ templo, præsentibus Teresia regina, duce Aurelianiensi, principe Condæo, &c. Eodem anno statuta pro rectoribus parvarum scholarum renovavit die 10. Maii. Ratam habuit 3. Apr. 1667. ininitam transactionem inter Patres doctrinæ christianæ & Jocolatores ratione capella: sancti Juliani. Recens extructam S. Nicolai de Cardoneto ecclesiam benedixit die 15. Aug. ejusdem anni. Insequenti litem habuit cum abbate S. Genovefæ, cui ne ornamenti pontificiis uteretur in processione SS. Sacramenti, populo benediceret, canonicosque regulares alii quem archiepiscopo Parisiensi ad ordines promovendos offerret, & monitorias litteras decerneret, interdictum est senatusconsulto dato 4. Jul. 1668. Solemnem 20. Sept. ininit transactionem cum Henrico de Bourbon duce de Verneuil abbate & monachis S. Germani a Pratis ratione spiritalis jurisdictionis in toto suburbio S. Germani, reservata Priori regi monasterii vicaria potestate. Cum sacerdos in ecclesia cathedrali sacrum faciens interemptus fuisset eo temporis articulo quo elevat hostiam, sanctissimumque Christi corpus ab impio pedibus proculcatum fuisset, Harduinus solemnes indixit in reparationem tanti facinoris per quadraginta horas orationes, publicasque in omnibus ecclesiis aliisque similia mandavit ad iram Dei placandam die 5. Augusti anno 1670. Secretioris consilii decreto 15. Sept. anni ejusdem ejus jurisdictionis diocesana in priorum, villam, parociam, universumque sancti Germani in Laia territorium reclamante Carnotensi episcopo fuit confirmata. Pervigil ecclesie sue custos & rector plurima antecessorum decreta antiquata innovavit, nova condidit: in his, ut qui ad residendum personalem in beneficiis extra urbem & suburbia suis de jure vel consuetudine legitime præscripta tenentur, residere minime censeantur, si in urbe vel suburbii domicilium habentes, Dominicis tantum festisque diebus ecclesias suas adeant: ut nemo presbyterorum post meridiem missam inchoare præsumat: ut clerici E precepti violati rei judicentur, qui singulis annis semel confessi non fuerint proprio parochia, aut alteri presbytero de ejus licentia; quique in Paschate eucharistiam reverenter suscipere in ecclesia sua parochiali neglexerint: ut antiqua consuetudo fervetur de corporibus fidelium defunctorum, quorum est extra parociam sepultura, prius ad ecclesiam parochialem, choro præeunte atque solemni ritu canente, orationis aut sacrificii causa portandis, quam eodem ritu & ordine ad locum sepulcri in urbe vel suburbii positum efferatur,

ubi a parochia illa terre mandata, ecclesie superiori in navi traduntur; abusu eo damnato, quo in rheda profano modo vehuntur. Sanxit præterea ut omnes curati, ceterique ruralium ecclesiarum presbyteri singulis mensibus in locum quisque in regione sua constitutum conveniant, de rebus ad pietatem ministeriumque suum spectantibus collaturi, juxta veterem ecclesie Gallicanæ usum, qui conventus mensuræ olium Calendarie nuncupabantur, eo quod ipso calendarum die fierent. Jurisdictionem diocesanam constanter asseruit, restituitque. Prædia ecclesie ab injustis possessoribus jussu vindicavit. Edificia palatii sui vetera exornavit, nova construxit. Reditus suos dispensavit fideliter, non coarctavit avare, non insumit in alienos usus impie, pauperum singularem curam habens, quibus humanissime & liberalissime, quantumque in occulto fieri poterat, opitulabatur. Ecclesie Parisiensi testamentum legavit 6000. libras pro jure capellæ, quo nondum fere liberaverat, & 800. pro anniversario suo. Etatis suæ anno 65. post bimestrem morbum, munitus sacramentis, quæ summa cum devotione metropolitanæ clero præsentæ atque lugente suscepit die 28. Decembris 1670. humanis rebus exemptus ipsa Circumcisionis nocte hora secunda an. 1671. sepultus est die 4. Januarii in choro juxta Ludovicum de Bellomonte ad latus evangelii, Februariique sequentis die 7. in ecclesia cathedrali ei parentatum est, exsequias prosequentibus plurimis optimatibus, inter quos aderat senatus Parisiensis, &c. perorante Johanne Ludovico de Fronteniers, postea Adurenti episcopo, percelebri illius temporis oratore. Tumulo è marmore nigro confectio sequens insculptum epitaphium:

ANNI  
CHRISTI

1671.

Hift. Parif.  
tom. 5. pag.  
190.*Hic jacet*

*Harduinus de Peresfxe de Beaumont  
Ludovici XIV. regum sapientissimi  
Sapientissimus præceptor,*

*Primum episcopus Ruthenensis; deinde  
Parisiensis archiepiscopus,  
Sorbonæ professor,*

*Regii torquatorum equitum ordinis  
Commendator & cancellarius,*

*Vir corporis dignitate, ingenii præstantia,  
Animi candore, morum & doctrinæ puritate*

*Bonis omnibus commendatus;*

*In tuendis reparandisque  
Sua sedis & ecclesie honoribus  
Diligens, felix, modestus;*

*Sibi parvus, sibi severus,*

*Erga ceteros liberalis & indulgens,  
Qui dum hanc ecclesiam per septennium*

*Pia & assidua sollicitudine*

*Regit, ornat, amplificat,*

*Tot tantisque laboribus*

*Non defessus sed exhaustus,*

*Corpore deficiens, non animo,*

*Insuperata morte suis ereptus est.*

M iij

ANNI  
CHRISTIDum sese omnibus totum daret,  
Sic Deo plenus, calo maturus

Obiit

Ineunte anno M. DCLXXI. etatis LXY.

Oratione funebri laudatus est a Jacobo de  
Challaigne uno è quadraginta viris Academiae  
Gallicanae.

## V. FRANCISCUS II.

DE  
HARLAY  
DE  
CHAMP-  
VALON.

Nobili & antiqua in Burgundia editus domo, quae jam sub priore ducum illius provinciae familia nobilissimis quoque atque imprimis clarissimam Cabilonenfium comitum familiam attingebat, Franciscus parentes habuit Achillem de Harlay marchionem de Brevai, dominum de Champvallon, re militari & litteraria insignem, & Odettam de Vaudeur de Perfan, avum vero Jacobum de Harlay, qui ducta Catharina de la Mark Bouillon propinquitate cum regibus & potentissimis Europae principibus conjunctus est. Parisius ortus Franciscus, & in parochia sancti Pauli baptizatus die 14. Augusti an. 1625. jam tum a juvenilibus annis eximie indolis argumenta dedit. Praefulgebant in eo certa futurae magnitudinis praesagia, honos capitis, oris dignitas, facilitas aquibilibitasque orationis, concinnitas verborum & elegantia, quae non arte quaesita, non allata domo, sed nata videbatur. Inerat ei rerum & verborum tenax memoria, quae studio & exercitatione exculta adeo praestitit, ut semel lecta & audita facile posset meminisse. Tantam in scholis Sorbonicis sui apud omnes magistris admirationem concivit, ut praeter ingenii, doctrinae & eruditionis famam honores ecclesiasticos inde sit consecutus. Patruus enim Rotomagensis archiepiscopus tantas in nepote virtutes retiorescere lectus, Gemeticensem abbatiam in gratiam Francisci concessit, assensum praebente regina Austriae. Theologiae studium emensus, totum se facris evolvendis libris, Patrumque legendis operibus dedit, ut mentem sanctioribus imbueret documentis, quibus postea alios instruxit eorumque animos ditavit. Ad comitia generalia provinciae Rotomagensis ex ordine secundo delegatus anno 1650. synodorum causam pro patruo tam egregie adversus senatum Rotomagensem defendit, ut arrepta inde sibi adjutore tribuendi aula Rotomagensis archiepiscopus ab episcopo imploraverit auxilium. Hi autem negotio obtinenda regiae consensionis assumpto, pontifices delegaverunt, qui a regina consensum exposcerent. Conventus Gallicani votis annuit Anna, Franciscumque non coadjutorem, sed archiepiscopum Rotomagensis in locum patruo senio satisficentis, annos tantum 26. natum designavit anno 1651. Quid vero nova hac insignitus dignitate per annos undeviginti gesserit alibi recurrendi dicendi occasio. Regii ordiis commendator a Ludovico XIV. institutus est 30. Dec. 1661. Novennio post è Rotomagensi ad ecclesiam Parisiensem evehitur die 2. Januarii 1671. a rege christianissimo nominatus. Coetui 40. virorum sub titulo Academiae Gallicanae alleclus est die 3.

A Februarii, biduo post Sorbonae provisor in locum decessoris electus. Doctoris laurea redimitur in palatio archiepiscopali 12. Martii a Petro Loyfel ecclesiae & Universitatis Parisiensis cancellario. Gratuitas eadem die bullas accepit. Fidelitatis juramentum regi die 14. praestitit, palliumque die 17. recepit in ecclesia monialium Visitationis B. Mariae a Gabriele de Roquette Eduensi episcopo, & postmodum ecclesiae suae possessionem adiit. Rerum ecclesiasticarum cura & judicium a rege, Francisco demandata fuit an. 1672. Ecclesiam de Passiaco parochialem fecit, & Barnabitis univit 18. Maii. Eodem anno Franciscanos ad pristinam disciplinam revocavit. Doctrinariorum controversias diremit 18. Septemb. eorumque conditionem determinavit secularem, & comitis anno sequenti praesuit. Norbertinam strictioris disciplinae familiam tuitus est, ejusque rectioni ad tempus providit 22. Novembris. Monialibus Calenvisis Hildam abbatissam officio ecclesiastico celebrandi fecit facultatem. Duabus domibus pro recens catholicis instituendis assensit mense Junio 1673. Synodum Parisiensem celebravit die 6. Julii, ubi lecta 20. statuta. Senescitem apud Carmelitas disciplinam excitavit 6. Sept. In majori consilio consiliarius honorarius sedit die 23. Dec. Constitutiones pro filiabus S. Genevieve ratas habuit mense Febr. anno 1674. Hujus in gratiam rex toparchiam S. Clodoaldi in ducatum erexit, primusque fuit ex Parisiensibus antistes ducis & paris Franciae titulo insignitus mense Apr. quo quidem titulo in senatu Parisiensi confedit die 19. Augusti 1690. Suas antecessorumque leges collegit, & ut eas solemniter pronulgaret synodum habuit mense Julio 1674. Norbertinorum severioris observationis familiam asseruit & conciliavit cum abbate Pramonstratensi die 8. Augusti. Summam jus in territorio archiepiscopatus factum teclumque a rege obtinuit die 10. Novemb. qui dedit illi 10000. libras annui redditus in compensationem aliorum jurum, quae rex suis adjunxit. Auclor fuit eodem anno Franciscus episcopus in urbe principe Novae Franciae instituendi, illiusque ecclesiae formam praescripsit. Insequenti de ejus consilii Albiensis ecclesiae metropolitana dignitate exornata die 7. Martii 1675. Marecalli de Turenne iusta funera in ecclesia sua confecit 9. Septemb. Monialibus Benedictinis Mosomo Parisios transferendi & inhabitandi facultatem dedit 3. Decemb. Quinquaginta annorum controversiam inter utriusque observationis Cistercienses diremit eodem anno. Cleri Gallicani comitiis praesuit, multaque in eis honorata & utilia clero curavit. Latas a generali Franciscanorum praefecto severioris vitae leges, atque a se comprobatas, factas teclas tuitus est, earumque executionem novo praecipit decreto. Institutioni Filiarum de Cruce annuit 26. Junii 1676. Cluniacenses inter se disceptantes tranquillavit atque composuit die 16. Aug. Parisini Dominicaeorum gymnasiu providit administrationi & quieti anno 1677. Gallicanae Coelestinorum provinciae immunitatem asseruit, eosque ab alienigenarum jugo in perpetuum exemit anno 1678. Eodem diremit exortam inter 1678.

1672.  
Hist. Parif.  
tom. 5. pag.  
217.Ibidem pag.  
220.  
1673.1674.  
Chart.  
CXCVI  
col. 182.Sarron. 1. 2.  
pag. 673.1675.  
Hist. Parif.  
tom. 5. pag.  
223.  
Ibidem pag.  
251.Ibidem pag.  
220.  
1676.

1677.

1678.



ANNI  
CHRISTIANNI  
CHRISTI  
1692.

- episcopos & abbatem Præmonstratensem contro-  
versiam de revocandis ab monasterio Præmon-  
stratensibus, qui proæciorum rectores sunt. Sedis  
suz jura vindicavit in funere Pompeii Varesæ apo-  
stolici in Gallia legati defuncti 4. Nov. 1678.  
Iisdem mense & anno comitiis Cluniacensibus  
iterum præfuit. Pacem conciliavit firmavitque in  
omne tempus inter Augustinianos societatis Bitu-  
rensis de doctorum & episcopialium præro-  
gativis dissidentes anno 1679. Breviarium Parisi-  
ense expurgavit & de novo instruxit an. 1680.  
Eodem cleri comitiis præfuit, & ab iis donatus  
pensione annua 6000. librarum. Rex ei concessit  
mense Aprilis 1681. parem annuæ pecuniæ sum-  
mam quorundam jurium loco. Parisini Carmeli-  
tarum gymnasii providit administrationi & quieti  
eodem anno. Gravem diremit controversiam inter  
abbatem Cisterciensem & quatuor alios ejusdem  
ordinis abbates post illum primos. Præfuit comitiis  
cleri Gallicani Parisiis habitis annis 1681. &  
1682. occasione dissidii inter pontificem & re-  
gem de regalibus. Monasterium de *Charonne* ære  
atieno demersum destruxit anno eodem. Publica  
de re morali colloquia habuit annis 1682. &  
1683. in ædibus suis, quibus maximam doctrinæ  
& eruditionis famam peperit. Sacro Christi cor-  
pore ceu viatico ægrotantem reginam die 6. Julii  
munivit, p. s. fente archielemosynario cardinale  
Bullonio. Factus est regis Navarra: provisor post  
obitum archiepiscopi Aulciensis mense Maio  
1684. Fuit & collegii Marchiani superior. Ex-  
stirpandæ in Galliis Calvinianæ hæreses auctor  
fuit, multamque dedit operam, ut res prospere  
cederet: id tentantur imprimis cleri comitia anni  
1685. ubi præfuit solus. Societati clericorum  
Anglorum annuit 12. Septembris anni ejusdem.  
Carmelitis exalceatis præfecti generalis loco per  
triennium fuit ab anno 1683. Unioni duarum  
parochiarum sancti Medericii assensum præbuit  
mense Maio 1685. & domui pro pauperibus  
puellis parochiæ S. Rochi instruendis an. 1686.  
Eodem Gallis vindicavit præfecturam generalem  
ordinis Fratrum de Redemptione captivorum. Cla-  
rissis de Nativitate ad burgum S. Germani tran-  
seundi facultatem concessit 17. Julii 1687. Pa-  
tribus Capucinis permisit, ut conventum ædifi-  
carent in burgo sancti Jacobi 7. Martii 1688.  
Hospitularii S. Catharinæ institutis consensit  
28. Junii 1688. & monialibus Carmelitis 15.  
Junii. A futuro gravamine ad futurum appellavit  
concilium die 5. Octobris 1688. Domui Dei  
apud S. Clodoaldum fundandæ annuit 23. Junii  
1689. Gratulabundæ Harlei epistolæ rescriptis  
1690. Cardinalis a rege designatur Franciscus die 10. Martii anni  
ejusdem. Pacem Fr. Minores inter & Recollectos  
conciliavit. Sedi suæ asseruit honorifica in publi-  
cum pauperum domum & in publicum valetudi-  
narium jura. Præfuit hujus anni comitiis cleri, a  
quibus ipso promovente donatur rex luculentis-  
sima pecuniæ summa. Blandas & honorificas ab  
Innocentio XII. recens pontifice accepit epistolas  
1691. anno 1691. In funere Francisci Nicolini sedis

Aposolice nuncii ita juri suo consulit, ut de se  
conquerendi nullum pontifici relinquere locum  
an. 1692. Ejus opera & auctoritate in perpetuum  
constablata Præmonstratensium severioris disci-  
plinæ familia. Extincta abbatis dignitate in mo-  
nasterio S. Dionysii, spiritalem in ecclesiis hujus  
oppidi jurisdictionem kdi suæ cogmentavit die  
6. Aug. quam per Priorem vicarium generalem  
voluit exerceri. Hujus præfuit consilio rex edi-  
ctum refixit, quo addixerat militari sancti Lazari  
familie aliarum ejusmodi soldatium bona mense  
Martio 1693. Solus præfuit coactis extra statum  
tempus cleri comitiis mense Decembri, & in iis  
novum regi subsidium curavit. Juxta Harlei sen-  
tentiam 8. Jun. 1694. Minimorum familia usibus  
suis suæque libertati restituta. Pacem conciliavit &  
firmavit inter abbatissam & canonicas Romarici  
montis in eunte anno 1695. A rege impetravit  
mense Julio anni ejusdem ut abbatissæ Trapensis  
deinceps regulares forent abbates. Quantum pro  
vindicanis Johanni Gerfen de Imitatione Christi  
libris, asserendæ monachi Benedictinis nova  
S. Augustini editione defudarit, Sangermanensium  
alta mente repositum. Harlei quoque opera &  
auctoritate prodierunt Breviarium, Rituale, Mis-  
sale & Synodicum Parisiense melioribus curis  
emendata, plurima statuta & mandata ad eccle-  
siam disciplinam spectantia, multique alii li-  
bri christianæ religioni perutilis. Ejus etiã comi-  
siliis & jussu inchoata est ecclesiæ Parisi. historia  
a P. Gerardo du Bois Oratorii Jesu presbytero,  
qui primum volumen edidit & Francico dicavit  
an. 1690. Denique cleri comitiis, quibus quan-  
tum solus anno 1695. præfuerat, dolens & in-  
commoda reversus valetudine, apoplexia mori-  
tur die 6. Aug. hora post meridiem quarta fere  
septuagesimarius in villa de Conflans, quam archi-  
episcopi mensæ acquisierat, magnificeque ex-  
struxerat. Corpus Parisios allatum in majori basili-  
ca tumulatum est in choro die Martis 9. Augusti.  
Defuncto solemniter parentatum in ecclesiæ Au-  
gustinianorum a conventu cleri Gallicani, orante  
episcopo Vabrensi, & paulo post die 23. Nov.  
in ecclesiæ cathedrali coram senatu Parisiensi aliis-  
que proceribus, mortuum pro concione laudante  
P. Gaillard Societatis Jesu presbytero. Ejus vitam  
non tantum scripsit Latine Ludovicus le Gendre  
ab ipso præbenda Parisiensi donatus, sed & tria  
Gallice elogia typis Parisinis edidit anno 1720.  
& moriens ad eum quotannis celebrandum annuus  
reditus assignavit. Ejusdem est epitaphium mox  
ab Harlei morte in lucem editum:

*Hic jacet**Reverendissimus in Christo pater**Franciscus ex antiqua atque illustri Harleorum gente,**Rotomagensis primum, deinde Parisiensis**Archiepiscopus,**Dux & par Francia, regiorum ordinum commen-*  
*dator,**Vir magni nominis,**Forma egregia, vivido sublimique ingenio,**Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
241.*

ANNI  
CHRISTI

*Præcellenti litterarum omnium notitia,  
Facunda supra fidem, eaque extemporanea,  
Morum suavitate & elegantia,  
Incredibili de omnibus bene merendi studio,  
Exquisitissimo rerum usu,  
Singulari in pertractandis negotiis solertia,  
Eximia in regem fide,  
Amplificanda religionis zelo  
Longe clarissimus.  
Rotomagensis archiepiscopatu  
Annis undeviginti sapientissime administrato,  
Ad Parisiensem ecclesiam provecus est  
A Ludovico XIV. regum maximo.*

Tum

*Regis voluntate, omniumque existimatione  
Ecclesie Gallicane arbiter,  
Controversas omnes, pacis amantissimus;  
Aut composuit, aut dijudicavit.  
Cleri comitis novies, quater solus presuit,  
A christianissimo rege designatus est cardinalis,  
Purpure tamen caruit honoribus;  
Repentina quippe morte correptus, rebus humanis  
excessit  
Septuagenarius, minus octo diebus  
VIII. id. Augusti anno M. DC. XCV. pontificatus  
Parisiensis fere XXV.*

D E  
NOAILLES.

## VI. LUDOVICUS ANTONIUS.

De Ludovico Antonio jam diximus tomo primo col. 153. Ex Anna duce de Noailles præfecto primæ cohortis Prætoriane & Ludovica Boyer natus 27. Maii 1651. dominus primum fuit Altobraci, tum episcopus Cadurcensis, unde ad Catalaunensem translatus, Parisiensis postea a rege designatus archipræfuit 19. Augusti 1695. Versaliam statim profectus est ut tantum declinaret onus, quæ erat ejus modesta, at huic abnuenti rex non annuit. Professione fidei edita in manibus nunciæ apostolici die 29. ejusdem mensis, bullas pontificias gratis indultas 13. Septembris accepit, & pallium 10. Nov. in ecclesia Dominicanorum reformatorum vici S. Honorati per manus Pauli Godet des Marais Carnotensis episcopi, eademque die ecclesie Parisiensis adiit possessionem. Regi sacramentum dixit die 13. Novembris in capella Versaliensi, & senatus Parisiensis 9. Maii 1696. in quo dux & par Francie sedit. Gastonem germanum in choro cathedralis ecclesie episcopum Catalaunensem solemniter consecravit die 20. mensis ejusdem. Parvum pro clericis seminarium mensè Dec. instituit. Regiorum ordinum præceptor a rege nominatus 31. Maii 1697. torque aureo ab ipsonet insignitur die prima Jan. sequentis. Synodum totius diocesis in aula Confirmationum celebravit 26. Sept. Causa quam cum confratribus peregrinis ratione patronatus in ecclesia S. Jacobi de Hospitali habebat cecidit 3. 1698. Sept. anni 1698. Parisiensis provincie synodum 1699. habuit die 13. Maii 1699. Eodem die 7. Dec.

Phil. Paris.  
tom. V. pag.  
241.

1696.

Ibidem.

1697.

1698.

1699.

ANNI  
CHRISTI

A primum posuit lapidem novi altaris ecclesie majoris a Ludovico XIV. juxta parentis votum extructi. Executionem operis, verba sunt Martyrologii ab ipso typis editi anno 1727. consilio, auctoritate, ac curis suis adjuvit & promovit . . . . . cujus pontificis liberalitate ac impensis in basilica eadem excellentissimi fornicis pars insignis lapidebus concamerata de novo fuit, refartum supremi tecti in locis plerisque plumbum, altaria, dirutis pristinis, nobiliora extructa plura, beata Mariæ in primis ac sanctorum martyrum Dionysii & sociorum, ad pedes ambonis a parte navis; amplissima denique numerata pecunia, exemplaria præscripta, selecti artifices, parataque cetera, tum ornandis aut reparandis basilicæ locis altis, tum maxime ad reedificandam jam a seculo ruinosam, utantem ac fuleris defensam lignis septentrionalis lateris partem superiorem, quæ Rosa dicitur, & aditum luci in medium templum pellucido vitro plurimo præbet. Ab Innocentio XII. ad regis preces creatus cardinalis 21. Junii 1700. bireto a rege donatus est 2. Julii & 22. ejusdem mensis galero. Defuncto summo pontifice, Romam profectus est 12. Octob. ad successorem deligendum, cujus episcopali inunctioni nondum donatus petalo gratiosus adlitit die 30. Novembris. Clemens XI. dedit illi beneficii loco die 13. Dec. massam illam Argenteam deauratam quæ ante ipso prius cardinalem deferebatur, petalum vero . . . consistorio publico 18. ejusdem mensis, & titulum S. Mariæ super Minervam in secreto die 3. Januarii 1701. Roma reversus Ludovicus Antonius die 29. eorundem mensis & anni primum posuit lapidem die 13. Aug. ecclesie, quam pro monialibus Benedictinis ad orandum perpetuo SS. Sacramentum addicendis ex destructo apud Carentonem templo rex excitabat. Trevoltianam novi testamenti interpretationem damnavit mensè Septemb. 1702. Filius de Prasæpe eodem anno suppreffit, quarum loco pauperes parochos & presbyteros diocesis Parisiensis substituit, quibus pro dote redditus prius S. Dionysii de Carcere, rege id ita volente, assignavit. Perperam de Formulari deciam questionem improbat 22. Febr. 1703. Benedixit 29. Maii ecclesiam monialium Benedictinarum Vallis d'Osne apud Carentonem, in loco ubi prius erat Calvinistarum templum. Regiæ Navarre provisor electus est mensè Maio 1704. & Sorbonæ 17. Martii 1710. confirmatque mensè April. Facultatis juris honorarius decanus electus est 24. Junii anni ejusdem, & N. des Marais abbatissam Ederacensem benedixit 25. Julii. Argenteam suppellectilem grassante anno 1709. lame in egenos pauperum pater erogavit. Gallorum episcoporum myslagogus inauguravit 22. Novemb. 1699. Andream Herculem de Fleury episcopum Forojuliensem, Franciscum Helian de Voyer de Paulini d'Argenson Dolensem 18. Mart. 1703. Franciscum Madot Bellicensem 18. Octobris 1705. Gasparem de la Mer de Matha Adulensem 10. Aprilis 1707. N. de Grammont Asturiensem in Phœnicia coadjutorem Vesuntionensem XI. Decembris ejusdem anni, Petrum Baglion de la Salle de Saillant Minatensem 24. Jun. 1708. Bernardum Franciscum de Poudenx de Castillon Massiliensem

1700.

1701.

1702.

1703.

1704.

1705.

1707.

1708.

ANNI  
CHRISTI  
1710.  
1711.

- Masilienſem 26. Aug. anni ejuſdem, ſucceſſore-  
mque Henricum Xaverium de Belluſce 30. Martii  
1710. Carolum Franciſcum d'Hallencourt de  
Droſmenil Auguſtodunenſem 22. Martii 1711.  
eodemque anno Henricum Auguſtinum le Pilleur  
Santonenſem 21. Dec. Johannem Franciſcum  
Gabrielem de Hennin Lietard Aleſienſem anno  
1713. 1713. Bartholomæum Phelypeaux d'Herbaut  
Regenſem 31. Dec. anni ejuſdem, Annam Fran-  
ciſcum Guillelmum du Cambout Tarbenſem 19.  
Nov. 1719. &c. Conſilio conſcientiæ præfectus  
eſt an. 1715. Generalibus cleri Gallicani comitiſ  
dociſ præfuit, ut horumque antonomatiſtice præſes  
totiſ poiſſet. Breviarium, Miſſale, Proceſſionale, B  
ceteroſque hujus generis libros a deſeſſore editos,  
repetitiſ curis elaboratoſ recudi imperavit, quibus  
addidit Rituale, Cæremoniariſ, Martyrologii,  
& canonum libroſ. Alterum Ludovico Antonio  
anno 1710. dicavit ecclēſiæ Pariſienſiſ hiſtorie  
volumen ejuſdem ſodalitii alumnus meritiſſimus,  
Gerardi du Bois continuator N. des Molets, qui  
quæcumque ad opus ſuum collectæ ſupererant  
chartas humaniſſime nobiſ communicavit. Plura  
de tanto pontifice dicere geſtientiſm vetat  
monumentorum paucitaſ: foreſ omneſ pulſatæ, affineſ,  
amici, familiareſ, domeſticiſ interrogati, preceſ,  
tempuſ, labor & opera perdidit. Ceterum varia  
ejuſ, tum doctriſnæ, tum virtutiſ ſpecimina exhibet  
collectio ejuſ Mandatorum Pariſiſ edita anno  
1718. 1718. Itaque promotuſ ad titulum ſancti Sixti  
veteriſ cardinalitium 9. Martii 1729. Ludovicuſ  
Antoniuſ, Pariſienſibus ſuiſ ſtebilit occidit 4.  
Maii ejuſdem anni hora ſeſquiſecunda poſt mediam  
noctē, ſepultuſque eſt in ecclēſia Pariſienſiſ ante  
ſacellum B. Mariæ, ſub marmoreo lapide cui in-  
ſcripta quæ jam oculorum aciem pene fugiunt :

*Ad pedes Deiparæ,  
Quam ſemper religioſe coluerat,  
Hic jacet,  
Ut teſtamento juſſiſ,  
Ludovicuſ Antoniuſ de Noailles  
S. R. E. cardinaliſ, archiepiſcopuſ Pariſienſiſ,  
Dux S. Clodoaldi, par Franciæ,  
Regiiſ ordinis S. Spirituſ commendator,  
Proviſor Sorbonæ, ac regiæ Navarræ ſuperior,  
Commiſſiſ ſibi gregiſ  
Sollicitudinē paſtor, charitate pater,  
Moribuſ forma,  
Domuiſ ſuæ bene præpoſituſ,  
Domuſ Domini zelo accenſuſ,  
In oratione aſſiduſ, in labore indefeſſuſ,  
In cultu modeſtiſ, in victu ſimplex,  
Sibi parcuſ, in ceteroſ ſanctæ prodigiſ,  
A teneriſ ad ſenium æqualiſ idemque,  
Semper prudēſ, mitiſ, paciſicuſ,  
Viam tranſegit benefaciēdo,  
Ecclēſiam Pariſienſem  
Amiſ xxxiv.  
Rexit, direxit, excoluit, ornavit.  
Tomuſ VII.*

ANNI  
CHRISTI

*Ejuſ benefaciētiã homineſ ſi taceant,  
Hujuſ baſilicæ lapideſ clamabunt.  
Obiit plenuſ dierum, omnibuſ ſtebilit  
Die Maii 4. anno Domini 1729. ætatiſ 78.  
Viro miſericordiſ  
Divinam miſericordiã apprecare.*

Cor vero deſiſituſ in ſacello Noalliorum, ubi  
bienniſ ante ad perennem præſuliſ ſuiſ memoriã  
grati marmore inciderant Pariſienſeſ canonicuſ:

*Eminentiſſimo & reverendiſſimo Ludovico Antonio  
de Noailleſ S. R. E. cardinaliſ, Pariſienſiſ archiepiſcopo,  
duci ſancti Clodoaldi, pari Franciæ,  
regiiſ ordinis S. Spirituſ commendatori, &c.*

*Caduca multuſ lociſ hac baſilicæ gravioreſ in poſ-  
terum ruinaſ minabatur. Neceſſarioſ tanto operiſ  
ſumtuſ in ſe unum recipere voluit piſe munificenſ ponti-  
ficeſ; nec ſatiſ habuit inſtaurare ſarta tectaſ templiſ,  
atque inſirma & laborantiã ſulcire, niſi inſuper ca-  
riſſimam ſibi ſponſam alienuſ ipſe ab omni juſtu ele-  
ganter adornaret. Sic autem divina domuſ decoriſ  
conſuluit ut inde nihil detrimentiſ viniſ Chriſtiſ templa  
caperent, cuiſ munificentiã non magiſ ex annuſ rediti-  
buſ, quam ex uberiſ modeſtiã & frugalitãſ funduſ  
C ſufficit. Locandaſ decentiſ ſancti Marcelliſ capſe  
ad culam pone ſanctuariuſ condidit. Duplicem am-  
bonem, & applicataſ utrique altaria excitavit. Came-  
ram decuſſatã ſub minoriſ campaniſ ſatiſcentem de-  
molitã, novam conſtruxit. Templum interiſ deteſo  
veteriſ ſitu priſtinoſ reſtituit. Plumbeum tectum  
vetuſtate detritum inſtauravit. Eſſiciliã in motum  
roſe majorem ſeneſtram quaſ ſpectat ad meridieſ  
reſcit. Sacellum hoc humanitiſ gentiliuſ ſuorum cor-  
poribuſ aſſignatum decoravit.*

*Capitulum Pariſienſeſ gratiſ erga optimum patrem  
& ſanctiſſimum præſuleſ animiſ monumentum poſuit  
anno R. S. M. DCC. XXVII.*

D Obſequiū quoque & recordationiſ argumenta  
ſunt annua ſacra, quæ biſ in ecclēſia Pariſienſiſ  
pro ejuſ anima ſiunt.

#### VII. CAROLUS GASPAR GUILLELMUS. DE VIM- TIMILLE.

Ab Aqueſiſ ad Pariſienſem metropolim tranſ-  
latuſ eſt Caroluſ Gaſpar Guillelmuſ de Vintimille  
ex comitibuſ Maſſiliæ du Luc è Luco Vocontio  
in diceceſiſ Forojulienſiſ, abbaſ ſancti Dionyſii  
Remenſiſ & Belleperteriæ, domnuſ d'Aubrac,  
prior de Flaſſenſ, & ſancti Petri & ſanctæ Ca-  
tharinæ du Luc, regiiſ ſancti Spirituſ ordinis præ-  
ceptor creatuſ die prima Januariiſ 1725. Archi-  
E epiſcopuſ Pariſienſiſ a regeſ deſignatuſ 12. Maii  
1729. proclamatuſ 6. Juliiſ in conſiſtorioſ ponti-  
ficiſ & in altero admiſſuſ 3. Auguſtiſ, fideiſ ſacra-  
mentum dixit 4. Septembriſ, & ſequentiſ pallium  
acceptiſ a cardinaliſ de Biſſy. Iniit poſſeſſionem 6.  
ejuſdem menſiſ, duxque ſancti Clodoaldiſ & par  
Franciæ in ſenatuſ Pariſienſiſ receptuſ eſt 19. Dec.  
ejuſdem anni. Præfuit comitiſ cleriſ Gallicaniſ ann.  
1730. 1734. 1735. Breviarium novuſ curiſ 1730.  
maximilique impenſiſ recudit an. 1736. ampliã 1734.  
que diceceſim ſumma cum dignitate & tran-  
ſquilitate gubernat, utinã ad annuſ multoſ! 1735.  
1736.

N

## DECANI METROPOLITANÆ ECCLESIAE PARIISIENSIS.

**N**ulla per orbem christianum ecclesia est, A  
 quae retroactis seculis aequae ac Parisiensis semper  
 flourerit, cleri nobilitate, virtute, doctrina, &  
 dignitate nulli alii inferior. Sed in hac praecipue  
 eminet ipsiusmet ecclesiae capitulum ad Romanam  
 ecclesiam a pluribus seculis nullo medio pertinens,  
 cuius canonici propofiti tenaces, antiquum adhuc  
 obtinent morem, ut ad mediam noctem surgant,  
 majoremque in basilicam pro precibus nocturnis  
 conveniant. Octo constat dignitatibus, quibus alii  
 a canonicis potiri possunt. Decanus scilicet prima  
 post episcopum dignitas, capituli caput, canoni-  
 corum calculus eligitur. Ipfus ad curam animae  
 omnium, tam canonicorum quam clericorum eccle-  
 siae Parisiensis, aliarumque ipsi subiectarum,  
 nempe S. Stephani de Gressibus, S. Mederici,  
 S. Sepulchri, & S. Benedicti pertinent. Cantor jus  
 habet & jurisdictionem in scholis grammaticae  
 urbis, civitatis, universitatis & banleuae Paris.  
 Tres sunt archidiaconi, Parisiensis, de Jofas, &  
 Brigenfis. Archidiaconatus Parisiensis dividitur in  
 septem decanatus, de Monmorenciaci, de Cala,  
 de veteri Corbollo, de Latiniaco, de Campellis,  
 de Montelero, de Castello forti. Succentor, can-  
 cellarius, praenuntiarium dignitatum titulo gaudent.  
 Quinquaginta & unus numerantur canonici, praeter  
 quos sex sunt vicarii perpetui, duo vicarii sancti  
 Aniani, canonici duo curati, tresque diaconi &  
 tres subdiaconi S. Johannis Rotundi, canonici  
 quinque presbyteri S. Dionysii de Passu, tresque  
 diaconi, & duo subdiaconi, capellanus subdiaconus  
 S. Catharinae, & capellanus subdiaconus sancti  
 Aniani, & alii capellani numero 130. Ceterum  
 catalogus decanorum documentis quam plurimis  
 concinnavit potuit a Sammarthanis primum editus,  
 emendator nunc novis curis in lucem redit.

**I.** Hilarius, qui primus occurrit decanus Parisiensis, subscriptus duabus chartis Rainaldi episcopi, uni datae canonicorum rogatu pridie calendas Apr. anno v. Hugonis: hic est Incarnationis 992. alteri vero pro monachis S. Martini Majoris monasterii an. 994. Hujus memoria est in necrologio beatae Mariae Paris. his verbis: *Libus \* Januarii de domo S. Mariae obierunt Hilarius decanus & Robertus sacerdotes, qui nobis dederunt domum in claustro ad stationem quatuor seculorum.*

**II.** Maldaguinus reperitur in quodam indice ms. ante annum 1000. necrologium vero: *v. id. Junii de domo S. Mariae obiit Maldaguinus sacerdos & decanus.*

**III.** Garinus assensum praebuit donationi factae a Reginaldo episcopo regnante Roberto.

**IV.** Albericus decanus erat Parisiensis, cum E  
 Mscarius Meklensis episcopus duo altaria ecclesiae Parisiensis concessit xvi. calendas Februarii episcopus secundo regnante Roberto rege, Reginaldo Parisiensis episcopo. Memoratur in necrologio viii. cal. Maii.

**V.** Franco ex decano ecclesiae Parisiensis &

cancellario Roberti regis factus est antistes Parisiensis an. circiter 1020. ut supra memoravimus.

**VI.** Ingeardus occurrit temporibus Franconis episcopi & Lizardi archidiaconi. Transegit cum Odone abbate Fossatensi de possessionibus apud Britiniacum & portum Crittoli. Hujus mentio in necrologio xii. cal. Maii.

**VII.** Liziernus, qui & Lizardus, archidiaconus primum fuit, quo tempore gravissimas adversus episcopum Franconem turbas concitavit. Discordiarum cause referuntur in epistola Leotherici Senonensis archiepiscopi inter Fulbertinus 34. *Lizardus olim quidem archidiaconus, qui cum esse deberet oculus episcopi sui, dispensator pauperum, catechizator insipientium, apostolatus ab omnibus his, & factus est episcopo suo quasi clavus in oculum, praeco pauperibus, dux erroris insipientibus, quia superba & contumeliosa maledicta in episcopum suum jocularis, serenitatem speculationis ejus turbat, decimas & oblationes altarium, stipem videlicet pauperum, suo episcopo inconsulto, seculari militia tradit, & cum talia facit, dux insipientibus erroris & perditionis exemplum, quibus impendere deberat vera scientiae catechismum . . . . . Quapropter & nos a sanctorum Patrum sententia discrepare volentes, consequenter illum a communione separamus, quantum potestati nostra conceditur, donec resipiscat & episcopo suo humilitatis satisfaciatur, & usque cito resipiscens ad satisfactionem venerit, in plenaria synodo perpetuo anathemate feriatur. Mandamus autem vobis ut ipsi Lizardus has litteras ostendat, ut tum horrenda pericula vel graviter admonitus exire meminerit, patet enim adhuc evadendi locus. Resipuisse Lizardum & episcopo suo reconciliatum inde verisimile fit, quod ad decanatum ecclesiae Parisiensis retenta simul archidiaconi dignitate postea pervenerit: his enim titulis recensetur in charta Imberti episcopi data anno secundo regis Henrici, qua Imbertus concedit Goffrido terram apud Mulengiacum &*

**D** Viriacum, cum voluntate & consensu Lizierni decani & archidiaconi, exlat in minori Pastoralis capite 104. In eodem libro idem Imbertus ad petitionem Lizierni decani & archidiaconi contulit canonicis altare situm in villa Pirofa, dedicatumque in honorem sancti Germani Autissiodorensis. Subscriptus chartae Imberti episcopi duo altaria Latiniaco concedentis anno 1036. decennioque post ejusdem donationis factae monasterio Pratenfi regnante Henrico rege anno xv. Christi 1046. sigillum apposuit suum diplomati Caroli III. dato pro canonicis S. Marcelli anno 918. & post ab Henrico rege ad preces Imberti episcopi confirmato. Obitus ejus dies annotatur x. calendas Maii in necrologio ecclesiae Parisiensis, & ix. calendas Aprilis in martyrologio.

**VIII.** Odo recepit a Sancelina Hugonis militis relicta alodium quem Lizardo decessori prius oppigneratum alteri post Lizardo dederat Hugo. Subscriptus chartae donationis Gaufridi episcopi

Ch. xxv. col. 14.  
Ch. xxv. col. 14.

\* ut v. id.

Charta xxv. col. 31.

*Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 702.*

facta monasterio Longipontis circa annum 1061. Transiit cum Gascelino advocato Viriaci, quae est villa sanctae Mariae, anno 1067. Philippo rege anno VII. Sigillum apposuit permutationi factae inter Goffridum episcopum & monachos sancti Germani a Pratis anno 1070. De eo in martyrologio ecclesiae Parisiensis: *XIII. calend. Martii obiit Odo decanus.*

Ch. XLII. col. 16.

IX. Milo subscripsit praecepto Burcardi Corboliensis comitis pro abbata Corboliensi dato anno 1071. indictione X. epacta 28. concurrente V. IV. non. Novemb. Philippi regis XII. Memoratur in necrologio: *VI. cal. Martii obiit Milo decanus, qui dedit nobis domum ad stationem in claustrum trium ferculorum, & 13 arpennos vinearum apud Viti.* Hic ille est Milo ex Arvensi in Gallia oriundus, qui factus est archiepiscopus Beneventanus anno 1074.

X. Johannes I. de Magno ponte nominatur an. circiter 1083. in instrumento prioratus sancti Georgii de Roivilla diocesis Carnotensis. Subscriptum an. 1088. donationi altarium S. Arnulfi de Majorolis & de Bongesis factae monachis sancti Martini a Campis a Gaufrido praefate. Subscriptum & chartis ejusdem episcopi pro iisdem monachis an. 1089. & pro Pontifarensibus, & Longipontis. De eo in necrologio legitur: *VI. idus Septembris obiit magister Johannes de Magno ponte, olim decanus Parisiensis, qui dedit nobis ad opus anniversarii sui 47. libras Parisenses.*

XI. Fulco ecclesiae Silvanectensis canonicus subscripsit legitur inter clericos chartae Urli Silvanectensis episcopi in historia S. Martini a Campis libro V. Postea decanus Parisiensis fuit, quo tempore nomen apposuit suum anno 1090. chartae Gaufridi episcopi super prioratu de Limors. Subscriptum chartae donationis factae monasterio Longipontis a Gaufrido episcopo regnante Philippo 34. Gaufrido Parisiensis episcopo 33. Sigillum apposuit chartae ejusdem Gaufridi pro monachis Majoris monasterii anno 1094. Subscriptum chartae Guillelmi episcopi ecclesiam sancti Christophori canonicis beatae Mariae donantis anno 1097. & quaedam altaria monachis sancti Martini a Campis anno 1098. Memoratur in charta minoris Pastoralis anno 1100. episcopatus Guillelmi V. qui Jerusalem proficiscens, rerum spiritualium administrationem Fulconi demandavit anno 1102. quo testis nominatur transactionis inter monachos Maurigniacenses & sanctimoniales sancti Eligii. Circa id tempus Fulconi Ivo Carnotensis episcopus scripsit epistolam 112. ubi conqueritur quod Paganum quemdam & Hugonem Puteacensem, quos ipse communionem ecclesiae privatos declaraverat, Fulco ad communionem admisit. Guillelmo vero in itinere defuncto, episcopum Parisiensem electum Fulconem diximus col. 54.

XII. Bernerus memoratur in diplomate cessionis ecclesiae de Tornaco factae Fossitenfis monachis anno 1105. episcopatus Galonis I. Servorum commutationem fecit ejusdem anno secundo cum monachis S. Germani a Pratis. Subscriptum anno 1107. litteris Galonis pro monachis sancti Martini, Fossitenfis, & pro libertate famulorum

Chart. LI. col. 43.

*Tonus VII.*

A sanctae Genovefae, & 1108. chartae ejusdem pro canonicis S. Germani. Servis beatae Mariae apud Corbolicum versantibus concessit anno 1109. ut parentes propinquiores sibi invicem succederent, sin minus Parisiensis ecclesiae horum heres heret. Occurrit anno 1110. indicl. IV. in tabulis sancti Florentini. Subscriptum anno 1112. diplomati Ludovici regis de libertate Henrici Lotharingi. Bernero satisfecit Mathildis Viciniensis domina an. 1115. pro injuriis, quas colonis terrae de Viriaco inferbat. Subscriptum Bernerus diplomati Ludovici VI. pro monasterio S. Maglorii anno 1117. Memoratur anno 1119. in diplomate Ludovici regis pro ecclesia Parisiensis. Victorinae domui legitur

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 18.*

*Ibid. p. 20.*

*Ibid. p. 56.*

B Victorinae domui legitur est anno 1122. terram arabilem apud Civiliacum villam. Recensetur eodem anno in privilegio donationis villa de Majorolis ecclesiae sancti Martini coram Gilberto Parisiensi antilite, quod iudicium chirographo muniri per Droconem de Mello archidiaconum Parisiensem. Subscriptum litteris Gerberti episcopi pro ecclesiis B. Mariae, S. Dionysii de Carcere, & sancti Martini a Campis. Bernero decano Ludovici rex concessit an. 1123. regni XVI. dum in manu sua Parisiensis ecclesiae beneficia teneret, unde ecclesia cooperiri posset. Subscriptum eodem anno litteris Girberti pro ecclesia Parisiensis.

Ch. LVIII. & LIX. col. 50. & 51.

Chart. LXI. col. 51.

Ch. LXI. col. 52.

C Atiensium praebuit Stephano episcopo canonicorum anniversaria Victorinis & praebendam unam duobus presbyteris S. Johannis Rotundi concedentis anno 1124. Ludovici 16. pontificatus primo. Bernero decano Ludovici rex anno 1127. consecrationis 20. consuetudines ecclesiae Parisiensis confirmavit, cui & indulgit, ut canonicis regulares nusquam in ea praebendam obtinerent. Sigillum apposuit litteris Stephani donantis ecclesiam sancti Dionysii de Carcere ecclesiae S. Martini Campensis anno 1133. Ipse est, nisi fallor, non vero Stephanus decanus, ut legitur in magno Pastoralis, in excerptis D. de Gagneres in bibliotheca regia asservatis, ut scilicet ingravescente aetate pie & religiose mortem obiret. In necrologio sancti Victoris memoria illius celebratur ad XI. calend. Novemb. Scribitur mortem oppetiisse circa annum 1146. In obituario ecclesiae Parisiensis dies ejus obitus consignatur X. cal. Novembris.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 25.*

Ch. LXX. col. 54.

D qui cum capitulo concessit Stephano de Altovillari & heredibus 100. jugera memoris de Vernoto anno 1138. regnante Ludovico Ludovici filio rege Francorum. Historia Victorina tradit Bernerum circa annum 1139. ad Victorinos secessisse, ut scilicet ingravescente aetate pie & religiose mortem obiret. In necrologio sancti Victoris memoria illius celebratur ad XI. calend. Novemb. Scribitur mortem oppetiisse circa annum 1146. In obituario ecclesiae Parisiensis dies ejus obitus consignatur X. cal. Novembris.

XIII. Bartholomaeus de Senlis ex stirpe illustri ac vetusta Buticulariorum Silvanectensium, Guillelmi domini de Chantilly & Adeline uxoris filius, Stephani Parisiensis episcopi ex fratre nepos, recensetur decanus majoris ecclesiae in instrumento Stephani Parisiensis episcopi, querelem monachorum de Longoponte sopitam significantis: Stephanus autem obiit anno 1142. ut vidimus. Memoratur Bartholomaeus in charta compositionis capituli ecclesiae Parisiensis cum canonicis sancti Victoris anno 1145. cujus originale hoc in archivo asservatur. Una cum canonicis reditus praebendae in ecclesia Parisiensi a Theobaldo episcopo monachis sancti Martini concessae assignavit anno

N ij

1146. Exstat tomo vi. Martennianæ collectionis A col. 223. charta Bartholomei decani Parisiensis donationes ab episcopis & ecclesia Paris. sancto Victori concessas confirmantis. Nomen quoque ejus legitur in chartis Manassis Meldensis episcopi pro monasteriis S. Faronis & S. Faræ. Ad ecclesiam Catalaunensem assumtus fuit anno 1147. ex Alberico.

Prot. hist. Collet. pag. 24.

Ch. LXXX. col. 65.

Prot. hist. Almon. pag. 49.

Ch. LXXXI. col. 66.

Summ. t. 3. pag. 8.

Hist. ecclesie Paris. t. 2. pag. 113.

XIV. Clemens cujus in electione canonicorum animi in varia partium studia discesserunt: Bartholomæo enim ad ecclesiam Catalaunensem evecto, cum non convenient in successorem, honestioribus personis ejusdem ecclesie commissam electionem voluit summus pontifex. Demandata itaque quatuor canonicis hac provincia, unum e se ipsis Clementem elegerunt, virum nec alicujus discretions, nec bonæ conversationis, nec bonæ famæ existentem, prioriem vero ad omne deterris, expertem consilii & auxilii, in omnibus ecclesie necessitatibus pene nullum, sub quo languere potius quam prosperari ecclesia valebat. Sic loquitur de eo Sugerius in epistola ad Eugenium summum pontificem. Electus autem Clemens querelam maximam habuit cum cantore, cui medio in choro stentium turpiter imperaverat. De lata ad summum pontificem causa, quid inde factum sit ignoramus, nisi quod Clementis mentio est in charta Sugerii abbatis pro decina S. Brixii anno 1148. & in concessione facta monialibus Montis Martyrum pro constructione ecclesie in villa, quæ Burgus reginæ vocatur, anno 1152. Per primam ejus nominis litteram designatur in inscriptione epistolæ xi. Adriani IV. 1154. Petrum sancti Maglorii abbatem inter & canonicos S. Mederici factam permutationem testatur anno 1156. Memoratur in litteris Ludovici VII. regis pro immunitate ecclesie Parisiensis anno 1157. Ad preces Mauritiij episcopi donavit anno 1163. cum capitulo, duas domos ad perficiendam viam ante Paravisum ecclesie majoris. Testis nominatur in charta Mauritiij episcopi pro Carolico anno eodem. Insequenti dedit eidem cum capitulo quasdam terras ad censum, annuente Mauritio episcopo pontificatus anno iv. coram Amalrico Silvanectensi episcopo. Eodem anno una cum capitulo dedit litteras de instituto ab Osmundo de Passiaco presbytero in ecclesia S. Dionysii de Passu. De eo in necrologio ad xiv. calend. Decembris: *Obiit Clemens decanus & sacerdos, qui dedit viginti libras Parisiensis monete ad stationem quatuor ferulorum.*

Philippus vero regis Francie Ludovici VII. frater, quem decanum: 1159. scribit Robertus de Monte in supplemento, ubi de ejus in episcopum Parisiensem electione, archidiaconus erat ecclesie Parisiensis, decanusque S. Martini Turouensis, quemadmodum eum appellat idem chronographus, paga de ejus morte anno sequenti.

XV. Barbedaurus, alias Barba aurea, decanus ecclesie Parisiensis & clericus Ludovici junioris regis, ut scriptum legitur in necrologio ecclesie Parisiensis ad xii. calend. Octobris, subscripsit litteris capitulo anno 1168. quibus statutum, ut post obitum cujuslibet canonici lectus cum pulvinari

domui Dei Parisiensi traderetur. Ipsi temporebus orta inter canonicos & episcopum Parisiensem controversia circa redditus decanatus, quando vacare contingeret, ad summum pontificem Alexandrum III. delata est, qui huic negotio commisit Guillelmum Senonensem, canonici vero suo cesserunt jure, sicque composuit litem difficilis ex litteris Guillelmi datis anno 1170. Circa id tempus Alexander III. bulla data Ferentini B. decano & capitulo Parisiensi ejusdem ecclesie libertates & consuetudines confirmavit v. calend. Nov. altera Tusculani pridie idus Decembris eidem B. decano a capitulo statutum auctoritate sua munivit, ut qui per medietatem anni in ecclesie servitio non forent, forisfeci reputarentur, & quatuor tantum de præbenda sua marcas argenti reciperent, iis exceptis qui vel regis, vel papæ obsequiis famularentur. Occurrit Barba aurea decanus anno 1171. in magno Pastoralis. Transegit anno 1173. cum Henrico magno, Arnulfo de Corberon, & Petro Girbout præsentem Mauritio anno 13. Eodem dat Guillelmo terram arabilem de Orliaco, ita ut duos modios frumenti quotannis reddat. Transegit anno 1177. cum Poncio de Gaudain ea conditione, ut sublatis quibusdam consuetudinibus accipiat de grangia, quæ est apud

Hist. ecclesie Paris. t. 7. pag. 139.

C Licricantem, modium unum melioris frumenti, & modium unum melioris avenæ. Subscriptis litteris Simonis de sancto Dionysio datis an. 1178. Ludovici xlii. Mauritiij xix. quibus Simon de consensu capitulo duos sacerdotes instituit in ecclesia S. Dionysii de Passu. Sigillum quoque apposuit suum compositioni habite inter decanum & capitulum Parisiensem cum Drogone de Vitri de molendinis & piscatione anno 1180. Commisit in episcopum Parisiensem super decima memoris communie, de qua cum abbate sancti Maglorii litigabat, sed annis non notatur, sicut nec ipsius mortis, quæ his verbis refertur in necrologio Parisiensi: *xlii. cal. Januarii obiit Barbedaurus decanus & sacerdos, qui dedit nobis ad stationem quatuor ferulorum quinque arpennos vinearum, uno quarterio minus.*

Hidem pag. 115.

XVI. Hervæus de Montmorency de Marly Matthæi I. domini Monmorenciaci filius, adolescens inter clericos ecclesie Parisiensis allectus, postea pervenit ad decanatum. Hujus mentio est in chartis majoris Pastoralis anno 1184. Eodem fundationem capellani ecclesie sancti Thome de Montemagni approbavit. Institutio a Bernardo fratre sacerdote in ecclesia sancti Martini assensum præbuit anno 1185. Recensetur in chartis viarie Andrefaci, Elizabethæ dominæ de Courtenai & de ordinatione matutinalium clericorum factis an. 1186. Domum ad edificandum tertio in ecclesia S. Stephani de Gressibus instituto presbytero liberam in perpetuum concessit anno 1187. Clemens papa III. anno pontificatus primo xvii. calendis Julii 1188. Hervæo, non vero Bernero, ut apud P. du Moulinet in argumento ad epistolam 283. Stephani Tornacensis, Petro cantori Parisiensis ecclesie, necnon Stephano abbati S. Genovefæ, vulgo dicto Tornacensi, mandatum dedit admo-

Hist. Paris. t. 3. P. 40.

obsequeretur, quod cum facere renuisset episcopus, ab ipsis tanquam contumax ab officio episcopali ad tempus remotus est. Buchardi germani testamenti executor Hervæus quædam ordinavit cum fratribus suis anno 1189. Eodem Robertus filius Guillelmi dedit capitulo tertiam partem decimæ de Gunfanvilla. Tertia laudatur in charta Mauricii episcopi anno 1190. pro Maladonenſibus seu monialibus de Bosco. Deputatus fuit a papa cum Petro cantore & Petro decano S. Germani Autifiodorensis in causâ pendente inter monachos sancti Germani Autifiodorensis & Terricum. Abbas & fuit ecclesiæ collegiatae sancti Martini de Montemorenciaci. Defunctus dicitur 25. Martii anni 1192. forte 1191. ut tunc loquebatur. De eo martyrologium ecclesiæ Parisiensis hæc habet: VII. cal. Aprilis obiit Hervæus decanus & sacerdos, qui dedit nobis prata apud Viri, qua acquisivit ad stationem quatuor ferculorum, in qua participes sunt canonici sancti Dionysii de Passy nobiscum. Dedit etiam terram, quam ipse habebat apud Connessiam, ad stationem archiepiscopi Bituricensis & residuum proveniunt ejusdem terra ecclesiæ nomine. Pro quibus Mathæus de Marli frater ejusdem Hervæi dedit nobis 4. libras, & assignavit nobis illas in furno suo, qui dicitur de Malejard & in appenditiis ejusdem furni, & in censu quem habet in clauso Mauvoisin juxta Gallandiam. Itaque quicumque ea tenebit, 40. solidos nobis reddet in Pascha, & alios 40. solidos in festo S. Remigii. Præterea dedit unum arpennum vinearum situm apud Balneolum ad vinum Quadragesime. Dedit etiam pallium, & cappam palli, & tunicam, & albam paratam, & 50. solidos super vineas quas habebat apud Montemorenciacum clericis distribuendos ad matutinas noctibus surgentibus, quas ecclesiæ S. Martini de Montemorenciaci nobis reddidit.

XVII. Michael de Corbeil Reginaldi Parisiensis episcopi frater, canonicus primum fuit & cancellarius hujusce ecclesiæ, ubi magna celebritate litteras sacras professus est, tum decanus Meldensis factus, Laudunenſis tunc erat, cum a concanonicis suis raptus est, & in decanum assumtus, quo nomine approbavit una cum capitulo an. 1191. factam superiore inter Mauritium, archidiaconum ecclesiæ Parisiensis & canonicos Corbolicenses S. Exuperii compositionem. Leguntur in minore Pastoralis alix ab eodem decano datæ litteræ anno 1193. Memoratur in membrana Theſauri regii anno 1195. licet Rigordus ad annum 1194. de eo sic scribat: *Michaël Parisiensis decanus electus est in patriarcham Hierosolymitanam, sed Domino aliter ordinante, revolutis quindecim diebus iterum a clero Senonensi electus est in archiepiscopum assensu regis Philippi & totius populi ejusdem civitatis VII. calend. Maii sequentis in archiepiscopum consecratus. Quantum & qualis in regendis scholis Parisius, & in largiendis elemosinis, & aliis pluribus bonis ante archiepiscopatum fuerit, non est nostra facultatis evolvere.* Michaeli Jerosolymitanæ sedis electo scripsit epistolam J. Liddenſis episcopus, quam habes tomo secundo Miscellan. Baluzii pag. 242.

XVIII. Hugo I. Clementis filius ex Herſinde Roberti Clementis toparchæ de Mees le Mareſ-

chal in pago Valſinenſi, qui sub Philippo augusto præcipuus fuit regni adminiſter, frater autem Alberici & Henrici mareſcallorum Franciæ, abbas S. Exuperii Corbolicenses, ecclesiæ sancti Stephani de Gressibus ad cathedralem ecclesiæ pertinenti præerat, quo tempore Amicus tertium inſtituit in eadem ecclesiæ præbendam, & Mafcelina quartam. Michaële vero ad ecclesiæ Senonenſem assumto, cum varia semper essent canonicorum vota, ad summum pontificem itum est, qui judices dixit episcopum Carnotenſem & abbatem caſtri Nantonis. Pars itaque tam merito quam & numero major decanum elegit Hugonem Clementis, juvenem morum honestate & litterarum institutione clarum, cujus quidem electio Innocentio III. probata fuisse videtur, nam chartæ anno 1195. datæ cum Petro præcantore, Mauritio archidiacono, aliisque canonicis subscriptus legitur Hugo decanus. Anno 1196. litteras dedit quibus significat regem Philippum capitulo Parisiensis concessisse, ut domum construerent juxta parvum pontem. Subscriptus eodem anno chartæ quam Mauritius episcopus scripsit pro decima de Caſtano. Arbitr electus an. 1196. litis que inerat inter abbatissam Calensem & episcopum archidiaconumque Parisi super jurisdictione monasterii, sententiam cum collegis tulit anno 1197. Hujus quoque memoria est in charta data hoc anno ab Odone episcopo de ventis, numeragio & jurisdictione in terris de Vitri. Una cum episcopo & canonicis solemniter peragi inſtituit festa Circumcisionis anno 1198. & sancti Stephani 1199. Subscribit anno 1200. chartæ, qua Robertus comes Drocentis confirmat venditionem eorum, que Avelina mulier habebat apud Vitriacum, ecclesiæ Parisiensis. Motam cum Friderico de Musteriolo discordiam super quadam villa, quam Fridericus in memoribus Parisiensibus in potestate de Verno juxta forgiæ edificaverat Hugo decanus, in Th. comitem Trecentem compromisit, qui rebus discussis declaravit anno 1200. nullum ibi jus unquam habuisse Fridericum, & prohibuit ne in illis memoribus extirpare quidquam amplius præferret, extirpataque jam terras propriis sumibus excolerent canonici.

Anno eodem rex Philippus immunitatem & libertatem ecclesiæ & caſtri Parisiensis concessit. Occurrit Hugo anno 1201. in instrumento cessionis Simonis de Piffaco militis pro his que possidebat apud Orliacum. Dedit Galtero juniore filio Galteri camerarii 240. arpenta nemoris capituli siti inter Macheolum & Verno ex litteris Philippus regis datis anno 1202. Ipsi vero Guido largitus est an. 1203. decimam de Gussenvilla. De ipsius canonicorumque assensu quædam circa ecclesiæ S. Stephani de Gressibus statuta sunt anno eodem in capitulo, cui præerat Hugo, qui compositionem fecit cum Guillelmo priore S. Martini de Campis pro quibusdam decimis. Huic Gaucherus de Castione dedit & capitulo anno 1204. jus griagii in terra beate Mariæ inter Nâs & Montemgaum. Subscriptus statuti ab Odone episcopo pro canonicis S. Marcelli & Campellenſibus anno 1205. Eodem permutationem hominum suorum fecit cum ecclesiæ Fossatenſi. Judex delegatur a summo

Diplom.  
pag. 234.

Ch. xcvi;  
col. 76.

Ch. xcvi;  
col. 77.

Ch. xciii.  
col. 76.

Chart. C.  
col. 79.

Hist. Paris.  
t. 3. p. 41.

pontifice mense Octobri 1206. inter Nicolaum abbatem sancti Johannis in valle Carnotensi & Guillelmum de Leugis. Recensetur in charta Odonis de Soliaco novallia capitulo donantis mense Augusto 1207. Judex a sede apostolica delegatus est mense Martio 1208. controversie inter abbatem S. Johannis in Valleia & Willelmum de Garne. Eadem auctoritate terminavit causam que vertebatur inter ecclesiam S. Victoris Parisiensis & canonicos S. Melloni Pontifarenfis super distributionibus matutinalibus anno 1209. Scripsit eodem cum Petro Parisiensi episcopo litteras ad sedandam contentionem, que oborta erat inter canonicos & capellanum sancti Exuperii Corboliensis. Deputatus a summo pontifice terminavit cum eodem episcopo eodemque anno causam que agebatur inter Meldensem electum, canonicos, & Resbacensem abbatem super jurisdictione ejusdem monasterii. Cum eodem episcopo & capitulo Parisiensi scripsit anno 1210. litteras per missa capicerium. Petro episcopo arbiter adjudicavit dominium terræ de Prunoy adversus Willelmum Marmetel militem mense Decembri. Composita est mense Januario anni ejusdem, nunc sequentis, per Gaufridum Meldensem episcopum, Michaëlem decanum sancti Marcelli & Fr. Guarinum de dono regis electos arbitros causa que agitata erat inter Petrum episcopum Parisiensem, Hugonem decanum, capitulum Parisiense, Guillelmum archipresbyterum S. Severini, & Johannem abbatem & conventum S. Germani a Pratis, & Radulfum presbyterum S. Sulpitii de jurisdictione territorii sancti Germani a Pratis: arbitratorum autem sententiam approbavit mense Junio 1211. Hugo, cui & capitulo B. comitissa Trecentis facultatem fecit extirpandi, & ad terram arabilem reducendi omnia nemora pertinentia ad preposituram Roseti, ibidemque si libuerit, villam, seu villas vel domos construendi mense Mart. 1210. Arbiter a summo pontifice delegatus monachos Fossatenles cum hominibus de Mansionibus concordavit anno 1211. Querelam habuit per decima de Fraxinis cum ecclesia sancti Honorati, cujus arbiter electus Petrus episcopus unicusque quod suum erat adjudicavit mense Martio anni ejusdem aut sequentis. Adam de Cellis miles ecclesie Parisiensi dedit an. 1212. quiddid habebat in grangia de Traverco coram Hugone decano, qui scripsit litteras anno 1213. pro matricularis de ordinatione cereorum in panna chori. Occurrit eodem anno in litteris anniversarii Roberti capellani. Cum autem apud Blancham comitissam Trecentem conquisitus esset super infractione ville sue, & domus, & mercati sui de Roseto, & super amputatione pedis servientis, delegati sunt auctoritate apostolica M. episcopus & F. decanus Aurelianensis, qui sententiam ferrent, judicatumque fuit reos hujusc infractionis per comitissam cogendos esse, ut a S. Leofredo usque ad ecclesiam Parisienses & capitulum Parisiense discaleati & in pura tunica venirent, decemque marcas argenti pro emenda persolverent, quod & factum est an. 1214. de quibus omnibus datæ sunt litteræ mense Febuario anni 1215.

A Denique recensetur Hugo in statuto de preposituris, aliisque capituli redditibus anno 1216. eodemque mense Decembri in archivis Fossatenles monasterii. Fundavit cum capitulo mandatum pro 13. pauperibus singulis diebus Quadragesimæ faciendum usque ad feriam v. in Cena Domini, Dominicis exceptis. Ad Hugonem scripsit Stephanus Tornacensis episcopus 209. Obiit 7. Jan. anni exeuntis 1216. quem nunc 1217. appellamus, qua die celebris est illius memoria in necrologio & martyrologio ecclesie Paris. his verbis: VII. idus Januarii de domo S. Mariæ obiit Hugo Clemens decanus noster & sacerdos, per cujus sollicitudinem & providentiam ecclesia nostra tam in spiritualibus, quam in temporalibus plurima incrementa recepit. Ad hujus enim consilium & preces communi assensu capituli ordinatum est & statutum solenne illud mandatum Quadragesimæ, in quo singulis diebus a secunda feria post Invocavit nec, usque ad quintam feriam in cena Domini, solis diebus Dominicis exceptis, a ministris altaris, videlicet sacerdote, chano & subchano in refectorio abluuntur pedes tredecim pauperum, & singulis eorum, necnon & eislem ministris altaris quotidie quatuor denarii distribuuntur; unicuique puerorum unus denarius; & utrique duorum servientium, qui equam preparant pedibus abluendis, tres denarii. Procuravit subtiliter & devote quod festum Domini Johannis apostoli & evangeliste post Nativitatem Domini, quod prius negligenter & joculariter agebatur, solemniter & devote celebraretur in dicta ecclesia nostra, in quo singuli clerici chori nostri, qui eislem matutinis intererant, tres denarios percipient, & quilibet clericorum, qui ad missam responsorium vel alleluia in organo triplo vel quadruplo decantabat, sex denarios habebit. Instituit etiam duo anniversaria in ecclesia nostra pro patre & matre, in quibus distributiones sunt, sicut in hoc eodem volumine plenius continetur, & ad hæc omnia sciencia de suo proprio ecclesia nostre misericorditer assignavit & contulit quiddid emit in parochia Liricanti, tam in hospitibus quam in aliis a Berthramno & regina uxore sua. Dedit etiam tres arpennos & dimidium vinearum quas plantari fecerat in terra quam acquisivit apud Halmeiam, & torcular suum in eisdem vineis cum pressura vinearum, que sunt in censura B. Mariæ, pedulivum etiam, & rotaticum ipsius loci, & censum, & venditiones pratorum qua ibidem similiter acquisivit. Dedit præterea campi partem terræ, & hospites, & censum, qua ipse & Odo archidiaconus frater ipsius emerunt a Gathone de Bordeslis & heredibus ejus. Ad hæc etiam dedit & concessit de voluntate & assensu capituli quiddid emit apud Spedonum in terra B. Mariæ a Radulfo Brotesalre & heredibus suis, tum in vino quam in blado, censu, caponibus & aliis. Instituit quoque anniversarium fratrum suorum, videlicet Roberti & Henrici marecalli, & redditus assignavit in habitis Liricanti, quos singulis annis persolvit in eodem anniversario quicumque fuerit prepositus Liricanti. Dedit etiam nobis unam casulam cum dalmatica, & tunica, & duabus albis paratis, & unam cappam sericam. Præterea ad incrementum vini Quadragesimalis nobis quadragesima libras, & ad amplificandus redditus clericorum matutinalium alias quadragesima libras contulit.



*Adhuc etiam tam apud Liricantem quam in claustrum nostro de suo aedificia magna & sumtuosa construxit.*

XXIX. Stephanus I. jam decanus erat an. 1216. mense Februario, cujus nomen signatur mense Aprilis anni 1217. in charta de anniversario Willelmi Meldensis episcopi in ecclesia Parisiensi, cui decimam omnium novalium in terra de Roseto cesserat Willelmus, cujus Dei gratia anniversarium episcoporum Meldensium perpetuo in Parisiensi ecclesia celebrandum spondet capitulum. Scriptit eodem anno litteras pro Garino de Moncello & Agnete ejus uxore, qui in ecclesia Parisiensi capellanum dotaverunt ad altare sanctæ Catharinæ ad collationem capituli. Memoratur & in instru-

*Hist. ecclesie Paris. t. 2. pag. 261.*

*Hist. Paris. t. 3. p. 42.*

*Ibidem.*

mento pro præbenda S. Stephani de Gressibus. Ratum habuit inquisitionem factam de novalibus dioc. Paris. an. 1219. Occurrit eodem in scheda Pastoralis pro Alnovillani, diplomate unionis præbendæ presbytero parochiali ecclesiæ S. Mederici, in charta Barbelli & in donatione facta a Nicolao cathero cathedralis capitulo. Quædam anno eodem statuta recenset mense Aprilis pro canonicis sancti Stephani de Gressibus. Hunc Guillelmus episcopus investivit anno 1220. mense Martio de tota decima de Ciconellis & grangia, quas a Petro Buignelle milite emerat capitulum. Ipsi quoque & capitulo attribuantur scripta hac tempestate statuta pro nosocomio Parisiensi, quæ habes in hist. ecclesiæ Parisiensis tomo secundo pag. 482. De eone intelligendum necrologium Parisiense: *v. cal. Septembris obiit Stephanus de Remis decanus & sacerdos!*

Hicæ temporibus Aldobrandinus Cajetanus cardinalis titulo S. Sufannæ, qui electioni de se in episcopum Parisiensem factæ assentiri renuerat, Sabiniensis episcopus consecratus, præbendam, quam in ecclesia Parisiensi obtinebat cum retinere nolisset, hanc Jacobo Aldobrandini ex Johanne Cajetano germano nepoti contulit Honorius III. summus pontifex idibus Aprilis pontificatus anno quinto.

*Ch. cxxi col. 92.*

XX. Galterus filius Simonis Cornut, domini Villenove prope Monasteriolum oppidum, & Henrici Clementis Franciæ marescalli ex sorore nepos, a teneris in ecclesia Parisiensi enutritus, cum inibi theologiam multos annos magna cum laude docuisset, juris civilis & canonici doctor insignis effectus, canonicus Parisiensis, elemosynarius regum Ludovici VII. & Philippi II. & archidiaconus Cameracensis, post mortem Petri ad Parisiensem cathedram a pluribus canonicis adlectus, hanc quomius assequeretur ab Honorio III. prohibitus est. Postea in locum Stephani decanus successit, testis hoc nomine laudatur in documento sodalitates sancti Augustini in ecclesia Parisiensi 1221. mense Decemb. Anno sequenti reperitur illius nomen in tabulis Fossatenibus & in concordia pacis Philippi regis, Willelmi episcopi & capituli. Novam testatur in ecclesia S. Stephani de Gressibus institutum præbendam mense Decembris anni 1222. Nomen ejus occurrit in charta majoris Pastoralis, quam scripsit cum capitulo anno 1223. quo cum summo pontifice reconciliatus, ad sedem assumptus est Senonensem,

*Ch. cxxii col. 91.*

ut dicemus postea. Necrologium ecclesiæ Parisiensis ejus elogium hi habet verbis: *xlii. cal. Muii obiit reverendus pater Gualterus Senonensis archiepiscopus, qui in primæva ætate est nutritus Parisius, post in decanum est promotus, & tandem in archiepiscopum sublimatus. Cujus anniversarium capitulum nostrum celebrari instituit ob plurima beneficia & incrementa, quæ huic ecclesiæ per ejus sollicitudinem & industriam obtulerunt, in præpositura maxime de Vernoto & de Roseto, in qua ipse & magister Albericus frater ejus tunc canonici nostri viginti arpenta terra quam habemus in bosco Venule, nobis dederunt.*

XXI. Hugo II. subseripsit litteris cessionis decimæ de Bernolio apud Melodunum datis anno 1225. ex Sammarthanis.

XXII. G. decanus Parisiensis, J. cantor, & P. succentor delegati a summo pontifice in causa inter archiepiscopum Rotomagensem & Gilonem, de Vineolis super ecclesia S. Remigii, secundum archiepiscopum judicaverunt anno 1225. in octavis Epiphaniæ, modo 1226. ex archivis archiepiscopatus Rotomagensis: *Archa B. tabul. 2. pag. 5. Decanatus Augiensis.*

XXIII. Ernaudus de Curvavilla jam memoratus anno 1223. mense Martio a Gerardo du Bois hist. ecclesiæ Parisiensis tomo secundo pag. 333. occurrit anno 1226. in tabulario sancti Faronis, & 1227. quo obiit. De eo martyrologium sic: *xvi. calendas Martii obiit magister Ernauldus de Curvavilla, qui dedit nobis quinquaginta libras Parisienses postas in emtione decimæ de Ciconellis.*

XXIV. Philippus de Nemours Urbi camerarij regis, domini de Bercy filius, Parisiensis, Noviomensis & Meldensis episcoporum ex fratre nepos, Ernaldo statim subrogatus decanus confirmavit cum capitulo initam inter B. Parisiensem episcopum & canonicos B. Mariæ Corbolicensis super debita ipsi procuracione compositionem mense Junio 1227. Una cum capitulo Parisiensi scripsit ad summum pontificem Gregorium IX. ut conquereretur de legato apostolico decimam quamdam exigente a viris ecclesiasticis, quod illi impatienter ferebant. Epistola sic incipit: *Si populo suo reservasset Dominus alterum Jeremiam . . . non tantum quadruplici sed multiplici, si posset, plangeret alphabeto, &c.* Papa nihilominus iussit solvi decimam, ut liquet ex ejus epistola ad juniorem regem sanctum Ludovicum datam 13. Novemb. 1227. Paucò tempore gessit decanatum factus Catalaunensis presul anno 1228. ut auctor est Albericus: *E. Apud Catalaunos transacto biennio electus est in episcopum decanus Parisiensis Philippus, & in instanti Remis consecratus est, cujus pater dicitur Ursus camerarius regis, frater Galteri junioris, & habuerunt fratres episcopos tres supra nominatos Parisiensem, Noviomensem & Meldensem.* De eo in necrologio ecclesiæ Parisiensis ad vi. idus Aprilis: *Obiit bonæ memoriæ Philippus Catalaunensis episcopus, quondam decanus Parisiensis, &c.*

XXV. Johannes H. de Provis decanus Parisiensis ex Alberico Romæ consecratus in episcopum Aconensem post Jacobum de Vitricio

cardinalem Tufculanum, sed mare traufius infra A biennium e vivis exceffit, teffe eodem Alberico, in cujus pontificatum fuffectus Rodulfus Tornacensis.

XXVI. Giraudus Johannis fuffeffor decanatus officio fungebatur anno 1228. quo fubfcriptus legitur in tabula Philippi de Roiffy, & in altera venditionis eidem factæ a Giloue de Roiffaco milite apud Laiacum. Commutationem fecit cum Odone abbate S. Dionyfii mense Julio 1229. Memoratur G. decanus Parifienfis mense Febr. ejuſdem anni, qui nunc 1230. in chartis Gemeſiensibus. G. iterum decanus cum capitulo fanxit anno eodem capellanus eccleſiæ beate Mariæ reſidentie legi eſſe obligatos: decretum ex minore Paſſorali deſcriptum habes in hiſt. eccleſiæ Parif. tomo ſecundo pag. 345. Creatus inde Giraudus epifcopus Aginenſis, quædam pro anniverſario ſuo legavit capitulo Parifienſi anno 1232. ut videre eſt tomo ſecundo col. 915, unde illius meminit hujuſdem eccleſiæ necrologium his verbis: *V111. idus Julii obiit Giraudus epifcopus Aginenſis, quondam decanus noſter, qui dedit nobis quatuor arpenta vinearum in cenſura noſtra apud Laiacum ſita, ita quod Johannes & Heimericus nepotes dicti Giraudi quando vixerint, vel alter eorum, prædicta quatuor arpenta tenebunt.*

Guillelmus vero de S. Matre eccleſia, quem Giraudus ſupponit Sammarthani, non ex Parifienſi, ſed ex Abrincenſi decano fit ejuſdem eccleſiæ epifcopus anno 1236. ita chronicon Savignienſe. An fuerit antea Parifienſis decanus, nulla adhuc auctoritate patet.

XXVII. Lucas de Lauduno, cujus nomen ſolummodo per L pluribus in chartis expreſſum, errandi anſam præbuit iis qui vel Lambertum, vel Ludovicum legerunt. Lucas igitur canonicus & ſenator Parifienſis, factus decanus una cum Alberico ejuſdem eccleſiæ canonico & decano ſancti Martini Turonenſis de mandato capitulo de Vernoti nemore cum Theobaldo comite compoſuit mense Decembri 1233. Una cum capitulo memora apud Roſetum & Venotum Alberico conceſſit anno 1232. Ejuſdem fit mentio in tabulario Parifienſi anno 1233. Foſſatenſi 1236. & in aliis membranarum Parifienſibus 1244. Tranſegit cum abbate S. Dionyfii mense Julio 1246. Commutationem fecit cum Guillelmo Parifienſi epifcopo mense Maio 1248. Mortuum vult Lucam anno ſequenti Gerardus du Bois, a nullo fundamento: fatetur enim ipſe pag. 422. Dominicanorum negotium adverſus Academicos Luçe canonico & decano Parifienſi commiſſum anno circiter 1252. aut 1253. qui acceptis litteris ſtatim Academicos ſuſpenſos declaravit. Reperitur anno 1254. in chartulario Pratenſi, & in ſtrumentis hiſtoricis Parifienſis leguntur litteræ L. decani & capitulo Parifienſis quædam cedentium canonicis S. Stephani de Greſſibus die Jovis ante Purificationem anni 1257. Ratam habuit cum capitulo mense Decembri 1258. compoſitam a Johanne Parifienſi archidiacono & Luca canonico arbitris electis controverſiam inter Henricum ſucceſſorem & Nicolaum de Senis ortam & com-

*Hiſt. eccleſiæ  
Parif. t. 2.  
pag. 176.*

*T. 3. p. 45.*

munitatem Judæorum ſuper quadam domo & cæmeterio. Cum Radulfo archidiacono a Reginaldo epifcopo deputatus capellam ſancti Judoci in parochiam erigit mense Aprilii 1260. Huius mentio eſt in necrologio ad 111. calend. Martii: *De domo B. Mariæ obiit magiſter Lucas decanus & ſacerdos.*

Circa id tempus Ottobonus Flifcus cardinalis, poſtea papa Adrianus V. erat canonicus Parifienſis, ut eſt in necrologio 111. nonas Auguſti.

XXVIII. Guillelmus I. de Valle Grignofa, cui inter alios Ludovicus rex commiſit negotia Judæorum, ut conſtat ex litteris ejuſdem datis B menſibus Novembri & Aprilii an. 1260. eodem memoratur mense Julio in ordinatione facta pro clericis matutinalibus. Moniales de Footello & monachos de Valle inter fe diſceptantes compoſuit mense Maio 1261. Scriptis litteras cum capitulo anno 1262. de donatione facta noſocomio Parifienſi a Reginaldo epifcopo. Arbitrari cum aliis duobus fecit eodem anno conventionem cum G. abbate S. Germani pro lite quæ inter abbatem, conventum S. Germani a Pratis & honiueſ de Caſtanelo intercedeſſe. Occurrit adhuc mense Decembri 1263. ipſe vero aut ſuffeffor, deſignatur enim prima tantum nominis littera G. die C Sabbati poſt Dominicam *Latare Jeruſalem* terram Tarœne vendidit cum capitulo Petro de Bellomonte anno 1263. modo 1264.

XXIX. Gaufridus I. de Pontchevron anno 1264. una cum capitulo eccleſiæ Parifienſis tranſegit cum hominibus de Balneolis. Teſtis anno 1265. in charta Philippi Simonis Majoris de Roſeto. Memoratur eodem anno in ſtrumento eccleſiæ S. Stephani de Greſſibus mense Julio. Præſens adſuit clientelæ quam Johannes, dictus de Damiete, filius Ludovici regis apud epifcopum Parifienſem profeſſus eſt pro dynastia Montifgazi anno 1266. Gaufrido Clemens IV. ſcriptis pridie calendis Auguſti pontificatus anno ſecundo, ut Odoni de Corpelay legatas in ſubſidium terre ſanctæ centum libras tradi faceret. Compromiſit mense Februario anno 1266. cum Johanne de Aurelianis priore de Diogilo pro tertia parte decimæ de Sarcellis. Aderat anno 1268. cum Stephanus Tempore eccleſiæ Parifienſis poſſeſſionem iniiit, juramentumque fecit eccleſiæ jura ſe ſervaturum die Dominica ante feſtum ſancti Dionyfii. Eidem epifcopo fidei clientelam reddidit apud S. Victorem die Lunæ poſt octavas S. Martini hyemalis pro decanatu ſuo & pertinentiis, ſalvo jure capituli. Adſiit an. 1269. clientelæ comitis E Bleſenſis pro caſtro de Gornio. In majore Paſſorali reperiuntur litteræ, ex quibus apparet fundatum a Gaufrido anniverſarium *de viginti ſolidis Parifienſibus annuis augmentati cenſus apud Orliacum entis ab Odone de Civitaco, pro anniverſario Gaufridi decani Parifienſis anno M. CCLXIX.* Ratam habuit cum capitulo eodem anno in quod ſuper tranſlatione eccleſiæ & juris parochialis ac exemptione monaſterii de Gerçaco a jure parochialis, necnon ſuper eccleſia de Gerçaco dicto monaſterio concedenda factum eſt, ſalvis epifcopi & archidiaconi juriſdictione & alio quolibet jure. Inſtituit

*Chart. CXLIX.  
col. 112.*

*Hiſt. Parif.  
t. 3. p. 46.*

*Chart. CXL.  
col. 113.*

*Annot. 1. 2.  
col. 369.*

Hist. Paris.  
t. 3. p. 47.

Instituit mense Jan. cum capitulo capiceriam in ecclesia S. Stephani de Gressibus. Controversiam que vertebatur inter Theobaldum de Messis Johannamque ejus uxorem ex una parte, & Johannetum illius dominæ nepotem ex altera, arbiter definivit anno 1270. die festo sanctorum apostolorum Philippi & Jacobi. Nominatur eodem anno in causa que acta est inter decanum & capitulum Parisiense & homines de Roseto. Memoratur anno 1271. in ordinatione capitulari pro ecclesia sancti Mederici, eodemque anno mense Novembri in chartis Becci. Celebratur pariter ejus nomen in litteris datis die Jovis ante Purificationem anni 1273. in libro nigro. Hoc autem anno cum Johannes de Soliaco Bituricensis archiepiscopus è vita decessisset, Gaufridus in ejus locum electus est, sed mors prohibuit quominus consecrationem reciperet. Hujusce electionis meminit Nangius in gestis Philippi III. regis Francorum, & in chronico ad annum 1273. *Johannes de Soliaco Bituricensis archiepiscopus obiit. post quem electus est magister Gaufridus de Pontchevron decanus Parisiensis, sed nec confirmatus, nec consecratus defunctus est.*

Du Chesne  
tom. 5. pag.  
328.  
Spicil. tom.  
x1. p. 563.

24. Decemb. 1274. ubi in necrologio legitur: *v1. cal. Januarii obiit Gaufridus de Pontchevron decanus Parisiensis, & concorditer electus Bituricensis.* De eo quoque intelligenda videntur martyrologii Parisiensis verba: *xvii. cal. Junii obiit Gosfridus sacerdos & decanus.*

XXX. Gaufridus II. quem Ciaconius de Barbo cognominat ob familie stemma, in quo barbo seu barbatuli pisces spectantur, alii de Barro, è civitate ad Sequanam inde oriundus dicitur, doctor theologus, S. Quintini decanus, canonicus & archidiaconus ecclesie Parisiensis, officialis erat anno 1267. cum ob liberos & impunitos dimissos servientes suos, qui scholasticos plagis & vulneribus affecerant, a legato sedis apostolicæ magistratu quem gerebat abire jussus est, & ad triennium è civitate Parisiensis expulsus. Quæ quidem sententia ab eodem legato postmodum rescissa est, cujus auctoritate nec ex urbe, nec è magistratu abiit Gaufridus, juramento pollicitus se nullum ex reis in familiam admitturum, imò facturum quantum posset, ut comprehenderentur & darentur poenas. Hunc Robertus de Sorbon heredem suum testamento anno 1270. condito instituit in die sancti Michaelis. Ex archidiacono ad decanatum ecclesie Parisiensis adlectus anno 1273. clientelam pro nova hac dignitate professus est. Scripsit litteras anno 1274. quibus hereditatem omnem quæ sibi obveniat ex supremis Roberti hoc anno demortui tabulis transitit ad domum pauperum magistrorum, iis tamen conditionibus quibus ipse teneretur, si hereditatem suscepisset. Occurrit anno 1275. in libro nigro ecclesie Parisiensis, & an. 1276. in Quadragesima in chartis Becci. Memoratur anno 1278. mense Aprili in chartulario Fossatensi, & mense Januario 1280. in tabulario sancti Faronis. Purpura decoratur a Martino IV. summo pontifice x. calend. Aprilis 1281. tituloque sancte Susannæ insignitur. Rebus humanis exemptus Romæ ex peste die 21. Augusti anno 1287. sepelitur in basilica S. Praxedis cum

Tomus VII.

A hoc epitaphio: *Ego Gaufridus de Barbo quondam tituli sancte Susannæ presbyter cardinalis, credo quod Redemptor, &c.* Ejus obitus notatur in necrologio Parisiensi his verbis: *xix. cal. Septemb. de domo S. Mariæ obiit Gaufridus de Barro tituli sancte Susannæ presbyter cardinalis & decanus nosler, qui dedit medietatem cujusdam molendini, qui vocatur Coillom apud Sacy in censura capituli Parisiensis.*

XXXI. Nicolaus I. anno 1293. scripsit litteras de admittendis in domo Dei lex fororibus, quarum Gila ejus neptis una erat. Biennio post Bonifacius VIII. qui in ecclesie Parisiensis sinu fuerat enutritus, bulla ad capitulum Parisiense data **B** *xvi. cal. Januarii pontificatus anno secundo, præcepit ut decanus, cantor & cancellarius ecclesie Parisiensis residere personaliter in ecclesia tenerentur, nec nisi per duorum mensium spatium abesse ab ea iis liceret, de quotidianis distributionibus nihil tunc preceperunt.*

XXXII. Johannes III. cujus occurrit mentio in libro nigro ecclesie Parisiensis anno 1297. die Veneris ante festum sancti Bartholomæi, scripsit litteras anno 1298. de modo recipiendi forores in domo Dei. Datis anno 1300. litteris una cum capitulo testatur se vidisse testamentum Gaufridi de Giemmo canonici & penitentiarii Parisiensis.

**C** Idem liber illius meminit annis 1301. & 1302. Memoratur in charta data die Veneris ante festum S. Johannis Baptiste, & die Mercurii post Cathedralam S. Petri anno 1303. Occurrit adhuc annis 1304. & 1305. In necrologio legitur: *idibus Junii obiit Johannes subdiaconus & decanus.*

XXXIII. Petrus I. de Belle-Perche mediocri loco natus in castro Belle perlice, quod provincie est Borboniensis, canonicus Carnotenis & Bituricensis, Francorum regis Philippi clericus, sui temporis jurisconsultus insignis & scriptis clarus, consiliarius regis in Parlamento, Montrolium ad mare anno 1299. & cum Egidio Narbonensi archiepiscopo missus est Ambianum anno 1302. pro pace incunda Gallie reges inter & Angliæ. **D** A Philippo rege deputatus est ad Benedictum XI. an. 1304. de promotione gratulaturus, regnumque & ecclesiam Gallicanam ei commendatur. Dicitur Parisiensis decanus an. 1305. in autographo tractatus regis cum archiepiscopo Lugdunensi pro justitia, ex chartis regii thesauri reg. 16. & in vita Clementis V. scripta per Johannem a sancto Victore canonicum. Inde creatus est episcopus Autissiodorensis an. 1306. regisque sigillifer mense Octobri anni ejusdem ex Johanne Victorino. Parisiis decessit anno 1308. hodierno more, die 17. Jan. sepultusque est in ecclesia majore Parisiensi ad pulpitem cantorus sui aequum cum epitaphio.

**E** De eo in martyrologio ecclesie Parisiensis ad xv. cal. Febr. legitur: *Obiit D. Petrus de Bella Perlica Autissiodorensis quondam episcopus, & dudum Parisiensis decanus, qui dedit nobis pro anniversario suo annis singulis faciendo 200. libras bonorum Parisi.* Ubi observandum, inquit Baluzius, in hujusce modi libris ecclesiasticis, necrologiis, obituaris, &c. non semper intelligendam diem ipsam qua mortui fuerit ii quorum mortes illic adnotantur, sed aliquando diem qua anniversaria eorum memoria

Not. in vit.  
Pap. Aven.  
tom. 1. cal.  
587.

Hist. ecclie.  
Paris. t. 2.  
pag. 416.

celebratur. Alioqui enim mendosum esset in hoc A necrologium istud ecclesie Parisiensis.

XXXIV. Rogerius de Armignaco Petri in locum cooptatus decanus haud plures annos hunc magistratum gessit: anno enim 1308. decanatu se sponte abdicavit, abdicationisque litteras tradidit in manibus Clementis V. qui continuo capitulo ecclesie Parisiensis fecit potestatem alterum subrogandi. Attamen in libro sententiarum Inquisitionis Tolosane legitur Rogerius de Armignaco decanus Parisiensis praefens sententia: ibidem late 1310. nonis Aprilis Dominica in Passione Domini, ubi forte dicitur decanus, quia hanc prius obtinuerat dignitatem. Orta inter episcopum, decanum & capitulum ob homicidium perpetratum contentio commissa ab utraque parte est Petro de Gressibus cantori, Simoni de Guiberville cancellario, & Hugoni de Bizuntio canonico Parisiensi, qui secundum capitulum eodem anno judicarent. Rogerius autem idem fortasse est ac qui postea Vaurensis anno 1318. & post Lectorensis episcopus fuit.

XXXV. Simon de Guiberville sacrae paginae doctor, vir prudens & circumspexus, collegii cardinalitii primus magister, ecclesie Parisiensis cancellarius, a canonicis per compromissi viam decanus electus est die Martis post festum hiemale S. Nicolai anno 1308. ut constat ex litteris capituli ad episcopum, quem ut ad ecclesiam Parisiensem electionem confirmaturus accedat rogat. Simon vero ita electioni consentit, ut non propterea cancellarii officio cederet, si quis forte huic suae electioni intercederet. Creatus jam ab anno 1304. cancellarius, nominatus fuerat in partitione praebendarum anno 1307. cum Hugone de Bizuntio, Michaele de Becco cardinali, Francisco nepote Bonifacii VIII. cardinali, Johanne Monacho cardinali, Radulfo de Roletto penitentiario & aliis canonicis. Insequenti arbiter electus est litis inter episcopum & capitulum de qua diximus in superiore. Factus decanus anno 1308. memoratur in charta morticinii pro parochia de Vernoto, & 1310. in tabula supremae rationum curiae. Scripsit litteras 29. Martii anno 1313. de anniversario Stephani de Susiaco cardinalis, & 1319. mensis Julio de testamento Radulphi de Roletto canonici & penitentiarii ecclesie Parisiensis, qui in ecclesia Parisiensi capellam inlignerat & dotaverat. De eo necrologium sic: *Anno Domini 1320. die Martis post translationem beati Benedicti aestivali mense \**

*Julii obiit bonae memoriae magister Simon de Guiberville, doctor in theologia, olim cancellarius & post decanus Parisiensis ecclesiae, qui legavit nobis ad opus anniversarii sui singulis annis, &c.*

XXXVI. Amisus de Ratif Aurelianus natus, unde cognominatus de Aurelianus, magister requestarum, archidiaconus erat Aurelianus ecclesiae anno 1309. cum Clemente V. summus pontifex huic mandavit, ut reservationem ab ipso factam post obitum Stephani Senonensis archiepiscopi in ecclesia Senonensi solemniter publicandam curaret 1x. cal. Maii pontificatus anno quarto. Delegatus est anno 1314. a Philippo rege, qui cum cardinalibus de electione summi pontificis post mortem Clementis V. ageret. Missus est ab eodem Aven-

an. 1317. ut de tollenda Aureliani academia cum Johanne papa XXII. conferret, quo quidem in negotio pro rege & pro patria rem bene gessit. Cum huic in legationibus quantum ingenio & industria valeret satis ostendisset, decanus Parisiensis ecclesiae adlectus est, quo nomine cum capitulo Parisiensi scripsit statuta anno 1321. super distributionibus matutinarum & anniversariorum, in crastino festi B. Martini hiemalis. Delegatus fuit anno eodem a Philippo Pulcro, ut quaedam bona Johanne reginae post obitum regis assignaret. In causa divortii Caroli IV. & Blanchae reginae notarium apostolicum egit, ut habent litterae Johannis XXII. datae anno 1322.

Amisus decano ex libro nigro statutum fuit in capitulo generali an. 1325. in crastino festi nativitatis B. Johannis Baptistae, quod aliqui de ecclesia Parisiensi non delectat sotosales consuetudines, seu ad laqueos aut caligas alterius coloris quam nigri, & quod non hatur ad taxillos, & quod non fiant lusus inhonesti & confabulationes in ecclesia dum celebrantur divina. Vocatur in canera rationum mandato Philippi Valesii, cum Gaufrido de Plesficio sedis apostolicae protonotario & Johanne de Divione peritis in facto cancellariae ad ordinationem magni sigilli regis 17. Januarii 1328. Scripsit litteras anno 1329. cum capitulo ecclesie Parisiensis de status sodalitates hospitalis sancti Sepulchri Jerosolymitani fundatæ eodem anno in vico sancti Dionysii die Jovis in festo Exaltationis sanctae Crucis. Compositionem quoque fecit cum episcopo de iuribus, de quibus inter se dissidebant ratione hujus fundationis, quam confirmavit Johannes XXII. nonis Augusti pontificatus XIII. Adhuc Samaritani fieri illius mentionem in alio diplomate anno 1331. De eo sic legitur in veteri ms. codice: *XI. cal. Febr. obiit Amisus decanus Parisiensis, qui dedit nobis decem libras, quae fuerunt implicate in 50. solidos annui census D super domo Johannis Bompois apud B. Mariam de Campis per Michaelem de Dorcenaco.*

XXXVII. Guido Baudeti a Gerardo du Bois perperam omisus, fuit juris professor, canonicus ecclesiae Parisiensis, regi a consiliis 1331. decanus autem Parisiensis erat, cum an. 1332. a Philippo rege ad Johannem XXII. missus est orator cum Petro Rotomagensi archiepiscopo, Johanne Morinensi praefule, aliisque pro Asiae expeditione suscipienda die 20. Martii. Eodem anno coram summo pontifice apud Avenionem degenti juravit 11. cal. Augusti Philippum regem iturum ultra mare, vel saltem filium ejus Johannem. Decanus iterum memoratur in bulla Johannis XXII. ad Philippum regem data 11. cal. Aug. pontificatus anno XVII. qui est Christi 1333. Franciae cancellarius anno 1334. ad cathedram Lingonensem promotus est anno 1336. ut diximus tomo IV. col. 620.

XXXVIII. Oliverius Saladinus rector fuit academiae Parisiensis anno 1318. summumque in theologia magistrum assumit, quo titulo adfuit anno 1332. celeberrimo conventui, qui habitus est in castro Vicennanum, in quo actum de visione beatifica. Guidoni facto cancellario decanus

*Linhoch. part. 2. pag. 39.*

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 339.*

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 608.*

*\* XIV. cal. Aug.*

*idem pag. 676.*

*Ord. Roy. al. ann. 1332. n. 2.*

*Idem ad an. 1332. n. 3.*

ecclesie Parisiensis subrogatus est Oliverius, cui licet vocem non haberet, utpote non prebendatus, a capitulo de gratia specialis concessum an. 1335. ut ad tractatus & commoda pro parte unius canonici admitteretur. In rubricis litterarum anni tertii pontificatus Benedicti XII. Oliverio Saladino decano & canonico ecclesie Parisiensis declaratur prebendam, de qua cum magistro Gerardo de Monte acuto litigabat, sibi ab eo libere fore dimittendam. Querelam habuit cum episcopo Parisiensi, cercorem ac pannorum super feretrum positorum in exsequiis Johannis XXII. & Guillelmi de sancta Maura quæ anno 1337. a Guidone Lingonensi episcopo composita est. Statutum factum est anno 1339. per Oliverium decanum & capitulum contra canonicos consuetudine conditionis, qui pensionem annuam debent, si decesserint, ut habet liber niger, in quo Oliverii adhuc mentio est anno 1340. quo jam erat electus Namnetensis.

XXXIX. Petrus II. de Cros Lemovicentis magistratum in theologia adeptus fuerat in domo Sorbonica, e cujus etiam erat societas. Fuisse hujusce domus provisorum anno 1340. acta academia Parisiensis probant. Electus dein decanus, cum allata fuissent ad capitulum litteræ summi pontificis de electione Fulconis episcopi die Lunæ post festum Conceptionis B. Mariæ anno 1342. sacram ea de re concionem habuit Petrus, qui a Fulcaudo de Rupevardi Bituricensi archiepiscopo testamenti executor inter alios institutus est die Sabbati post natiuitatem B. Johannis Baptistæ anno 1343. Testis legitur in precepto conferendi beneficii in turno 19. Martii ejusdem anni, qui nunc 1344. quo factus est episcopus Silvanectensis pridie calendæ Sept. & post Autissiodorensis, ac demum cardinalis.

XL. Firminus de Coquerel Ambianensis, cujus ecclesie fuit primum canonicus, tum regi a consiliis & supplicibus libellis, jam decanus ecclesie Parisiensis, a Clemente VI. summo pontifice delegatus est, qui regi Philippo rationem redderet articulum sibi a Ludovico de Bavaria petitorum, ut constat ex ejusdem bulla data ad Philippum Avenione v. idus Maii pontificatus anno tertio. Ordinationem fecit super capellaniis ecclesie Parisiensis anno 1347. die Mercurii in vigilia sancti Bartholomæi apostoli. Occurrit eo nomine hocque anno in litteris regis & actis senatus Parisiensis. Clemens VI. ad eum de bonis ecclesiasticis e manu regis receptis scripsit epistolam gratias acturus idibus Aprilis pontificatus v. Ad cathedram Noviomensem evocatus est anno 1348. ubi fufus de eo agemus. Ad amplissimum quoque cancellarii munus a Philippo VI. rege evectus, hoc in munere preclare se gessit, relique gravissimas & magni momenti negotia bene & feliciter pertractavit, & pluribus regis chartis subscripsit.

XLI. Vitalis de Prully in quibusdam catalogis omiffus, legum professor, ex cantore ecclesie Parisiensis factus est ejusdem ecclesie decanus mense Maio 1349. Memoratur in regestis ejusdem 24. Julii ejusdem anni. Jam anno 1337. nondum decanus cum Oliverio decano scripserat ab eo

Tomus VII.

A fundatam dotatamque capellam sancti Saturni in ecclesia Parisiensi, haud diu hoc munus gessit.

XLII. Raimundus Salga, seu de Salgis requestarum magister, ecclesie Parisiensis decanus anno 1350. a rege Philippo missus est ad Petrum regem Aragonum pro pace in eunda. Adfuit anno eodem solemnî ingressui Johannis regis in ecclesiam Parisiensem, a quo & missus est anno 1351. ad regem Aragonie pro in eundis pacis conditionibus. Archiepiscopi Senonensis jus visitandi capituli detreclavit 17. Septembris 1352. Occurrit adhuc 1355.

XLIII. Petrus III. de Monterevello, quem decanum Baluzius reperit in veteri instrumento anni 1358. quod ex charta Tolose in archivo collegii sancti Martialis. In charta Hugonis Albiensis pro collegio eodem data penultima Decemb. 1362. dicitur decanus Parisiensis, legum doctor, Tolosæ commorans.

XLIV. Stephanus II. de Paris, de quo jam diximus in episcopis, decanus Parisiensis litteras dedit pro augmentatione beneficiorum S. Sepulcri post primam fundationem die 26. Octob. 1362. factus episcopus anno sequenti, ut dictum est.

XLV. Aimericus de Maignac post Stephanum reponendus est, quippe qui in epitaphio decanus ecclesie Parisiensis nominatus primò fuisse dicitur, tum ad pontificalem assumptus dignitatem.

XLVI. Jacobus le Riche doctor in decretis, canonicus Parisiensis, libellorum supplicium in regia magister, clericus anno 1360. insequenti cum Alphonso milite consiliario Parlamenti ad regem Angliæ missus fuit. Decanus electus est an. 1364. bullis donatus ab Urbano V. v. calendæ Aprilis pontificatus anno secundo. Comitatus est anno eodem regem Franciæ Johannem secundo in Angliam euntem, ejusque subscripsit testamento paulo ante obitum in domo Sabaudicæ, quæ est in suburbio Londinensi. Petenti concessum illi fuit die Sabbato 7. Decemb. ut vocem haberet in capitulo æque ac si electus prebendatus in ecclesia Parisiensi. Memoratur anno 1366. in tractatu habito inter Carolum V. Franciæ & Eduardum III. Angliæ reges pro oppido Bellavilla. Missus est mense Septemb. anno 1368. in Picardiam & ad regem Navarræ pro regni negotiis. Testamenti executor a Guillelmo de Meleduno institutus anno 1376. recedens inter senatores Parisiensis mense Junio 1378. Clementem VII. papam pro legitimo agnovit in comitis Universitatis an. 1379. Professor in claustrò litterarum cum doctores juris qui docebant in scholis clausi Brunelli, ut patet ex arresto Parlamenti dato die Lunæ 28. Martii 1383. Hanc composuit Clemens VII. an. 1384. statuitque ut canonici in suis scholis docere possent, sicut decreverat, iisdemque privilegiis gauderent utriusque scholæ discipuli. Jacobus obiit die Mercurii 3. Januarii 1385. die 4. inhumatus in ecclesia cathedrali. Exsequiis adfuit curia Parlamenti.

XLVII. Petrus IV. de Pacy in utroque jure licentiatius, regis consiliarius, canonicus S. Quintini Vironandensis & ecclesie Parisiensis, hominum præliit Petro episcopo pro decanatu die

O ij

Annot. An  
rag. lib. 8.  
col. 177.  
Ch. CLXVI.  
col. 116.  
Indices. Surit.  
pag. 193.

Manuscript  
biblioth. reg.  
n. 4261.  
p.

Odibz.  
Reyn. ad em.  
1345. 5.  
16.

Rabz. vit.  
Pap. Aven.  
m. 2. col.  
703.

15. Febr. 1385. Bullam Clementis VII. Mendense capitulum a jurisdictione episcopi eximentis anno 1383. executioni mandavit. Memoratur an. 1386. in fide clientelae pro terra d'Abion ad Sequanam & annis 1391. 1392. 1396. Quaedam dedit capitulo 24. Maii 1397. pro quibus assignata ei vivo missa de Spiritu sancto, deluncto anniversarium. Breviarium successibus suis legavit, quod nunc aservatur in bibliotheca Colbert. De eo in necrologio: Anno 1402. die Lunae 9. Octobris obiit magister Petrus de Paciaeo decanus & canonicus Parisiensis.

XLVIII. Johannes IV. Chantepime consiliarius Parlamenti, praefes juvenum & canonicus Parisiensis, electus est decanus die Veneris prima Decemb. 1402. Deputatus ad episcopum legitur xv. Januarii sequentis in regellis capituli. Legatus die Veneris xi. Maii 1403. ad concilium praetorum die 5. ejusdem mensis pro facto S. Matris ecclesiae habendum. Consilium munus in favorem Egidii de Clamery sui ex fratre nepotis abdicavit die Jovis 19. Julii 1406. ut decani officio facilius vacaret, ex regellis curiae Parlamenti. Memoratur in regellis capituli 19. Jan. 1407. & 14. Julii 1413. quo obiit, sepultus in cathedrali cum hoc epitaphio: *Hic jacet profundissimus sacratissima theologiae professor Parisiensis facultatis, decanus ac meritissimus ecclesiae Parisiensis canonicus penitentiarius, qui obiit anno Christi 1413.* De eo in martyrologio Parisiensis in bibliotheca regia aservato legitur: VII. cal. Martii obiit magister Johannes Chantepime decanus Paris. anno Domini 1414. qui dedit nobis decem libras Paris. annui reditus super domibus, jardinis, terris & vineis Petri, &c.

XLIX. Johannes V. Tudert, quem Samaritanum perperam distinguunt a Johanne Jude, male lecto nomine ex uno duos facientes, nobili apud Pictones ortus familia, licentiatum in legibus & baccalaureum in decretis, libellorum supplicum magister & senator Parisiensis anno 1402. canonicus S. Aniani, ecclesiae Aurelianensis scholasticus, Parisiensis officialis 18. Augusti 1412. decanus factus est 14. Aprilis ineuntis anni 1414. per Johannem XXIII. qui hanc sibi conferendam referaverat dignitatem. Huic biduo post petenti a capitulo concessum, ut licet non praebendatus vocem haberet in capitulo, die Lunae post *Quasimodo* 16. Aprilis, possetque in claustris hospitari per annum unum, 20. ejusdem mensis. Huic quoque collata a capitulo est praebenda sancti Aniani 27. Octob. ut posset sustinere dignitatem suam oneribusque satisfacere. Memoratur 29. Oct. 1416. in regello Paris. fol. 22. Una cum Petro Lexovien. episcopo & Guillelmo S. Corneli Compendiensis abbate a rege delegatus est 14. Junii 1417. ad regendum subsidium a clero concessum. Eodeni anno missus est a rege in Angliam ut traheret de pace. Praesuit 25. Februarii cum aliis iudicibus in senatus consulto Paris. adversus eos qui ab ordinationibus regis ad curiam Romanam appellabant, ex regellis Parlamenti. Regis & Delphini consilium necnon & Parisiensis decani titulos assumpsit in chirographo dato 16. Septembris

1418. quo agnoscit sibi perfolutas 100. libras Turonenses tempore legationis, quam obibat nomine Delphini pro pace & unione in regno concilianda. Occurrit in chartis regis mense Decemb. 1422. Magister requestarum & decanus Parisiensis missus ad regem Angliae & ducent Burgundiae 1424. suo munere praecclare functus est. Testis haudatur die 10. Dec. 1433. in confirmatione a Carolo rege Franciae facta de dono domini concessio duci Burgundiae juxta pacem Atrebatensem. Legatus cum aliis pluribus Atrebatum mittitur mense Julio 1435. ad tractandum de pace cum Anglis, quibus ab urbe recedentibus, abiens a 18. annis sexto post die Parisios reverfus est Johannes 5. Maii 1436. maximeque laetitia capitulum affecit. Pependit die Veneris 18. Maii ejusdem anni cum Petro Franchomme cantore. Praesens aderat cum Carolo VII. in ecclesia Parisiensis exceptus fuit die Martis 12. Novembris 1437. A capitulo Parisiensis ecclesiae procurator deputatus est una cum Johanne Chuffart ejusdem ecclesiae cancellario ad congregationem Bituricensem die Jovis post *Latere*, 27. Martii anni sequentis. Catalaunensis episcopus ab Eugenio IV. electus x. calend. Maii 1439. ex regellis Vaticanis, obiit 9. Dec. anni ejusdem antequam consecratus fuisset, sepultusque est in minori claustris prope januam capituli cum hoc epitaphio:

*Hic jacet magna circumspectionis & sapientiae vir dominus Johannes Tuderti licentiatum in legibus, electus & confirmatus episcopus & comes Catalaunensis, insuper decanus ecclesiae Parisiensis, necnon consiliarius & magister requestarum hospitium regis, qui obiit Parisius die 9. Decembris 1439.*

Clementi de Faucambergue hic unicus relinquitor locus, qui in epitaphio, a nobis in decanis Cameracensibus relato videtur dici decanus Parisiensis, sed cum simul dicatur decanus & canonicus, fortasse potest intelligi cum tantum fuisset canonicum Parisiensem: sic ante nos intellexerunt viri eruditi, qui epitaphium ita correxerunt, ut legeretur canonicus Parisiensis & decanus Ambianensis. Alioquin cum 19. Junii 1438. obierit Clemens, dicendum foret huic paulo ante mortem cessisse locum Johannem, qui adhuc decanus erat exeunte Martio anni ejusdem, quod nulla constat auctoritate.

L. Guillelmus II. Cottin canonicus Parisiensis & libellorum supplicum magister, decanus electus a capitulo annulos passus est. Hinc deputatus a canonicis die 2. Dec. 1440. qui Guillelmo decano denunciarent, ut veniret in capitulum, partes officii sui impleturus, quibus respondit die 7. mensis ejusdem. Electus dicitur & confirmatus anno in eunte 1441. at possessionem nondum adeptus fuerat initio an. 1442. quia magister C. Laqueatoris a summo pontifice nominatus, decanatum ambibat. Guillelmo tamen gratis oblata domus a capitulo 26. Octobris 1443. si electus & confirmatus, sed nondum in possessionem missus, decani debitum facere vellet. Decanus ecclesiae Parisiensis dicitur in codicillis, quibus cum Milone d'Alliers Carnotensi & Heclore de Coquerel Lexovienf

decanus designatur a rege annis 1453. & 1454. qui consiliarii clerici comitatus Normannie in Pachtate adforent, ex regestis Scaccarii. Nulla tamen dignitatis hujusce mentio in ejus epitaphio, quod sic in ecclesia Parisiensis legitur: *Hic jacet venerabilis & scientificus vir magister Guillelmus Cottin in utroque jure licentiat, & domini nostri regis in sua Parlamenti curia consiliarius, & primus presidentes camera requestarum, hujus insignis & presentis ecclesie canonice, qui obiit anno Domini 1461. die 9. mensis Martii ante Pascha.*

Johannes Millet canonicus Carnotensis, dicitur decanus Parisiensis anno 1441. Guillelmi Cottin forsitan æmulus; erat autem Suesfionensis, non Parisiensis decanus, cum factus est episcopus ab Eugenio IV. xv. cal. Martii 1443; ex regestis Vaticanis.

Ll. Albertus de Rouvroy de S. Simon consiliarius Parlamenti, ecclesie Parisiensis decanus dat chartam pro anniversario Jacobi d'Espars die Martis 3o. Augusti 1457. ex necrologio Paris.

Philippo de Longeuil vix ac ne vix quidem assignari potest locus, cujus ante capellam Assumptionis latine sic redditum legitur epitaphium: *Hic jacet nobilis, venerabilis & discretus vir magister Johannes de Longeuil licentiat in legibus, quondam decanus, presbyter & canonicus ecclesie Parisiensis, consiliarius & magister requestarum hospitii regis, qui fundavit hanc Assumptionis capellam in ecclesia & ad honorem B. Mariæ, obiit die 23. Novembris anno 1467. Orate pro eo.*

Lll. Thomas de Courcelles sacre pagine professor, canonicus Ambianensis, legatus mittitur anno 1435. ad synodum Basileensem nomine capituli: de quo Æneas Silvius de gestis Basileensibus scribit: *Thomas de Courcelis inter literarum sacrarum doctores insignis, quo nemo plura ex decretis sacri concilii dictavit, vir juxta doctrinam venerabilis & amabilis, sed modesta quadam verecundia semper intuens terram & velut latentis similit. Modestiam ejus probat, quod oblatam sibi a Felice V. anno 1440. purpuram cardinalitiam recusavit. Missus a concilio ad coetum Bituricensem orator anno eodem, Eugenium IV. subesse concilio legitimeque situm probavit. Parochius erat sancti Andree anno 1450. Fuit & poenitentarius Parisiensis ecclesie. Decanus autem jam occurrit anno 1458. Insequenti delegatus fuit a Carolo VII. rege Francorum cum archiepiscopo Turonensi ad conventum Mantuanum. Una cum capitulo concessit die 21. Maii anno 1460. Juvenali de Ursinis baroni de Treinello sepulturam in capella, ubi prius sepulti fuerant ejus parentes. In celebri Caroli regis apud sanctum Dionysium funere orationem habuit an. 1461. quo Pius II. pontifex maximus Guillelmo episcopo & Thomæ eidem Sorbonæ provisorio bullam inscriptis pro reformanda Fontebaldensi abbacia. Consule historiam Universitatis Parisiensis ad annum 1469. quo obiit 23. Oct. & tomum IV. pag. 361. Defunctus sepelitur in capella sanctorum Martini & Anne cum hac inscriptione: *Hic jacet eminentis scientie & magna eloquentie magister Thomas de Courcelis sacre pagine professor, decanus & canonicus hujus insignis ecclesie, qui obiit**

anno Domini 1469. ætatis vero suæ 69. Germanus ejus Johannes de Courcelles oriundus de terra de Ayencourt prope villam Montis desiderii Ambianensis diocesis, decretorum doctor, regis consiliarius, canonicus Parisiensis & archidiaconus de Josas anniversarium fundavit pro anima sua & fratris magistri Thomæ, ad quod obligavit se capitulum datis 16. Septembris 1489. litteris.

Llll. Johannes Vl. l'Huillier Sorbonæ doctor, professor & provisor, Ludovici XI. a confessionibus & elemosynis, electus decanus Parisiensis 15. Novembris 1469. receptus est 29. ejusdem mensis. Factus est episcopus Meldensis VIII. idus Jun. 1483. a Sixto IV. a quo & obtinuit ut decanatum simul cum episcopatu Meldensi teneret die 26. Augusti anni ejusdem.

LIV. Johannes VII. l'Huillier major archidiaconus Laudunensis, nepos erat præcedentis, qui episcopus Meldensis nuper decanus supplicavit capitulo die 26. Febr. 1484. ut Johannem nepotem suum vellet recipere. Huic tradita sunt libri & breviarium decani, necnon & donus claustralis patrum 19. Martii anni ejusdem. Insequenti ad decanatum petenti recipi Johanni concessum, ut servitium faceret die Dominica proxima ad majus altare, licet non præbendatus, 27. Maii 1485. Jus præsidendi in capitulo obtinuit die 23. Apr. 1487. Receptus est canonicus in locum patrum 9. Febr. 1488. Præfuit electioni Gerardi Goballe factæ die 8. Augusti anni 1492. Servavit corpus Petri Pamekhaire vicarii ecclesie Parisiensis, quod deduxit ad pagum de Nully die Jovis 21. Junii 1498. Occurrit in regestis capituli annis 1486. 1494. 1504. Sepultus est ante facellum sancti Juliani Pauperis & sanctæ Mariæ Ægyptiacæ cum hoc epitaphio:

*Hic jacet nobilis magister Johannes l'Huillier licentiat in legibus, quondam decanus & canonicus ecclesie Parisiensis, necnon & archidiaconus major Laudunensis, qui obiit die prima Novembris anni 1510. Anima ejus & omnium defunctorum requiescat in pace.*

*Hic veterum probitas, & paupertatis asylum,  
Exitum cuncti criminis, artis apex,  
Mens stabili, genus altum, stirps Olearia, cleri  
Hic speculum, & casti norma pudoris erant.  
Ecce jacent prostrata fere per spicula moris,  
Amplius his tutum quod superesse putas.*

LV. David Chambellan canonicus a die 8. Decembris al. Novembris 1508. domum claustralem Johannis de Pierrepont Meldensis episcopi defuncti obtinuit 16. Novemb. 1510. Decanus electus est die 8. Januarii sequentis. Obiit 21. Decembris 1517. De eo in obituario ad diem 23. Dec. *Obitus domini Davidis Chambellan decani & canonici Parisiensis, quondam in Parlamento advocati, viri docti atque optimi & nobilis.* Multa beneficia contulit Malnodensi cenobio, cujus idcirco fit singulis diebus memoria in precibus post dictum completorium, & effigies in vitrea ecclesie fenestra coram imagine B. Mariæ aservatur.

LVI. Guillelmus III. Huc S. Aniani Aurelianensis canonicus, ecclesie Parisiensis decanus 15. Februarii 1517. memoratur hoc nomine 22. Martii in commentariis curie supremae Parisiensis. Hunc Nicolaus Beraldus apud Erasimum libro 2. epist. 12. vocat virum optimum & doctissimum, in quovis scribendi genere non mediocriter versatum, bonarumque omnium, sed praesertim divinarum litterarum valde studiosum. Fiortatur autem Erasimum ut ad eum scribat, & ne hominis integerrimi simul & humanissimi familiaritatem aspernetur, qui amicitiam Erasimi ambiciose expebat, eam quantovis pretio enturus. Ad eum itaque scribit Erasimus epistolam 22. ejusdem libri. Coram Guillelmo tanquam persona authentica & in dignitate constituta Universitas Parisiensis a Leone X. cui aiunt resisti jure posse, si quid contra divina praecipita adtrudendum esse decreverit, appellavit ad futurum concilium legitime & in tuto loco celebrandum. Obiit dicitur 31. Julii 1522. in obituario tamen ad diem 30. Jul. *Obitus D. Guillelmi Huc decani & canonici Paris.*

Johannes Olivier filius Jacobi Protopraefidis Parisiensis & Magdalenae Phuillier, ac proinde Johannis VII. nepos, frater Francisci cancellarii Francie & Antonii episcopi Lumbariensis, perperam dicitur decanus Parisiensis ab iis qui cancellariorum genealogiam, unde ortus erat Johannes, texere; erat enim tantum archidiaconus major Andegavensis, decanus Belvacensis & canonicus Parisiensis, defunctus 9. Octob. 1533. ut discimus ex ejus epitaphio in ecclesia Parisiensis.

LVII. Johannes VIII. du Drac canonicus Parisiensis & parochus S. Dionysii de Villacereris, ecclesie Parisiensis legitur decanus 15. Septemb. 1522. Appellavit die 2. Dec. 1530. a sententia capituli, qua electi sunt arbitri ad inquirenda conciliationis media inter decanum & cantorem litigantes pro juribus inhumationis beneficiorum ecclesie Paris. Sacrae capellae Parisiensis electus est thesaurarius anno 1543. De eo in obituario ad diem 30. Januarii: *Obitus domini Johannis du Drac decani & canonici Parisiensis, deinde sacelli sacri regii thesaurarii.*

LVIII. Johannes IX. Jovenel des Ursins Johannis domini de la Chapelle & Lodoiceae de Varie filius, abbas sancti Mevennis & canonicus Parisiensis, factus est decanus 29. Febr. anni ineuntis 1543. unde promotus ad ecclesiam Trecorensem 22. Octob. 1548. Memoratur in obituario 26. Octobris.

LIX. Antonius le Cirier senator & canonicus Parisiensis, decanus factus est 7. Januarii 1548. nunc 1549. Ad cathedram Abrincensem evectus est 2. Junii 1561. Antonio episcopo Abrincensi & decano Parisiensi adjudicatur cura animarum ab ecclesia Parisiensi dependentium adversus Reginaldum de Combraille cantorem lato judicio die priua Augusti 1567. Dignitatem transcripsit nepoti 14. Januarii 1575. Defunctus sepelitur in choro cathedralis ecclesie: cum hac epigrapha: *Antonius le Cirier senator Parisiensis & decanus, postea episcopus Abrincensis, diem obiit extremum 1575. Januarii 17.*

LX. Augustinus le Cirier canonicus Parisiensis & sacrae Capellae palatii, senator Parisiensis, fit decanus per resignationem patris 14. Jan. 1575. Cessit & ipse in gratiam sequentis 15. Junii ejusdem anni, factus episcopus Abrincensis per obitum Antonii.

LXI. Ludovicus Seguiet Petro Seguiero in suprema curia praefide & Loisia Boudet parentibus ortus, senator & canonicus Parisiensis, Andium apud Turones praefectus, per resignationem Augustini in curia Romana fit decanus 15. Junii 1575. Convenit undecima Augusti anni ejusdem cum Petro de Gondi episcopo pro officio capicerii. Huic animarum cura adversus Johannem de Breda archidiaconum asferitur sententia capituli data die 4. Maii 1582. secunda die capituli generalis. Comitibus cleri Gallicani generalibus adfuit annis 1602. 1608. 1610. Nominatus aliquando ad episcopatum Laudunensem, hunc transmittit Petro de Berulle, qui nec episcopale onus admittere voluit. Defunctus in choro sepelitur cum hoc epitaphio: *Cy gist Louis Seguiet quand il vivoit conseiller au Parlement de Paris, a été chanoine de cette eglise 48 ans, doyen 35. Il deceda le 9 du mois de Septembre l'an 1610 âgé de 60 ans. Son innocence, sa candeur & la dignité qui étoit naturelle en sa personne, l'ont rendu agreable à un chacun. Les siens, auxquels il étoit très-cher, vivant pour toujours en leur memoire, ont couvert son corps de ce marbre, marris que le bien & ses desenfes ne leur ont permis de l'honorer d'un monument plus relevé. L'ame en soit en repos.*

*Decanus hujus magnus illic jacet adis,*

*Ludovicus Seguerius nomine.*

*Per lustra septem huic praesuit adis, novem*

*Canonicus, clari inter proavos senator*

*Consenuit fixo tramite sanctus est.*

*Delicia omnium viduae & pupilli erat.*

*His gradibus paravit aeternam sibi*

*Caelo, patria, genti & annis gloriam.*

LXII. Johannes Franciscus de Gondi canonicus Parisiensis, abbas sancti Albini Andegavensis & sancti Martini Pontifaverensis, decanus eligitur 13. Septembris 1610. Factus autem primus Parisiorum archiepiscopus, paulo antequam initiaretur, die scilicet 15. Februarii anni 1623. decanatum dimisit in manibus capituli die Mercurii Septuagesimae.

LXIII. Dominicus Seguiet Ludovici nepos, Johannis domini d'Autry filius ex Maria Tudert, Petri Francie cancellarii comitis de Gien frater, senator & canonicus Parisiensis, primusque regis elemosynarius, abbas Vadastii Cenomanensis, electus decanus die 15. Febr. 1623. possessionem accepit die 17. ejusdem mensis. Fuit postea episcopus Antistiodorensis & Meldensis, necnon comes Confistorianus.

LXIV. Nicolaus II. Tudert Claudii in Parlamento consiliarii & Nicolae Hennequin filius, Francie cancellarii & Dominici superioris avuncululus, senator & canonicus Parisiensis, abbas sancti Georgii ad Ligerim, priorque sancti Andreae de



Mirabello, Domini ex sorore nepotis cessione A fit decanus 18. Julii 1632. Transegit nomine capituli cum rege, cui cessit duas infulas beate Mariæ nuncupatas, die 14. Maii 1642. Post expletos in majori camera viginti quinque & in decanatu quindecim annos, abdicavit anno 1647. Obiit vero 20. Martii Pictavi anno 1651.

LXV. Johannes Baptista I. de Contes doctor in decretis, canonicus Parisiensis, cancellarius ecclesie & Universitatis ejusdem, comes consistorianus ordinarius, priorque S. Honorinæ de Confluentio, superioris religionis fit decanus prima Septembris 1647. Huic confirmata animarum cura ab ecclesia Parisiensi dependentium senatus B consulto 16. Septemb. 1651. Vicarius generalis Johannis Francisci Pauli archiepiscopi Parisiensis itatuta condidit pro ecclesia S. Jacobi de Hospitali 23. Octobris 1657. Prius erexerat seminarium pro 33. pauperibus scholasticis die 13. Junii. Defunctus sepelitur in sacello decani cum hoc epitaphio: *Cy gist Messire Jehan Baptiste de Contes vivant doyen & chanoine de cette eglise, prieur de sainte Honorine de Conflans, conseiller ordinaire du Roy en tous ses conseils d'état & privé, lequel aiant été cinquante deux ans chanoine & 32. doyen de cette eglise, est decédé en sa maison au cloistre d'icelle le 4. jour de Juillet 1679. âgé de 78. ans.*

LXVI. Johannes Baptista II. de Bongueret le Blanc de Bourchardieres de Mosni licentiatius in theologia, canonicus Parisiensis, abbas sancte Mariæ de Miseraio, prior sancte Honorinæ de Confluentio, officialis capituli, ejusdem factus decanus per cessionem præcedentis, receptus est 14. Julii 1679. A capitulo electus est vicarius generalis totius diocesis sede vacante mense Aug. 1695. Obiit hora post mediam noctem prima die 9. Decemb. 1702. sepultusque est in capella S. Eutropii martyris cum hac epigraphe: *Hic jacet Johannes Baptista de Bongueret le Blanc ecclesie metropolitanae Parisiensis decanus ac canonicus, Jo-* D *hannis Baptista de Contes Parisiensis decani ac canonici, necnon comitis consistoriani ex matre nepos,*

*diem obiit 9. Dec. anno reparata salutis 1702. ætatis 73. decanatus 26. canonicatus 36. Pro-* *pinquo optime merito grati animi monumentum posuit* Johannes Baptista Carolus de Brasseuse de Prejigny *ejusdem ecclesie decanus canonicus.*

LXVII. Johannes Baptista Carolus des Friches de Brasseuse de Prejigny doctor theologus Facultatis Parisiensis, ejusdemque ecclesie canonicus ab an. 1679. prior S. Mariæ de Merlou Belvacensis & S. Honorinæ de Confluentio Parisiensis diocesis, capellanusque S. Eligii de Lamberville, per resignationem præcedentis decanus possessionem apprehendit 12. Dec. 1702. presbyter inunctus est 23. mensis ejusdem & anni, obiit 28. Junii 1717. humatus in sacello S. Eutropii.

LXVIII. Jacobus Alanus de Gontaut filius Johannis ex Johanna d'Isarn, arma primum secutus, his relictis sacre militiæ nomen dedit, factus cantor ecclesie Parisiensis 31. Aug. 1707. canonicus 23. Aprilis 1708. decanus electus est die 5. Julii 1717. Eodem anno abbas S. Ambrosii Bituricensis, Latiniacensis vero anno 1721. Vacante per obitum cardinalis Noallii sede Parisiensis diocesis vicarius generalis electus est a capitulo anno 1729. Obiit Parisiis die 15. Dec. 1732. annos natus 67.

C LXIX. Ludovicus Abraham de Harcourt de Beuvron Henrico duce de Harcourt pari & marescallo Franciæ, equite torquato & Maria Anna Claudia Brulart parentibus natus 10. Nov. 1694. Doctor sacre facultatis Parisiensis abbatiam Prusiensem obtinuit anno 1712. quam dimisit ad Signiacensem destinatus 27. Oct. 1723. Canonicus Parisiensis a die 25. Nov. 1720. Ludovici Antonii cardinalis de Noailles vicarius generalis, post obitum Jacobi unanimi canonicorum ecclesie Parisiensis voto eligitur decanus die 30. Januarii 1733. Abbas S. Leodegarii Xantonensis a rege nominatur die 21. Aprilis anni ejusdem & sancti Taurini Ebroicensis.

His addendus qui ex necrologio ecclesie Paris. *x1. cal. Junii obiit Fromundus sacerdos & decanus.*



## MONITUM.

*CU M* quem ab initio in recentiori nostra Gallia Christiana sequi profitemur ordinem, hic longe ab antiquiori Sammarthanorum differat, quippe qui ad ordinem alphabeticum omnia reduxerunt, nobis hunc solum servantibus in provinciis ecclesiasticis, mirum videri non debet, si quæ illi in appendicem tomi quarti rejecerunt, sua nos quæque in provincia referamus. Hinc est quod in hac Parisiensi, proxime ab historia præsulum & decanorum, seriem majorum Franciæ Eleemosynariorum demus, tum quæ ad sacras capellas Parisiensem & Vincennensem, dein quæ ad vetera monasteria, seu veteres abbatias pertinent, quibus pro more subjecimus permanentes, tametsi earum quædam abbatialem titulum amiserint, quales sunt S. Martinus a Campis & B. Maria de Argentolio, necnon prioratum Longipontis & abbatiam secularem S. Exuperii Corboliensis. Adjicimus etiam congregationes ecclesiasticas, quarum præpositi sedem fixere suam Parisiis, præter Sammauræam & Cluniacensem Benedictinas reformatas, quarum illam historiæ S. Germani a Pratis, quæ sedes ejus præpositi est, subjungimus, & hanc Cluniacensem historiæ S. Martini a Campis ob eandem rationem, necnon Genovesanam in ipsamet abbatie S. Genovesæ historia, cum ab ortu congregationis illius abbates a capitulo generali electi simul audiant ejusdem congregationis præpositi generales. Agmen claudunt summorum ordinis sancti Lazari in Francia præsectorum historia primum a nobis, ut videtur, edita, majorumque Franciæ priorum ordinis Melitenensis series.

## MAJORES FRANCIAE ELEEMOSYNARII.

**A**B illo fortunato tempore, quo Clodoveus I. abjecto inaniuim Deorum cultu, salutaribus undis per baptismum a S. Remigio susceptum ablutus est, fuisse illi & successibus oratorium, seu capellam & clericos seu capellanos, qui coram illis tam in palatio, quam in castris sacra facerent, unumque illorum ceteris præpositum, qui vocari solebat archicapellanus, & aliquando abbas, constans est traditio, quam erudite testatam reliquit D. Ludovicus Archon in historia capelle regum Franciæ, cujus tum cum illam Ludovico Magno dicavit, antiquissimus erat clericus. Sed quinam, maxime sub prima regum Francorum stirpe, hac præcellerint dignitate, definire difficillimum est. Conjicit tamen hic auctor, sanctum Vedastum, antequam esset Atrebatensis episcopus, adhæsit Clodoveo, tum S. Euphremium Virdunensis ecclesiæ archidiaconum, cujus precibus rex abbatiam sancti Maximini prope Aureliam fundavit, itemque S. Melaniam episcopum Redonensem diu fuisse in obsequio ejusdem regis; ac denique Claudium, quem regis testimonio scribit a se presbyterum factum S. Remigii epistola tertia ad tres episcopos.

Tanta quidem non erat ab initio, quanta nunc est, archicapellani, seu majoris, uti nunc loquimur, eleemosynarii dignitas, verumtamen ad illam vel antiquitus non assumentur nisi viri tum genere clari, tum pietate insignes, tametsi huic administrandæ sufficiebat esse diaconum. Sane a tempore Pipini regis & Caroli ejus filii diaconis, vel presbyteris magis, quam episcopis hoc munus demandatum fuit, uti nos docet Adalhardi fragmentum de ordine palatii apud Hincmarum opus. 14. c. 14. & seqq. ubi & habetur officium illius esse totum palatii regum Francorum clerum sub cura & dispositione sua habere, quem *nostrates*, ait Hincmarus, *capellanum vocant, aut custodem palatii*, idemque sapius erat archicancellarius, ut infra videbitur. Frequenter etiam cum ad principes, tum ad summos pontifices legationibusungebatur, quorum in epistolis crebro nominatur ante episcopos, & hiæ præsentibus, si presbyter ille in regum transitu adesset, illis sacramenta ecclesiæ ministrabat. Ad hunc modum aliquando simplex episcopus hac insignitis dignitate synodis præfuit, quibus aderant archiepiscopi, uti Ebroino Piclav. episcopo

episcopo contigit in synodo Verrensi: tantum im-  
pendebatur honor huicque dignitati, quam revera  
omnium esse apicem Palatinarum dignitatum Ba-  
luzius scite observavit. Quin & successu temporis  
nosocomiorum omnium, quoquomodo vocentur,  
curam habuit eminentem, ac etiamnum quod  
spectat hospitalia domos pro trecentis apud Pari-  
sios cœcis, & pro centum viginti apud Carnutum,  
suprema gaudet potestate. Eandem in domum Dei  
Pontifarem exercuit auctoritatem ad annum  
usque 1622. quo Gregorius XV. hanc cum plu-  
ribus aliis bulla data 31. Martii ordinarii episcopi  
restituit imperio. Uno verbo complectar omnia  
jura huicque attributa dignitati. *Magnus elemo-  
sinarus ex eo capite pro regia familia porsere aulicis,*  
ad quod mox ut quis munus evchitur, subito  
fit regionum ordinum commendator. Qui hunc  
adepti sunt honorem, illorum jam nobis texendus  
incumbit catalogus, tentatis quidem a Sammar-  
thanis tomo quarto Gallie Christiane pag. 986.  
necon ab auctoribus historię genealogicę mag-  
natum Francie tomo viii. pag. 224. editionis  
anni 1733. qui postremi non altius illam repe-  
tunt, quam a Fulrado S. Dionysii abbate num.  
xiv. & in multis adversantur primis, uti mox  
patebit, dum interim aliunde collectos, & maxime  
ex historica laudata D. Ludovici Archon inferemus.

INDEX MAJORUM FRANCIE  
ELEMOSYNIARIORUM.

I. S. Germanus Parisiensis episcopus non im-  
merito fidei sue commissas Childeberti  
regis & Ulrogothę reginę elemosynas, eorum-  
que domus rem spirituales habuisse creditur, ut  
pote cui ab illis reprehensio, quod ex certa pecunię  
summa partem in aliud tempus reposuisset, totam  
rex & regina suppellectilem auream & argenteam  
crediderunt ad sublevandos egenos, quos plus ni-  
mio seva enecabat fames. Eiusdem regis curavit  
funus S. Germanus anno 558.

II. S. Bertharius seu Bercharius, qui postea  
fuit episcopus Carnotensis, prius erat Fredegundis  
& Clotarii II. ejus filii archicapellanus, ex ejusdem  
sancti vita tomo primo Duchesnii.

III. S. Sulpicius, cum jam esset Bituricensis  
antistes, a rege Clotario II. assumtus est, qui foret  
abbas Palatii oratorii regalis: *Illico episcopum pos-  
cit, ut pro salute sua & exercitus sui vir beatus in  
castris suis abbatis officio potieretur.*

IV. S. Rusticus innotescit capellę regię prin-  
ceps, seu abbas Clotarii II. regis principatu, ex  
vita S. Desiderii ejus fratris & in sede Caduren-  
sis successoris: *Dedit illi (Clotarius) abbatiam Pa-  
latini oratorii regalis.* Idem quoque munus obti-  
nuisse dicitur initio regni Dagoberti, & postea fuit  
episcopus Cadurenensis.

V. S. Genesius sub Clodoveo II. & Batilde  
regina, de quo sic habetur in ipsius vita: *Genesio  
abbate, qui postea episcopus Lugdunensis fuit, ad  
distribuculas elemosynas utebatur (Clodoveus II.)  
& cum esset in palatio assiduus, pro sanitate &  
prosperitate regis largissimam distribuabat elemo-  
synam.*

Tonus VII.

VI. S. Leodegarius antequam esset episcopus  
Eduensis, princeps erat clericorum palatii regalis  
Clotarii III. seu *reclor totius palatii*, ut loquitur  
auctor ipsius vita.

VII. Aiglibertus episcopus Cenomanensis in  
precepto Theoderici filii Clodovei II. & Batil-  
dis illi & successoribus episcopis Cenomanensibus  
concesso vocatur *archicapellanus & princeps epi-  
scoporum.*

VIII. Theutarius antea Clodovei II. cancella-  
rius, tum presbyter, fuisse tandem creditur Chil-  
deberti II. archicapellanus.

IX. S. Ursinus abbas Lobienensis fuit archi-  
capellanus Childeberti II. & Pipini (patris Caroli  
Martelli.)

X. S. Vulfrannus, qui postea fuit episcopus  
Senonensis, prius erat clericus capellę Theoderici  
III. & forte princeps capellę filiorum ejus. Ita  
D. Archon tomo primo pag. 118.

XI. Grimo abbas Corbeienensis creditur archi-  
capellanus Caroli Martelli, qui cum Sigoberto S.  
Dionysii monacho cum misit legatum ad Grego-  
rium III. pontificem vexatum a Luitprando Lon-  
gobardorum rege. Deinde fuit archiepiscopus Ro-  
tomagenensis.

Hęc sunt non indubia certe, quę de archi-  
capellans sub prima regum Francorum stirpe D.  
Archon nobis suppeditavit. Eodem duce nunc ad  
certiora procedamus.

XII. Folradus seu Fulradus abbas S. Dionysii  
num. xiv. Pipini regis capellanus & archipresby-  
ter, hoc est ipsius capellę magister dicitur in charta  
hujusce principis data 23. Septembris anno xvii.  
regni ejus. Imo jam antequam Pipinus regis nomen  
assumeret, summus ejus capellanus vocatur Fulra-  
dus in chronico Eginhardi anno 749. quo *missi  
sunt ad Zachariam pontificem Burchardus Wirtz-  
burgensis episcopus, a parte sancti Bonifacii vicarii  
pape, & a parte Pipini Folradus summus capellanus  
consulturi de causa regum: utrum scilicet, Childe-  
rico superflite, Pipinus sibi titulum regis vindicare  
posset.* Stephanus II. papa Fulradum vocat *ama-  
bilem archipresbyterum*, a quo tempore eo semper  
donatur nomine, addito sepius vocabulo *Francie*;  
quem idem pontifex, vel ipsius dignitatem tant  
faciebat, ut Georgio episcopo & Johanni sacel-  
lario suis nunciis Fulradum capellanum preponat.  
Et certe non aliam ob causam, quam quod esset  
Pipini capellanus & archipresbyter, hunc prin-  
cipem apud S. Dionysium animam agentem sacra-  
mentis ecclesię munivit, presentibus episcopis  
regni que primoribus. Dein iterius fuit Caroli  
Magni natu majoris Pipini capellanus, Fulradus  
vero adhaesit Carlomanno minori precibus Pipini,  
ut suis eum juvaret consiliis, & post ejus mortem  
Carolo Magno, cujus in obsequio capellani no-  
mine perfluit usque ad obitum suum, qui contigit  
anno 784. Scriptis Alcuinus epitaphium ejus,  
cujus hic solum binos referam versus.

*Inclitus ille sacre fuerat pastorque capelle;*

*Hic decus ecclesie promtus in omne bonum.*

Hinc colligas Sculsum Caroli Magni regis  
capellanum ab eo missum cum episcopis Formosq

& Darnaso pape legatis ad T. fillonem Bavarie ducem anno 780. ut eum ad subiiciendum se induerent, non fuisse archicapellanum, sicuti nec Maginarium Fulradi in abbata sancti Dionysii successorem, qui ab Adriano I. summo pontifice scribente ad Carolum Magnum vocatur ejusdem regis *religiosus capellanus* anno 783.

XIII. Engilramus Chrodegangi episcopi Metensis fratre in lucem editus, patris successit in cathedra Metensi, cujus aliquando jure præcipuo, communi tamen cum decessore & successore vocatur archiepiscopus, tum in concilio Francofordiensi ad Metum, tum in Alcuini ad Uswaldum epistola: *Nam olim, inquit, per Engilramum archiepiscopum, & Sanctæ capelle primicerium missum vestre commendavit sanctitati.* Missus est a Carolo Magno ad Adrianum papam an. 785. a quo donatus legitur octoginta capitum ad ecclesiasticam disciplinam spectantium collectione. Obiit anno 791. epitaphio laudatus ab Alcuino. Vide Baluzii notas ad capitularia tomo secundo col. 1047.

XIV. Hildeboldus Colonienfis archiepiscopus Engilramum in officio archicapellani excepit, de quo sic habet laudatum anni 794. Francofordiense concilium canone 55. *De licentia Hildeboldi archicapellani: Dixit etiam dominus rex in eadem synodo, se a sede apostolica, id est ab Adriano pontifice licentiam habuisse, ut Engilramum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas, deprecatus est eandem synodam, ut eo modo sicut Engilramum habuerat, ita etiam Hildeboldum episcopum habere debuisset, quia de eodem, sicut & de Ingelramo apostolicam licentiam habebat, omnis synodus consensit, & placuit ei in palatio esse debere propter utilitates ecclesiasticas.* In concilio etiam Moguntino anni 813. *Hilteboldus sacri palatii archiepiscopus vocatur:* quem Theganus animam exhalanti Carolo Magno omnia sacramenta administrasse scribit: *Justit familiarissimum suum Hilteboldum venire ad se, ut ei sacramenta Domini corporis & sanguinis tribueret, & exitum suum confirmaret,* cum jam primus ejusdem testamento chirographum appouisset. Fuit quoque Hildeboldus Ludovici Pii archicapellanus, quem in vita hujus principis missum ab eo legitimus obviani Stephano V. pontifici in Franciam confugiendi: *cui etiam Hilteboldum archicapellani sacri palatii, Theodulfum Auranensem, &c. procedere jussit obviani insulis inclutos sacerdotibus.* Denum Hildeboldus vivere desit anno 818.

Adeo constat a vero aberrare, qui seu Engilbertum Centulensem abbatem archicapellani dicunt, quem Adrianus papa solum vocat *ministrum capelle*, seu Ricolfum Moguntinum archiepiscopum, qui quidem primos inter consiliarios Caroli Magni numeratus eidem in primis carus erat & in magno pretio, fed tamen non archicapellanus, cum vel ante concilium Francofordiense, & anno quo mortuus est imperator & ipse Ricolfus, hanc Hildeboldus obtineret dignitatem. Neque vero propius accedit, qui Eginhardum archicapellani Caroli Magni accenset chronographus Laureshamensis auctor sæculi decimi, qui, quod suo tempore archicapellani & archicancel-

larii in unam coaluisse personam cereret dignitates, Eginhardum cancellarium autumnavit quoque archicapellani.

XV. Hilduinus I. abbas S. Dionysii n. xviii. Hildeboldo archicapellano proxime subjicitur tomo tertio Criticae Pagi pagina 498. & 499. Sane in charta Ludovici Pii commutationem Hilduinum inter & Hildulfum anno 822. confirmantis, Hilduinus vocatur abbas S. Dionysii & sacri palatii archicapellanus. Fuit etiam abbas S. Medardi Sueffionensis, & S. Germani Parisiensis. Sed cum Hilduinus Lothario, Pipino & Ludovico fratribus adversus patrem Ludovicum Pium rebellantibus adhaesisset, *continuo a palatio exire jussus est,* inquit annales Bertiniani, ablegatusque est in monasterium Novæ Corbeie, in suas quidem subinde abbas retinendum, Sandionysianum certe ac Germanensem, sed nunquam in archicapellani dignitate, quæ statim Fulconi presbytero concessa ex annalibus Benedictinis tomo secundo pagina 532. & tomo tertio Criticae Pagi pagina 544. Fulconem hunc autumant Coitius Germanicentem abbatem. Quibus auctoritatibus adde Hincmari testimonium, qui Ludovici Pii inter archicapellanos quendam recenset Filconem, qui post depositum Ebbonem aliquandiu Remensem ecclesiam gubernavit. Verumtamen qui fieri potest Fulconem proxime Hilduino successisse, nisi certe ad brevissimum tempus, cum Drogo Metensis episcopus, vel ante depositum cathedra Remensi Ebbonem, archicapellani exornatus dignitate, fidei servata: suo legitimo principi meritissimo præmio, Anshcharium primum Hamburgeris ecclesie archiepiscopum consecraverit, testante Raimberto Ansharii discipulo & successore in vita magistri, his verbis: *Ad hanc ergo sedem sanctissimum Ansharium prædictus imperator (Ludovicus Pius) consecrari fecit archiepiscopum per manus Drogonis Metensis episcopi, & summe sanctæque dignitatis tunc archicapellani adstantibus archiepiscopis Ebbone Remensi, &c. Itaque*

XVI. Drogo Caroli Magni filius naturalis, cum jam esset Metensis episcopus, a Ludovico Pio factus est summus sacri palatii capellanus, quo nomine primus in concilio Metensi anni 835. nominatur inter archiepiscopos septem, qui Ludovicum imperatorem ab Ebbone episcopo Remensi excommunicatum absolverunt, necque præfuit concilio ejusdem anni apud Theodonis villam celebrato, in quo præfatus Ebo episcopatum abdicare jussus est. Idem adfuit Ludovico Pio in extremis agenti anno 840. cujus quotidie quædam ægotavit, excipiebatur confessionem, & anima tandem recedente corpus Metas transferri fecit, & in basilica S. Arnulphi nobiliter sepelivit. Postea fuit Drogo Lotharii imperatoris archicapellanus, quo titulo præfuit episcoporum conventui habito in palatio Ingelheimensi, in quo Ebo Remensem in sedem restituit est.

XVII. Ebroinus jam episcopus Pictaviensis, beneficio Caroli Calvi evasit archicapellanus, & post obitum Hilduini abbas S. Germani Parisiensis. Summa illius titulo dignitatis præfuit concilio, quod Carolus rex in suo Verno palatio cogit,

Epist. 14.  
ad proceres  
regni.

E

quamquam Wenilo Senonensis archiep. adesset anno 844. & iterum Bellovacensi anno 845. De ipsius morte, quam D. Archon tomo primo pag. 225, consignat anno circiter 862. vide quæ infra dicemus in abbata Sangermanensi.

XVIII. Hilduinus II. erat Caroli regis archiepiscopus anno 856. quo ab Hincmaro, ceteris quæ patribus concilii Cressiacensis, *Kerfi*, efficere apud regem rogatus est, ut Wlfrido inavale sedis Lingonensis expulso, Isaacus in ejus locum subrogaretur. Hilduinus II. ut creditur, Lupus Ferrariensis epistolam secundam inscribit hoc modo: *Nobilitatis, dignitatis & moderationis conspicuo Hilduino ecclesiasticorum magistro*. Vitam & archiepiscopi munus protraxit Hilduinus ad annum 877. ut dicemus in catalogo Sangermanensium abbatum.

Post obitum Hilduini probare tentat D. Archon tomo primo pag. 231. Odonem episcopum Bellovacensem archiepiscopi fuisse ornatum dignitate, quippe quem, ait, Hincmarus probe scius omnium illorum quæ archiepiscopi erant, cum assiduus in palatio esse teneretur, *ministerium suum facere rogat, res ecclesie Catalaunensis ei commendat, & ut concilium differat apud regem fatagat deprecatur*. Addit auctor, Odonem a Nicolao I. pontifice in responsione ad quæstiones propositas a rege de quorundam matrimoniorum validitate, vocari archiepiscopum, sicuti Engilramus & Drogo archiepiscopi appellabantur, quem & hortatur ut magis ac magis studeat extirpandis malis, quæ perpetrabantur in regno. Denique, inquit D. Archon, cum post defunctum Lotharium regem divisio ipsius regni Ludovicum inter Germaniæ & Carolum Franciæ reges statuta esset, a Carolo missus est Odo, & a Ludovico Luitbertus Moguntinus archiepiscopus, ambo utriusque regis archiepiscopi. Verum, ut quidem videtur, hæc obitum Hilduini præcesserunt, si forte excipias, quæ Hincmari testimonium spectant, haud aliunde ita potens aut efficax, quin possit de uno ex præcipuis palatii clericis intelligi; quemadmodum & quod legitur de elemosynariis sex executoribus testamenti Caroli Calvi Hincmaro, Odone & Gauflino cum pluribus aliis comitibus.

XIX. Gauflinus & Gozelus episcopus Parisiensis XLIX. Hilduino tam in abbata S. Germani, quam in archiepiscopi dignitate successisse videtur. Sane instrumentum anni ultimi Caroli Calvi sic explicat: *Helboardus ad vicem Gauflini archiepiscopi recognovit*. Constat aliunde Gauflinum fuisse Caroli archiepiscopi post Ludovicum abbatem S. Dionysii, qui hoc munus per annos viginti octo exercerat, & inde sub Ludovico Balbo iisdem muneribus aliquandiu functum.

XX. Odo episcopus Bellovacensis, quem supra ex archiepiscopi sub Carolo Calvo rejecimus, sub Ludovico Balbo fuisse videtur post ablatam Gauflino, ut creditur, hanc dignitatem, laudante D. Archon epistolam Hincmari, rogantis Odonem, ut a rege obtineat ratam haberi electionem Heilonis pro Noviomensi cathedra loco Ragenelmi; itemque moneat regem, ne protegat Riccoziam abbatissam Origniæ, cujus bona dilapi-

*Tomus VII.*

A daverat. Insuper Odo a Ludovico regè obviam Johanni papæ in Franciam confugiens missus est; quæ provincia communiter archiepiscopi demandabatur. Justus etiam est Odo a Ludovico male habente coronam & cetera regum insignia Ludovico filio deferre, qui vix profectus cum didicisset mortuum regem, cambellano traditis ornamentis, statim Compendium rediit ultima suo principi & domino obsequia perfolutus.

XXI. Hugo I. nuncupatus *abbas*, aliquando *marcho*, ab Hincmaro dictus *venerabilis*, & ab analista Bertiniano *clericus*, abbas S. Martini Turonensis & sancti Germani Autissiodorensis, &c. a Thomastino veteris & novæ disciplinæ ecclesiasticæ auctore archiepiscopi sub Ludovico & Carlomanno regibus accensetur, quem, ait Carlomanus, *pro fidelitate semper conservata loco patris colimus*. Hincmarus eodem tempore Bernonem episcopum Catalaunensem, qui certe Ludovici & Carlomanni regum episcopus erat, arctius urget, ut regibus & Hugoni abbati calamitatem ecclesiæ pastore diu orbata exhibeat. Agebatur de Noviomensi ecclesia, cujus quidem electus fuerat episcopus Hetilo, sed nondum regi probatus.

XXII. Liutwardus episcopus Vercellensis Caroli Crassi simul imperatoris & Francorum regis fuit archiepiscopus & archicancellarius, cui papa Johannes supplicat, ut Hieronymo dari episcopatum Laufanensem apud imperatorem efficiat. Annales Metenses exhibent *Liutwardum virum sibi (Carolo) percarum & in administrandis publicis utilitatibus unicum consiliarium*, ad cujus vicem ab aliis plura legimus documenta substantia.

XXIII. Ebulus abbas S. Germani Parisiensis initio regni Odonis, ejusdem fuit archiepiscopus & archicancellarius, sed cum illius partibus adversus esset, munus amisit.

XXIV. Gualterus aliunde ignotus, sub eodem Odone archicancellarii & archiepiscopi munia obivit; cujus ad vicem Herivæus seu Heriveus postea Remensis archiepiscopus subseribit.

XXV. Anshericus episcopus Parisiensis D. Archon tomo primo pag. 256. videtur Caroli Simplicis archiepiscopus & archicancellarius, vice cujus acta quædam subsignat Ermutus diaconus & cancellarius.

XXVI. Herivæus archiepiscopus Remensis sub eodem Carolo Simplicis successit Ansherico in hisce dignitatibus, quibus cum a rege defecisset spoliatus est. Mitto quem D. Archon Herivæo substituit archiepiscopum Ratboldum archiepiscopum Trevirensis, utpote falso in unum testimonio, libro septimo annalium Trevir. Brouveri, in quo aut aliis nihil tale reperitur.

XXVII. Abbo episcopus Sueffionensis initio regni Rodulphi fuit archicancellarius & archiepiscopus, a quibus subinde munus ob defectionem amotus est, & in ejus locum subrogatus.

XXVIII. Anlegius episcopus Tricassinensis, cujus ad vicem Gothefridus notarius & sacerdos acta subsignat.

XXIX. Walbertus episcopus Noviomensis videtur D. Archon fuisse archiepiscopus Ludovici Translunari, qui vocat eum *fidelissimum nostrum*.

P ij

*Flodard. II. l. 3. cap. 29.*

*Tom. 2. Dardign. II.*

*Ann. l. 9. cap. 38.*

*Id. II. 71. cap. 38.*

*Font. 1. II. 2. cap. 3.*

*Flodard. l. 3. c. 23.*

*Huber. II. hist. 1. 1. 1.*

& certe Walbertus in charta pro Compendiensi monasterio anno regni primo proxime ab Hugone magno duce subscripsit.

XXX. Artaldus abdicato per vim archiepiscopatu Remensi, factus est Ludovici Transmarini archicapellanus & archicancellarius, qui & postea suam in sedem restitutus eadem obivit munia sub Lothario rege.

XXXI. Odalricus Remensis archiepiscopus omnes Artaldi defuncti assecutus est dignitates.

XXXII. Adalbero similiter Odalrico successit: archicapellani subinde a Lothario privatus dignitate, sed cui data incomperium.

Maglorianus abbas (Junanus) volente Hugone Capeto, qui ex ecclesia sancti Bartholomaei aucte palatium sita, antiquitus regum capella, duodecim canonicis haecenus regum capellanus, quando Lutetiae morabantur reges, translatis in novam a se fundatam in ipso palatio capellam sub patrocinio S. Nicolai substituit monachos ordinis S. Benedicti cum ablate, qui primus esset capellanus; quo revera nomine se donant in chartis publicis abbates aliquot successores. Verumtamen ut fateat quod sentio, vix credam fuisse illos tales, quales hic describantur.

XXXIII. Rainaldus qui & Regenardus filius Buchardi comitis Vindocinensis & Elizabethae viduae Aimois comitis Corbolienfis, Hugonis regis cancellarius acta subscripsit. Deinde fuit episcopus Parisiensis.

XXXIV. Rogerius I. filius Odonis comitis Blefensis & Carnotensis ac Berthae a Burgundia eodem cancellarii nomine subscripsit actis Hugonis regis, quem postea Robertus rex episcopus & comitem Bellocacensem renunciavit.

XXXV. Franco decanus ecclesiae Parisiensis actis Roberti regis aliquando *diaconus & chartigraphus* subscripsit, & aliquando *cancellarius sacri palatii*, qui & postea ejusdem Roberti favore Parisiensis episcopus evasit.

XXXVI. Balduinus I. Franconi facto episcopo successit Roberti regis tempore, necnon Henrici, cujus acta *Evarardus monachus scripsit ad vicem Balduini signatoris*. In aliis quoque ejusdem regis legitur *signum Balduini archicapellani*; quo nomine laudatur in tabulis sancti Petri Carnotensis. Simul etiam archicancellarium fuisse discimus ex actis, quae Sigulius notarius ad vicem Balduini subscripsit. Postea fuit episcopus Noviomensis.

XXXVII. Alardus qui & Adalardus archicapellani nomen ac titulum sibi vindicat, in actis Henrici I. regis, dein episcopus Suesfionensis.

XXXVIII. Richardus, cujus Berengarius Andegavenfis archidiaconus patrocinium de suis erroribus ambivit, *quia facile*, inquit, *vobis cum rege loqui non nescio*, videtur D. Archon Henrici I. capellanus, quo quidem nomine subscripsit legitur cum Unzelino & pluribus aliis, tum archiepiscopus tum episcopus. Deinde Philippi I. beatus Bituricensis archiepiscopatum assecutus est.

XXXIX. Gervasius archiepiscopus Remensis jam antequam Richardus ad cathedram Bituric. sublimaretur ab Henrico rege petierat, quo tempore filium ejus Philippum inuaxerat regem, ut

ad instar quorundam antecessorum archiepiscoporum munus obiret archicancellarii, obtinueratque, sed paucis eo nomine subscripsit actis.

XL. Balduinus II. jam sub initium regni Philippi regis cancellarius & aliquando archicancellarius subscripsit, ex Mobilonio de re Diplom. libro secundo c. 12.

XLI. Eustachius, a quo suum incipiunt catalogum Sammarthani, capellanus regis Philippi I. adfuit anno 1067. dedicationi ecclesiae S. Martini a Campis apud Parisios, qua de re chartam hujus principis subscripsit.

XLII. Petrus I. abbas S. Germani Parisiensis B subscripsit cancellarius concilio Parisiensi tempore Philippi I. iterumque memoratur 1067. & 1071. in indice abbatum sancti Germani.

XLIII. Gaufridus I. aliquando subcapellanus dein capellanus, creditur idem, qui postea cancellarius & episcopus Parisiensis, frater comitis Boloniensis.

XLIV. Ursio frater Gervasii Remensis archiepiscopi subscripsit cancellarius quibusdam actis tempore Philippi I. Postea fuit episcopus Silvanectensis.

XLV. Rogerius II. Philippi I. cancellarius, dein episcopus Catalaunensis.

C XLVI. Guillelmus I. subscripsit cancellarius fuisse idem creditur ac Guillelmus frater Bertradae superinductae uxoris Philippi I. episcopus Parisiensis, praefatus in concilio Stampenti.

XLVII. Gilbertus cancellarius, idem qui post Radulfum patrum aut avunculum fuit archiepiscopus Turonensis.

XLVIII. Stephanus I. de Garlanda Philippi I. cancellarius, ejusdem favore eligitur episcopus Bellocacensis, sed non confirmatur; cancellarii tamen retinuit munus sub Ludovico VI.

XLIX. Herveus in charta insignis donationis factae cenobio Barbelli ab Adela regina vidua D Ludovici VII. legitur in fine: *Datum per manum Herci capellani nostri*. Forsan erat is Herveus abbas Victorinus, aut Herveus de Montemorencico decanus ecclesiae Parisiensis.

L. Michael I. de Corbolio decanus ecclesiae Parisiensis, cujus sagacitatem in distribuendis elemosynis laudat Rigordus, videtur D. Archon elemosynarius fuisse Philippi Augusti, postea factus archiepiscopus Senonensis.

LI. Petrus II. subscripsit capellanus regis Philippi Augusti diplomati ejus pro abbacia Herivallis anno 1183. Hunc esse Petrum D. Archon tomo secundo pag. 115. existimat, qui Michaelis superioris consanguineus, illi successit in cura scholarum & in decanatu Parisiensi, *lege* in praebenda canonicali, & postea in archiepiscopatu Senonensi.

E LII. Guerinus ex familia de Montecuto in Arvernia, frater Petri magistri ordinis Templariorum, ipse vero frater hospitalarius S. Joannis Hierosolymitani, fuit sigilli regii custos & episcopus Silvanectensis sub finem regni Philippi Augusti, & postea cancellarius sub Ludovico VIII. ejus filio, & adhuc sub S. Ludovico cancellarius dictus & caput clericorum ejus capellae, post cujus Guerini obitum cancellaria vacavit toto regni sancti

Ludovici tempore. Ita dominus Archon, quem sequimur, ac proinde nonnisi secundas illius partes egit Petrus Chrestien in historia magnatum Francie recentius elemosynarius regis in charta abbatis Jardi anno 1220. de Melodunensi valetudinario, *Malalerie*, & in sicla posttridie octavarum Omnium sanctorum 1225. confirmatione bonorum & libertatum, quibus in tractu Andegavensi gaudebat equites militie Templi Aquitanie, & pro ipsorum domo de Mazay, ex regestis thesauri chartarum n. xxxi. quique rursus aduulisse memoratur Adelinae sorori Guidonis de Caprosia confirmanti factam 3 fratre suo abbate S. Dionysii venditionem, & confirmatam a rege S. Ludovico 1230. mense Maio, ex tabulario de Chevreuse. Sed neque locus suppetit Simoni de Soliaco a Sammarthans inducdo 1226. quo tempore Bituricensis cathedram obtinebat.

LIII. Guillelmus II. de Mesines primus sancti Ludovici capellanus ab eo donatur precum ipsius libello, qui etiamnum, aiunt, in bibliotheca D. Prædis de Mesines aservatur.

LIV. Episcopus Silvanectensis (qui videtur Galterus de Chambly) in quodam regie domus Philippi Audacis ministrorum indice circa 1274. primus omnium clericorum reperitur, & adhuc 1285. sub rege Philippo Pulcro.

LV. Guillelmus III. de Sana 1287. fundator plurium capellanum in hospitali Rotomagensi, quod postea dictum est *Hospitalis Regis*.

LVI. Frater Simon de la Chambre fuit elemosynarius regis Philippi Pulcri annis 1296. & 1298.

LVII. N. Legier seu Lizier vocatur magister capellanus regis & ejus elemosynarius in quodam regie domus indice contento in codice A. incipiente anno 1300. usque ad 1321. Legitur apud Archon tomo secundo pag. 222. e capellano regine primus Philippi Longi capellanus 1319. post Theobaldum, qui hac potius fuerat dignitate sub Ludovico X. dicto Hutino, ibidem pag. 218.

LVIII. Frater Johannes I. des Granges, seu Grangies prior Regalis loci ordinis Vallis Scholarium prope Compendium, idem ac Frater Johannes Grangier in actis Templariorum dictus *Johannes ab elemosyna*, nomine proprio *Frater Johannes Grangerius elemosynarius*, regis Philippi Pulcri fuit elemosynarius anno 1307. ut patet etiam ex testamento Johanne regine uxoris ejusdem Philippi, cujus erat executor. Templarios inter illos, qui suas ob impietates combusti sunt annumeratur in chronico sancti Dionysii, his verbis: *Desquels un estoit aufmonier du roy de France, qui tant d'honneur avoit en ce monde, mais oncques de ses mesfaits n'eut (le Roy) connoissance*.

LIX. Petrus III. occurrit ejusdem regis elemosynarius in diario thesauri 15. Febr. anni 1309.

LX. Johannes II. a Sancto Justo fuit elemosynarius circa id tempus, testante D. Archon tomo secundo pag. 191.

LXI. Frater Johannes III. du Tour & familia Templariorum fuit elemosynarius ejusdem Philippi regis, superstes 15. Februarii 1328.

LXII. Egidius I. de Condé aliquando magister capellanus, & aliquando capicerius vocatur in indicibus eorum, qui e regia domo sunt, sub Philippo Pulcro, seu primus capellanus in indice factio uno ante principis obitum anno, testante D. Archon tomo secundo pag. 212. ubi Petrus Sanctus Philippi elemosynarius appellatur.

LXIII. Frater Johannes IV. de Grandpré ordinis Vallis Scholarium alumnus, erat ejusdem regis elemosynarius 1314. & iterum Ludovici Hutin eodem anno & sequenti.

LXIV. Frater Guillelmus IV. de Lynais vel d'Igny antea clericus elemosynæ Philippi Pulcri, fuit elemosynarius Philippi Longi ab an. 1315. ad 8. Januarii 1321. superstes 1326.

LXV. Egidius II. de Pontoille abbas sancti Dionysii fuisse archiepiscopus Philippi V. a Dubleto dicitur, qui certe in epistola inscripta regi de martyrio sancti Dionysii Areopagite & sociorum ejus seipse majestatis regie capellanum vocat; quem rex anno 1321. 6. Augusti testamenti sui executorum una cum duobus aliis renuciavit.

LXVI. Frater Johannes V. de Brueme ordinis SS. Trinitatis alumnus laudatur elemosynarius Caroli Pulcri 1321. hoc est 1322. ante Pascha, 1323. 1324. & 1325.

LXVII. Guillelmus al. Johannes Morin elemosynarius regis Caroli Pulcri 1326. tomo 8. hist. general. magnatum Francie, & Archon tomo secundo pag. 227.

LXVIII. Nicolaus de Neuville e clerico elemosynæ fuit elemosynarius 1327. & 1328.

LXIX. Guillelmus V. de Feucherolles frater Flori magni in Francie ordinis S. Johannis Jerosol. prioris, antea canonicus Sacre capelle, cameræ pecunie regie sub Philippo VI. tunc solum comite Valesii, fuit elemosynarius ejusdem regis ab an. 1329. ad 1343. sic scire auctor hist. genealogicæ magnatum Francie tomo octavo. Archon vero tomo secundo pag. 238. hunc Guillelmum præmittit Nicolao superiori, eorum, qui e regia domo Philippi VI. indice sultus anni 1328. in quo Guillelmus de Feucherolles elemosynarius audit, Nicolaus vero de Neuville archidiaconus in ecclesia Carnotensi, solum elemosynæ clericus. Ceterum Guillelmus condit testamentum 1342. quod regis codicillis probatur apud boscum Vincennarum 1343. mense Decembris, ex regestio chartarum thesauri regii num. LXVIII. Fundavit etiam in patrimonio & vico de Feucherolles juxta Hodantum oppidum capellam regalem in qua oraretur pro anima regum Francorum, ad quos ejusdem omnimoda collatio pertineret, presentatio vero ad dominos temporales loci de Feucherolles, uti ex diplomate originali conspertum est, dato in nemore Vincennarum 1350. mense Junio. Ita Sammarthani qui & addunt successorem habuisse in elemosynarii munere nepotem suum ex eadem familia de Feucherolles.

LXX. Reginaldus I. Saget nepos & heres Guillelmi de Feucherolles primum fuit subelemosynarius, dein elemosynarius.

LXXI. Petrus IV. de S. Placide elemosynarii manus agebat die festo sancti Johannis 1344. &

Tom. VIII.  
hist. general.  
magnatum  
Francie.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Ibidem.

Tom. VIII.  
hist. general.  
magnatum  
Francie.

Ibidem.

Spill. t. 43

Tom. VIII.  
hist. general.  
magnatum  
Francie.

Ibidem.

Tom. VIII.  
hist. general.  
magnatum  
Francie.

Ibidem.

1350. Interea tamen legimus tomo secundo D. Archon pag. 238. & 249. Dionysium le Grand clericum capellæ Philippi VI. 1328. primum ejusdem regis capellanum die Martis 4. Apr. 1348. ubi mendosus dies, & inde Silvanectensem episcopum.

*Idem.* LXXII. Michael II. de Breche vel de Breiche & de Brache doctor theologus Facultatis Paris. fuit elemofynarius Johannis regis ab anno 1351. ad diem primam Julii 1355. quo nomine statuta condidit pro domo hospitali des Haudriettes, quæ videtur apud Saualium tomo primo Antiquitatum Parisienfium pag. 601. postea fuit episcopus Cenomanensis.

LXXIII. Johannes VI. Droin elemofynarius erat regnante Johanne 1355. ex Sammarthanis. Postponitur sequenti a D. Archon tomo secundo pag. 265. & 273.

*Idem.* LXXIV. Garnerius de Berron, de Benon & de Broon canonicus Sacræ capellæ Parisiensis, ex subelemofynario 1352. fit elemofynarius die prima Julii 1357. defunctus 17. Sept. 1380.

*Idem.* LXXV. Gace de Chantepie titulum sibi vindicat primi capellani defuncti regis Johannis in libro metrico de venatione, quem nuncupavit duci Burgundie Philippo, quarto hujus regis filio.

*Idem.* LXXVI. Silvester de la Cervelle *al. de Cernelle* elemofynarius Caroli Delphini Normanniæ ducis 1356. Fuit ejusdem regis elemofynarius 1364. & 1365. quo dicitur elemofynarius Franciæ. Addunt Sammarthani & 1367. sub quo elemofynario fuisse subelemofynarium Hugonem Boileau scribit Archon tomo secundo pag. 279. & 283. Postea Silvester fuit episcopus Constantiensis in Normannia.

*Idem.* LXXVII. Petrus V. de Prouverville subelemofynarius Delphini proregis Franciæ die 31. Martii 1358. fuit elemofynarius Franciæ 1366. ad annum 1380. Equidem D. Archon tomo secundo pag. 280. & 425. laudat Godefridum de Bouceiller primum regis Franciæ capellanum anno 1377. At pag. 295. non ideo putat fuisse elemofynarium, cum, inquit, hæc munia tunc essent valde diversa.

*Idem.* LXXVIII. Dionysius de Collours institutus Delphini elemofynarius 1371. ejusdem regis evasit elemofynarius die prima Octobris 1380.

*Idem.* LXXIX. Michael III. de Crenay vel de Crenay antea præceptor Caroli Delphini, postea regis Caroli VI. ex subelemofynario factus est elemofynarius post obitum Dionysii, qui contigit 1382. 26. Februarii usque ad diem primam Januarii 1388. quo tempore Clemens Petit primus capellanus regis nuncupatur. Tum vero Michael loco elemofynarii regi a sacris confessionibus evasit & episcopus Autissiodorensis.

LXXX. Petrus VI. d'Ailly Compendii parentibus exigere sortis natus, ad præcipuum successum temporis ecclesiæ dignitates provectus est. Primum scilicet summus collegii Navarrai magister evasit, quam provinciam postea dimisit in gratiam discipuli Egidii Deschamps, ut regi, cujus erat a consiliis, & ecclesiæ Parisiensis, cujus erat cancellarius, promptiorem operam impendere,

Deinde fuit elemofynarius regis ab anno 1388. usque ad 1395. tum Sacræ capellæ Parisiensis thesaurarius, episcopus Cameracensis & cardinalis. Obiisse dicitur 1425.

LXXXI. Egidius III. Deschamps patria Rotomagensis, theologiæ doctor & summus collegii Navarrensium magister, promotione Petri de Alliaco ad sedem Cameracensem factus dicitur a D. Archon tomo secundo pag. 320. regis elemofynarius. Postea fuit episcopus Constantiensis & cardinalis creatus a Johanne XXIII. octavo idus Junii 1411. tomo octavo hist. genealogicæ magnatum Franciæ, ubi postponitur Egidius tribus, qui sequuntur, elemofynarius.

LXXXII. Petrus VII. Mignot subelemofynarius 1393. fit elemofynarius die prima Junii 1395. & adhuc erat 1397. 18. Novembris.

LXXXIII. Hugo II. Blanchet 10. Martii 1397. hoc est 1398. & 1399. quo factus Sacræ capellæ Parisiensis thesaurarius, hæc in dignitate decessit 24. Aprilis 1406.

LXXXIV. Petrus VIII. Profete subelemofynarius a die 24. Jun. 1399. usque ad primam Augusti qua fuit elemofynarius. De eo hic habet D. Archon tomo secundo pag. 326. Magister Petrus Profete subelemofynarius, absente Egidio Deschamps elemofynario regis, curam habuit elemofynarum, & huic subelemofynario successit Philippus Aymeron pag. 337. qui postea fuit elemofynarius.

LXXXV. Johannes VII. de Courteuiffie patria Cenomanensis, doctor theologus, cum jam in magno consilio munus consiliarii cum annua quingentarum librarum pensione a rege accepisset, ab eodem post Egidium Deschamps assumtum ad sedem episcopalem Constantiensem, donatus est elemofynarii dignitate, anno saltem 1409. quo 18. Martii hinc titulus exornato assignantur octo libræ diurnæ pro itinere ad summum pontificem Romæ & reditu ad regem. Memoratur & 1410. 1411. & 1418. quo ultimo anno decem libræ diurnæ ipsi a rege decernuntur distribuendæ, & in ejus absentia Philippo Aymeron subelemofynario. Deinde fuit episcopus Parisiensis electus, qui cedere coactus evasit Gebuensis.

Post hunc inducuntur a Sammarthanis Azigotus, cujus, inquit, archidiaconi exstat mentio in schedis collegii Gervasiani Luteciæ, & Henricus Blanchet, de quo & Johanne Aliquot tanquam elemofynarii idem dicitur a D. Archon tomo secundo pag. 380. ubi & addit Johannem Aliquot fuisse capellanum reginæ uxoris Caroli VII. & iterum pag. 426. elemofynarium reginæ uxoris Lodovici XI. quem eundem fuisse non auctor afferere. Johannes vero de Lendino domini regis protocapellanus dictus, præpositus Normanniæ in ecclesia Carnotensi, ejusdemque & Parisiensis ecclesiæ necnon Sacræ capellæ Paris. canonicus præbendatus, defunctus est 1421. xv. calendas Octobris.

LXXXVI. Philippus I. Aymeron ex subelemofynario, seu elemofynæ clerico a die 20. Julii 1408. fit elemofynarius 8. Oct. 1422.

LXXXVII. Stephanus II. de Montmoret

Tom. VIII. hist. geneal. magnatum Franciæ.

Idem.

Idem.

Idem.

Archæol. 2. pag. 334.

Tom. VIII. hist. geneal. magnatum Franciæ.

Archæol. citum pag. 347.

Archæol. citum pag. 348. & VIII. hist. genealogicæ magnatum Franciæ.



Archon illud.

magister, seu doctor in theologia vocatus, fuit & elemofynarius Caroli Delphini 1421. & ejusdem regis Caroli VII. 1422. 20. Novembris, 1429. &c. Obiit 1446.

Ibidem.

LXXXVIII. Johannes VIII. Dauffy doctor & professor in theologia ex subelemofynario fuit elemofynarius Caroli VII. regis, postea Sacrae capellae Parisiensis thesaurarius, cujus dignitatis cessione Antonii Crespini possessionem accepit 4. Septembris 1449. & episcopus Lingonensis, defunctus 1453.

LXXXIX. Ludovicus I. de Combom sedis apost. protonotarius, canonicus & comes Lugdunensis, abbas Burgidoli\*, Concharum, & sancti Augustini Lemovicensis, ac frater Jacobi episcopi Claromontensis in indice domus regiae Ludovici XI. a die prima Jan. 1461. ad 1464. notatur elemofynarius sub annua 300. librarum pensione, qua dignitate viginti circiter annis positus, a rege privatus est. Omittitur ab aliis, quemadmodum etiam qui sequitur.

XC. Guillelmus VI. Guyot sub iustitiam stipendiis Ludovico de Combom subrogatus, de quo nihil ultra.

XCI. Johannes IX. Balue primum canonicus, & postea thesaurarius Andegavensis ecclesiae, majorque dioc. vicarius, episcopi favore innotuit Ludovico XI. regi, qui fecit illum ab elemofynis ac intimis secretis 1464. mense Decembris, & huic beneficentiae adjectis abbatias Latiniacensem & Ficannensem, necnon episcopatum Ebroicensem. Fuit postmodum episcopus Andegavensis & cardinalis, qui demum e vivis excessit 1499.

Archon tom. 2. p. 401. &amp; 420.

XCII. Petrus IX. de Cadoci, melius de Cadocet Biturix, doctor in theologia, loco Johannis Baluae a rege Ludovico XI. assumitur in elemofynarium. Postea fuit archiepiscopus Bituricensis, ubi vide tomo secundo col. 90.

Ibidem pag. 401. &amp; 420. vili. hif. genealogica magnatum Franciae.

XCIII. Angelo Catho seu Angelus Catho origine Beneventanus in regno Neapolitano, simul fuit Ludovici XI. regis elemofynarius & medicus, ac postea Viennensis archiepiscopus.

XCIV. Johannes X. Thuyer Caroli Delphini elemofynarius & capellanus ab rege Ludovico XI. institutus centum librarum stipendiis, ejusdem Caroli VIII. regis elemofynarius remansit anno 1483. Mortuus est 1485. mense Februario. Pro Johanne Thuyer Sammarthani habent Johannem l'Huillier, quem dicunt Sorbonae doctorem & provisorum, decanum ecclesiae Parisiensis & episcopum Meldensem, & quem Archon tomi laudati pag. 424. Ludovico XI. solum a sacris confessionibus, non elemofynis tradit.

XCv. Johannes XI. de Rely nobilis Atrebas, doctor theologus Facultatis Parisiensis, regi Carolo VIII. a sacris confessionibus & humanioribus literis, ejusdem regis Franciae elemofynarius a Sammarthanis memoratur in actis an. 1488. Subinde fuit canonicus ecclesiae Parisiensis, decanus sancti Martini Turonensis & episcopus Andegavensis; quo forsitan tempore primatum elemofynae transcripsit Gualfrido de Pompadour episcopo Petragricensi, & post Aniciensi, cujus loco Johannes de Rely se dicens regi a consiliis, confessionibus

& elemofynis Dionysii Marcel oblationum & elemofynarum curatoris rationes accepit, & in matrimonio Caroli regis cum Anna a Britannia sacris operatus benedictionem nuptialem imperavit.

XCVI. Gualfridus II. de Pompadour illustri ortus apud Lemovices genere, nepos ex sorore Ludovici de Combom, quem supra diximus elemofynarium, canonicus & comes Lugdunensis, abbas B. Mariae de Cancellata, curiae subsidiorum princeps, & postea curiae rationum Parisiensis, ac simul episcopus Petragricensis, qui subinde Aniciensis evasit, insuper magni Franciae elemofynarii titulo insignis erat 1493. 14. Junii, hincque titulum retinuit sub Ludovico XII. donec annis gravior lubens illum dimisit.

XCvII. Franciscus I. le Roy ex dominis de Chavigny vel Chauvigny in pago Lodunensi, sedis apostolicae protonotarius, frater Johannis nobilis cubicularii regis, qui Magdalenam Gouffier duxerat uxorem, in litteris suae promotionis ab decanatum B. Mariae de Gaye ordinis Cluniacensis in diocesi Trecenti, vocatur magnus elemofynarius. Obiisse legitur tomo octavo historiae genealogicae magnatum Franciae pag. 249. anno 1515. 18. Octobris, quem Sammarthani Adriano sequenti

postponentes memorant annis 1514. & 1519.

XCvIII. Adrianus Gouffier episcopus Constantiensis & cardinalis, filius Guillelmi Gouffier de Boilly senescalli Santoneusis, & primi cambellani regis, frater vero Arturi moderatori juventutis Francisci ducis Vallesii, qui postea fuit rex, mortuo, inquit D. Archon tomo secundo pag. 484. Francisco le Roy magno elemofynario successerit, datus est 1519. mense Novembris, forsan Sept. Adrianus postea fuit episcopus Albienensis, ubi vide tomo primo col. 37.

XCIX. Franciscus II. Desmoulins Rochefort praceptor Francisci ducis Vallesii postea regis, & eidem ab elemofynis, cum jam esset abbas Miciaensis, cessione cardinalis de Boilly facti legati a latere, magnus elemofynarius evasit die 8. Oct. 1519. quo nomine memoratur a Sammarthanis 1520. & 1522. usque ad 1526. Nominatus fuerat episcopus Condomienensis, sed inauguratione caruit.

C. Johannes XII. le Veneur Philippi baronis de Tillieres filius & frater Ambrosii Ebroicensis episcopi, Francisco Desmoulins magno elemofynario successerat jam an. 1525. Hocce nomine, ut asserere videtur D. Archon tomo secundo pag. 509. signavit diploma illud celebre Madritii Carpetanorum in Hispania mense Novemb. hujusce anni, quo Franciscus I. in captivitate detentus regnum in Delphinum transfert. Nonnisi tamen anno 1526. creatus major elemofynarius a rege Francisco I. dicitur tomo octavo historiae general. magnatum Franciae. Adhuc erat 1534. & 1537. quo 24. Augusti fe ipse nuncupat misericordia divina titulo sancti Bartholomaei sacrosanctae R. E. presbyterum cardinalem le Veneur vulgariter dictum, episcopum & comitem Lexoviensem, magnum Franciae elemofynarium, & vicarium generalem & irrevocabilem a sancta sede apostolica

Hif. Parif. tom. 1. pag. 397. &amp; 4. p. 747.

Archon t. 2. pag. 477.

Ibidem.

specialiter deputatum episcopatus Ebroicensis. A Datum apud Fontem-bleaudum Senonensis diocesis sub sigillo camerae nostrae, die & anno quibus supra. Denique simul abbas Beccensis obiit 1543.

C I. Antonius Sanguin dictus cardinalis de Meudon, quod esset hujus loci toparcha, filius Antonii aquis & filvis Franciæ præfæcti, magister oratorii regii, episcopus Aurelianensis & abbas Floriaci, & postea Tolofanus archiepiscopus, vacantem per obitum Johannis le Veneur magni elemosynarii dignitatem obtinuit a rege 7. Aug. 1543. qua cessit 1547. vel ante mortui regis exequias, quibus tamen interfuit.

C II. Philippus II. de Coiffé de Briffac (non B Philibertus, ut scribit Archon tomo secundo pag. 543.) tertius filius Renati \* Coifféi (non Theobaldi, ut diximus tomo secundo in abbatibus sancti Jovini) comitis de Briffac, de Gonnor, & de Secondigny, equitis torquati, magni Franciæ factonarii & panetarii, provinciarum Andegavensis administratoris, ex Carola de Gouffier de Boiss-Rouannes prima præfecta palatii Eleonoræ Austriacæ Francorum reginæ, frater Caroli I. Coifféi comitis de Briffac & Deslelan, equitis torquati, Franciæ marescalli, magni tormentorum bellicorum magistri, pedum & equitum successiffe summi præfæcti, provinciarum Sabaudia, Pedemontis & Italiæ proregis, neenon Arturi Coifféi comitis de Gonnor & de Secondigny, equitis torquati, Franciæ marescalli, plurium provinciarum & præcipue Aurelianensis, & urbium Metensis ac Marienburgi gubernatoris, regni ministris, & regii ararii summi tribuni, primum fuit monachus ordinis S. Benedicti, & abbas Montis S. Michaelis ac sancti Jovini de Marnis, tum episcopus Constantiensis, qui ex primo Henrici Delphini elemosynario, ejusdem regis Henrici II. magnus effectus elemosynarius anno 1547. obiit 24. Nov. 1548.

C III. Petrus X. du Chastel Lingonensis regi Franciæ I. fuit ab elemosynis, quo mortuo D principe jam episcopus Tutelensis voluit aulam deserere, sed frustra, renitente successore Henrico II. qui creatum episcopum Maticonensem, mox eodem anno 1548. magnum instituit elemosynarium, & non ita multo post ad ecclesiam Aurelianensem traduxit. Apoplexia demum interit an. 1552. 3. Febr. ac proinde emendandum quod diximus tomo quarto col. 1097.

C IV. Bernardus de Ruthye vel de la Ruthye abbas Pontileviæ ex permutata cum Ludovico d'Anjou Mezieres abbata Nigellæ absconditæ diocesis Trecentis, & commendator sancti Jacobi de Alto passu in suburbio Parisi. regi Franciæ I. fuit ab elemosynis, tum primus Henrici II. elemosynarius, magnique tandem evasit die prima Jul. an. 1552. Defunctus est prima die Maii 1556. postquam rex Henricus II. ad papam scripserat, ut Bernardo abbati, non episcopo, & successoribus inagnis elemosynariis creari, nominari & inaugurari episcopos aule indulgeret.

C V. Ludovicus II. de Brezé ex principibus de Foucarmont, aiant Sammarthani, filius Galtonis ex Maria de Cerilay, Sacræ capellæ Parisiensis thesaurarius, Meldensis præsul, & abbas S. Faronis

& Igniaci, defuncto Bernardo ejus tum abbatiam Pontileviensem, tum magni elemosynarii munus obtinuit, quo functus reperitur a die prima Junii 1556. ad exequias peractas regis Henrici II. quibus eo titulo interfuit 1559.

C VI. Carolus d'Humieres filius Johannis Perronæ gubernatoris, episcopus Bajocensis, magni elemosynarii munere fultus a die 12. Julii 1559. ad diem Veneris 6. Decembris 1560. quem D. Archon tomo secundo pag. 587. continuatum scribit sub Carolo IX. præsentemque eo titulo Pisiacensi colloquio, ibid. pag. 599. Fuit autem abbas S. Ricarii, S. Quintini Bellouacensis, sancti Martini de Nemore, & sancti Bartholomæi Noviomensis.

C VII. Jacobus I. Amyot præceptor Caroli IX. & Henrici III. a quo postea rege instituti ordinis S. Spiritus factus est commendator, decanus Aurelianensis-ecclesiæ & abbas Bellosannæ, ab eodem Carolo mox ut in suam tutelam venit creatus est abbas de Rupibus & sancti Cornelii Compendiensis, neenon major elemosynarius, quo nomine 1564. neeum episcopum Autifiodorensis, Avinionæ degens cum rege, huic, reginæ matri & ceteris aulicis, qui vesci carnibus tempore Quadragesimæ opus habebant, permisit, licet inibi maneret sedis apostolicæ legatus & archiepiscopus dicecesanus. Hac autem privatus dignitate 1591. obiit 1593. die 6. Februarii.

C VIII. Reginaldus II. de Beaune Turonicus, filius Guillelmi baronis de Samblanay & Bonnæ de Cotterea, ex episcopo Mimatensis Bituricensis antistes, die 12. Jul. 1591. creatur major elemosynarius, & eo nomine regiorum ordinum commendator ab Henrico Magno, cujus fidei professionem excepit apud S. Dionysium die Dominica 25. Julii 1593. & 1594. prima Quadragesimæ Dominica interfuit inaugurationi apud Carnutum. Memoratur 1595. die 3. Februarii qui subinde Senonensis archiepiscopus ab anno 1602. obiit Parisi die 27. Septembris anni 1606. sepultus in medio chori ecclesiæ Parisiensis sub tumba narmorea.

C IX. Jacobus II. Davy du Perron episcopus Ebroicensis & cardinalis, ac primus Henrici IV. elemosynarius Reginaldo de Beaune successit cum in cathedra Senonensi, tum in magni elemosynarii dignitate mense Octobri anni ejusdem 1606. cum tunc Romæ degeret de mandato regis, cui Jacobus ea de re gratias egit litteris Romæ datis 19. Octobris ejusdem anni. Memoratur præfens 1610. reginæ coronationi apud sanctum Dionysium, quem 1616. rex Ludovicus XIII. nominavit præsidem coetus notabilium Rotomagensis. Obiit 5. Septembris 1618. ætatis 63.

C X. Franciscus III. de la Rochefoucault filius Caroli comitis de Randan ex Fulvia Pica filia Galeacii Pic principis de la Mirande & de Concorde, abbas Tornuasi, regis capellæ mulices magister, postea episcopus Claromontensis, & inde Silvanectensis, ut esset propior regi, cardinalis, ac demum magnus elemosynarius ab an. 1618. abbasque S. Genevæ: 1619. Cessit elemosynarii dignitate 1632.

CXI;

\* quem rex Franciscus I. liberorum suorum moderatorem instituit.

Hist. Paris. tom. 4. pag. 768.

Hist. Paris. tom. 4. pag. 768.

Tom. 8. hist. genealog. n.

Archon t. 2. pag. 171.

Tom. 8. hist. genealog. n. pag. 274.

Archon t. 2. pag. 199.

Hist. sancti Evreux pag. 432.

CXI. Alphonſus Ludovicus du Pleſſis de Richelieu, ex archiepiſcopo Aquileienſi cardinalis Lugdunenſis, ceſſione Franciſci cardinalis de la Rochefoucault, magni eleemoſynarii munus obiit ab anno 1632. quo pro illo regi ſacramentum præſtitit, tribuſque poſt diebus torque ordinis S. Spiritus inſignitus eſt, ad 1653. quo Lugduni deceſſit 23. Martii.

CXII. Antonius Barberin papae Urbani VIII. nepos, cardinalis & epiſcopus Pictavienſis, ex magno reginae Annæ Auſtriacæ per biennium eleemoſynario, fuit magnus regis Ludovici XIV. ab anno 1653. quo Luteciæ ſacramento præſtitito 28. Aprilis, dignitatis poſſeſſionem accepit die 14. Maii ejuſdem anni. Fuit etiam archiepiſcopus Remenſis & abbas S. Ebrulſi, Romæ defunctus 3. Auguſti 1671.

CXIII. Emmanuel Theodoſius de la Tour cardinalis de Bouillon, canonicus & major præpoſitus Leodiienſis eccleſiæ, abbas Cluniaci, ſancti Audoeni Rotomagenſis, S. Vedafii Atrebatenſis, S. Martini Pontiliænſis, Tornuſii, ſancti Petri de Bellojoco & Viconiæ, ac poſtmodum ſacri collegii decanus, creatur magnus eleemoſynarius 10. Decemb. 1671. quo de munere blicuo poſt regi ſacramentum dixit; eoque tandem & regionum

A ordinum torque privatur ob inobedientiam anno 1700. Romæ devixit 7. Martii 1715. ætatis anno 72.

CXIV. Petrus XI. du Cambout de Coiſlin canonicus eccleſiæ Pariſienſis, abbas S. Victoris ejuſdem urbis, S. Johannis Ambianenſis & ſancti Gildafii de Nemore, prior Argentolii, B. Mariæ de Longo campo, Longi poſitis, ſancti Petri Abbativille, & B. Mariæ du Guais, cardinalis etiam & epiſcopus Aurelianenſis, primuſque regis eleemoſynarius, major evaſit anno 1700. menſe Septemb. regique ſacramentum præſtitit 4. Apr. 1701. Obiit Verſaliſ 5. Februarii 1706.

CXV. Tuſſanus de Forbin de Janſon abbas S. Petri Corbeienſis, Prulliaci, Marchianenſis, & Saviniaci, cardinalis & epiſcopus Bellocacenſis, per obitum Petri major eleemoſynarius inſtitutus 1706. Luteciæ mortem oppetiit 24. Martii an. 1713.

CXVI. Armandus Gaſto Maximilianus cardinalis de Rohan, epiſcopus & princeps Argentoratenuſis, præcipuus academiis Franciæ adſcriptus, pro majoris eleemoſynarii dignitate regi fidem obſtrinxit 10. Junii 1713. Hactenus ea decoratur, quam & viciffim decorat.

## SACRA CAPELLA PALATII PARIENSIS.

**S**anctus Ludovicus Francorum rex ejus nominis IX. in ſui palatii loco, ubi tunc erat oratorium ſancti Nicolai, ædificare cepit Sacram capellam anno 1242. eique adminiſtrandæ litteris datis 1245. menſe Januario quinque majores, ſeu principales & magiſtros capellanos præſbyteros inſtituit, quorum alter eſſet antiqui oratorii ſancti Nicolai capellanus, eorumque ſingulis unum vicarium, ſive ſubcapellanium præſbyterum, & unum clericum diaconum, aut ſaltem ſubdiaconum adjunxit. Duos etiam ædituos, ſeu matricularios, *Marguilliers*, qui ſacris ordinibus initiati eſſent, ſuperaddidit, atque hiſ omnibus annuus reditus aſſignavit, quinque ſcilicet majoribus capellanis centum libras Pariſienſes, hoc eſt unicuique viginti, percipiendas in Caſtelletto præpoſituræ Pariſienſis, medietatem in feſto Aſcenſionis Domini, & aliam medietatem in feſto Omnium ſanctorum. Additur & ſingulis æqualiter dividendus totus reditus veteris capellæ S. Nicolai de conſenſu Matthæi, qui ſponte huic beneficio renunciaverat; matricularii vero triginta libras attribuit, nempe quindecim unicuique percipiendas ſimiliter; quibus inſuper & tam majoribus capellanis, quam & vicariis adjecta eſt oblationum diſtributio, quæ fierent in Sacra capella, præterquam in miſſis, quæ ad majores capellanos pertinerent. Hic erat Sacræ capellæ ſtatus, donec ejus fabrica ſtupendæ artis perfectæ eſt 1247. de qua ſic Merula: *Sacellum Sacræ capellæ in palatio omnium Cismontanorum audaciſſimum eſt, nam ſacellum ſacello fornicato incumbit, nullis columnis mediis, ſed lateribus tantum ſuffultum.* Licet, inquam, admirari ſtructuram

Tomus VII.

ram hujus ædis ſacræ, in qua geminam ſpectes capellam, aliam ſuper aliam exſtructam, quarum illa vii. calendas Maii 1248. conſecrata eſt ab Odone Tuſculanenſi epiſcopo & ſedis apoſtolicæ legato in ſanctæ Coronæ ſpinea, quam ſanctus Ludovicus cum ſacris aliis reliquiis menſe Junio anni præcedentis acquiſerat a Balduino Conſtantinopolitano imperatore, & ſanctæ Crucis honorem, iſta vero inferior iſdem die & anno ſub Deiparæ virginis patrocinio a Philippo Bituricenſi archiepiſcopo, ut liquet ex hiſcæ duabus inſcriptionibus, quæ adhuc exſtant in ſua quæque capella ad murum ſeptentrionalem: *Anno Domini 1248. vii. cal. Maii dedicata eſt eccleſia iſta a venerabili patre Odone Tuſculanenſi epiſcopo in honore ſacroſanctæ Coronæ ſpinea Domini & viſiſſicæ crucis, Anno Domini 1248. vii. cal. Maii dedicata eſt eccleſia iſta a venerabili patre Philippo Bituricenſi archiepiſcopo in honore gloriouſſimæ Virginis genitricis Dei Mariæ.* Hoc autem ipſo anno idem S. Ludovicus datis apud Aquas mortuus menſe Aug.

D litteris, loco duorum matriculariorum, qui diaconi vel ſubdiaconi eſſent, tres inſtituit, qui ſacerdotes, & habent quique ſuum clericum diaconum aut ſubdiaconum, ſive, ut habet diploma Philippi V. an. 1318. creavit octo principales capellanos, quorum unum aliis præſidere voluit, huncque magiſtrum capellanium dictæ capellæ vocari, ac præ illis habere in beneficio 15. libras annuales, & in feſtis duplicibus & annualibus duplicem diſtributionem; necnon centum & triginta libris pro quinque majoribus capellanis & duobus matriculariis aſſignatis addidit LXX. ut hi jam octo pares in

Hij. Pariſ.  
tom. 3. pag.  
122.

Iidem pariſ.  
126.

Q

*Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
227.*

omnibus essent, excepta mox addicta magistro capellano prerogativa quindecim librarum, &c. ac singuli haberent 25. libras suum modo percipientes. Idem quoque fundator an. 1256. in augmentum redditus ad quotidianam & perpetuam panum singulis eorum faciendam distributionem, adjicit octo frumenti modos de redibus bladi suae Senonensis praepositurae ad mensuram Senonensem, ita ut de dictis octo modis frumenti, necnon & de quatuor modis, quae apud Gonelliam & Villam novam percipiunt, sicut percipiebat antea capellanus, qui veteris capellae beneficium obtinebat, fiat hujusmodi panum distributio diebus singulis tam solemnibus, quam profestis. Quartum denique S. Ludovicus an. 1270. suae vitae ultimo diploma dedit apud Aquas mortuas, quo statuit, ut magister capellanus (postea dictus thesaurarius) qui pro tempore ipsius Sacrae capellae, reliquiarum, & personarum omnium curam gerat, seu geret in posterum, praeter ceteris in omnibus extunc & deinceps duplum habeat tam in distributionibus, quam in fundo, sabbis quindecim libris, quas jam praeter ceteris habere solebat in praepositura Parisiensi: dignum est enim, ut qui in sollicitudine praecedit & onere, in emolumentis ceteris praefertur & honore. Quae omnia volens in certis rebus & locis constituit, vices suas commisit suis consiliariis abbati sancti Dionysii, archidiacono Bajocensi, & thesaurario S. Frambaldi Silvanectensis, adeo tamen, ut hi redditus summam annuam septingentarum librarum non excederent.

Patris amulatus pietatem Philippus III. cognomento Audax anno 1275. postero anno ejus conjugem Mariam filiam Brabantiae ducis coronaverat archiepiscopus Remensis die 22. Junii in Sacra capella, eisdem capellanos commensales regis declaravit hoc brevi diplomate e m. codice bibliothecae Coislianæ eruto: *Philippus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis tam praesentibus, quam futuris, quod nos divini amoris intuitu capellanus capellae nostrae Parisiensis concessimus, ut quando in maneris nostris Parisiensibus, vel Parisius apud Templum, cum regina, vel suae regina, nos morari vel esse ad prandium vel ad cenam contigerit, habeant & percipiant qualibet die unam liberationem integram, videlicet octo denariatas panis, unum sextarium vini de vino, quod militibus liberatur, quatuor denarios pro coquina, & duodecim frusta minoris candleae in perpetuum: & quando regina, nobis absentibus, in aliquo dictorum manerium, vel apud Templum Parisius morabitur, vel erit ad prandium, vel ad cenam, dimidiam liberationem: & quando liberi nostri, vel alter eorum, quando fuerint in maimburnia nostra, ibidem morabuntur, vel erunt ad prandium, vel ad cenam, nobis & regina absentibus, quatuordecim denarios Parisienses per diem pro liberatione tantummodo dicti capellani percipiet & habebunt. Quod ut ratum & stabile permaneat in futurum, praesentibus literis nostram fecimus apponi sigillum. Actum apud Villam novam in Herio anno Domini 1275. mense Decembris. Idem Philippus anno 1278. mentione facta fundationis a patre sancto Ludovico factae, septingentas libras annui redditus, de quibus supra, constituit in proventibus fornicis pontis majoris, fori Parisiensis, ac corundem thelonco percipient-*

*Mabigne  
Aniq. de  
Paris p. 88.*

das Parisiis, medietatem in festo Ascensionis Domini, & alteram medietatem in festo Omnium sanctorum, & pro suo anniversario singulis annis celebrando octo libras Parisienses in thesauro Parisiensi.

Crevit adhuc in hac regia capella sacrorum ministrorum numerus liberalitate Philippi IV. cognomento Pulcri, qui novas quatuor praebendas antiquis consimiles in emolumentis & redibus statuit & aequales, singulas videlicet 77. librarum, quindecim solidorum & septem denariorum Parisiensium, quarum summa totalis est 311. librarum, 2. solidorum, & quatuor denariorum, volens

*Hist. Paris.  
tom. 3. pag.  
127.*

idem rex Philippus magistrum capellanum capellae praedictae thesaurarium merito, tanquam tanti thesauri dictarum reliquiarum custodem & ministrum, & dictos capellanos, canonicos appellari: summumque tandem fundavit anniversarium duodecim libris Parisiensibus annui redditus constituit. Haec discimus ex diplomate Philippi V. appellati Longi anno 1318. quo non solum praedictas fundaciones confirmat, verum & novam praebendam ceteris duodecim aequalem fundat, nempe 77. librarum, 15. solidorum, & septem denariorum, ac insuper duo constituit anniversaria, quorum singulis libras duodecim Parisienses destinauit, idemque rursus

*Idem pag.  
126.*

C die 8. Julii 1319. cantoris officium instituit, ad cuius ferendum onus quinquaginta libras Parisienses deputat, illudque confert Egidio de Condeto ipsius ecclesiae canonico, cujus mox officii specialis onera describit literis anni 1319. mense Martio, hoc est 1320. tandemque hoc officium electioni obnoxium voluit Carolus VI. Francorum rex anno 1405. mense Maio, regni 25. Ad haec papa Johannes XXII. thesaurario praebitis regis jurisdictionem in portarium, *consergiem, giardinarium*, & duos speculatores, seu custodes vigiliarum noctis regalis palatii Parisiensis, necnon in omnes familiares canonicorum capellae regiae Parisiensis, prout, inquit, exeret & habet in canonicos, capellanos & clericos dictae capellae confirmat anno 1320. nonis Augusti pontificatus anno quarto. Idem quoque thesaurarius ex privilegio Caroli V. Francorum regis rogatus a summo pontifice concessio 1365. celebrat cum ornamentis pontificalibus, demto pastoralis baculo, ex charta, quam habes inter instrumenta. In litteris ejusdem Caroli datis anno 1371. ubi fit mentio exemptionis canonicorum Sacrae capellae a jurisdictione Parisiensis episcopi diocesani, & Senonensis archiepiscopi tunc metropolitani, ut ab aliis Parisiensibus collegiis Sacrae capellae distinguantur canonici, illis almutiae de griso, seu de pelibus grisa sournate de minutis variis constituantur loco nigrarum, quae tam sex perpetuis, quam aliis capellanis & clericis canonicorum relinquuntur, cujus in titulum & signum statuti canonicis praebitis hac vice rex de gratia specialis primas almutias

*Idem pag.  
131.*

*Idem pag.  
132.*

*Idem pag.  
134.*

*Idem pag.  
140.*

*Ch. CI. XIX.  
col. 129.*

*Idem pag.  
133.*

*Idem pag.  
143.*

D perpetuis primus anno 1286. alter 1289. tertius 1291. quartus 1301. a Philippo Pulcro fundati sunt, quintus a Philippo V. 1318. ac denique sextus anno 1339. a Philippo VI. Seriem eorum, qui thesaurarii dignitate insigniti sunt, accipe ex

E

historia mſ. clariffimi viri Egidii Dongois canonici ejuſdem Sacre capellæ, quam præfatione munivit & meliorem in ordinem redegit ejuſdem etiam eccleſiæ canonicus vir pietate & doctrina conſpicuus Carolus du Tronchay.

THEſAURARIORUM SERIES.

I. **M**ATTHÆUS, qui veteris oratorii ſancti Nicolai capellanus erat, huicque beneficio ſponte renunciaverat, quando S. Ludovicum de fundanda Sacra capella inceſſit cogitatio, in chartis ejuſdem fundationis annorum 1245. & 1248. unus de *principibus capellanis* appellatur, nullibi vero præterquam in hiftoria laudata mſ. & quidem, ut videtur, ex coniectura potius verifunili, quam ex certa auctoritate *magiſter capellanus*. Notatur ibidem ejus obitus anno 1278.

II. Gregorius de Melvento, *Meulant*, ex genere Guillelmi de Melvento, qui fuit ſancti Ludovici cancellarius, jam anno 1265. dicitur *Maitre gouverneur de la Sainte Chapelle de Paris*. Idem in duabus litteris Philippi Pulcri modo vocatur regis archicapellanus, modo regis theſaurarius. Huic bulla Honorii papæ IV. anno 1288. conceditur facultas omnes Sacre capellæ clericos ad ſacros ordines miniſterio epifcopi quemcumque vellet promovendi. Sub ejus præfectura 1292. menſe Junio nuptiæ Margarete filie ducis Brabantie & neptis reginæ cum Henrico a Luxemburgo in Sacra capella celebratæ ſunt a Simone de Bucy Pariſienſi epifcopo, qui ſponte chirographo dato immunitatem eccleſiæ ex hoc ſacro ritu nihil damni accepturam ſignificavit.

III. Petrus I. de Media curte, *Micourt*, mortuo Gregorio ad theſaurarii dignitatem aſſumptus, adhuc ea potiebatur an. 1301. quo ſolemni decreto conſummata eſt *ordinatio de quotidianis distributionibus percipiendis per unumſem a quolibet canonico abſente*.

IV. Guido I. de Lauduno regi ab eleemoſynis, D canonicus eccleſiarum Laudunenſis, Pariſienſis, & S. Quintini, Sacre capellæ Pariſienſis theſaurarius evaſit anno 1301. Multas hic piæ fundationes fecit, in his pro ſancti Nicaiſi Remenſis archiepifcopi celebrando feſto. Fundavit etiam una cum Radulfo de Preſle clerico regis an. 1313. Laudunenſe apud Pariſios collegium. Ejus tempore anno 1306. S. Ludovici caput honorifice ad Sacram delatum eſt capellam, inibique collocatum. Denique anno 1323. Maria Caroli Pulcri uxor, & regis Bohemie ſoror ſacro inuncta eſt oleo in eodem templo ab archiepifcopo Senonenſi.

V. Odartus, *Oudart*, feu Odo Boileau capitulo præerat 1328. 1331. & 1333. ex illorum annorum instrumentis. Obiit 12. Octob. ſepultus apud Carthufianos, auctore Jacobo du Breuil, quod etiam docent tabulæ obituales Carthufiæ Pariſienſis, & Claudius Malingre *Antiq. de Paris pag. 425*.

VI. Johannes I. de Melvento theſaurarii munus geſiit ad annum 1346. Fuit epifcopus Meldenſis, dein Noviomenſis, tandemque Pariſienſis in eunte Februario exeuntis anni 1351.

VII. Hugo I. de Neufſa, *Neauſſe*, ex canonico

Tomus VII.

A fit theſaurarius, uti notatur in necrologio ad annum 1352. ex hiftoria mſ. quod quidem cum annis ſucceſſoris non convenit.

VIII. Petrus II. Houdanc legitur ibidem theſaurarii dignitatem obtinuiffe per annos quindecim, & mortuus eſſe die 4. Junii anno 1363. in quo annorum numero comprehenditur an. 1352. qui Hugoni aſſignatur.

IX. Arnulfus I. de Grandpont theſaurarius Sacre capellæ Pariſienſis & Johannes de Atrebot de Verberia diaceſſis Sueffionenſis ejuſdem eccleſiæ perpetuus capellanus exſecutores teſtamenti Petri de Dordano al. de Houdanco nuper theſaurarii incipiunt ſacrarum reliquiarum iſdicem, &c. anno 1363. indiſione prima, die 3. Aug. ex authentico instrumento, quod in bibliotheca regia aſſervatur. Anno 1376. dicitur Arnulfus nuper defunctus, & theſauraria noviffime vacare.

X. Hugo II. Boileau ſubeleemoſynarius regis Caroli V. ab eodem donatur theſauraria & præbenda Sacre capellæ Pariſienſis an. 1376. iudiſt. xv. die 20. Februarii regni Caroli anno XIII. ex charta authentica, ac poſt triduum ex alia ſimiliter charta authentica ſacrarum reliquiarum inchoatus eſt index. Bullam Clementis papæ VII. anno pontificatus ſexto, eadem certis diebus Sacram viſitantibus capellam Pariſienſem indulgentias largientis, quæ viſitantibus eccleſiam ſtaionalem S. Johannis Lateranenſis vigilia & feſto S. Johannis conceduntur, in publicam redigi formam curavit anno 1384. die 12. Novembris pontificatus Clementis anno ſeptimo, ex tabulis authenticis. Eodem adhuc, ut quidem videtur, theſaurarii munus obeunte, Iſabella de Baviere uxor Caroli VI. Francorum regis in Sacra capella Pariſienſi regina coronata fuit 1389. a Johanne de Vienne archiepifcopo Rotomagenſi. Quod autem in hiftoria laudata mſ. dicitur de ejus epifcopatu Nannetenſi non ita certum eſt, nam tempore, quo vixit, nullus vacare videtur locus in ferie epifcoporum Nannetenſium, qui ipſi aſſignetur.

XI. Petrus III. d'Ailly Compendii ortus; doctor theologus & regia Navarra, cujus collegii ſummus poſtmodum factus eſt moderator, Univerſitatis Pariſienſis creatus cancellarius 1384. aut 1389. ut ſcribit Cave pag. 55. ſeculi Wicleſ. Vir fuit ſummæ eruditionis, nec minoris auctoritatis, de quo jam diximus in eccleſiis Antienſis tomo ſecundo col. 730. & Cameracenſis tomo tertio col. 48. & hoc ipſo tomo in magnis Franciæ eleemoſynariis. Theſaurarium Sacre capellæ Pariſienſis exhibet hiftoria mſ. laudata ab anno 1394. ad 1397. ubi tamen legitur Clemens Peti e canonico factus theſaurarius anno 1396. defunctus quoque 1399. Ceterum in hiftoria Pariſienſi legitimus tomo tertio pag. 145. ſtatutum editum an. 1299. menſe Martio (legendum 1399.) a Petro de Alliaco tunc theſaurario dicte capellæ, & poſtea cardinali, quo theſaurarius & canonici poſſent a conſueto ſervitio abeſſe quolibet anno per ſpatium unius menſis continui, aut diſcontinui, & nihilominus tandem ſecus ac ſi interſuiffent, obtinere diſtributiones. Denique regeſtum ſenatus Pariſienſis, feria quarta 10. Januarii anno 1403.

Q ij

Hift. Pariſ.  
tom. 1. pag.  
325.

Tom. 8. hiſt.  
gen. magnæ,  
Fr. p. 225.

recensita Petri munia, episcopatu Aniciensi, de quo filet, excepto, illum obtinuisse favore Caroli regis commemorat.

XII. Clemens Petit mox laudatus et canonico factus thesaurarius anno 1396. diem supremum obiit 1399. Sic historia mī. quæ ut sibi non repugnet, annus Petri superioris 1397. ad quem pervenisse dicitur, intelligendus est de initio anni secundum præsentem inchoandi annum rationem, annus vero Clementis 1396. de fine ejusdem anni, seu initio sequentis.

XIII. Guido II. Chretien omīssus in historia mī. laudata innotescit ex litteris authenticis Caroli regis ad ipsum datis 1397. 14. Maii.

XIV. Hugo III. Blancheti filius Petri primi secretarii regis, qui Londini pro rege legatione fungens vitam clausit, ex Isabella Pelletier prima conjuge, regi fuit ab elemosynis, commentariis & consiliis, canonicus Sacræ capellæ Parisiensis 1382. canonicus & cantor ecclesiæ Parisiensis 1391. necnon archidiaconus Senonensis; thesaurarius vero Sacræ capellæ jam ab anno 1399. si fides tomo 8. hist. general. magnat. Franciæ pag. 229. memoratur 1405. 18. Aprilis: sub quo, ut videtur facta est 1401. a Carolo VI. Francorum rege reformatio in Sacra capella, maxime circa divinum officium minorum horarum, ad quas distributiones constituit. Obiit 1406. 24. Aprilis sepultus in inferiori sacello, ubi fundavit annuus preces.

XV. Isambardus Martel filius Guillelmi militis domini de Bateville, qui sacrum vexillum dictum *Oriflamme*, quasi Aureoflammeum, sub Carolo VI. gestabat, successit Hugoni an. 1406. mortuus 1408. 28. Aprilis. In sepulchrali ejus inscriptione legitur regis consiliarius, & publicorum rationum magister. Nuper autem mortuus dicitur in litteris Caroli VI. regis datis an. 1410.

XVI. Jacobus I. de Bourbon filius Jacobi ex Margareta de Preaux anno ætatis decimo quarto, Christi 1408. promotus fuit ad thesaurariū Sacræ capellæ Parisiensis dignitatem, ægre ferentibus canonicis, quibus ut rex satis utcumque faceret, datis anno 1410. literis, in quibus Jacobum vocat dilectum consanguineum, statuit ne ullus deinceps fieret thesaurarius, nisi sacerdotio insignitus. Interim anno 1409. in Sacra capella Parisiensis recensentur unus thesaurarius tanquam superior, duodecim capellani, modo canonici nuncupati, triginta tres inferiores capellani, & tredecim clerici ad omni tam episcopi, quam archiepiscopi jurisdictione ex apostolico privilegio exempti, qui singuli canonici ex redditibus prebendæ suæ capellanum & clericum debite sustentare tenentur. Jacobus anno 1413. secundum morem & consuetudinem Gallicanæ ecclesiæ, indictione vii. pontificatus Johannis XXIII. anno quarto præsens memoratur sententiæ late in propositionem Johannis Parvi, quam ipse proponens appellat *Justificationem D. ducis Burgundiæ*. Denique simul etiam decanus S. Marini Turonensis hæcæ reliquit ecclesiasticas dignitates anno 1416. \* ut uxorem duceret, qua mortua 1420. præ nimio ipsius desiderio seculo nuncium remisit factus monachus Coelestinus.

Legitur mortuus die 12. Julii anno 1429. Cetera videlicet tomo primo historiæ genealogicæ magnatum Franciæ pag. 365.

XVII. Arnulfus II. Chatreton biennio præfectorum gessit.

XVIII. Johannes II. Manchon regi Carolo VI. a sacris confessionibus, unico tantum anno præfuit.

XIX. Philippus I. de Rully vel Rueilley dominus du Pleffis Gassot, Parisiensis ac Remensis canonicus & consiliarius regis in senatu Parisiensis, admissus est ad possessionem thesaurariæ 30. Nov. 1420. qua potiebatur adhuc 1440. interim a

consilio regis delegatus cum regis conscientia moderatore qui ambo capellarum regis Caroli sacram suppellectilem recenserent. Obiit hoc anno die 7. Septembris, ex ipsius epitaphio in inferiori sacello; ac proinde sub eo 1438. 10. Decembris Carolus rex Sacræ capellæ concessit jus regalie omnium regni beneficiorum in tres annos, quod postea Ludovicus XI. quamdiu viveret, indulisit 1464.

& Carolus VIII. similiter anno 1483.

XX. Petrus IV. Bechebien Caroli VII. medicus thesaurariæ adeptus est possessionem die 6. Octobris 1440. & anno sequenti Carnotensis præfuit electus.

XXI. Oliverius I. du Chastel episcopus Uccenensis, de cuius genere & insignis vide in historia hujus ecclesiæ tomo sexto col. 641. thesaurariæ apprehendit possessionem die 10. Junii 1445.

XXII. Antonius I. Crespin, seu du Bec Crespin canonicus Parisiensis ecclesiæ factus Sacræ capellæ thesaurarius 1447. duobus tantum annis hoc gessit munus. Postea fuit episcopus Laudunensis, & archiepiscopus Narbonensis, ubi vide tomo sexto col. 104. ac simul abbas S. Johannis Laudunensis, & S. Petri Gemeticensis.

XXIII. Johannes III. d'Auxi vel d'Auffis mediceri loco natus, ex alumno collegii Choletorum celebris doctor effectus, regi Carolo VII. fuit a sacris confessionibus, ejusdemque major elemosynarius, a quo & Sacræ capellæ thesauraria donatus est per cessionem præcedentis, die 4. Sept. 1449. Sub eo Jacobus Juvenalis des Ursins Remensis archiepiscopus ducentas accepit libras pro expensis itineris ab urbe Remis ad Parisios, ut reliquias Sacræ capellæ Parisiensis Scotiæ legatis inspicendas exhiberet. Postea Johannes Lingonensem cathedram descendit, ubi vide tomo quarto col. 629.

XXIV. Guido III. le Bel regi Carolo VII. ab elemosynis, etsi tantum clericus thesaurarium obtinuit ex permutatione facta cum Johanne

& relictantibus cum admittere canonicis, quod non esset presbyter, hoc obice remoto per suam ad presbyteratum promotionem, a rege literas impetravit 13. Octobris 1458. & ad possessionem est admittus.

XXV. Jacobus II. Moreau successit permutatione cum Guidone facta 1468. quo anno die 14. Jan. cognominatus *le Moreau* una cum Ludovico Bonævallis, Jacobo Eleemosynæ, & Mariæ Magdalene de Castriduno abbatibus testis est promissæ a Francisco de Brillac abbate Pontlevii Miloni

Hist. Paris.  
tom. 1. pag.  
835.

Hist. Paris.  
pag. 440.

Hist.

Hist. tom. 5.  
pag. 487.

Hist. mir.  
Paris. t. 5.  
pag. 305.

\* 1417.  
tom. 1. hist.  
gen. magnat.  
t. 1. p. 364.

Archiv. 1. 2.  
pag. 348.

Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
701. &  
705. & c.  
p. 140.

Tom. 8. Hist.  
gen. magnat.  
t. 1. p. 331.

episcopo Carnotensi obedientie. Post quindecim A  
 mensis Guidoni antecessori thesaurarium reddidit,  
 sicque rursus

XXVI. Guido III. le Bel die 7. Aug. anno  
 1469. cessione Jacobi preesse cepit.

XXVII. Oliverius II. de Pontbriant schedula  
 regia munitus accessit ad thesaurarii munus ge-  
 rendum, quævis tantum subdiaconus, sed non-  
 nisi post susceptum sacerdotium in possessionem  
 missus est 28. Februarii 1476. simul abbas de  
 Pratellis 1484. ex archibus camere rationum  
 Parisiensis. Sedit adhuc thesaurarius feria se-  
 cunda 8. Octobris 1487. quo anno 12. Sept.  
 Sacre capelle reliquæ de mandato regis offensa  
 sunt Johanni episcopo de Varadin Hungariæ &  
 Bohemix regis cancellario.

XXVIII. Egidius I. de Pontbriant Oliverii  
 frater ei successit die 24. Augusti anno 1505.

XXIX. Nicolaus I. de Coquebourne Ludovi-  
 co XII. regi ab elemosynis thesaurariæ adit  
 possessionem 13. Julii 1510.

XXX. Robertus I. de Coquebourne superioris  
 frater, & similiter regi Ludovico XII. ab elemo-  
 synis, thesaurariæ possessionem factus est die  
 4. Junii 1517. Postea fuit abbas beate Mariæ de  
 Quadraginta in diocesi Narbonensi, ubi vide  
 tomo sexto col. 197.

XXXI. Philippus II. Pot canonicus Sacre  
 capelle, abbas Ferrariensis & preses senatus Pari-  
 siensis in prima classe inquisitionum, e cujus gente  
 Ludovicus Majoris monasterii, & S. Laurentii  
 Blesensis abbas, thesaurarii munus obtinuit per-  
 mutatione. Obiit prima Aprilis 1524. sepultus in  
 cœmeterio Sacre capelle. Ejus tempore anno  
 1520. facta est altera Sacre capelle reformatio  
 per Franciscum I. regem occasione cujusdam the-  
 saurarium inter, canonicos & capellanos ortæ con-  
 troversia.

XXXII. Robertus II. Cenalis Parisinus, Sor-  
 bonæ doctor magni nominis, qui decanus evasit D  
 sacre Facultatis theologiæ, successit episcopus  
 Venciensis, Regiensis, & Abrincensis, thesaurari-  
 æ possessionem accepit die 3. Jun. 1525. ipsam-  
 que adhuc obtinebat 1529. quo jus regalix a  
 rege Francisco I. Sacre capelle prerogatum est.  
 Obiit Robertus 27. Aprilis anno 1560. cum jam  
 dudum thesaurarii munus abdicasset.

XXXIII. Philibertus Babou de la Bourdaisiere  
 Græcæ & Latine doctus, anno 1531. thesaurarius  
 evasit, prius obtento bulla pontificia cum ætatis,  
 tum presbyteratus privilegio. Memoratur anno  
 1533. simul episcopus Engolismensis. Fuit etiam  
 decanus sancti Martini Turoneusis, tandemque  
 presul Autissiodorensis.

XXXIV. Johannes IV. du Drac decanus eccle-  
 siæ Parisiensis, archidiaconus Vindocinensis in  
 ecclesia tunc temporis Carnotensi, nunc Blesensi,  
 & senator Parisiensis Philiberto cedente thesaurari-  
 æ adivit possessionem 26. Febr. an. 1543.

XXXV. Antonius II. d'Estrees filius Antonii  
 rei tormentariæ præfeci ex Francisca Babou sorore  
 Philiberti, de quo supra, thesauraria per triennium  
 potius est ex rationibus redditus anno 1555.

XXXVI. Franciscus I. de Butor Molomensis

Abbas Antonii d'Estrees locum adeptus est die 4.  
 Maii 1559.

XXXVII. Franciscus II. Babou de la Bour-  
 daisiere tantum subdiaconus die 28. Februarii an.  
 1560. admittitur est thesaurarius vi bullæ pontifi-  
 ciæ, qua solvuntur canonici a religione sacra-  
 menti de nullo in thesaurarium recipiendo, qui  
 non esset presbyter.

XXXVIII. Petrus V. de Gondi filius Antonii  
 nobilis Florentini, natus Lugduni 1532. cum jam  
 Lingonensem cathedram obtineret, factus est Sacre  
 capelle thesaurarius 10. Januarii 1566. &  
 elapso biennio regis capelle præfectus, tandem-  
 que Parisiensis episcopus, ubi vide.

XXXIX. Ludovicus de Brezé episcopus  
 Meldensis, abbasque sancti Faronis & Igniaci,  
 receptus est thesaurarius 8. Decembris anno 1570.  
 cum jam ab anno 1556. major esset elemosynari-  
 us Franciæ. Adhuc erat thesaurarius 27. Nov.  
 anni 1581.

XL. Nicolaus II. de Villars canonicus & se-  
 nator Parisiensis, dein episcopus Aginensis, die  
 28. Octob. 1589. thesaurariæ iuit possessionem.  
 Defunctus est 10. Decembris anno 1608.

XLI. Claudius de Gelas natus ex Johanna de  
 Villars sorore Nicolai superioris, legitur senator  
 C Parisiensis, thesaurarius Sacrarum capellarum Pari-  
 siensis & Vincennensis, necnon episcopus Agin-  
 ensis post avunculum, ubi vide tomo secundo  
 col. 931. Omittitur in historia msf.

XLII. Bernardus Prevost canonicus ecclesiæ  
 Parisiensis, designatus ab Henrico IV. rege 1594.  
 thesaurarius, cessit eodem anno in gratiam se-  
 quentis.

XLIII. Johannes V. Touchart abbas Bello-  
 sannæ, Borbonii cardinalis præceptor, designatus  
 episcopus Meldensis, per cessionem Bernardi  
 Henrico Magno probatam factus est thesaurarius,  
 nequiquam intercedente Nicolo de Villars epi-  
 scopo Aginensi, qui bellorum civilium tempore;  
 ope ducis Meduani, *Meyenne*, itaue obtinuerat  
 dignitatem. Obiit 8. Julii 1597. sepultus in inferi-  
 ori sacello.

XLIV. Abel de Montliart filius Antonii do-  
 mini de Rumont in pago Vastinensi, ex Maria de  
 Harlay, filia Christophori præfidi iusulati in se-  
 natu Parisiensis, & sorore Achillis ejusdem scutatus  
 principis, receptus fuit thesaurarius per Johannem  
 Touchart cessionem, at sex tantum circiter men-  
 sibus præfuit.

XLV. Carolus de Balzac episcopus Novio-  
 mensis, thesaurarii munus die 31. Jan. 1598.  
 auspiciatus est, quo nomine anno 1602. prius  
 Martii Edmundo Grifelle clerico diocesis Lingon-  
 ensis artium magistro contulit capellan regium  
 S. Catharinæ in sacello regalis collegii Campaniæ  
 al. Navaræ. Nominatur episcopus Novionensis  
 & thesaurarius Sacre capelle 1610. 21. Julii,  
 & 1620. Hac potius est dignitate ad an. 1625.  
 de quo plura in episcopis Novionensibus.

XLVI. Egidius II. de Souvri episcopus suc-  
 cessit Conveniensis & Autissiodorensis ecclesiæ,  
 necnon abbas sancti Florentii Salmuricensis  
 & sancti Carlesii, Carolo de Balzac subrogatur in  
 Q ij

*Epif. Paris.  
 tom. 4. pag.  
 610.*

*Hid. tom. 3.  
 pag. 142.*

*Hidem pag.  
 148.*

*Hidem.*

*Tom. 8. hif.  
 gen. magnar.  
 fr. p. 142.*

*Tom. V. hif.  
 gen. magnar.  
 fr. p. 104.*

*Malange  
 Antiqui. de  
 Paris. lib. 1.  
 pag. 71. &  
 72.*

thesauraria die 7. Decembris anni 1625. Vivere A desit 1631. mense Septembri, cujus tempore, die Veneris 26. Julii anni 1630. Sacra capella incendio arsit.

XLVII. Gabriel de Marand abbas sancti Petri de Dorato, schedula regia designatus thesaurarius anno 1631. non ante 25. Maii 1633. possessionem adivit, quod ad hoc usque tempus initiari sacerdotio distulisset. Eo seclente capitulum juri regaliæ sibi jamdudum concessio renunciavit anno 1641. cujus loco rex Ludovicus XIII. mensam abbatiale S. Nicasi Remensis assignavit 1642. Obiit Gabriel thesaurarius 7. Aprilis 1649. sepultus in inferiori sacello.

XLVIII. Annas de Levis de Ventadour abbas Meimaci, &c. exactis solum ab accepta possessione decem diebus cessit. Postea fuit archiepiscopus Bituricensis, ubi vide tomo secundo col. 108.

XLIX. Eduardus Molé filius principis fenatus Parisiensis, episcopus Bajocensis, thesauraria cedente Annæ successit 15. Maii 1649. Obiit Parisiis die 7. Aprilis 1652.

L. Petrus VI. Molé quamvis necdum in sacris ordinibus constitutus renuente capitulo, thesauraria possessionem accepit per notarium publicum. Cessit anno sequenti.

LI. Claudius Auvry sancti Flori episcopus &

postea Constantiensis, Sacre capellæ adeptus est præfecturam anno 1653. Deputatur cum aliis episcopis comitorum anni 1663. 3. Ocl. qui deliberationis ab iisdem circa relictum summi pontificis habite regi rationem redderent. Obiit die 9. Jul. 1687. sui desiderium capitulo minime relinquens, cujus pacem ac tranquillitatem multis turbaverat litibus.

LII. Ludovicus Gaslo Fleurius genere Turo-nicus, licentiatius in theologia, thesauraria possessionem assecutus est 23. Sept. 1687. eaque cessit 1699. quando Adurensem cathedram ascendit, ubi vide tomo primo col. 1172. Postea B fuit episcopus Aurelianensis, ubi de illo plura.

LIII. Antonius III. Bochart de Champigny de Noroy ex illustri gente, quæ senatus Parisiensis principem dedit, licentiatius in theologia, cancellarius ecclesiæ Carnotensis 12. Augusti 1678. quo munere cessit 1693. tum canonicus 23. Jan. 1695. postmodum electus est a capitulo decanus, tandemque nominatus a rege thesaurarius Sacre capellæ 19. Aprilis 1699. obiit subito 8. Aprilis 1739. annos natus 86. *al.* 88.

LIV. Nicolaus III. Vichi de Chamron vicarius generalis archiepiscopi Rotomagensis, nominatur a rege thesaurarius Sacre capellæ Parisiensis 22. Septembris 1739.

## SACRA CAPELLA VINCENNARUM.

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 400.*

SANCTUS Ludovicus in domo regia Vincennarum, ubi sacra coronam spineam exceperat, capellam dotavit anno 1248. sub titulo sancti Martini pro uno capellano. Sane Petrus quidam perpetuus capellanus capellæ regalis in bosco Vincennarum memoratur anno 1294. die Martis ante Natale Domini. Cum vero post annos 85. Carolus V. castrum Vincennarum, quale modo visitur, inchoasset, novam quoque Sacram capellam sub patrocinio SS. Trinitatis & beatissimæ virginis Mariæ fundavit mense Mart. anni 1399. Influxit illam novem canonicis, quorum primus thesaurarius esset, & alter cantor, quatuor vicariis & duobus clericis, his omnino quindecim a rege nominandis, qui quidem primum 8. Februarii ejusdem anni, seu potius 1380. uti modo computamus, in sancti Martini memorata capella, divina celebrantur mysteria, ubi & continuata sunt usque ad annum 1552. uti postea dicitur.

Foundationem ratam habuit summus pontifex anno 1380. mense Aprilis, qui & iisdem anno & mense Sacram illam capellam a proprii episcopi jurisdictione immunem declaravit bulla per officium Parisiensem promulgata 17. Julii 1382. Hujusce porro foundationis instrumentum a filio & herede Carolo VI. rege confirmatum, & alia ejusdem plurima hanc in rem diplomata annorum 1381. 1387. 1389. & 1397. habentur excusa tomo tertio historiae Parisiensis a pagina 189. ad 1201. Inter hæc anno 1389. 19. Maii idem Carolus VI. laudatam S. Martini capellam anno 1248. a S. Ludovico fundatam, cum jure quod

habebat capellanus obeundi munia curionis in castro, privilegiis & annexis redditibus univit huic novo capitulo, quod ab eo tempore curio castri censetur, ex quo maxime huic regie unionis chartæ accesserunt bulla pontificia 19. Maii 1390. abdicatio capellani in gratiam capituli die prima Junii 1392. accepta possessio per capitulum 27. eorundem mensis & anni, ac denique summa horum omnium visa postmodum 28. Junii 1392.

Dum hæc aguntur, cujus fundamenta jecerat Carolus V. Sacra capella Vincennensis opere Gothico & lautiori provehitur ampliori forma quam ipsa Sacra capella Parisiensis; sed turbatis reipublice rebus intermissum opus, quod a Francisco I. resumptum, absolvitur tandem ab Henrico II. circa 1552. quo divinum in illa peragi coepit officium, cum antea, ut diximus, fieret in capella S. Martini, cujus modo ne vestigium quidem superest. Perfecta basilica, mox fere, transiata in illam regio Montis sancti Michaelis ordine ab Ludovico XI. instituto exornatur ab eodem Henrico II. rege, qui suo diplomate anno 1557. mense Septembris præcepit, ut illa deinceps appellaretur capella domini sancti Michaelis, capitulum dotavit ob hanc translationem, justique ut inibi divinum dicti ordinis officium celebraretur in vigiliis & festis sancti Michaelis cum solita festivitate, postmodum horum festorum solemniori ritu res divina decantaretur pro defunctis equitibus, vivis adesse obligatis, ac denique ut singulis anni diebus missa cum cantu celebraretur pro rege & equitibus sancti Michaelis, quam tamen hoc ipso anno sine cantu



dicendam indulfit ob officiorum prolixitatem. A mosynario, ut ipse testatur libro primo cap. 17.

Adaucta est quamplurimum hæc Sacra capella ex unione capituli beate Mariæ de Vivario in Bria cum Vincennensi, regio Ludovici XIV. diplomate mense Martio anni 1694. quo ex his duobus capitulis unum constituit appellandum capitulum Sacræ capellæ regalis de bolco Vincennarum. Obiter dicam fundatum illud fuisse sub titulo Sacræ capellæ anno 1352. a Carolo V. adhuc Delphino, qui loco duorum capellanorum ipsius capellam in castro de Vivario administrantium, capitulum conflavit ex uno thesaurario, cantore, sex canonicis, quatuor vicariis & quatuor clericis, cum iisdem ferme privilegiis quibus deinde B potitum est Vincennense. Ex hac igitur unione factum unicum Vincennense capitulum Ludovicus XIV. suppressis aliis utrimque beneficiis, ex uno thesaurario, duodecim canonicis, altero ex illis cantore, & sex vicariis constare voluit & hæcenus constat. Habentur & duo Ludovici XV. regis diplomata, alterum anni 1717. & alterum 1729. 20. Octobris, quibus hæc omnia confirmantur. Duæ res visu dignæ apud Vincennas referuntur, nempe aurea crux, in qua inclusæ sunt portio vere crucis & una spina sacre coronæ, e Sancta Parisiensi capella extraxit beneficio Caroli V. qui coronam gemmis ornavit, & in ipsa authenticum incidit fecit. Altera est sacrum baptisterium portatu facile, quod unde veniat, utrum e capella sancti Martini a sancto Ludovico fundata, utrumve a Carolo V. ignoratur. Cupæ genus est aut situlæ ex ære cyprio, aut non absimili metallo, quod argento & auri aliquanto cooperum est. In fundo apparet fluvius cum piscibus; cetera vero tam interiora quam exteriora, antiqua sunt ornamenta, quæ varia exhibent animalia, & aliquot characteres, qui fugiunt oculos. Hoc in baptisterio regum nostrorum liberi plures salutaribus aquis abluti feruntur; in quo certe legimus tomo secundo pag. 690. historice ecclesiasticæ regum Francorum capellæ auctore D. Archon, allato ad Fontem Bellaqueum, Delphinum postea regem Ludovicum XIII. cum duobus fororibus ejus baptismi ceremonias suscepisse, ad ejusdem baptisterii custodiam delegato D. Dupeirat tanquam regis elec-

THESAURARIORUM INDICULUS.

**P**ETRUS de Molins primus hanc obtinuisse dignitatem videtur, utpote qui thesaurarius Sacræ capellæ Vincennensis memoratur 20. Jan. anno 1385. in charta authentica collectionis D. de Gagneres.

II. Guillelmus I. Cretin cantor antiquus Sacræ capellæ Parisiensis, factus postmodum thesaurarius Vincennensis, qua potiebatur dignitate an. 1520. sepulturam accepit cum tumba in ecclesia sua.

III. N. Florette senator Parisiensis 1577.

IV. Johannes Halmiton 1591.

V. N. de Morenne antea parochus SS. Geruasi & Prothasii apud Parisios, 1597.

VI. Guillelmus II. Dupeirat patria Lugdunensis a matre, & paterno genere oriundus e Delphinatu, qua in provincia pater ejus toparcha erat terræ de Feisin, senator ipse Parisiensis regique ab eleemosynis, necnon abbas Bonæ requiei in inferiori Armorica, & prior de Rameru, Sacræ quoque Vincennensis capellæ thesaurarius erat 1604. & 1607. quo senatusconsultum adversus capitulum die 20. Januarii obtinuit. Nonnulla scripsit.

VII. Claudius de Gelas thesaurarius Sacræ capellæ Vincennensis 1612. & Parisiensis, ubi vide.

VIII. Philippus Riollan abbas Flavinaciensis 1649.

IX. Henricus Felix de Tassy thesaurarius 4. Octobris 1671. postea episcopus Digniensis & Cabilonensis jam anni 1677. uti tomo quarto diximus, adhuc anno 1689. tanquam Sacræ Vincennensis capellæ thesaurarius marchioni du Chatelet Vincennarum gubernatori baptismi sacramentum contulit.

X. Nicolaus Heron reginæ ab eleemosynis & doctor Sorbonicus, thesaurarii munus obibat 1690.

XI. Johannes Jacobus Bochart de Saron abbas de Virtute, 1704. 1710. &c.

XII. Antonius Arrault designatus a rege 30. Octob. 1723. dignitatis possessionem adivit 13. Novembris.

DE VETERIBUS ABBATIIS seu MONASTERIIS.

I.  
S. STEPHANUS  
SANCTUS  
JULIANUS  
martyr.  
S. SEVERINUS  
scilitarius.  
& S.  
BACHII.  
CA. XXXVI.  
col. 31.

**A**Gmen ducent quatuor ecclesiæ in suburbio Parisiensi, nempe S. Stephani, S. Juliani martyris, S. Severini scilitarii, & S. Bachii, regie potestati antiquitus mancipatæ, quarum quedam olim abbatiarum nomine sublimatæ, & nunc a Giraldo clerico possessæ dicuntur in præcepto Henrici I. Francorum regis hæc Imberto Parisiensi episcopo largientis. Hæc autem ultima dicta sanctorum Sergii & Bachii assertur esse hodierna S. Benedicti ecclesia collegiata.

Ecclesiam S. Laurentii in suburbio Parisiensi cui nomen indidit, hodie parociale, & quidem juris abbatiæ sancti Martini a Campis, fuisse olim abbatiam constat ex Gregorio Turonico libro vi.

II.  
S. LAURENTIUS.

capite ix. pagina 283. cum ait: *Domnolus vero Cenomanorum episcopus agrotare cepit: tempore enim Clotarii regis apud Parisios ad basilicam sancti Laurentii gregi monasteriali presertat, &c.* Inde profecto Domnoli cum Germano Parisiorum antistite tanta legitur necessitudo in libello de Donnoli vita. Sane haud multis abhinc annis inibi reperta sunt antiqua sarcophaga gypsea, quæ nongentos circiter annos præferebant, quibus apertis nigre vestes & monachorum effigies visæ sunt. De hac ecclesia vide Claudium Dubois tomo primo hist. ecclesiæ Parisiensis pag. 78. & Sauvialium tomo primo Antiq. Paril. pag. 363. necnon Mabillo-nium Diplom. libro quarto pag. 309.

111.  
S. GER-  
MANI A  
AUTIFIODOR.

Vetus traditio est, quam secutus est Mabillonius, basilicam S. Germani Autifiodorensis apud Parisios ab eodem auctore Cluldeberto rege, sub eodemque S. Vincentii titulo, qui ab initio sancti Germani a Pratis, fundatam fuisse. Alii, quibus traditio pro sola regula non est, aliter sentiunt, sed nemo inficias usquam ivit basilicam antiquissimam esse, quippe quae anno 581. numeratur inter abbatias quatuor celebres, quae urbem circumdabant, S. Laurentii versus orientem, S. Genovefae ad meridiem, S. Germani a Pratis ad occidentem, & S. Germani Autifiodorensis ad septentrionem. Ita legitur in vetustissimo codice, quem sicut & nos viderat & legerat unus e postremis auctoribus historiae ecclesiae, academiae & urbis Parisiensis. De sancto Laurentio supra diximus, infra dicturi de sancto Germano a Pratis, & de S. Genovefa, nunc vero de S. Germani Autifiodorensis basilica dicendum, in qua S. Landericus episcopus Paris. mortuus medio seculo septimo sepultus est. Haec adhuc basilica seculo eodem exeunte abbatia erat, quae Vandemiris vir illustri assentiente Ercamberta uxore Landeberto abbati basilicae S. Germani villam Fraxinetum tributit anno xvii. Theoderici regis filii Clodovei junioris & reginae Bathildis. Abbatia dicitur in bulla Benedicti VIII. & quidem sub nomine S. Germani Rotundi, quem admodum Abbo S. Germani Pratenfis monachus libris 1. & 2. de obfisione urbis Parisiaca anno 886. beatum Germanum Teretem vocat; libro primo:

..... Sequana ripas & castra beatum  
Germanum circa Teretem componere vallis,  
Commixto lapidum cumulo glebisque laborant.

Et libro secundo:

Germani Teretis contemnit litora sancti,  
Equivocisque legum, cujus factus bene vescor.

Appellatur monasterium in diplomate Ludovici Pii anno 820. & in praepoto Caroli Calvi anno 862. quod, inquit, a prisicis temporibus S. Germani Autifiodorensis dicitur. Mitto bullas Innocentii II. Lucii II. Eugenii III. Alexandri III. Clementis III. & Coelestini III. in quibus monasterium vocatur. Denique Helgaudus scriptor vitae Roberti Francorum regis data opera monasterium vocat, cum scribit eum aedificasse in civitate Parisius ecclesiam in honore S. Nicolai pontificis in palatio, monasterium S. Germani Autifiodorensis, S. Michaelis ecclesiam in silva cognominata Bierca. Hoc scilicet monasterium a Nortmannis olim destructum, a piissimo rege inflauratum fuit, cumque antea monasterium fuisset, etiam postea retinuit nomen, quanquam desinente seculo xi. a decanis regebatur, uti postea videbimus. Ad hoc tempus referenda videtur capituli responsio facta coram officiali Paris. anno 1407. adversus Alexandrum Nacard parochum S. Salvatoris Parisius: Antiquitas & antiquum intra terminos dictae ecclesiae S. Germani aliqua alia ecclesia aedificaretur, populo ejusdem ecclesiae Dei gratia augmentato, ecclesia ipsa facta fuit collegiata certo numero in ea instituto & ordinato, rectorque ejusdem

T. r. Anac.  
Hered. pag.  
594.

Ch. xxii.  
col. 21.

Hist. eccl.  
Paris. t. 1.  
pag. 522.

Hidem pag.  
460.

A ecclesiae, ad quem animarum cura parochianorum & jura parochialis parochia supradicta antea pertinebant, fuit factus decanus, ita quod decanus & capitulum decima praediales & mixta annualium & nonnulla alia jura communiter perirent, & quod propter onus sollicitudinis, quod dicto decano ratione collegii dictae ecclesiae injunctum fuit, idem decanus animarum curam personaliter exercere non poterat, fuit in eadem ecclesia unus curatus, seu vicarius perpetuus institutus. Quae quidem ecclesia collegiata simul & parochialis suis Luparam limitibus complectitur. Neque vero praetereundum vestutissimum sancti Leufredi oratorium succursale S. Germani, extructum prope Callestum majus, in quo antequam anno 1684. dirutum fuisset, videbatur lapis in mitre modum efformatus, qui mensuratum & ponderum servabat archetypum, unde moris erat ad mitram lapideam, quae est in capella S. Leufredi referre, & illi aequare mensuras & pondera. Huc etiam conveniebant praefectus & aediles ad locutorium \* scilicet burgensium, donec civilis consilii curia construeretur ad Graviem Sequanae. Unus tantum abbas S. Germani basilicae occurrit Landebertus in testamento Vandemiris, de quo supra.

#### DECANORUM SERIES.

C. HAIMO idem forte ac canonicus cognominis ecclesiae Parisiensis anno 1088. decanus erat ecclesiae collegiatae sancti Germani Autifiodorensis anno 1097. quo ejusdem canonici Guillelmus episcopus Parisiensis dedit praebendam unam in ecclesia Parisiensis pro terra dicta Arnella \*, quam ecclesiae S. Quintini Bevacensis ad preces Ivonis episcopi Carnotensis cessaverat canonici S. Germani. Chartam habes ex archivo S. Quintini: Ego Willielmus Dei gratia Parisiorum episcopus notum fieri volo omnibus orthodoxis tam praesentibus quam futuris, quod domnus Ivo eadem gratia Carnotensium episcopus adit praesentiam nostram, nostram exorans humilitatem, quatenus illam terram S. Germani Autifiodorensis cum appenditiis suis, terris, ancillis, molendino & silvis, quae in Bevacensi territorio sita est, quae dicitur Arnella, canonicis praedictae ecclesiae data commutatione, ecclesiae S. Quintini Bevacensis pro amore suo & anima mea remedio concederem. Quoniam autem pia petitioni facile est assensum praebere, nos cum pro praefati martyris reverentia, tum pro Carnotensium episcopi dilectione & benevolentia, praetaxata petitioni aures libenter inclinavimus, canonicis S. Germani Parisiensis secundam voluntatem & electionem ipsorum commutationem, praebendam videlicet B. Mariae Parisiensis perpetuo possidendam dedimus: E & praedictam terram cum appenditiis suis, offerri & voluntate ipsorum, praesentibus etiam clericis nostris, ecclesiae S. Quintini Bevacensis concessimus, & perpetuo possidendam, nostro sigillo signato confirmavimus. Actum Parisius in capitulo S. Martini anno ab Incarnatione Domini 1097. regnante Philippo rege 38. Willielmo vero episcopo anno 1. indictione v. concurrete 111. epacta 1111. Signum Willielmi episcopi. Signum Fulconis decani. S. Guilerani praecentoris. S. Wlgerini archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Reynaldi archidiaconi. S. Roberti presbyteri. S. Goderani sacerdotis. Signum Rogeri

Tom. 3. Hist.  
uris Paris.  
pag. 102.

\* Le porteur  
des lour-  
grois.

\* Arnd  
Moyenne-  
ville.

Rogeri sacerdotis. S. Anserii diaconi. Sig. Pontii diaconi. S. Herrii diaconi. S. Theodoini subdiaconi. Sig. Nantonis subdiaconi. Sig. Hugonis subdiaconi. S. Lijsardi acolythi. S. Petri acolythi. S. Godefridi acolythi. Amelchus cancellarius scripsit. S. Haimonis decani sancti Germani. Signum Danielis sacerdotis. S. Johannis sacerdotis. Sig. Wlgrini. Sig. Anselmi. S. Richardi. S. Ursonis. Sig. Gilonis. Sig. Alberti. Signum Huttonis fenscalci. Anno sequenti 1098. Urbanus II. summus pontifex *excambium* hoc confirmavit litteris ad Galonem ecclesie S. Quintini abbatem. Galo autem factus postea Parisiensis episcopus, quam Imbertus capitulo sancti Germani prius concesserat, liberam & plenam sancte Opportune collationem confirmavit anno 1108. episcopatus quarto.

II. Theobaldus I. memoratur in charta Matthei comitis de Bellomonte anno 1110. terram de Bernes, aliasque capituli S. Germani a comitatu Bellimontis dependentes a quibusdam oneribus eximentis. Nominatur in charta Galonis Parisiensis episcopi de iure patronatus capituli in ecclesiis Autolii (quæ parocia prima est distracta ab ecclesia S. Germani) & sancti Leufredi prope Castelletum Parisiense anno 1113. & in alia ejusdem episcopi anno 1114. de viraria apud Nuciacum ad Matronam. An. 1124. Stephanus Parisiensis episcopus ecclesie S. Victoris Parisiensis concessit præbendam unam in ecclesia sancti Germani, de assensu Theobaldi decani & totius capituli. Reperitur adhuc in charta ejusdem præfulis eidem ecclesie sancti Victoris annualia præbendarum vacantium in ecclesiis beate Marie, S. Germani, &c. anno 1140. assignantis.

III. Guido una cum capitulo consensit anno 1150. mense tertio Theobaldo Parisiensi episcopo statuenti parochum ecclesie sanctorum Innocentium fore deinceps ad præsentationem ecclesie sancte Opportune, & capiceriam ad electionem ejusdem ecclesie, cujus capiceria nominatio & præsentatio ad capitulum S. Germani reversa est sententia lata ab arbitris mense Martio anni 1225. Guidonis nomen occurrit adhuc in charta notis chronicis destituta: *Ego Guido beati Germani Autissiodorensis decanus & capitulum nostrum precibus & lacrymis pauperis hominis nostri, Odonis nomine, apud Christolum, patris Genevese ancille capituli, prædictam feminam a servitute nostra liberam fecimus, ita tamen ut servi beate Marie legitima conjux, sic ancilla beatae Marie fieret.*

IV. Remigius I. Chevalos memoratur in epistola LXXII. Alexandri pape III. data Senonis pridie nonas Febr. ad Ludovicum VII. Francorum regem, a quo commendatus, benigne a summo pontifice receptus est, & quod postulabat obtinuit. Remigio præsentante Mauricius Parisiensis episcopus corpus S. Landericus episcopi Parisiensis in ecclesia sancti Germani sepulsi in capsâ lignea recondidit an. 1171. De eo in antiquo ecclesie S. Germani necrologio: *Remigius Chevalos quondam decanus istius ecclesie, pro cuius anniversario faciendum debent distribui quadraginta solidi Parisienses.* Ejusdem quoque sit anniversarium apud sanctum Victorem die 24. Octobris.

Tomus VII.

V. Simon de S. Dionysio decanus S. Germani testis fuit in judicio Mauricii Parisiensis episcopi pro monachis sancti Petri Carnotensis & canonicis S. Petri Puellaris anno circiter 1171. Idem forte est qui abdicato decanatu, canonicus ecclesie Parisiensis duos sacerdotes in ecclesia S. Dionysii de Passu adject & constituit anno 1178.

VI. Petrus I. Burdegalensis dictus, assiduus Mauricii Parisiensis episcopi in diceciis illustranda comes, adfuit eidem decimam de Laubert prioratui Calarum confirmanti anno 1176. Juravit anno 1179. coram rege Ludovico VII. tacitis sacrosanctis Evangelicis cum Hugone abbate sancti Germani a Pratis, Barbedauro decano S. Marie Parisiensis, Philippo ejusdem archidiacono, Simone de S. Dionysio, & Afcelino decano sancti Marcelli, homines de Rodoniaco (Rosny sous Vincennes) ecclesie sancte Genevese subiectos esse, sicut servi dominis suis, non tantum hospites & colonos, idque suo rex asseruit diplomate. Petro decano Mauricius Parisiensis episcopus *Communitatem* ecclesie sancti Germani Autissiodorensis, id est distributionem communem in officii quotidianis confirmavit anno 1183. Subscripsit cum eodem Mauricio donationi facte Helie abbati S. Maglorii Parisiensis a Johanne milite de Montferlo an. 1184. Testis fuit anno eodem cum nobilibus viri Adam dominus villicus, quæ dicitur Mons Firmoillus, concessit tria nemoris sui jugera ad construendam ecclesiam in loco dicto Vallis Adam, & cum Mauricius episcopus benedixit coemeterium fratrum ejusdem loci. Cum episcopo Mauricio iudex a summo pontifice anno 1185. constitutus est diffusiorum inter Hugonem & canonicos sancti Johannis Sueslionensis exortorum. Interfuit cum Theobaldo miles de sancto Germano Autissiodorensi, præsentante eodem episcopo domum suam hospitali pauperum sancte Opportune contiguam (hodie sancte Catharine in vico sancti Dionysii)

concessit anno 1188. In necrologio supra laudato sic legitur: *Mense Octobri obiit Petrus Burdegalensis, quondam decanus istius ecclesie, cui multa bona contulit, pro cuius anima anniversarium facere debemus, & distribuuntur in choro duodecim solidi, qui recipiuntur ad portam S. Honorati, in domo quam inhabitat Reginaldus Lotharingus.* Petri quoque sit anniversarium apud sanctum Victorem 28. Decembris.

VII. Mauricius cum capitulo consensit Andreæ Philippi regis camerario & Elizabethæ uxori de instituendis duobus presbyteris ad altare sancti Nicolai in navi ecclesie S. Germani Autissiodorensis anno 1189. Reperitur in charta anni sequentis de *Annata* præbendarum S. Opportune, quoquomodo vacant, debita capitulo S. Germani, necnon in bulla Cælestini pape III. anno 1197. jus idem confirmantis. Præerat capitulo, quando Mauricius Parisiensis episcopus anno 1192. episcopatus XXXIII. confirmavit ecclesie S. Germani & canonicis, imprimis capiceriam ipsius ecclesie, quæ decanatu inseparabiliter ad hærens, ab ipso nulla ratione debet separari, & præsentationem personæ & sacerdotis ad curam ejusdem ecclesie, ecclesiam S. Leufredi & personæ præsentationem,

R

ecclesiam de Altolio & personæ præsentationem, A  
ecclesiam de sancto Landerico & personæ præsentationem, donationem quoque præbendarum S. Opportunæ liberam & investituram absque requisitione & respectu cuiuslibet personæ. Hujus etiam diplomatis auctoritate ecclesiam sancti Germani in perpetuum absolvit a quadam veteri exactione per antecessores suos episcopos abolita, scilicet duorum mediorum avenæ & unius equi in exercitum regis, *ut non ista nobis vel successibus nostris liceat aliquatenus exigere vel habere.* Ab hac servitute capitulum jam exemerat Gilbertus Parisiensis episcopus anno 1119. Mauricii adhuc mentio est in charta Odonis Parisiensis episcopi anno 1202. de domo hospitali SS. Trinitatis. Denique legavit ecclesie sancti Germani quadraginta libras pro suo anniversario.

VIII. Gaufridus aderat in capitulo an. 1203. mense Octobri, cum Odo Parisiensis episcopus in ipsomet sancti Germani capitulo statuit, ut quicumque fuerit in eadem ecclesia electus & confirmatus ab episcopo decanus . . . . *jurabit se facturum bona fide residentiam in propria persona, sicut decanus mansionarius in ipsa ecclesia . . . . Præterea cum de communi assensu præfati decani & capituli constituerimus cantorem in ecclesia eadem . . . . jurare tenebatur se facturum in propria persona tanquam cantor mansionarius bona fide residentiam in ecclesia S. Germani . . . . & faciet homagium decano pro cantoria; decanus vero faciet nobis nostrisque successibus unum expressum pro cantoria & pro decanatu; electio autem & donatio cantoria pertinentis ad decanum & capitulum S. Germani, ita quod si infra quadraginta dies post decessum & cessionem cantoria non poterint concordare inveniri, extunc solus episcopus Parisiensis sine contradictione & obseculo poterit, cui voluerit, canonice tamen, cantoriam conferre . . . . Continebitur autem in juramento, tam decani quam cantoris, quod nec per se, nec per alios ullo modo procurabunt quod absolventur a vinculo juramenti, &c.*

IX. Jobertus, Josbertus, seu Jebertus composuit anno 1204. controversiam de quibusdam jugeribus Alberici & nepotum ejus apud Christolium. Consensit eodem anno cum capitulo fundandæ capellæ S. Johannis Baptistæ a Maria Nave in ecclesia sancti Germani. Assensum quoque cum capitulo præbuit anno 1205. ædificandæ capellæ S. Honorati Parisiis, quæ hodie canonicorum est collegium, salvo jure parochiali. Memoratur in charta Odonis Parisiensis episcopi anno 1207. mense Augusto de domo hospitali SS. Trinitatis, super campanis fratribus ejusdem domus concedendis. Bullam obtinuit ab Innocentio III. decimo quarto calendis Aprilis anno 1207. de residentia canonicorum per se vel per vicarium ejusdem ordinis quo teneretur præbenda sacerdotalis, diaconalis aut subdiaconalis, & ibi præscribuntur mulctæ propter defectum, si quis irreperit. Necrologium, de quo supra, sic habet: *Octavo Decembris obiit Jobertus decanus noster, qui dedit nobis decem solidas super plateam suam in claustris annuatim.*

X. Garnerus decanus S. Germani Autissiodorensis cum Hugone decano ecclesie Parisiensis,

priore S. Eligii & Galtero canonico Parisiensis a sede apostolica deputatus anno 1208. ad reformandam sancti Exuperii Corbolicensis ecclesiam. Cum Michaele decano S. Marcelli Parisiensis & Guidone archipresbytero electus est anno 1211. ad componendam controversiam super annuali dimidiæ præbendæ ecclesie Parisiensis ab ecclesia S. Victoris repetito adversus Guillelmum de Marliaco & Petrum Blefenum canonicos ecclesie Parisiensis. Querelam habuit cum Galtero paroco S. Germani, quam electi arbitri Petrus Parisiensis episcopus, Erricus archidiaconus de Josão, & Michael decanus S. Marcelli terminarunt mense Dec. an. 1216. statuentes sub poena quadraginta marcharum argenti decanum S. Germani idem prorsus jus habere in capella S. Agnetis quæ tunc recens erecta, postea fuit parochia S. Eustachii, & in capella de Turre, nunc parochia S. Salvatoris, quod habet in ecclesia sancti Germani Autissiodorensis. Garneri temporibus anno 1217. Petrus Parisiensis episcopus concessit hospitali pauperum scholarium sancti Nicolai de Lupara coemeterium & capellam, salvo jure parochiali ecclesie sancti Germani Autissiodorensis. Anno sequenti mense Junio idem episcopus concessit ecclesie S. Germani plateam quandam sitam juxta terram, quæ fuit Willemi de Montibus, ad mensuram muri Girardi Bachelerii, ad coemeterium augmentandum. Iisdem mensibus & anno idem episcopus iturus in Ægyptum ad expeditionem sacram, testamentum condidit, in quo legat ecclesie sancti Germani Autissiodorensis quindecim libras ad faciendum, inquit, *anniversarium nostrum, & calicem & infulam, qui sunt in capella nostra superiori; item tres arpennos vinearum, quos comparaverimus apud Corboilum, &c.* Garnerus decanus legavit eidem ecclesie decem libras. In obituario jam laudato sic legitur: *Johannes Dupierius clericus Garneri decani nostri dedit nobis domum suam sitam in Fossato pro anniversario suo, & patris, & matris sue, & Garneri domini sui.*

XI. Guillelmus I. de Varziaco, quem inter & parochum S. Eustachii Guillelmus episcopus Parisiensis cum Johanne de Montemirabili & Herberto de Gouffainville canonicis Parisiensibus pronunciavit die Jovis mense Jul. 1223. de oblationibus & obventionibus illius ecclesie. Una cum Michaele cantore Guillelmus decanus judex a sede apostolica legatus est die Jovis prima post Epiphaniam 1224. ad componendam controversiam inter abbatem & conventum de Livriaco & Rodulfum presbyterum de Raray. Eodem anno de mandato episcopi Parisiensis transiit cum paroco ecclesie sancti Germani de juriis & emolumentis ad decanum pertinentibus, & coemeterio sanctorum Innocentium. Transactionem confirmantur decreta senatus Parisiensis annis 1559. 1573. & 1639. Denique Guillelmus decanus & capitulum concordarunt cum capicario & canonicis sanctæ Opportunæ mense Martio 1225. quo & mense Maio præerat capitulo, cum actum est de quinque domibus reversuris ad communitatem ecclesie S. Germani, post decessum eorum qui eas possidebant.

XII. H. in castro octavarum Epiphaniæ an. 1.228. cum capitulo dedit compromissum Arden- go Papiensi canonico iudici delegato auctoritate apostolica, de quibusdam capitibus discrepantibus. Primo de ecclesia S. Honorati Parisiensis & collatione præbendarum, quæ jam creatæ sunt & creabuntur, & aliorum beneficiorum, si quæ forte instituta sunt & institui contigerit in eadem. Secundo de patronatu & collatione ecclesiæ sancti Eustachii, & de collatione duarum capellaniarum, quæ a G. Pungente-afinum cive Parisiensi inibi fundatæ sunt, & de collatione beneficiorum, quæ in ea fundari contigerit. Tertio de iurisdictione temporali in hospites & quoscumque homines laicos, & in terram, quæ dicitur terra S. Germani Autissiodorensis Parisius, & claustrum ecclesiæ S. Germani, & de omni alia potestate & correctione capitulo competenti in ipsam ecclesiam, canonicos & clericos, qui pro tempore fuerint in eadem. Arden- gus autem mense Aprilis sequenti de consensu partium easdem controversias inter Guillelmum successorem Bartholomæi Parisiensis episcopi & capitulum S. Germani, ac inter archidiaconum Parisiensem & idem capitulum diremit. Quod spectat ad ecclesiam sancti Honorati, ita statuit: *Parisiensis episcopus & decanus & capitulum sancti Germani alternatim & vicissim conferant præbendas institutas & instituendas, beneficia creata & creanda de cetero in perpetuum; ita tamen quod episcopus primus incipiat conferre. Item in ecclesia S. Eustachii episcopus Parisiensis & successores sui canonice instituendis collationem primam, cum primo vacaverit ipsa ecclesia, habeat, secundam collationem, cum secundo vacaverit decanus & capitulum sancti Germani, & similiter ordinans de capellanis institutis ibidem, & de beneficiis creandis, quod sic vicissim conferret uterque, sicut episcopus & decanus & capitulum S. Germani. &c.* Quas ordinationes & sententias ratus habuit idem decanus & capitulum per suas litteras datas mense Aprilis ejusdem anni 1228. Quod vero attinet ad ecclesiam S. Honorati, ordinationem supradictam confirmavit Reginaldus Parisiensis episcopus mense Dec. 1257. statutis tantum duodecim canonicorum præbendis. Anno 1229. mense Julio Guillelmus Parisiensis episcopus cum capitulo sancti Germani permutavit mulieres de corpore.

XIII. Stephanus Berout donationem fecit ecclesiæ sanctæ Catharinæ de Cultura anni 1235. De eo in antiquo necrologio: *XVIII. Junii obiit magister Stephanus Berout quondam decanus hujus ecclesiæ, qui ob remedium animæ suæ & parentum suorum dedit nobis quatuor libras anni redditus super domum decani in claustris, & viginti solidos in corrigia super domum Thouldi de sancto Marcello: cujus anniversarium facere debemus, & debent distribui decem solidi.*

Anno 1237. Guillelmus Parisiensis episcopus confirmavit denunciandam quoquo anno die 31. Julii excommunicationem in eos, qui bona, jura, chartas aut alia quævis instrumenta ad ecclesiam sancti Germani spectantia detinent.

XIV. Johannes I. de Brena seu de Brenno ecclesiæ sanctæ Catharinæ de Cultura quadraginta

*Tomus VII.*

libras dono dedit, & ipsius clericus Johannes de Thermes sexaginta florenas ad scutum circa annum 1243. Eodem anno mense Jan. capellani de choro ecclesiæ S. Germani declarant coram officiali Parisiensi decanum & capitulum ipsis concessisse chorum ex mera gratia ad tempus, seu quandiu eis placuerit.

XV. Petrus II. recognovit die Sabbati ante festum S. Dionysii anno 1250. sibi datam fuisse a communitate ecclesiæ sancti Germani domum contigiam decanatu sub censu annuo viginti solidorum Parisiensium solvendorum distributionibus chori. Petro decano Reginaldus Parisiensis episcopus statuta edidit saluberrimam promulgata in capitulo sancti Germani Autissiodorensis mense Febr. 1251. & capellam S. Leufredi ad Castellum, ecclesiæ sancti Germani, cujus jam patronatu potiebatur antiquitus, adnexuit anno 1253. mense Junio. Sanxit etiam de residentia tam decani & canonicorum, quam beneficiorum ecclesiæ S. Germani anno 1257. *Obiit Petrus decanus 25. Decemb. qui dedit nobis capellam suam ad emendos reditus, & duas arpennos terræ apud Christolium.*

XVI. Johannes II. Virolii memoratur in instrumento capitulo die Mercurii post octavas Epiphaniæ anno 1258. Insequenti dedit ecclesiæ S. Germani Autissiodorensis mense Octobri 1259. particulas reliquiarum S. Boniti. Ecclesiæ quoque S. Catharinæ de Cultura largitus est 120. libras. Obiit mense Julio, de quo in necrologio ad diem 21. Januarii legitur: *Eodem die fit anniversarium Johannis Virolii decani istius ecclesiæ, qui legavit nobis viginti solidos & eandem summam in celebritate beate Annæ matris beate virginis Mariæ.*

XVII. Michael de Tolosa, de quo in necrologio: *Die xv. Augusti 1271. obiit Michael de Tolosa quondam decanus istius ecclesiæ, qui legavit communitati nostræ centum libras Turonenfes.*

XVIII. Alvinus Stephano Parisiensis episcopo hominum præstitit mense Septembris 1272. Sub hoc decano anno 1276. pridie cal. Julii in domo Parisiensis episcopi consecretum est instrumentum pacis, quo beneficiati ecclesiæ S. Germani litem a se motam capitulo ejusdem ecclesiæ desiverunt, se supponentes dispositioni decani & capitulo super singulis capitibus controversis.

XIX. Petrus III. de Mornay nobilis Bituricensis, archidiaconus Solonize in ecclesia Aurelianensi, clericus regis Philippi Pulcri denominatur in litteris apostolicis anni 1278. die Jovis post Assumptionem beate Mariæ virginis ad capitulum sancti Germani directis, quibus testatur summus pontifex, quamvis Alexander & Clemens sui decessores de dissidiis ortis inter ecclesias S. Germani & sanctæ Opportunæ se iudices confliterint, non eam fuisse eorum mentem nec suam esse iuris capituli sancti Germani officere. Anno 1282. die Sabbati ante festum natiuitatis B. Johannis Baptistæ decanus & capitulum sancti Germani Autissiodorensis concesserunt congregationi pauperum cæcorum cemeterium & duas campanas, quamlibet ponderis centum librarum, & decimam, salvo tamen jure parochiali. Petrus postea episcopus Aurelianensis dicitur quondam ecclesiæ sancti

R ij

Germani Autifiodorensis decanus in veteri charta hujus episcopi de domo dicta ad Nuces, sita in vico de Fossatis sancti Germani anno 1290. ubi agitur de triginta libris Parisiensibus solvendis ecclesie sancti Germani, quoties mutatur prior de Caritate ad Ligerim, de bonorum virorum consilio, & specialiter reverendi patris domus Petri de Morneio Dei gratia episcopi Aurelianensis, quondam decani dictae ecclesie sancti Germani, qui super hoc pro bono pacis & concordia tam pro nobis, quam pro ipsis fideliter laboravit. Dein Petrus evasit episcopus Autifiodorensis & Francie cancellarius.

XX. Alanus de Lambalia natione Armoricus aberat a capitulo cum nominatus & presentatus est Stephanus presbyter dictus de S.<sup>t</sup> Germain ad vicariam perpetuam Villae episcopi die Mercurii ante Pentecosten anno 1284. cui presentationi eadem die decanus adhaesit. Fundavit obituarium pro patre & matre, quod Guillelmus de la Rocheanguy Redonum episcopus ejusque confanguineus & testamenti executor persolvit mense Maio 1289. In necrologio legitur: *Mense Sept. obiit magister Alanus quondam decanus istius ecclesie, qui dedit nobis 32. solidos annui redditus super domum Thomae le Charron sitos in terra de Aquila versus portam Baudoyer.*

XXI. Nicolaus I. de Lufarchiis memoratur in ordinatione capituli Dominica post festum S. Andreae 1289. de officio duplici Conceptionis beatae Mariae virginis in ecclesia sancti Germani celebrando, in charta Simonis Parisiensis episcopi mense Jul. die Veneris post festum S. Mariae Magdalene an. 1293. de cera & linteis tam altarium, quam ministrorum in eadem ecclesia, & in litteris ejusdem episcopi die Jovis post festum sancti Ambrosii 1299. ubi cavetur, ne permutatio unius praebendae sancti Honorati Parisiensis cum canonice Vitriaci ad Matronam noceat juri altero episcopi Parisiensis & capituli sancti Germani.

XXII. Renigius II. de Remis ad divini cultus augmentum, ad honorem Dei, beatorumque Germani & Vincentii, in quorum honore ecclesia dedicata consistit, assensus est ut omnes proventus & obventiones, quos & quas percipere & habere consuevit ab ecclesiis seu parochiis S. Salvatoris & sancti Eustachii, perciperentur deinceps ex parte & nomine capituli ad distributiones chori, decano duplum percipiente, sicut de aliis distributionibus facere consuevit, anno 1303. die Veneris ante festum B. Johannis Baptistae. Hanc ordinationem confirmavit Simon episcopus Parisiensis de consilio Johannis decani Parisiensis, Geraldii Parisiensis archidiaconi & Bertoldi de sancto Dionysio cancellarii ecclesie Parisiensis, eodem anno die Veneris post nativitatem beati Johannis Baptistae. Hanc quoque laudavit & ratam habuit Stephanus archiepiscopus Senonensis anno 1304. die Dominica post festum sancti Matthaei apostoli.

XXIII. Ansellus Morguevalle clericus regis, receptus decanus sacramentum dixit in capitulo 22. Junii 1307. Ordinationem, de qua in Remigio superiori, approbavit prima Augusti 1308. Litteris Avenione datis IX. cal. Maii pontificatus anno quarto ad Ansellum decanum scripsit Cle-

mens V. post obitum Stephani Senonensis archiepiscopi, ne papa inconsulto successerit elegeretur.

XXIV. Fulcherus, cujus temporibus Matthaeus Poncius presbyter ad altare beatae Mariae Magdalene in navi ecclesie recognovit coram officiali curiae Parisiensis anno 1317. die Lunae post Pentecosten collationem ejusdem capella & introitum in choro sibi concessum a decano & capitulo sancti Germani esse de mera gratia. Occurrit adhuc in charta compositionis factae super lite mota inter capitulum sancti Germani & Alerinum de Brene de terra dictae sancti Germani prope Castanetum, Bellam Fontanam, Puteolunam & Fossas regnante Ludovico Philippi regis filio, Stephano Parisiensis episcopo.

XXV. Johannes III. de Hermondeville ordinationem Remigii de Remis, de qua supra ad annum 1303. approbavit & confirmavit 1320. die Sabbati post festum S. Martini hiemalis. Die 6. Februarii 1323. decano in remotis agente capitulum sancti Germani duos e canonicis ejusdem ecclesie procuratores instituit ad componendum de indemnitatem sibi debita & rectori S. Eustachii cum fratribus domus hospitalis sancti Jacobi Paris. recens aedificatae ad viam S. Dionysii. *Magister Johannes decanus noster, qui nobis legavit 20. libras Parisenses & decem libras ad capulum S. Lauderici deargentaudam.* Ita necrologium ad diem 8. Dec.

XXVI. Guillelmus II. des Effarts forte germanus erat Petri argentarii regis anno 1320. qui die Martis ante festum Cathedrae sancti Petri anno 1328. fundavit capellam SS. Trinitatis in ecclesia S. Germani Autifiodorensis. Guillelmus autem ad episcopatum Ebroicensem evectus est anno 1334. ac proinde ipse est decanus, quo absente extra dioecesim, Ricardus de Befonella parochus sancti Eustachii Parisiensis praestitit juramentum capitulo 20. Februarii 1333.

XXVII. Petrus IV. de Chappes baecalaureus in legibus tam ob ipsius merita, quam intuitu Petri tituli sancti Martini in Montibus presbyteri cardinalis, cujus nepos erat, adeptus est canonicatum & praebendam ac decanatum sancti Germani Autifiodorensis, vacantes per consecrationem episcopalem bonae memoriae Guillelmi episcopi Ebroicensis, olim canonici & decani, bulla Benedicti XII. Avenione data VII. calendis Martii pontificatus anno primo 1335. Praeerat capitulo, cum Thomas de Ruella curatus sancti Salvatoris Paris. juravit capitulo reverentiam, necnon servatum se redditurumque fideliter jura quae habet capitulum in ecclesia S. Salvatoris die Veneris in vigilia sanctorum Simonis & Juda: an. 1335. Subscripsit huic chartae P. decanus, de cujus & capituli assensu Jacoba Trifan uxor Roberti de Meulenco fundavit in ecclesia S. Germani capellam quae foret de choro ad altare B. Michaelis in navi dictae ecclesiae, die Merc. post festum S. Matthaei apostoli 1340.

XXVIII. Petrus V. Poncelli canonicus ecclesie Parisiensis an. 1325. Petro de Chappes successit. Hujus temporibus anno 1344. capella B. Mariae de Bolonia ab Autioio detracta in parochiam erecta est mense Febr. 1344. Quadriennio post valvae coemeterii sanctorum Innocentium ad annos tres

muris cinctæ sunt, ne morbi epidemici, quo tunc a civibus laborabant, grassaretur lues, tuncque vecta sunt corpora ad novum SS. Trinitatis cœmeterium extra urbem. Fores autem cœmeterii sanctorum Innocentium referate sunt anno 1351. Eodem anno 1348. 26. Aprilis Fulco episcopus Parisi. statuit curam animarum de choro pertinere ad decanum, non vero ad canonicum hebdomadarium, ut volebat decanus.

XXIX. Johannes IV. de la Verriere regi a secretis. Hujus testamenti executores Dionysius Tite clericus notarius regis & Nicolaus Regnault presbyter dederunt prima Decemb. 1369. communitati S. Germani sexaginta solidos Parisienses annuos super domum sitam in via du Four addendos pecunie pro anniversario ejusdem decani jam defunctæ.

XXX. Petrus VI. Robert Lemovix filius Bertrandi domicelli sancti Galli, frater Ademari Senonensis archiepiscopi, nepos vero Ademari cardinalis, canonicus fuit ecclesiarum Parisiensis an. 1364. & Carnotensis, consiliarius regis in supra curia Parisiensi anno 1366. quatuor sanctorum ærarii, necnon libellorum supplicum in regia magister, decanus vero S. Germani Autissiodorensis erat die 20. Februarii 1371. ut patet ex regestis capituli. Eodem anno capituli jura in cœmeterium sanctorum Innocentium eidem asserta sunt sententia lata a preposito Parisiensi 23. Dec. & confirmata senatusconsulto dato 29. Januarii 1372. Præfens fuit sacramento, quod Jacobus Parvi parochus S. Eustachii præstitit capitulo 4. Maii 1384. Concordavit cum Nicolao le Diseur parochus sancti Germani die 4. Januarii 1391. Adstitit capitulo die sexta mensis Sept. ejusdem anni, quo admittæ est fundatio capellanæ sancti Johannis Evangelistæ, que est de choro ad altare SS. Trinitatis. Testamentum condidit die Jovis xi. Jan. 1396. hoc est 1397. cujus executores nominavit Laurentium de Mongeria canonicum ecclesie Parisi. & S. Germani Autissiodorensis, & Johannem Taconneau notarium in Castelleto Parisiensi, qui die 5. Maii 1401. dedere domui hospitali S. Jacobi in vico sancti Dionysii 1500. scuta auri pro fundatione unius missæ quotidianæ, & 6. Decembris ejusdem anni iidem executores dederunt capitulo S. Germani sexcentas libras auri pro una itidem missa quotidiana. Jacet ad levam sanctuarii ecclesie sancti Germani Autissiodorensis cum hoc ad sepulcrum titulo: *Cy gist noble & discrete personne M. Pierre Robert licenté et loix, jadis doyen de S. Germain de l'Auxerrois, chanoine de Paris & de Chartres, tresorier des finances & maître des requestes de l'hotel du Roy nostre sire, qui trespassa le 2. jour de fevrier jour de la Chandeleur 1396.* hoc est 1397. De eo sic habet necrologium ecclesie Parisi. *iv. non. Febr. obiit Petrus Roberti quondam decanus S. Germani Autissiodorensis, canonicus Parisiensis, pro quo habuimus 550. scuta auri pro anniversario suo faciendo quolibet anno. Petri ejusdem temporibus Petrus de Fitigny cardinalis canonicatum in ecclesia sancti Germani Autissiodorensis obtinebat.*

XXXI. Guillelmus III. de Gaujac Aquitanus,

consiliarius Parlamenti Parisi. Petro successit anno 1396. hoc est 1397. Præerat capitulo xi. Apr. 1399. cum actum & statutum est de quibusdam oblationibus in ecclesia pauperum cœcorum ad caputulum pertinentibus. Eodem anno 2. Maii inter caputulum ecclesie Parisiensis & S. Germani concordatum est de forma litterarum provisionis, que darentur vicariis ecclesie sancti Germani in ecclesia Parisiensi. Eodem anno 27. Junii conventum est inter caputulum & beneficiatos ejusdem ecclesie S. Germani super institutione procuratoris communitatis & parte capicerii in distributionibus; Petrus Parisiensis episcopus die 20. Jan. ipsissima verba retulit & sigillo confirmavit super forma juramenti capellanorum de choro in eorum receptione observanda. Guillelmus decanus electus est a curia Parlamenti die Sabbati prima Septembris 1403. qui cum Hugone Grimaudi decano Noviomensis rollum, seu rotulum Avenionem deferret. Anno sequenti Benedictus XIII. in cujus tunc obedientia erat regnum Francie, capellanias de choro S. Germani sub gratis expectativis comprehendit vetuit bulla data die 6. Augusti 1404. Anno eodem 24. Octobris Guillelmus in comitiis solemnibus Luteciæ habitis nominatus est, qui cum decano ecclesie Parisiensis & abbatibus sancti Germani Præfens & S. Genevese de causis & privilegiis exemptorum durante schismate judicaret. Johanne Brevisfoxa orationem habente in palatio ad requestam Universitatis, captus est 21. Maii 1408. decanus noster & carceri mancipatus cum aliis proceribus, quibus impingebatur crimen hoc, quod Petri de Luna mentem cognovissent de excommunicando rege, nec regem admonuissent. Quod ita narrat monachus Sandionysianus in historia Caroli regis VI. *Jubente cancellario, decanus sancti Germani Autissiodorensis, virum utique notabilem & jam vergentem in senium, qui post prælatos sedebat, ministri regii turpiter apprehenderunt & eum ignominiose ad palatium regale in cavernam duxerunt, condolentibus inde domibus cameræ regii Parlamenti, cum de collegio eorum existeret. . . . Venerabilis episcopus Vapincensis & abbas S. Dionysii cum quibusdam canonicis Parisiensibus & aliis notabilibus viris similiter apprehensi. . . . Tantus vindictæ appetitus ex odio inexpiabilis procedebat. . . . Regina & dux Guicenne eos episcopo Parisiensi jussunt restituere, cujus sub custodia mensam integram remanserunt.* Præfens fuit Guillelmus cum xvi. cal. Octob. anni 1408. Petrus de Ordeomonte Parisiensis episcopus referavit capfam sancti Landerici & in aliam argenteam deauratam repositi. Defunctus an. 1414. Guillelmus, dicitur vir magnæ probitatis & noster consiliarius in senatusconsulto dato 15. Aprilis 1415.

XXXII. Nicolaus II. d'Orgemont diaconus, dictus Claudus, filius Petri Francie cancellarii & Margaritæ de Voisines, frater Petri Parisiensis episcopi, senator Parisiensis, magister in curia regiarum rationum, canonicus Parisiensis & in eadem ecclesia archidiaconus de Josaio 1407. decanus Trecentis & S. Martini Turonensis, archidiaconus Ambianensis, canonicus ecclesiarum S. Martini Campellensis in Bria, S. Fursei Viromandorum,

& S. Germani Autissiodorensis 29. Nov. 1399. electus est decanus a capitulo ejusdem ecclesie die Veneris xi. Maii 1414. post decessum Guillelmi. At anno sequenti laese majestatis reus postulatus & in bastilia detentus, dein die Veneris plautro veclus est ad hallas Parisienses, ubi duo facinoris socii capite minuti sunt, & die Jovis 30. Aprilis 1416. in parvisum ecclesie majoris adductus, in quo de gradu diaconi defectus est, & omnibus beneficiis ecclesiasticis spoliatus, supplicii causa carceri perpetuo mancipatus est. Obiit Magduni ad Ligerim 16. Julii ejusdem anni 1416.

XXXIII. Johannes V. Charreton Lugdunensis, filius Simonis domini de Ferriere, senator Parisiensis 1404. canonicus ecclesie Parisiensis 4. Junii 1414. loco Aimerici de Magnaco, adeptus est decanatum S. Germani Autissiodorensis, in cuius possessionem inductus est 19. Jun. 1414. Subscriptis instrumento pacis pro regni unione die Lunæ 19. Septembris 1418. Obiit 1419. nam post ejus obitum Petrus Cardonel obtinuit ejus canonicatum in ecclesia Parisiensi ineunte anno 1420.

Franciscus le Charron decanus, de quo infra n. LXII. in scripto typis edito anno 1639. memorat pag. 81. ad annum 1418. cardinalem de Navarra decanum, quem nullibi reperimus.

XXXIV. Johannes VI. de Mailly Picardus, filius Johannis dicti Maillet de Saint Huyn de Talmas & Johanne de Cresques, frater Roberti de Mailly magni rei pararie administri, senator in curia Parisiensi 24. Aprilis 1411. libellorum supplicum magister 22. Julii 1418. pates in camera rationum Parisiensi 1424. canonicus ecclesie Parisiensis 1418. archidiaconus Catalaunensis 1423. decanatum S. Germani Autissiodorensis obtinuit anno 1419. Quosdam tædas post humatum Johannem Maille in cœmeterio sanctorum Innocentium ablatas, sibi ad conservatiorem juris restitui curavit mense Julio 1421. Ejus temporibus capitulum S. Germani decrevit prima die Aug. 1423. capellanas de choro deinceps nullis aliis assignandas, nisi vicariis de choro; quod quidem statutum auctoritate pontificia simul & regia roboratum est. Querelam habuit cum Petro de Venisse parrocho S. Germani, pro qua terminanda arbitros elegerunt Simonem de Champluyfant præsidem in curia Parlamenti & Clementem de Fauquembergue die 9. Maii 1424. Anno eodem Radulfus Marechal abbas S. Genovefe promulgavit bullam summi pontificis Martini V. qua præbenda Philippi de Vitri canonici S. Honorati Parisiensis uniebatur in ævum cantorie ejusdem ecclesie, ea lege ut quotannis in festo S. Remigii cantor solveret capitulo S. Germani 16. solidos Parisienses. Johannes autem de Mailly decanus ad episcopatum Noviomensem promotus est anno 1425.

XXXV. Johannes VII. Robert die 5. Octob. an. 1425. eligitur decanus, haud tamen unanimi consensu; exstant enim littere Johannis Parisiensis episcopi die 20. Octobris anni ejusdem, ut si quis velit intercedere, hac die intercedat. At electio & confirmatio Johannis Roberti senatusconsulto

Araborate sunt 22. Februarii sequentis.

XXXVI. Johannes VIII. Vivien filius Galcherii regis consiliarii mense Jan. 1374. donati jure nobilitatis, frater Johannis, dicti Minoris, canonici Parisiensis & post episcopi Nivernensis, canonicus ecclesie Parisi. 1422. fenator & pates Inquisitionum 1426. præpositus de Chablis in ecclesia S. Martini Turonensis, decanus erat S. Germani Autissiodorensis die 5. Sept. 1432. & 8. Dec. ejusdem anni, cum acquisivit 40. solidos Parisienses super domum sitam in vico d'Avron. Mense Augusto anni 1434. solvit pro sua parte cum capitulo impensas pro concilio Basileensi impostas. Discordie motæ inter archiepiscopum Rotomagensem & capitulum ejusdem ecclesie super bonis Johannis ad-ensem canonici Rotomagensis, Johannes Vivien electus est arbiter anno 1435. 25. Martii, si forte Guillelmus Cottin & Simon de Plumetot iudices non concordarent, modo tamen ipse cum altero conveniret, ex archivio archiepiscopi Rotomagensis. Johannis decani & capituli ad preces ecclesie Parisiensis deferens caput S. Philippi apostoli & Petrus Chailou abbas cum canonicis regularibus sancte Genovefe de Monte caplam B. Chlotildis regina: processere 31. Julii 1437. ad ecclesiam S. Germani Autissiodorensis, cujus festum hac die celebrabatur, C opem divinam imploraturi, quo citius ad obsequium regis obsequi Meldi revertentur. Anno sequenti obiit Johannes, nam declaratum est 9. Septembris 1438. vacare decanatum per obitum Johannis Vivien.

XXXVII. Johannes IX. Chuffart Tornacensis, canonicus Parisiensis 1420. cancellarius Isabelle regina: Francie, cancellarius ecclesie Parisiensis 1430. senator Parisiensis 1437. & eodem anno decanus sancti Marcelli Parisiensis deputatus est 27. Martii 1438. cum Johanne decano Parisiensi ad conventum Bituricensem. Anno eodem D 1438. die 8. Octobris canonicatum S. Germani Autissiodorensis obtinuit, & 18. eorundem mensis & anni electus a canonicis decanus ejusdem ecclesie in possessionem inductus est 7. Novembris sequentis, ostensis capitulo confirmantibus electionem litteris. Petiit a capitulo Parisiensi 27. Febr. 1440. licentiam Quadragesimali tempore butyrum & lac necnon aliquas carnes comendandi. Institutus parrochus S. Eustachii Parisiensis 1448. die 7. Decembris ejusdem anni sacramentum præstitit capitulo S. Germani. Legavit pueris chori S. Germani Autissiodorensis tres libras Parisienses & 15. solidos, quos solvit quotannis capitulum Parisiense. Obiit die Veneris 7. Maii 1451. sepultus in ecclesia Parisiensi, uti testamento voverat, ad levam chori cum hoc epitaphio: *Hic jacet magister Johannes Chuffart Tornacensis, quondam presbyter canonicus ecclesie Parisiensis, decanus sancti Germani Autissiodorensis, consiliarius regis in curia Parlamenti, qui obiit anno 1451. v. 11. die Maii. Ora pro eo.*

XXXVIII. Johannes X. Chennetau canonicus Sacre capelle Parisiensis 1443. & sancti Germani Autissiodorensis 23. Septembris 1446. hujus ecclesie electus est decanus 5. Junii 1451.



& 13. Septembris sequentis possessionem inuit. Aquilam chori suis impensis fieri curavit mense Junio 1454. Subscriptum cum canonicis deputatis 3. Augusti 1456. fecerit pacis & concordie capitulum inter & aditus ejusdem ecclesie, civelque quamplurimos. Adiuit pro dicecesi Parisiensi concilio Senonensi 1460. Prefens fuit juramento, quod Petrus de Braban parochus sancti Eustachii capitulo prestitit 10. Decembris 1462. Credidit 5. Septembris 1466. communitati 144. libras Parisienses ad reparandas quatuor domos. Obiit 11. idus Januarii 1468. quo die fit ejus anniversarium.

Aurifabrorum communitatis custodes & magistrum jam ab anno 1403. die 12. Novembris obtinuerant licentiam ab episcopo Parisiensi eligendi capellanum qui sacrum faceret in sacello quod exereant, vocatum domum hospitem Aurifabrorum, sed cum postea pensili campana plebem ad officium divinum inibi decantatum convocare, neglecta parochiali ecclesia, viderentur, decanus & capitulum id agere ferentes, nullum scilicet intra parochie limites sacerdotem posse citra capituli assensum palam rem divinam facere obtendentes, Aurifabris an. 1466. litem intenderunt, que adhuc sub iudice est.

XXXIX. Guillelmus IV. de Cambray Bituricensis filius Johannis rei panarie Caroli VII. regis administrati ex Elisabetha Estevart, senator in curia Parlamenti 18. Septembris 1461. & decanus ecclesie Bituricensis, litteris apostolicis decanatum S. Germani Autisiodorensis adeptus post obitum Johannis Chenneteau, possessionem accepit die Lunæ 20. Februarii 1468. At cum Johannes de Belleville litteris etiam apostolicis ad eundem decanatum promotus fuisset, jussione regis urgente, abstinuit jus prosequi, donec illud concederet totum & remitteret Petro de Cerisy anno 1474. Guillelmus vero anno 1492. archiepiscopus Bituricensis electus est.

XL. Johannes XI. de Belleville filius erat Johannis de Harpedene domini de Belleville apud Pichavos & Margarete de Valois filie Caroli regis VI. & Odete de Champdivers, legitimate per litteras Caroli VII. regis datas apud Montem Richardi mense Jan. 1427. Decanatum obtinuit a summo pontifice paulo serius quam Guillelmus, de quo supra. Ne igitur quidquam juri Johannis detraxeret tarditas, aucupatus gratiam Ludovici XI. Francorum regis, ab ipso impetravit litteras 23. Febr. 1468. scriptas Ambasie ad capitulum, quibus cognatum suum Johannem de Belleville commendabat, quasque capitulo obtulere D. Johannes Dauvet in Parlamento preses, N. domicellus de Saint Vallier, procerumque nonnulli. Regi obtemperatum, & ne quid obsequio deesset, Johanni viro aliunde virtutibus insigni & consilario integerrimo vox concessa est in capitulo xi. Martii, etiam non canonico, die Mercurii ejusdem mensis 1468. possessionem adeptus. Obiit Bituricensi mense Oct. 1474. simul decanus Bituricensis.

XLI. Petrus VII. de Cerisy patrem habuit Petrum dominum de Nantillio prope Salmurium apud Andegavos, fratrem vero Guillelmum du

A Homet, la Riviere, & Fauzgaon, qui fixit domicilium ad S. Laudum Constantiensium, & jacet in choro ecclesie Carentonii cum uxore Catharina de Rautot domina de Velly. Petrus vero canonicus ecclesie Parisiensis an. 1470. loco Thomæ de Courcelles, senator Parisiensis confirmatus 7. Februarii 1483. in decanatus S. Germani possessionem inductus est die Veneris 14. Oct. 1474. permutatione facta cum Guillelmo de Cambray, & iterum 4. Mart. sequentis post obitum Johannis de Belleville. Demum mortuo Petro de Braban, qui se legitimum Johannis Chenneteau successorem dixerat, tertiam possessionem ritu facto, jura

B juris addendo, iniiit 18. Julii 1479. Eius temporibus mensæ capitulari in sustentationem puerorum chori adnexa est capella de choro ad altare S. Jacobi 25. Aug. 1476. a Ludovico episcopo Parisiensi, consentiente Johanne de Crepieres titulo hujus capelle insignito. Arbitr electus fuit inter Carolum Dubec parochum ecclesie S. Pauli & moniales S. Clara: in eadem parochia 30. Apr. 1492. Subscriptis donationi factæ a Martino de Bellefaye unius modii bladi annuatim percipiendi a communitate S. Germani super glebam in Bria dictam *Courceaux* 10. Martii 1501. Antiphonas dictas de *Pane* post matutinas fundavit in choro

C S. Germani prima Octobris & 24. Novembris 1506. necnon preces dicendas in capitulo post mandatum die Jovis in ecena Domini. Denique vir ille omni virtutum genere clarus præfuit exemplo, profuit benefica manu, animoque ita sibi devinxit, ut capitulum staturit 12. Oct. 1501. quoquo mense celebrandam missam in choro ad ejus hospitalem. Obiit 19. Novembris 1507. legatis ecclesie Parisiensi pro anniversario suo faciendi 550. scutis auri. Sepultus est in capella S. Germani, quam exstruxerat ad latus dextrum chori, ubi sic legitur: *Cy gist venerable & discrete personne Monsieur maistre Pierre de Cerisy en son vivant Conseiller du Roy nostre sire, doyen & chanoine de l'eglise de ceans, chanoine de Nostre-Dame de Paris, archidiaque de Coustantin en l'eglise de Coutances, & grand proffest de Normandie en l'eglise de Chartres, qui trespassa le dixneuvieme Novembre l'an mil cinq cent sept.*

XLII. Nicolaus III. de Cerisy decanus & canonicus sancti Germani Autisiodorensis per resignationem patris, possessionem adeptus est die Lunæ 25. Octobris 1507. presentibus Petro de Cerisy ipsius fratre præside in curia Juvaminum, Petro de Vaudetar consilario Requestuarum & Johanne Papillon consilario Parlamenti. Petrus E autem ille frater Nicolai uxorem duxerat Johannam Lorfevre d'Ermenonville 27. Febr. 1484. Obiit ille 26. Augusti 1510. hæc posttridie, & ambo jacent in ecclesia sancti Germani die eadem sepulti. Anno eodem 1510. capitulum, cujus erat hæc vice nominare, presentavit die 15. Junii ad vicariam perpetuam ecclesie S. Eustachii Johannem Balue post decessum Antonii de Paris ultimi & immediati possessoris pacifici. Ab hac autem die ad annum presentem 1740. non nisi per parochorum resignationes continue ecclesia illa fuit administrata.

XLIII. Guillelmus V. Heclor filius Roberti Heclor domini de Pereufe & Margareta de Rueil, canonicus ecclesie Parisiensis per resignationem Petri de Cerifay 14. Julii 1507. capicerius sancti Mederici Parisiensis, decanatum S. Germani obtinuit per resignationem Nicolai de Cerifay, & possessionem adeptus est die Sabbati 4. Martii 1513. hoc est 1514. ac 10. Aprilis ejusdem anni domus qua fruebatur in claustrum ecclesie Parisiensis ut canonicus, adjudicata fuit a capitulo ejusdem ecclesie Guillelmo Hie canonico Parisiensis. Clausulam de non residendo rescripto Romae obtento insertam ejuravit in capitulo, ipso accepta possessionis die. Excepit jururandum Petri Cauchon 25. Aprilis 1514. Claudii le Grand 31. Octobris 1516. & Antonii Regnault cantorum sancti Germani 18. Martii 1520. Ipse vero hominum precessit Franciso Parisiensis episcopo 14. Martii 1519. Cum de suo anniversario pie providisset, obiit die xi. Augusti 1527. sepultus in choro ecclesie S. Germani.

XLIV. Franciscus I. Baudri filius Johannis & frater Andreæ in curia Parlamenti consiliarii 17. Decembris 1484. promotus a summo pontifice per resignationem præcedentis unanimi canonicorum voce approbatam, decanus receptus est die Lunæ 19. Novembris 1526. Obiit 16. Augusti 1529.

XLV. Stephanus Poncher filius Johannis avarii Francie iunioris generalis, ex Catharina Hurault, Francisci Poncher Parisiensis episcopi cognatus, canonicus ecclesie Parisiensis 1518. archidiaconus Briae in eadem ecclesia, canonicatum Francisci Baudri decessoris sui in ecclesia S. Germani obtinuit 16. Augusti 1529. & 8. mensis Octobris ejusdem anni electus decanus ejusdem ecclesie, possessionem confirmatus adiit 17. Junii 1530. in canonicatu Parisiensis successorem nactus istem die & anno Johannem Baudri, qui a jure suo in decanatum sancti Germani tunc destitit. Ad sedem Bauenensem evectus an. 1532. transit postea ad metropolim Turonensem. Anno 1534. nunc 1535. die Jovis 21. Januarii in piculum ob illas ab hæreticis sanctorum imaginibus & sacratissimæ Eucharistiæ injurias indictæ sunt solemnes supplicationes ad ecclesiam S. Germani Autissiodorensis, ad quam convenire clerus omnis, omnesque urbis ordines, ac imprimis ecclesia Parisiensis cum capsa S. Marcelli, abbas & canonici regulares nudi pedes cum capsâ sanctæ Genovefæ, &c. ex qua ecclesia sancti Germani itum est ad ecclesiam Parisiensem, episcopo Parisiensis sacratissimam hostiam deferente, rege Francisco I. sequente cum regie stirpis principibus, &c.

XLVI. Ludovicus I. Millet filius Eustachii consiliarii in curia Parlamenti, nepos ex fratre Johannis Millet Sueffoniensis episcopi, canonicus ecclesie Parisiensis, canonicus & archidiaconus in ecclesia Meldensis, prior de Tampigneo diocesis Turonensis, decanus S. Germani per resignationem Stephani Poncher a capitulo receptus fuit 10. Junii 1536, cui etsi non canonico vox concessa est in capitulo die 15. eorundem mensis & anni. Aderat in capitulo mense Januario 1539.

quando conventum est cum Johanne le Cocq parochio S. Eustachii de quadam summa ex proventibus ejusdem ecclesie capitulo S. Germani annuatim solvenda. Petit a capitulo 29. Septembris 1540. ut, se absente, capicerius distributionibus privaretur.

XLVII. Ludovicus II. de Charny primus abbas commendatarius Fulcardi montis in diocesi Rotomagensi, sancti Germani Autissiodorensis decanus admissus fuit 12. Februarii 1542. Excepit in capitulo 19. Maii 1544. jururandum solutum Michaelis le Voyer parochi sancti Germani Autissiodorensis. Subscriptum cum capitulo die 8. Maii 1548. inquit passionis die 6. ejusdem mensis cum Eustachio du Bellay archidiacono Parisiensis, quando vicaria perpetua S. Germani vacaret per mortem, resignationem, aut aliter. Obiit Ludovicus 24. Julii 1548.

XLVIII. Franciscus II. le Picart natus Parisiis 16. Aprilis 1504. patrem habuit Johannem dominum de Villeron, matrem Jacobam de Champagne dominam d'Atilly, utrumque e stirpe nobili. De eo scribit Andreas du Saussay episcopus Tullensis in corollario ad martyrologium Galliarum pag. 1212. *Franciscus le Picart sacerdos piissimus (1526.) Parisiensis theologus, nobilis ortus C* *prospio, ac morum sanctimonia & zelo fidei magis insignis, qui, quod Lutheranus evocentis femina exstirparet, & extitit felle subdolo molimina vivaci mentis acumine prehereret, hostium ecclesie secretis machinationibus appetitus, ac in exitum (anno 1533.) per eorum telas & calumnias . . . : rehgatus, Remis tandem resedit assiduis prædicationibus intentus, quosque demum agnita ejus innocentia, regio jussu (anno 1534.) in urbem regiam cum publico intemeratæ virtutis præconio revocatus, publicæ lætitiæ, quæ abscessus ejus marorem adequavit . . . . ob splendida sanctitatis & doctrinæ insignia, decanus S. Germani consona electione reuocatus (die Sabbati 4. Aug. 1548.) boni pastoris omnia quæ sunt munia adimplevit : diebus vacui singulis pro credito populo hostium incurrentium immolavit, officiis ecclesiasticis omnibus inquit, quin & horis a canone statis interfuit . . . . Pauperum pater egros omni quæ potuit ope iuvit, purpuram cardinalem suis meritis paravit & obtulit (a summo pontifice Paulo IV.) recusavit. Ad extremum cum prodesse urbi, regno, ecclesie non cessaret, carnis viâ excessit (17. Septembris 1556.) sepultus fuit in avito mausoleo apud Guillelmis Parisiensis (Albus mantellos) fuere honorificentissimo, cui interfuerunt plus quam viginti mille cives. catholicorum patrem, hæreticorum malleum, urbisque servatæ tutelarem plangentes ; qui certe theologorum decus, primariumque Navarrae gymnasijs fuit post unicum Gersonium ornamentum. Vide Launoium tomo quarto part. 1. pag. 430. in historia collegij Navarr. & vitam Francisci le Picart, quam publici juris fecit Hilariion de Coste ex ordine Minorum. Dedit Franciscus 7. Januarii 1549. ecclesie S. Germani sexaginta libras annui redditus. Robertus Cenalis episcopus Abrincensis concionem Francisci decani funebrem habuit in Sorbona die 19. Sept. 1556. Francisco sedente, transactio habita 111. uonas Aug. 1456.*

inter capitulum & aditus S. Germani, de qua supra, confirmata fuit senatusconsulto 23. Sept. 1553.

**XLI.** Johannes XII. Hennuyer Picardus Sanquintiniensis, doctor Navarricus, Carolo Borbonio, qui Rotomagensis archiepiscopus & cardinalis renunciatus est, & Carolo a Lotharinga, qui Remensis archiepiscopus & cardinalis, institutendis praefectus est, dein serenissimo Delphino Francisco a studiis & praefectionibus 1526. electus est professor in theologia cum Antonio Coignet anno 1538. Eodem, jubente rege Francisco I. litteras hujus principis Facultati significavit, quibus inhibebatur, ne quis ex ordine religioso ad Licentiam admitteretur ultra numerum assignatum. Primum reginae Catharinae tum Delphino a secretis confessionibus, postea anno 1553, Henrici II. regis conscientiae moderator & primus elemosynarius, quo tempore an. 1554. cum ipso communicatum est a capitulo Parisiensi privilegiorum burse in collegio Navarræ. Diplomate regio 7. Jan. 1556. cum alicquot praefectibus & consiliariis Parlamenti selectus est ad reformandos quosdam in Universitate Parisiensi abusos. Post decessum Francisci le Picart decanus a capitulo sancti Germani electus est die Sabbati 24. Octobris 1556. quae electio confirmata fuit ab episcopo Parisiensi 26. eorundem mensis & anni. Insequenti 1557. ad sedem Leutenensem, ut voluit, mox possessione non adeptus, ad Lexoviensem promotus & translatus, qua magnanimitate oves suas quamquam errantes & haereticos labe infectas a caede Simbartholomæa servavit incolumes, non est hujus loci dicere. Antonius Mallet in historia virorum illustrium Sanjacobæorum Dominicanorum tomo secundo pagina 247. anno 1634. hunc accensit illustribus Sanjacobæis, quasi Dominicanorum familiae votis adstrictum. Illud minus caute fecit Sammarthani in episcopis Lexovienfibus ejusdem opinionis affectas procecarunt. At Jacobus Ehard Dominicanus, qui e vivis excessit 15. Martii 1724. multo pluris veritatis quam sibimet & ordini Fr. Praedicatorum consulis, in tomo secundo scriptorum ejusdem ordinis pag. 341. errorem hunc resellit non solum ex Launoio, sed ex actis Facultatis a se visis & diligenter exploratis. Vide observationes Laurentii Justi le Clerc in opere inscripto *Bibliothèque de Richelieu*, ad verbum *Maillard* (Olivier) pagina LXXV. editionis Lugdun. 1728. & supplementum ad Morerium edit. 1735. ad vocabulum *Hennuyer*.

**L.** Johannes XIII. de la Grange Parisius, filius Sebastiani de la Grange-Trianon & Magdalenæ Duval dominæ Villarii siccæ, doctor theologus in regia Navarra, vicarius generalis Petri Duval avunculi sui Sagienfis episcopi, resignante Johanne Hennuyer, decanatum obtinuit a cardinali Trivulzio in Francia legato a latere, & capitulo consentiente receptus est die 6. Martii 1557. Eodem collegium Sagienfè Parisiis fundatum novis statutis instituit. Insequenti vicarius generalis Eustachii du Bellay Parisiensis episcopi institutus est. Die 20. Decembris 1560. obsequii & reverentiae fidem in capitulo recepit a Gratiano Gaulier cantore ecclesiae S. Germani. Obiit Johannes de

*Tomus VII.*

A la Grange 18. Novembris 1562. Delatae sunt postredie ad capitulum litterae commendatitiae regis & reginae, ut eligeretur decanus Sebastianus de l'Aubespine Lemovicensis episcopus.

**LI.** Nicolaus IV. de Thou titulus Augustini praefectus insulati, frater Christophori principis senatus, canonicus Parisiensis 1547. senator Parisiensis 1557. archidiaconus Parisiensis 1562. thesaurarius ecclesiae Bellocacensis & abbas sancti Symphoriani ejusdem urbis, electus est decanus S. Germani 7. Jan. 1562. receptusque canonicus ejusdem ecclesiae undecima eorundem mensis & anni, & die 2. sequenti Hieronymus de la Rovere

**B** episcopus Telonenfis jure quod sibi arrogabat ad decanatum sancti Germani senatusconsulto cecidit. Dum Nicolaus decanatum gerit, facta est celebris partitio beneficiorum, quorum praefatio, nominatio, aut collatio ad capitulum S. Germani spectant, quae prius alternis vicibus suo quisque mense aut hebdomada canonicis conferebant, ut obviaretur litibus & impensis, quae ex hac nominandi ratione perturbata saepius per signationes, aut permutationes oriebantur. Itaque octava die Martii anno 1565. canonici valore beneficiorum pro tempore sedulo inquisito, & quasi ad trutinam perpeso, beneficia ex aequo distributa, & in schedulis sigillata inter se singuli sortiti sunt, approbantibus & confirmantibus episcopo Parisiensi, summo pontifice Pio IV. rege Carolo IX. & curia Parlamenti. Hoc etiam decano sedente, Guillelmus Viole Parisiensis episcopus die 20. Decembris an. 1566. decrevit, ut singulis annis prima die Mercurii mensis Augusti in capitulo Synodus celebraretur, cui omnes & singuli capellas ad collationem capituli obtinentes interesse tenerent; quod statum confirmavit Ludovicus Antonius de Noailles S. R. E. cardinalis archiepiscopus Parisiensis 31. mensis Aug. 1728. Demum Nicolaus de Thou ad episcopatum Carnutensem promotus est, ubi de illo plura.

**LII.** Nicolaus V. Perdrier filius Francisci monetae regiae praefecti & Egidiae Beaufer, jam canonicus sancti Germani, decanus renunciatus est 22. Maii 1567. per cessionem Nicolai de Thou. Eodem anno die 9. Augusti supremæ curiae placito dominium capituli in cœmeterium sanctorum Innocentium & alia ipsius jura asserta sunt. Crux dicta *Gastine* jussu regis erecta est in eodem cœmeterio mense Decembri ejusdem anni. Die 26. Junii 1571. prata ad Christolium decanatus adnexa conduxit Nicolaus Perdrier.

**LIII.** Theobaldus II. le Sueur filius Claudii domini de la Croix ex Genovesa de Bragelongne, senator Parisiensis anno 1562. post obitum Nicolai Perdrier electus est decanus S. Germani die 8. Jan. 1573. confirmatusque a Petro de Gondi episcopo Parisiensi 12. eorundem mensis & anni. Eodem, 10. Martii lis inter eum & Ludovicum Bonneau parochum S. Germani edicto Parlamenti judicata fuit. Sub hoc decano die 18. Augusti 1578. capella sub invocatione S. Rochi erecta est in ecclesiam succursalem, ea lege ut rector agnosceret matricem ecclesiam sancti Germani Autissiodorensis.

S

LIV. Johannes XIV. du Vivier filius Johannis domini de Villetaneuse & Johanne de . . . . . jacentium in ecclesia beate Mariæ de Mercede, in curia Parlamenti consiliarius 2. Julii 1572. canonicus & cancellarius ecclesiæ Parisiensis 1580. post mortem Theobaldi fuit electus decanus a capitulo sancti Germani die 23. Martii 1584. & obtinuit canonicatum ejusdem ecclesiæ 10. Aprilis ejusdem anni, quo exeunte decanatum resignavit Petro Hubert canonico Parisiensi, necnon priori S. Arnulphi Crispiensis, viro religiosissimo, qui 28. Junii 1581. de suo fundaverat festum sancti Petri ad Vincula in ecclesia Parisiensi. At cum is possessionem decanatus non sit adeptus, hinc eum decanos inter haud annumeramus. Jus tamen suum ad hanc dignitatem cessit Victori Moreau, qui sequitur.

L.V. Victor Moreau filius Rochi Moreau equitis, domini de Truchay & du Grosbois ex domicella Jacoba Fournier, presbyter Parisinus, doctor in utroque jure decanatum possessionem adiit 17. Aprilis 1585. per cessionem Petri Hubert in curia Romana approbatam. Statuto Simonis episcopi Parisiensis anno 1293. de cera & lientaminibus paruit anno 1587. compromisso ad arbitros delato.

LVI. Eustachius Pignart Parisinus filius Petri in regiarum rationum camera magistrus & Franciscæ du Tillet, baptisatus prima Decemb. 1551. subdiaconus erat, quando decanus in capitulo sancti Germani receptus est 15. Martii 1587. causa permutationis cum Victore Moreau, cui vicissim transcripsit prioratum sancti Theobaldi de Vincis in dioecesi Parisiensi. Eodem anno die 20. Decembris pure & simpliciter decanatum dimisit in manibus capituli per Theodoricum procuratorem suum.

LVII. Claudius de Hacqueville natus 20. Julii 1566. parentibus Andrea magistro libellorum supplicum 9. Januarii 1568. præfide vero majoris consilii 10. Martii 1579. & Anna Hennequin filia Drogonis Hennequin & Renatæ Nicolai die 31. Decembris 1587. ex subdiacono Parisino a capitulo sancti Germani electus est decanus, & 9. Januarii anni sequentis 1588. immisus a capitulo in possessionem. Eodem anno 1588. 18. Julii domini de Montholon, Chyppart, & le Vest magni nominis arbitri electi 31. Maii ejusdem anni plurimas concertationes ab annis pluribus capitulum inter & capellanos de choro recrudescentes lata sententia composuerunt.

LVIII. Rogerius Deschevert filius nobilis Caroli Deschevert ex Catharina le Grand, tonsura clericali initiatus in capella episcopali Parisiensi 9. Junii 1571. prior S. Honorinæ de Confluentio, doctor in utroque jure, canonicus Sacræ capellæ Parisiensis, per cessionem Claudii de Hacqueville decanatum obtinuit in curia Romana 1589. eodemque anno 10. Nov. canonicatum assecutus est, cum jam decanatus possessionem accepisset die 3. Junii. Anno eodem 21. Augusti a capitulo petiit distributionem participem fieri Carolum Pinflect capicerium suum, qui quod eodem mense Augusto desinente libellum edidisset apologeticum

A de parricidio nupero regis Henrici III. perpetrato a Jacobo Clement, quem vecordi impudentia martyrem vocabat, diario statim privatus fuit; cumque insuper infamasset abbatiam & monachos sancti Germani Pratenfis, quasi Hugonotorum fautores, senatusconsulto 12. Septembris ejusdem anni in opus & auctorem animadversum est, ex historia ejusdem abbatie edita pag. 204. Insequenti anno de influendo capellano in oratorio auxiliari sancti Rochi Parisii cum Jacobo Cueilly vicario perpetuo S. Germani perperam disceptavit Rogerius. Die 14. mensis Martii Petrus cardinalis de Gondi Parisiensis episcopus sententiam arbitratorum anni B 1588. de qua supra, approbavit ratamque fecit, necnon eodem decreto statuit de officiis divinis & juribus cantoris ecclesiæ S. Germani. Idem Rogerius anno 1594. 17. Septembris obtentis a rege Henrico Magno litteris de dono vicariatus Pontifrensis, quibus promoveretur a futuro archiepiscopo Rotomagensi, & earum vi obtento majoris consilii edicto, quo licebat illi hujusc vicariatus possessionem capere, ac possidere, quandiu vacaret archiepiscopatus, ad illum tandem promotus est a Carolo de Bourbon archiepiscopo nuper renunciato, anno 1595. die 24. Januarii. Vide concilia Rotomagensia auctore Gulielmo C Bessin e congregatione sancti Mauri monacho, append. ad synodos provinciales pag. 228. Obiit Rogerius Deschevert mense Maio 1596.

LIX. Philippus Hurault tertius filius Philippi Hurault comitis Cheverni in Solonia, & Franciæ cancellarii ex Anna de Thou, abbas S. Florentii Bonævallis, Regalis montis, &c. primus elemosynarius Mariæ Medicæ reginæ, Parisiensis senator, deinde sacri consistorii assessor, electus est decanus (Nicolao de Neufville canonico sancti Germani quinque tantum calculis suffulto) 31. mensis Maii 1596. Eodem anno 6. Julii consilii majoris decreto statutum est S. Germani Antistiodorensis decanatum vacantem, suffragiis tantum canonicorum obtineri posse, quibus accedere deberet episcopi tanquam superioris confirmatio, nec proinde obnoxium esse indultorum privilegii, contra Gilbertum Lauri jus ad decanatum sibi arrogantem ex indulto clarissimi viri Jacobi Augusti de Thou præfidis in suprema curia Parlamenti. Vide Choppinum libro primo pag. 41. de Sacra politia. Philippus Hurault ad episcopatum Carnotensem loco Nicolai de Thou avunculi assumtus est 1599. quo anno, prima die mensis Martii lata sententia est ab Henrico de Gondi Parisiensi episcopo interpres sententiæ arbitratorum anni 1588. de forma observanda erga capellanos de choro absentes & non residentes.

Johannes de Reynes presbyter Cenomanensis, in eademque urbe canonicus sancti Petri de Curia permutavit die 26. Aprilis 1597. cum Stephano Hatton canonico S. Germani Antistiodorensis, cujus factus canonicus decanatum, Philippo Hurault designato episcopo, obtinuit in curia Romana anno 1599. At cum possessionem iniisse non apparet, decanus inter annumerari non debet; servato tamen canonicatu, jus ad decanatum cessit Johanni de Gaucourt filio Ludovici de

Gaucourt de Cluys & Franciscæ d'Escoubleau de A  
Sourdis abbatii SS. Trinitatis de Maloleone, *Mauleon*, & Millebecensis, *Maubeac*. Hic quoque decanatum obtinuit a summo pontifice X. cal. Junii anni 1600. cujus in possessionem refragante capitulo, januis chori clausis, inductus est ab officiali Parisiensi die XI. Septembris 1601. Hinc toto quinquentio esserbuere lites tam inter Johannem de Gaucourt & capitulum, quam inter Johannem & Bertraudum le Prevost. Cum enim Philippus Hurault electus episcopus Carnotensis decanatum sancti Germani Autissiodorensis resignasset in manibus capituli, capitulumque resignationem approbasset, & vacare decanatum declarasset die Veneris 23. Novembris 1601. decanus in ejus locum electus est a capitulo die Lunæ 26. Nov. Bertrandus le Prevost diaconus, canonicus ecclesiæ Parisiensis, & abbas S. Martini de Monte, filius Johannis le Prevost de Malassis praesidis in curia Inquisitionis Parisiæ & Annæ le Clerc d'Arnouville, qui postriede confirmatus est ab Henrico de Gondi archiepiscopo Parisiensi. Lite pendente uterque tandem jus suum abdicavit, & senatusconsulto 15. Septembris anni 1606. motus animorum & singulae rixæ cessarunt, ut novæ electioni daretur locus.

LX. Petrus VIII. Gillet oriundus e Montemorencio, filius Claudii ex Johanna Dannequiu, doctor theologus, 21. mensis Martii 1606. electus est decanus sancti Germani Autissiodorensis, & postriede confirmatus ab episcopo Parisiensi. Is neque natalibus, neque procerum commendationibus, sed soli debuit hanc dignitatem virtuti. Primum fuit puer chori in ecclesia Parisiensi, toutsura initiatus sacerditi 19. Dec. 1557. tum burfarius in collegio Forteti anni 1574. ex fundatione Johannis Beauchêne, ejusdem collegii procurator prima Julii 1586. dein canonicus ecclesiæ de Caltris, de *Châtres*, prope Montemlethericum diocesis Parisiensis, quo tempore ad presbytericum ordinem promotus est 23. Maii 1587. postea vicarius S. Dionysii de Carcere in ecclesia Parisiensi 2. Aprilis 1591. magister in theologia receptus 23. Martii 1592. inde ad curam seu vicariam perpetuam sancti Germani Autissiodorensis nominatus 14. Martii 1598. quam factus decanus, die 3. Februarii 1607. resignavit in manibus capituli, in hoc aliunde, quemadmodum & in aliis quæ munera gessit, oneribus carus. Eodem anno canonicatum Johannæ de Reynes obtinuit in ecclesia sancti Germani, cujus capitulo parochi primitivi asserta est denominatio senatusconsulto 5. Martii 1611. Capella S. Eutropii unita est capitulo pro sustentandis pueris chori 15. Januarii 1616. vi decreti Parisiensis episcopi 18. Februarii 1603. Petrus vero pzinæ pueri choralis in ecclesia Parisiensi memor conditionis testamento condito 6. Maii 1621. legavit fabricæ parochiali S. Germani Autissiodorensis trecentas annui reditus libras ea lege, ut matricularii numerarent quotannis uni e pueris chori ejusdem ecclesiæ, qui studio emenso litteris operari daret, ducentas libras, quam legen peculiari convento acceptavere matricularii die 3. Novembris anni 1624.

*Tomus VII.*

LXI. Johannes Petrus Camus filius Johannis Camus domini de S.<sup>t</sup> Bonnet & Mariæ de Contes, Bellicensis episcopus consecratus 31. Aug. 1609. a beato Francisco Salefio episcopo Genevensi sibi amicissimo, abbas sanctæ Mariæ de Alneto ordinis Cisterciensis, doctrina conspicuus, per resignationem Petri Gillet decanatus & canonicatus apprehendit possessionem 14. Maii 1621. Præerat capitulo 8. Martii 1622. Tertio post anno, consentiente Rapiacæ de Boulogne coadjutore & nepote ex fratre Dinienfis episcopi, in cujus favorem utrumque beneficium, decanatum scilicet & canonicatum resignaverat, sibi successorem providit Franciscum, qui sequitur.

LXII. Franciscus III. le Charron filius Germani le Charron domini d'Ormeil, Blanchefort & Saintange ex Magdalena Sauvay, doctor in utroque jure, abbas Sacræ cellæ, *Cercanceau*, ordinis Cisterciensis in diocesi Senonensis, anno 1615. missus a rege Ludovico XIII. ad summum pontificem Paulum V. orator de obedientia filiali christianissimi principis, eodem anno canonicus ecclesiæ Parisiensis & archidiaconus de Josio in eadem ecclesia, canonicatum Johannæ Petri Camus in ecclesia S. Germani obtinuit 29. Julii 1625. ejusdemque decanatum 27. Septembris ejusdem anni, permutatis cum eo prioribus de Chelsois apud Piclavos, & Maintenay. Fidem illi prestavit in capitulo 12. Febr. 1627. Johannes Clavieres cantor, ipse vero decanus 10. mensis Martii ejusdem anni Johanni Francisco de Gondi primo archiepiscopo Parisiensi. Iuitam capitulum inter & Antonium Barbier vicarium perpetuum ecclesiæ S. Germani compositionem approbavit 10. Mart. 1631. quam archiepiscopus Parisiensis ratam habuit 23. eorundem mensis & anni. Chirographo munivit suo transactionem capituli cum sancto Victore Parisiensi eodem anno 7. Julii, quam 19. eorundem mensis & anni senatus Parisiensis confirmavit. Erecta est 30. Junii 1633. in parochiam ecclesia S. Rochi Parisi ad collationem capituli placito majoris consilii 4. Augusti 1634. Quas movit Franciscus le Charron adversus capitulum controversias, tam senatusconsulto 23. Jul. 1639. quam sententia officialis Parisiensis lata 3. Julii 1641. disceptatae sunt. Obiit 21. Sept. ejusdem anni 1641. fundato prius in choro ecclesiæ sancti Germaui anniversario 22. Aprilis 1636. Condito vero anni 1640. die 8. Apr. testamento legavit annuum centum supra mille librarum reditum tribus pueris e parocchia sancti Germani Autissiodorensis oriundis, ut litteris operam navarent, & sacerdotium in statu seculari aut regulari adipiscerent. Quod ideo subsidium, multum decursu temporum imminuit, ipsis a fabrica ejusdem ecclesiæ, cui creditur, administrari voluit usque ad ætatis annum viciesimum quintum. Gatanus de Plais de la Valliere decani nepos & ultimæ voluntatis executor illi preceperant.

LXIII. Petrus IX. Seguin filius Petri Seguin Annæ Austriacæ Francorum reginæ archiatri & Annæ Akakia filiz Martini Akakia Henrici III. christianissimi regis medici, vir numismatum veterum studiosissimus, quorum affluetab collectione,

S ij

& de re litteraria optime meritis, canonicus sancti Germani 29. Nov. 1639. electus est decanus 27. Septembris 1641. Anno 1666. mense Septembris, jubente rege, Romam petiit & Lauretum in Marchia Anconitana reddidit Altissimo votum quod voverat. Annæ Austriacæ reginæ in ecclesiam S. Germani munificentissimæ anniversarium fundavit 20. Jan. 1668. Anno sequenti 18. Octobris sanctioris consilii placito concessa est capitulo facultas construendi domos in latere viz: de la Feronerie, quod est e regione cæmeterii sanctorum Innocentium. Cetera quæ spectant ad clarissimum virum ejus epitaphium suppeditat:

*Petrus Sequinus*

*Reginæ christianissimæ Annæ Austriacæ Galliarum regentis a consiliis & piis largitionibus, S. Stephani Fidemienfis abbas, ecclesiarum S. Germani Autissiodorensis Parisiensis ex canonico decanus 27. Septembris 1641. unanimes consensu electus, beneficentissimis & pietatissimis collegis grati animi monumentum statuit, ac singularis eorum promeritam memoriam posteris commendat sacris anniversariis constituit. Anno deinde 1672. pridie nonas Aprilis, cum vitam christianis virtutibus illustrem sanctissime clausisset, hic situs est.*

Vide supplementum ad Morerium tomo secundo ad vocabulum *Sequin* editionis 1735.

LXIV. Nicolaus VI. le Roy filius Annæ Sequin sororis Petri superioris, canonicus ecclesiarum sancti Germani 21. Januarii 1670. per resignationem avunculi, eidem cedenti septem antequam moreretur menses, decanus successit, a capitulo receptus 2. Septembris 1671. Obtinuit abbatiam de Bello loco apud Turones post Ludovicum d'Argenson suum in decanatu successorem.

LXV. Ludovicus III. de Voyer de Paulmy d'Argenson filius Renati sacri consistorii comitis, legati an. 1650. a rege christianissimo ad Venetos quos adiit ad sacerdotium promotus, & Helenæ de la Fon defunctæ 9. Februarii 1638. baptisatus 16. Januarii 1625. Erat prior S. Sepulcri Alemanniæ in diocesi Meldensi, abbas SS. Trinitatis de Bello loco apud Turones, prior beate Mariz de Louen & præpositus Parthenaci Pictaviensis, cum horumce duorum beneficiorum permutatione facta cum Nicolao le Roy, canonicus & decanus sancti Germani receptus est 21. Octob. 1671. Anno sequenti 18. mensis Maii detracta est ab Autolio capella de Passy & in parochiam erecta, ad presentationem capituli. Die 14. Novembris 1676. in sacro consistorio plurimæ disjunctæ sunt lites capitulo inter & capellanos de choro, interveniente Universitate Parisiensi, & constituti sunt quadraginta & unus articuli observandi, inscripti tam in curia Parlamenti, quam in majori consilio, quorum articulo inter alios secundus, octavus, tricesimus tertius & quadragesimus auctoritate regia confirmati 23. Januarii 1736. Anno 1679. die 20. Februarii Franciscus de Harlay archiepiscopus Parisiensis univit capitulo in subsidium octo puerorum chori capellam S. Michaelis. Idem archiepiscopus 20. Januarii 1683. sanxit ecclesias collegiatas S. Germani & S. Marcelli in synodis, aliisque conventibus solemnibus dextrum

latus alternatim occupaturas. Eodem anno 1683.

4. Februarii idem archiepiscopus pactam concordiam inter capitulum S. Germani & capicarium atque canonicos ecclesiarum sancti Mederici Parisiis approbavit. In iis omnibus non pepercit labori vigilantissimus decanus. Præluxit exemplo, virtutibus & mira sacris officiis assiduitate. Obiit 13. Januarii 1694.

LXVI. Franciscus Elias d'Argenson præcedentis nepos natus 22. Sept. 1656. parentibus Renato de Voyer de Paulmy d'Argenou comite consistoriano, legato a rege ad Venetos, ubi mortuus est, & Margareta Houllier de la Poayde,

B prior S. Nicolai Pictaviensis, laurea doctorali in sacra facultate Parisiensi donatus 9. Febr. 1686. electus est decanus 15. Januarii 1694. & canonicus receptus 13. Novembris 1695. Ludovicus Antonius cardinalis de Noailles archiepiscopus Parisiensis plura diremit controversiarum capita ipsum inter & capitulum, necnon cantorem hujus ecclesiarum solemniter decreto 8. Octobris 1701. Fidei sacramentum excepit a cantore Jacobo Chambrehault Franciscus decanus, qui designatus episcopus Dolensis 15. Apr. 1702. & inunctus sacro oleo 18. Martii 1703. transfatus est 12. Jan. 1715. ad metropolim Ebreundensem, ubi vide tomo tertio col. 1099. ac demum ad Burdegalensem 23. Aprilis 1719.

LXVII. Claudius II. Chappelier successit, de quo sic legitur in regestis capitularibus S. Germani Autissiodorensis: *Anno Domini 1703. 3. mensis Aprilis . . . . convocatis & in capitulo . . . . congregatis venerabilibus viris . . . . comparuit D. Chappelier presbyter, doctor theologus, officialis & vicarius generalis eminent. D. D. cardinalis de Noailles archiepiscopi Parisiensis, qui eisdem dominis capitulantibus exposuit sibi per eundem D. D. cardinalem archiepiscopum provium fuisse a die 19. Martii novissimi de canonicatu & semiprabenda,*

D *quos ill. & rever. D. Franciscus Elias de Voyer de Paulmy d'Argenson Dolensis episcopus in hac ecclesia S. Germani inantea possidebat, ac exinde, die scilicet 30. ejusdem mensis Martii per eisdem dominis capitulantes ad dignitatem decanalem ipsius ecclesiarum fuisse electum, & postero die in ea per suam eminentiam confirmatum & institutum . . . . petiit in canonicum & decanum recipi, & in possessionem utriusque poni & induci, &c.* Filius erat Claudius Chappelier Henrici advocati generalis in curia Juvaminum Parisiis & Catharinæ Brice, natus 30. Maii 1655. An. 1680. 14. Novemb. institutus canonicus ecclesiarum S. Germani Autissiodorensis, in qua numerabat sex ejusdem cognominis canonicos patruales, canonicatum Parisiensem obtinuit anno 1692. necnon prioratus S. Petri de Quincourt diocesis Catalaunensis, & sancti Petri de Cannes diocesis Senonensis, & capellam sancti Boniti in urbe Parisiensi. Decanus vero sancti Germani Autissiodorensis evasit 1703. 16. Junii, cujus temporibus secunda portio capellæ sancti Dionysii in navi ecclesiarum sancti Germani adnexa est cantoria decreto Parisiensis archiepiscopi 12. Nov. 1709. Morte subita extinctus est prima hora post mediam noctem 16. Julii 1710.

LXVIII. Johannes Paulus Bignon filius Hieronymi advocati generalis in suprema curia Parisiensi, & Susanæ Phelypeux de Pontchartrain, natus 19. Septembris 1662. abbas S. Quintini in Insula diocesis Noviodunensis 1693. XL. viris academicis allectus eodem anno, regie bibliothecæ præfatus 1718. in regijs scientiarum, numismatum & inscriptionum academijs præfes, decanus sacri consiliorum, virorum litteratorum & antistes & mecenas, electus fuit decanus sancti Germani Autissiodorensis die 22. Julii 1710. & possessionem capessivit 10. Augusti ejusdem anni. Instrumentum concordie capitulum inter & æditus hujus ecclesie die 8. Martii 1712. maturavit.

LXIX. Johannes XV. Vivant Parisinus, doctor Sorbonicus 16. Maii 1686. canonicus ecclesie metropolitanae 4. Junii 1698. canonicatum & capiceriam parochialem sancti Mederici Parisiis, que obtinuerat 7. Octobris 1710. transcripsit nepoti 1717. Conclavista eminentissimi cardinalis de Rohan in electione Innocentii XIII. cum Romæ degeret decanus S. Germani Autissiodor. receptus est procuratore usus 22. Julii 1721. per resignationem sibi factam a D. Bignon. Canonicus ejusdem ecclesie admittus est 31. Decembris 1726. in locum Claudii Pinguet de Bellingan qui transcripsit prioratum sancti Baudelii diocesis Neomausensis. Biennio post mense Novembri creatus est officialis Parisiensis & vicarius generalis. Deum consecratur episcopus Parisiis in Archiepago, suffraganeus, officialis & vicarius generalis episcopi Argentinenfis 8. Octobris 1730. Obiit Argentorati 16. Februarii 1739.

LXX. Daniel Josephus de Cofnac filius Johannis de Cofnac domini d'Espiruc & Marie Gabriellæ Teresie Faucon de la Jugie, presbyter Lemovicensis, sacre facultatis Parisiensis doctor theologus & focus Navarrius, electus præpositus ecclesie Aquilexensis 3. Novemb. 1724. abbas sancti Johannis de Orbisterio, vicarius generalis D. D. archiepiscopi Parisiensis, decanus S. Germani Autissiodorensis receptus est 9. Decembris 1729. per resignationem Johannis Vivant, & canonicus 17. Novembris 1730. Regii oratorii magisterium obtinuit 1732. die prima Julii. Nominatur abbas Floriacensis ad Ligerim 1734. & episcopus Diensis consecratur 24. Octobris ejusdem anni.

LXXI. Petrus Johannes Baptista Durand de Missy filius Augustini senatus Normanniæ consiliarii 1689. & N. le Guerchois, presbyter Rotomagensis, sacre facultatis Parisiensis doctor theologus & focus Sorbonicus 5. Junii 1720. abbas Loci Dei ordinis Cisterciensis diocesis Ambian. 1726. vicarius generalis & cancellarius ecclesie Turonensis 14. Jan. 1722. usque ad 19. Sept. 1726. canonicus eccl. Meldensis 6. Julii 1727. decanus ecclesie Bjoicensis 1731. 25. Maii per resignationem Hieronymi du Faur de Pibrac vicarii generalis. Deputatus est 2. Maii 1735. a provincia Rotomagensi ad generalia comitia cleri Gallicani ejusdem anni, cum jam receptus esset decanus & canonicus ecclesie S. Germani Autissiodorensis 26. Nov. 1734. per resignationem

A Danielis de Cofnac. Abbas B. Marie de Barbello ordinis Cisterciensis in diocesi Senonensi designatus mense Julio 1739. resignavit 18. eorundem mensis & anni decanatum & canonicatum ecclesie S. Germani Autissiodorensis Jacobo Savalete presbytero Parisino, doctori theologo, focus Sorbonico, abbati S. Petri de Neafis veteri in diocesi Carnotensi, & senatori in magno regis consilio, qui cum a capitulo die 2. Septem. ejusdem anni petisset ut in possessionem induceretur, repulsam tulit, asserente capitulo dignitatem hanc, que prima est & unica in ecclesia S. Germani, queque vere & proprie capitulo suffragis obtinetur, & ab archiepiscopo Parisiensi confirmatur, resignationibus in curia Romana minime obnoxiam esse. Quare 29. Decemb. ejusdem anni in possessionem decanatus inductus est in ecclesia ab officiali Parisiensi, comitantibus duobus notariis, cui possessionis adeptionem per dictum D. Savalete significatæ capitulum sancti Germani intercessit, a quo hac ipsa die canonicus receptus est cum solemnitatibus affluetis tam in choro, quam in capitulo dicte ecclesie.

Dum hæc typis mandamus, ineunte mense Apr. 1740. agitur de uniendo & in unum idemque corpus confociando hujus basilicæ capitulum cum Metropolitanum. Quæ si locum haberit unio, pacta conventa inter utrumque capitulum, ceteraque instrumenta ad hanc spectantia hujus ad calcem voluminis referemus.

Monasterium puellarum fundatum in loco nuncupato *Bragaria*, in pago Stampensi prope fluvium Urbiam, ab illustri femina Deo devota, nomine Chrotilde, que nepem suam Mummolam ibidem abbatissam inlinituit, ex ratione, ut sub evangelica & apostolica traditione, & *regula sanctorum patrum* perpetuis temporibus ibidem vivatur, & præcipue ut nulla monacha in eodem monasterio quippiam peculiare habere præsumat, sed sint illis omnia communia. Ad hæc, ut, cum abbatissa ejusdem loci de hoc seculo fuerit evocata, quam cuncta congregatio unanimiter regula bene instructam elegerit, in loco ipsius successor instituat. Charta fundationis, ex qua hæc eruta sunt, habetur in libro sexto de re diplomatica pag. 468. cui post Chrotildem subscribunt Aggilbertus episcopus, haud dubie Parisiensis, in cuius diocesi monasterium situm erat, & Chrodecarius abbas (forte Sandionysianus) in cuius monasterii gratiam Mabilionius hanc chartam, quam vocat testamentum Chrotildis, factam memorat. Actum apud Morlacas vicum publice, quod fecit mense Martius dies decem, anno sextodecimo regni Clotacharii regis, quem idem Mabilionius prius existimatum III. ejus nominis, postea dixit II. hoc est anno Christi 599. loco 670.

Puellare S. Eligii monasterium a conditore sic appellatum est, sicuti postea dictum S. Aureæ a prima ejusdem abbatissa, primitusque dicendum fuit S. Martialis ab ejusdem patrono Lemovicensium apostolo: sanctus quippe Eligius vivens in aula regia, antequam Noviomensis episcopus, quas illi Dagobertus rex, ne se recederet, Lutecia tradiderat zedes, has in sacrarum virginum cœnobium sub titulo S. Martialis convertit anno 633.

S iij

I. V.  
B. MARIA  
Bragaria-  
ensis. Inve-  
re in Clitac.

Or. post-  
ham. non. 2.  
pag. 346.

Ibidem.

V.  
S. AUREA  
sive S.  
ELIGIUS.

vel 632. ex Comito tomo secundo Annal. eccles. pag. 856. illicque aggregatis & largiter dotatis trecentis nobilibus puellis, in quibus multæ generis Franci, Auream præfeci abbatissam sub regula S. Columbani, ut tradit Jonas de Bobio in vita sancti Eustasii capite 17. & post eum Bailletus, melius tamen fortassis sub regula S. Cæsarii, quam hic sanctus pro parthenone a S. Cæsaria forore gubernatam considerat, quamque S. Radegundis sacris sui Pictaviensis cœnobii virginibus proposuerat. Conditum fuit a sancto Eligio monasterium prope palatium hodiernum, ubi nunc domus clericorum Barnabitarum conspicitur. Cœmeterium quoque cum oratorio S. Pauli dicti de Campis extra muros urbis, ubi sanctimoniales sepelirentur excitavit S. Eligius, quæ nunc celebris est parochia. Hoc autem Mabillonius suspicatur esse monasterium domni Christivili, de quo in charta Vandemiris viri illustris & Ercamberte ejus uxoris, ubi agitur de donationibus factis in *complura monasteria* & ecclesias, tempore Sigisfridi episcopi Parisiensis, inclinante seculo septimo. Fuisse duplex monasterium, virorum scilicet ac mulierum, colligitur ex Breulio Antiquitatum Parisiensium pag. 169. ubi Quintilianus a sancto Audoeno beatus nuncupatus, legitur abbas S. Aureæ, seu S. Eligii. Obiit 12. Febr. sepultus apud sanctum Paulum non longe a porta chori. Nunc jacere dicitur sub ara parva capellæ Communionis. De hac abbatisa S. Eligii dicta præceptum exstat Caroli Calvi datum 14. idus Maii indictione 14. regni 61. (lege xxxi. ex Baluzio tomo secundo Capitularium col. 1493. hoc est anno 871.) quo illam, Ingelwino Parisiensi episcopo petente, transfundit in jus & dominationem ecclesiæ cathedralis Parisiensis, dominumque Ludovicum II. cognomento Balbus ad ejuſdem Ingelwini preces concessit anno 878. & circa 980. Benedictus VII. papa rogatu Elysiardi episcopi Parisiensis, villamque Gentiliacum hujus abbatisæ prædium ad luminaria matris ecclesiæ addidit. Quid porro juris per hanc donationem episcopo & canonicis B. Mariz accesserit, explicatur in charta Galonis episcopi hoc ipsum monasterium Fossatenſi convertendum in prioratum tradentis anno 1107. Philippo rege confirmante eodem anno. Observandum interim amplissimam fuisse illam S. Martialis basilicam, adeo ut anno circiter 900. divisa sit in duas, platea intermedia, ex choro nempe facta est parochia, quæ sancti Martialis nomen retinuit, altera ex navi pro sanctimonialibus nomen assumit S. Eligii fundatoris. Hæc in eo statu permanferunt usque ad annum 1107. quo cum sanctimonialium fervor intepuisset, imo laxata penitus esset disciplina, his expulſis, data est ecclesiæ duodecim monachis & priori e Fossatenſi S. Mauri cœnobio assumtis, sub titulo prioratus, quem lego dictum prioratum S. Eligii & S. Aureæ anno 1140. in indice thesauri chartarum folio 70. *Champagne*. At vero tandem hic prioratus sortem abbatisæ sancti Mauri secutus est; cum enim, uti mox dicemus de illa sermonem habentes, episcopatum Parisiensi unita fuisset anno 1533. unitus fuit & prioratus, in quem Johannes du Bellay episcopus Parisiensis & primus sancti

Mauri Fossatenſis decanus presbyteros seculares induxit eodem anno, non vero 1530. ut habetur tomo primo historiae Parisiensis pag. 162. iſſue Johannes Franciscus de Gondi primus archiepiscopus anno 1631. die 3. Julii subſtituit clericos regulares congregationis sancti Pauli, dictos Barnabitas ab ecclesiâ S. Barnabæ Mediolanensis, a qua hic ordo incepit, ea lege, ut illam S. Eligii reedificarent ecclesiam, quod & præstituerunt. En tibi subſicium ex bulla Innocentii papæ II. anno 1136. Fossatenſis monasterii bona confirmantis, ecclesiam ab Eligiano dependentes: ecclesiam sancti Martialis, ecclesiam sancti Petri de Arſionibus, B ecclesiam sanctæ Crucis, ecclesiam sancti Petri de Bobus infra muros ejuſdem civitatis ſitas, ecclesiam S. Boniti ultra magnum pontem, ecclesiam sancti Pauli extra civitatem cum terris & rebus ad eam pertinentibus: & in archiepiscopatu Senonensi ecclesiam S. Hilarii, in villa quæ dicitur Meſſia, ac inſuper in ecclesia Parisiensi præbendam unam.

Dux: tantummodo hujus loci abbatissa: occurrerunt, nisi forte idem sit hoc monasterium ac domni Christivili, uti supra diximus Mabillonium suspicari; tunc enim inferenda foret post sanctam Auream Landetrudis, de qua sic legitur in charta laudata Vandemiris: *Simile modo donamus ad domno Christivilo moniſthirio Puellarum in Parisiis, ubi Landetrudis abbatissa præſſe videtur.*

I. Sancta Aurea geneta Franca, Maurini & Quiriciæ, seu Quiriciæ filia a sancto Eligio fundatore huic cœnobio præfecta est abbatissa, quod cum laudabiliter rexiſſet annis 33. obiit anno 666. die 4. Octobris, *digna Dno filia* a sancto Audoeno laudata. Corpus ejus ad sanctum Paulum ſepulture traditum est, unde quinque post annos ex Bailleto, quinquaginta ex Breulio, translatum est ad monasterium, ubi hodieque a patribus Barnabitis reverenter aſſervatur & colitur. Vide tomm quintum ampliffimæ collectionis D. Edmundi Martenne col. 945.

II. Hadviſa S. Eligii Parisiensis abbatissa dedit Rainaldo abbati Morigniacensi locum de *Maisons* anno 1102. ex tabulario S. Dionysii. Hæc, ut videtur ex ſupradictis, ultima fuit abbatissa.

Sequuntur aliquot sancti Eligii priores.

I. Samſon monasterii sancti Eligii sanctæque Aureæ Parisiensis civitatis memoratur prior anno 1140. a Labbeo *Eloges historiqes* pag. 587.

II. Haimo testis anno 1171. in charta Theobaldi Fossatenſis abbatis pro ſanctimonialibus de Nemore, *Malnoie*. Antiquitatum Parisiensium Claudii Malingre libro quarto pag. 110.

III. Hembardus prior sancti Mauri Fossatenſis 1171. erat prior sancti Eligii Parisiensis 1187. & inde Fossatenſis abbas.

IV. G. prior sancti Eligii una cum H. abbate sanctæ Geneſevæ & B. sancti Martini a Campis priore exorta Fossatenſem inter abbatem & Odonem sancti Germani a Pratis controversiæ ab illis menſe Januario anni 1227. arbiter electus definiivit eam cum collegis menſe Maio anni ſequentis.

V. J. conſenſit anno 1259. ut Fratres Carmelitæ in parochia S. Pauli conventum excitarent.

T. 2. Capit.  
col. 1501.

Chart. LI.  
col. 41.

Chart. LII.  
col. 44.

Chart.  
CLXXXI.  
col. 141.

Ch. LXX.  
col. 56.



Tomo tertio historiae Parisiensis pagina 215.

VI. Petrus I. Berchorii oriundus e villa sancti Petri de Itinere in diocesi Malleacensi, defunctus 1362. in suo prioratu sepulturam accepit.

VII. Petrus II. Philippeaux prior sancti Eligii Parisiensis, habuit querelam anno 1400. cum Ludovico de Chastillon abbate Fossatensi, de quibusdam excessibus perpetratis a fratribus Guillelmo de Gannes, Floreto le Grant, & Guillelmo Breete Eligianis monachis, quorum sibi invicem cognitionem disputabant. Duchesne historia stirpis de Castellione pag. 559.

VIII. Guillelmus de Corbigny ex asceta sancti Germani a Pratis, prior sancti Eligii, corpus B. Aureæ virginis primæ quondam hujus loci abbatissæ, hæctenus in capsula vitilissima ex vitro & ligno utcumque compacta conservatum, in argenteo loculo suis sumtibus parato collocavit anno Domini 1421. die 3. mensis Aprilis, ætatis suæ anno 71. a religionis suscepto habitu 61. & ab adepto prioratu 18. Alias quoque sacras ædis Eligianæ reliquias auro argenteoque insignivit.

IX. Johannes le Meunier al. le Moine fuit prior S. Eligii, abbas Fossatensis & postea Meldensis episcopus anno 1447.

X. Franciscus de Cleves fuit prior S. Eligii, & abbas sancti Michaelis de Ulteriori portu, necnon prior B. Mariz de Argentolio. Diem suum obiit 1545.

Fossatensis olim sanctæ Mariz & sanctorum apostolorum Petri & Pauli monasterium, sancti Mauri cum ipso, ubi positum est, vico postea dictum ab illuc allatis e Glannafoliensi ad Ligerim cœnobio hujus sancti reliquias anno 868. pro monachis ordinis sancti Benedicti ad modum & similitudinem monasterii Luxoriensis, conditum est a viro illustri Blidegifilo Parisiensis ecclesiæ archidiacono, Clodoveo II. rege anno regni primo locum præbente, cui nomen Fossatum, vel Fossatus, seu castrum Bagaudarum, la Chasse aux Bagaudes. Clodovei regis chartam anno 638. & Blidegifili donationem 640. quales in codice Fossatensi reperiuntur, jam editas tomo tertio historiae Parisiensis pag. 20. & 21. nosstra in appendice referimus. Postius est locus quinque fere passuum millibus supra Luteciam Parisiorum ad Matronam fluvium, qui peninsulam efficit plus amœnitatis quam fertilitatis habentem. Jam pene ducentis annis pietate monachorum floruerat, cum sub initium principatus Ludovici Augusti prifinus ille fervor interperat & res monasterii prope ceciderant. Præfio fuit Beggo Parisiorum comes, qui annuente eodem Ludovico imperatore, ut liquet ex ipsius diplomate ad calcem relato, anno 816. restitueret monasterium aggressus est, dum interim Benedictus abbas familiam monasterii ad antiquos mores revocare satagebat. Anno sequenti 817. monasterium Fossatus ea inter numeratur, quæ regi solas debebant orationes. Sub hoc tempus ecclesiæ S. Petri, seu sanctæ Mariz Fossatensis elegantiori opere ab eodem religioso abbate Benedicto renovari cepit, quam ab Ingelberto successore absolutam S. Aldricus Senonenfium archiepiscopus alique præfules dedicarunt die 7. Decemb. anno

839. quo tempore in illam delatum est corpus sancti Baboleni, primi abbatis e capella B. Mariz de Miraculis, ubi primum conditum fuerat. Tanta porro sub Ingelberto abbate fama religionis monasterium florebat, ut Rorigo comes suis sumtibus restitutum Glannafoliense Fossatensi subiectum esse voluerit, approbante Ludovico Pio imperiali præcepto, quod Aquigranis datum est imperii anno vigesimo, VIII. calendis Septembris indictione XI. hoc est 833. Dani an. 861. duce Wellando filio Fossatis monasterium occupant, uti legitur in annalibus Bertinianis, sed anno sequenti ipsum regi Carolo reddiderunt. Successu temporis, cum Nortmannorum metu Ligeris oram devastantium Glannafolienses monachi ossa sancti Mauri subripissent, & alio depertarent, post multa demum itinera, multaque circumfessiones, iussu Caroli regis ad Fossatense monasterium delata sunt anno 868. Obviam ivit Aenes Parisiensis episcopus cum multa frequentia monachorum, sacrum sustulit humeris feretrum, solemnique ritu in ecclesiam beati Petri invexit sub die iduum Novembrium ex Breulio, melius tamen fortasse feria IV. post Dominicam Passionis, quæ feria eo anno in diem 7. Aprilis incidebat, ut patet ex ipsius Aeneæ litteris dantis ob eam causam Fossatensi monasterio unam præbendam in ecclesia Parisiensis. Exlat hujus concessionis charta tomo primo Historiæ ecclesiæ Parisiensis pag. 448. ubi & 450. Carolus rex anno sequenti nonis Februarii ad monasterium accessisse legitur, eique ob reverentiam sancti Mauri eodem die præceptum dedisse, quo Glannafoliense monasterium Fossatensi denuo subijcit, huncque locum immunem facit ab omni consuetudine & redditione. Sub annum 878. Fossatenses coactos fugere Nortmannorum persecutionem excepit sanctus Aurelianus Lugdunensis archiepiscopus in suum Saxiacense cœnobium. Destructum his temporibus a Normannis Fossatense monasterium, non ita multo post restituerunt Abbo Sueffionensis episcopus & comes Haganus, ut probat præceptum Caroli Simplicis datum Compendii x. calend. Maii, indictione VIII. anno ejusdem regis XXIX. redintegrante XXVIII. & largiore indepta hereditate x. lege IX. hic est annus Christi 920. Labente hoc seculo inclinasse in Fossatensi cœnobio disciplinam regularem, abbatum & Magendarii maxime socordia, audiens Burchardus Corboliensis comes, rogavit Hugonem regem, ut ipsi restaurandum cœnobium concederet. Voti compos adiiit Maiolus abbatem Cluniacensem, sollicitique precibus invitavit, ut graffanti morbo remedium adhiberet. Aegre quidem, sed tamen assensit Maiolus, tandemque apud Fossatum mansit, donec omnibus rite depositis ad suos rediit, nullo relicto abbate, sed tantum præposito. Illic subinde illibata diu perseveravit institutio regularis, adeo ut cum de puellis monasterii sancti Eligii, seu sanctæ Aureæ ob pravos mores expellendis ageretur, jubente Paschali II. earum ædes bonaque Fossatensibus monachis attribuerit Galo episcopus Parisiensis litteris datis indictione xv. anno 1107. episcopatus tertio, regnante Philippo rege, qui hoc ipsam eodem anno regni

Hist. eccl.  
Paris. t. 1.  
pag. 338.

Seal. IV.  
Rem. p. 24  
p. 303.

T. 3. Anal.  
Rem. pag.  
369.

Hist. eccl.  
Paris. t. 1.  
pag. 765.

Chart. II.  
col. 41.

V I.  
SANCTUS  
MAURUS  
Fossatensis.

Chart. II.  
col. 2.

Chart. III.  
col. 3.

Charta VII.  
col. 7.

Notem pag.  
723.

Chart.  
CLXXVII.  
col. 141.  
Chart.  
CLXXVIII.  
col. 147.  
Chart.  
CLXXIX.  
col. 151.

XLVII. confirmavit; sicque monachi Fossatenſes ex amiſſa in Glannaſiolenſi monaſterium juridiſſione an. 1096. auſtoritate concilii Turonenſis, cui Urbanus II. præſidebat, acceptum damnun utrumque repararunt acceſſione cœnobii S. Eligii, quod cella ſeu prioratus evaſit pro duodecim monachis Fossatenſibus & priore, uti ſupra diximus. Hæc per multorum annorum ſeriem ejuſmodi fuerunt, donec ipſum quoque monaſterium Fossatenſe abſolutum eſt bulla Clementis papæ VII. anno 1533. qua in locum abbatis & monachorum ſubrogantur decanus & canonici ſeculares, ſeu monachi convertuntur in canonicos, decanatuſque unitur in perpetuum epiſcopatu Parienſi. Habes in appendice noſtra bullam hanc datam idibus Jun. 1533. pontificatus anno decimo, & ipſius executionem an. 1536. indiſſione IX. die Jovis poſt Aſumptionem beatæ Mariæ virginis 17. menſis Auguſti pontificatus Pauli III. anno ſecundo, necnon bullam Pii IV. datam calendis Septembris 1564. pontificatus anno quinto, de dominio S. Mauri commutata cum regina Catharina de Medicis.

Fossatenſis cœnobii meminere Glaber libro 3. cap. 5. Ivo Carnotenſis epiſtolis 104. & 183. Petrus Venerabilis libro primo epiſt. 28. Surius, & ſiſe Jacobus Breulius in theatro & ſupplemento Antiquitatum Parienſium. Hujus loci ſequuntur abbates.

I. S. Babolenus ſeculo diſtinguendus a duobus aliis cognominibus & ſere coætaneis, altero ſcilicet Bobienſi in Italia, & altero Stabulenſi & Malmundarienſi abbatibus, quorum ſinguli ſuis in eccleſiis ſepulti fuerunt, & maxime a Babone Sangermanenſi apud Parisios longe diſſito ab ætate Baboleni Fossatenſis abbatis. Hic noſter e monaſterio Luxovio, aut forte Solemniaco acceſſus Mabillonio videtur, ut monaſterium Fossatenſe anno tertio Clodovei junioris, a Bilegigiſto Parienſi archidiacono conſtructum gubernaret. Vir egregius Babolenus appellatur in litteris Bilegigiſi fundatoris, quarum exemplar depravatun cenſet ac emendat Cointius ad annum 640. num. 40. & 41. Obtinuit idem ab Audoberto epiſcopo Parienſi privilegium an. 642. de quo vide Cointium ad hunc annum num. 45. qui Baboleni tranſitum referat ad annum 660. Mabillonius vero 661. vi. cal. Julii. Sepultus eſt ad ſeptentrionalem plagam ſecus eccleſiam beatæ Virginis in ſarcophago lapideo, unde ſeculo nono corpus ejus in novam ſanctæ Mariæ baſilicam illatum eſt. Vitam & miracula edidit Mabillonius ſeculo ſecundo Bened. pag. 590. de quibus etiam conſule Bollandianos tomo ultimo Junii pag. 179. Poſt hunc abbateni inducuntur a Sammarthanis ex Breulio qui ſequuntur, hoc ordine.

II. Ambroſius proxime ſucceſſit, teſtante auctore vitæ ſancti Baboleni ſiſi verbis: *Dum ſcires, inquit, ſui obitus diem imminere, ſucceſſorem ſibi elegiſſe virum reverentiſſimum Ambroſium nomine, &c.*

III. Auſtroaldus.

IV. Valderanus, idem eſſe videtur ac Waldomarus privilegio donatus a Chilperico rege Francorum, qui Dagobertum quondam regem vocat conſobrinum. Datum eſt Parisius VIII. calendis

Maias anno regni ſecundo, hic eſt 717. Editum eſt a Mabillonio Diplomaticæ pagina 486. & in appendice noſtra recuſum.

De ſequentibus Madobodo, ſeu Madebodo, Odone I. Gunterano, Gogone, Arverano, Erlafredo, Richardo, Hemardo, Grimaldo, Rainaldo, Richario, Optato, Benedicte, & Ingelberto niſi ad nos pervenit, niſi quod quidam eorum ſuum extra ordinem ponantur. Itaque

V. Elafredus florebat circa annum 752. ex tomo primo hiſtorię eccleſiæ Parienſis pag. 322.

VI. Richardus ſequitur ibidem.

VII. Henarchus, circa 768. ibidem.

VIII. Rainaldus, ibidem.

IX. Richarius, ibidem.

X. Optatus, ibidem.

XI. Benedicte numerat abbas XVIII. tomo primo novæ bibliothecæ Labb. pag. 656. De illo Fontanelleſe chronicon cap. 16. Spicilege tomo tertio pag. 234. loquitur, dum ait Fontaneliam adductos ab Anſiglo abbate monachos Luxovienſes, qui Fontanelleſes in eadem erudient diſciplina, quam tenebant, licet olim a viro juſto Benedicte Fossatenſis cœnobii abbate eruditi in hac philoſophia fore viderentur. Hæc ibi de Benedicte, qui proinde Fontanelleſis verſatus fuerat ante annum 823. quo illuc migravit Anſigleſius. Et certe jam anno 816. Fossatenſi monaſterio præerat Benedicte, ut liquet ex duobus præceptis ejuſdem anni huic conceſſis a Ludovico Auguſto præcibus Begonis comitis, qui monaſterium penè dirutum reſtituerat, dum interim Benedicte abbas monachos ad meliorem frugem revocabat. Editum eſt utrumque tomo primo hiſtorię eccleſiæ Parienſis pag. 323. & 324. Novam quoque baſilicam incepit Benedicte, quam Ingelberto ſucceſſori perficiendam reliquit. Ceterum contra ſententiam Cointii ſcribit Mabillonius ſeculi IV. Bened. part. 2. pag. 571. hunc Benedicte alium eſſe ab Anianenſi, qui nuſquam Fossatenſis appellatur, ſed tantum Anianenſis atque Indenſis abbas fuit, diſtinctus eſt, tametiſi pleraque Gallię monaſteria, ſuo quoque abbati ſingulari ſubjecta, ſub cura ſua generali haberet.

XII. Ingelbertus ſeu Engilbertus *vir ſanctiſſimæ vitæ* appellatur in libro de tranſlatione & miraculis ſancti Mauri. Illum comes Rorico adjutorem adhibuit in reſtaurando Glannaſiolenſi cœnobio, quod etiam, ne in poſterum deficeret, Fossatenſi ſubjectum voluit, probante Ludovico Auguſto litteris datis apud Aquisgranum VIII. calendis Septemb. anno imperii vigefimo, indiſſione XI. hoc eſt 833. ubi fit mentio Engilberti abbatis. In die tamen erratum fuiſſe ſcribit Cointius, cum, ait, tunc Ludovicum Aquisgranum haud fuiſſe certum ſit. Ejuſdem abbatis extat memoria in duobus præceptis Caroli regis, altero anni v. indiſſione VII. quinto idus Decembris, hic eſt annus 844. & altero anni ſequentis, ubi de villa ad Illum-Brogilum data ab Aldrico Cenomanenſi præſule pro monachis Fossatenſibus hanc in eccleſiam inducendis; & rurſum in charta donationis Anouvarchi Britonis, quam Baluzius referat in appendice Actorum veterum tomo ſecundo capitularium col.

Chart. VI.  
col. 6.

Chart. VII.  
col. 7.

Seul. IV.  
Bened. part.  
2. p. 172.

Hilb. ſcripſ.  
Pariſ. t. 1.  
pag. 338.

Recht. ar.  
pend. Ad.  
v. t. m. 2.  
capitul. col.  
1434. &  
1455.

Chart. X.  
col. 11.

1456. ac proinde Ingelbertus ad annum 847. A seu Caroli octavum, quo hæc data est clara, *decimo gubernante prefatum monasterium* (Glannafolium) *Gauzberto, sub dominatione Ingelberti venerandi abbatis cœnobii Fossatenfis, vitam & regimen protraxit, sed non excessit ad dicendis.*

XIII. Eginardus laudatur in præcepto Caroli regis anno regni ejus octavo, Christi 847. dato in Compendio palatio vi. nonas Maii indictione x. quo firmatur commutatio facta Erkenradum inter episcopum Parisiensem & abbatem Fossatensem Eginardum de Silva Vilcena pro Fossatenfi abbate, cum Silva ad locum, qui Buxiacus dicitur, pro episcopo Parisiensi. Hic esse videtur Einardus seu Ainardus, qui privilegium obtinuit a Carolo Calvo datum in Vermeria palatio regio iv. nonas Augusti indictione prima anno regni ejus xiv. hic est 853, & quem inter ac Hirmintradem reginam Caroli conjugem, quæ tenebat abbatum Calensem, factam bonorum permutationem Carolus rex confirmavit anno regni xviii. indictione iii. lege v. decimo septimo calendis Januarii, hoc est anno 857. Editum est hoc præceptum in appendice Baluzii ad tomum secundum Capitularium col. 1465. & a Mabillonio Diplomaticæ pag. 338.

XIV. Godfredus diu Glannafoliensis monachus sub regimine Theodradi abbatis, cui & successisse Mabillonio videtur, ex præfatione libri de translatione corporis sancti Mauri in Fossatense monasterium, ab ejusdem libri auctore Odone cœnobii sancti Mauri abbate initio præfationis, eos inter, a quibus didicisse profiteretur res quas memorat, primo loco recensetur abbas Fossatenfis, his verbis: *Horum primus & ordinis dignitate & perfectioris vite sanctitate Godfredus abbas Fossatenfis monasterii exstat, qui proliviori tempore sub regimine sancta recordationis Theodradi in eodem sancto deguit cœnobio* (sancti Mauri ad Ligerim). Sane Godfredo abbati & monasterio Fossatenfi D rex Carolus quendam possessiunculam in pago Remensi, refugii causa propter Normannorum persecutionem donasse perhibetur in libello de vita Burchardi comitis, ubi corpus sancti Mauri multis annis conservatum fuit. Hæc possessio non alia est quam Floriacus in agro Remensi notatus in Popytycho Fossatenfi edito in appendice Capitularium.

XV. Odo I. ipsemet laudatus scriptor translationis & miraculorum sancti Mauri, sacrum ejusdem corpus Glannafoliensis abbas per varia loca deportatum conitatus est, ejusdemque monasterii (sancti Mauri) se dicit abbatem in inscriptione epistolæ huic operi præfixæ ad Adelmodum Cenomanensem archidiaconum, secul. iv. Bened. part. 2. pag. 167. Godfredo quidem Fossatenfi abbati Odoneum certum esse successisse, sed quo tempore non ita certum. Sedisse tamen jam anno 862. dicendum foret, si quo tempore habita est synodus Pensis evocata Suestionas hoc anno, subscripti tunc inibi privilegio sancti Dionysii, sed Mabillonius tomo tertio *Annal. pag. 94.* cui Odo serius Fossatenfis abbas videtur fuisse, putat, seu conjicit postea subscripsisse; quod ex ejusdem sententia dicitur *Tomus VII.*

adum de privilegio monasterii Atrebatensis anno 866. in concilio Vermeriensis concessio, cui pariter subscripti. At saltem præfero Odo 868. quo S. Mauri corpus jam in varias deportatum regiones ob incursum Nonnaniurum, iussu tandem Caroli Calvi ad monasterium Fossatense delatum est, *Ænea Parisiorum episcopo illud reverenter excipiente, qui & ob eam causam utam præbendam integram in ecclesia Parisiensi elargitus est Fossateni monasterio, ita ut ab hoc usque in novissimam hujus seculi horam, tam venerabilis Odo, qui nunc illi cœnobio præest, quam sui successores eam habere, &c. habeant & secure possideant.* Verumtamen

B forte, ait Mabillonius, prædictum instrumentum condidit Æneas post aliquantum temporis ab ipsa translatione, cum jam Odo in Fossatenfi regimine abbatii Godedefo successisset, qui ex ipsomet Odone hunc locum tunc rexit videtur, utpote quem non solum in epistola prævia laudata testem suæ narrationis affert, verum etiam in consequentibus tanquam superfluum laudat, testemque denuo adducit. Indubie vero sedebat Odo 869. quo non. Februarii Carolus rex ad Fossatense monasterium corpus sancti Mauri venerat accedens, donum Glannafoliensis cœnobii a Ludovico Pio factum olim abbati & monachis Fossatenfibus, Odoni abbati confirmavit. Quousque rexit, aut vixerit, ignoratur. Hic tunc est, de quo sic legitur in necrologio S. Germani a Pratis ad calcem historię editæ? *vi. idus Aprilis Odalrici diaconi, seu Odonis abbatis S. Petri Fossatenfis.*

Hoc in Odone memoratur a Sammarthani Theodradus abbas Fossatenfis ex præfatione libri, quem scripsit Odo de miraculis sancti Mauri, qui si vere fuisset hujus loci abbas, ante Odonem collocandus esset; sed fuit solum abbas sancti Mauri ad Ligerim, ut ex contextu scriptiois constat, & ipsi reapse Sammarthani agnovissent, illum inter abbates hujus cœnobii recententes. Alii subinde ab eisdem numerantur, Ebbo, Othelcius I. Alveus, Aimo, Othelcius II. & Magenardus, quorum hoc uno excepto, nulla in chartis memoria.

XVI. Grimoldus plane omnibus apud Geraldum Dubois, & a Brucio Sammarthaniſive extra locum positus, tuitionis præceptum venit a Carolo imperatore datum Parisius viii. idus Novemb. anno 886. indictione iv. quod videtur tomo tertio *Annal. Bened. pag. 255.*

XVII. Rainaldus, qui & Rumaldus, Adelaidis Caroli Simplicis matris consanguineus innotescit ex ejusdem Caroli præcepto dato Compendii x. calendis Maii indictione viii. anno xxix. Carolo E rege gloriosissimo regnante, redintegrate xxiii. & largiore indepta hereditate x. lege ix. que chronice notæ anno 920. conveniunt, ait Mabillonius tomo tertio *Annal. Bened. pag. 360.* In eo Abbo reverendissimus præsul Suestionensis, unaque Haganano venerabilis comes, atque reverendus abbas\* Rumaldus ipsiusmet regis ex parte Adelaidis genitricis ejus consanguineus, regi suggestisse dicuntur, quo pacto cœnobium Fossatenſe, cui prædictus Rumaldus præerat, superiori seculo penitus destructum, ex integro denuo ædificaverant, & monasticum illic ordinem restituerant, ob idque

*Babst. Ab. 1. de consuetudinibus sacrorum, & imp. cal. 332.*

*Chart. xvii. col. 14.*

*Annal. t. 3: pag. 149.*

*Secl. iv. Bened. part. 2. p. 165. &c.*

*\* secularis, ex Mabillon. Secl. iv. Bened. part. 2. p. 167. l. 2.*

petebant omnia superiorum regum precepta, ejusque loci possessiones regio diplomate confirmari, necnon subjectionem monasterii sancti Mauri ad Ligerim sitū, quod Fossatensis cœnobio a Carolomanno rege ipsius Caroli fratre subiectum fuerat, ac insuper liberam eligendi abbatis facultatem, quæ omnia Carolus concedit, modo ut diem unctionis suæ quinto (calendas) Februarii celebrent, & Friderunæ reginæ anniversarium 1v. idus Februarii, ubi de abbatis electione hæc notanda verba sunt : *Denique præhabitus abbas Rumbaldus cum ab hac luce emigraverit, licentiam habeant monachi horum monasteriorum ex sese eligendi abbatem, nisi inveniri potuerit ibidem ex nostra gentitricis progeie regulariter ipse vivens, qui semper inibi fungatur abbatis officio.*

*Hist. eccl. Paris. t. 1. p. 535.*

XVIII. Adhelnuus anno tertio regnante Rodulpho rege, x. calendas Septembris, hic est Mabilionio annus Christi 925, aream quamdam infra urbem Parisiacam cum cellula sancti Petri funditus destructa ad refugium monachorum, qui paulo ante e Saxiacenti pagi Lugdunensis monasterio, ubi ob metum Normannorum aliquandiu constituerant, ad propria reversi erant, dono accepit a Teudone Parisiorum vicecomite. Chartæ subscriptum Hugo comes atque marchio, seu abbas, Theobaldus vicecomes & alii.

XIX. Magenardus Aufoldi seu Anstaldi nobilis ac prædixit civis Parisini filius tempore Hugonis regis fuit substantiæ monasterii dissipator: sic enim habet vita Burchardi comitis Corboliensis auctore Odolone monacho Fossatensi, qui sub Henrico rege Francorum vixit. Hanc vitam reperies in supplemento Antiquitat. Paris. Breuilii pagina 149. *Tempore Francorum regis Hugonis, ecclesia Fossatensis cœnobia, quæ olim ab antiquis regibus nobiliter fuerat sublimata, præ ceteris erat confusa: hoc autem acciderat rectorum negligentia; ipsi enim namque diebus Magenardus vir nobilis secundum huius seculi caduci honorem nobiliter natus eandem gubernabat ecclesiam; qui non juxta patris Benedicti imperium agens, seculo valde deditus, canimarum ac corporum commoda postponerebat; delectabatur enim canum atque bestiarum venationibus, etiamque volatilibus: dumque alicubi voluntas pergeni adesset, depositis monachalibus vestimentis, pretiosarum pellium tegumentis exornabatur. Cura porro Burchardi memorati comitis Corboliensis restituta est in cœnobio disciplina, depositusque Magenardus ad S. Mauri Glanessohense monasterium transfusus est, ut ibidem pastor fratrum illic degenerum existeret. Qui quandiu vixit, in eodem loco conversatus est, quo desuncto, ante vultum Crucifixi Domini in ecclesia corpus ejus sepelitus est, &c.*

XX. S. Maiolus Cluniaci abbas, Fossatensis cœnobii reformator a comite Burchardo ejusdem advocato substitutus, ab Hugone Capeto regni anno secundo, hic est Christi 989, villam in agro Parisiensi, cui vocabulum Mansiones, *Maisons*, pro monasterio Fossatensi dono accepit, ubi, quod notandum, vocatur Maiolus abbas Fossatensis. De hoc abbate audiendus memoratus scriptor p. 153. *S. Maiolus sepefatum locum cum suis suspiciens monachis, distinctionem regularis ordinis districtè observare cepit: cumque regulariter cuncta ibidem emen-*

*Ch. XXIV. col. 24.*

*data fuissent, sanctus pater ad propria regredi accelerabat, committens locum cuidam religioso viro Teutoni, quem de Cluniaco locum cum ceteris adduxerat, ipse unde venerat reversus est.*

XXI. Teuto Cluniacensis monachus, qui cum sancto Maiolo Fossatum advenerat, & ab eodem Cluniacum repetente in hoc Fossatensi monasterio relictus erat præpositus, a Roberto rege monachis petentibus datus est abbas. Hic magna sollicitudine cœnobium sibi creditum gubernavit, cujus inclinatas ædes restituere magnis laboribus studuit. An. circiter 991. convenit ad electionem S. Odilonis Cluniacensis abbatis, cui Lugdunensis & Velsonionensis archiepiscopi cum multis aliis præsulibus & Rodulphus rex Burgundie Jurensis comitantibus regni proceribus interfuerunt. Teuto memoratus abbas in charta cujusdam Odonis militis nota temporis destituta, qua confertur Deo, & S. Mariæ & apostolis Petro & Paulo, & martyribus Sergio & Baccho, confessoribusque Mauro atque Verano, & sanctæ ecclesiæ Fossatensi, ubi præest D. Teuto abbas, ecclesiæ de Sercam, quæ est in silva, quæ dicitur Bratellus, ubi tunc inventæ sunt reliquæ sanctorum prædictorum martyrum Sergii & Bacchi, ut ibidem Deo & sanctis ejus a jam dictis monachis usque ad finem servatorum seculi, ut pro ipso & uxore Eva & filiis Maglerio, Theobaldo, Burchardo, Rainaldo & filia vocata Rancia, &c. misericordiam Dei jugiter exorare dignentur. Illis autem traditur terra & silva ad ecclesiam ædificandam, & atrium consecrandum, & ad habitationes monachorum congruas ædificandas, & ad hortos, & ad cuncta quæ necessaria fuerint, quantumcumque sibi elegerint & eis opus fuerit, & de sua arabili terra quantum ipsorum omnibus diebus arare potuerit carruca, ubicumque voluerint, quæ absque accola & mansione fuerit, &c. Inter alia vero plurima precepta regalia, quæ Teuto impetravit, unum est Roberti regis datum anno 978. quo res

Domnes, quas Burchardus comes & Rainaldus Parisiensis episcopus monasterio contulerant, assignantur eidem. Sub eo Joffelinus vicecomes Melodunensis religionis habitum assumpsit; suumque Robertus rex in manu Teutonis abbatis testamentum deposuit. Verum postea Teuto, ut soli Deo vacaret, abdicare præposituram statuit, & in secretiorem locum secedere. Carolus Calvus Francorum rex dederat olim Fossatensibus monachis prædiolum aliquod in agro Remensi, quo se recipere ingruente Normannorum tempestate, Teuto hunc locum secessui reputans idoneum, huc se contulit, unde baculum curæ pastoralis per sui serviti ministrum

Walterum, quem ipse in Domini timore nutritur, tanquam testimonium abdicationis, fratribus transfusi. Denique ad Cluniacense monasterium, ubi primum, ut diximus, monachum egerat, se recepit, ibique felicem in sanctis exercitationibus vitam egit; ac demum idibus Sept. diem ultimum obiit post an. 1006. ex vita Burchardi comitis, cujus auctor ait Teutonem abbatem duobus, qui locum ejus acceptant, abbatibus Fossatensibus supervixisse. Ad ejus postea sepulcrum Deus multas edidit virtutes, celebrataque piissimi abbatis post obitum sanctitas.

*Diplom. III. t. 2. p. 147. pag. 178.*

XXII. Theobaldus I. Aimonis Corboliensis comitis filius, & Rainaldi Parisiensis episcopi frater ex matre Elisabetha, erat Cormaricensis abbas antequam Fossatenus, ut testatur prefatus scriptor Odo monachus Fossatenus, in hæc verba: *Audito rex quod pater Teuto locum fratresque reliquisset, tractare cum Burchardo atque Rainaldo presule cepit, quomodo ipsum locum ordinare possent. Qui solenti industria comoniti, Theobaldum, qui jam cenobio Cormaricensi præerat, ad se venire præcipiunt, cui rex domum abbatiæ dedit, eumque patrem monachorum fore constituit, quia & ipse ex Cluniacensibus erat, atque sancti patris Maioli institutione edoctus fuerat.* Eidem Theobaldo Burchardus castri Corboilli comes una cum filio suo Rainaldo Parisiorum episcopo, id privilegii ob sancti Mauri amorem indulgit, ut quicumque aliquid beneficii Fossateni monasterio conferre vellet, ei liceret, adjectique ut si quis clericorum aut canonicorum ejusdem castri Corboilli monachus fieri voluerit, Fossatis efficiatur: *hæc denique extra suas parochias ad nullum alium ecclesiam admittantur, nisi ad abbatiæ Fossatensem: quia hoc, inquit, in mandatum a dominis & principibus, regibusque nostris Hugone atque Roberto ipsius filio accepimus, ut omne bonum, quod ipsi ecclesiæ, quomodocumque poterimus, eorum sulti auctoritate & auxilio faciamus. Actum publice in curia nostra Corboilli anno Incarnati. Domini M. VI.* Non excessit hunc annum Theobaldus ex mox dicendis.

XXIII. Hildebertus eodem anno 1006. litteras accepit a Rainaldo Parisiorum episcopo, qui præbendam ab ipsius antecessore beate memorie Aenea episcopo in ecclesia cathedrali monachis Fossatenibus collatam eo pacto confirmat, ut Hildebertus abbas ejusque successores vicarium ex ordine clericorum pro se in ecclesia B. Mariæ servitutum, assensu fratrum instituant, qui vicarius præbenda de manu abbatis in capitulo Fossateni accepta, ab uno fratrum Fossatenum, cui abbas id injunxerit, ad capitulum B. Mariæ adlocatur decano & canonicis præsentandus, & ab eodem decano gratis admittendus. Statuit insuper episcopus, ut prædictus clericus bis quotannis ad Fossatense monasterium venire debeat, scilicet ad festum apostolorum Petri & Pauli IV. calendis Julii, & XV. calendis Februarii ad transitum B. Mauri: si defuerit, abbatis iudicio substituendus eo modo, quo episcopus ipse nititur erga B. Mariæ canonicum, clericus vero ille post mortem a canonicis B. Mariæ humetur, si in nostro, ait Rainaldus, habitu vitam finierit. Denique Rainaldus denuo indicit processionei illam, quam annuatim jam dictus ejus decessor Aeneas in Quadragesima, quarta scilicet feria post Dominicam Passionis instituerat in monumentum illius processionei quem Christi dilectori Mauro exhibuit die qua primum receptus est a Fossatenibus, sicut in suo quodam invenimus scripto, inquit Rainaldus. *Actum publice Parisius in capitulo sanctæ Mariæ anno Incarnationis Dominicæ nullo simo sexto.* Huic Odilo subrogatur in catalogo Breullii & Sammarthanorum, quo fundamento, ipsi viderint: forsan idem est ac Odo, qui sequitur.

XXIV. Odo II. anno 1029. Fossateni monachos VII.

nalesio præerat, ut patet ex charta Roberti regis pro eodem loco, data Calæ cenobio tertio idus Maii indictione XI. anno Incarn. Verbi M. XXIX. Insequenti solemniter peracta est dedicatio basilicæ Fossatenis sub nomine beate Mariæ virginis & SS. apostolorum Petri & Pauli ab Imberto Parisiensis episcopo, abbate Odone, ex Mabillonio tomo quarto *Annal. Bened.* pagina 353. cui adjuccur a Boscio undecimo anno postquam a fundamentis coepta erat ab ipsius antecessore, qui proinde nec potest esse Teuto abbas n. XXI. quem Sammarthani solo tenus everfa ecclesiæ novam ampliore extruxisse tradunt, neque Theobaldus n. XXII. e vivis ereptus 1006. Ergo vel Hildebertus hoc anno, ut diximus, memoratus, sed ultra quem nulla nobis occurrit ipsius memoria, aut denique successor ejus, forsan Odilo, de quo Breullius & Sammarthani; sed profecto mirum taceri nomen abbatis, qui tam arduum opus aggressus sit. Porro hic est Odo bene memorie appellatus, qui pepigit cum Ingelardo ecclesiæ Parisiensis decano super possessionibus apud Britaniacum & portum Cristolii.

De Geraldo, Testione, Leodico seu Ladico qui sequuntur apud Breulium & Sammarthanos, nihil occurrit.

XXV. Gunterius coram Henrico rege litigavit cum quodam milite nomine Nivardo pro villa Equata in finibus silvæ Aquilinz, causamque vicit. *Actum Parisius civitate in aula regis anno Incarnationis Dominicæ 1043. iudic. XI. sub XV. calendis Junii, anno vero Henrici regis gloriosi XII. Bauduinus cancellarius regis & subscripsit.*

XXVI. Robertus abbas sancti Petri Fossatenis præfens fuit detectioni corporum SS. Dionysii & sociorum ejus an. 1053. Reperitur adhuc 1056. & 1057. quo circiter anno ex abbate Fossateni factus est monachus sancti Petri Carnotensis, qui postea mansit in cella de Bressoles ab abbatia sancti Petri Carnotensis dependente, ex tabulario hujusce monasterii. Sane quondam abbas dictus in charta Eustachii abbatis sancti Petri Carnotensis, sœdem habere memoriam dicitur in libro de miraculis sancti Baboleni.

XXVII. Landricus memoratur anno 1058. in charta Henrici regis pro cenobio Fossateni, in quod cum a rege postulasset Guillelmus Corboliensis comes, ut eam haberet postestatem, quam olim habuerat Burchardus comes, hanc adhibitis quibusdam conditionibus temperavit rex. *Actum Parisius civitate anno Incarn. Verbi M. LVIII. iudic. XI. in Dei nomine feliciter, amen, die III. cal. Julii.*

XXVIII. Walterius, ad quem inter Ivonis epistolæ evstat vigesima sexta, ex qua discimus hunc ablatem ab indisciplinato grege multa passum & idcirco de abdicando cogitasse. In inscriptione epistolæ legitur *Walterio* & in nota marginali *Wferio*. Is est Gulferius ex monacho sancti Petri Carnotensis abbas Fossatenis anno 1086. ex tabulario sancti Petri Carnotensis; qui W'ferius

T ij

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 457.

Ibidem pag. 458.

Ibidem.

T. 2. Annal. Bened. pag. 519.

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 459.

Iron. ep. 26. part. 2. pag. 12.

Ch. xxx. col. 27.

Hist. eccl. Paris. t. 1. pag. 425.

Tom. 1. rei.  
Gall. Christ.  
Pag. 764.

memoratur in privilegio Fulconis Andegavenſis A conitiſ relato in Radulfo Aurelianenſi, a patria ſic dicto, archiepiſcopo Turonenſi an. 1090. Idem Gulferius occurrit in charta Guidonis de Rupeforti comitiſ Majori monaſterio eccleſiam Bertildis curie concedentis, ubi & Gauſbertus Gulferii nepos dicitur. Denique obiit Wlferius VII. calend. Mart. ex necrologiſ ſancti Petri Carnotenſis & ſancti Dionyſii, quo forſan adhuc ſuperſtite an. 1096. Urbani papæ II. Turonis concilium celebrantis judicio Glannafolenſe monaſterium liberum deinceps a Foſſatenſis juridiſtione declaratum fuit. Ceterum in rotulo Mathildis abbatiffæ Calenſis, quæ obiit 1122. memorantur duo Odones & B Gulferius Foſſatenſes abbates.

Gulferio Veranum ſubjicit Breulius, nulla probatione adjecta.

Chart. 11.  
col. 45. &  
Chart. 111.  
col. 44.

XXIX. Theobaldus II. primum occurrit anno 1107. quo Galo epifcopus Pariſienſis, pulſis ob turpitudinem ex Eligiano monaſterio puellis, convertendum illud in cellam duodecim monachorum cum priore abbati Theobaldo & monachis Foſſatenſibus tradidit, annuente Paſchali II. papa, & Philippo rege anno regni XLVII. Teſtis eſt anno M. CXI. in litteris Adæ abbatiffæ ſancti Dionyſii. Viaturam apud Curtiolas, feu Corceolum obtinuit Theobaldus a rege Ludovico VI. anno 1118. regni decimo. Exſtat in chartulario Foſſatenſi charta eorumdem cum principis, tum anni ſcripta Theobaldo abbati, quæ decernit, ut ſervi Foſſatenſis eccleſiæ adverſus homines tam liberos, quam ſervos, in omnibus cauſis, placitis & negotiis liberam & perfectam habeant teſtificandi & bellandi licentiam, &c. Huic abbati Stephanus epifcopus Pariſienſis dedit eccleſiam de Boiſſaco anno 1124. præfulatus primo. Eidem permittit Daimbertus Senonenſium archiepiſcopus, ut altare de Seuga, *Seaux*, a vicario liberum eſſet, idque ratum habuit ſucceſſor Henricus anno 1125. indiſtione III. menſe Februario, regni Ludovici anno XVII. quo & procuracionem, quam habere ſe dicebat idem Henricus archiepiſcopus, calendi. Maii Theobaldo relaxavit. Circa hunc annum in manibus Stephani Pariſienſis epifcopi Theobaldus remiſit Eligianum monaſterium, cauſas concessionem haud ſatis canonicam fuiſſe. Denique pervenit hic abbas ad annum 1133. ſi non ſiſtit nota chronica permiſſionis datæ precibus ejus ab Hugone Sangermannenſi abbate ædificandi capellam in parochia ſancti Germani, quæ Colliacus dicitur, in villa quæ Montericus appellatur. Edita eſt hæc charta num.

Mabillo.  
Annot. 1. 2.  
pag. 363.

Chart.  
LXVIII.  
col. 55.

XLIX. abſque nota temporis inter probationes hiſtorie ſancti Germani a Pratis, quam & nos ſimiliter in appendice noſtra recudimus. Verum ex ejuſdem hiſtorie contextu ſat liquido colligitur id contigiſſe hoc anno, quem non exceſſit Theobaldus, quippe qui nec ipſi chartæ ſubſcripſit, ſed ſucceſſor Aſcelinus: quare nec abbatibus accenſendum putamus quemdam Venionem, memoratum, inquit, 1126. quo adhuc anno & longe poſt Theobaldus præerat.

Tit. eccleſia  
Pariſ. 1. 2.  
pag. 43.

XXX. Aſcelinus I. mox laudatus quod antecceſſor Theobaldus a Galone Pariſienſi epifcopo acceperat Eligianum monaſterium, ac poſtmodum

inimia religione Stephano epifcopo reddiderat, ab eodem recepit præfulate anno 1134. Obtinuit ab Innocentio II. privilegium, quo monaſterii poſſeſſiones & eccleſiæ recenſentur & confirmantur.

Datum eſt X. calendis Martii indiſtione XII. Incarnationis Dominicæ anno 1136. pontificatus domni Innocentii II. anno ſexto. Peregigit Aſcelinus cum G. abbate ſancti Victoris Pariſienſis de quodam molendino & aliis rebus apud Corbellas. Nominatur 1137. Ludovico Craſſo rege, Sugerio abbate Sandionyſiano, & Stephano Pariſiorum epifcopo. Eodem circiter anno Henricus archipræful Senonenſis ei conceſſit poſſeſſas de Acheriis & de Calliaco ſua in dieceſi eccliaſt. &c. Sub annum 1140. quibusdam ſanctimonialibus venientibus e loco, qui *Maiferias* vocatur, Aſcelinus interventu Stephani epifcopi Pariſienſis & aliorum, conceſſit locum a priſcis temporibus Foſſatenſi eccleſiæ ſubjectum, qui *Ad altaria* dicitur, & eſt poſitus in nemore, in confinio ſcilicet caſtri Turnomii, vicique Caprici, ea lege, ut in feſto S. Remigii duodecim mummis Pariſienſis monetæ cenſuales quotannis eccleſiæ Foſſatenſi darent, & ſi ipſa die dare negligerent, ſemel ſubmonite, nec dantes, denum per legem exſolverent, & ſi quidem locus ab eis relinqueretur, ad eccleſiam Foſſatenſem rediret. Actum eſt menſe Decembri 9. die ejuſdem menſis. Teſtes Richardus prior, Ingelbertus cantor, Nivardus ſcriptor, &c.

Ex tabulario Hederenſi duplicem Breulius & Sanmarthani alterum alterius ſucceſſorem Aſcelinum admittunt, unicum Gerardus Boſcius toto ſecundo hiſtorie eccleſiæ Pariſienſis & nos cum illo. Hic eſt Aſcelinus, qui ſubſcripſit diplomati Ludovici regis pro cenobio ſancti Remigii Remenſis anno 1151. ſub Hugone ſancti Remigii abbate; nam ibi legitur in fine: *Signum Aſcelini Foſſatenſis abbatis*, qui hoc ipſo anno nonnulla permutavit cum Hugone abbate Sacri portus, ſeu Barbelli.

Ch. LXX.  
col. 56.

Diplomat.  
Pag. 130.

XXXI. Theobaldus III. privilegium accepit a Ludovico rege anno 1153. de *herbergagio* & aliis conſuetudinibus in villa de Seuga. Munaffes epifcopus Meldenſis eum *invadant* de decima de Copevres 1155. Litigavit Theobaldus an. 1161. cum Guerino *Pontenuario* de quinque ſolidis Piclavienſibus, quibus annuatim ipſius *maſura* eccleſiæ Foſſatenſis obnoxia erat, quos perſolvere recuſabat. Hic eſſe videtur Th. abbas, Thomas pauperem dictus eodem anno 1161. quem anno 1263. (legendum putamus 1163.) permiffiſſe legitimus Roberto Ruſſo de Nogeno & ejus hereditibus, ut *maſuram* ad cenſum duorum ſolidorum ædificarent.

XXXII. Rogerius a Breudio & Sanmarthanis omiſſus, anno incerto nonnulla permutavit cum epifcopo Pariſienſi. Ab Alexandro ſummo pontifice privilegium obtinuit quinto idus Januarii indiſtione XI. \* anno 1163. pontificatus anno quinto, hoc eſt 1164. Memoratur hoc ipſo anno in tabulario ſancti Martini a Campis explorato per D. de Gagneres. Nimirum hic eſt abbas Foſſatenſis, qui una cum priore & conventu S. Martini de Campis & priore & conventu ſancti Lazari

\* XI. Januarii  
choſa 1.  
menſe Sept.

T. 1. Annot.  
Nover. col.  
463.

Parisiensis, suo item assentiente conventu, Grandmontensibus apud Vincennas institutis a rege Ludovico anno 1164. Bonis hominibus dictis, omne jus & usagium, quod in hoc Vincennarum situ habebant, concesserunt. Dissidium habuit Rogerius cum Radulfo de Buccio & Petro filio Albodi de Latiniaco, quod anno 1165. Mauricius episcopus Parisiensis composuit. Anno 1168. quidquid Radulfi de Attiliaco apud Ferreolas habebat comparavit. Denique sub hoc tempus Rogerius abbas Garnerio de Mansionibus filio Dodge libertatem concessit.

XXXIII. Theobaldus IV. (mensese Thomas)

anno 1171. concessit beate Marie de Nemore, Malnoie, & sanctimonialibus ipsius loci annuales prebendas fratum suorum decedentium, quinque videlicet frumenti sextarios, quatuor vini modios, tres saba: minas, & decem solidos Parisienses pro generali, infra mensem quo quisque frater obierit. Eisdem quoque dedit hoc ipso anno salum de Mauferme pro viginti solidis Parisiensibus annui census solvendis partim die S. Remigii, & partim die sancti Mauri. Privilegium obtinuit Theobaldus a Ludovico rege anno 1172. pro incolis villarum Moisiaci magni & parvi. Dedit anno sequenti chartam de remissione talliae facta hominibus villae Nobiliaci, & ejusdem talliae in censum annuum commutatione. Talliam quoque relaxavit apud Charentonel, testes Isembardus prior & alii. Eodem anno 1173. statuit, ut quilibet homo de Varena & de Fossatis annuatim redderet in octavis sancti Dionysii duos solidos Parisienses pro qualibet *masura* sive parvi. Dedit magna, testes Isembardus prior, &c. Pepigit anno incerto cum suis hominibus de terra Meledunensi, testes Isembardus prior S. Eligii, &c. Hic est Theobaldus, qui cum Roberto Drocenti comite quosdam hospites commutavit. Significat 1176. Johannem filium Alberti Coste habere & habere debere majoratum de Corceolis. Concordiam inivit anno sequenti cum Simone episcopo Meldensi & cum archidiacono pro sacerdote de Cuperverfo, de *Coupevres*: secundum plura capita, quae referuntur in charta Latiniaci data coram Johanne Carnotensi episcopo sedis apostolicae legato, adstantibus M. Trecenti praesule, & abbatibus sancti Crispini & Latiniaci. Obtinuit a Lucio III. privilegium anno 1183. pontificatus secundo, pridie calend. Junii indictione prima. Cum Theobaldo abbate Philippus rex commutationem fecit de his, quae Fossatenfes habebant Remis & in territorio Remensi, pro his quae Alano de Roci dederat rex in feodum & *homagium ligium*, iisque omnibus, quae

habebat in molendinis, furno & *criagio* in villa quae Sceia nuncupatur, in pago Gastinensi. Actum Parisius anno 1184. Denique Theobaldus Ade cuidam & heredibus tradidit furnum de Ferreolis pro septem solidis censualibus anno 1187. Testes Isembardus prior sancti Eligii, David subprior, Johannes tertius prior, &c.

XXXIV. Isembardus antea prior Fossatenfis & S. Eligii Parisiensis, memoratur abbas in charta Barbelli notis chronicis destituta. Inivit compositionem de mutua inter ecclesiam S. Victoris Paris.

& monasterium sancti Eligii controversia pro decimis apud Vitriacum, coram Hugone Clemente decano Parisiensis ecclesiae, ex chartulario sancti Victoris. Legitur in tabulario hujus ecclesiae charta anni 1190. de tallia hospitibus de Liciis relaxata, cujus initium hujusmodi est: *Isembardus Dei gratia Fossatenfis ecclesiae abbas*. Anno 1194. Galcherio de Chastillon domino Montigai cessit Isembardus sextam partem memoris de Communia, vel de Communio, eique vicissim Galcherius *griariam* & justitiam, quas habebat in nemore d'Evron prope Nulliacum ad Maternam dimisit, ex indice thesauri chartarum tomo 2. fol. 183. *Mélanges*. Eodem anno mense Martio Michael Senonensis archiepiscopus jus nominandi ad ecclesiam de Seuga & ad ecclesiam de Capella in Vallinesio sitam laudavit Isembardo, qui hospites suos de Evriaco certis conditionibus absolvit a tallia anno 1195. Pacificatur eodem anno mense Oct. cum Anselmo sancti Martini Turonensis decano super esartatione bosci de Rooni. Exstant ejusdem anni litterae Mauricii episcopi Parisiensis in gratiam monasterii Fossatenfis. Privilegium accepit Isembardus a Coelestino papa III. 1196. pontificatus anno sexto indictione xv. & a Philippo rege confirmationem eorum, quae Thomas de Aubervillari dederat in villa Ferreolis eodem anno. Comparavit 1197. molendinum de Brocia a Richardo priore de Pomponia. Eodem Adela regina quod a Ricalde molendinum apud Moisiacum parvum emerat Isembardus, ei confirmavit. Anno sequenti hospites de Lodovilla partiti est cum Willelmo priore beate Mariae de Longo ponte. Mensis Fevrebri octavo calendae ejusdem anni Reginaldus episcopus Carnotensis prioratum sancti Arnulfi, ecclesiae de Longovillari & sancti Mauricii cum decimis & aliis rebus laudavit Isembardo abbati, quem *bonae memoriae* appellatum nonnullos reditus ad augmentum luminarium sacrissae monasterii sui apud Longumvillare concessisse discimus ex epistola 220. libri x. Innocentii pape III. data Romae VIII. idus Januarii pontificatus anno x. donum illud confirmantis. Hunc ad annum 1199. pervenisse legimus in historia ecclesiae Parisiensis tomo secundo pag. 384.

XXXV. Guido, qui Godo apud Sammarthanos, abbas Fossatenfis anno 1200. fratribus sancti Petri Carnotensis omnia, quae ad prioratum sancti Arnulfi de Abunvilla pertinebant, sub anno censu quinque solidorum Parisiensium concessit, ex tabulario sancti Petri Carnotensis. Huic Adela regina totam *viariam* in stratis communibus & publicis apud parvum & magnum Moisiacum addixit an. 1203. contra Hugonem de Poillaco & fratres ejus. Odoni episcopo Parisiensis Guido permisit 1205. ut in portu de Olins pontem extrueret.

XXXVI. Radulfus II. praerat jam an. 1208. quo super decima vinearum clausi Ferrilli cum suo conventu, abbatemque & monachos Sacri portus dissidentes Petrus episcopus Parisiensis ad concordiam revocavit, ex tabulario Barbelli. Biennio post mense Maio Boissiaci hospites a tola & tallia, quibus annuatim erant obnoxii, liberos fecit.

T iij

Malnoie  
Antiquit. de  
Paris, liv. 4.  
pag. 110.

Ibidem.

V. Diplom.  
L. 6. c. 85.  
pag. 605.

Hist. Paris.  
L. 5. P. 23.

Regist. 31.  
regii thes.

Eodem anno 1210. obtinuit a Philippo Augusto facultatem emendi grangiam sitam prope sancti Pauli ecclesiam, ubi hospitium edificaretur. Pacificitur anno 1211. cum hospitibus de Mansionibus super *correis* & *palcuis*. Querelam habuit cum Anfello de Gornio milite, quam Petrus episcopus Parisiensis composuit anno 1212. mense Junio. Nomine conventus anno 1214. mense Julio precum inivit societatem cum Gerardo abbate & conventu Flaviacensi. Radulfus abbas memoratur 1216. mense Augusto, & R. 1218. mense Jan. quo testatur Aubertus abbas Latiniaci Simonem militem de Lefchis eidem *invadisse* quidquid habebat in decimis de Coupevres. Idem R. abbas pepigit cum Adela regina Francie super terra de Vernolio in pago Millidunensi, ea ratione ut regina superfluis eam excoleret, & post ipsius mortem ad monasterium reverteretur, quam conventionem filius Adela Philippus rex firmavit. Occurrit Radulfus abbas 1221. mense Augusto in chartario Meldensi. Anno 1223. mense Decembris pacificitur cum abbate & conventu Livriaci, sequestro Guillelmo Parisiensis episcopo, ex tabulario Livriaci. Decimam de Vieftra mense Novemb. anni 1226. dimisit militibus Templi Aurelianensibus sub annu quinque solidorum Parisiensium obligatione. Significat anno sequenti 1227. mense Oct. *masuras* singulas apud Mansiones ecclesie Fossatensis solidis quatuor annuatim obnoxias esse. Reperitur adhuc Radulfus 1228. 1231. & 1233. mense Januario, quo certam apud Nongentum terrae portionem sancti Maglorii Parisiensis monasterio cessit pro quinque solidis Parisiensibus annui reditus. Vacasse abbatialis sedes videtur anno VIII. Gregorii papae IX. utpote quo pontifex rogatu Isembardi prioris & conventus, abbas nulla facta mentione, scribit archidiacono Senonensi, nulli, sive archiepiscopo, sive episcopo licitum esse illos excommunicare sine speciali sedis apostolicae mandato. Datum Perusii idibus Mart. &c.

Prob. lib.  
rect. Gallic.  
pag. 601.

XXXVII. Guillelmus quondam prior de Coudris, electus abbas Fossatensis innotescit ex litteris conventus ad Ludovicum regem, ut eidem G. regalia monasterii reddat. Datum anno Domini 1235. die Jovis proxima ante cathedram beati Petri apostoli. Guillelmi exstant littere date anno sequenti in magno pastoralis ecclesie Parisiensis.

XXXVIII. Nicolaus semel abbas occurrit absque nota temporis, & in chartario Livriaci 1240. mense Septembri, ac iterum sola prima littera nominis N. 1241. mense Aprili in charta Guillelmi episcopi Parisiensis, qua quidam Theobaldus ecclesie Fossatensis servus, qui praeter suorum temporum morem suae conditionis inmemor ad clericatum obreperat, ab eodem episcopo clericali professione abdicatus Fossatensi abbati redditus est. Memoratur adhuc 1242. mense Maio in tabulario Barbelli.

Aelminus II. in duabus schedis, quarum altera ex tabulario sancti Dionysii tomo primo pagina 271. erutam dicit Stephanotius noster, legitur abbas 1246. at fortasse legendum 1246. quo anno sedebat Aelminus I.

XXXIX. Johannes I. anno 1250. mense

Martio, hoc est 1251. annuente Blancha Francie regina, homines & feminas de Fossatis, de P... de Clausa varanna, & de Canaberis manumifit, seu liberos fecit. Anno 1255. mense Julio de consensu monachorum & abbas, non alius certe, quam Johannis ab officio remoti ad tempus per Reginaldum episcopum, Ludovicus rex priorem Fratrum Praedicatorum & guardianum Fratrum Minorum nominavit, qui cum episcopo Parisiensis corrigerent & reformarent, quae corrigenda & reformanda forent in coenobio Fossatensi tam in capite quam in membris. Quamobrem Reginaldus episcopus diem dixit abbati & coenobii prioribus extraneis ad res ecclesie Fossatensis tractandas cum dictorum conventuum praepositis a rege nominatis, ejusdem anni seriam quintam post exaltationem sanctae Crucis, quam diem postea idem episcopus ad mensem Martium sequentem distulit, interimque mense Januario anni 1255. qui nunc 1256. Johanne adhuc ab officio abbatis remotio, cujus vices agebant Petrus tunc sacrista & Guillelmus elemosynarius, amoti famuliter suis exigentibus culpis, vacantem capellam elephanticonum valetudinarii de Bondies contulit Reginaldus episcopus, sed quod postmodum comperimus, ait praesul, jus patronatus ejusdem capellae ad abbatem

Hist. eccl. par.  
Parif. t. 2.  
pag. 382.

Ibidem pag.  
419.

Ibidem pag.  
178.

Fossatensem pertinere, volumus & concedimus, quod per collationem hujusmodi a nobis factam nullum praedictum quantum ad possessionem, vel proprietatem abbati vel ecclesie Fossatensi in posterum generetur. Frater vero Petrus nunc abbas Fossatensis eidem capellano concessit capellam praedictam, salvo jure suo & ecclesiae suae in praesentatione ad eum de jure patronatus in posterum pertinente, quod eidem abbati de cetero volumus esse salvum. In cujus rei testimonium praesentes litteras eidem abbati concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini 1256. mense Novembri. Ex his porro litteris manifestum est Johanni abbati hoc anno dignitate orbato Petrum in ejus locum substitutum fuisse.

XL. Petrus I. sedebat jam anno 1256. mense Novembri, ex charta mox laudata. Eodem anno posttridie dedicationis monasterii Fossatensis, habito conventu monachorum, creavit officium camerarii, cujus onera & reditus, sicut & cellerarii describit litteris in appendice relatis. Mense Dec. ejusdem anni *servitii* suo Giloni & liberis ejus legitimis bona defuncti R. clerici addixit. Portionem memoris in territorio de Faveris an. 1257. acquisivit pretio 980. librarum & 110. solidorum honorum & legalium Turonensium. Reperitur 1258. mense Aprili in regesto 31. regii thesauri, qui anno sequenti mense Februario concessit ut Frater Carmelitarum sedes ad domicilium in parochia sancti Pauli collocarent. Nonnulla 1260. mense Mart. acquisivit a Bernardo Reton. Insequenti 1261. mense Martio manumifit quosdam servos. Eodem anno mense Octobri permisit, ut una ancilla sua nuberet homini de ecclesia Parisiensis, ex magno ejusdem ecclesiae pastoralis. Mense Junio anni 1263. Johanni dicto Juveni de Nogeno *majoriam* de Nogeno tradidit ad vitam. Emit eodem anno ab executoribus testamenti

Ch. cxiiv.  
col. 104.

Hist. Parif.  
tom. 3. pag.  
215.



quondam Jacobi de Bologna clerici codicem sacre scripturæ cum glossa, deditque priori & monachis, qui ea de re scripserunt litteras die Veneris in festo sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

Circa hunc annum Petrus abbas in duos scinditur a Breulio & Sanmarthanis, intermedio scilicet Johanne, de quo nihil referunt præter nomen, qui forte fuerit Johannes ille superior jam dudum amotus. At forsitan potiori jure interponendus esset Th. abbas 1263. si genuina esset hæc nota chronica, pro qua superius 1163. suspicatus sumus legendum. Rem in dubio relinquimus, ejusdem nihilominus Petri acta prosequentes. Itaque 1264.

Petro abbati & conventui Fossatensi conquestus illatum sibi ab Herveo domino Caprosiæ in prioratu de Yveta, &c. injuriarum, de consensu partium re commissa judicium arbitrio, statutum est anno sequenti ut dictus Herveus intra festum S. Remigii decem marchas argenti appenderet ad pelves argenteas usibus ecclesiæ faciendas, prout abbas ordinaret, & juraret idem dominus, quod nec equos prioratus auferret, nec sepes in posterum effringeret, &c. Reperitur eodem anno 1265. mensis Februarii, seu 1266. Manusit hoc anno mensis Martio, seu 1267. Alardum & liberos, vel ut habet Gerardus Dubois tomo secundo historię ecclesiæ Parisiensis pagina 580. homines de corpore ecclesiæ B. Petri Fossatensis. Permisit eodem anno 1267. ut Amalricus homo de corpore Parisiensis ecclesiæ uxorem duceret Amelinam feminam de corpore Fossatensis. Anno 1269. mensis Februarii visum est ab officiali Parisiensis testamentum Radulphi bonæ memoriæ Ebroicensis episcopi, cujus hæc est clausula: *Lego conventui Fossatensi vineam meam de Canaber, & peto ibi anniversarium meum fieri, & die qua fiet, volo conventui fieri decentem pittanceam de proventibus vineæ prædictæ.* Pepigit Petrus abbas anno sequenti 1270. cum Tironiensibus monachis, pro quadam sita Parisiis domo, ex tabulario Tironii. Eodem anno quamdam terræ portionem a patribus Carmelitis, de quibus supra, ad censum acceptam in loco vocato *la Folie Morel*, jure morticiniæ donavit. Præcepit anno 1274. hominibus villæ Fossatensis, ut ad locum defendendum pro sua quique facultate arma sibi compararent. Statuit anno sequenti postridie dedicationis ecclesiæ Fossatensis, ut una diceretur missa in aurora *al.* ante auroram. Eodem anno 1275. mensis Junio Petrus abbas cognominatus *de Cheriaco* societatem iniiit cum Guidone abbate B. Mariz de Ivernali. Litem habuit 1276. die Mercurii post Pascha cum hospitibus de Noisaco magno, de Briaco, de Villaribus & de Campigniaco. Anno 1278. mensis Julio nonnulla Petrus abbas apud Campiniacum sita cum cœnobio sancti Dionysii permutavit. Eodem Simon tituli sanctæ Cecilie presbyter cardinalis & sedis apostolicæ in Francia legatus dedit Petro Fossatensi abbati ducentas libras Parisienses convertendas in redius, ex quibus emit Petrus centum & decem nemorum jugera a Gileto de Nulliaco. Hoc autem donum prædictus cardinalis fecit pro una missa de Spiritu sancto semel annuatim dicenda, & post ejus mortem in anniversarium

A convertenda, ut ipsemet testatur Petrus an. 1279. mensis Septemb. Guillelmus de Suciaco presbyter abbati Petro juravit obedientiam & fidelitatem hoc an. 1279. die Jovis in octava Purificationis. Eodem anno postridie dedicationis ecclesiæ Fossatensis habitus est in ea conventus, seu capitulum generale ex prioribus & monachis hujus loci, inibi que multa edita sunt statuta ad ordinationem tam monasterii, quam prioratum, de quibus Petrus litteras scripsit. Anno sequenti 1280. Dominica, qua cantatur *Latare Jerusalem*, Giloni armigero dedit *majoriam* de Varena. Johannii de Monierico fecit potestatem eodem anno tonsuram clericalem accipiendi. Nonnulla in portu de Cristolico comparavit anno 1282. Sabbato post Dominicam *Reminiscere*. Martinus papa IV. idem qui antea dictus Simon tituli sanctæ Cecilie presbyter cardinalis, de quo supra ad annum 1278. Petro abbati & successoribus licentiam dedit continue & ubique annulum habendi, gestandi mitram, dalmaticam & tunicam in monasterio Fossatensi & alibi ubique, præterquam in ecclesia cathedrali Parisiensis, in processionibus, congregationibus, divinis officiis, diebus solemnibus, Dominicis & in festis, &c. Datæ sunt litteræ apud Urbem veterem 111. nonas *al.* idus, Julii, pontificatus anno tertio, in quibus pontifex Petri abbatis elogium texit. *Sane, inquit, dum grata & accepta servitio, que vobis olim, cum nos status minor haberet, & in partibus Francie legationis fungeremur officio, impendere curavisti, summaque devotionis zelum, quem erga nos & apostolicam sedem habere te novimus, infra claustra peccatoris sollicita meditatione pensavimus; dum laudando quoque religionis fervorem, qua in monasterio tuo cura vigili cultur, studiumque sollicitum, quod circa divinum officium adhibetur ibidem, necnon & conversationis & vitæ munditiæ, honestatem vorum, altarumque virtutum insignia, que in eodem monasterio jugiter exercentur, prout nos in illi prædictæ legationis tempore crebrius constituti oculis nostris vidimus, & manibus palpavimus propriis, frequenter ad memoriam revocamus, dignum & rationi conveniens, quinimo debitum arbitramur, ut te & monasterium ipsum favoribus prosequamur eximis, & specialibus gratiis honoremus, &c.* Codicem actorum de abbatiæ bonis per manum Guillelmi tunc præpositi Fossatensis Petrus abbas describi fecit; qui memoratur adhuc 1284. die Jovis post Pentecosten & iterum 1285. ait Bolecius tomo secundo historię ecclesiæ Parisiensis pagina 580. At certe non excessit hunc annum, quo utpote eligendi facultatem abbas conventus a rege petiit, ex regesto 16. cameræ rationum Parisiensis, non vero 1284. ut alibi legimus, qui forte 1285. ante Pascha.

XLl. Johannes II. anno 1285. hominimum excepit a Th. comite Barri ducis pro nemore de Torcy.

XLII. Petrus II. anno 1331. die Martis post festum sanctorum apostolorum Petri & Pauli se proficitur accepisse 204. libras a Johanne Poillevilan cive Parisiensis pro abbatiæ nemoribus emtis, ex charta authentica collectionis domini de Gagneres.

Petrus sequitur Guillelmus in indice Brevii

Hist. eccl. Paris. t. 2. p. 579.

Hist. Paris. tom. 3. p. 46. 216.

& Sammarthianorum, qui nudum ipfius nomen A offerunt.

XLIII. Johannes III. de Carnoto promifit obedientiam epifcopo & ecclefiæ Parifienfi anno 1357. die fanctæ Veneris, Martii penultima, hoc est 1358. ex libro nigro ecclefiæ Parifienfis.

XLIV. Agelinus II. vel III. reperitur abbas Foffatenfis menfe Decembri anno 1381. in thefauro chartarum.

XLV. Philippus II. de Castellione reverentiam & obfequium fpondit epifcopo & ecclefiæ Parifienfi anno 1384. die penultima menfis Apr. indictione vii. fuper altare magnum ecclefiæ Parifienfis, ex libro nigro capituli.

XLVI. Galcherius, qui & Galterus de Castellione Galcherii III. comitis de Porcean ex Johanna de Conflans filius, promifit obedientiam epifcopo & ecclefiæ Parifienfi, prefentibus dominis Jacobo Divite decano, & N. de Villamor cantore, fuper altare majus ecclefiæ Parifienfis anno 1384. die Sabbati xi. Februarii, hoc est 1385. ex libro nigro capituli. Prefectura orbatus est anno 1394. infligante conventu, regimeneque commiffum Adamo Herons priori fancti Arnulphi in *Yveline*, Berthaudo dicto *Marie* elemofynario, & Guillelmo Fleury thefaurario ejufdem monafterii.

Galcherio fuccedit Petrus in indice Breullii & Sammarthianorum, qui nullam adducunt auctoritatem; fane Ludovicus qui fequitur in hiftoria ftirpis de Castellione dicitur abbas post Galcherium confanguineum.

XLVII. Ludovicus de Castellione Gaucherio domino de Dours & N. de Pacy filia Philippi domini de Pacy & de Nanteuil parentibus natus est ex hiftoria genealogica ftirpis de Castellione auctore Andrea Duchêne pag. 559. ubi Johanna de Bucy dicta Ludovicæ mater a Sammarthianis, altera quidem Gaucherii uxor dicitur, fed prole caruiffet. Fratres habuit Philippum abbatem fancti Corneli Compendienfis, eundem forfan, qui fupra Foffatenfis abbas dictus est, & Hugonem abbatem S. Johannis Laudunenfis, & poftea Bellioci in Argona, forenfeque Iſabellam Sueffionenfem abbatiffam. Praefuit Ludovicus annis 1400. & 1406. ex veteri Gallia Chriftiana.

XLVIII. Johannes IV. de Suavilla decretorum doctor, prius abbas S. Taurini Ebroicenfis, annis fcilicet 1424. 28. & 29. & ad prefens abbas S. Mauri Foffatenfis a Nicolao de Coquerel rectore Univerfitatis Parifienfis anno 1431. die 14. Aprilis fuiſſe dicitur per annos 1427. 28. & 29. veris & continuus actu regens Parifius in Facultate decretorum, ex charta authentica collectionis D. de Gagneres. Anno fequenti Foffatenfis ecclefiæ bona fenatufconfulto reconomis data funt adminiftranda ad æs alienum difſolvendum. Aderat Johannes abbas, quando Carolus VII. rex in ecclefiâ Parifienfi excepit est 1437. 12. Nov. fed incertum utrum de hoc Johanne, utrumve de fequenti hoc intelligendum fit.

XLIX. Johannes V. le Meufnier al. le Moine ex abbate S. Mauri Foffatenfis & priore S. Eligii Parifienfis, evaſit epifcopus Meldenfis per obitum Petri idibus Maii anno 1447. ex regeſto Vaticanæ.

L. Johannes alter ejus nominis feftus aut feptimus laudatus a Breullio & Sammarthianis per me licet eo loci collocetur numero feftus.

LI. Johannes VII. de Caſtello, *Caſtel vel de Chafſel*, in hiftoria fancti Dionyſii pagina 365. e monacho fancti Martini a Campis Foffatenfis abbas anno 1472. 29. Januarii promifit obedientiam epifcopo & ecclefiæ Parifienfi. Infequenti, die feſto fancti Martini rem divinam ſolemni ritu peregit in baſilica fancti Martini a Campis cum ornamentis datis a Guillelmo d'Estouteville cardinali, archiepifcopo Rotonagenſi & priore fancti Martini feria tertia 9. Novembris. Regi a confiliis B & Franciæ chronographus dicitur anno 1474. die ultima Julii, ex tabulario S. Martini a Campis. Et certe Ludovicus XI. rex anno 1482. 20. Jun. literis inſcriptis abbati fancti Dionyſii epifcopo Lombarienfis eidem præcipit, ut ad ipſum Franciæ chronica per Johannem abbatem fancti Mauri digeſta, quæ in arca duabus obferata clavibus in theſauro Sandionyſiano aſſervabantur, tranſmitteret.

LII. Gerardus de Mauny anno 1476. 18. Julii promifit obedientiam epifcopo & ecclefiæ Parifienfi. Obiit Girardus abbas cœnobii Foffatenfis viii. cal. Julii ex necrologio S. Germani a C Pratis edito ad calcem hiftoriæ ejufdem monafterii.

LIII. Radulfus III. du Fou, non vero de Sou, ut habent Sammarthiani, fuit epifcopus Ebroicenfis & abbas Foffati, quo nomine anno 1491. 26. Novembris promifit obedientiam epifcopo & ecclefiæ Parifienfi.

LIV. Johannes VIII. Binet die 29. Aprilis anno 1512. obfequium & fidelitatem juravit epifcopo & ecclefiæ Parifienfi.

LV. Francifeus Poncher epifcopus Parifienfis & abbas commendatarius Foffatenfis, de quo vide in epifcopis.

LVI. Johannes IX. du Bellay epifcopus Parifienfis, cardinalis, & abbas commendatarius fancti Mauri Foffatenfis, hoc monafterium in collegium ſeculare converti a Clemente papa VII. curavit, cujus primus decanus ſecularis effectus est, unitis abbatialis dignitatis redditibus epifcopo puti Parifienſi, bulla data Romæ 1533. idibus Junii, qua loco dignitatis abbatialis, decanatus, principalis pro epifcopo Parifienſi pro tempore exiſtente dignitas, & cauteria, non principalis dignitas pro cantore, atque octo canonicatus & totidem præbendæ pro canonicis octo (ſic in bulla) in ejufdem vero executione anno 1536. novem funt canonicatus & decem præbendæ, duæ videlicet pro cantore, &c. necnon perpetuæ vicariæ ſeu capellanix pro quatuor vicariis, ſeu capellanis, & quatuor pueri chori cum uno magiſtro, qui coſtem pucros in arte muſices erudire debet, inſtituantur, funtque ſimiliter ſeculares prioratus a fancto Mauro dependentes, nempe fancti Eligii Parifienſis, &c.

Ceteros hujus ecclefiæ decanos in epifcopis Parifienſibus require.

Cœnobium dicitur a Mabillonio tomo primo *Annalium Bened.* pag. 621. ubi de S. Mederico circa annum 700. dicit eum ex Edua civitate Luteciam Paſſiorum proficifcentem, in cœnobio

Duchêne L.  
7. hift. ſtirpis  
de Caſtellione  
pag. 371.

chart.  
CLXXXIIII.  
col. 141.

Chart.  
CLXXXIII.  
col. 147.

VII.  
SANCTUS  
MARTINUS  
de Campel-  
la.

pagi

pagi Brigenfus, vocabulo Campellis, *Champeaux*, A quod modo secularium canonicorum collegium, infirmitate detentum fuisse. Vocatur autem abbatia in litteris Benedicti VII. papæ pro Elifardo episcopo Parisiensi circa 980. Jam vero in collegiatam ecclesiam defecerat 1133. quo Nicolai ejusdem præpositi & totius capituli assensu, Stephanus episcopus Parisiensis unam hac in ecclesia præbendam Parisiensi Victoris abbatie concessit. Denique in bulla Innocentii II. papæ ad eundem Stephanum episcopum, inter alias memoratur ecclesia de Campellis cum præbendis & tribus parochiis, id est de sancto Mederico, de Capella & de Hervis eidem ecclesie pertinentibus.

Unicum abbatem reperio Henricum a Francia Ludovici Crassi filium tomo sexto Amplissimæ Collectionis pag. 227. ubi legitur epistola Ludovici VII. regis ad Henricum fratrem, & Ill. & Jal. archidiaconos, ut ecclesiam sancti Martini de Campellis canonicis S. Victoris Parisiensis tradant ab ipsis administrandam.

Sancti Marcelli ecclesia sita in suburbio Parisiensi, cui suum indidit nomen, vulgo *S. Marceau*, fundatorem habere gloriorum Rotlandum comitem Blaviae filium fratris Caroli Magni imperatoris, qui primum, ubi crypta subterranea sancto Clementi papæ & martyri sacra, ecclesiam sub ejusdem S. Clementis patrocinio ædificavit. Hæc postea ob cultum S. Marcelli Parisiorum episcopi prius in ea sepulti dicta est S. Marcelli. In chartis regum sequentium (Carolus Magnum) per annos fere ducentas monasterium sancti Marcelli appellatur, & tandem ante seculum duodecimum facta est collegium canonicorum. Et certe Ingelwinus episcopus Parisiensis procedente seculo nono illi se munificum præbuit; ex suo quippe *indominicatu* fratribus S. Marcelli quindecim mansos ad mensam eorum fratrum circa ejusdem sancti monasterium sitos attribuit: idque Theodulus seculo decimo sedis ejusdem antistes renovavit, & uno manso in villa Cella posito de suo *indominicatu* ad luminaria auxit, laudante rege Carolo III. 918. Abbatie insignitur nomine in bulla Benedicti VII. pro Elifardo episcopo Parisiensi circa 980. Inibi jacet Petrus Lombardus episcopus Parisiensis defunctus anno 1160. Hactenus collegium est duodecim canonicorum, quibus decanus præpositus est. Plures habet capellanos, ab eoque parochiæ plurimæ dependent, non tot tamen quot a Claudio Malingre Antiquitatum Parisienium pag. 491. enumerantur. De decanis nunc agendum.

#### DECANORUM SERIES.

I. Hubertus decanatum gerebat temporibus Lizierni decani Parisiensis & Imberti episcopi, qui vivebant ætate Henrici I. Francorum regis, ut liquet ex diplomate Caroli III. seu Simplicis ecclesie sancti Marcelli confirmato ab Henrico I. subscribitibus Lizierno & Huberto. Sic hujus meminit necrologium ecclesie Parisiensis: *XIII. calendis Novembris obiit Hubertus sancti Marcelli decanus & sacerdos.*

II. Gilbertus reperitur 1133. quo anno ejus assensu Stephanus episcopus Parisiensis unam sancti *Tonus VII.*

Marcelli præbendam abbatie sancti Victoris Parisiensis elargitus est.

III. Guido decanus anno 1158. vii. calend. Julii diploma pontificum accepit ab Adriano IV. quo hujus ecclesie privilegia confirmantur, *burgum videlicet, in quo ipsa ecclesia sita est, cum omnibus appenditiis suis, &c.*

IV. Nivelus, si diversus a Guidone haud absimili donatus est diplomate ab eodem pontifice eodemque anno, vi. cal. Julii indictione sexta.

V. Anselmus memoratur in charta Mauricii episcopi Parisiensis pro S. Victoris abbatia 1171. episcopatus anno XI.

B VI. Afcelinus testis laudatur in charta ejusdem Mauricii episcopi pro ecclesia beate Mariæ de Gornayo anno 1177. Biennio post una cum pluribus aliis supra laudatis in historia sancti Germani Autissiodorensis col. 255. homines de Rodoniaco ecclesie sanctæ Genovefæ subiectos esse juravit. Locum habet in necrologio ecclesie Parisiensis in hunc modum: *XVI. calend. Aprilis obiit Afcelinus sacerdos decanus sancti Marcelli.*

VII. Reginaldus I. jam decanus tempore obitus Mauricii episcopi qui defunctus est anno 1196. adhuc præerat quo tempore pro ecclesia sancti Marcelli statuta condidit Odo Parisiensis episcopus, anno pontificatus septimo mense Januario, hic est annus Christi 1204. Is est haud dubie R. decanus sancti Marcelli, qui 1205. feminam unam pro altera ex familia sancti Eligii commutavit.

VIII. Hugo decanus sancti Marcelli eodem anno 1205. statuit, de quibus supra, pro sua ecclesia condidit ab Odone Parisiensi episcopo consensit.

IX. Michael I. occurrit in tabulis Livriaci an. 1208. primo episcopatus Petri xvii. calendis Octobris, & iterum 1214. ibidem. An. 1210. mense Januario fuit unus arbitrator controversie inter P. Parisiensem episcopum, & Johannem S. Germani a Pratis abbatem de jure episcopali & parochiali spiritali in territorio sancti Germani a Pratis ultra Parvum pontem. Idem Michael querelam habuit cum suo capitulo, quam sopivit Petrus episcopus Parisiensis 1214. Memoratur 1215. & 1220. mense Maio in tabulario Fossateusi, 1216. in hist. Paris. tomo 3. pag. 97. ac 1226. in chartario sanctæ Genovefæ. Interea M. decanus sancti Marcelli 1218. mense Maio judex cum episcopo Parisiensi a sede apostolica deputatus inter Robertum archiepisc. Rotomagensis & Aeliciam abbatissam Montis villaris approbat compositionem factam inter eos, ex tabulis archiepiscopatus Rotomagensis. Denique sub ejus præfectura summus pontifex Honorius III. bullam dedit, qua fideles ad exhibendam huic ecclesie caritatem excitantur, & his qui visitaverint, aut illi benefecerint indulgentiæ conceduntur.

X. Reginaldus II. legitur decanus anno 1238. quo Guillelmus episcopus Parisiensis datam ab illo & capitulo suis pluribus servis libertatem, retentis omnibus ecclesie sue juribus, nempe justitia in eorum terras, censibus, decimis, &c. ratam habet, *salvo tamen nobis, inquit, & ecclesie nostre omnia*

*Hist. eccles. Paris. tom. 1. pag. 566.*

*Hist. Paris. tom. 1. p. 131.*

*Amplif. collect. Histor. tom. VI. pag. 247.*

*Hist. eccles. Paris. tom. 2. pag. 222.*

*Hist. Paris. tom. 1. p. 97.*

*Ibid. p. 141.*

Ch. xxii. col. 10.

Chart. lxxi. col. 57.

VIII. S. MARCELLUS.

Errata. no. eccles. Paris.

Hist. Paris. tom. 1. p. 122.

Ch. xxii. col. 10.

*alio jure nostro & justitia terra nostra, &c.* Idem A pro decanatu præstitit hominum Stephano Tempier patruo vel avunculo, nuper instituto Parisiensi episcopo anno 1269. in festo sancti Vincentii. Hic est proinde R. memoratus decanus mense Jun. anni 1244. in charta Livriaci.

XI. Petrus I. de Condeto idem quod antecessor ratione decanatus hominum præstitit anno 1271. die Veneris post octavam Pentecostes.

XII. Vincentius de Barret *al.* de Darveto anno 1272. mense Septembris præstitit hominum Stephano Tempier episcopo Parisiensi, cujus eodem anno capellanus nominatur, statimque decanatu cessit, ex dicendis.

XIII. Stephanus de Dermeio decanus sancti Marcelli iidem anno & mense ratione decanatus promisit obsequium Stephano episcopo in domo episcopali apud sanctum Victorem, testibus Vincentio sancti Marcelli decano & Petro de Medunta clerico domini episcopi & alius.

XIV. Petrus II. de Villapetrofa, *de Villepreux*, anno 1273. die Sabbato ante festum S. Barnabæ decanus clientelam Stephano episcopo Parisiensi professus est ante ostium capellæ D. episcopi. Hunc putamus esse P. decanum S. Marcelli, qui una cum capitulo potestatem fecit concanonico suo Petro de Media curia emendandi pro se & ecclesia sua illatam injuriam R. (Ranulfo) episcopo Parisiensi die Sabbato post festum beate Lucie virginis anno 1284. in ecclesia prædicta sancti Marcelli, dum ipse deberet episcopus ibidem sacros ordines celebrare, eo quod videlicet publice intercessissent, quominus Guillelmus archidiaconus ecclesie Parisiensis inibi propter hoc personaliter constitutus assisteret & ministraret episcopo diaconus in celebratione ordinum prædictorum, ratum habituri & gratum quidquid dictus procurator super his duceret faciendum. Volunt insuper & expresse consentiunt, ut episcopus emendam prædictam taxet & imponat illis, seu ab eis exigat, ac de illa plene & libere ordinat ac disponat, prout sibi placuerit & videbitur expedire, &c. *Datum die Dominica in astro octavarum \* Epiphania Domini eodem anno.* Repertur adhuc Petrus decanus 1291. ac proinde sub illo facta est a Ranulfo episcopo 1287. inquisitio de alta justitia, quam testes plures antiquiores jugiter per ministros ecclesie sancti Marcelli exerceri testati sunt.

XV. Nicolaus I. de S. Disier decanus S. Marcelli hac in ecclesia sepultus est anno 1327.

XVI. Petrus III. Chaucher decanum agebat 1357.

XVII. Johannes I. de Nanthere subscriptus E. aëlis capitularibus anno 1416.

XVIII. Johannes II. Huberti electus 1431. biennio post æmulum passus est alterum electorum suorum Odoarum Creton concanonicum, hanc adeptum dignitatem in curia Romana. Utrum ea de re lata fuerit sententia, ignoratur: at certe Johannes an. 1434. jus ad decanatum pro cantoria Meldensi cum Johanne de Courfel contumutavit.

XIX. Johannes III. de Courfel prædicta permutatione factus decanus hanc pacifice possidebat dignitatem 1435.

XX. Johannes IV. Chuffart mortui superioris in locum subrogatus 1437. eavalit postmodum decanus ecclesie sancti Germani Autissiodorensis, ubi vide n. XXXVII. col. 265.

XXI. Johannes V. Fournier electus successit 1450. cujus tempore 1469. fuisse sunt campanæ sancti Marcelli.

XXII. Arturus de Vaudetar per obitum superioris electus est 1475. quo tempore, uti ex actis capitularibus colligitur, Ludovicus XI. rex & filius ejus Carolus scriptis ad capitulum litteris mandaverunt, ut decanum eligerent Georgium Rebuert regie capellæ ministrum, quibus capitulum per delegatos respondit eligi non posse, cum non esset canonicus præbendatus. Idem decanus simul officialis & canonicus ecclesie Parisiensis an. 1480. focus & collega assumitur a Ludovico Parisiensi episcopo in actu visitationis abbatiæ S. Victoris, Sabbato post Dominicam *Latare Jerusalem* 7. Aprilis, hoc est 1481.

XXIII. Guillelmus de Vaudetar electus a capitulo, patruo successit, cujus fit mentio in actis capitularibus 1494.

XXIV. Marcus Tenacier decanus S. Marcelli obiit 10. Januarii 1496. sepultus in ecclesia Parisiensi, cujus erat cantor & canonicus, ut constat ex hoc ipsius epitaphio Gallico: *Cy gist venerable & discrete personne Maitre Marc Tenacier en son vivant licenté en droit, chantre & chanoine de l'eglise de ceans, & doyen de S. Marcel lez Paris, qui trespassa le 10. jour de Janvier, l'an 1496. Priez Dieu pour l'ame de luy.*

XXV. Ludovicus Seguior senator Parisiensis sancti Marcelli decanatum obtinens anno 1522.

XXVI. Mauricius Bullion Ludovico successit est 1539.

XXVII. Jacobus I. Spifame senator Parisiensis in decanum electus 1541. posteaque Nivernensibus infusus decoratus, per plures nihilominus annos retinuit decanatum. De eo plura in episcopis Nivernensibus.

XXVIII. Egidius Spifame per cessionem patris a capitulo factus est decanus anno 1556.

XXIX. Franciscus I. le Court capituli fretus electione hanc strenue defendit contra cardinalem Trivulcium in Francia legatum a latere, qui vi cessionis ab Egidio factæ in manibus ejus sibi jus arrogaverat Nicolao Regnault conferendi decanatum, quem denuum sibi Franciscus afferuit senatusconsulto anno 1563. die 23. Decembris, tam contra dictum Nicolauum, quam contra Johannem Savary, cui Nicolauus reliquaverat.

XXX. Gabriel le Dean cessione Francisci electus est decanus anno 1566.

XXXI. Jacobus II. Naudot abdicatum a Gabriele decanatum suscepit electus a capitulo anno 1570. gessitque ad annum 1574. quo permutatam eo sequenti.

XXXII. Nicolaus II. Moyen decanus S. Symphoriani Remensis permutatione facta eavalit decanus S. Marcelli, cujus tamen nonnisi postquam electus est, possessionem accepit. Obiit ipso electionis anno, sepultus apud sanctum Marcellum.

XXXIII. Johannes VI. le Tellier sub suam

Ch. civ.  
col. 116.

Col. inf. pa-  
trum Oratorum  
pag. 1363.

\* id est  
Transfiguratio  
domini.

Chart.  
CLXXXV L.  
col. 135.

eiusdem anni 1574. electus, litem habuit cum A cardinali de Guise, qui abbas S. Victoris Parisiensis annum reditum, seu jus vacantis decanatus repetebat, verum edicto maioris consilii ea dignitas ab hoc onere immunis declarata fuit.

XXXIV. Johannes VII. du Vair bellorum supplicum magister successit anno 1585.

XXXV. Franciscus II. Pestel cedenti Johanni subrogatur 1588.

XXXVI. Petrus IV. de la Porte successit anno 1594. sub cuius decanatu capitulum obtinuit ab Henrico IV. diploma regium, quo omnia vetera jura & privilegia ecclesie S. Marcelli renovantur.

XXXVII. Lazarus Brouffel Petrum excepit B electus a capitulo 1623.

XXXVIII. Jacobus III. Barrin electus 1637. vocatur prior de Lay, canonicus Sacre capelle Parisiensis, necnon decanus & canonicus sancti Marcelli Parisiensis 31. Julii 1645. quo ipsi senatus edicto quotidianæ pro decanatu asseruntur distributiones.

XXXIX. Florentius Millet defuncto Jacobo successit anno 1664. quo decanatum gerente rex Ludovicus XIV. suppressam capituli iustitiam univ. Castellæ Parisiensis, ejusdemque abolito jure conferendi magistræ intra villæ S. Marcelli septa, illam adjunxit Parisiorum civitati, cuius facta est C suburbium. Sub initium quoque ipsius decanatus instituta est officina Goblinorum in dominio capituli S. Marcelli, cuius canonici regi cesserunt domos ac prædia, quæ intra celeberrim illarum ædium septa possidebant.

XL. Michael II. Millet in locum patris successit anno 1685.

XLI. Ludovicus Henricus Colonne du Lac canonicus sancti Marcelli cessione Michaelis decanatus possessionem adeptus anno 1701. totum se mox dedit capituli rebus restituendis, nullis tum curis tum impensis parcens, tandemque an. 1725. altam restitui iustitiam obtinuit intra claustrum, & D medium in toto dominio, necnon sanctioris consilii decretum quo jura capituli tam ob suppressam iustitiam, & magistrorum jus, quam ob jura dominorum propria in terris & ædificiis Goblinorum ac hospitalis domus de la Salpetriere, premiumque terrarum & domorum regi dimissarum definiuntur. Obiit 1733. mense Julio in ecclesia sancti Marcelli conditus.

XLII. Johannes Josephus le Normant sub finem mensis Septembris ejusdem anni 1733. electus, hæstenu præfuit.

Hæc est illa basilica, seu capella S. Bartholomæi juxta Hugonis ducis palatium sita, munificentia E regum (Odonis & Roberti) antiquitus constructa, multisque ditata sanctorum reliquiis & corporibus, quæ in ipsa tam regum quam fidelium manibus, ut in regali capella, antea fuerant delata. In illa canonici solebant Deo laudes quotidianas perolvere; at subinde translatis canonicis in sacellum, quod nunc sancti Michaelis dicitur intra ambitum Palatii, eorum loco substituti sunt monachi occasione corporis sancti Maglorii, quod cum aliis sanctorum pignoribus ex Armorica metu Barbarorum sub rege Lothario Ludovici Transmarini

Tomus VII.

filio Luteciam delatum est anno circiter 965. a Salvatore episcopo Aletheni, hodie Macloviensi, & lociis. Hic enim imprimis cum Parisiis subsistere constitisset, si Hugo dux Francorum & comes Parisiensis potestatem ibi commorandi faceret, & tribueret locum ubi sanctorum componeret reliquias, confiderent ipsum adit ducem, qui qua religione pollebat, ultro non solum basilicam S. Bartholomæi contulit, ubi sanctorum pignora XVI. cal. Novembris collocata sunt, verum etiam cum pacatis rebus aliquot Salvatoris loci sacras reliquias reportare vellent, ab eis exegit Hugo comes, ut sancti Maglorii corpus in basilica S. Bartholomæi remaneret, quam idcirco ampliavit, in honorem sancti Bartholomæi & S. Maglorii dedicari fecit, novisque auxit reditibus, in eaque monachos ad divinum officium peragendum constituit, quibus semper abbatem ex propria congregatione præfisse tam regali quam sacerdotali auctoritate stabilivit. Exstat tomo tertio historiæ Parisiensis pagina 39. charta regum Lotharii & Ludovici factam ab Hugone Magno duce Franciæ, patre Hugonis Capeti fundationem abbacie sancti Maglorii confirmantium circa 980. quam & Sauvalius tomo primo Antiquitatum Parisiensium pag. 280. & 576. eidem Hugoni patri acceptam refert circa annum 975. Sic etiam hoc de monasterio Helgaudus habet in epitome vite Roberti regis: *Hugus, inquit, incliti regis avus Hugo, pro pietate, bonitate, fortitudine Magnus dicitur, monasterium sancti Maglorii confessoris Christi in civitate Parisius simul cum silo construens nobiliter, monachos sub regula patris Benedicti vivere paratos ibi collocat, &c.* Solus tamen Hugo Capetus circa 975. fundator audit in privilegio, quod Henricus I. Francorum rex concessit Reginaldo abbati sancti Maglorii, quem locum, ait, *pie memoria Hugo avus noster fundaverat, &c.* Huic auctoritati concinunt litteræ Ludovici de Monteforti abbatis sancti Maglorii sub annum 1294. in hæc verba: *Quoniam factorum predecessorum nostrorum memoria labitur velut aqua, leve non existit omnia memoria commendare; ideoque ego Ludovicus natione Montisfortis (in diocesi Carnotensi) ecclesia S. Maglorii Parisiensis humilis abbas ad futurorum & presentium solertiam & commodum tam de fundatione ipsius ecclesie, &c. hunc librum pro registro fieri volui & præcepi: sic autem exorditur: Sicut in nostris privilegiis continetur, vir magnificus & nobilis Hugo Chapet marescalus Franciæ, filius Hugonis Magni ducis & Halvide sororis Otonis I. imperatoris ecclesiam nostram in honore S. Bartholomæi & sancti Maglorii juxta palatium regis Franciæ, annuentibus Lothario & Ludovico, qui tunc nominabantur reges augusti, fundavit, & plurima donaria, pluresque possessiones per se & per alios nobiles acquisivit; ad cuius & dictorum regum assensum existit ordinatum & præceptum, quod extunc inibi institueretur abbas ceterum locum & monachos ibidem degentes sub normali custodia in perpetuum tractaturus, prout continetur in charta donationis, que sic incipit: In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi Lotharius & Ludovicus, &c. Hanc supra laudatam recudimus in appendice nostra, ubi maxime notanda duo, beneficentia scilicet Hugonis*

Tom. I. Hist. Univ. Paris. pag. 280.

Ch. XLII. col. 22.

V ij

Magni erga hanc ecclesiam, dum adhuc per canonicos administraretur, & ejusdem post inductos monachos omnimoda exemptio a cujlibet episcopi, etiam Parisiaci, jurisdictione, quam postea ipsissimis verbis Robertus rex confirmavit. Porro inter illas res, quae prius ab Hugone Magno datae memorantur in charta laudata Lotharii & Ludovici regum, habetur capella suburbana haud procul a moenibus, sita in vico S. Dionysii. Haec primum sub nomine sancti Georgii dedicata fuerat, tum vero destinata monachis sepeliendis, S. Maglorii nomen praeferebat. Duo successu temporis monachi presbyteri ad ejus ministerium attributi sunt anno 1117. illisque assignata alimonia rogatu Guinebaldi abbatis S. Maglorii, quod rex Ludovicus VI. ratum esse voluit. Paucis autem post annis, cum monachi sancti Maglorii locum monasterii & pro populi & adium frequentia nimis coarctatum animadvertentes, illius sedem ad suburbanam modicam transferre statuerunt. Anno itaque 1138. ad oratorium memoratum, seu capellam sancti Georgii & S. Maglorii commigrarunt, & secum S. Maglorii corpus aialiae reliquias transfulerunt; primaria vero illorum basilica, sub solo, ut antiquitus, sancti Bartholomaei patrocinio deinceps parceia fuit, seu ecclesia baptismalis, cui presbyter administrandae praepositus est, sic tamen ut duo ibidem monachi remaneret, quorum unus prior diceretur, & eo nomine multa obtineret jura; inde nata postea dissidiorum causa, quae conventionibus initis terminata sunt. Tameñ autem ad aliam sedem translati monachi, non ideo tamen bona & jura antiqui sui monasterii amiserunt; quinimo rex Ludovicus VII. eadem ipsis confirmavit litteris Luteciae datis anno 1159. quibus & asserit abbati S. Maglorii dignitatem capellani regum, decernens ut hoc nomine in aeternum fruatur quatuor prebendis ejus capellaniae addictis, prima scilicet in ecclesia cathedrali, altera in abbacia S. Germani; quae sint aliae duae, charta non memorat, sed alterum fuisse apud Silvanectum & ultimum apud Melodunum ex eo colligitur, quod abas sancti Maglorii semper illas possederit. Denique hoc diplomate statutum, ut abas quatenus regis capellanus, ejusdem domus, quoties ad curiam accederet, commensalis habeatur.

Longe diverso modo se gessit Catharina Medicea regina mater regis erga abbatium sancti Maglorii, quam seculari voluit, & ut uniretur mensis episcopali Parisiensi obtinuit bullis Pii IV. pontificis an. 1564. & Gregorii XIII. 1575. cui negotio perficendo senatusconsultum accessit 24. Nov. 1581. Inter haec 1572. cum eadem regina monasterium penitentium Puellarum in adibus Aurelianensibus situm ad construendum palatium, quod modo Suesionense vocant, delegisset, has puellas ad monasterium Maglorianum, quod in vico Dionysiano hucusque permanerat, transferre decrevit. Quapropter die 17. Septembris ejusdem anni translati sunt monachi Magloriani ad domum hospitalalem seu praepatorium sancti Jacobi de Alto passu, quae sancti Maglorii ob ejusdem huc allatas reliquias nomen obtinuit. Hanc nihilominus translationem non prius firmavit Gregorius XIII.

quam die prima Martii anni 1580. nec ante scriptam ejusdem mensis anno 1586. bullam pontificiam senatus Parisiensis in commentario retulit. Tuic temporis Magloriani monachi a pristina disciplina deliquerant, ad quam ut eos revocaret episcopus Parisiensis & abas, obtinuit edictum a senatu Parisiensi die Jovis 13. Februarii ejusdem anni 1586. quo priores Caelestinorum & sancti Martini de Campis cum Jacobo Brisard senatore & altero vices agentibus procuratoris generalis pro rege, ad hanc provinciam suscipiendam destinantur. Qualem exitum ea res habuerit, ignoramus, sed malum suspicamur; namque tandem Henricus de Gondi cardinalis de Retz & abas obtentis a rege litteris anno 1618. mense Julio, quas die Jovis 7. Februarii insequentes senatus Parisiensis in commentario retulit, exstinxit penitus Maglorianum monasterium, substituto seminario ad informandos clericos, cui moderando praepositus congregationis Oratorii Domini Jesu presbyteros an. 1620. die 20. Februarii, qui mox eodem anno die prima Martii pactationem cum monachis fecerunt; hisque omnibus accedente bulla Gregorii XV. data 7. Augusti 1621. eaque fulminata per officalem Silvanectensem ultima Julii 1623. tum demum Oratoriani presbyteri in possessionem mensis capitularis die 16. Januarii 1624. inmissi fuere. Restat ut qui hoc monasterium quamdiu perliit rexerunt commemoremus abbates.

#### SERIES ABBATUM.

**I. JUNANUS** abbas sancti Maglorii Lehonensis in Armorica, una cum Salvatore episcopo Aletheni temporibus Lotharii & Ludovici regum & Hugonis Francorum ducis & Parisiorum comitis, cum corpore S. Maglorii & reliquis aliorum sanctorum octodecim Parisios accessit, quorum gratia regalem sancti Bartholomaei capellam ab Hugone consecutus, congregatus illic monachis primum titulo abbatis praefesse cepit circa annum 965. uti refertur in historia translationis sancti Maglorii scripta tempore Roberti regis, illicque perliuisse videtur ad annum 1000. qui demum sub Roberti regis principatu mortem obiit cum Salvatore episcopo Aletheni. Uterque sepultus est in coemeterio extra urbem ad aedem tum sancti Georgii nuncupatam, quae ab Hugone, ut diximus, cum ecclesia S. Bartholomaei data monachis fuerat. De his sic loquitur vetus auctor: *Circa his diebus Salvatore episcopo, necnon venerabili abbate Junano a corpore migrantibus, eorum corpora apud ecclesiam in honore pretiosi martyris Georgii, necnon & B. Maglorii constructam, extra muros urbis Parisiaca sitam, reverenter sunt tumulata.*

**II.** Harduinus ex predicta historia S. Maglorii translationis, obtinuit interventu Roberti regis, ut Berengarius Britannorum comes Parisiaca S. Maglorii ecclesiae daret ecclesiam Lehoniensem prope Dinanium in Armorica, ubi S. Maglorii corpus olim quieverat; ad quam mox Harduinus sex misit monachos, qui praedictum Lehoniensem monasterium in pristinum statum restituerunt. Haec tamen perliat haec Lehonienfis cella conventualis sub Majori monasterio & reformata sancti

T. 1. Annot. Maran. vol. 107.

Idem vol. 107.

Chart. LXXXIII. fol. 69.

Chart. CLXXXV. fol. 135.  
Charta CLXXXV. fol. 139.  
Hist. Paris. tom. 1. pag. 709. & 711.

Hist. Paris. 1. V. P. 179.

Hist. Paris. 1. V. P. 61.

Hist. Paris. 1. V. P. 177.

T. 3. Annot. Senod. pag. 719.

Charta  
xxvii. col.  
35.

Mauro congregatione. Exstat in appendice nostra documentum regnante Roberto rege adoleſcentulo in anno ſecundo cum glorioſa matre ſua Adelaide regina, quo rex ſignificat ſe per deprecationem glorioſe genitricis ſue Adelaidis regine, & per exhortationem domini Hugonis educatoris & conſiliiatoris ſui dare congregationi SS. Bartholomaei atque Maglorii quamdam villam ſitam in loco Petroſi vadi, &c.

III. Reginaldus abbas coenobii ſanctorum Bartholomaei apoſtoli atque Maglorii archipreſulis, ſiti juxta aulam Palatii duo præcepta obtinuit ab Henrico I. rege, quorum altero anni 1030. \* melius 1031. vel etiam 1032. eccleſia B illius villæ, quæ vocatur Buxoria, liberam ab omni exactiõne ac redhibitione cuſſilibet dignitatis perſonæ conceſſit, & villam Vadipetroſi, quam Robertus rex dederat, confirmavit; altero vero anni 1033. regni ſecundo nonnulla bona, quæ dederat vir religioſus Albricus cum uxore Mamburge, ſita inter baſilicam ſanctæ Genovefæ & ſancti Stephani ac ſanctæ Mariæ, cujus eccleſia in campis poſita eſt, aſſeruntur. Hic eſt, ut putamus, de quo ſic habet necrologium S. Germani a Pratis editum ad calcem hiſtorie editæ: *111. monas Septembris depoſitio domini abbatis Runaldi ſancti Maglorii.*

IV. Robertus I. e monacho ſancti Petri Carnotenſis fuit abbas ſancti Maglorii Parienſis anno 1042. ex tabulario ſancti Petri Carnotenſis.

V. Ulricus I. monachus item ſancti Petri Carnotenſis fuit inde abbas ſancti Maglorii an. 1047. ex tabulario ſancti Petri Carnotenſis. Ejus aut Ulrici II. obitus dies notatur xviii. cal. Februarii in necrologio laudato ſancti Germani a Pratis, & xix. cal. in necrologio S. Petri Carnotenſis, his verbis: *D. Ulricus abbas S. Maglorii Parienſis monachus noſtræ congregationis.* Num etiam idem qui Widricus in rotulo Mathildis abbatiffæ Cadomenſis!

VI. Haimo & Haimon ſedebat tempore Gauridii epifcopi Parienſis & Johannis decani, quo Gerelmus ſeu Gerlinus miles poſt quaſdam alterationes huic unum gurgitem in Sequana ſubter Millepaſſus dimiſit. Circa id tempus, anno ſcilicet 1072. Philippus rex coenobio S. Maglorii datas a Simone milite de Caſtro Montisfortis eccleſias ſanctorum Petri apoſtolorum principis atque Laurentii archidiaconi & martyris, quæ in eodem caſtro ſite ſunt, laudavit charta in appendice relata. Inter epiftoſas S. Anſelmi tunc abbatis Becceſis habetur decima quarta libro ſecundo circa annum 1078. ex qua liquet Benedicium monachum S. Petri ſupra Divam Pariſis ſtudenti cauſa ad monaſterium ſancti Maglorii profeſſum fuiſſe, quod ſine proprii abbatis licentiã fieri non poſſe profitetur. Is eſt Haimon abbas negligens, cujus incuria ruit monaſtica diſciplina, ut patet ex charta Philippi regis, qua ſancti Maglorii monaſterium Majori ſubjicit monaſterio anno 1093. Vide tomum quintum Annal. Bened. pagina 310. De Haimone ſic habet laudatum S. Germani Pratenſis necrologium: *v. calend. Junii Haimo abbas ſancti Maglorii Parienſis noſtræ ſocietatis.* Memoratur

& in rotulo Mathildis abbatiffæ Cadomenſis.

VII. Ulricus III. ſeu Odolricus interfuit ſynodo Pariſis habitæ iv. nonas Decembris anno 1104. ex tomo tertio Spicileg. pagina 130. vel 1105. ex tomo ſecundo hiſtorie eccleſiæ Pariſienſis pag. 75. in qua Philippus rex, dictus Auguſtus, cum Bertrada ſuperinducta muliere ab excommunicationis vinculo, jubente ſummo pontifice, ſolutus eſt. Vide appendicem tomi tertii novæ Galliæ Chriſtianiæ col. 78.

VIII. Guinebaldus petiit a rege facultatem ad capellam juxta Campelloſo ſitam, in honorem ſanctorum Georgii martyris atque Maglorii conſeſſoris conſecratam deſtinandi duos ſacerdotes monachos, qui Domino ibidem diu noctuque deſervirent, aſſignatis concorditer cum eîs ex rebus matris eccleſiæ, id eſt abbatie, unde honeſte & quiete vivere poſſent. Annuet rex Ludovicus, & ut hæc inſtitutio, inquit, tam a noſtra excellentia aſſentiente, quam a fratrum poſſulantium caritate rationabiliter diſpoſita gravior & magis ex affectuoſa voluntate fieret, & ut in aliquo matrem eccleſiam non gravaret, Henricus Lotharingus prædictæ capellæ reparator, & quibuſcumque modis valet benignus auxiliator, ad capellam, in qua corpus B. Maglorii requieſcit, ſuperargentandam, quæ propter matris eccleſiæ neceſſitatem ex communi aſſenſu fratrum fuit diſparata & detecta, duodecim marchas argenti, & ſanctæ matri eccleſiæ ſancti Maglorii ad communem uſum fratrum unum torcular apud Karronam villam perpetualliter poſſidendam dedit, & quidquid habebat in vadimonio ſuper duo thuribula argentea & calcem argenteum eidem abbatia condonavit, atque ad prædictæ capellæ reparationem unum arpennum vineæ apud Karronam, & duas arpennos terre apud Millepaſſus in perpetuum contulit habendos. Hanc inſtitutionem ſi quis præſumerit violare, a Gerberto Pariſiorum epifcopo & a Guinebaldo abbate rex jubet excommunicari. *Actum anno Domini M. cxxvii.*

D. regni nono. Habetur & alia Ludovici VII. regis charta de inita quondam inter genitorem ſuum Ludovicum regem & Guinebaldum abbatem conventionem, quam ipſe ratam habet diplomate ſcripto publice Pariſis anno 1138. ſed longe antea deſunctus erat Guinebaldus; nam

IX. Widmundus abbas teſtis memoratur in charta Analrici comitis Ebroicenſis & domini Montisfortis donationem cujuſdam Nivardi filii factam eccleſiæ beati Maglorii & ſancti Laurentii confirmantis, anno 115. regnante Ludovico rege, indiſtione prima, qui characteres conveniunt anno Chriſti 1123.

X. Petrus I. præerat 1129. quo anno ipſius precibus Ludovicus rex coenobio conceſſit piſcationem in Sequana a ſuperiori parte inſulæ beate Mariæ uſque ad magnum Pariſiorum pontem, ita ut niſi preſentibus monachis, arte aliqua piſcatoria, excepto gurgite epifcopi, nullus ibidem audeat piſcari. *Datum per manum Simonis cancellarii anno 1129. \* regni xxi. annuente Philippo filio Ludovici hoc ipſo anno in regem coronato.*

XI. Robertus II. eodem anno 1133. regni xxvi. Ludovici obtinuit ab hoc principe exemptionem a conſuetudine, quam tallium vocant, pro

V iij

\* Chapin  
l. 3. Sacra  
poſticia pag.  
286.

T. 1. Ancha  
Metræ. col.  
344.

Ch. xliiii.  
col. 37.

Tom. vi.  
Annal. Be-  
ned. p. 180.

\* 1128.  
l. 1. Ancha.  
col. 371.

villa monasterii, quam *Regias* vel *Reyas* dicunt. Memoratur idem abbas in charta Ludovici VII. regis anno 1138. regni tertio factam olim inter genitorem suum Ludovicum & Guinebaldum abbatem quandam pactionem confirmantis. Hoc anno, ut diximus, Magloriani monachi ad suburbium sancti Georgii, seu S. Maglorii capellam commigrarunt. Anno 1141. molendinum in suburbio Silvanectensi positum dedit ecclesie sancti Vincentii Silvanectensis per manum Balduini ejusdem ecclesie abbas ad *trecentum* duorum modiorum cum dimidio, mensuræ Parisiensis, de consensu utriusque capituli perpetualiter possidendum, ita videlicet, ut acetæ sancti Vincentii triginta frumenti minas & totidem avenæ, hoc est duos modios cum dimidio S. Maglorio reddant, quod si tamen ecclesia S. Vincentii ad ordinem monachorum quandoque transferri, ipsum molendinum ad possessionem sancti Maglorii revertatur. *Signum Hilduini abbas sancti Victoris.* Insequenti anno 1142. Ludovicus rex Francorum & dux Aquitanorum ad supplicandum monachorum necessitatibus, licentiam tribuit construendi molendinos in fluvio Secanæ, sub villa eorum *Reyas*. Actum Parisiis anno 1142.

XII. Balduvicus, qui & Baldoius an. 1147. regni Ludovici Junioris undecimo chartam immunitatis suis de Bria hospitibus dedit, præterquam hospitibus de Villari. Circa 1150. idem Balduinus quoddam molendinum sanctimonialibus de Edera concessit sub annuo censu trium solidorum. Testes Girelms prior & abbatissa Clementia, &c. ex tabulario Ederæ.

XIII. Petrus II. sedebat 1152. regni Ludovici anno XVI. quo rex cum abbate quatuor feminas in villa de Charrona partitus est. Anno 1156. tempore Clementis decani ecclesie Parisiensis nonnulla cum canonicis sancti Mederici commutavit de consensu canonicorum ecclesie Parisiensis. Monasterii possessiones obtinuit confirmari ab Adriano IV. summo pontifice anno 1158. & a Ludovico rege 1159. cujus in diplomate ad calcem voluminis descripto distinguitur ecclesia S. Bartholomæi & S. Maglorii cum terra ex utraque parte adjacente, a loco ubi abbatia sita erat. Enatam hunc inter abbatem & Boosum S. Leodegarii presbyterum de quadam procuratione discordiam Gossenus episcopus Carnotensis definivit, teste Roberto decano ecclesie Carnotensis. Denique is esse videtur Petrus, cui Almaricum de Hanchis, &c. quædam controversa dimisisset Robertus episcopus Carnotensis litteris testatum reliquit.

XIV. Helias monasterii camerarius tempore Balduini abbas, scripsit abbas ipse litteras anno 1174. hominibus de Pampho & aliis, in quibus Petrum antecessorem suum vocat. Ejus temporibus Alexander papa III. rogatu Ludovici VII. regis scripta Petro S. Chirlogoni presbytero cardinali sedis apostolicæ legato epistola, S. Maglorii monasterium commendat, tomo quarto Duchesnii pag. 565. Cum circa id tempus hunc inter abbatem & Durandum priorem domus Lehonienfis prope Dinanium in Armorica super hac ipsa domo con-

troverfia verteretur, in eo posita, quod monachi Lehonienfis abbatem sibi creare vellent, nec amplius abbati sancti Maglorii Parisiensis subjacere, jamque ad apostolicam sedem appellatione facta, partes demum convenissent de arbitris archiepiscopo Turorensi, & abbatibus sancti Germani a Pratis, ac sancti Petri Carnotensis, his placuit de consensu partium ut Lehoniense monasterium cum suis omnibus pertinentiis in jus proprium & perpetuum Majoris monasterii cederet, & sic a proprietate & subjectione sancti Maglorii Parisiensis absolutum Majori monasterio in perpetuum remaneret. In cujus compensationem monachi sancti Maglorii Parisiensis tres cum suis omnibus pertinentiis a monachis Majoris monasterii acceperunt obedientias, seu cellas, de Versaliis scilicet, de Calvo monte & de Chalifer. Existat ea de re litteræ Helie abbas S. Maglorii ad fratres Majoris monasterii anno 1181. quibus prænominatis assentiens, Durandum & socios ejus a professione, quam in Parisiensi S. Maglorii cœnobio fecerant, absolvit, & eos liberos fratris capituli Majoris monasterii concedit. Testis Hugo abbas S. Germani de Pratis, qui & propriis litteris caulam & judicium exposuit. Albertus quoque Cauloviensis episcopus, & R. dominus Dinanii, necnon Bartholomæus Turorensis archiepiscopus hanc vicariam cessionem, seu permutationem approbavit, quam & Philippus rex ratam habuit anno 1182. regni tertio, ubi, quod notandum; ecclesiam sancti Maglorii propriam vocat *nostram capellam*, ac denique Lucius papa III. dato diplomate 111. idus Maii anno 1183. confirmavit. Helie abbas & ipsius conventui novem solidi conceduntur a Johanne milite de Monasterio filio Frogerii camerarii, sub chirographo Mauricii episcopi Parisiensis anno 1184. mense Februario episcopatus XXV. Testes Petrus decanus S. Germani Autisiodorensis & Theobaldus abbas Herivalis. Eodem anno Petrus episcopus Carnotensis huic abbati litteras dedit pro hæc diœceses ecclesiis, quæ ad jus & collationem abbas sancti Maglorii pertinebant. Nominatur Helias in charta Gilie abbatissæ Fontis-eldaldi de controversia inter sorores Altæ bruerie & conventum sancti Maglorii anno 1185. Testes, seu potius arbitri, G. abbas sancti Victoris, & R. prior sancti Martini de Campis. Idem quam hospitibus de Pampho, de Villa abbas, de Chatpendu, &c. libertatem concesserat Petrus antecessor, hanc iisdem condonavit Helias, quæ de re ipsius chartam se vidisse testatur anno 1274. Stephanus Sacri portus, seu Barbelli, Arnaudus E. de Bonoloco, & Guillelmus de Ribeto, seu Riveto Cisterciensis ordinis abbas. Pervenisse ad annum saltem 1187. dicitur Helias, quo scilicet a Reginaldo Carnuteusi episcopo petit ut capellæ apud Hennemontem monasterio factam donationem confirmaret. At incompetum est utrum ad illum referri debeat donatio unius modii frumenti melioris annui census an. 1190. facta ecclesie sancti Maglorii a Wilhelmo Lupello domino de Mery pro compensandis damnis multiplexibus, quæ famuli ejus dicte intulerant ecclesie, idque doni Reginaldus episcopus Carnuteus confirmavit.



XV. Martinus solum innotescit ex martyrologio Gallicano Andree Sauffaii, qui ad diem 3. Maii refert hanc haberi festam & feriatam a populo civitatis Trajectensis ad Mosam, ob solemnem expositionem & adorationem geminæ crucis & vitali sancti Salvatoris ligno, alate Constantinopoli a Martino abbate sancti Maglorii Parisiensis, qui post abdicatum regimen crucisignatus Constantinopoli aduersa, quando hac urbe a Francis & Venetis anno 1203. expugnata, imperiale sacrarium victoribus dispersum fuit, unde ipse has cruces acceptas Philippo Germaniæ imperatori postmodum dedit, qui demum eas Trajecti ad Mosam in parcellis B. Mariæ collegiata ecclesia deposuit. Ex quibus conijcere est Martinum sedere potuisse intra annos 1190. & 1196.

XVI. Gerbertus, Gebertus, Gobertus, & Jobertus, seu Josbertus, sub Gerberti nomine reperitur abbas 1196. quo anno Philippo de Levis & Alexandro ejus filio quiddam habebat in decimis duarum carrucarum terræ in exertis seu effatis silvæ Aquilinæ ex dono regis, possidendum in perpetuum cessit, sub hominii sibi præstandi obligatione. Anno sequenti 1197. Simon dominus Montisfortis in gratiam Geberti abbatis sancti Maglorii nonnulla monasterii bona jure morticinæ possessionis donat, e schedis D. de Gagneres, & que ipsius antecessores ecclesiæ sancti Laurentii de Monteforti concesserant, Geberto abbati confirmat. Anno 1199. Innocentii papæ III. ope implorata contra Suffredum presbyterum in parochiam Essartorum intrusum, judices in partibus obtinuit, per quos ab officio & beneficio amotus est Suffredus, quod a sancti Maglorii abbate, solo hujus ecclesiæ patrono haud fuisset nominatus. Litigavit Jobertus abbas cum O. Parisiensi episcopo 1201. de *tonleio* apud Parisios & Charronam, quod abbas inita pactione episcopo dimisit, posteaque ad censum accepit. Anno 1203. mense Augusto centum jugera terræ apud Pamphum Stephano Glade de Monsteriolo dedit sub annuo censu. Eodem anno G. abbatè Odo Parisiensis episcopus visitatum monasterium multo ære alieno gravatum reperit, summa videlicet 54. librarum; quapropter statuit episcopus, ut omnes abbatæ reditus, nempe cameræ & capiceriæ, in unum collecti duobus fratribus in festo B. Johannis Baptiste ad quinquennium administrandi committerentur. Circa id tempus Josbertus abbas una cum Johanne sancti Victoris, Odone Herivallis, Thoma Hermeriarum, Nicolao Montis æstivi & Achone seu Athone Livriaci abbatibus exemplar præcepti Roberti regis pro monialibus Argentolii cum ipso authentico contulisse legitur. Sponte sua haud multo post Gerbertus abdicavit, ut liquet ex hac brevi charta: *Reverendo patri ac domino Odoni Dei gratia Parisiensi episcopo humilis conventus sancti Maglorii salutem & debitam obedientiam. Noverit paternitas vestra, quod cum G.\* quondam abbas noster cura & administrationi ecclesiæ nostræ sponte resignasset, Ludovicum fratrem nostrum & commonachum unanimiter & concorditer elegimus.*

\* Guillelmus, ex Gerardo Dubois tomo secundo hist. ecclesiæ Parisiensis pag. 381. laudante chartularium bibliothecæ regiæ, ex quo novum hunc induxit abbatem, qui minus placet.

A XVII. Ludovicus I. ex cessione libera precedentis G. ut supra, concorditer electus est circa 1207. ut exillimant Gerardus Dubois, pro cuius installatione, centum solidos, aut ex illis annum fructum exigere Parisiensem archidiaconum certior factus Innocentius papa III. talem exactiorem uti rationi contrariam & sanctorum patrum institutionibus inimicam districtus inhibuit epistola 143. libro XIV. data III. nonas Octobris anno pontificatus XIV. hoc est 1212. Idem Ludovicus una cum presbytero sanctæ Genevove de Nemore controversiam habuit aduersus Thomam dominum Brueriarum, quam Petrus episcopus Parisiensis anno 1209. mense Julio terminavit; & cum eodem episcopo concordiam iniiit hoc anno super decima cujusdam loci Sequiniaci appellati. In quadam scheda domini du Fourny, quæ quondam historiam genealogicam & chronologicam magnatum Franciæ accuravit, legitur *Eudo* abbas S. Maglorii 1215. sed exilimo legendum *Ludo*. Adeo ut sit unus & idem Ludovicus, qui prima quoque duntaxat nominis littera L. designatus occurrit 1221. mense Octobris, ac per integrum nomen annis ante & post pluribus. Ludovicus enim anno 1217. de novallis Aquilinæ silvæ cum Præmonstratensibus Grandis campi transiit, carbitris abbate sancti Johannis & decano ac præcentore Senonensis ecclesiæ; qua de re cum auctoritas concilii Lateranensis III. ab utraque parte laudaretur, ne res ulterius ambigua remaneret, eodem anno 1217. suo jam ante hoc concilium decimæ de novallis percipiendæ monasterio indultum privilegium obtinuit confirmari ab Honorio papa III. pontificatus ejus anno tertio. Cum B. Auculfo Gaudii vallis in diocæsi Carnotensi primo abbate necessitudine conjunctus, de nonnullis cum eodem egit anno 1222. Reperitur anno sequenti in charta prioratus sancti Thomæ de Sparnone a Majori monasterio dependents, 1224. mense Octobri in festo sanctorum Simonis & Judæ, & 1229. mense Julio in charta Gaudii vallis. Exortæ capitulum inter Parisiense & Theodoricum de Corbolio controversiæ fuit arbiter 1227. mense Maio. Composuit anno 1228. mense Julio cum nobili viro Amalrico comite Montisfortis de commutatione summi sui de Monteforti & banneriorum suorum, ex regesto chartarum ad comitatus Montisfortis & Drocarum pertinentium fol. XLIII. verso, ubi & 1229. cum eodem Amalrico nonnulla permutasse legitur. Eodem quoque pacificatur anno cum Hervæo monasterii de Jardo secundo abbate. Anno 1231. mense Augusto unum jugerum vineæ sitæ apud Monz in dominio suo, quod obnoxium octo denariis & ob capitalis census R. abbas & conventus Vallium Cernaii ex elemosina defunctæ Margarietæ domine de Monz possidebat, eidem abbati & conventui possidendum in perpetuum concessit pro sex solidis, tribus denariis & ob incrementi census annuatim reddendis in festo sancti Remigii, cum censu capitali memorato. Recognovit anno sequenti mense Januario in vigilia Epiphaniæ, debere se singulis annis ecclesiæ Fossatenti quinque solidos censuales pro quadam portione terræ, quam

Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 284.

apud villam Nongentum acquisierat. An. 1234. A  
Guillelmus episcopus Parisiensis exortam querelam Ludovicum inter abbatem & curionem S. Bartholomæi de pluribus consuetudinibus, quibus observandis, ut assererat abbas, curio tenebatur, sopiavit. Obiisse hoc anno Ludovicus videtur ex dicendis, & idem esse ac Ludovicus abbas sancti Maglorii & secretarius S. Martini de Campis, qui pro pitancia dedit viginti solidos Parisienses, ut pro ipso diceret officium, ex tabulario sancti Martini de Campis explorato per D. de Gagneres.

XVIII. Andreas memoratur abbas 1235. in charta majoris pastoralis, is haud dubie, cui confirmato a Guillelmo Parisiensi episcopo, monachi supplicanti regi ut regalia dimittat anno 1234. ex thesauro chartarum. Anno 1237. mense Martio dedit ad censum Rogerio Chauccio cloacas domus prioratus sancti Bartholomæi. Compromisit anno 1239. cum Mattheo presbytero de Essartis coram Alberico Carnuteni episcopo; cumque hoc antillite pepigit anno 1241. de sex modis bladi in Ramboletio sumendis feria vi. ante Dominicam Palmarum. Reperitur 1243. mense Martio & 1244. mense Novembri, quo compromisit cum priore Montisfortis; & iterum in magno pastoralis ecclesie Parisiensis anno 1245. ad quem etiam abbatem referuntur acquisitio domus in vico sancti Martini pro capicerio anno 1247. & concordatum pro quadam vinea cum Odone de Mafchiello milite anno 1248. mense Julio. Hic autem est Andreas, qui cum fratre Anselmo, lege Afcelino S. Victoris, & fratre Theobaldo sancte Genovefe abbatibus privilegium Philippi Francorum regis concessum Eudoni se Maire & toti ejus stirpi anno 1085. regni 25. se vidisse & de verbo ad verbum legitis testificatur, tomo secundo Universitatis Parisiensis pag. 39. ubi perperam ad annum privilegii ea testificatio refertur.

XIX. Gaufridus occurrit abbas 1263. in veteri Gallia Christiana, & 1270. mense Novemb. quo vicaria cessione cum parochia & parochianis S. Lupi & S. Egidii, his undecim solidos census in quadam platea, ubi eorumdem sanctorum ecclesia fundata est, cessit, totidemque illi solidos Parisienses incrementi census, quos habere se dicebant in dominio abbatis, eidem cefferunt. Sub hoc igitur abbate anno 1269. contigit quod in regesto primo Parlamenti Omnium SS. Olim appellatur legitur, abbatem & conventum S. Maglorii coram S. Ludovico rege contendisse cum præposito Parisiensi, eo quod hominem propter suspitionem multi comprehendisset in terra, cujus iustitia ex dono regis conventui facta ad ipsum pertinebat, qua de re sanctus rex, inspecta diligenter donationis charta, voluit, habito consilio, cum usus in contrarium non appareret, hominem reddi ipsi abbati & conventui iustitandum per eos super multo hujusmodi. Abdicavit Andreas anno 1272. die Martii post festum Purificationis B. Mariæ, adhuc superiles 1283. quo dictus quondam abbas bonæ memorie pro sua pensione habebat decimam de Meriaco, de Marolio, & de Essartis regis. Vivere desit 1286.

XX. Ludovicus II. de Monteforti sic dictus

a natali loco in diecesi Carnotenſi, monachus sancti Maglorii, per cessionem Gaufridi electus est abbas anno 1272. die Jovis post Dominicam, qua cantatur *Reminiscere*, ut docet hoc instrumentum:

*Reverendo patri ac domino in Christo suo reverentissimo S. Dei gratia Parisiensi episcopo, frater Ricchardus prior monasterii sancti Maglorii Parisiensis, totusque ejusdem loci conventus, salutem & cum omni reverentia & honore obedientiam, tam debitam quam devotam. Monasterio nostro pastore per resignationem religiosi viri fratris Gaufridi quondam abbatis nostri monasterii vacante, vocatis omnibus monachis dicti monasterii, qui potuerunt, voluerunt, & debuerunt electioni futuri abbatis interesse ad diem Mercurii post Reminiscere, ad tractandum de electione futuri abbatis, seu ad providendum dicto monasterio de abbate, eademque die missa sancti Spiritus primitus celebrata, campana capituli pulsata, congregatisque in dicto capitulo qui voluerunt, potuerunt & debuerunt interesse, sermone ibidem celebrato, sancti quoque Spiritus gratia invocata, habitisque quibusdam tractatibus super electione predicta, communitur & concorditer ab omnibus continuata, seu prorogata usque ad diem Jovis subsequentem ad tractandum de predictis, dicta die Jovis campana capituli pulsata, omnibus monachis dicti monasterii congregatis, qui voluerunt, potuerunt & debuerunt interesse in pleno capitulo dicti monasterii ad tractandum de electione predicta, S. Spiritus gratia invocata, & aliis solemnitatibus adhibitis, quæ in talibus consueverunt observari, placuit vobis omnibus procedere ad electionem dicti abbatis seu provisionem dicto monasterio de abbate, per viam compromissi; qua die consensus & elegimus quatuor de nostro monasterio fratres dignos, & unanimes compromissimus in eosdem videlicet nos priorem dicti monasterii, Johannem de Yssiac priorem de Monteforti, Petrum de Balneolis camerarium, & Johannem de Ausergis priorem de Calvo monte, monachos loci predicti, concedentes eisdem quatuor compromissariis, seu arbitrariis predictis potestatem plenariam providendi monasterio predicto de abbate, de aliquo de gremio ecclesie loci predicti, seu ex aliquo quatuor compromissariorum ipsorum, consensientes expresse, quod ille haberetur pro electo & abbate dicti monasterii, qui a predictis quatuor compromissariis electus existeret concorditer in abbatem; limitata sibi potestate predicta usque ad consumptionem unius candele longitudinis unius pedis, prout hoc in literis compromissariis super hoc confectis, & sigillo nostri conventus roboratis plenius continetur. Qua candela in capitulo accessa, dicti quatuor compromissarii sedentes in partem juxta formam & potestatem sibi tractatam, diligenti tractatu super præmissis habito inter ipsos, consenserunt unanimiter in religiosum virum fratrem Ludovicum de Monteforti dicti monasterii monachum, de legitimo matrimonio natum, virum providum & discretum in spiritalibus & temporalibus circumspectum. Qui quatuor compromissarii ad capitulum reversi, presentibus omnibus, & conventui denunciante se consensisse in certam personam præficiendam dicto monasterio in abbatem; deleverunt videlicet nos prior monasterii predicti, Johannes de Yssiac prior de Monteforti & Petrus de Balneolis camerarius dicto Johanni de Ausergis*

*Anfergis compromissario potestatem & mandatum a speciale nominandi & eligendi vice & nomine suo & aliorum prædictorum compromissariorum illum in quem conferant in abbatem; qui dicitur Johannes de Anfergis prior de Cabo monte domnum Ludovicum nominavit & elegit in abbatem dicto monasterio præfidentem in forma que sequitur. Nos frater Johannes de Anfergis prior de Cabo monte vice nostra ac vice & nomine nostrorum compromissariorum prædictorum, & assensu eorumdem, uenon vice & nomine totius conventus nostri S. Maglorii Parisiensis secundum formam & potestatem nobis concessam, nominamus & eligimus fratrem Ludovicum de Montforti in abbatem nostri monasterii S. Maglorii Parisiensis, & ceterum monasterio providemus de eodem. Cui electioni, seu provisioni de se factæ dicitur Ludovicus consensit adhuc durante dicta cancella ardente; & eo ducto, seu deportato ad ecclesiam, ut moris est, una cum totius conventus accedente consensu cantavimus Te Deum laudamus, cum pulsatione campanarum dictæ ecclesiæ in honorem & reverentiam filii Virginis gloriosa. Inde est, quod reverenda paternitati vestræ supplicamus, quatenus electionem prædictam canonice factam seu celebratam a nobis de dicto Ludovico dignemini pietatis intuitu confirmare. Et hoc vobis per præfens decretum super dicta electione factum, & sigillo conventus nostri roboratum, cum supplicatione prædicta duximus intromittendum. Datum & actum anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo secundo die Jovis post Dominicam, qua cantatur Reminiscere.*

Occurrit Ludovicus abbas anno 1283. die festo Sanctorum omnium, & 1284. mensis Febr. in quadam procuracionis charta pro componenda lite. Circa an. 1292. abbati & conventui sancti Maglorii indulisit Nicolaus IV. pontifex, ut fratres in bona paterna succedere possent, feudalibus duntaxat exceptis. Datum *Perusia idibus Febr. pontificatus anno quinto.* Insequentes anni die Veneris post festum sanctorum Simonis & Judæ majoriam suam de Charrona dedit ad vitam Huberto dicto le Vannier. Sub annum 1294. monasterii jurium & possessionum codicem, seu chartularium describi iussit. Eodem anno die Jovis in festo sanctorum apostolorum Simonis & Judæ scriptis litteris significavit Guillelmo de Perigniac clerico religionis habitum assumisse in cœnobio Magloriano, quem cum postea exuisset, & rogatus abnuisset resumere, testatur abbas posse in seculo remanere, utpote qui necdum ulli se voto aut proposito astrinxisset. Anno 1295. die Dominica ante Ramos Palmarum ad petitionem Philippi regis promissit se collaturum beneficium vel cum cura vel sine cura Guerino de Montforti, cum occasio se obtulerit. Reperitur 1297. die assumtæ in cœcos beate Mariz, & mensis Januario ejusdem anni, vel sequentis, quo nonnulla permutavit cum Richardo de Charrona curione S. Pauli Parisiensis. Hic est abbas S. Maglorii, quem Philippus rex scriptis ad eum litteris anno 1298. vocavit ad translationem corporis sancti Ludovici, quæ fieri debebat in basilica Dionysiana eo anno die ipsius obitus recurrente. Obiisse paulo post Ludovicum abbatem certum asserit Gerardus Dubois tomo secundo historiz ecclesiæ Parisiensis pagina 581.

*Tomus VII.*

Verumtamen haud alius esse videtur a Ludovico, qui abdicato regimine legitur anno 1304. pepigisse cum curione sancti Bartholomæi, arbitro Guillelmo episcopo Parisiensis.

Post hunc abbatem dandus esset locus Goberto II. qui 1299. die Sabbati post octabas Candelosæ niolaris des Essars Simoni Pastourel dedisse sub quibusdam conditionibus legitur, si certa esset nota illa chronica 1299. sed legendum suspicatur 1199. quo anno sedebat Gobertus I.

XXI. Galterius & Gausterius reperitur eodem anno 1299. die Lunæ post Ramos Palmarum, & die Lunæ post Natalem Domini. Is est G. memoratus abbas 1301. die Martis post Brandones, quo precibus Johanne reginæ Francorum & Navarræ, cuidam burgenfi de Medunta dedit ad vitam præbendam monachi, vicium scilicet ac vestitum secularum, & in cœnobio mansionem. Occurrit Galterius eodem anno die Mercurii post festum beati Matthiæ apostoli. Anno sequenti 1302. Petro de Gressibus cantori Parisiensi unum verem valoris quinquaginta solidorum Parisienum pro sua institutione donavit. Eodem in discordia inter se mota & priorem sancti Germani in Laya super decimis diarum *coasturarum* terræ sitarum in territorio de Gaudina compromissit die Martis post *Lactare Jerusalem*, prior autem die Veneris sequentis in fratrem Blasum subpriorem, & fratrem Johannem capicerium sancti Maglorii. Memoratur eodem anno die Mercurii post Circumcisionem, & die Jovis post festum sancti Dionysii, quo tanquam patronus ecclesiæ sancti Juliani de Versaliis consensit, ut S. episcopus Parisiensis hanc ecclesiam oneraret annua pensione in gratiam Theobaldi ejusdem ecclesiæ pastoris, qui sua non amplius obire munia poterat. Anno 1305. die Lunæ post *Quasmodo* magistro Thomæ de sancto Arnulfo clerico litteras scripsit, quibus illi scholas de Monteforti regendi potestatem facit

D a festo proximo B. Johannis Baptistæ usque ad annum duntaxat expletum, idque precibus comitis Montisfortis renovat G. abbas 1306. die Dominica, qua cantatur *Jubilate*, usque ad duos annos sequentes continuos & completos. Pepigit eodem anno G. abbas cum Guillelmo Parisiensis episcopo; & hominum excepta a Roberto de Barnay dicto du Limodin Sabbato post *Quasmodo*. Denique reperitur G. abbas die Veneris ante Dominicam *Oculi mei* anno 1306. seu 1307. quo anno Galterus decessit. Hic est fortasse Galterius de Boulay abbas sancti Maglorii memoratus XII. cal. Novembris in secundo necrologio sancti Germani Parisiensis ad calcem huiusmodi editæ pag. cxxxii. Dubitandi tamen eundem esse, locum præbet scheda D. de Gagneres afferentis N. de Boulaio, baptismali nomine lectu, inquit, difficili, quondam abbatem sancti Maglorii vixisse laudabiliter per 64. annos & obiisse anno Domini 1337. XII. cal. Novembris, ex ipsius tumba versus capitulum in claustrum sancti Germani a Pratis, nunc destructo, ubi abbas exhibebatur sacerdotali veste indutus, baculo a latere absque mitra, circa quam tumbam hæc verba se legisse memorat: *Hic jacet bona memoria frater . . . . de Boulay quondam*

X

abbas S. Maglorii, &c. ut supra; adeo ut forsitan quem sodalis noster historiae Sangermanensis auctor Galterium vocat, quo solo nititur conjectura nostra fundamento, æque saltem dici possit Gobertus, qui sequitur, cujus certe regiminis tempus cum anno mortis 1337. notato in epitaphio melius convenit.

XXII. Gobertus II. quem de Fragili curte cognominatum, Gallice de *Fraillcourt* monet D. Vigier Oratorii Domini Jesu prebiter, ac donus Maglorianæ bibliothecæ custos vigilantissimus, anno 1303. die Sabbati ante Dominicam *Misericordie Domini* camerarius erat, monachus & procurator monasterii, at 1307. nuper vacante monasterio, a conventu ejusdem, non petita, sicut consuetum est, a domino rege licentia eligendi, in abbatem electus est, qui confirmatus sibi fecit benedictionis munus impendi, & errore primum continuans, non petita licentia a domino rege, administrationis temporalium dicti monasterii ingressus. Ita regestum tertium *Olim* Parlamenti Omnium sanctorum anno 1307. in quo & hæc adduntur: *Super quibus factis duobus, in quibus jus domini regis lesum fuerat, abbas & conventus predicti misericordiam requirentes, offeruerunt se non per multiam, sed per simplicitatem & ignorantiam attentasse & fecisse predicta. Et cum dominus rex jure suo posset hujusmodi facta proseguere ad infringendam electionem predictam, & cetera que in ipsius juris prejudicium super his attentata fuerant, & bona temporalia dicti monasterii ad manum suam propter hoc facere teneri, ipse tamen plurimum magnorum devotus instantia, facta hujusmodi cum emenda voluit pertransire, & dictum abbatem in suo officio remanere, salvo tamen in omnibus jure suo. Et dicti abbas & frater Gregorius pitanciaris, ac procurator conventus dicti monasterii suo & dicti conventus nomine super hoc ipsi domino regi in manibus magistrorum curie presentium in camera gogioverunt emendam, cujus taxationem idem dominus rex sibi reservavit, & de gratia speciali temporalitate dicti monasterii positam ad manum suam propter hæc duo facta predicta, salvo in omnibus jure suo, deliberavit eisdem & precepit, quod prepositus Parisiensis manum suam auoveret de temporalitate predicta. Inde Gobertus abbas memoratur 1309. die Sabbati post Dominicam *Misericordie Domini*, in charta Guillelmi episcopi Parisiensis, occasione compositionis factæ hujus abbatis consilio ab officiali Parisiensis priorem inter prioratus de Briis S. Maglorio subiecti, & Simonem de Monteforti curionem ecclesie S. Dionysii de Briis super oblationibus, &c. quam compositionem Guillelmus episcopus ratam habuit eodem anno die Veneris in festo beati Marci Evangelistæ datis apud Gentiliacum litteris. Cum abbas & conventu sancti Germani a Pratis anno 1311. compositionem iniiit, qua singulis annis die festo sancti Germani 28. Maii tenetur missam matutinalem ad majus altare monasterii hujus celebrare, cum prius alteram missam deberet in festo sancti Vincentii ratione, inquit, præbende, quam cœnobio sancti Maglorii antiquitus attributam fuisse in ecclesia sancti Germani tellatur Ludovicus VII. rex in diplomate anni 1159.*

Hist. Parif.  
t. IV. p. 28.  
137. &  
Pub. Bb.  
eccl. Gallie.  
pag. 568.

A Insequenti anno 1312. die Martis in vigilia Omnium sanctorum procuratores nominavit ad quadam lites proferendas fratres Odonem de Pamplo monasterii prepositum & Johannem de Roseto, de Rosoy, priorem sancti Bartholomæi. Idem anno 1313. in controversia adversus priorem S. Eligii Parisiensis procuratores edixit fratrem Blasium monasterii prepositum & alios die Jovis post festum B. Marci Evangelistæ. Permutavit anno sequenti die Dominica post festum Omnium sanctorum cum Philippo rege jus patronatus ecclesie parochialis sancti Leodegarii in Laya pro parochia sancti Albini de Lymaco diocesis Rotomagensis. Actum est hoc in gratiam Mariæ reginæ, quam prædictus rex dominam matrem suam vocat, quia patris sui Philippi III. uxor fecunda fuerat, licet ipse et prima genitus esset. Repertus eodem anno die Jovis post natalem beatæ Mariæ 1315. in vigilia S. Marci, ac die Veneris post festum sancti Barnabæ apostoli. Hoc etiam anno veterem domum prioratus S. Bartholomæi Parisiensis dedit ad cenium perpetuum. Die Veneris ante Conversionem sancti Pauli anno 1316. pro illatis monasterio damnis a Reginaldo de Trie comite de Domno Martino, Philippa ipsius vidua vi senatusconsulti Goberto abbati satisfecit. Eodem anno die Jovis post Dominicam *Latare Jerusalem* Gobertus abbas & Guillelmus episcopus Parisiensis in controversia mutua de molendinis episcopalibus & plicatione compromiserunt in Guidonem de Lauduno thesaurarium Sacre capelle Parisiensis & canonicum ecclesie Parisiensis: & hoc compromissum prorogaverunt an. 1317. die Martis post festum sancti Marci Evangelistæ, & iterum eodem anno die Mercurii ante festum B. Johannis Baptistæ, & adhuc tertium die Mercurii ante festum B. Mariæ Magdalene ejusdem anni, suofque præterea procuratores constituerunt, episcopus 1317. die Lunæ post festum B. Mariæ Magdalene, & abbas die Martii post festum SS. Jacobi & Christophori. Anno sequenti 1318. curate inprimis Goberto abbate, Magloriani monachi corpus sancti Maglorii, quod in vasculo conditum erat ab anni 340. in capsam magni pretii ex auro & argento, lapidibusque pretiosis ornatum transferre constituerunt. Hoc opus debet religioni & pietati monachorum, qui sibi de mensa quotidiana aliquid detrahi sustinerunt, ut sumptibus divitis capse quod subtractum sibi esset impenderent. Translationem hæc fecerunt anno 1318. die Dominica post festum sancti Martini ætivalis, ut habent litteræ Guillelmi episcopi Parisiensis, adstantibus Johanna regina Philippi V. tunc regnantis uxore, & Clementia regina Ludovici X. vidua, cum episcopis & abbatibus compluribus & clero urbis universo, qui ad illam specialem mandato Guillelmi episcopi convocatus fuerat. Memoratur idem Gobertus 1320. die Martis post sanctum Pascha, quo anno excepit fundationem Thomæ de Canaberiis, 1321. 1324. Sabbato ante festum beatæ Mariæ Magdalene & 1327. Insequenti procuracionem dedit ad quadam litem proferendam. Die Veneris in vigilia sancti Johannis Baptistæ anno 1329. compositionem

iniit cum parochianis sancti Dionysii de Meriaco, arbitro Simone abbate de Neapha, in quem & alios compromiserant 2. Maii ejusdem anni. G. abbas & conventus sancti Maglorii Parisiensis se recipere profiterentur ab abbate & conventu sancti Germani a Pratis mille libras Turonenses monetæ currentis, ad quas persolvendas condemnati fuerant senatusconsulto monachi Sangermanenses ratione quarundam injuriarum, quas eorum *gentes* ac ministri præpositi S. Maglorii & fratri Jacobo de Mesy intulerant. Datum anno 1330. die Mercurii post festum sancti Barnabæ apostoli, ex authentico. Vide quæ supra diximus in Galterio abbate n. xx. circa finem.

XXIII. Johannes I. reperitur anno 1335.

XXIV. Bricius compromissum fecit cum Mattheo S. Maglorii monacho de juribus præposituræ anno 1360. ipsumque renovavit 1375.

XXV. Richardus ecclesiæ S. Maglorii benedictus abbas promissi obedientiam præstitit Petro episcopo & ecclesiæ Parisiensi, ex libro nigro capituli Parisiensis; sed cum plures episcopi fuerint Petri nomine donati, ad quem illorum id referendum sit, certo definire non valemus.

XXVI. Mattheus I. Bruni, abbas S. Maglorii reverentiæ & obsequii sacramentum præstitit ecclesiæ Parisiensi die 3. Februarii anni 1387. ex libro nigro capituli Parisiensis. Memoratur 1398. die 8. Maii, 1399. seu 1400. 13. Februarii feria sexta, 1400. 10. Jan. seu 1401. 1402. die 2. Decembris & 1405. feria tertia 29. Dec. Vacabat sedes abbatialis die 14. Decembris feria quarta anni 1407. quo fratres Johannes de Saint Laurent & Petrus de Laon ad abbatiam regendam delegati erant.

XXVII. Mattheus II. Pitaine electus e gremio sedebat abbas Sabbato 2. Martii 1408. seu 1409. die 15. Martii 1409. seu 1410. die 7. Aprilis post Pascha 1412. 1414. ultima Januarii & 1416. 18. Januarii.

XXVIII. Petrus II. Louvel reperitur abbas 1417. die 7. Januarii, idem profecto, quem a se confirmatum Martinus V. pontificatus anno secundo regi commendavit. Bullam obtinuit ab eodem pontifice datam anno quarto pontificatus, quarto nonas Junii, hoc est 1421. qua huic abbati & successoribus tribuitur facultas benedicendi corporalia, *toahas*, vestes & alia, exceptis calicibus, ornamenta ecclesiastica in monasterio, prioratibus, ceterisque ab illo dependentibus ecclesiis. Filius erat hic Petrus Vincentii civis Parisiensis & Martine quæ obiit 17. Novemb. anni 1420. ex epitaphio in ipsius tumba inciso a latere chori S. Maglorii veteris. Occurrit an. 1425. seu 1426. feria quinta 17. Jan. 1433. 21. Nov. & 1437. die 12. Novembris, quo præsens aderat quando Carolus VII. rex in ecclesiâ Parisiensi susceptus est. Idem sua in manu factam a fratre Dionysio Clementis presbytero prioratus S. Jacobi de Calfermo diocesis Meldensis a sancto Maglorio dependentis permutationem cum fratre Johanne Anceaume presbytero & monacho S. Maglorii pro prioratu sancti Bartholomæi Parisiensis a sancto Maglorio similiter dependente admisit, dictumque fratrem

Tonus VII.

A Johannem de illo prioratu investivit, litteris eæ re datis die Jovis 14. Aprilis 1440. Recensetur adhuc 1443. die 22. Decembris, 1444. 13. Januarii, 1445. 16. Martii & 1446. 28. Apr. in litteris sigillatis quæ in chartis præposituræ S. Maglorii exstant. Denique suum diem obiit 10. Februarii anni 1447. sepultus in veteri sancto Maglorio. Sub ejus autem præfectura deponi contigit apud sanctum Maglorium rogatu Columbenisium monachorum sacrum Domini nostri Jesu Christi præputum in jocali argenteo inclusum, quod Henricus V. Angliæ rex obtentum ab ipsidem monachis, apud quos asservabatur, in Angliam B adportaverat, pro felici partu conjugis Henricum VI. in utero gestantis, cum promisso restituendi; cum enim respice, curante Henrico VI. Angliæ rege, relatum ex Angliâ fuisset, sed ob bella depositum in Sacra Parisiensi capella, ut ipsi canonici testantur litteris datis 13. Junii 1422. conqueisti monachi Columbenes de hoc retento sacro thesauro, maxime quod inde opimis defraudarentur oblationibus, quibus utinamque sua ingens inopia sustentaretur, Henrico regi supplicarunt, ut vel ipsi restitueretur, vel in abbatiâ S. Maglorii servandus deponeretur, ubi soli Columbenes monachi sacrum depositum populo venerandum exhiberent, & oblationes, perciperent. Annuit rex 24. Maii 1427. eoque ipso anno die 4. Junii abbas S. Maglorii juravit & promisit in manibus episcopi Bellocensis ad hoc a rege delegati quidquid promittere & jurare debuit circa custodiam ejusjocali argentei, in quo, ut pie creditur, præputum D. N. J. C. esse reconditum dignoscitur.

XXIX. Johannes II. Louvel superioris, ut videtur, consanguineus, occurrit 12. Martii 1456.

XXX. Johannes III. Tamelin Johannis Louvel successores ex codice manuscripto S. Maglorii, confirmatus a Guillelmo Chartier episcopo Parisiensi, moritur circa 1462.

XXXI. Franciscus Marceau vel Mareceau defuncto Johanne Tamelin electus fuit a capitulo 1462. quanquam rex destinaverat Richardum Olivier cardinalem & Constantiensem episcopum, ut hanc abbatiam in commendam possideret. Et re vera Francisci electionem episcopus Parisiensis Guillelmus Chartier abnuit confirmare, uti etiam Ludovicus de Melun Senonensis archiepiscopus, ad quem monachi persugerant, obtendentes ambo præfules sibi a summo pontifice prohibitum esse quominus abbatem confirmarent. Regimen inter hæc obtinebant delegati a conventu fratres Johannes nes Aufoult prior claustralis, Johannes le Moine prior sancti Juliani de Versalis & Egidius le Boffu capicrius sancti Maglorii 1464. diebus 3. Dec. & 24. Martii, ac 1465. 8. Februarii. Sed cum Maglorienses secularem imploratam jurisdictionem, senatusconsulto cautum est, valide posse monachos eligere suum abbatem, & ad illum confirmandum cogi posse episcopum Parisiensem; sicque Franciscus Marceau verus abbas agnitus est, quo nomine reperitur 1468. die 6. Decembris. Rexit usque ad obitum, qui contigit die 4. Junii 1474. Jacet in veteri sancto Maglorio.

X ij

XXXII. Petrus III. Moreau regis pharmacopolæ frater, sedis apost. protonotarius, cum regia, tum pontificia auctoritate, primus invitatus monachus intraditur abbas commendatarius circa 1480. Confirmatus quidem est a præposito Parisiensi, at post mortem Ludovici XI. regis,

XXXIII. Johannes V. Gouviou vel Gouignon & Goujon a fratribus et gremio delectus est an. 1483. Litibus cum fatigavit æmulus superior Petrus episcopi Parisiensis & archiepiscopi Senonensis præsidio sustulit, sed nihilominus obtinuit Johannes a senatu Parisiensi, ut ipsius electionem confirmaret episcopus Parisiensis, aut infirmaret, abbatiæ redditibus interim ad manum regiam positus, ac spirituali regimine commissio uni ex monachis designando, die prima Julii 1485. Johannes tandem die 20. Maii 1487. promisit obedientiam episcopo Parisiensi, qui ejus electionem coactus est approbare. Verum quoad res abbatiæ temporales delegatus a curia Parlamenti Philippus de Coffrit procurator in Castelleto Parisiensi illas curabat 1488. die 4. Januarii, 1490. 1491. & 1493. 18. Junii, quamquam adhuc 1492. 19. Nov. Johannes memoratur abbas.

XXXIV. Guido de Montmirabili, de Montmirail filius Roberti domini de Fourqueux scribæ computorum & scripturarii in officio ararii præfecti ex Dionysia de Harlay, presbyter, monachus & thesaurarius abbatiæ sancti Dionysii in Francia 1475. 19. Januarii, erat prior S. Clari 22. Maii & 5. Julii 1485. præpositus etiam Curie novæ a sancto Dionysio dependentis, & abbas sanctæ Mariæ de Monteburgo diocesis Constantiensis in Normannia jam ab anno 1488. ac denique simul abbas S. Maglorii Parisiensis 1493. & 1494. die xi. Junii, quo promisit obedientiam episcopo Parisiensi. Occurrit etiam simul abbas de Monteburgo 10. Decembris ejusdem anni, & 1497. die 4. Julii scholaris studens in Universitate Parisiensi, quem auctor Neustrie Pix hac in abbatiâ perperam vocat Gerardum de Montmirail. Memoratur eodem anno 1497. Maglorianus abbas feria sexta 8. Septembris, & 3. Aprilis, ac 1498. 12. Februarii. Biennio post Magloriani monachi cum Sangermanensibus convenerunt, ut primas in supplicationibus Universitatis adversus Sammartinianos de Campis tuerentur, quæ contentio ad annum 1520. incaluit, nec tamen hæc tenus decretorio judicio finita est. Anno 1499. 7. Octobris interfuit Guido electio Antonii de la Haye abbatis Sandionysiani. Idem quoque 23. Januarii 1506. & 1507. 22. Januarii, hoc ipso anno 15. Martii laudatur præpositus de Poney cellæ a S. Dionysio dependentis. Reperitur 1510. die prima Aprilis ante Pascha, 1511. 2. Julii, quo primus capellanus regis, abbas sancti Maglorii & de Monteburgo, necnon privilegiorum cenobii Ferrarensium conservator appellatur. Adhuc hoc anno quia Maglorianus abbas publicis comitiis in majori Castelleto celebratis pro statuenda consuetudine Parisiensi. Anno 1513. die 14. Februarii in funere Annæ a Britannia Francorum reginæ Maglorianus abbas, haud alius certe quam Guido, post clerum majoris ecclesiæ Pari-

ensis incedebat cum abbate sancti Victoris, & post illos abbates sancti Dionysii & S. Genovefæ. Exstant in archivo sancti Maglorii statuta mss. ab eo condita 1516. pro monasterio in felici reformando, quibus proxime a Guidone subscripti fororis ejus filius Carolus Boucher, ejusdem in abbatiâ successor. Anno 1521. Petrus a Monte Martyrum Cluniacensis monachus divi Johannis de Quedelmbourg doctoris ex Eremitario sancti Augustini ordine sermones de sanctis edidit, quos in prævia epistola dedicat R. in Christo patri ac domino Guidoni de Montmirail sacri monasterii de Monteburgo diocesis Constantiensis abbati dignissimo, necnon & sancti Maglorii apud Parisios administratori perpetuo. Creatur episcopus Megarensis in partibus Infidelium a Clemençe papa VII. quinto calendas Maii anno 1526. quo nomine, & nuper abbas sancti Maglorii reperitur 2. Julii 1527. & 26. Martii ejusdem anni. Guido videlicet abbatiâ sancti Maglorii paulo ante abdicaverat, sed adhuc 1526. die 24. Maii abbas erat de Monteburgo, qui & biennio post 12. Junii 1528. abbas dictus adhuc processioni sanctæ Parisiis ad dedicandam beatæ Mariæ inaguinem argenteam in vico Rosariorum intra limites parochiæ sancti Gervasii, cui rex ipse præfens fuit: die vero 16. Augusti ejusdem anni solummodo episcopus Megarensis & vicarius D. Enardi Albienensis episcopi & abbatis sancti Dionysii in Francia nuncupatus, anno 1530. processioni sanctæ Genovefæ vice fungens episcopi Parisiensis præfuit, superflue ad annum saltem 1536. quo, die 10. Maii altaria Faræ monasterii dedicavit. At certe obierat 1542. 17. Julii, quo successor Carolus episcopus Megarensis appellatur.

XXXV. Carolus Boucher d'Orsay filius Johannis libellorum supplicum magistri ex Catharina de Montmirail prima conjuge Guidonis superioris forore, interfuit abbas sancti Maglorii an. 1524. die 8. Maii benedictioni Antonii Pot abbatis Virzientensis, præfente quoque Guidone Montisburgi abbate. Die 26. Martii anni 1527. Guido antecessor dicitur episcopus Megarensis & nuper abbas S. Maglorii, Carolus vero hujusce abbas monasterii, & iterum eodem anno feria v. 5. Decemb. 1528. die 4. Octobris dictus primus & antiquus capellanus regis, 1530. 20. Januarii, 1531. 6. Maii & feria quarta 18. Octob. quo ivit obviam corpori Ludovicæ a Sabaudia conventui Sandionysiano præfidentis usque ad crucem inclinatum, & postredie secundam missam de beata Maria celebravit. Reperitur eodem anno 21. Novembris, E 1532. 24. Maii & 22. Decembris, quo adhiit benedictioni Johannis Prudhomme abbatis Calmenfis in diocesi Senonensi. Occurrit 1533. 8. Januarii, & 1534. die 3. Julii in litteris Antonii de Mery rectoris Universitatis Parisiensis, testantis fratrem Carolum Boucher in jure canonico licentiatum, abbatem sancti Maglorii nunc esse scholarem Parisiensem in decretorum facultate sub magistro Roberto du Gast decretorum doctore. Eodem anno 15. Januarii nuncupatus abbas sancti Maglorii & Montisburgi pepigit cum Radulfo Herauld pro prioratu S. Martini de Collo prope

Monasterium in *Falcoyne*, hoc est ubi deficit Icauna fluxus, *Montreau Faut-Yonc*. Testis est an. 1536. 10. Maii in charta dedicationis altarium Faze monasterii, præcipuo cœremonie ministro Guidone de Montmirel ipsius avunculo. Dicitur abbas sancti Maglorii eodem anno 24. Novemb. firmus abbas Montilburgi 1537. die Martis 13. Novembris & 1538. die 3. Julii, quo invitatus a proposito mercatorum & ædilibus civitatis Parisiensis ad solemnem complurium ecclesiarum instructo agmine procedentium gratulationem divino decretam numini pro induciis regem inter & imperatorem initis, postridie dum proceditur ex ecclesia S. Johannis in Gravia, ultimus omnium, præeunte capellano ejus baculum gestante incedebat pontificalibus indutus, & omnibus qui coram ipso corpus inclinabant, benedictiones impertiebat; cumque ventum est ad ecclesiam cathedralem, inibi rem divinam ritu solemni peregit. Anno seq. 1539. 23. Martii visitavit in ecclesia S. Maglorii captam & corpus S. Maclovii, quod, solo capite demto, integrum fe reperisse testatus est. Idem frater Carolus Boucher abbas S. Maglorii, in decretis licentiatus, & studens in academia Parisiensi dictus 26. Nov. 1540. legitur abbas & episcopus Megarensis 1542. 17. Julii in processione S. Genovefe, 1543. xi. Dec. feria tertia, & 14. ejusdem mensis. Biennio post, 1545. 18. Aprilis qua episcopus Megarensis & suffraganeus episcopi Parisiensis partem reliquiarum, sanctæ, quam dicebant, Agnetis, translatae & Brolio Benedicti Parisios Pauli III. summi pontificis permilla, in ecclesia S. Eustachii magna solemnitate collocavit. An. 1547. 23. Maii conventui Sandionysiano abbatis loco præsidens, corpora Francisci I. regis, Francisci Delphini Viennensis & ducis Britannicæ, ac Caroli ducis Aurelianensis exceptit ad crucem *inclinatam*. Reperitur eodem anno 28. Novembris, 1548. 22. Novembris, & 1549. eodem die in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Vocatur episcopus Megarensis & abbas 1551. 5. Aprilis ante Pascha, 31. Januarii 1552. & 28. Aprilis ejusdem anni, quo in processione & missa solemni apud sanctum Dionysium celebratis diaconi officio & abbas S. Genovefe etiam episcopus in partibus subdiaconi munere sancti sunt. Anno 1553. die 3. Januarii feria tertia ex tomo quarto historiæ Parisiensis pag. 759. non vero die 4. ut legitur in historia sancti Dionysii pagina 392. vel ut in magno Francie ceremoniali pagina 949. anno 1552. feria tertia die 3. Januarii & in margine feria quarta 4. Jan. in cœtu solemni episcoporum & magnatum Francie, adstante ipso rege, in ecclesia sancti Dionysii congregato pro sacris fructuum martyrum corporibus suum in locum restituendis diaconi munus obivit. Legitur episcopus & abbas, primusque & antiquus regum Francorum capellanus 1554. 8. Aprilis ante Pascha, 1555. & 1557. quo majus altare sancti Germani a Pratis dedicavit. Dicitur adhuc episcopus Megarensis & abbas S. Maglorii 10. Nov. ejusdem anni, & 1558. 13. Julii ac denique episc. abbas & prior S. Michaelis Carnot. die 6. Aprilis 1559. Hoc anno defunctus est.

XXXVI. Nicolaus de Saint Oüen Caroli superioris conlangueus e monacho reperitur abbas de Monteburgo diocesis Constantiensis circa 1535. & simul curio de Beine 22. Julii 1552. Idem videtur esse abbas de Monteburgo, qui die 3. Januarii anni 1553. in cœtu solemni episcoporum & magnatum Francie, ut supra, subdiaconi officio sanctus est. *Frater Nicolaus de Saint Oüen in sacratissima theologia facultate doctor, necnon rector & curatus ecclesie parochialis S. Bartholomei in civitate Parisiensi* 8. Septembris 1556. muncipatur abbas sancti Maglorii, & eo nomine primus & antiquus regis Francie sacellanus 1560. 20. B Februarii, quo se profuturum accepisse a nobili viro Stephano Gerbaut ordinario regis receptore, seu quæstore in urbe, præfectura, & vicecomitatu Parisiensi 22. libras cum octo Parisiensibus solidis pro uno anno absolutum in festo S. Johannis Baptiste debitas annuatim ratione fundationis abbatie, ex charta authentica collectionis D. de Gagneres. Reperitur adhuc die prima Junii 1562. sed in bulla Pii papæ IV. uuentis abbatium episcopatu Parisiensi an. 1564. calendis Septembris, dicitur *bonæ memoria cum viveret, abbas*.

XXXVII. Guillelme electus Parisiensis in bulla Pii papæ IV. proxime laudata, qua pontifex abbatialem nienfam S. Maglorii unit episcopatu Parisiensi 1564. ejsdem abbatie habere dicitur administrationem.

XXXVIII. Petrus IV. de Gondi successit episcopus Parisiensis & abbas sancti Maglorii, sub quo jam a rege nominato episcopo, sed nondum a pontifice confirmato, Maglorianos monachos de morte decem vel undecim intra septem annos ex suis sodalibus, nullis in eorum locum susceptis, quod abbas in loco non refedisset, conquestos anno 1569. die 26. Julii curia remisit ad capitulum Parisiense, sede episcopali vacante. Jam vero confirmatus Petrus monachos numero tunc duodecim vel tredecim transferri & media functi Dionysii platea ad prioratum, seu præceptorium S. Jacobi de Alto passu in suburbio S. Jacobi ea conditione consentit, ut sorores, seu Filiz poenitentes tunc ab an. 1492. prope Crucem novam commorantes, loco in parochia sancti Eustachii non multum frequente, cui nomen Aurelianense palatium, hodie Sueffionense, in locum monachorum succederent, & abbatia uniretur episcopatu Parisiensi, litteris datis 31. Oct. 1572. Hinc anno 1575. bullam edidit Gregorius XIII. inscriptam archiepiscopo Senonensi, ut laudatam Pii IV. bullam uuentis abbatiam sancti Maglorii cum episcopatu Parisiensi executioni demandaret. Utrumque senatus Parisiensis in commentarios retulit anno 1581. die 24. Novembris. Denique hic est Petrus episcopus Parisiensis & abbas, qui reformari monachos S. Maglorii a curia Parlamenti requisivit, cujus annuens petitioni hanc ipsa provinciam dedit prioribus Cœlestinorum & sancti Martini a Campis.

XXXIX. Henricus de Gondi cardinalis de Retz Parisiensis episcopus & abbas S. Maglorii extincto demum hoc cœnobio annuente rege, cujus litteras senatus Parisiensis feria quinta 7. Februarii 1619. in commentarios retulit, seminarius ad

Chart.  
CLXXXV.  
col. 153.

Hist. Paris.  
tom. 4. pag.  
830.

Chart.  
CLXXXVII.  
col. 159.

Chart.  
CLXXXVII.  
col. 161.  
Hist. Paris.  
t. V. p. 290.

*Hist. Parif.  
t. V. p. 57.*

informandos clericos eo in loco instituit, quod hactenus ab anno 1624. presbyteri Oratoriani magno cum fructu moderantur. Vide que supra diximus in historia hujus monasterii proemio.

Incerta etate rexit Afcelinus, de quo legimus in necrologio sancti Germani a Pratis ad calcem historiae editae: *v. 111. idus Decemb. depositio domini Afcelmi abbatis sancti Maglorii Parisiensis*. Memoratur etiam in rotulo Matulidis abbatissae Cadomenfis, & post illum Alfredus abbas S. Maglorii. Uterque vero vixisse videtur seculo xi. uti Widricus & Haimo nn. v. & vi. abbates sancti Maglorii ibidem commemorati.

**X.**  
**B. MARIA**  
Corboliensis.

Hæc prima Corboli dicitur ecclesia ab auctore Antiquitatum hujusce urbis Johanne de la Barre, utrum antiquitatis nomine, aut jure patronæ in dubio relinquente. Sane abbatie titulo insignita fuit tempore saltem Ludovici VI. cujus in charta anni 1125. regni xix. annualia multarum ecclesiarum regaliū S. Victori Parisiensis confirmantis, alios inter abbates Bernerus abbas Corboliensis (S. Mariæ) annuifse memoratur. Fratres quoque Ludovici VII. regis Henricus & Philippus hujus ecclesiae successively abbates fuerunt, ut infra in sancto Exuperio dicemus, ac etiam Albertus quidam cantor simul ecclesiae Parisiensis, ex libro Antiquitatum urbis Corboli pag. 135. ubi jam senex pace inita cum capitulo, quam regionum consilium probavit an. 1170. suum fundare anniversarium voluisse dicitur. Ejusdem anno ecclesiae Ludovicus VIII. rex Francorum abbas 1224. se dicit abbatem, ut colligitur ex arbitrario sententia lata inter eum & capitulum super electione capicerii, quam arbitri Guillelmus de Senlis & Jacobus abbas sancti Victoris Parisiensis capitulo vindicaverunt, ita tamen ut electus abbatem se sistere deberet in possessionem ab eo inducendus. At vero amisso jam dudum abbatiali titulo hæc facta est ecclesia parochialis, & capitulum ejus coaliuit cum S. Exuperii capitulo an. 1601. ut infra dicemus.

*Hist. ecclesie  
Parif. t. 2.  
pag. 81.*

*Antiq. de  
Corboli pag.  
135.*

**XI.**  
**S. GUENALDUS**  
Corboliensis.

Ædificandæ hujus ecclesiae titulo quondam abbatiali decoratæ eadem fuit occasio, quæ pro sancti Exuperii ecclesia, reliquiarum scilicet hujus sancti, qui discipulus sancti Guingalolei abbatis de Landeveneco in Armorica, & postea successor fuit, translatio primum Parisios propter metum Normannorum & inde Corbolum, ubi ejus in honorem condita basilica fuit ab eodem sancti Exuperii fundatore Aimone comite Corboliensi. Huic administrandæ addicti sunt quatuor presbyteri, seu canonici, quorum caput abbatem fuisse liquido colligitur ex litteris Ludovici VI. Francorum regis illam, *quam, ait, regio jure tenebamus, & in eadem abbatem ponebamus*, tradentis sancto Victori Parisiensis anno 1134. quo tempore illius abbas erat Godefridus, superstes Stephano episcopo Parisiensis: hoc enim mortuo antistite, cum præter hæc Ludovici VI. donationem, duas defuncto- rum canonicorum præbendas Godefridus contulisset, ea rescissa collatione, Godefrido interdichum fuit a Theobaldo Parisiensis episcopo & Hugone S. Germani Prætenfis abbas judicibus delegatis, ne ullam amplius præbendam conferret, adeo ut extunc suppressæ omnes remaneret in commo-

*Antiq. de  
Corboli pag.  
125.*

dum sancti Victoris, prout ferebat rescriptum Innocentii papæ confirmantis quod a rege Franciæ, Parisiensis episcopo, & abbatibus sancti Germani & sancti Victoris fuerat constitutum: cui sententiæ appensa sunt sigilla episcopi & abbatum. Sicque a tempore donationis hujus factæ sancto Victori, ecclesia sancti Guenaldi prioratus evasit, qui trium canonicorum regularium ad ductus est numero a sancto Ludovico de consensu abbatis S. Victoris Parisiensis anno 1261.

Vetus abbatia sancti Petri, seu & S. Laurentii de Monteherico, sex circiter ab urbe Lutecia leucis, qua parte itur Aurelianum, exstabat anno saltem 1125. quo Stephanus ejus loci abbas subscribit litteris Ludovici VI. anniversaria canonicorum variis in ecclesiis, quæ antecessores ejus Francorum reges fundaverant, ut fundatas acquisierant, in quibus una est sancti Petri apud Montemlethericum, ordinantis, & ad beati Victoris ecclesiam regularium canonicorum ordine insignitam transferentis. Verum cum post aliquot annos, id est anno 1154. Ludovicus VII. Junior nuncupatus, hæc ecclesiam sancti Petri, seu *canoniam*, quam secularis conversationis clericis habuisse usque ad sua tempora dicit idem rex, mutatam cum ecclesia sanctæ Mariæ de eodem Montemletherico castello, & omnibus aliis pertinentiis & possessionibus fratribus sanctæ Mariæ de Longo ponte pro honestate eorum, & interventu venerandi prioris Theobaldi amici sui, assensu Johannis de Cathena, qui sancti Petri abbas erat, & cunctis assentientibus canonicis libere & in perpetuum habendam donavisset, idque confirmasset Anastasius IV. pontifex, Gilduinus abbas sancti Victoris litteras dedit, quibus ex concessione hujus ecclesiae per Dei gratiam & piissimi Ludovici Francorum regis facta monachis Longi pontis, cum iisdem pacificur de faciendi sibi compensatione præbendæ unius integræ & aliarum anniversariorum, seu annualium, quæ prius hæc in ecclesia obtinebat, arbitrio Theobaldo episcopo Parisiensis.

Haud plures quam duo memorati nobis occurrunt abbates.

Stephanus scilicet anno 1125. & Johannes de Cathena 1154. cujus iterum mentio in epistola DLX. tom. iv. Duchesnij pag. 759. Mathæus de Montemorencio seculo xii. fundavit capitulum canonicorum in sua terra de Montemorencio, cujus unam præbendam Parisiensis sancti Victoris ecclesiae largitus est. Hoc autem capitulum abbatiale fuisse probat historia inclite gentis de Montemorencio auctore Andrea Duchesne pag. 106. & 115. & prob. pag. 55. & 58. ubi legitur: *Herveus, qui & Arveus de Montemorencio, frater Burchardi, Dei permissione abbas sancti Martini de Montemorencio 1174. 1184. & 1186. idem qui decanus Parisiensis, de consensu capituli ratam habuit præsentationem copellani ad ecclesiam sancti Thomæ de Montemagny, quam & probare Mauricius episcopus Parisiensis an. 1184. & Hervei frater Burchardus, qui & a Mathæo & Achile suis hereditibus approbati fecit, ex excerpto chartularii abbatie sancti Florentii Salmariensis, ubi de prioratu Diogili, de Devuil, sub Montemorencio*

**XII.**  
**S. PETERUS**  
de Monte-  
letherico.

*Hist. ecclie.  
Parif. t. 1.  
pag. 80. &  
81.*

*T. 6. Annal.  
Bened. pag.  
725.*

*Idem.*

*Tom. IV.  
Duchesnij  
pag. 761.*

**XIII.**  
**S. MARTINUS**  
de Montemorencio.

Hæc prima Corboli dicitur ecclesia ab auctore Antiquitatum hujusce urbis Johanne de la Barre, utrum antiquitatis nomine, aut jure patronæ in dubio relinquente. Sane abbatie titulo insignita fuit tempore saltem Ludovici VI. cujus in charta anni 1125. regni xix. annualia multarum ecclesiarum regaliū S. Victori Parisiensis confirmantis, alios inter abbates Bernerus abbas Corboliensis (S. Mariæ) annuifse memoratur. Fratres quoque Ludovici VII. regis Henricus & Philippus hujus ecclesiae successively abbates fuerunt, ut infra in sancto Exuperio dicemus, ac etiam Albertus quidam cantor simul ecclesiae Parisiensis, ex libro Antiquitatum urbis Corboli pag. 135. ubi jam senex pace inita cum capitulo, quam regionum consilium probavit an. 1170. suum fundare anniversarium voluisse dicitur. Ejusdem anno ecclesiae Ludovicus VIII. rex Francorum abbas 1224. se dicit abbatem, ut colligitur ex arbitrario sententia lata inter eum & capitulum super electione capicerii, quam arbitri Guillelmus de Senlis & Jacobus abbas sancti Victoris Parisiensis capitulo vindicaverunt, ita tamen ut electus abbatem se sistere deberet in possessionem ab eo inducendus. At vero amisso jam dudum abbatiali titulo hæc facta est ecclesia parochialis, & capitulum ejus coaliuit cum S. Exuperii capitulo an. 1601. ut infra dicemus.

Ædificandæ hujus ecclesiae titulo quondam abbatiali decoratæ eadem fuit occasio, quæ pro sancti Exuperii ecclesia, reliquiarum scilicet hujus sancti, qui discipulus sancti Guingalolei abbatis de Landeveneco in Armorica, & postea successor fuit, translatio primum Parisios propter metum Normannorum & inde Corbolum, ubi ejus in honorem condita basilica fuit ab eodem sancti Exuperii fundatore Aimone comite Corboliensi. Huic administrandæ addicti sunt quatuor presbyteri, seu canonici, quorum caput abbatem fuisse liquido colligitur ex litteris Ludovici VI. Francorum regis illam, *quam, ait, regio jure tenebamus, & in eadem abbatem ponebamus*, tradentis sancto Victori Parisiensis anno 1134. quo tempore illius abbas erat Godefridus, superstes Stephano episcopo Parisiensis: hoc enim mortuo antistite, cum præter hæc Ludovici VI. donationem, duas defuncto- rum canonicorum præbendas Godefridus contulisset, ea rescissa collatione, Godefrido interdichum fuit a Theobaldo Parisiensis episcopo & Hugone S. Germani Prætenfis abbas judicibus delegatis, ne ullam amplius præbendam conferret, adeo ut extunc suppressæ omnes remaneret in commo-

dum sancti Victoris, prout ferebat rescriptum Innocentii papæ confirmantis quod a rege Franciæ, Parisiensis episcopo, & abbatibus sancti Germani & sancti Victoris fuerat constitutum: cui sententiæ appensa sunt sigilla episcopi & abbatum. Sicque a tempore donationis hujus factæ sancto Victori, ecclesia sancti Guenaldi prioratus evasit, qui trium canonicorum regularium ad ductus est numero a sancto Ludovico de consensu abbatis S. Victoris Parisiensis anno 1261.



a S. Florentio dependente pag. 58. Obiit 1192. A  
ex historia laudata pagina 106.

XIV.  
IVETA.

Abbatiam de Junel memoratam in testamento  
Petri Parisiensis episcopi instr. col. 90. conjicit  
vir doctissimus esse Ivetam, quæ nomen sortita  
ab amniculo cognomine, cui adjacet, desuit in  
prioratum sancto Petro dicitur intra parochiam  
sancti Petri de Levi, a Verfaliis quatuor leucis  
diffutur. Fundatæ abbatie creduntur annus 1131.  
& auctor Petrus Ivo de Levi. Prioratus vero,  
per annos fere ducentos commendarum præda,  
unitus tandem esse ecclesiæ collegiatæ sancti Mauri  
Fossatenfis anno 1733.

XV.  
B. MARIA  
de Monte-  
stivo.

Canonicorum regularium vetus abbatia, Gal-  
lice *Montef. Montesse, Montef. & Montvier*,  
sita in Bria non longe ab Iverneto, seu Hibernali,  
*herneaux*, altera ejusdem ordinis abbatia, condita  
fertur anno 1164. a Mauricio de Sully episcopo  
Parisiensi, & a Clemente papa III. confirmata.  
Memoratur 1194. in charta ejusdem Mauricii,  
furni apud Parisios, qui dicitur *Furnus inferni*,  
venditionem factam ecclesiæ B. Mariæ de Monte-  
stivo a Johanne de Soiliaco & Johanna ipsius  
conjugæ approbantis. Adhuc per se stabat anno  
1207. ut liquet ex charta Odonis episcopi Pa-  
risiensis, qua hoc anno comparavit ab abbate &  
conventu Montifestivi furnum prænominatum  
cum omnibus ad eum pertinentibus pro centum  
& triginta libris Parisiensibus, ad dotandos beati  
Dionysii in Carcere capellanos. Verum paulo post  
unita est hæc abbatia vicinæ alteri de Iverneto  
reccens constructæ, ut in hac dicitur infra. Ex illa  
veteri abbatia etiamnum superest sacellum mediis

Hist. Paris.  
t. 3. p. 91.

Ch. cviii.  
col. 83.

in agris positum juxta *Audoirs la Ferrière*, cele-  
brem locum propter nudinas, quæ inibi quot-  
annis 9. & 10. Septemb. habentur ex concessione  
Ludovici XI. regis mense Julio anni 1513.

Unicus abbas Montifestivi nobis occurrit Ni-  
colaus circa 1207. tempore Johannis S. Victoris,  
Johberti S. Maglorii, Odonis Herivallis, Thomæ  
Hermeriarum, & Achonis seu Athonis Livriaci  
abbatum, qui simul omnes exemplar præcepti  
Roberti regis pro sanctimonialibus Argentolii cum  
ipso authentico contulisse leguntur.

Burgi de Linas multi nobiles incerta ætate fun-  
darunt hæc ecclesiam, volueruntque ex ordina-  
tione Parisiensis episcopi contrare superiore, qui  
primum abbas, & paulo post decanus nuncupatus  
est, cantore, novem canonicis & sex capellanis,  
qui Deo singulis diebus solemnia missarum & hor-  
rarum canonicarum cum omni devotione perfors-  
verent. Capitulum habet jus eligendi decanum,  
episcopus vero Parisiensis pleno jure confert can-  
toriam, præbendas & capellanias. Ita Claudius  
Malingre Antiq. Paris. libro quarto pag. 67.

Solum hujus abbatie nomen occurrit semel in  
commentario D. cameræ Rationum Paris. inci-  
pente ab anno 1359. & desinente in anno 1381,  
ubi legitur Gallico idiomate folio LXIX. verso:  
C *Condemnation d'amende de Guillaume du Temps,  
parce qu'il avoit empêché que le Roy ne jouist de la  
temporalité de l'abbaye de Glatigny vacante le 7.<sup>e</sup>  
Aoust 1364.* Num ab hac abbatia quadam civi-  
tatis Paris. platea in vicis des Marmoulets prope  
Urfinorum ædes nomen accepit de Glatigny?

XVI.  
S. MIE-  
DICTUS  
de Linas,  
vulgo Linas.

XVII.  
DE GLA-  
TIGNY.

## ABBATIAE DIOECESIS PARIENSIS,

Quæ suam hæcenus dignitatem retinuerunt, aut in prioratus defecerunt: Aliquot etiam prioratus perpetui,  
seu ad vitam possessi, necnon variarum seu regularium, seu secularium congregationum,  
& equestrium ordinum historia.

### ORDINIS S. BENEDICTI.

S Sanctus Dionysius in Francia.  
Sanctus Germanus a Pratis.  
Benedictina S. Mauri reformata congregatio.  
Latiniacum, *Lagny*.  
Beata Maria de Argentolio, nunc prioratus.  
Sanctus Martinus de Campis, nunc prioratus.  
Benedictina Cluniacensis reformata congregatio.  
Sanctus Dionysius de Carcere, nunc prioratus.  
Cala, *Chelles*, seminarum.  
Vallis-gratie, seminarum.  
Malnoa, *Malnoue*, seminarum.  
Giffum, seminarum.  
Hedera, *Hierre*, seminarum.  
Mons Martyrum, *Montmartre*, seminarum.  
Gerciacum, seminarum.  
Issiacum, seminarum.  
Vallis-onæ, *Valdofæ* apud Carentonium, *Charenton*, prioratus perpetuus seminarum.  
Salceia, *la Sauffaye*, prioratus perpetuus semin.  
Beata Magdalena de Triagnello, seu de Triangulo,  
*de Trainel*, prioratus perpetuus seminarum.  
S. Thomas de Valle, *Laval*, prioratus perpetuus  
seminarium.  
Beata Maria de Pratis, *Notre Dame des Prez*,  
*Tomus VII.*

D prioratus perpetuus seminarum.  
Beata Maria de Conceptione apud Confluentum,  
*Conflans*, prioratus perpetuus seminarum.  
B. Maria de Bono auxilio, *Bon secours*, prioratus  
perpetuus seminarum.  
Præsentatio B. Mariæ, *la Presentation*, prioratus  
perpetuus seminarum.  
Beata Maria Consolationis, *Chiffemidy*, prioratus  
perpetuus seminarum.  
S. Ludovicus de Torciaco, prioratus perpetuus  
seminarium.  
Benedictina seminarum beatae Mariæ de Calvario  
E Congregatio.

### ORDINIS S. AUGUSTINI.

Sanctus Victor Parisiensis.  
Sancta Genovesa Parisiensis, & Gallicana cano-  
nicorum regularium Congregatio.  
Herivallis, *Herveaux*.  
Livriacum, *Livry*.  
Rocha, *la Roche*.  
Hibernale, *Iverneaux*.  
Sancta Catharina Vallis Scholarium, prioratus  
perpetuus virorum.  
Vallis S. Eligii prope Longum-jumellum, vulgo  
*Longjumeau*, prioratus perpetuus virorum.

\* X 7

Sancta Petronilla de Villula, *Sainte Perrine de la A Villette*, feminarum.

Sancta Genovefa de *Chaillot*, feminarum.

Sancta Anastasia, prioratus perpetuus, vulgariter a S. Gervasio dictus, *les Filles S. Gervais*.

#### ORDINIS CISTERCIENSIS.

Vallis S. Marie, *de Val*, nunc prioratus Fulienfis congregationis.

Valles Sernai, *les Vaux de Senay*.

Sanctus Antonius Parisienfis, feminarum.

Libera abbatia in Bosco, *l'Abbaye au Bois*, feminarum.

Portus regis, *Port royal*, feminarum.

Sancta Maria de Pentemonte, feminarum.

S. Maria regalis, seu Malodunum, *Maubuisson*, feminarum.

#### ORDINIS PRÆMONSTRATENSIS.

Hermerie, *Hermieres*.

#### CLARISSÆ, seu Sorores Minores Urbanisæ.

Longus campus.

Sanctus Marcellus, *de Lourcine lez S. Marcel*.

Sancta Clara de Nativitate Jesu, vulgo *les petites Cordeliers*.

Strictioris ejusdem ordinis observantiæ Sorores, vulgo *l'Ave Maria*.

#### ABBATIA SECULARIS.

S. Exuperius Corboliensis, *S. Spire de Corbeil*.

#### CONGREGATIONES.

Doctrinæ Christianæ presbyterorum.

Oratorii Domini Jesu presbyterorum.

A Missionibus presbyterorum, vulgo S. Lazari.

Exaltationis S. Crucis de Propaganda fide, presb. De Calvaria presbyterorum.

Sancti Nicolai de Cardineto, presbyterorum.

Sancti Sulpicii, presbyterorum.

Christi Familiz, vulgo Triginta trium, presbyt.

A Missionibus exteris, presbyterorum.

Sancti Ludovici, presbyterorum.

Sancti Spiritus, presbyterorum.

#### EQUESTRES ORDINES.

Sancti Lazari in Francia summa prefectura.

S. Johannis Melitenfis major prioratus in Francia.

Anglo-Benedictina congregatio in Francia.

#### S. DIONYSIUS IN FRANCIA.

Regalis abbatia sancti Dionysii ordinis sancti Benedicti, et congregatione S. Mauri, nullo ad Romanam ecclesiam medio pertinentis, omniumque facile totius Galliz, & forsitan Europæ abbatiarum princeps, sin minus antiquitate, certe dignitate, sua in vico Catuliac, prope Catalaco, nunc oppido non ignobilis S. Dionysii appellato, duabus ab urbe Lutecia leucis, initiâ debet pie feminz, Catulle nomine, quæ corporum sancti Dionysii & locorum Rustici & Eleutherii curata sepultura, desuper erexit parvulum tumulum, qui subinde a fidelibus, pace data ecclesiz, in insignem basilicam mutatus est. Id constat ex antiquissima S. Dionysii vita, auctore, aut saltem exscriptore Fortunato Pictaviensi episcopo.

Hanc ipsam esse basilicam, quæ hortatu sanctæ Genovefæ sub finem regni Childerici, aut initium

Clodovei ædificata, vel ante medium seculum sextum miraculis erat percelebris, Mabillonius autumat, qui & jam ab illa constituta basilica initio seculi sexti contendit administratum fuisse a monachis, uti & basilicam S. Petri Parisienfis, quam ejusdem sanctæ impulsu Clodoveus I. rex, & post eum Clotildis uxor ædificarunt in monte. Hinc Ludovicus Pius anno 832. in diplomate pro monasterio apud sanctum Dionysium ordine resituenso sic fatur: *Monasterium præclarissimi & eximii martyris B. Dionysii . . . . Deo dicatum, & a regibus Francorum . . . . amplissimis rebus, ut in eo monasticus ordo religiose Deo deserviret.* Unde Aldricus Senonensis, atque Ebo Remensis archiepiscopi cum suis ambo suffraganeis hoc in monasterio congregati sic habent: *Memoratum monasterium ordini monastico constructum, dedicatum & rebus ditatum fuit . . . . & in eo ipse ordo usque ad tempus, quo secepta imperialia idem suscepit princeps (Ludovicus Pius) & ejusdem Hilduini abbatis prælationem, ibidem utrumque vigerit, manifestis indiciis, regumque antiquis & modernis præceptis, & episcoporum privilegiis, ut fidelium donationibus, palam cunctis est factum.* Inibi Dagobertus nomine puerulus Chilperici regis & Fredegundæ in villa Brennacum prope Suesfiones defunctus anno 580. sepulturam accepit, eidemque cœnobio Clotarius II. prædium largitus est anno regni sexto, hic est 589. ut probat, inquit Mabillonius, ipsius charta authentica in cortice scripta ubi nomen abbatis desideratur. At ejusdem Clotarii an. 43. Christi 627. nobiliss matrona Theodetrudis multa prædia concessit *Dodoni abbati una cum fratribus suis basilicæ S. Dionysii deservientibus,* ut liquet ex diplomate, quod post Dubletum recudit D. Michael Felibien in historia S. Dionysii, collectionis veterum documentorum pagina 4. ex quo imprimis constat diplomate, abbatem & monachos hac in basilica fuisse ante Dagobertum regem, qui quidem paulo post tam splendido cultu eo ipso in loco tumuli sanctorum martyrum ædificavit basilicam, ut propter ejus in monasterium munificentiam primus auctor illius a posteris habitus sit. Audiendus ea de re Ainoinus historie Francorum libro quarto capite 33. de obitu Dagoberti loquens: *cujus corpus, inquit, sepultum est in ecclesia sancti Dionysii, in dextro latere sepulcri ipsius martyris. Denique cum se ornatum ire illius memoriau factorumque ejus pollicitus esset, templum eis condidit, universis, quæ in Gallia tunc temporis erant, excellentiss templis, nullumque impensis stultus modum, marmoreis illud columnis, similitque vcnulavit*

*E pavimento, immenso ædificandi sumtu & exquisito fabricatum devore. Nec minor illi in aliis quoque orbis intentio: nam vestitus auro textis, & pallis holoseris totum interiore circumdedi templi ambitum. Ordinem pfallentium, uti apud S. Martinum Turonis, necnon apud sanctum Mauricum Agaunis agebatur, inibi instituit. Prædia vero tam innumera fratribus in eodem loco Deo famulantibus, sive matricularis ecclesie contulit, ut devoto animi ejus plurimis admirabilis esset. Sic etiam Clodoveus II. Dagoberti filius dato diplomate S. Dionysii cœnobio in synodo Cliapiensis anno 653. loci venerabilem antiquitatem celebrat: *Inter ceteros gloriosos triumphos martyrum B. Dionysius, Leutherius & Rusticus**

*Greg. Tern. Hist. l. 1. c. 4. pag. 146.*

*Oper. post. tom. 1. c. 4. pag. 146.*

*Oper. post. tom. 1. c. 4. pag. 146.*

*Oper. post. tom. 1. c. 4. pag. 146.*

*Scal. 1. 1. c. 4. p. 102.*

*Greg. Tern. Hist. l. 1. c. 4. pag. 146.*

*Oper. post. tom. 1. c. 4. pag. 146.*

*Prof. Hist. S. Dion. n. 15.*

*& Rusticus . . . . . ubi per multa tempora in A eorum basilica, in qua requiescere videntur, non minima miracula Christus per ipsos videtur operari: in qua etiam loco genitores nostri Dagobertus & domina Nantechildis videntur requiescere . . . . & quia ab ipsis principibus, vel a ceteris p̄fatis regibus, vel etiam a Deo timentibus christianis hominibus ipse sanctus locus in rebus propter amorem Dei & vita aeterna videtur esse ditatus, &c.* Quid porro expressus ad probandum ante Dagoberti tempora huncce locum celebrem fuisse, in quo jam pridem tumulus martyrum servabatur, qui toto illo tempore coruscabant miraculis, & ideo a p̄fatis ante Dagobertum regibus, necnon ab aliis christianis nobiliter ditatus fuerat? idque adeo constat, ut ipse anonymus Sandionysianus monachus auctor gestorum Dagoberti asserat, *quodam inibi ab anterioribus regibus propter assidua, qua ibidem agebantur miracula, conlata fuisse.* Maneat ergo inconcussum Dagoberto antiquiorem esse loci celebritatem, quem ante augusta inibi erat basilica tumulo martyrum eximie ornato dives, cujus proinde locum Dagobertus non mutaverit, sed tantum magnificentius decoraverit, & in circuitu de novo templum exstruxerit, *universis, quae in Gallia tunc temporis erant, excellentius templis, uti jam dictum ex Aimoino, & amplius liquet ex Fredegario chronici cap. 79. His gestis, ait, Dagobertus emisit spiritum, sepultusque est in ecclesia S. Dionysii, quam ipse prius condigne ex auro & gemmis, & multis pretiosissimis speciebus ornauerat, & condigne in circuitu (tumuli) fabricari praeciperat, patrocinium ipsius pretiosum expetens.*

Ex illis collige sanctorum Dionysii & sociorum eius corpora in suo primo sepulturae loco nunquam non substituisse, nec ullam, uti refertur ab anonymo Dionysiano monacho libro de gestis Dagoberti regis edito apud Chesnium, aliunde factam eorum translationem ab illo rege in praesentem basilicam, non aliam profecto ab ea, in D qua B. Dionysius & socii per multa tempora requiescere videntur, & non minima miracula Christus per ipsos videtur operari, ut habet laudatum Clodovei II. praecipuum. Eadem, inquam, est, quam ipse (Dagobertus) prius condigne ex auro & gemmis, &c. & condigne in circuitu (tumuli) fabricari praeciperat, &c. ex Fredegario mox laudato, quibus additus hæc S. Audoeni verba in vita S. Eligii: *Praeterea fabricavit mausoleum sancti Dionysii & turgurium super ipsum, &c. composuit, operavit . . . . . posuit . . . . . fecit repari . . . . . ad pedes martyris altare fabricavit, &c.* Quid inibi translationem sapit? Imo potius quid non redolet tumulum in suo loco permanentem, qui solum ditatus gemmis, &c. Neque obstat in ecclesia de Strata, quæ est in adversa urbis & monasterii parte, cerni tres tumulos species sanctorum martyrum exhibentes, & insculpta portæ huius ecclesiae complura mirabilia, quæ Dagoberti gestorum auctor illi contigisse narrat; quapropter etiam insignis conditus illic fuerit prioratus. Cave enim ne credas inibi fuisse ab initio prioratum, imo vero tempore Fardulfi abbatis Dionysiani, hoc est Caroli Magni ætate, ecclesia illa parocialis erat, uti ferme cœ-

Tomas VII.

qualis auctor miraculorum sancti Dionysii testatur capite 33. pagina 351. tomo quarto auctorum ordinis sancti Benedicti sanctorum: *Ad ecclesiam, inquit, B. Dionysii, quæ Strata dicitur, confugit . . . presbyter loci nomine Martinianus, ubi presbyteri nomine curionem illis temporibus designari quis ignorat? Hinc porro Mabillonius infert ecclesiam illam fuisse parociam vici Cataloci, favente huic opinioni ipsius in via publica situ, occultandis vero sacris corporibus minus idoneo. Sic autem habet: *Matrona quædam . . . . . fidelibus suis secreta ordinatione commisit, ut subtracta furto eorum corpora diligens elaboraret occultare provisio: qui domina ordinatione comperta, festinanter quod eis præceptum fuerat, exsequuntur, furtumque laudabile ab urbe memorata lapide, id est in arata terra, quam feminibus præparaverat industria colentis, abscondunt.* Addit Mabillonius ecclesiam illam de Strata pro cœmeterio communis aut singulari esse potuisse vicino monasterio, & ideo in illa tumulos reperiri. Quod vero ad historiam Dagoberti hanc in ecclesiam confugientis, & illic opem consecuti insculptam portæ attinet, nullam, inquit idem Mabillonius, meretur fidem, utpote monachi Dionysiani posteriorem historiam, quæ laudata in chronico Reginonis desinente in anno 905. noni saltem C seculi est, ex quo facile fit hanc inducere fabulam, quæ infelici decimo seculo vires adepta veritatis, ansam præbuerit sculptori undecimi vel duodecimi seculi pro certa illam habenti, portam illam, qualis etiamnum cernitur, exornandi.*

Famosa est Gallicanas inter ecclesias hæc basilica, nobilissima, ditissima, & summi prærogativis illustrata, quam multiplices encomio laudant summi pontifices, reges Francorum, & episcopi in chartis, veteresque scriptores in libris. Appellanti siquidem ipsam, synodus Clippiacensis, *sanctam matrem ecclesiam;* Stephanus III. Adrianus I. Benedictus III. Nicolaus I. Leo IX. & Paschalis II. *venerabile & honorabile monasterium;* Gregorius IX. *inter alia regni Francie jussumum & celebre;* Clemens IV. *multa nobilitatis titulis & magna privilegio dignitatis coruscans;* Honorius IV. *nobilitate conspicuum;* Alexander III. & Nicolaus IV. hujus abbatæ monachos *speciales ecclesie Romanæ filios;* Carolus Simplex in quodam diplomate *sanctum & sacrum cœnobium;* Ludovicus Junior *nobile monasterium;* Anglorum inter reges, *Offa præclarum;* Eduardus *sacrum;* Henricus VI. *abbatiam sanctam;* quæ ab Hugone Rotomagensi antistite vocatur *nobilis ecclesia,* ab Alvisio Atracensii præse *nobilissima præ ceteris Gallia eminens;* a Philippo Bellocenti episcopo *ecclesia omni digna veneratione, pia christianissimorum principum liberalitate, necnon & ecclesie prælatorum, aliorumque Christi fidelium munificentia, largis possessionibus ampliata, decorata privilegiis;* in vita S. Maioli abbatis Cluniacensis, *inter ceteras Francie præstantissima;* in chronico Bertiniensi *solemnissimum monasterium;* Cæsariorum lib. vi. capite 14. *inter alia Francie ostentans præstantiam.* Denique a Paulo Jovio dicitur *mausoleum totius Gallia, corona regni, regumque seu imperatorum Francorum sepultura.* Habet enim hoc cœnobium insignem structuram basilicam a Pipino post

Y

Dagobertum renovari ceptam, & ab ejus filio A Carolo Magno absolutam anno 775. sub abbate Fulrado. Ejus navim cum turribus instauravit Sugerius abbas, jactisque fundamentis superioris ecclesie partis, quæ Capitium vocatur, facillis instruxit an. 1140. quæ sola in hac ecclesia Sugerii ex opere superius secundum Felibianum sententiam. Hoc autem capitium Odo Clementis abbas reficere opusque tentavit usque ad navim perducere anno 1231. quod tandem a Matthæo de Vindocino abbate consummatum fuit anno 1281.

Hac in basilica servantur corpora sanctorum Dionysii Francorum apostoli, Rustici & Eleutherii sciorum ejus, sancti Ludovici Francorum regis, sancti Dionysii Corinthiorum episcopi & aliorum bene multorum. Visuntur & in thesauro sancti Dionysii quæ ad regem pertinent ornamenta, diadema, sceptrum, & alia, quæ quoties novus consecrandus rex est, Remos solemniter deportantur. Ita Paulus Merula, qui plurima referent olim a se visa in thesauro Sandionysiano, sed nullo defectu habito rerum observatione digniorum, quas silentio prætermisit; habentur vero accuratissime descriptæ, imo & depictæ in appendice historię a nostro Felibiano editæ. Describit quoque Merula longitudinem, latitudinem & altitudinem hujus templi; sed profecto magis hac in re credendum Felibiano, qui dicit totius operis extra spectati longitudinem esse pedum 335. altitudinem 90. latitudinem, ubi figura Crucis adumbratur 120. De ceteris vero idem Merula fat apposite differit in suis verbis. *Turres habet duas excelas quadrata forma, inque iis campanas ex puro ære: sunt valvæ arca auro obductæ. Locus hic a multis jam annis desinitatus regum ahorumque principum sepulchris: sunt illic præter Dagobertum canobii conditorem & Nanthildem conjugem eodem in sepulcro conditos sub arcu in latere dextro majoris altaris, in choro versus meridiem, ut nomina loquuntur, Ludovicus (Clodoveus II.) rex filius Dagoberti, Carolus Martellus, Pipinus rex pater Caroli Magni, Berta regina uxor Pipini, Karlomannus (rex filius Ludovici Balbi) Ludovicus rex filius Ludovici Balbi. Visuntur ibidem paulo inferiore loco tres effigies ex alabastro lapide cippis nigri marmoris impostæ, quæ perhibentur esse (nam carent inscriptionibus) Philippi regis sancti Ludovici filii, Isabellæ Aragonia ipsius conjugis, Philippi Pulcri ipsorum filii. In choro versus septentrionem leguntur Karlomannus rex (filius Pipini) Hirmintrudis regina uxor Caroli Magni (lege Calvi) Constantia regina, Odo rex, Hugo Capet (rex) Robertus (rex) Constantia uxor, Henricus (rex) filius Roberti, Ludovicus Grossus (rex) Philippus rex filius Ludovici Grossi. Ad latas summi altaris septentrionale sitas testantur effigies tituliq; (sex) Philippum Longum cum corde Johanna\* ipsius conjugis, & Carolum cum Johanna (d'Evreux) uxore, Francia, Navarraq; reges, Philippi Pulcri filius: Philippum Valesium, Johannemque ejus filium. Ad latas fere matutini, ut vocant, altaris septentrionale, sepulcrum est & effigies marmorea Ludovici Francini ejusque filii Johannis & filia Johanna Navarraq; regina. Haud procul inde statua est Caroli VIII. in genua procumbentis, cum epitaphio non*

\* a Burgundia.

indocto. In medio choro, ubi monachi cantare solent, sepulcrum spectatur Caroli Calvi imperatoris. Post altare matutinum sepulcra sunt, quorum tamen exigua apparent vestigia, Philippi Augusti, qui conquestor cognominatus, Ludovici VIII. & Ludovici sancti, cujus corpus postea fuit elevatum. Ante primum altare (nunc ante infimum sanctuarii gradum sub tumba cuprea plana) postquam legi Margartam S. Ludovici conjugem. Conditos item in choro memorant monachi, hec indicia desunt, Clotarum III. Theodoricum IV. & Alfonso comitem Pictaviansem sancti Ludovici fratrem. Isti igitur in choro: extra eundem versus meridiem quidem in sacello Caroli V. fitos didici ipsam Carolum V. Johannis filium, cum conjugè Johanna Borbonica (duabulque filiabus) Carolum VI. cum Isabella conjugè Stephani Bavaricæ ducis filia, Carolum VII. cum uxore Maria regis Sicilia filia: Carolum denique Delphinum Viennensem, Caroli VI. Francorum regis filium (sub tumba plana cuprea) Visitur haud procul inde magnificum Francisci I. Magni cognomine, ejusque conjugis Claudia Britanna mausoleum, ipsorumque liberorum Francisci Delphini Britannia ducis, Caroli ducis Aurelianensis, & Carola filia, adsculptis, præter omnium effigies, bellorum, victoriarum, rerumque ab eodem (Francisco I. rege) gestarum monumentis. Ad septentrionem C in variis sacellis conspiciuntur bustæ, in Blanca quidem sacratio Maria, Blancaque Caroli IV. Franciæ, Navarraq; regis filiarum, Ludovici Abrincensis\* Stamparum comitis, Johanna d'Eu Stamparum item comitissa: in sancti trippolyti, Blanca Francorum regina cum Johanna filia. In ipso templo, qua septentrio est, visitur monumentum ex alabastro Ludovici XII. ejusque conjugis Anna Britanna. In novo sacello, quod rotunda forma se extendit ad septentrionem in cæmeterium, magnifice positi leguntur Henricus II. ejusque filii Franciscus II. Carolus IX. & Henricus III. Franciæ reges. Hactenus Merula, cujus narrationi addere licet tumulatos ibidem D fuisse, nempe in proxime latulo sacello Catharinam Medicæam uxorem Henrici II. alioque duos eorum filios Franciscum Alenconi ducem, & Ludovicum, tresque filias, quarum altera Margareta fuit Navarraq; regina, ac denique unam filiam Caroli IX. quorum omnium corpora ex illo novo sacello jussu regis Ludovici XIV. destructo transfata fuere cum mausoleo magnifico in ecclesiam prope Ludovici XII. regis monumentum ad septentrionem, ac insuper statuae marmoreæ coloris albi Henrici II. & Catharinæ Medicæe supra forma cubantium in lectulo aereo pululunt elato conspiciuntur in sacello proximo B. Mariæ Altæ. E His accedit Borbonicæ gentis conditorum subitus sanctuarium & capitium, cujus ingressus est juxta portam ferream meridionalem, qua in chorum aditus est. Illic jacent Henricus IV. cognomento Magnus, Maria Medicæa uxor; Ludovicus XIII. rex Justus nuncupatus, Anna Austriaca uxor, fratreg; regis filius dux Aurelianensis cum uxoribus & liberis. Ludovicus XIV. cognomento Magnus, Maria Austriaca uxor, & frater unicus Ludovici XIV. regis Philippus dux Aurelianensis cum uxoribus & liberis, quos inter Philippus alter dux Aurelianensis & Franciæ prorex, dum expectatur

\* Ebroicæ sita.

ad ætatem legitimam pervenisse pronepotem Ludovici XIV. Ludovicum XV. qui feliciter hodie sceptrum moderatur.

Mitto Ludovici regnantis avum & aviam Delphinos, patrem ac matrem Delphinos, duosque fratres Britannie duces, quorum alter fuit etiam Delphinus, ac patruum ducem Biturigum cum uxore filia Philippi II. ducis Aurelianensis & liberis. Addendum & hoc Merulæ, in sacello beate Mariæ Albæ ad septentrionem uxorem Caroli IV. regis Johannam d'Evreux, & principem Ludovicum d'Evreux cum uxore Johanna d'Eu Atheniensis ducissa tumulos habere: itemque in sacello Caroli V. ad meridiem, præter jam dictos reges ac reginas, eorumque filios & filias inibi sepultos, nonnullos etiam viros insignes, singulari gratia regum, in eodem sepultura dignatos fuisse: puta Bertrandum du Guesclin rei militari Franciæ præpositum, sub tumulo marmoris nigri & statua marmoris albi; Burellum de la Riviere cambellanum Caroli V. ad pedes ejusdem regis sub tumba cuprea plana; ac denique Arnaudum de Guillem dominum de Barbazan sub æneis cum figura tumulo. Absit vero ut omittam de Francia tam bene meritum virum marefcallum Turennum, cui ob infinita præclare gesta in bello, meritorum æquus æstimator Ludovicus Magnus sepulturam & insigne mausoleum permisit habere in ultimo capiti ecclesiæ sacello ad septentrionem, sancto Eustachio quondam factato. Ceterum de hoc archimonsisterio, privilegiis ejus, diplomatibus pontificum, regum variis tabulis & abbatum catalogo integrum commentarium copiose descripsit Jacobus Dabletus tertius prior, cænaricus & chartularius ejusdem cœnobii in historia regaliæ abbatie sancti Dionysii Gallicæ edita, quam ad plenioram notitiam consulere jubabit; sed præcipue de his consulenda est novissima ejusdem monasterii, eodemque idiomate historia, quam elegantissime nec minus accurate scripsit D. Michael Felibien nostræ congregationis monachus; quo usi duce multa in veteri Gallia Christiana emendavimus, & abbatum seriem restitimus, prout sequitur.

#### SERIES ABBATUM.

**A**MPHILOCHIUS abbas, qui vice Amelii episcopi Parisiensis concilio IV. Aurelianensi subscribit anno 541. Mabillonio tomo primo Anallium pag. 111. videtur esse Sandionysianus abbas, cum, inquit, pleraque hujus diocesis monasteria nondum essent fundata. Verum quidni etiam Chrodecharius subscriptus abbas chartæ fundationis parthenonis B. Mariæ apud Brogarias in pago Stampensi diocesis Parisiensis anno XVI. Clotarii regis, quem Mabillonius existimatum III. ejus nominis, postea dixit II. hoc est anno 599. loco 670. fuerit abbas sancti Dionysii? Conjectimus, non affirmamus. Certe idem Mabillonius operum posthumorum tomo secundo pagina 346. vocat hanc chartam testamentum Clotildis dominæ Franciæ: in gratiam sancti Dionysii.

I. Dodo reperitur abbas S. Dionysii regnante Clotario II. patre Dagoberti I. in duabus chartis, altera notis chronicis destituta, quam post Dable-

*Tomus VII.*

tum Felibianus recensuit vetera inter historiarum sancti Dionysii monumenta num. 1. Huic porro datæ in villa Stirpiniaco, *Efprepagny*, subscribit *Clotacharius in Christi nomine rex*, offerente Ursino referendario. Altera est apud eisdem Dubletum & Felibianum, Theodilæ seu Theodilanz, alio nomine Theodetrudis, nobilis matronæ, domino & in Christo venerabili patri Dodoni abbati, una cum fratribus suis basilicæ sancti Dionysii defervientibus inscripta in epistolæ modum, qua pia illa femina eidem basilicæ concedit quædam prædia in pagis Bellovacensi & Lemovicino, ea conditione, ut nomen suum in libro vitæ, id est in necrologio loci confcribatur, ipsiusque corpus in illa basilica sepeliatur. *Actum in eadem basilica XLI. cal. Maias anno XLIIII. Clotarii regis*, hic est 627. Exstat & aliud Dagoberti diploma apud Dubletum pro monasterio S. Dionysii, vel Dodone abbate, datum anno regni quarto decimo, fed dubium, quod eo tempore Aigulfus abbas eidem loco præfuisse videatur.

II. Cunoaldus, qui & Chunalodus, præfuit sub Dagoberto I. qui regni anno decimo, hic est 631. precibus ejus indulst, ut filii servorum, quoquomodo nati, five ex legitimo connubio, five non, essent & ipsi abbatæ servi, poena mutandi, si secus agerent.

III. Aigulfus in tres divisus vulgatis in catalogis, unus & idem est, qui a Clodoveo Dagoberti filio præceptum obtinuit anno regni ejus septimo mense Octobri. Eiusdem abbat is facilitati tribuit Fredegarius capite 79. quod *psallentium ad instar monasterii sanctorum Aganensium* a Dagoberto in basilica Dionysiana institutum, abrogatum fuerit ante sextum regni Clodovei annum, ait Mabillonius tomo secundo operum posthumorum pagina 350. adeo fallunt chronica sancti Benigni Divionensis, ubi hoc studio & industria abbat is Aigulfi adimpletum dicitur. Id porro Mabillonius de perpetuo seu assiduo *psallentio* intelligendum esse optime notat, nam si de horarum canonicarum resolutione & interrupta modulatione id interpretaremur, consequens foret Aigulfi abbat is incuria divinum in celebri S. Dionysii ecclesiâ omnino cessasse officium. Hancce igitur laudabilem abrogatam consuetudinem, seu potius intermissam restitui præcepto Clodoveus II. Dagoberti filius, ut liquet ex ipsius diplomate inter recensita in historia Sandionysiana ordine quinto. In eodem Clodovei præcepto fit mentio privilegii, quod huic nobilissimo acfetero concedi procuravit a Landrico Parisiensis episcopo, necnon in frequenti apud Clippiacum, *Clichy*, episcoporum synodo confirmari. Hæc acta leguntur x. cal. Julii anno XVI. hujus regis, qui etiam male audierit apud nonnullos, quod aurum argentumque, quo Dagobertus sanctorum martyrum sepulcrum ornaverat, pauperibus, urgente gravi fame, jusserit erogari anno 651. potius tamen laudandus est, cum pro sublevanda egenorum inopia etiam vasa sacra confringere, constareque consulant atque præcipiant sancti patres.

IV. Wandebertus in vulgatis indicibus omiffus, in quibus Leobefarius abbas Aigulfo

Y ij

*Prot. hist. S.  
Dion. n. 11.*

*Hist. Jo. Hist.  
Dion. p. 13.*

*Spicilg. r.  
p. 387.  
Annal. t. 1.  
n. 72.*

*Chron. Mal.  
lus. tom. 2.  
novæ biblioth.  
Lath. pag.  
193.*

*Diplomas.  
pag. 468.*

substituitur ex instrumentis, quæ nullam mereretur auctoritatem, ait Mabillonius, memoratur in quodam diplomate authentico in papyro Ægyptiaca scripto, sed mutilo, in quo regis nomen cum primis verbis avulsim est. Is autem, inquit idem Mabillonius, Clotarius videtur esse rex ille, qui, uti postulat Wandebrechtus abbas, de basilica peculiaris patroni nostri, ait rex, domni Dionysii, ubi ipse corpore requiescit, prius a rege Dagoberto concessa, eadem basilicæ confirmat circa annum 657. loca nuncupata Agnicicum, Cuslu-num, Magninovillam, Medianovillæ & Gellas, sita in pago Belloasine, ad matricularios prædictæ basilicæ. Hi erant pauperes matriculæ ecclesiæ inscripti, qui monasterii sumibus alebantur, & ad quorum sustentationem reges & viri pii multa contulerunt. In ecclesiâ ministrabant, vilioribus officiis addicti & mancipati.

V. Charadericus memoratur abbas in duobus præceptis Theudericæ III. regis datis anno regni ejus quinto, hoc est 678. & mense Septembri, quorum primo in probationibus historiæ S. Dionysii n. x. villas Saucithum, Montecellas & Abniti dono accipit; in altero ibidem n. xi. mentio fit de conventu episcoporum Marlaci habito, ubi Chramlinus Ebreldunensis antistes sede sua dejectus fuit; eidem tamen ex regis clementia & procerum assensu, res suæ propriæ reservatæ sunt, permilsumque ut pro exilio perpetuo, quod ipsi decretum fuerat, in monasterium sancti Dionysii corpore insigne ei sedere liceret sub Charaderici abbatis regimine, ibique sub obedientia & regulari ordine reliquum vitæ suæ perageret. Charaderici memoria iterum occurrit in alio ejusdem Theudericæ diplomate, ibidem n. xii. promulgato circa 688. pro sancti Dionysii *carris* omnimoda per Galliam a teloneis concessa immunitate. Idem postea factus episcopus, forte Bellovacensis ante Constantinum, Tunonis vallis monasterium in pago Camliacensi apud Bellovacos condidisse perhibetur. Id patet ex duobus præceptis Childeberti regis eo nomine tertii, in quorum priore *Charadericus quondam abba*, in altero idem *quondam episcopus* dicitur. Hoc utrumque præceptum obtinuit a rege venerabilis vir Magnoldus abbas monasterii de Tunfone seu Tufone valle, *quod in honore sancti Dionysii & sancti Marcelli Charadericus quondam abbas & episcopus in proprio fundo ædificavit sub sancta regula*, ibidemque venerabilem virum Magnoldum abbatem constituit rectorem. Ignotum est modo cœnobium istud, ait Mabillonius, nisi si hoc sit Vallis monasterium congregationis Fulienfis ad Iseram, quod a nigris monachis ad albos Cisterciensis tranlerit.

VI. Chaino in præfectura S. Dionysii Charaderico successor datus, is etiam videtur, qui jam anno 678. in præcepto Theudericæ III. regis pro sancti Dionysii cœnobio, cujus tunc erat œconomus, *venerabilis vir Chaino diaconus* nuncupatur. Sane hujus abbatis nomen legitur in alio ejusdem Theudericæ diplomate, quo Latiniacum, prædium pagi Meldici, Siccum vulgo appellatum, conceditur monasterio sancti Dionysii, ubi ipse requiescit in corpore, & *venerabilis vir Chaino abba cum norma*

*A plurima monachorum . . . præesse videtur.* Datum est III. cal. Novemb. anno xvi. regni Theudericæ, Memoratur & anno xviii. ejusdem regis in testamento viri illustri Vandemiris & Ercamberte conjugis, quo plurima variis ecclesiis pagi Parisiensis, & huic inter alias Sandionysianæ conferuntur. Tria sunt insuper in probationibus historiæ S. Dionysii num. xvi. xvii. & xviii. Clodovei III. regis, in quibus idem Chaino abbas sancti Dionysii asseritur. His adde duo præcepta ibidem num. xx. & xxi. Childeberti III. anno regni primo, concessa monasterio S. Dionysii, cujus abbas Chaino & Haino dicitur, confirmantis. **B** *scripsit idem Chaino post plurimos episcopos privilegio, quod Agirardus episcopus Carnotensis anno 696. impertitus est suburbano cujusdam oppidi ad Ligerim diocesis Carnotensis cœnobio, fundato in honorem beatae Mariæ ab Adrebertana matrona, consentiente filio Deodato urbis Carnotensis pontifice Agirardi antecessore, ubi Chrotarius diaconus & œconomus abbatæ S. Dionysii primus abbas dicitur institutus, nunquam vero Sandionysianus abbas, ut irrepsit Mabillonio toro secundo Annalium pag. 47. ubi quidem de Chainone hæc addit pagina 15. ejusdem tomii: Childebertus III. Francorum rex anno regni duodecimo, Christi 706. Solemnium villani pagi Fanomartensis ad fluvium Salam S. Dionysii Parisiaco concessit monasterio, cui tunc non Chillardus, ut in editis, sed Chaino abbas præerat.*

VII. Dalphinus successit, cujus memoria est in præcepto Childeberti III. anno regni sexto-decimo, ubi nundinarum sancti Dionysii mentio, quarum jura & privilegia die 13. Decemb. eidem monasterio asseruntur contra actores Grimoaldi majoris domus, qui una cum pagi Parisiaci comite saltem mediam eorum partem fisco deberi contendebat. Dalphini quoque meminit ejusdem Childeberti placitum de Farinaria Cadolaci in *D. n. xxvi.* Latiniaco villa, *Lagneville*, prope Vernum, datum eodem loco apud Mamaccas die xiv. mensis Decembris adversus Grimoaldum majorem domus, secundumque actores sancti Dionysii, cujus *abba & custos* dicitur Dalphinus.

VIII. Chillardus, quem Mabillonius non alium putat ab Helardo, de quo mox dicemus, cum agemus de Godobaldo abbate n. xii. Dalphino successit est regnante Dagoberto III. Nam in quodam diplomate Pipini majoris domus dato 17. Augusti anno 750. Childerici regis anno octavo fit mentio nonnullarum rerum, de quibus *Chillardus abbas ante Dagobertum quondam regem acceperat judicium evindictatum.* Chillardi quoque temporibus Chilpericus, cognomento Daniel, filius Childerici mense Martio anno regni sui primo, hic est 716. ratas habuit immunitates omnes Dionysiano monasterio concessas, factisque donationibus, ac præcipue centum vaccarum eidem a fisco annuatim inferendarum e pago Cenomanico, altero ejusdem anni præcepto inter probationes historiæ sancti Dionysii n. xxx. ubi & alia duo sunt eorundem regis & anni, alterum num. xxviii. pro Chillardo abbate, & alterum num. xxix. ex quo Martinum tunc fuisse regalis hujus

*Annal. t. 1. l. xvi. n. 2.*

*Prob. hist. Dum. n. 111.*

*Prob. hist. Sancti Dion. n. xxii. §. xxiv.*

*Annal. t. 1. l. xviii. pag. 613.*

*Prob. hist. S. Dion. n. xliii.*

*Annal. tom. 1. p. 194.*

*Prob. hist. S. Dion. n. xxii.*

*D. n. xxv.*

*D. n. xxvi.*

*Annal. tom. 2. pag. 43.*

*Diplom. pag. 429.*

*Chart. v. col. 5.*

cœnobii præpositum constat. Chillardum paulo A post decessisse opinatur Mabillonius.

IX. Turnoaldus quem fuisse Parisiensem episcopum sub Clodoveo III. & Childeberto III. constat, ut diximus, ex eorundem regum diplomatibus editis libro vi. de re Diplomatica; utrum episcopus relicto monasterio inderit in cœnobio Dionysiano, cujus postea renunciatus abbas fuerit, non ita certum. Sane non abbas, sed custos dicitur in diplomate Chilperici regis, qui rogatus a Ragenfredo majore domus silvam Roveritum (ad Novigentum oppidum sancti Clodoaldi pertinentem, ex Mabillonio) super fluvium Sigonan, la Seine, tradidit basilicæ S. Dionysii pridie calendæ Martias anno regni secundo, hic est 717. ut legitur in probationibus historice sancti Dionysii: xxxi. In superioribus quidem legitur Dalphinum simul dictum *custodem & abbatem*; et consequens non est custodes omnes a regibus datos monasteriis, quæ vel ipsi, vel eorum antecessores edificaverant, abbates monachos fuisse. Qua de re vide librum primum historici Sandionysianæ n. xxi. pag. 36. auctore Felibiano, qui tamen Turnoaldo locum abbas non invidit. Et certe cum sancti Dionysii asceterium saltem in temporalibus aliquandiu procurarit & rexerit, non minus meretur abbas nomen, quam commendatarii.

X. Hugo I. regnante Chilperico abbas nominatur in Pipini regis placito, ubi Pipinus monasterio Dionysiano asserit *quæcumque Joba per suum testamentum ad casam sancti Dionysii condonavit, vel jam ante Chilpericum regem antecessorem suum, & Hugonem antecessorem ipsius Fulradi abbatis (non proximum) auctrix offuit.*

XI. Berthoaldus innotescit ex præcepto Theoderici cognomento Calensis, anno regni tertio calendæ Martii, quo regum ac pontificum prius concessa Dionysiano monasterio privilegia confirmantur, inibi dicitur *venerabilis vir Berthoaldus abbas de ipsa basilica domni Dionysii.* In hoc diplomate quod illigat Mabillonius anno 723. illud observatu dignum, quod sancti Dionysii, ejusque sociorum missio refertur ad beatum Glementem papam; deinde quod rex ideo hanc confirmationem a re dicit factam, ut sicut temporibus anteriorum regum in ipsa sancta basilica jugis psalmodia, monachis in turmas distributis, fuerat instituta, ita etiam perenniter deinceps in ipso sancto loco celebretur. Non diu post datum diploma abbas fuit Berthoaldus, cui hoc ipso anno successisse videtur.

XII. Godobaldus, idem haud dubie, de quo hæc leguntur in veterino codice Remensis ecclesiæ *de miraculis sancti Dionysii* inscripto: *Sub Carolo Francorum principe, majore domus, ut tunc moris erat, vocato, quidam nomine Godobaldus ortus provincia Albanensis, villa quæ dicitur Arbrido, cum in nemem beatissimi viri Lamberti episcopi cuidam comiti Dodoni nomine se consortem & consocium præbuisset, Deo panam exigente, claudus effectus est. Cum criminis admitti penitens multa sacra loca veniæ impetrandæ ac sanitatis consequendæ gratia perultrasset, tandem Romæ ad limina beati Petri orans revelatione didicidit, se in basilica sanctorum*

martyrum Dionysii & sociorum in Gallis voti competentem futurum. Nec mora, designatum cœlestium locum expetit, ibique sanatur. Erat tunc cœnobii abbas Helardus, idem ac Chillardus, *qui divino miraculo congratulans, locum ei & alimenta communia concessit, sicque in eodem loco vitam degens, cum in multis probus omnibus appareret, præcipiente Carolo principe, abbas inibi officium suscepit, ac per viginti quinque annos strenue administravit.* Mentio fit Godobaldi abbatis in placito Theoderici regis, quod Theoderico Clodovei Junioris filio Dubletus & Cointius perperam tribuerunt, quo rex Pontigone palatio suo una cum suis fidelibus ad univerforum causas audiendas residens, villam pagi Camliacensis Baudrinum super fluvium Iseram, *l'Oise*, sitam Godobaldo abbati Dionysiano adjudicavit, &c. Actum Pontigone die 3. Martii anno vi. Theoderici regis, hic est 726. Hisce temporibus vivebat reclusus apud S. Dionysium quidam Sigobertus (male in indicibus numero abbatum adscriptus) qui, ut habent antiqui Francorum annales, cum Grimone Corbeienfi abbate Romam delegatus est ad Gregorium III. a Carolo Martello Francorum principe, penes quem summa erat auctoritas, etiam a regis titulo abstineret.

XIII. Amalbertus Godobaldi successor notus est tantum ex placito Pipini majoris domus Childerici regis, quo manlus apud Marolium situs Dionysiano asserit est cœnobio. Femina scilicet nomine Christiana querebatur, *quod casa sancti Dionysii, vel Amalbertus abba haberet res suas malo ordine in loco qui dicitur in Marolio; responderunt abbas & Hrodgarius advocatus S. Dionysii, quod instrumenta haberent, qualiter ipsas res Wigaudius manu potestativa ad ipsam casam sancti Dionysii condonasset.* Quibus in medium prolatis ac relictis, mulier instrumentorum sinceritatem inficari non ausa, imo ultro agnoscens, liti renunciavit. Pipinus itaque alique judices, qui ipsi assidebant, prædum, de quo erat controversia, sancti Dionysii basilicæ vindicarunt anno 748. seu xi. Februarii anno quinto Childerici regis, qui primus erat Amalberti abbas. Non diu postea sedit Amalbertus, qui jam anno 750. successorem habebat Fulradum, non Conframnum, uti vult Cointius ex vitioso apud Dubletum diplomate.

XIV. Fulradus lucem aspexit parentibus Riculfo & Ermengarde, quos fuisse ditissimos non obscure colligitur ex pluribus in Alfatia a Fulrado conditis in proprio fundo monasteriis; qua quidem ex provincia traxisse videtur originem. Dionysiani monasterii abbas erat Fulradus anno 750. antequam Pipinus regium sibi nomen vindicasset. Id patet ex diplomatibus hujus anni & sequentis sub Pipino majore domus datis, quæ sunt edita inter probationes historice Sandionysianæ num. 33. & 34. Unum est placitum seu decretum Pipini majoris domus editum in villa Attinaco, ubi Fulradus jam abbas sancti Dionysii oratorum sancti Martini, Crucem appellatum, & multa prædia pagi Hainoensis, præsertim in villa Solemio evindicavit adversus Hormungum abbatem monasterii Marigili, seu Maricolenfis. Hoc placitum legitur datum die 17. mensis Augusti anno 7111. regni

Y iij

Amal. lib. 20. n. 18.

Ibidem.

Diplom. lib. 6. n. 36.

Mabill. Diplom. lib. 6. n. 37.

Ibidem tom. 21. Amal. pag. 148.

Prot. hist. S. Dion. n. 56.

Chiliderici gloriosissimi regis, hic est annus 750. Alterum datum est anno nono ejusdem regis, Junii vicesima die, in palatio itidem Attiniaco, ubi Pipinus major domus Curborum, vicum pagi *Tellau* Fulrado abbati adjudicavit, non obstante intercessione Raganæ abbatissæ monasterii apud Septem molas. Idem quoque Pipinus, cum jura salutatæ esset rex, anno regni primo cal. Martiis placitum habuit in palatio Vermeria, in quo Fulradus abbas adversus quemdam Gislemarum Abacicum villam pagi Cenomannici & Sibriaci portionem in pago Matricensi, quam Joba nater ipseus Gislemari S. Dionysio donaverat, evindicavit. Aliud ejusdem Pipini sub hoc tempore habet placitum in frequenti optatum confessu pro monasterio S. Dionysii & Fulrado abbate editum adversus Gaïrehardum comitem Parisiensem, qui quatuor denarios a singulis negotiatoribus ex quavis natione ad nundinas Dionysianas convenientibus exigebat, contra quod reclamabant actores Dionysiani, qui prolatis superiorum regum præceptis, hujus vexationis relaxationem a Pipino rege impetrarunt anno secundo regni ejus die Julii 18. hic est annus 753. Suas interim Fulradus amplissimas possessiones in pago Alsatiaë consistentes S. Dionysii monasterio contulit, nempe monasterium Lebraha, cellam S. Hippolyti aliaque prædia, ut habetur c. 2. concilii Vermeriensis, a quo Fulradus pater & sanctæ recordationis abbas dicitur. Tanta porro hic abbas simul & archiepiscopus ab anno saltem septingentesimo quinquagesimo apud Pipinum valebat auctoritate, ut Bonifacius in procinctu postremæ suæ in Frisiam profectionis, que anno 754. accidit, epistola 92. *confiscationi Fulrado presbytero* inscripta, roget eum, suis ut verbis gloriosum & amabilem regem Pipinum salutat. . . . discipuloque commendat, Lullum imprimis, quem sibi in episcopatu Moguntino successorem substitui postulat. Magni quoque ponderis erat apud Romanos pontifices Fulradi nomen, ad quos varias obivit legationes, quibus egregie perfunctus est. Prima fuit, cum ad consulendum de novo rege creando Zachariam missus fuit anno 750. aut

\* Pag. t. j. pag. 278.

Annal. t. 2. pag. 168.

A circiter 755. duæ habentur Stephani papæ ad Fulradum bullæ: quarum altera Fulrado Stephanus Pipini rogatu subaltaris calcamentum, id est usum pedulium, seu calciorum pontificalium & in equitando mappulum concedit, adeo tamen ut mortuo Fulrado hæc ornamenta cum illo in tumulo recondantur. Altera bulla sex diaconos idem pontifex in basilica Dionysiana instituit, eisque ulum dalmaticæ tribuit ad sacrum ministerium omni tempore peragendum. Romam circa id tempus in papæ comitatu Fulradus contendit, qui reversus cum ejusdem papæ litteris ad Pipinum, ab eo mox principe veniam obtinuit pro Vulfoso proditoris reo ob obstructum prope Virdunum in monte sancti Michaelis castrum, quo fæ regni hostes reciperent, & hoc ipsum castrum rex cum suis appendicibus, in quibus erat ecclesia per clericos administrata, modo S. Michaelis ad Mosam abbatia, Fulrado & S. Dionysii monasterio, ubi, ait Pipinus, *emittii fuimus*, addidit. Datum est diploma Compendii 14. cal. Aug. anno regni 14. hic est 755. Fulradus abbas Romam iterum pergit, ut Pentapolim & Æmiliam, quas Aistulfus, Pipino compellente, restitutum se pontifici anno superiori promiserat, ipse in manibus Stephani resignaret; nec multo post idem pontifex ad Desiderium Tugicæ ducenturum brevi Longobardorum regem nuncium misit Fulradum, cui & hospitium Romæ infra ecclesiam sancti Petri, cum altera domo & orto, ceterisque appendicibus donavit indictione decima, quæ convenit anno 757. Altera ejusdem Stephani ad Fulradum bulla n. XXXVII. in probationibus historiæ S. Dionysii, quam auctor mancans in aliquibus anno circiter 755. consignat, Mabillonius pleniorum anno 757. Fulrado abbati & successoribus tot quot voluerint monasteria sub sanctæ sedis tutela edificandi potestatem facit, suas item causas omnes ad pontificium tribunal deferendi, & confirmato privilegio Landerici episcopi Parisiensis a sua & omnium successorum potestate cœnobium liberantis, ut supra diximus, proprium habere episcopum, qui episcopalia munia in ipso monasterio & in cellis ei subiectis exerceret, per singulare privilegium concedit. Hæc summa est bullæ a Mabillonio relate loco citato, cui additur in fine: *Datum 14. calendæ Martias imperante domno piissimo Augusto Constantino a Deo coronato magno imperatore anno decimo octavo imperii ejus, sed & Leone majore imperatore ejus filio anno quarto, indictione decima*. Exemplar autem ejus, quæ numero XXXVII. in probationibus historiæ sancti Dionysii, hoc habet singulare: *Sancimus*, ait Stephanus papa, *ut nullo modo concilium episcoporum & laicorum absque voluntate excellentissimi filii nostri Pipini regis, vel tue dilectionis, Deo amabilis vir, te audeat quovomodo episcopum consecrare*. Adversus Gerardum comitem Parisiensem, qui telonea ex navibus & pontibus ad festum sancti Dionysii, quo solemnes nundinæ fiebant, sibi deberi, suisque antecessoribus perfoluta fuisse contendeat, judicium Fulradus obtinuit anno 759. tertio cal. Novembris, Pipino rege placito apud Compendium præsentem, qui quidem ipsemet affirmabat ejusmodi telonea

Prob. hist. 5. Dim. n. 38.

bid. n. 39.

bid. n. 36.

Tom. 3. Ad. 55. vol. 5. Brad. p. 2. pag. 336.

Prob. hist. 5. Dim. n. 41.



- partibus sancti Dionysii hæcenus perfoluta fuisse, A  
 uti ab infantia sua semper advertebat. Anno 764. apud Corbematicum, qui tertio post anno 774.  
 seu decimo tertio regni Pipini, decimo sexto cal. rex Francorum & Longobardorum dicitur pluribus  
 Augusti nonnulla emit Fulradus a Chrodardo co- eum donavit rebus pro ipsius monasterio sancti  
 mite in pago Brisgaviensi. Idem addidit anno se- Hippolyti in Allatia. Fulradus anno sequenti 775.  
 quenti placito Attiniacensi, cujus actis primus ex hæolicam Dionysianam a Pipino inchoatam & a  
 17. abbatibus post viginti septem episcopos sub- Carolo filio tandem absolutam (quam nos, inquit  
 scripsit. Quidam Adhaldardus eidem nonnulla præ- Carolus, *Christo proptio a novo ædificavimus opere*)  
 dia in pagis Ambianensi & Belvacensi largitus est iustus ab eodem Carolo Magno dedicari fecit cum  
 anno 766. Restituit eodem anno basilicæ Diony- magno decore, ut præfens loquitur princeps in  
 sianæ Pipinus rogatu Fulradi abbatis villam Exo- insigni donatione. Dionysii monasterio facta  
 nam, *Essone*, sitam super fluvium Exonæ in pago hoc anno 25. Febr. postridie scilicet, quam cele-  
 Parisiaco, a Clotario rege primum, dein a Clo- bratur quotannis hujus ecclesie dedicatio. *Actum*  
 doveo concessam, quæ ab iniquis hominibus sancto B *in monasterio S. Dionysii anno septimo* (in Francia)  
 Dionysii subtrahæta, tunc in potestate Rauchonis & primo (in Longobardia) *regni nostri, quinto cal.*  
 comitis erat. Alia tria Fulrado Pipinus diplomata Martias. Placitum \* quoque monasterium agri  
 concessit, quorum primo bona quedam sibi a Pinciæntis basilicæ sancti Dionysii *judicio Crucis*  
 Fulrado, urgente gravi morbo commissa, eidem evindicatum adversus Erchenradum senioreni epi-  
 in pristinum restituit, sanitatem retribuit, & de scopum Parisiensem, agente Fulrado abbate  
 eisdem bonis statuenti pro libito facultatem con- Carolus Magnus judicio suo comprobavit v. calendis  
 cedit: altero consert silyam Aquilnam inter Car- Augusti anno septimo regni sui, in villa Duria  
 notas ac Parisios positam, quam vulgus Ivelinam palatio publico. Habentur & alia tria præcepta  
 seu Evelinam vocat, aliaque prædia, exceptis quæ eorumdem principis & anni in probationibus his-  
 jam dederat aliis monasteriis: tertio denique om- toriæ sancti Dionysii n. LII. LIII. & LIV. &  
 nia monasterii bona, jura & privilegia confirmat. iterum aliud anni 776. n. LV. quo Fulradi præ-  
 Data sunt hæc diplomata in monasterio S. Dionysii cibus quæ statuta olim tam a Childoberto III. quam  
 ipso Pipini obitus anno 768. quo cum inibi ægro- recenter a Pipino fuerant de monasterii juri-  
 taret, paulo ante mortem conyocavit episcopos & bus in nundinis ubi ubi, seu juxta Parisios, seu apud  
 optimates regni, de quorum assensu regnum Fran- sanctum Dionysium habendis confirmavit. Ful-  
 corum aequali sorte suos inter filios Carolum & radum a Carolo missum cum Adone abbate ad  
 Carlomannum divisit; cumque defunctus esset, a Adrianum papam docet Carolini codicis epistola  
 filiis in eodem cœnobio conditus est. Vide Fre- nonagesima prima, ait Mabillonius. Nec dubium,  
 degarii chronicon continuatum capite ultimo ad quin tam recte & integre in hac fe gestit legat-  
 hunc annum 768. Caroli & Carlomanni fratrum tionem, quam in superioribus ad Stephanum & Pau-  
 haud impar fuit in cœnobio Dionysianum pietas ac lum Romanos pontifices, quorum in litteris ad  
 ac providentia. Enim vero ille basilicæ S. Dionysii, Pipinum, aliisque monumentis Fulradus honoris  
 ubi, ait, *genitor Pipinus rex requiescere videtur, & causâ nuncupatur Pipini consiliarius, capellanus pa-*  
 ipso Pipini obitus anno 768. quo cum inibi ægro- latii, *Francie archiepiscopus*, id est archicapellanus,  
 taret, paulo ante mortem conyocavit episcopos & cuius officium erat totum palatii regum Francorum  
 optimates regni, de quorum assensu regnum Fran- clerum sub cura & dispositione sua habere, ut  
 corum aequali sorte suos inter filios Carolum & D Hincmarus tradit ex Adhaldardi abbatis libro de  
 Carlomannum divisit; cumque defunctus esset, a ordine palatii. Hinc Fulradus Alcuino *pastor sacre*  
 filiis in eodem cœnobio conditus est. Vide Fre- capelle appellatur in ejus epitaphio infra referendo:  
 degarii chronicon continuatum capite ultimo ad quod munus ad obitum ulque retinuit. Sane in  
 hunc annum 768. Caroli & Carlomanni fratrum testamento quod anno 777. condidit, seipse capel-  
 haud impar fuit in cœnobio Dionysianum pietas ac lanum dicit; & Carolus Magnus in diplomate  
 ac providentia. Enim vero ille basilicæ S. Dionysii, ejusdem anni, quo privilegium Salonæ contra epi-  
 ubi, ait, *genitor Pipinus rex requiescere videtur, & scopum Metensem, confirmat, Fulradum vocat*  
 ipso Pipini obitus anno 768. quo cum inibi ægro- *capellanum palatii nostri* & abbatem S. Dionysii  
 taret, paulo ante mortem conyocavit episcopos & archiepiscopum vero in præcepto anni 782. quo  
 optimates regni, de quorum assensu regnum Fran- facta inter Fulradum & Euphemiam abbatissam  
 corum aequali sorte suos inter filios Carolum & S. Petri Metensis quorundam prædiorum com-  
 Carlomannum divisit; cumque defunctus esset, a mutatio laudatur. Duo sunt insuper ejusdem Caroli  
 filiis in eodem cœnobio conditus est. Vide Fre- Magni pro Fulrado abbate præcepta, quorum al-  
 degarii chronicon continuatum capite ultimo ad tero anhi 778. omnes Dionysiani monasterii con-  
 hunc annum 768. Caroli & Carlomanni fratrum firmantur immunitates, & altero anni 783. in  
 haud impar fuit in cœnobio Dionysianum pietas ac placito Carisiaci habito, Sonaciarga villa pagi  
 ac providentia. Enim vero ille basilicæ S. Dionysii, *Tellau* eidem monasterio vindicatur. Denique  
 ubi, ait, *genitor Pipinus rex requiescere videtur, & circa id tempus Adriani papæ ad Fulradum habetur*  
 ipso Pipini obitus anno 768. quo cum inibi ægro- epistola de immunitate cœnobii Dionysiani. Vivis  
 taret, paulo ante mortem conyocavit episcopos & exemitus est Fulradus anno 784. ex antiquis Fran-  
 optimates regni, de quorum assensu regnum Fran- corum annalibus, quibus consentiunt annales Mus-  
 corum aequali sorte suos inter filios Carolum & ciacenses. Dies ita signatur in necrologio Diony-  
 Carlomannum divisit; cumque defunctus esset, a siano & Argentogileni: *XVII. cal. Augusti obiit*  
 filiis in eodem cœnobio conditus est. Vide Fre- *domnus Fulradus nostra congregationis monachus &*

lib. n. 51.

\* Plaisir.  
lib. n. 53.Annal. t. 2.  
pag. 449.Prob. hist. S.  
Dion. n. 56.Diplomat.  
pag. 499.Prob. hist. S.  
Dion. n. 59.Hiden pag.  
500.  
Diplomat.  
pag. 501.Prob. hist. S.  
Dion. n. 58.  
or Diplomat.  
pag. 492.

abbas. Non ergo xiiii. calend. Martii, ut recentioribus visum est, qui forte translationis ejus sit dies, cum ejus corpus e monasterio Dionysiano, ubi primum sepultum fuit, translatum est in cellam Lebrahensem, ubi haecenus colitur ut sanctus. Sane Fulradum in basilica Dionysiana, quam ipse instauraverat, humatum fuisse, satis innuit Alcuinus in ejus epitaphio, quod sic habet:

*Presbyter egregius valde, & venerabilis abba,  
Strenuus actu, opere: pectore, mente pius;*

*Corpore Fulradus tumulo requiescit in isto,  
Notus in orbe procul, noster in orbe pater.*

*Inchyus iste sacra fuerat custosque capella:  
Hic decus ecclesiae proutus in omne bonum.*

*Haec domus alma Dei magno est renovata decore,*

*Ut cernis, lector, tempore quippe suo  
Iste pius pater magno dilexit amore,*

*Reliquias quorum haec domus alma tenet.*

*Credimus idcirco caelo societur ut illis,  
In terris quoniam semper amavit eos.*

Legendum est laudatum Fulradi testamentum inter vetera historiae Sandionysianae documenta num. 56. ubi de patre Riculfo, matre Ermengarde, & fratre Gauzberto loquitur, enumeratque praedia ecclesiae sancti Dionysii a se collata, necnon cellas, seu monasteria a se fundata, quae cenobio S. Dionysii vult esse subdita. Haec sunt, primum dictum de Leheraw, vel Lebraha, titulo subinde sancti Alexandri donatum; alterum ipsius nomine Fulrado-villare, postea dictum sancti Hippolyti, quod anno 763. a Paulo II. obenta sanctorum illorum corpora hinc monasteriis intulerit; uti etiam tertium, prius cella Fulradi appellatum, S. Cucuphatis nomen assumfit, post illic transfatas ex urbe Barcinone hujus sancti reliquias: nunc vero sanctorum Hippolyti & Cucuphatis reliquiae in ecclesia S. Dionysii requiescunt. De Fulrado

scriptores passim tum antiqui, tum recentiores, at legendus praesertim Mabillonius tam in Actis sanctorum tomo tertio part. 2. pagina 334. quam in Aunalibus.

Unum restat observandum in praefectura Fulradi, ipsius nempe temporibus, & aliquandiu post fuisse in cenobio sancti Dionysii unum monachum episcopali caractere insignitum, quod constat ex libro 1. miraculorum S. Dionysii cap. 6. & ex privilegio habendi proprium episcopum anno 757. a Stephano papa concessio, quod confirmavit Adrianus papa I. uti mox videbimus. Qui de hoc episcoporum genere plura voluerit, consulat praesertim Mabillonius in seculum tertium Benedictinum num. 32. ejusdem opus de re Diplomatica pag. 629. & lib. 44. historiae ecclesiasticae D. Fleury. Ceterum praeter hunc Fulradum abbatem Sandionysianum fuit alter fere superior S. Quintini Viromanducorum abbas, Caroli Martelli ex Hieronymo Pipini regis fratre nepos, de quo Theodulfus Aurelianensis in suis versibus.

XV. Maginarius, qui & Mainarius, idem pro-

*Prob. hist. S. secto, qui Fulradi testamento secundus ab illo subscriptus, eidem Fulrado, a quo teneris ab annis*

enutritus fuerat, suffectus est anno 784. Hic jam legatione, & fortasse pluribus aliis ad Adrianum papam celebris, capellani etiam munere insignis erat, ut constat ex litteris an. 783. quibus pontifex Carolo regi gratias agit pro eo quod *Itherius venerabilis abbas S. Martini Turonici, & Mogenerius religiosus capellanus* (non tamen summus, uti supra notavimus col. 224.) ab eo missi fuerant ad sibi procurandam Sabinensis territorii restitutionem, petique ut alteruter ad eam exsequendam denuo mittatur. Utri demandata fuerit haec altera provincia, ignoratur; at vel ex illa prima pontificis gratiam sibi conciliaffe probant non solum haec litterae, verum etiam quod Adrianus anno 786. prima die Julii concessum Fulrado decessori anno 757. a Stephano III. privilegium ipsi Magenario confirmaverit; nempe ut *haec ibidem habere episcopum, sicut a praesentibus temporibus & usque haecenus fuit . . . . & quando episcopus praesati loci de hoc seculo migraverit, & alius ab abbate & monachis dignus electus fuerit . . . . a vicinis episcopis, sicut mos exstitit, consecratur.* Hoc Adriani papae diploma refert Sirmundus tomo secundo concil. Gall. pag. 113. Refert & impugnat Gerardus Dubois tomo primo historiae ecclesiae Parisiensis pag. 276. primumque similiter Stephani papae privilegium ibidem pag. 238. Respondens cum Mabillonio hanc quidem clausulam *de proprio episcopo* in editis conciliorum deesse libris, sed inveniiri in veterinibus scriptis exemplaribus, quale est unum Thuano-Colbertinum, ante annos octingentes manu exaratum, quod & probat liber primus de miraculis S. Dionysii, seculo nono editus, in quo legitur, morem hujus aliquandiu fuisse ecclesiae episcopos habere, qualis fuit Herbertus episcopus ibidem laudatus. Idipsum quoque Mabillonius confirmat exemplis aliorum monasteriorum, quae similiter non quidem titulares, sed proprias, ut vetera monumenta loquuntur, episcopos habuerunt. Hoc certe de Turonico S. Martini monasterio agnovit Urbanus papa II. in concilio Turonensi, qui lectis ecclesiae Martinianae privilegiis, falsus est id privilegium eidem basilicae concessum, ut *proprium haberet episcopum.* Idem dicendum de monasterio Montis Sinai seculo undecimo, referente Ademaro monacho, ubi quingenti & eo amplius monachi sub imperio abbatibus manebant, *habentes ibidem proprium episcopum.* Ceterum haec de re disputent alii, quantum lubet, historica facta notare nobis incumbit, non jus eorum asserere. Itaque Maginarii facta prosequamur. Is Romam iterum missus anno 787. a Carolo Magno & inde Beneventum hunc principem initit conspirationis de Adalgio filio Desiderii in Langobardorum regem coronando certior fecit. Ejusdem Maginarii fides ac probitas erga Carolum entuerunt, dum certa bona in pago Brifgovienfi, quae bona fide Rodhardus comes acquisierat, & pari modo Maginarius comparaverat, reciens postea fuisse a regio patrimonio distracta, regi dimittere voluit. At pius rex eadem obtulit sancto Dionysio litteris datis pridie calendis Septembris anno regni xxii. hic est 790. Eodem anno Offi Merciorum rex quaedam suae ditionis praedia sancti Dionysii

cenobio

*Cod. Carol. q. 68.*

*Prob. hist. S. Dum. n. 60.*

*Lith. Bibl. mont. an. 2. pag. 175.*

*Prob. hist. S. Dum. n. 61.*

*Ibid. n. 62.*

cœnobio a subditis collata non modo confi navit, sed etiam propriis adauxit. Duobus tribuſve poſt annis, ſeu anno 793. ut quidem Mabillonio videtur, obiit Maginarius abbas xvii. cal. Auguſti, ex antiquo ſancti Dionyſii necrologio. Ejus epitaphium ſcripſit Alcuinus, ex quo diſcimus hunc ſublatum, cum florentibus annis eſſet, & ovile paucò rexiſſet tempore, a teneris annis, ut diximus, enutritum a Fulrado deceſſore, ſepultumque fuiſſe ad ipſius pedes in baſilica Dionyſiana. Hoc epitaphium ſubjicimus.

*Hic ſit ſub pedibus tibi, Maginare, magiſtri*

*Jam ſacra mundanis temporibus requies.*

*Te poſt ille poter teneris nutrit ab annis,*

*Tu quoque ſuccellor ejus honoris eras.*

*Hoc heu! per parvum rexiſti tempus ovile,*

*Floribus in mediis mors mala te tulerat.*

*Sed quem Chriſtus amat, mors illi nulla nocet:*

*Fuſt mortem melius vivit in arce poli.*

Reliquos verſus quatuor prætereo, quibus fratres ad ejus mores imitandos, & ad preces Chriſto pio eo fundendas præter hortatur.

XVI. Fardulſus genere Longobardus, capta Papiæ in Franciam abductus a Carolo Magno, eidem carus effectus eſt, ob deſectam Pipii ejus filii ex Himiltrude concubina conjurationem: quare monaſterium ſancti, Dionyſii, Maginario abbate mortuo, ei Carolus regendum commiſit; cui Fardulſus ut fe viciffim gratum exhiberet, ædem monaſterio adharerentem, inſtar veterum regni palatiorum ædificari curavit, in qua princeps, dum eò veniret, cum ſuis hoſpitaretur. Id ipſe teſtatur Fardulſus verſibus, quos Chæſtius reſert tomo 2. hiſt. ſcript. Franc. pag. 645. ubi & legere eſt B. Johanni Bapt. oratorium ab ipſo eſtuctum ſolvendi voti cauſa, quod initio exilii ſui ſe voſſiſſe idem Fardulſus ait ſequentibus verſibus. Eundem laudat Alcuinus ob *iborium* ab eo factum

Cor. 117.

in æde Dionyſiana. Fardulſum adſcitum a Carolo comitem in expeditionibus bellicis Saxonum adnotavit manuſcriptum vetus Sandionyſianum hiſ verbis: *Carolus Magnus, cum bellum adverſus Saxones mirabili induſtria adminiſtraret ſui præſentia, Fardulſum B. Dionyſii abbatem inter alios, qui ad ferendum pondus prælii, & gentis audaciam comprimendam evocati undique confluxerant, contigit accidiſſe. Hic ſacra beatorum martyrum pignora ſecum ferri juſſus fuerat, & cuſtodes clericos, qui ſecum proficiſcebantur, uti eis viciffim ſuccedentibus debita exhiberetur religio, delegaverat.* Fuit etiam Fardulſus e numero miſtorum dominicorum, quibus Carolus Magnus varias regiſ provincias assignavit perluſtrandas, ut leges tam eccleſiaſticas, quam civiles negligas obſervari curarent, juſque dicerent ac de ſingulis ad ipſum referrent. Idem anno 797. tricelimo Caroli, xiiii. cal. Januarii Theudaldum comitem, Giſelam forem Caroli Magni 799. & Nevelongum nobilem Haſbanium 805. beneficos expertus eſt. Mortuus creditur Fardulſus anno ſequenti 806. die 22. Decembris. Ipſius epitaphium, quale ſequitur, e manuſcripto codice bibliothecæ eminentiſſimi cardinalis Ottoboni

Tonus VII.

Tomus VIII.

Tomus IX.

Tomus X.

Tomus XI.

Tomus XII.

Tomus XIII.

Tomus XIV.

Tomus XV.

Tomus XVI.

Tomus XVII.

Tomus XVIII.

Tomus XIX.

eruit noſter Felibianus, & hiſtoriz Sandionyſianæ attexit:

*Eccleſia cultor, largus miſerator egenum*

*Fardulſus fuerat, hoc jacet in tumulo:*

*Iu hac æde Dei tolli qui nomine claro*

*Æternis meruit laudibus ac precibus.*

XVII. Waldo, qui & Walto, e monacho Sangalleni creatus ejuldem loci abbas, ut diximus tomo quinto col. 949. num. vi. ob diſſidia cum epifcopo Conſtantienti pacis amans in Augienſe monaſterium ſeceſſit, ubi poſtea in abbatem eſt electus anno 786. tandemque in cœnobium Dionyſianum prope Parisiſ migrans, ibi quoque ad ſummam prætecluram aſſumtus eſt, ut patet ex libro primo de miraculis ſancti Dionyſii capite 25. ubi ſic habetur: *Poſt Fardulſi obitum Waldo gubernandi cœnobium S.S. martyrum curam ſuſcepit.* Ejus temporibus reclusus quidam nomine Dungalus vixiſſe creditur in regali monaſterio, vir pius ac eruditus, qui ſcripſit ad Carolum Magnum epifolam editam tomo x. Spicilgeii pagina 143. de duplici ſolis eclipſi facta 810. & contra Claudium Taurinenſem ſacrarum imaginum aſſeruit cultum. Altercatum eſſe Waldonem abbatem S. Dionyſii in Francia cum Petro Comenſi epifcopo de quibuſdam rebus ſitis in valle Tellina in ducatu Mediolanenſi, quas Waldo monaſterio ſuo vindicare volebat, nos docet Lotharii imperatoris præceptum pro eccleſia Comenſi ad preces Leonis epifcopi. Datum eſt Compendii 111. nonas Jan. Ludovici Auguſti anno undecimo, Lotharii ſecundo, indictione ſecunda, hoc eſt anno 824. cum jam 814. obiſſet Waldo, ut colligitur ex carmine Walafridi Strabonis de viſione Wetini Augienſis monachi celebris, in qua Waldo ante annos decem quam hæc viſio contigerat (contigit autem anno ejus ſeculi viceſimo quarto) e vivis exceſſiſſe, & purgatoriis poenis errata diluiſſe dicitur hiſ verſibus acroſtichis, quibus Waldo exprimitur:

*Hiſ viſi. celſum celo montemque propinquum*

*Adſpiciunt, dum ductor ait: hæc arce tenetur*

*Abbas, ante decem corpus qui liqueat annos.*

*Tentorum incurſus, tempeſtatumque ſurores,*

*Sim pluvia multumque ſerenis diſcrimen, ibidem*

*Nullit incauto quidquid neglexerat æclum,*

*Tætuſ ut æterni ducatur regis in aulam,*

*Deliquiſque ſocras ſunctorum ſedis in ævum*

*Obſtineat, panique carens, ubi vita ſequatur.*

Waltonis obitus in necrologiſ Dionyſiano, Germanenſi, & Argentolienſi notatur v. calend. Aprilis.

XVIII. Hilduinus, qui & aliquando Aldoinus, diſcipulus Alcuini, illuſtri genere ortus, ut pote qui frater Wlgrini comitis Petragoricenſis & Engolimenſis, Caroli Calvi propinqui, itemque frater Bernardi & Gairoldi comitis, qui in necrologio Sangermanenſi memoratur, ſin mihiſ erat mouachus, cum ad S. Dionyſii monaſterium acceſſit, in hoc induiſſe monachum non incongrue

Z.

Alcuin.  
Pgr. 124.

Annal. 1. 2.  
P. 8. 987.

Prob. hiſt. S.  
Dion. n. 64.  
65. & 66.

T. 2. univ.  
Gal. Chriſt.  
col. 1456.

colligitur, ex antiquo Argentolii necrologio, atque etiam Dionysiano, ubi ad decimum cal. Decemb. beati Dionysii monachi & abbas appellatur. Eligitur abbas anno 814. ex libro primo de miraculis S. Dionysii capite primo, seu 815. secundum hodiernam inchoandi annum rationem. Sane hoc anno Ludovici Augusti primo calendis Decembris indictione viii. regie defensionis duo privilegia obtinuit ab hoc principe; qui & anno circiter 822. præceptum dedit pro commutatione quorundam prædiorum Hilduinum abbatem inter & Hildulfum de quibusdam bonis in Alfatia sitis. Hilduino Ludovicus & Lotharius Augusti tribuunt remissionem pensionis annue ducuntorum vini modiorum, quos quidem primum gratuius Dionysianus abbas occasione cuiusdam vini penuriae, ad Vern. (Vernivillam) palatium, dein ex quadam consuetudine successores perfolverant, jam vero regii exactores pro lege & debito censu exigebant. Datum est hoc præceptum anno circiter 823. quo jam tempore Hilduinus erat archicapellanus, seu major elemosynarius, abbas sancti Medardi Sueslonensis, & S. Germani a Pratis. Anno sequenti Ludovicus Pius imperator misit Romam Lothario pro sedandis super electione Eugenii II. papæ motibus exortis Hilduinum abbatem consiliarium adhibuit. Habetur ad annum 828. Ludovici & Lotharii imperatorum præceptum pro commutatione quorundam bonorum in pago Andegavensi inter Fulcricum & Hilduinum abbatem, qui & memoratur hoc circiter anno in præcepto eorundem imperatorum decernentium ad preces Theodradæ abbatissæ beatæ Mariæ de Argentolio, ut post ejus decessum ad sanctum Dionysium ista revertatur ecclesia. Circa 830. Rabanus Fuldenis abbas commentarios suos in librum Regum misit ad Hilduinum abbatem & sacri palatii archicapellanus, qui aliquam Rabani scripturam sibi utilem ab eo petierat, per quemdam Fuldensem monachum, quem Rabanus ad palatium direxerat. Multis laudatur Hilduinus ab omnibus illorum temporum scriptoribus. *Excellentissimum abbatem* vocat Lupus abbas Ferrariensis, quicum in adolescentia vixerat. Idem epistola 110. nobilitatis, dignitatis, & moderations apice conspicuum prædicat, nempe ob dignitatem archicapellani qua præditus erat, unde & ecclesiasticorum magister ab eodem auctore dicitur. Frotharius episcopus epist. xi. *excellētissimæ virum nobilitatis & gloriose dignitatis apice sublimatum, a Deo electum patrem & magistrum*; & epist. xvi. *inychum & omni nobilitate præclarum* compellat, qui & in epistola ecclesiæ Senonensis pro electione Jeremie, *sacris negotiis a Deo prelatum* exhibetur; propterea quod res ecclesiasticas hic solus, aut certe cum rege moderaretur. Ad hæc Theganus eum recenset inter magnates imperatoris cum Jesse Ambianensi præfule. Walafridus Strabo in carminibus ad eum scriptis tomo sexto antiquarum lectionum Canisii vocat *magnum Aaronem*, cujus nitor morum cum sensus probitate commendatur. Denique Agobardus Lugdunensis archipæfule eum *sanctissimum ac beatissimum* vocat in epistola ad proceres palatii, & pene solum cum Wala abbate in via Dei adju-

*atorem christianissimi imperatoris Ludovici.* Attamen cum anno 830. una cum Wala Corbeienis abbate filiorum imperatoris patri rebellium partibus adhæsisset, amissa ejusdem imperatoris gratia in exilium ad Corbeienem in Saxonia monasterium missus est. Inde revocatus paulo post Hiincmari discipuli sui favore, pristinas dignitates, Dionysianam videlicet ac Germanensem præfecturas recuperavit (Sanmedardensem excipit Pagi tomo tertio pagina 547.) Exciptenda certe archicapellani dignitas, uti supra diximus in eorum catalogo col. 225. num. xv. Inde contigit, ut liberior factus Hilduinus, quippe qui non jam alienis distracta, propriis ovibus regendis se totum dederit, quas ut ad meliora pabula reduceret, precibus induxit Ludovicum Pium ad ordinem monasticum in abbata S. Dionysii per episcopos renovandum. Audiendus ea de re Ludovicus in diplomate: *Inter cetera visum est illis* (episcopis, qui Parisiis Ludovici iusti conventum agebant) *ut monasterium præclarissimi & eximii Christi martyris B. Dionysii, sociorumque ejus, quod constat tantorum martyrum nomine dedicatum, & a regibus Francorum, progenitoribusque gloria nostre, amplissimis rebus ditatum, quo in eo monasticus ordo religiose Deo deservit, magna emendatione & correctione opus haberet* . . . . *Quam causam tam per se quamque & per venerabilem prudentemque virum Hilduinum memorati monasterii religiosum abbatem, nostre reverentis auribus intimarunt, uti nostra piissima imperiali potestate per eorum auctoritatem corrigetur.* *Data VII. calend. Septembris anno Christo proprio XIX. imp. Ludovici serenissimi imp. indictione x. (832.) Actum monasterio sancti Dionysii in Dei nomine feliciter, amen.* Ad hoc præceptum Ludovici alterum accessit ibidem eodemque tempore editum, quo partitionem bonorum monachis ab Hilduino factam confirmavit. Hilduini ea de re litteræ ex authentico instrumento, sed aliquot in locis mutilo a Mabillonio vulgatæ sunt, libro vi. de re Diplomatica pagina 519. & post hunc a Felibiano in prob. hist. sancti Dionysii n. LXXXII. ubi hanc partitionem Hilduinus non ambitione vani nominis, aut cupiditate presentis gloriæ, sed sola futuræ retributionis mercede a se factam dicit cum consilio & consensu Ludovici domini sui, ut ne monasticus ordo in eodem loco unquam deficiat, sicut præteritis temporibus contigit, in tantum ut pastorali negligentia diuturna, & incuria temporalis subsidii monachi a majori parte ipsum habitum abjicerent . . . . *Ne igitur aliquando ex subsidii temporalis defectu monachi in similem lapsum corruerent, & a via rectitudinis, & regulæ sancti Benedicti institutione, qualibet cavillatione in futuro aberrarent, aut devierent, statuit Hilduinus, ut dentur eis annis singulis de tritico puro ad eorum & hospitiu in refectorium venientium opus modica duo millia centum; ad præbandam famulorum eis servitium de Sigale modica nongenta; de vino puro ad eorundem monachorum & hospitiu usum modica duo millia quingenta, præter cervisium ad usum famulorum; de legumine modica trecenta; de adipis modica triginta quinque; de butyro festertia triginta; volatilia in Pascha & Natale Domini, &c. Quæ omnia ad centum quinquaginta*

Prob. hist. S.  
Dion. n. 67.  
68. & 69.

Hid. n. 70.

Hid. n. 71.

Chart. VIII.  
col. 9.

Proband.  
lib. 3. c. 2.

Prob. Ebor.  
act. Gall.  
edit. 2651.  
tom. 2. pag.  
1203.

Prob. hist. S.  
Dion. n. 74.

monachorum numerum assignata, minui unquam a successioribus abbatibus vetat; augeri vero cupit, ut, multiplicatis opibus, accumentur & servitii divini cultores, &c. Subscribitur Aldricus Senouensis, Ebo Remensis, Otgarus Moguntinus archiepiscopi; Drogo Mettensis episcopus, Witgarius Taurinensis, Ercharadus Parisiensis, Jonas Aurelianensis, Heribaldus Autissiodorensis, Tractarius episcopus incerti loci. *Actum in monasterio sancti apostolorum principis, excellentissimorumque martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii anno xix. Ludovici serenissimi imperatoris indictione x. Data xi. cal. Februarii in Dei nomine feliciter.* Hanc autem Hil-

*P. ubi. Hist. S. Dion. n. 73.*

duini abbatis constitutionem ratam habuit postea, uti supra diximus, Ludovicus imperator vii. cal. Septembris, iisdem anno & indictione, & quidem in monasterio sancti Dionysii. Ex quo intelligitur, ait Mabillonius, annum decimum nonum imperii Ludovici in predictis Hilduini litteris expressum, repetendum esse ab eo tempore, quo Ludovicus imperii confors a patre dictus est, non a Caroli parentis obitu, qui tantum v. calendas Februarii accidit. Hilduinus circa eundem annum extruxit ecclesiam, seu potius oratorium B. Mariæ, quod hæcenus visitur in crypta subterranea ad pedes veteris tumuli sancti Dionysii ejusque sociorum, ut patet ex ipsius litteris nonnulli mutilis, quibus huic oratorio, cujus dedicatio calendis Novembris facta dicitur, in dotem assignat viculum, qui *Ermodus dicitur, & mansum in Aquapiscia, ad luminaria suppeditanda, præter ea quæ de thesauro ad pedes sanctorum ex antiqua consuetudine donabantur.* Insuper statuit, ut ex monachis hujus sanctæ congregationis octo sibi per vices omni tempore in ea capella tam diuturnum, quam uoluntarium more Romano

*Ibid. n. 75.*

officium faciant. Et hoc quidem amplius constat ex diplomate Ludovici imperatoris, quo villam pagi Parisiaci vocabulo Mintriacum, Matræ, contulit ecclesie, quam vir venerabilis Hilduinus, abbas religiosus monasterii sancti Apostolorum principis, excellentissimorumque martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii, quos imperator speciales protectores suos vocat, ante pedes eorumdem beatissimorum martyrum ad laudem Dei ac Domini Jesu Christi in honore sanctæ & inviolatæ semper Virginis calis, totiusque mundi reginæ, ac sancti Præcursoris Christi, pro imperatoris ejusque conjugis ac prolis salute recens ædificaverat; ubi permissa & pretiosissima sanctorum pignora collocavit. Hæc vero donatio eidem loco facta est ad luminaria & ornamenta ibidem procuranda, eo pacto, ut in Purificatione S. Mariæ, ac die martyrii beatissimorum Petri & Pauli, & in solemnitate gloriosissimi martyris Sebastiani, atque in anniversario ipsius imperatoris & dilectæ ejus conjugis Judith, quando ipsi ex hoc mundo decessissent, ex rebus ejus villa monachi ipsius sancti cœnobii refectioem habeant, senotus solatiis caritatis, quæ de rebus ecclesie in solemnitatibus deputatis ex imperiali auctoritate jam habebant, & in iisdem diebus, juxta possibilitatem, pauperum refectio fiat, &c. *Data xlii. calend. Februaris anno Christo propitio decimo nono imperii domini Hludovici piissimi Augusti, indictione undecima. Actum Veru palatii regio.* Hilduinus an.

836. Areopagitica scribere aggressus est (ita notumus VII.

manant lucubrations, quas de gestis B. Dionysii contextit) jussu epistola Ludovici Pii, quæ iisdem Areopagiticis præfixa reperitur. Eodem anno, cum nuper apud Cartheim novam relegatus quosdam sanctorum martyrum reliquias Warino ejus loci abbati, itidemque monasterii Resbacensis pollicitus fuisset, corpus sancti Vitii pueri ac martyris Lucani, quod Pipino regnante translatum in Franciam, in quadam Parisiensis agri cella Dionysiana aservatum fuerat, eidem concessit, cum assensu imperatoris, episcopi Parisiensis, & nobilium vicinorum. Nithardus historie lib. 1. auctor est Hilduinum una cum Gerardo Parisinæ civitatis comite

an. 838. Carolo fidem suam sacramento firmasse, non 828. uti legitur, errore forsitan typographi, tomo primo historie Universitatis Parisiensis pag. 604. Eodem anno visum est Hilduino abbati fratribusque Sandionysianis suffragiorum inire societatem cum Remigianis monachis, qui sacre confederationi ultro assenserunt, si non ipsi primi ejs fuerunt auctores. Edite sunt hæc de re littere ex membrana Remigiana tomo 4. Spicilegii pag. 229. & in prob. hist. Sandion. num. LXXVII. in quibus id factum legitur Fulcone sancti Remigii abbate. Subjiciuntur in veteri membrana nomina monachorum ex monasterio sancti Dionysii, atque etiam illorum, quibus communio suffragiorum ab iis concessa fuerat, qui *fratres conscripti* aliis dicebantur. Horum in numero primi recensentur Hludovicus imperator, item Hludovicus rex, tum Hilduinus abbas, item Hilduinus abbas, item Hludovicus abbas, quorum primus Dionysianus abbas erat, alii duo confederati, & forte ex Dionysianis assumti: quanquam Ludovicus abbas videtur esse Ludovici Augusti frater, qui Hilduino abbati Dionysiano successit, jam aliorum cœnobiorum abbas. Hos sequuntur nomina ejusdem loci monachorum numero 123. Mabillonius tomo secundo Annal. pagina 608. habet centum viginti septem, quos inter memoratur Godofredus episcopus. Anno

839. quamdam bonorum factam permutationem Hilduinum inter abbatem sancti Dionysii & Ermentrudem abbatissam beatæ Mariæ Jotrensium Ludovicus imperator ratam habuit x. cal. Februarii indictione secunda anno imperii xxvi. Insequenti anno xxxvii. regnante Ludovico serenissimo Augusto die nono mensis Februarii duo nobiles conjuges Lanfridus & Teudgildis varia prædia apud Bidolidum sita contulerunt Hilduino abbati sancti Dionysii, qui mortuo Ludovico die Dominica 20. Junii ejusdem anni 840. dum Lotharius ex Italia integrum, si posset imperium occuparetur

Parisios tendit, una cum Gerardo comite Parisiensis, Carolo frustrata fide, Lothario obviam occurrit; eoque tempore dum frater in fratres insurgit, ac Nortmanni occupationem rati opportunitatem devastandi oras maritimas, jamjam Rotomagum expilarunt, Hilduinus Sandionysianum thesaurum in abbatiam Ferrariensem deportari voluit; sed cum Lupus Ferrariensis abbas epistola 110. tutum satis non esse locum admonuisset, quo se verterit Hilduinus, incertum. Sane circa hunc annum 840. existant in probationibus historie sancti Dionysii num. LXXXI. & LXXXIV.

Zij

duo pro Valle Tillina, *la Valtellina*, in Italia Lotharii imperatoris indulta sancto Dionysio privilegia precibus Hilduini, horum in primo diplomate dicti simpliciter *venerabilis abbatis*, in altero *venerabilis, vocati archiepiscopi, sacrique palatii nostri notarii summi*. De Hilduini obitu anno variant auctores: Mabillonius non ultra annum 840. vitam produxisse videtur, cui concinit auctor historiae genealogicae magnatum Franciae: tomo sexto pagina 242. cum ipse mortem confignat anno 840. Fallitur autem Jacobus Brolius, cum uno anno ejus obitum anteverit, Astronomo contra telante, Ludovico mortuo Hilduinum abbatem S. Dionysii una cum Gerardo comite Parisiensi, Lothario Parisios accedenti obviam profectum fuisse. Neque minus a vero abesse tam in anno quam in die videtur scriptor historiae Universitatis Parisiensis, cum tonio primo pag. 604. mortuum tradit anno 842. die 30. Octobris. In necrologio Sangermanensi ejus tempore scripto notatur ad decimum calendis Decembris *deposio domui Hilduini abbatis*, eodemque in Dionysiano: *Obiit Hilduinus B. Dionysii monachus & abbas*; futurus omni ex parte gloriosus, si Ludovico imperatori, & post eum Carolo regi ejus filio fidem haud selesillet, ut Lothario assentiretur. Laudatus Brolius, quem secutus est auctor historiae Universitatis Parisiensis tomo primo pag. 604. asserit eum sepulchrum fuisse in choro sancti Medardi Succionensis et regione praecipui altaris, ubi ante dirutam a Calvinistis ecclesiam visebatur adhuc lapis sepulchralis. Quod si ita est, ait Mabillonius, hunc ad obitum nique ejus loci abbatem perseverasse concedendum est.

XIX. Ludovicus I. Roricone Andium comite, & Rotrude natu majore filia Caroli Magni, ut quidam volunt, vel, ut ait Mabillonius, Rotrude esse illicita copula genitus, fuit certe Caroli Calvi consanguineus fere propinquus, ut ipse passim satur Carolus in diplomatibus, puta II. XCIV. & XCVI. libro 6. de re Diplomatica: *vir, inquit, venerabilis ac propinquus noster Ludovicus abbas monasterii Apostolorum principis, excellentissimorumque Christi martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii*, de quo vetus chronicon Centulense: *Nobilitatem praclari generis in nobilitatem transfudit religionis*. In Autisiodorensi sancti Germani monasterio educatum fuisse Ludovicum, ac in ipso Ferrariensi aliquando versatum, colligitur ex epistola inter Lupinas vigesima quinta Odonis Ferrariensis abbatis. Cum vero jam esset aliorum monasteriorum abbas, & Caroli regis cancellarius, ut patet ex authentico diplomate Caroli Calvi pro Herimanno ejusdem Ludovici *vestito*, dato VIII. idus Nov. anno regni secundo indict. 2. hoc est 839. Hilduini locum in abbacia Dionysiana occupavit: quod nomine duo ad illum utrobique vocatum propinquum habentur Lotharii imperatoris diplomata circa 840. quorum altero immunitates antiquiorum regum sibi a monachis ex monasterio S. Dionysii Deodato & Ricardo oblatas relegendas confirmavit, & altero abbatiam sancti Michaelis Viridunensis a sancto Dionysio distractam eidem crenobio restitui curavit. Anno 843. conventui episcoporum & procerum in villa

Germiniaci pagi Aurelianensis habito interfuit, nomenque suum apposuit privilegio Corbionensibus in pago Dorcastano, *de Dreux*, monachis concessio. Inter eos etiam recentetur, qui synodo Vemensi praesidebant anno 844. Eodem sit abbas Centulensis, & Fontanellensis anno 848. In concilio Parisiensi anno 847. habito subscripsit privilegio libertatis Corbeiensis cenobii, inscribens se abbatem pretiosissimorum martyrum Christi Dionysii & lociorum. Eodem anno Frotrigium filium quondam Froberti beneficium expertus est, a quo videlicet mansum, qui dicitur Montericus in agro Parisiaco accepit. Insuper hoc anno

B 847. nonnulla jugera in villis Insulae & Curtilis cum Ercanfredo & Gabilone Francis commutavit. Carolus Calvus anno 849. intuitu Ludovici abbatis, quem suum propinquum vocat, precibusque fratris nomine Deodati, ad cuius curam sollicito pauperum spectabat, pro iisdem pauperibus suscipiendis atque alendis, sive etiam vestiendis, ac pedibus eorum lavandis, *quosdam res, quae juxta viciniam Villulae pauperum ex fisco suo sitae erant, quarum vocabulum est Ludelini curtis in pago Parisiaco, una cum silva, quae vocatur Madam, cum omni integritate, excepta tantummodo venatione*, concessit. Anno 853. in conventu apud Silvacum missos inter dominicos annumerat Ludovicus abbas, etiam ante Irminfridum antileitem Bellouacensem. Nominatur eodem anno in Verrierensi concilio, Bonogilensi 856. & in aliis. Laudatus Carolus rex an. 854. commutationem bonorum

C Bettonem inter virum illustrem & abbatem Ludovicum suo precepto confirmans, vocat hunc protonotarium palatii sui. Chronicon de gestis Normannorum in Francia haec de Ludovico abbate refert: *Anno 857. v. calendis Januarii Normanni Luteciam Parisiorum invadunt, atque incendio tradunt: basilicam S. Petri & S. Genesiae incendunt, & ceteras omnes, praeter domum sancti Stephani & ecclesiam S. Vincentii & sancti Germani, praeterque ecclesiam sancti Dionysii, pro quibus tantummodo ne incenderetur, multa solidorum summa soluta est: Ludovicum abbatem S. Dionysii capiunt; pro cuius obtinenda libertate, ait Felibianus, ultra sexcenta millia librarum praesentis monetae a monachis tradita sunt. Hoc autem ipso anno 857. privilegium obtinuit Ludovicus a Benedicto III. pontifice. Cancellarii munere claruit, ut diximus, sub rege Carolo; quapropter a Lupo Ferrariensi dicitur summum episcopatum in palatio gerens officium, uti plures ad eum abbatem observant epistole, quae summam illius in negotiis regni testantur auctoritatem. Scribit ad eum Hiucinarus prius ad S. Dionysium monachus, postea Remensis archiepiscopus, abbatem suum vocans; ad quem etiam leguntur carmina Strabonis tomo sexto antiquarum lectio-*

D num Canisii. Eidem Ludovico abbati Carolus rex dedit anno 859. villam nomine Madrinicum, & Mamey, in pago Mauripensi, *le Hurepois*, circa Treca, ad cellam refugii aedificandam, idque patres concilii Pifensis, quos inter Ludovicus abbas, comprobantur mense Junio anni 861. Praeceptum idem Carolus dedit hoc anno pro quorundam praediorum in pagis Bracbatensi &

Prob. hist. S. Dim. n. 79.

Hid. n. 82. & 83.

Prob. hist. S. Dim. n. 57.

Diplomat. pag. 529.

Prob. hist. S. Dim. n. 58.

Hid. n. 89.

Pagi inn. 3. pag. 637.

Fisibord. l. 3. c. 24.

Prob. hist. S. Dim. n. 91. & 94.

Diplomat. pag. 334.

Belvacensis sitorum Ludovicum inter abbatem S. Dionysii & quendam Witranum firmandam commutatione. Novam eo tempore monasterii bonorum partitionem fecit Ludovicus, quam Carolus rex ratam habuit die 19. Septemb. anno 862. patrefque concilii Pifentis transfati Suesfiones confirmarunt eodem anno, prefente inter ceteros & fubfcribente Ludovico abbate; ac denique Nicolaus I. papa fuis diplomate roboravit xiv. calend. Maias indictione xi. hic eft annus 863. Intercepit a Normannis anno 865. 20. Oct. abbatia Sandionysiana, fuisque optimis expoliatur; fublevatur autem aliquoties anno fequenti beneficio Ludovici Germanici, qui precibus Ludovici abbatis, quem vocat propinquum fuum, quacumque ipfius bona fuis. pofita in ditionibus regiam in tutelam fufcepit. Inde fuit fententia Francifci du Chefne, qui in hiftoria cancelliariorum Francie pag. 79. hunc id muneris ftrenue gefiffe tradit, ab anno primo Caroli 840. ad annum ejuſdem regis vigefimum quintum, hoc eft 865. quo e vivis exceſſit. Plurimæ Lupi Ferrarienfis epilolæ, xxxii. videlicet, xxxviii. xliiii. lxxxiiii. & cxiiii. &c. editionis Baluziane infcribuntur huic abbati, quem ferunt fuiſſe diaconum, fed utrum monachus, dubitatur. Quod tamen hæc jam laudata chronici Centulenſis verba innuere videntur: *Nobilitatem præclari generis in mobilitatem tranſtulit religionis.* Ipſius mortem his verbis confignant annales Francorum Bertiniani: *Anno 867. Ludovicus abbas monaſterii S. Dionysii, & nepos Caroli imperatoris ex ſiſta maiore natu Rotrude, v. idus Januarii obiit; & Carolus rex abbatiam ipſius monaſterii ſibi retinuit, cauſas monaſterii & conſultationem præpoſitum & decanum, atque theſaurarium, militiæ quoque curam præ maiorem donus ſua commendatione geri diſponens:* ubi quod ſpeçtat ad militiam falli videtur annaliſta: quippe in cenſu monaſteriorum habito ſub Ludovico Pio, Dionysianum haud annumeratur iis, quæ militiam debent: niſi forte Carolus nimium incurſionibus Normannorum fatigatus huic novo Sandionysianam eccleſiam fecerit obnoxiam iugo. Ceterum ſub hoc abbate Hildegarius Sandionysianus monachus evaſit epifcopus Meldenfis circa 854. & Vandelmarius ex monacho item Sandionysiano præfeçtus junioribus clericis regie capellæ, poſtea fuit abbas ſançti Sanctini Meldenfis. Ludovici ſucceſſorem in abbatia Sandionysiana modo diximus Carolum regem; at tamen vulgati abbatum indices, aiunt Sammarthani, Hermannum & Valtonem memorant Ludovici ſucceſſores. De Valtone ſupra egimus n. xvii. Hermannus vero non abbas, fed theſaurarius monaſterii fuit. Itaque

XX. Carolus I. cognomento Calvus rex ob retentos abbatie redditus, ut reſpublicæ proficerent, inter abbates connumerari ſolet. Sane in diplomate anni 873. ſeu regni xxxiv. quo villam iuris ſui Riogilum, *Ruel*, monaſterio tradit, ſeipſe dicit a patre cauſa tutelæ in eo traditum, Dei conſtitutione regem, ipſuſque & fratrum electione monaſterii magni Dionysii abbatem. Verebantur quippe monachi, ne ſuum, ut alia plurima tunc temporis monaſteria, laicum abbatem fortiretur. Jam autem

A anno 867. die 29. Aug. Carolus deprecantibus monachis, abbas nulla facta mentione, villam nomine Caduſſiam, *Chauſſe* vel *Chauſſon*, ſuper fluvium Seræ ſitam in comitatu Laudunenſi contulit, & anno 869. petitione Gerardi decani pariter & ſacerdotis cum tota S. Dionysii ſocietate mercatum liberum ſingulis feriis tertius in villa Cornelliis indulſit. Jam tunc videlicet Carolus præpoſitum, decanum ac theſaurarium loci alumnos deſignaverat, qui iuſtus gubernarent tam in his, quæ ſpeçtant ad diſciplinam regularem, quam & ad culturam terrarum, & rerum temporalium adminiſtrationem. Rebus humanis exceſſit Carolus rex & imperator die 6. Octobris anno 877. deſcriptus primum Nantuaçi apud Sebuſianos, quod tunc erat abbatia Benedicte, nunc prioratus ordinis Cluniacenſis, unde poſt ſeptem annos tranſlatus ad ſançtum Dionysium, uti conſtituerat, ſepultus primum eſt ad altare matutinalæ SS. Trinitatis, ubi adhuc ſeculo xiiii. cernebatur ejus tumulus ex chronici Senonenſis libro quarto cap. 17. tum vero tranſductus eſt in medium chori ſub monumento ex ære a poſteris poſito, ſuper quatuor columnellas erecto, reſperſoque lilis, cum aenea itidem jacente arce epifgie coronata, ſceptum & globum geſtantis, ad cuius pedes exſtant C imago leonis, ad caput duo angeli, quorum quifque manu thuribulum gerit, & ad quatuor angulos quatuor eccleſiæ doçtores, his verſibus in circuitu apoſſitis:

*Imperio Carolus Calvus, regnoque potitus*

*Gallorum, jacet hæc ſub brevitæte ſuus.*

*Plurima, cum villis, cum clavo, cumque corona,*

*Eccleſiæ vivus huic dedit ille bona.*

*Multis ablatiſ, nobis ſuit hic reparator,*

*Sequanii fluvii, Ruolitiq; dator.*

D Gualterus ſeu Gualterius poſt Carolum Calvum, ait Gerardus Dubois tomo primo hiftoriæ eccleſiæ Pariſienſis pagina 525. abbatie adminiſtrationem cepit, quo procurante idem & Mabillonius tradunt, ſeptem poſt Caroli Calvi mortem annos, oſſa ejus e Nantua in Dionysianam baſilicam tranſſata fuiſſe & in choro monachorum ante altare SS. Trinitatis, uti vivens conſtituerat, humata. Verum tamen cum Felibianus eum inter abbates non reponat, quem, ut videtur, non niſi ſecundarium abbatem exiſtimavit, neque nos etiam inter abbates proprie dictos reponendum judicamus. Et certe

E XXI. Goſlenus I. Ludovici I. ſuperioris frater, poſt eum regni archicancellarius & abbas ſançti Germani a Pratis, & aliarum forſan eccleſiarum, poſteaque Pariſ. epifcopus, jam anno ſaltem 878. abbatiale S. Dionysii ſedem obtinebat, favore, ut legitur, Ludovici Balbi regis, qui certe hoc anno ratum habere noluit exemplar præcepti de abbatia S. Dionysii Romanæ eccleſiæ tradenda, facti, aut potius, ut a multis credebatur, conſiſci in conventu epifcoporum, aliorumque Ludovici conſiliariorum, ut Gozleno hæc abbatia abſta Johanni ſummo pontifici traderetur. Mors ejus ſignatur in obſidione urbis Pariſiæ anno 886.

Z iij

Prob. hiſt. S.  
Dion. n. 97.  
84. & 95.

liid. n. 97.

Prob. hiſt. S.  
Dion. n. 98.  
& 99.

Spieß. t. 3.  
pag. 352.

Chart. xv.  
col. 14.

dies vero depositionis notatur XVI. calendas Maii in necrologio sancti Germani a Pratis.

XXII. Ebulus, qui & Ebulus, Gosleni superioris ex sorore nepos, Pictavorum comes erat, Ranulphi comitis, primi hujus nominis filius, ut habetur tomo secundo historiarum generalium magnatum Franciæ pag. 512. hist. cancellariorum auctore Francisco du Chesne pag. 107. jamque diximus tomo secundo col. 1225. secundum tamen scribit Mabillonius tomo tertio Annalium pagina 260. Franciæ cancellarius sub Odone rege fuit abbas sancti Hilarii Pictaviensis, S. Germani Pratenfis apud Parisios, & sancti Dionysii in Francia, qui licet in litteris excultus fuisset, bellicis tamen artibus, quæ nec abbatem, nec forte cancellarium decebant, pene se totum dedit, unde *Mavortius* dictus, iisque asperimis studiis immortalis est anno 892. \* dum quoddam castellum in agro Pictaviensi pro Carolo Simplice contra Odonem regem ardentius oppugnaret. Notatur ejus obitus dies in necrologio Pratenfi vi. nonas Octobris.

\* ad 892.

XXIII. Odo I. rex, Eboles defuncto, abbas S. Dionysii titulum non dignatus est assumere, sive, ut loquitur annalista Metensis, *monasterium S. Dionysii Odo ad suum servitium revocat*, id est possessiones monasterii, quæ tribuebantur abbati, sibi retinuit, earumque quamdiu vixit potius est; quo tempore anno 894. erga Herimannum S. Dionysii archidiaconum seu thesaurarium se munificenter præbuit. Diem clausi extremum 3. Januarii anni 898. & apud sanctum Dionysium regio more sepulture mandatus est.

Prob. Hist. S. Dion. n. 201.

XXIV. Robertus I. Franciæ & Burgundiæ dux, comes Parisiensis, Pictaviensis & Carnotensis, Roberti cognomento Fortis, ducis Franciæ ex Adelaide Ludovici Pii imperatoris filia natus, & Odonis regis frater, cum jam esset Pratenfis abbas, favore, ut videtur, Odonis fratris, abbatiam quoque Dionysianam paulo post habuit, acceptam haud dubie, inquit Mabillonius tom. 3. Annalium pagina 287. ab eodem Odone, ut Dionysianæ, addit, tabulæ produnt; historicus tamen ecclesiæ Parisiensis tomo primo pag. 525. scribit hanc abbatiam quasi regium aliquod beneficium petiisse Robertum a Carolo III. seu Simplice, & obtinuisse, quam in sententiam propendit Felibianus auctor historiæ sancti Dionysii, nisi forte, inquit, ab Odone fratre adhuc superflite accepit. Ut ut est, anno 903. die 5. Junii Carolus rex ejus precibus bona prioratus de Lebraha Dionysiano monasterio assensit; & anno 917. villam Latiniacum sitam in pago Meldensi restituit eidem cenobio curavit, ea, inquit, *ratione, ut ab hodierno die prædictus abbas Robertus consanguineus noster de prædicta terra, quidquid exinde venire poterit, teneat. Actum Atiniaco palatio . . . v. cal. Junii indic. v. anno .xxv. regnante Carolo gloriosissimo rege, redintegrante .xx. & majore hereditate indepta vi.* Roberti tempore florebat in monasterio sancti Dionysii sanctus Gerardus, qui postea Briouienfis S. Petri & S. Eugenii fundavit cenobium in comitatu Namurcensi, modo dictum sancti Gerardi. Robertus autem inauguratur rex anno 922. ab Heriveo Remensi antillite, &

H. n. 103. &amp; 104.

insequenti occisus in prælio apud Sueffiones, in ecclesiæ Dionysiana sepelitur.

XXV. Hugo II. cognomento Magnus, Franciæ dux, & Parisiorum comes, Roberti superioris ex Beatrice Viromanduevici filius, hereditario jure abbatiam administravit ab anno 956. quo debito naturæ perfoluto die 16. Junii sepulturam in templo Dionysiano sortitus est. Dicitur etiam esse Hugo Albus, & Hugo abbas, quia simul abbatias plures possidebat. Sub ejus præfectura duo monachi Sandionysiani facti sunt archiepiscopi, Hugo scilicet Rotomagensis anno 942. & Hildemannus Senonensis anno 954.

XXVI. Hugo III. Capetus cognominatus, Hugonis Magni ex Hadwide, seu Hadwide Saxonica Henrici imperatoris nata filius, pari modo abbas titulum gessit Lothario & Ludovico regibus, simul abbas sancti Germani a Pratis, sancti Martini Turonensis, & forsitan Majoris monasterii, de quo & superioribus vide Sammarthanos fratres gemellos tomo primo historiæ genealogicæ regiæ. Remis inunctus est rex anno 987. postquam diu antea permisisset monachis abbatem sibi eligere. Ejus tempore monasterii præpositus erat Vitalis, qui anno 960. ab Ædgaro Anglorum rege clarum obtinuit pro restitutione ac tuitione bonorum sancti Dionysii. Regium hoc præceptum editum in prob. hist. sancti Dionysii num. 105. Togredis ipse bonorum raptor & invasor ad sepulchra sanctorum Dionysii & sociorum conservandum deserere jussus est. Hugo sepulture traditus est in ecclesiæ Dionysiana anno 997.

XXVII. Goslenus II. seu Gauzlinus, post abdicatum ab Hugone Capeto titulum abbas, & restitutam monachis eligendi abbatibus facultatem, primus occurrit memoratus in diplomate Richardi Normannorum ducis pro restitutione terræ Britnevalis, *Berneval*, in pago *Tellau* apud Caleos sitæ, xv. cal. Aprilis anno xiv. regnante Hlotario D rege indicatione xi. consule Mabillonium tomo tertio Annalium ad annum 968. num. 31. Ejus nomen inscribitur veteri necrologio S. Dionysii excuso ad calcem novæ sancti Dionysii historiæ, die 20. Januarii.

Gauzino successor datur Guarinus in historia laudata sancti Dionysii, ex epistola quadam cartulario sancti Vincentii Laudunensis inserta, sed cum vitiosa sit in notis chronologicis, nec aliunde notus sit Guarinus, ideo Mabillonio adherentes, post Gauzlinum, Robertum, qui sequitur, collocamus.

H. n. 107.

Annal. t. 3. pag. 655.

XXVIII. Robertus II. nominatur in diplomate authentico Othonis imperatoris anno 980: abbas venerandi monasterii, quod beate memorie Daguberti rex Francorum in memoriam & honorem egregii Christi martyris Dionysii . . . exstruxerat. Idem cum episcopo Parisiensis controversiam habuit, ut probat epistola cxlv. Gerberti tunc archiepiscopi Remensis inscripta episcopo Parisiensis, quam hic integram referre juvat, ex tomo tertio Annalium Bened. pag. 655. *Esti omnis ecclesiæ catholica una atque eadem est, singulis tamen sacerdotibus modus quidam prescriptus est, quo se extendere, ubi terminos debent collocare. Inque in causa*

Prob. Hist. S. Dion. n. 206.



Rotberti abbatis, ob eam quam servamus, ac semper A vobis servare volumus fidem, hac tria consulendo proponimus: primum, non esse nostri juris fulcra in aliena messe ponere: in quo multiplices rependimus grates etiam indebito dignari nos honore: secundum, sancti Dionysii cenobium ejus esse reverentia & dignitatis, ut nullus ibi magistratus debeat deponi aut imponi, sine comprovincialium, quorum interest, consensu, ac favore solemniter. Tertium proponimus, si rem in dilatione ponitis, vestra mansuetudini suggerendum quidquid honestius & utilius cum religiosissimis & amplissimis viris inveniemus. Inde vero quid acciderit, incomperatum nobis fuit. Ad annum 1005. notat chronicon breve Sandionysianum obiisse Robertum abbatem. Sed longe ante hunc annum cesserat in- vltus, aut lubens, ex dicendis.

XXIX. Guarinus, quem historia Sandionysiana Roberto superiori, uti jam diximus, prapōnit, eidem a Mabilionio tomo quarto Annal. pag. 57. supponitur. Et certe Guarinus abbas & conventus sancti Dionysii societatem suffragiorum eum Bellando abbate & monachi sancti Vincentii Laudunensis contraxerunt vi. idus Novemb. anno secundo Hugonis regis. Idem quoque Mabilionius tomo citato pag. 86. Guarinum Rotberti successorem vocat, eumque scribit abbatem fuisse tum cum Maiolus abbas Cluniacensis ab Hugone rege Parisios invitatus fuit ad componendum Dionysiani monasterii statum, ubi regularis disciplina deferberat. Qua de re sic habet S. Odilo in vita sancti Maioli: Hugo rex Francorum eum ad se venire rogavit ea intentione, ut monasterium sancti Dionysii consilio & adjutorio melius quam tunc erat, ordinari posset. Id autem contigit anno 994. quo Maiolus arrepto itinere pagum Arvernensem in- gressus, apud Silviniacum cellam monasterii Cluniacensis supremum vitæ suæ diem clausit. Nec ideo tamen pium consilium abiicit rex, sed accessit sanctum Odilonem Maioli successorem in abbacia Cluniacensi, ut quod hic morte præpediente exsequi non potuerat, ille præstaret. Morem gessit Odilo testante Ademaro monacho his verbis:

Beati Dionysii cenobium, quod jam pristinam monasticam corruerat regulam, rex Hugo regulari honestate, sicut in ecclesiis Domini reclusum erat, honestius restauravit per manum venerabilis Odilonis abbatis, & alia nonnulla sanctorum monasteria in decorem pristina disciplina revocavit. Hinc aliquando Dionysianos inter abbates censetur Odilo, cujus quidem consilio Robertus rex Hugonis filius pravas quasdam abrogavit consuetudines, in ut diplomate ea de re dato nequaquam Odilo vocatur abbas S. Dionysii, nec alibi eo titulo gaudere reperitur, qui tamen vite sui Vivianum, qui sequitur, illic abbatem instituit.

XXX. Vivianus sub Maiolo abbatæ præpositus Cluniacensis, Guarino cedenti sponte, deposito, vel defuncto successerat anno saltem 997. utpote quem ait Robertus rex genitorem suum Hugonem, qui decessit hoc anno 24. Oct. genitricem suam Adhelaïdem, seque pariter abbatem præfessit: ac proinde quod legitur in parvo S. Dionysii chronico: Anno M. V111. ordinatio domini Viviani abbatis, intelligendum est vel de ipsius abbatiati

benedictione, vel de sacerdotali inauguratione. Habitum esse legitimus hoc anno 997. conventum episcoporum apud sanctum Dionysium, Mabilionio 995. ubi de ecclesiis & decimis, quas laici possidebant, tanta, inquit, cum simulate actum est, ut in seditionem versus sit conventus. Vivianus autem memoratur abbas in charta insigniori Rotberti regis data in ipso monasterio S. Dionysii anno primo regni ejus octavo calendis Februarii indictione xi. hic est 998. quam ut pleniorum vigorem haberet, iudicio episcoporum, qui interfuerunt, firmatam eorumdem nominibus insigniri iussit. Hi sunt, Lethericus Senonum archiepiscopus, Hugo archiepiscopus Turonorum, Fulbertus Carnotensium episcopus, Adalbero Laudunensium, Fulco Aurelianensium, Rogerius Belvacensium, Fulco Suesionensium, Frotnundus Tricassinorum, Fulco Ambianensium, Gislebertus Meldensium, Wido Catalaunensium, Robertus Silvanectensium, & Balduinus Tarvaensium episcopus. Reginardus notarius vice Abbons episcopi & summi cancellarii recognovit & subscripsit. Idem Vivianus vir magnæ prudentiæ & industriae appellatur in charta ejusdem Rotberti regis data in synodo Calensis habita circiter annum 1008. xvi. cal. Junii in ejus loci palatio, ad quem Vivianus accesserat, Rotbertum regem, qui huic synodo cum episcopis aderat, rogaturus, ut sicut spiritualia, sic etiam terrena incrementa eidem loco provideret; cujus petitioni rex assensum præbens, quasdam res juris sui, cum conjuge ac filiis, hoc est bannum, seu iudicium, hominis vulnerati vel interfecti, & infracturam intra vel extra castellum ipsius cenobii, & legem duelli, quod vulgo dicitur Campus, aliaque in regio diplomate contenta donavit. Mortuus legitur Vivianus anno 1049. in parvo sancti Dionysii chronico, & quidem iv. idus Aug. in necrologio Divionensi.

XXXI. Hugo IV. in antiquitatis Dionysianis pagina 461. privilegium obtinuisse legitur a Leone IX. pontificatus anno primo, hic est 1049. Eorum occasione, quæ Ratisponæ anno 1052. acta fuerant, inventi scilicet in basilica S. Emmerami cujusdam corporis, quod sancti Dionysii Parisiorum episcopi esse Ratisponenses jactitabant, ne hæc opinio serperet latius, demumque invaleretur, Hugo abbas S. Dionysii auctor fuit anno sequenti ut locus, in quo ejusdem sancti corpus in ejus monasterio servabatur, publice referretur, ejusque sacre reliquæ frequenti multitudini ostentarentur. Mox igitur illi datum negotium est, ut diem episcopis, abbatibus & clericis, necnon proceribus regni auctoritate regia indiceret, imo & Germanis, quorum imprimis intererat, significaret. Premissis jejuniis, ad conductum diem, id est ad v. idus Junias\*, episcopi, abbates, clerici magno numero, optimates haud pauci, nobiles & ignobiles promiscue, conferta utriusque sexus multitudo in basilicam convenerunt. Rigordus Dionysianus monachus in vita Philippi Augusti meminit hujus detectionis, cui ex episcopali ordine interfuerunt Wido Remensis, & Rotbertus Cantuariensis archiepiscopi, Imbertus Parisorum, Ellinandus Laudunensium, Balduinus Noviomensium, Walterius Meldensium, & Froelaudus

Tom. 1. hist. Univ. Paris. pag. 356.

Spicil. 1. 2. pag. 864.

Prob. hist. S. Dion. n. 208.

H. n. 110.

Annal. tom. 4. pag. 92.

Prob. hist. S. Dion. n. 109.

H. n. 110.

Prob. hist. S. Dion. part. 2. n. 2. c. 6. \* Januarii, T. 4. Annal. Bénédict. pag. 158. Hist. metid. J. n. Hist. Paris. tom. 1. pag. 647.

Silvanectensium episcopi cum suis clericis & familiaribus: ex ordine abbatum Hugo sancti Dionysii, Albertus Majoris monasterii, Johannes Fiscanni, Landericus sancti Petri Carnutenfis, Robertus Foffatensis, Rodulfus Latiniacensis, & Gausfredus Columbenfis abbatum cum suis monachis. Adfuit etiam Adalbertus sancti Remigii monachus, qui Ratiſponæ præſens fuerat, cum vulgatum illic corpus sancti Dionysii inventum eſſe, imperatori conteſtatus corpus S. Dionysii in ſua æde adhuc ſupereſſe. Denique ex laicali ordine aderant Odo Henrici regis frater, Walterius Pontifarenſis, Wilhelmus Corboilenſis, Ivo Bellomontenſis, & Walerannus Melletenſis comes, &c. Habetur in antiquitatibus Dionysianis pag. 463. charta Elinandi episcopi Laudunenſis, Hugoni & monachis altaria duo concedentis anno 1055. indiſione octava, & in probationibus hiſtorie ſancti Dionysii num. cxii. charta Eduardi regis Anglorum, qua donat monaſterio Dionysiano villam Tiutulam nomine in territorio & comitatu urbis, quæ Oxenaforde dicitur. Aderat, cum ſcripta eſt charta, Balduinus S. Dionysii monachus, hiſque verbis ab eodem ſubſcripta eſt: *Ego Balduinus ſancti Dionysii monachus ſub regimine abbatis mei Hugonis conſtitutus, tunc temporis Anglorum regis Eduardi medicus, omnibus, quorum hic annotata ſunt nomina ſue cuiuſlibet calumnia ſcriptum huius donationis confirmantibus, de manu ejuſdem regis & ſcriptum & donum in perpetuum ſancto Dionysio habendum ſuſcepi.* Data eſt charta anno 1059. Eodem interſuit Hugo ſacro Philippi I. Francorum regis, deſunctuſque eſt 1061. vel 1062.

T. 1. p. 108.  
lib. eccleſia  
Galic. edit.  
163. pag.  
223.

Hist. eccleſia  
Parif. t. 1.  
pag. 720.

Epif. xx.  
t. 9. comit.  
cal. 130.

Duchefne t.  
4. hiſt. ſecula.  
Franc. epif.  
xx. p. 204.

Parif. hiſt.  
S. Dion. n.  
113. &  
114.

XXXII. Rainerius anno circiter 1062. Hugonis in locum ſubrogatus, biennio poſt ab Alexandro II. privilegium obtinuit ampliffimum anno pontificatus quarto, editum ex antiquitatibus Dionysianis a Gerardo du Bois. Huic iter alios episcopos ſubſcripfit Gaufridus episcopus Parienſis contra quem nihilominus brevi Rainerius diu multumque decertandum habuit pro monaſterii privilegiis. Delata vero ad Alexandrum II. controverſia, poſtquam diu ventilata fuiſſet in conſilio regio, luminus pontifex, utroque citato contendente, iudicavit circa annum 1067. episcopum nihil iurisdictionis vindicare ſibi poſſe in monaſterium Dionysianum *abſque horrendo anathemate*; ideoque ſua auctoritate omnia jam conceſſa privilegia denuo confirmavit, Dionysianoſque monachos Gervasio Remenſium archiepiſcopo, ejuſque ſuffraganeis pro chrifmate, ceteriſque ex episcopali officio neceſſariis commendavit. Papæ iudicium Rainerii abbatis precibus ratum habuit Philippus rex 1068. qui jam anno ſuperiori villam pagi Bituricenſis Capellam nomine eidem largitus fuerat, ſeu confirmaverat. Mortuus creditur Rainerius anno 1071. notaturque dies obitus ejus in veteri Dionysiano necrologio 18. Januarii.

De cetero legitur in edita hiſtoria S. Dionysii pagina 120. Rainerium, dum Romæ cauſam proſequens adverſus episcopum Parienſem verſabatur, inmiſiſſe papæ monaſterio ſuo plura miper ablata fuiſſe, quando regnum ingreſſi fuerant Hungari, maxime in agro Bituricenſi. Quapropter

A pontifex monuit Ricardum Bituricenſem antiſtitem, ut illa bona cenobio reſtituenda curaret. Paruit Ricardus monitis, ut liquet ex ipſius litteris in probationibus hiſtorie ſancti Dionysii num. cxviii. quibus poſt commemoratas cum Rainerii preces apud ſummum pontificem, tum ea de re ad ſe pontificias litteras, poſtulate conceſſit, ſeu plures eccleſias ablatas reſtitui fecit. Subſcribit litteris circa 1088. datis Warmundus abbas Dolenſis, Walterius abbas Millebeci, Sulpicius abbas Maſciacenſis, Gernaldus abbas Exoldunenſis, Humbaldus abbas Virzionenſis, & alii.

XXXIII. Guillelmus I. haſtenus etiam Gerardo Dubois, & Dubleto episcopo domeſtico ignotus fuit. Hunc tamen Dionysiano monaſterio tunc temporis præſuiſſe fidem facit conventio inſita 1071. Guillelmum inter ſancti Dionysii abbatem & Johannem Rotomagenſem archiepiſcopum, qui nonnulla altaria pagi Velocallium certis conditionibus ſancti Dionysii monaſterio dimiſit. Hic eſt fortaiſſis Willelmus abbas ſancti Dionysii, qui 111. calendis Januarii memorari in necrologio ſancti Germani Parienſis.

XXXIV. Ivo I. poſt Guillelmum electus eſt, contradicentibus æmulis nonnullis, qui cum ſimonie apud Gregorium papam inſimulatum. Exſtant ea de re Gregorii VII. epistolæ due, una ad ipſum Ivonem, altera ad monachos Dionysianos. In priori præcipit Ivoni, ut coram legatis ſuis, ſi tum in Gallias adſint, ipſe ſiſtat, eiuſque cauſam diligenter exponat, & eorum iudicio pareat, alias Romanæ accedat ante feſtivitatem ſancti Andreæ, de obiectis reſponſurus, & interim gregem ſuum ſollicite curet. Eadem ſere monachiſ pontifex ſcribit, quos ad concordiam & obedientiam hortatur, dum abbas de ſimonia coram legatis ſuis, vel coram ſe purgatus ſit. Romæ datæ ſunt hæc litteræ 1111. calendis Aprilis indiſione xiiii. hiæ eſt annus Chriſti 1075. Biennio poſt nondum omnino ceſſaverant hæc turbæ, ut ex aliis Gregorii litteris intelligitur. Criminiſ tamen expertem fuiſſe Ivonem, inde ſere liquet, quod ſum præſecturam retinuerit uſque ad mortem, quæ in brevi chronico Dionysiano conſignatur anno 1094. Sugerium interim vix e cunis egreſſum, qui poſtea fuit celeberrimus abbas, in monaſterio admiſit, uti colligitur ex fragmento apud Cheſnium relato tomo quarto pag. 280. in quo Sugerius obiſſe dicitur ineunte anno M. CLIII. ætatis ſue ſeptuageſimo, a ſuſceptione monaſtialiſ habitus ſere ſexageſimo, quod proinde ad annum 1092. ex Mabillonio tomo quinto Annalium pag. 322. referendum eſt. Sub Ivone fundatus eſt prioratus ſancti Goberti in diocceſi Laudunenſi, ſuavente Elinando præſule, haſtenus ab abbata ſancti Dionysii dependens. Id aſſignat Gerardus Dubois an. 1095. ſed quominus certa ſit hæc nota chronica, obſtat ei adjuſta indiſio xiiii. quæ non convenit. Fulcoius ſubdiaconus Meldenſis laudat hunc abbatem, cuius & titulum ſeu epitaphium compoſuit. Eidem Ivoni Mabillonius accommodat duo epitaphia, quæ leguntur in quodam S. Remigii apud Remos codice, non dubitans, ait, quin iſ ſit Ivo, qui ab inimicis occiſus eſt. Primum ſic habet:

Hist. ſancti  
Dion. pag.  
132.

Parif. hiſt.  
S. Dion. n.  
116. &  
117.

Lib. 4. ep.  
22. Com. 1.  
x. cal. 1094.

Hist. eccleſia  
Parif. t. 1.  
pag. 722.

Annal. t. 5.  
pag. 155.

Hidempag.  
311.

Quid

*Quid genus & forma valeat, quid gloria rerum,  
Clarus in hac vita, nunc cinis Ivo docet.  
Moribus & factis exemplar agens pietatis,  
Occubuit telo, passus ab hoste necem.  
Lampade bis sensu radiat dum Phœbus in urna,  
Corporis occidui ponderare liber abit.*

In altero epitaphio dies mortis clarius exprimitur, at in neutro causa ejus necis, quæ tamen injusta fuit, assertur.

*Ivo gravis sorte, crudeliter obrute morte,  
Quem tegit hæc petra, felix habearis in æthra.  
Heu! dum vixisti, quam recta columna fuisti!  
Plenus honestate, præpollens strenuitate,  
Nec scelus egisti, quod acerba morte lusingi.  
Vita fuit clara, sed mors vehementer amara.  
Hostis agens dirus rapulo sub pectore virus,  
Ferrens exfluxit, dum telum corpore fixit.  
O decus abbatum! sic te patet esse necatum,  
Octo dies bisque deus! Jano faciente.*

\* 9. Januarii: habetur 29. febr. 14. vel. 14. in antiquo S. Dionysii necrologio.

Ad hæc Mabillonius refert in appendice tomii quinti Annaliun pag. 652. quosdam versus e ms. codice collegii Societatis Jesu Parisiensis, ex quibus constat Ivonem ad finem usque vite æmulos passum fuisse, a quibus tandem, ut ex duplici epitaphio patet, impaucto et falso crimine, crudeliter est occisus. Verus crimen exprimitur, & mortis minutiones; quin & cum in illis mentio fiat Algisi, quem ab Ivone primo Romam esse missum ex Gregorii VII. epistola constat, nemo inficiari potest hos versus, sicut ambo epitaphia, quæ cum eis maxime concordant, ad Ivonem primum esse revocandos.

Publ. hist. S. Dion. n. 216.

XXXV. Adam Ivoni defuncto non continuo successit ex dicendis, quam ob causam incomperatum. Sedisse vero legitur anno 1099. tomo secundo historiæ Universitatis Parisiensis pag. 55. Occurrit anno 1104. 14. nonas Decembris in synodo Parisiensi habita jussu Paschalis II. papæ pro reconciliatione Philippi Augusti, de qua vide in Lamberto Atebrateni episcopo. Jurium ecclesiæ suæ strenuus defensor Adam gravent habitum cum Buchardo nobili dynasta de Monte Morenciaco, de finibus terminandis contentionem, quæ placito regis Ludovici VI. composita fuit, ut Sugerius notat in vita hujus principis, qua de re Andreas Chesnius in genealogia gentis Montis Morenciaci prob. pag. 31. Scribit Geraldus Dubois Adamum a rege delegatum Paschali II. papæ obviam ivisse ad Cluniacum cum Sugerio legationis socio; qui quidem jam tum fama celebris narrat se inter alios regni proceres a rege Ludovico VI. delegatum, ut Pascalem in Franciam ingressum in prioratu Caritatis supra Ligerim exciperet an. 1106. querelas Galonis episcopi Parisiensis contra Sandionysianam abbatiam refutare coactum fuisse: *Contra dominum episcopum Parisiensem Galonem . . . viviliter stando aperta ratione & canonico judicio satisfecimus*, ait Sugerius; quod non de humili satisfactione, prout scribit auctor laudatus, sed de purgatione validis suffulta rationibus intelligendum Tomus VII.

T. 3. non Gall. Chr. in app. ch. 11. fol. 75.

Hist. ecclesie Parisi tom. 2. pag. 46.

De Clive tom. 4. pag. 283. & 289.

A est. Quæ porro essent illæ querelæ, conjicitur ex epistola Paschalis papæ abbati Adamo & monachis inscripta, nempe quod sacrum chrifina ab his quos vellent episcopus acciperent, similiter & ordines, ac laicis poenitentiam sacramentum absque licentia episcopi diocesani conferrent. Verum facile fuit papæ harum querelarum veritatem inquirere, quando ad monasterium Dionysianum accessit, exceptus honorifice ab abbate, ubi & a rege ac filio ejus Ludovico in visus fuit. Cum autem paulo post ire Catalaunum papa proponeret, pro colloquio cum legatis imperatoris habendo, prælatos inter alios jussu regis Adam abbas cum

Duchefa tom. 4. pag. 763.

B Sugerio monacho cum comitatus esset. Tum idem abbas cum episcopo Parisiensi & aliis præsulibus anno 1108. morienti Philippo regi adfuit, ejusdemque funus ad Floriacense monasterium profectus est cum iisdem episcopis, ac ipso regis filio & herede Ludovico VI. qui subinde precibus Adami abbas anno M. CXI. consecrationis quarto privilegia monasterii novo diplomate confirmavit & ampliavit. Fame grassante idem abbas pius & misericors eodem anno decimo tertio regiminis, VI. calendis Aprilis quinque modios annonæ pauperibus erogandos assignavit, ex qua charta ignota Felibiano, utpote qui annum 1112. dicit octavo decimo regiminis, intelligitur non prius

Publ. hist. S. Dion. n. 120.

Cod. 2. mf. Gratian pag. 329.

Hist. ecclie S. Dion. pag. 141.

Adamum regimen auspiciatum fuisse quam anno 1099. Huic chartæ subscribit inter alios Sugerius præpositus Tauriaci, de Toury, famose B. Dionysii villæ, capitis aliarum, ac specialis sedis B. Dionysii, testante Sugerio; sitæ in Belfia pago, via regia, quæ Stampis ducit Aurelianos. Hanc villam variis exactioibus & gravaminibus infestabant vicini domini Puteolenses, du Puisse, & opprimebant. Eorum rapacitatem ut reprimeret, ei præpositus est ab Adam abbate Sugerius monachus, adhuc juvenis, sed animosus; qui cum illic per biennium nullo fructu perstitisset, omnes illarum partium dominos, qui ab Hugone Puteolensi eadem damna patiebantur, ad vindicandas communes injurias excitavit. Hi erant Ivo episcopus & capitulum ecclesiæ beatæ Mariæ Carnutenis, abbas S. Petri, & ecclesia S. Johannis de Valle ejusdem urbis, archiepiscopus Senonensis, episcopus Aurelianensis, abbas sancti Benedicti & quidam alii. Omnes Ludovicum regem Milidunum conveniunt, supplicantque, ut ecclesiarum & pauperum oppressiones reprimat. Eapropter rex cogit cæterum in eodem loco, cui Adam cum Sugerio interfuit: & mox eidem abbati donatam olim sancto Dionysio a Philippo patre, quam ibidem Robertus rex inhabitaverat domum confirmavit, adjectis curte ejusdem domus, hospitibus & ceteris universis quæ ad eam pertinebant; ac insuper nonnullas sui juris consuetudines, quas ministris ejus annuatim in villa sancti Dionysii vindemiarum tempore capiebant, relaxavit anno 1112. consecrationis quinto. Insequenti 1113. regni sexto, quam rex apud Ruelum in claufo vinearum consuetudinem habebat, Adæ abbas precibus condonavit, seu dimisit: quo iii diplomate relato Diplomatare pag. 427. ecclesia B. Dionysii (quod notandum) alia ecclesiis de regno præminere, & præcipue a regibus Francorum

Publ. hist. S. Dion. n. 141.

E

honorari debere dicitur. Idem abbas anno 1114. A iudictione VII. epacta XXIII. concurrente IV. Ludovici regis anno septimo collegiate sancti Pauli basilicæ ecclesiæ sancti Petri iuxta illam sitam, liberam & quietam largitus est, eo pacto ut canonici ipsa nocte festi sancti Dionysii ad ecclesiæ abbatialem processioniter accederent, nocturnum officium ante monachos decantaturi, salva ecclesiæ S. Dionysii in illam S. Petri jurisdictione; subscribit Sugerius subdiaconus. Eodem circiter anno Hilduinus de Marcoles frater Manassis vicecomitis Senonensis in prociectu itineris Jerosolymitani, permittente Daimberto Senonensi archiepiscopo, qui maxime Adamum diligebat, dedit ecclesiæ sancti Dionysii ecclesiæ sancti Yonii in Bria. Girbertus episcopus Parisiensis anno 1119. quoddam altare situm in villa, cui nomen Archoilus, concessit Adæ; qui missus a rege ad Callixtum papam, quando ad Caritatem accessit, comitem habuit Sugerium, iterumque, dum regis nomine salutatam ivit oratores & legatos Henrici imperatoris. Scripsit nihilominus circa id tempus Ivo Carnotensis episcopus ad regem in gratiam abbatem sancti Dionysii, quem pseudomonachus (forasan Abaelardus) de salute infamaverat. Hunc Adam monachum fecerat in suo monasterio, quem postmodum pro ejus de Trinitate libro ad Sueffionense concilium citatum eo deduxit. Denique Ludovicus VI. anno 1120. regni duodecimo & Adhelaidis reginæ sexto, præsentem venerabili episcopo Conone sanctæ sedis apostolicæ legato, coronam patris, quoniam, ait rex, jure & consuetudine regum Francorum demigrantium insignia regni ipsi sancto martyri (Dionysio) tanquam duci & protectori suo referuntur, eidem reddidit, & pro dilatione redditionis satisfecit, data hoc ipso anno ecclesiæ de Cergiac cum suis appendicibus, seu potius eodem tempore, uti legitur in probationibus historie S. Dionysii n. cxxxiii. Sub hoc tempore Adam corpus sancti Firmini Ambianorum episcopi ex alia in aliam a se preparatam capsam transferri curavit, cumque cenobio Silvæ majoris societatem precum inisse videtur; sic enim habet hujus cenobii necrologium: *Inchoatio tricenarii pro fratribus sancti Dionysii singulis annis reddendi v111. cal. Octobris.* Mortuus Adam legitur in parvo chronico & in antiquo sancti Dionysii necrologio XI. calendas Martii, dictus abbas pie memoria; itemque in veteri S. Germani Parisiensis necrologio, his verbis: *XI. calend. Martii depositio D. Adæ abbatis sancti Dionysii Aropagita.* Argentoliense tamen necrologium ejus obitus diem consignat XIV. calendas Martii; annum vero Mabillonius 1123. in notis ad epistolas sancti Bernardi LXXVIII. col. xxviii. & cxciii. col. LXVIII. necnon in chronologia sancti Bernardi pagina 111. appendicis operum ejusdem sancti. Hic autem annus est 1122. si vetus annos inchoandi ratio spectetur. Adami factum Sugerius dolens, patrem spirituales & nutritorem suum appellat.

XXXVI. Sugerius jam toties laudatus, tenui ortus loco Elinando patre, lucem aspexit anno 1081. confensu omnium in Gallia, & quidem ex conjectura recentioris auctoris tomo secundo operis

Gallici inscripti, *Singularitatis historiques & litteraires* pag. 48. & seqq. in provincia Belgica, ac specialiter Atrebatenis, in urbe scilicet Audomarenis, recentiori tunc & parum infigni. Id vero conjicit auctor ex duabus epistolis, quæ habentur in probationibus historie sancti Dionysii. Altera num. cxxxviii. circa 1148. Ludovici VII. regis est ex Asia obitum Alvisi episcopi Atrebatenis Sugerio nunciatus, his verbis: *Venerabilis frater vester episcopus Atrebatenis felici consummatione migravit ad Dominum.* Unde concludit, & quidem non temere, Sugerii fratrem extitisse Alvisum episcopum, qui cum genere Flander, ac primum fuerit Bertiniensis monachus, ortu credendus est Audomarenis, ac proinde Sugerius quoque, ad quem anno 1147. ipsius Alvisi ad Sugerium altera lat consona extat epist. n. cxxxviii. quæ sic incipit: *Dilectissime frater Suger venerabilis abba . . . concedimus, &c.* quo certe tam familiari nomine Alvisum, si vere Sugerii frater non fuisset, uti non decebat, quando ceteri præfates ac etiam principes tam reverenter Sugerium alloquebantur, uti postea videbitur. Porro decem, aut circiter Sandionysianos inter cenobitas tyrocinium posuit Sugerius, qui mira ingenii facilitate studii expolitus, synodo Pictaviensi adhiit anno 1106. Dein Bernevalis in Nonnania, subindeque circa 1109. Taurici \* famosæ in Belfia villæ præpositus deligitur; quin & jam clarus ad summos pontifices Paschalem II. Gelasium II. & Callixtum II. pro Ludovico rege legationibus, alteram ad hunc papam in Italia suscepit anno 1121. quæ egregie obita, omnium suffragiis anno 1122. seu 1123. uti modo computamus, abbas expolitus absens, & ipsomet incio rege, qui, quod irrequisito ipsius permisso facta fuisset electio, nuncios, qui decretum electionis ad regem detulerant confirmandum, carceri Aurelianensis castri mancipari iussit. De his omnibus in via, dum rediret in Franciam Sugerius per legatum certior factus, sic animi sensu depremsit: *Triplex embebar dispendio, utrum contra domini regis voluntatem electionem suscipiens, ecclesiæ Romana rigore & domini papa Collisiti, qui me diligebat, auctoritate matrem ecclesiæ dilapidare occasione mei sustinerem.* Sed brevi ea liberatus est anxietate, duobus, quos utroque miserat, sancta nunciatis. Unde addit: *Nos autem cum ad matrem ecclesiæ, Deo opitulante, pervenissemus (die Veneris 10. Martii, hoc est anno 1122.) tam dulciter, tam filialiter, tam nobiliter filium proclivum suscepit, ut & regem prius severo, modo sereno vultu occurrentem, archiepiscopum Bituricensem, episcopum Sihaneensem ibidem nos expectantem gratulantes invenimus. Qui cum multa veneratione celerrime cum lætobundo fratrum conventu nos suscepissent, sequenti die, Sabbato scilicet medianæ me indignum ordinavit presbyterum, sequenti autem Dominica (Passionis) ibidem ante sacratissimum corpus B. Dionysii abbatis, licet immeritum consecravit.* Notatur hæc ordinatio in parvo S. Dionysii chronico anno 1122. de qua sic Nangianum chronicon: *Sugerius sancti Dionysii in Francia monachus, scripturarum scientia clarus, cum solummodo esset ad diaconatus ordinem promotus, a Roma regressens, quo fuerat a regē*

Prob. hist. S. Dion. n. 122.

Epist. 196. pag. 85.

Ch. LVII. col. 49.

T. 1. Ancel. Marten. col. 259.

Vit. Sug. l. 1. ann. 2. part. 2. prob. hist. S. Dion. 196. 195.

Prob. hist. S. Dion. part. 2. p. 150.

\* Toury. Pagi tom. 4. pag. 418.

Duchefne tom. 4. hist. scrip. Franc. pag. 311.

Francia Ludovico missus, abbate suo Adam defuncto, eligitur in abbatem, qui reversus primo presbyter ordinatur, & post presente rege a Bituricensi archiepiscopo in sua sancti Dionysii ecclesia in abbatem benedicitur, & quidem Vulgrini archiepiscopi tertio adepti pontificatus anno, ut habetur tomo secundo novae Bibliothecae Labb. pagina 82. Sic adhuc de sua ipsemet Sugerius loquitur electione in quodam tabulario sancti Dionysii bibliothecae Thuanæ instrumento, quod ex authentico Felibianus descripsit in probationibus historiae sancti Dionysii num. CXXVIII. *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, amen. Ego Sugerius ecclesiae beatorum martyrum Dionysii, Rustici & Eleutherii humilis minister. Quia larga Dei omnipotentis propitiatione contra spem meritorum \* & generis parvitatem nostram, etiam absente, & in curia Romana negotiantem ad sanctae hujus ecclesiae administrationem accessisse, divinamque potestatem me de manibus inimicorum quarentium animam meam in hac eadem sancta ecclesia laudabiliter ac mirabiliter liberatum eripuisse veraciter constat, deest & omnino expedit, passilitati nostrae toto mentis affectu eam commendare & exaltare, fratresque nostros Domino Deo famulantes honorare &overe, &c.* Romam Sugerius diverit anno 1123, ubi a Callisto & purpuratorum patrum univerlo cœtu perhonorifico laudum praeconio susceptus, Lateranensi pro causa investiturarum concilio interfuit legatus Ludovici regis, cujus gratiam sibi conciliaverat Sugerius cum illo studens apud sanctum Dionysium, adeo ut idem rex illum se habere fidelem & familiarem in suis consiliis profiteatur in diplomate anni 1124. quo indictionum nundinarum privilegium ei confirmavit, quando sibi adversus Alaniannorum regem bello imminente, suscepit vexillum de altari beatorum martyrum Dionysii & sociorum, ad quod, comitatus Vilkassinus, quem nos, ab ipsis in feodum habemus, spectare dignoscitur, morem antiquum antecessorum nostrorum servantes & imitantes, signiferi jure, sicut comites Vilkassini soliti erant. Hac autem in expeditione regem comitatus est Sugerius, qui anno sequenti 1125. suae administrationis tertio regni Ludovici decimo septimo, die Dominica idibus Martii indictione tertia oppidanis & mansionarios villae sancti Dionysii ab exactione, quae mortuamans dicitur, & a tempore decessoris Ivonis abbas inoleverat, exemit. Eodem anno pacis compositionem iniiit cum Maynardo Morpaccensi comite, consensu Mathildis uxoris & filiorum, de pluribus ab antecessore Adalberto comite, cujus filiam duxerat, sancti Dionysii monasterio ablati, quibus a Maynardo restitutus vel compensatus, illum & antecessores Sugerius in presentia Adalberti Moguntini archiepiscopi & Girardi cardinalis sedis apostolice legati vinculo anathematis absolvit. Actum in illo celebri colloquio quod de electione imperatoris apud Moguntiam habitum est. Subscripsit inter alios ex parte Sugerii Petrus clericus frater ejus. Huc autem referenda est Sugerii epistolae VII. edita tomo quarto Duchesnii pagina 554. ex qua discimus Alberthum comitem Morpaccensem, illum haud dubie, qui supra, excommunicatum ob reventa praedicta bona, sed postea resipiscentem

Tonus VII.

a Sugerio absolutum fuisse, tali reatus & anathematis deleta conditione, ut deinceps per singulos annos in festivitate beati Martini quinque uncias auri obrizi beatis martyribus Dionysio, Rustico & Eleutherio persolveret, qui si hujus consuetudinis violator inventus ad prilliam rapinam & mactiam reverteretur, ut canis ad vomitum, iram Dei omnipotentis incurreret, nullo jam anathematis vinculo exendus; quod quidem illi accidisse videtur. Sub hoc tempus inite concordiae Stephanum inter episcopum Parisiensem & ejusdem ecclesiae capitulum fuit unus arbitratorum Sugerius, qui jam ab exordio praefecturae suae, labefactam disciplinam monasticam tam in se quam in fratribus restaurare proposuerat. Hinc certe monasterii sancti Dionysii reformatio per Sugerium anno 1123. (sorsui anticipato) refertur in chronico Nangiano, ubi ad hunc annum additur: *Nam per abbatum negligentiam, qui aete ipsi fuerant, & quorundam illius monasterii monachorum, regularia instituta ita ab eodem loco abjecta fuerant, quod vix speciem religionis monachi praetulerant.* Sed variis tamen praepeditis negotiis id omnino exsequi non potuit ante annum circiter 1127. idcirco laudatus a sancto Bernardo epistola LXXVIII. ad quam vide notas Mabillonii, qui summus rursus ad eodem sancto Bernardo epistola CCCIX. prima inter Sugerianas tomo quarto hist. script. Franciae pagina 493. ad Eugenium papam abjecta fuerant: *Si quod, ait, magna domus magni regis vas in honorem apud nostram habetur ecclesiam Gallicanam: si quis, ut David fideles & prudens, & in spiritualibus servens & humilis, & in utrisque (quod est difficillimum) sine reprehensione versetur. Apud Caesarem est tanquam unus de curia Romana, apud Deum tanquam unus de curia caeli. . . . si quidem specialius dilgere & honorare personam ejus, honorificare est ministerium vestrum.* Anno 1129. non 1128. ut in parvo sancti Dionysii chronico, & tomo secundo historiae ecclesiae Parisiensis pagina 69. nec a fortiori anno 1127. uti legitur tomo secundo historiae Universtitatis Parisiensis pagina 103. Argentoliensem abbatiam suae matri Sandionysianae restitui curavit in concilio Parisiensi habito in abbata S. Germani a Pratis, praesidente Mattheo episcopo Albanensi sanctae sedis legato; qua de re ipsius habetur charta in appendice nostrae num. LXIII. col. 52. & ibidem n. LXIV. epistola Honorii II. papae ad Sugerium chartam superiorem confirmantis, quod & suo diplomate reges Ludovicus VI. anno vicesimo, & Philippus filius ejus anno primo Remis in solemnii curia Paschae in unctioe domni Philippo gloriosissimi regis anno incarnati Verbi 1129. indictione v11. comprobant. Insequenti 1130. de consensu capituli, beate Virginis memoriam omni die Sabbati constituit solemniter celebrari, quemadmodum in octavis Pentecostes tribus extremis diebus, prohibens nihilominus dimiti septem palmos cum litanis & vigiliis mortuorum; itemque sancti Dionysii & sociorum memoriam omni feria quinta,

A 2 ij

\* meriti  
morum.

Phil. Univ.  
Paris. t. 2.  
pag. 344.

Prob. hist.  
S. Dion. n.  
129.

Duchesne  
ann. 4. hist.  
script. franc.  
pag. 348.

Prob. hist.  
S. Dion. n.  
123.

Spicil. rom.  
XI. p. 412

Prob. hist.  
S. Dion. n.  
126.

H. n. 128.

ac propterea quotidianum sex solidorum generale A  
 quatuor solidis, ut decem fierent, ad refectorium  
 fratrum adauxit; & ne, inquit, *aliquis occasione*  
*avaritiæ ista constitutio aliquando sopiatur, ex iis;*  
*qua nostro augmentata sunt labore, videlicet de pe-*  
*dagio, quod a Strata colligitur, decem libras & decem*  
*solidus huic refectorii feria quinta, decem vero libras*  
*& decem solidos in feria septima in redditibus nostris de*  
*Vikassino, &c. constitutum & confirmatum.* Insuper  
 & quoddam solemnitates honorabilibus & solito  
 devotius celebrari dupliciter constituit, quibus  
 singulis certum solidorum numerum attribuit.  
 Data est hæc charta anno 1130. quam Petrus  
 sedis apostolicæ prebiter cardinalis & legatus, B  
 atque Gregorius sancti Angeli diaconus cardinalis  
 & apostolicæ sedis legatus laudaverunt & confir-  
 maverunt. Eodem Chuniacum ivit obvium Inno-  
 centio II. pape, Ludovici regis nomine eum salu-  
 taturus; cumque pontifex anno 1131. ad sanctum  
 Dionysium divertisset, illic a Sugerio & conventu  
 perhonorifice susceptus est; unde post inibi per-  
 acta festa Paschalia Rotomagum profectus Inno-  
 centius, scriptis ad Sugerium in ea civitate litteris  
 die 9. Maii, ejusdem monasterii privilegia robo-  
 ravit, abbati gratulatus inprimis de restaurata in  
 eo disciplina regulari. Testamenti tabulas conditas  
 probari Sugerius in capitulo fecit 17. Junii anno  
 1137. administrationis suæ decimo sexto, quibus  
 quasi adextera eodem anno litteras de pluribus ec-  
 clesiæ sancti Pauli donationibus factis. Hoc etiam  
 anno 1137. brevi, ut credebatur, morituro &  
 ecclesiæ sacramenta suscipiens Ludovico VI. in  
 castro de Montrichard pagi Turonensis adfuit.  
 Sed regi feliciter reddita sunt sanitas, qua de gratias  
 acturus sanctis martyribus Dionysio & sociis ad  
 monasterium accessit, & inde ad castrum de Be-  
 thisy in Valesio progressus, ibi matrimonium filii  
 sui Ludovici cum Alienorde unica Aquitanie  
 ducis filia ad exitum perduxit; statimque junior  
 rex novam adivit sponfam Sugerio abbate comi-  
 tante, qui anno circiter 1140. stipendia mona-  
 chorum adauxit. Vir aliunde tantæ probitatis &  
 tam notæ, ut illum Henricus Angliæ rex & dux  
 Normanniæ pacis arbitrum inter se & Franciæ  
 regem habere non sit gravatus, ac deinceps in-  
 pensè coluerit; tamque insignis in Deum pietatis,  
 ut quasi de novo basilica ejus cura & impensis  
 magnifice constructa fuerit. Hoc autem opus tam  
 arduum ortus est Sugerius ab ipso valvarum primo  
 introitu, ubi disjecit quoddam augmentum, quod  
 a Carolo Magno factum perhibebatur ad inclu-  
 dendum Pipini patris tumulum, qui extra in in-  
 troitu valvarum pro peccatis patris sui Caroli Mar-  
 telli prostratum se sepeliri, non supinum fecerat,  
 & inde corpus ecclesiæ amplificavit, tres valvas  
 extruxit, turres refecit & altius erexit, sicque  
 absoluta inferiori basilicæ parte & subsilibus valvis  
 ornata, ad eam dedicandam Hugonem Rotoma-  
 gensem archiepiscopum, Odonem Belvacensem,  
 Manassè Meldenensem & Petrum Silvanectensem  
 præfules invitavit. De hac dedicatione sic parvum  
 S. Dionysii chronicon habet: *M. CXL. dedicatum*  
*est novum opus ecclesiæ B. Dionysii anteriori parte*  
*a Senno Hugone Rotomagensi archiepiscopo, XIX.*

anno administrationis domini Sugerii abbatis, qui  
 idem opus construxit; & consecrationis annum ne  
 oblivioni traderetur, hoc disticho insigniri fecit:

*Anno millesimo & centesimo quadragensimo*  
*Anno erat Verbi, quando sacra fuit.*

Tum vero ad instaurandum quoque basilicæ su-  
 perioris partem animum adiecit, assignata in sin-  
 gulos annos summa ducuntur librarum ad fab-  
 ricæ expensas, ex quibus centum quinquaginta  
 libras ex oblationibus ad altare & reliquias tempore  
 indicli factis erogabantur. Jacta ædificii funda-  
 menta hoc ipso anno 1140. pridie idus Julii die  
 Dominica, præsentè rege, qui primum lapidem  
 posuit, & 1143. Sugerio abbati, quem regis con-  
 siliarium vocat sanctus Bernardus epistola CCXXII.  
 diploma tuitionis largitus est. Tanta interim ce-  
 leritate grandis illa & insignis fabrica exædificata  
 est, ut trium annorum & trium mensium spatio  
 undequaque perfectam & absolutam dedicari fecerit  
 11. Junii, die festo S. Barnabæ, qui incidit in  
 Dominicam an. 1144. notato in hoc disticho:

*Anno millesimo & centesimo quadragensimo*  
*Quartus erat Verbi, quando sacra fuit.*

Anno autem superior 1143. notatur in parvo  
 sancti Dionysii chronico, his verbis: *M. CXLIII.*  
*dedicatio capitalis partis ecclesiæ, & translatio beati*  
*Dionysii & sociorum ejus in eandem partem capi-*  
*talem, aliorumque sanctorum, quorum ibidem corpora*  
*continentur, XCXIII. anno administrationis domini*  
*Sugerii abbatis, qui & hæc basilicam innumeris*  
*valorum, reliquiarum, lapillarum, ceterisque hu-*  
*jusmodi donariis exquisitis pretii munificè locu-*  
*pletavit, ut ipse fuisse exponit in libro peculiari de*  
*rebus in administratione sua gestis, ut forte frater*  
*Guillelmus abbat Sugerio a secretis, cujus nomen*  
*hunc librum, & alterum de ecclesiæ S. Dionysii*  
*dedicatione in quibusdam codicibus manuscriptis*  
*præferè scribit eorum editor Franciscus Duchêne*  
*tomò quarto historiæ scriptorum Franciæ pagina*  
*331. quanquam hi libri Sugerio potius tribuendè*  
*videntur, cum in illis nomine proprio loquatur.*  
 Ceterum huic dedicationi adhererunt rex & regina  
 cum plurimorum optimatum comitatu & frequenti  
 archiepiscoporum & episcoporum cœtu: qua rex  
 occasione in gratiam venerabilis abbatis Sugerii  
 amici & familiaris sui eodem anno 1144. quas in  
 quibusdam sancti Dionysii villis habebat consue-  
 tudines, pro quibus ipsi quotannis decem & octo  
 persolvebantur libras, luminaribus ipsius ecclesiæ  
 continuandis, dotis jure contulit. Ad hæc Sugerius  
 prioratum beate Mariæ de Campis apud Estona  
 prope Corbolum fundavit, in eo duodecim mon-  
 nachis cum priore constituit. Idem abbatem de  
 Calvomonte in Vexino Normannico sibi anno  
 1145. traditam a rege, qui hæc in *dominatu*  
 possidebat, in prioratum convertit duodecim mon-  
 nachorum & prioris, ejusdemque sollicitus fuit  
 ecclesiæ ab Hugone Rotomagensi archiepiscopo  
 consecrari. Villam de Valcreffon ædificavit, quam  
 incolere volentibus plurima indulgit privilegia eo-  
 dem anno 1145. regiminis 23. Biennio post  
 1147. quo anno Sugerius regni administrat,

Prob. hif. S.  
Dion. p. 1.  
num. 134.

B. n. 131.

B. n. 132.

B. n. 133.

Epist. 133.  
Inno. Suger.  
t. 4. Duch.  
pag. 591.

Prob. hif. S.  
Dion. part.  
2. p. 181.

Prob. hif. S.  
Dion. p. 1.  
num. 134.

Prob. part. 2.  
pag. 122.

T. 6. Annot.  
Brenot. pag.  
377.

Prob. hif. S.  
Dion. part.  
2. num. 1.  
pag. 172.

Chart.  
LXXVII.  
col. 62.

Tom. 4. hif.  
Inno. Franc.  
pag. 117.

quandiu rex abesse, delectus est, altare de An-  
 chim ab Alviso episcopo Atrebatensi dono accepit  
 ad augmentum luminaris ecclesie sancti Dionysii,  
 ut legitur in prob. historie sancti Dionysii num.  
 CXXXVII. Hoc, inquam anno, quando rex Ludo-  
 vicus Junior ad expeditionem sacram profectus  
 est, delecto omnino regni ordinum, quem rex  
 probavit & papa, Sugerio abbati & Guillelmo  
 comiti Nivernensi, administratio regni commissa  
 est; at cum hanc subite provinciam renuisset  
 comes, causatus votum religionis Carthusianæ,  
 quod solvit paulo post, Sugerius totum regni pon-  
 dus suos in humeros suscipere coactus est, extra  
 ipsummet primarium regii sanguinis principem  
 Radulfum comitem Viromandensem, qui epist.  
 XI. ad Sugerium illum vocat dominum suum.  
 Exstat hæc cum pluribus aliis ejusdem Radulfi ad  
 Sugerium toto quarto hist. scriptorum Francie,  
 ubi de Sugerianis epistolis pag. 493. & seqq.  
 numero scilicet IX. XVII. XLI. LXXXVI. C. CXV.  
 & CLX. ac vicissim duæ Sugerii ad illum ibidem  
 LXXXIV. & CLIX. Hinc *Majestatis* nomine Suge-  
 rium compellat Ulgerius episcopus Andegavensis,  
*serenissimum dominum & patrem* vocat conventus  
 S. Richarii epistola XXIII. *Excellentiam* nuncupat  
 Gostenus episcopus Carnotensis epistola CIV.  
 Ednenfe capitulum ejus *excellencie* commendat  
 electionem sui episcopi Henrici de Bourgogne  
 epistola XLIII. *Magnitudinis, sublimitatis & prin-*  
*cipis* exornat titulus sanctus Bernardus epist. LXX.  
 & LXXXII. *Supplicio & consilio sublimitatis vestre,*  
*quia maximus princeps estis in regno.* Petrus Venera-  
 bilis arctissima cum Sugerio necessitudine con-  
 junctus administrationi ejus dat regni nomen;  
 Gausfredus dux Normannorum & comes Andega-  
 vensis epistola VIII. ad Sugerium ait: *Nolo vestram*  
*latere auctoritatem; &c. Sanctitatis* ejus excellentiam  
 T. Flandrensis comes exorat epist. LXII. *Sanctita-*  
*tem* appellat Communia Belvacensis epist. LXXXVI.  
*Sublimitatem* P. Bituricensis archiepiscopus epist.  
 LXXXI. Vicario regni Sugerio B. Noviomensis  
 ecclesie decanus inscribit epistolam XLIV. Exstant  
 quoque Ludovici VII. regis ad Sugerium plures  
 epistolæ, numero VI. XXII. XXXIX. XLVIII. LI.  
 LIII. LIV. LV. LVI. LVIII. LIX. LX. LXVIII. LXIX.  
 LXX. XCIV. XCVI. CXXXIX. CXLVIII. CLXI. in  
 quarum quatuor a n. LIII. ad LVI. R. Viromand.  
 comiti, perinde ac Sugerio abbati licet inscriptis  
 nihil tamen reperias, ex quo inferri queat quod  
 scribit Gerardus Dubois tomo secundo historie  
 ecclesie Parisiensis pagina 94. comitem hunc Su-  
 gerio adjunctum fuisse in regni administratione,  
 nisi solummodo tanquam adiutorem cum Samfone  
 Remensi archiepiscopo. Neque vero solum Galli-  
 cani præfules, principes, aut proceres, atque ipse  
 rex Sugerio tantum debebant honorem, exteri  
 quoque illum inprimis suspiciebant, quos inter  
 Joleelus episcopus Saresburiensis epistola XXXVI.  
*ditto & merito diligendo patri & domino Sugerio*  
*Dei gratia abbati sancti Dionysii, regni Francorum*  
*reclori* inscripta, sic loquitur: *Opinionis vestre odor,*  
*qui circumquaque diffunditur, nos de transmarinis*  
*partibus in odorem vestri currere fecit. Venimus ergo*  
*de finibus terrarum vestram scilicet nostri temporis*

A *Salomonis audire sapientiam, sapientiam audivimus,*  
*templum, quod aedificastis aspeximus, ornamenta quæ*  
*a vobis oblata sunt, & offeruntur, vidimus, ordinem*  
*ministrorum & ministrorum attendimus, & merito*  
*in illius Australis regina voces erumpimus, quia media*  
*pars non fuerit nunciata, & quoniam major est sapien-*  
*tia & opera, quam rumor facti in terra nostra: Quis*  
*eum non miretur hominem unum tot & tanta sustinere*  
*negotia, ut & ecclesiarum pacem conservet, statum*  
*reformat, regnum Francorum armis tueretur, moribus*  
*ornet, legibus emendet? . . . Sed parcat nobis*  
*vestra serenitas, quod in discessu nostro a Gallia sa-*  
*cicim vestram, sicut volumus, videre non valuimus, &c.*  
 B Robertus quoque Herefordensis episcopus sic habet  
 epist. XXVI. ad Sugerium: *Abundantius rapunt in*  
*amore vestrum, & letificant animam, meam tanta-*  
*rum charismata virtutum, quæ de vobis ad commoda*  
*multorum latius prædicatur. Quil enim si sapientia,*  
*si providentia queritur, in Sugerio tanta reperitur,*  
*ut quæcumque negotia vestro nituntur consilio, cautius*  
*procedant, & succellant felicitus. Si ad religionem*  
*recurrunt, de speculo vitæ vestre relictæ, & quod foris*  
*lucet, & quod intus expediat: addit liberalitatis*  
*præconium, quæ benevisi prævenire gaudet, necdum*  
*rogata rogaturum, &c.* Ex his porro tam multis  
 litteris nullum dabium relinquunt, quin Sugerius  
 C ex regis & regni commodis egregie munus gesse-  
 rit, qui etsi totius regni negotiis impeditus erat,  
 hæc tamen a cura monasterii mentem averterat;  
 nam, ut ait qui ejus elogium scripsit: *Cum præfret*  
*monasterio, præerat & palatio, sequæ utrumque dis-*  
*pensabat officium, ut nec illum a claustris cura prohibe-*  
*ret curia, nec a consiliis principum hunc excusaret mo-*  
*nasterium.* Summa igitur pollens auctoritate Suge-  
 rius, quod rex cum papa propofuerat circa disci-  
 plinæ restitutionem in abbacia S. Genovefæ, quam  
 tunc canonici maxime dissoluti administrabant,  
 feliciter executus est, illic inductis duodecim  
 S. Victoris Parisiensis canonicis & Odone priore,  
 quem præfedit abbatem die festo S. Bartholomæi  
 anno 1147. qua de re Sugerii epistolam ejusdem  
 anni ad Eugenium papam habes in appendice  
 nostra. Alias eodem de negotio tum Sugerii ad  
 eundem pontificem ac vicissim, tum S. Bernardi  
 ad Sugerium epistolæ hic supersedeo commemo-  
 rare, de quibus opportunius infra, cum de sanctæ  
 Genovefæ abbacia differemus. Interfuit Sugerius  
 anno sequenti 1148. concilio Remensi, in quo  
 præfidente Eugenio III. damnatus est Gilbertus  
 Porretanus episcopus Pictavensis. Idem papa iusta  
 in ecclesia Compendiensi, cuius abbas erat Phi-  
 lippus princeps, loco canonicorum substituit mo-  
 nachos anno 1149. Qua de re plures habentur  
 litteræ tomo quarto historie scriptorum Francie  
 jam toties laudatæ. Addam ex tomo primo Anec-  
 dotorum Martenii coll. 414. 415. &  
 416. Sugerium a Rogero sancti Evertii Aurelia-  
 nensis primo abbate vocari virum alii consilii &  
 prudentie excellentis: Gausfridum comitem An-  
 degavensem gratias eidem Sugerio agere, quod  
 restituendæ paci regem inter & ipsum operam præ-  
 beret; ac denique Petrum archiepiscopum Bituri-  
 centem ab eo petere excusari apud regem, quod  
 accedere Mediantum ad eum non posset. Lenta  
 A a iij

Tom. 4. hist.  
 script. Franc.  
 pag. 493.  
 & 496.

Ididem pag.  
 493. &  
 499.

Ididem pag.  
 507. &  
 527.  
 Ididem pag.  
 517.

T. 1. Anec.  
 Marten. col.  
 416.

T. 4. script.  
 Francie pag.  
 493.

Ididem pag.  
 514.

Ididem pag.  
 519. &  
 520.

Ididem pag.  
 508.

Ididem pag.  
 494. 499.  
 504. 509.  
 510. 511.  
 512. 513.  
 516. 520.  
 524. 525.  
 517. 539.  
 544.

Ididem pag.  
 501.

Ididem pag.  
 500.

Prod. hist. S.  
 Dom. part.  
 2. p. 195.

Ch. LXXIX.  
 col. 63.

Pag. 542.  
 543. 544.  
 545. &  
 546.

Mabil. edid.  
op. S. Bern.  
anno 1690,  
col. 262.

Prob. hif. S.  
Dion. part.  
2. p. 207.

denuntio tunc exantlati pro ecclesia & regno laboribus contracta febre Sugerius consumitur, quo tempore scripsit ad eum sanctus Bernardus epist. 266. e vivis excessit anno 1151. præfecturæ 29. ætatis 70. *Desiderabilis pater & pastor egregius inter verba orationis & symboli die idum Januarii, &c. ut habet encyclica ejus obitus epistola; qui annis in chronico Nangiano, tomo secundo hist. Universitatis Parisiensis pagina 262. & apud Mabilonium in fufioribus notis in epist. S. Bernardi LXXVIII. col. XXVIII. & in epist. CCLXVI. col. LXXXV. legitur 1152. pro varia scilicet inchoandi annum ratione. Illius exsequias Ludovicus rex tapetis tunc longe remotus, sua præsentia cohortellatus accessit, quas & multi præfules profecuti sunt. Visitur ejus tumulus in ecclesiæ transversa cruce iutra murum ad meridiem juxta majorem portam, qua descenditur in claustrum, ante quem positus est lapis sepulcralis cum hisce verbis: *Hic jacet Sugerius abbas. Huc videlicet Matthæus de Vendôme abbas Sugerii corpus & aliorum quinque decessorum transferti curavit an. 1259. Epitaphii loco Sanmarthani excerptum veteris codicis m. f. sancti Dionysii adtexerunt, nolentes, inquirunt, omittre, quia Sugerii memoriam quodammodo illustrare videret. Abiit etiam ut omittamus, qui potius adaugere memoratu digna, quam minuere profitemur. Ipsum est hujusmodi: *Hic est annus ultimus vitæ felicis recordationis Sugerii abbatis monasterii regalis S. Dionysii in Francia, viri magnæ prudentiæ & eloquentiæ, ac inter præclaros ecclesiæ Gallicanæ viros eruditissimi & facundissimi, cui tempore prælationis quantum fuit studium, ut ecclesiam suam omni gloria & honore attolleret, religiosè ordinaret, & eam redditibus opulentam, ædificiis ampliore, ornamentis decoratam redderet, omnibus patet. Cooperante etiam superna illius clementia, qui ponit humiles in sublime, & ipsi de plebe humilis sic exiit, ut non solum in Parlamento regali solum ac Tribunali iudicii sapientia, qui præditus erat, inaudabiliter peroraret: D verum etiam tanquam vir magni consilii & industriæ, ac in omni domo regis spectabilis & probatæ fidei, cum excessis principibus confederet, ac regni ipsius gubernacula regis moderaretur: acumen ingenii, lingue uitor, literarum scientia, dictandi scribendique peritia, semper in eo splenderunt, tantaque opinionis apud papam Eugenio exitit, ut quotiens aliqua in regno graviora emergerent, & usque ad ejus audientiam perlata, istius probatæ discretioni terminanda committeret. Gloriosus etiam rex Franciæ Ludovicus Hierosolymam proficiscens, pontificum & procerum consilio, ex parte illius fidei & solertiæ regnum suum specialiter commisit regendum. Quod ille, Deo juvante, ita administravit & rexit, ut principi redeuntis commissa sibi cum pace & integritate restitueret. Verum quia a conditione moriendi nemo excipitur, cum valetudine, qua mortuus est, vexari cepisset, fratrum manibus sustentatus in capitulum se deduci poposuit. Ubi post verba adificationis, cum lachrymis & genuum omnium pedibus prostratus, eorum se iudicio humiliter exposuit: lachrymaliter postulus, ut quod in eos deliquerat, vel negligentibus egreat, respectu pietatis ei relaxarent. Quod fratres omnes maxima cum devotione, & copiosa lachrymarum effusione gratatissime***

*A fecerunt. Transit autem idem venerabilis pater inter, verba orationis & symboli, die idus mensis Januarii, anno vero Domini M. CLII. LXX. ætatis suæ anno: a susceptione autem monastici habitus fere LX. prælationis vero suæ XXX. Cujus sepultura & exequiis interfuerunt sex episcopi, cum multis abbatibus, christianissimo rege Franciæ Ludovico, ubi & pietatis memor & immenso regis celsitudinis, dum sepeliretur amurissimè stetit: stetitque omnis regia domus, sed & populus, qui cum tanquam prudentissimum consiliarium, totiusque regni gubernatorem & administratorem plauserunt sapientissimum. Duo ejusdem Sugerii referuntur a Felibiano epitaphia, quorum in altero B obiisse dicitur luce septima Theophania, hoc est 12. Januarii, in altero, die xi. Retinenda dies XIII. sive dies idum, ut habetur in antiquo S. Dionysii necrologio, & sancti Petri Carnotensis, necnon in martyrologio sanctæ Genovefæ Parisiensis, his verbis: *Idibus Januarii anniversarium Sugerii abbatis S. Dionysii, cujus ope atque industria, injungente ei sanctæ recordationis D. Eugenio papa & illustri Francorum rege Ludovico, nostra ecclesiæ de statu secularium canonicorum ad regularium ordinem est mutata. Sic autem habet necrologium ecclesiæ Parisiensis: XV. calend. Februarii obiit Sugerius abbas sancti Dionysii, pro cujus anima Guillelmus C nepos ejus canonicus nosse dedit nobis LX. libras Parisienses. Legitur & in antiquo sancti Dionysii necrologio: *Pridie nonas Januarii & pridie nonas Februarii, sicque per singulos menses præter Octobrem, commemoratio D. Sugerii abbatis. Scriptis hic gesta Ludovici sexti; cæperat & scribere historiam Ludovici Junioris, mors prohibuit ne ceptam perficeret. Scriptis & plures epistolas ad summum pontificem, ad reges & ad proceres nobilissimos quoque, maxime dum regnum dignissime administraret, Ludovico Juniori ad terram sanctam profecto, ac vicissim plurimæ ad eum existant magnorum virorum, Petri imprimis Cluniacensis abbatis & Bernardi Claravallensis, qui ea ætate scientia & religione florebat. Denique Sugerii vitæ litteris exaravit Guillelmus ipfius familiaris & sancti Dionysii monachus, quam videlicet inter probationes historiæ sancti Dionysii part. 2. pag. CXCIV.***

*XXXVII. Odo II. de Diogilo, de Deuil, sic dictus a vico hujus nominis loco natali non longe a sano sancti Dionysii, adscriptus inter cœnobitas ejus sacri monasterii, Ludovicum VII. in expeditione sacra secutus est, ut esset ei a sacris & ab epistolis, de quo sic habet epistola Ludovici VII. regis ad Sugerium abbatem: *Dilectus filius vester E. Odo monachus vos salutat, quem pro reverentia beati Dionysii honorifice nobiscum habemus. Inde redux a Sugerio abbate Compendiensi monachus in locum canonicorum non ita pridem suffectus primus abbas præfictur, quo tempore sacre hujus expeditionis scripsit historiam in septem libros divisam, quam Sugerio nuncupavit. Paulo post a sua promotione Romam contendit Eugenio III. pontifici rationem redditurus de instituta in suo Compendiensi monasterio disciplina regulari. Ex Italia reversus Odo in locum Sugerii subrogatur anno 1151. quo legitur in parvo S. Dionysii chronico:**

Hif. sancti  
Dion. pag.  
572.

Prob. hif. S.  
Dion. part.  
2. p. 207.

T. 4. script.  
hif. Franc. a  
pagina 493.  
ad 595.

Prob. hif. S.  
Dion. mem.  
138.



*Sugerius abbas obiit. Ordinatio domni Odonis abbatis*; qui certe hoc anno cum Alcelino Fossatensis abbate subscripsit precepto Ludovici regis pro S. Remigio Remensis, de quo in Hugone hujus loci abbate aliquando dicturi sumus, suisque rursus litteris declaravit annum Christi 1152. secundum suam administrationis esse. Vix autem electus fuerat, cum invidos passus est, qui atrocissimas in eum conflagrant accusationes, at feliciter S. Bernardum patronum habuit ac defensorem apud summum pontificem, quem nihilominus adivit Odo, ut potest credere; constat enim ex charta confirmationis inintæ concordie cum Clementia comitissa Dominici abbati sancti Dionysii sub initium anni 1153. gubernatam fuisse per Ansellum priorem. Sane Dubletus scribit Odonem bis Romanum ivisse, & quidem altera vice, ut vindicaret quosdam possessiones Dionysiani monasterii, quas invalerat Biterrensis archiepiscopus, uti docent Eugenii III. & Anastasii IV. summorum pontificum litteræ. Eodem anno 1153. Ludovicus rex castrum novum ædificatum in terra martyris Dionysii ante sanctum Charum in tractu Vilcassino Odoni abbati concessit. Hunc ipsum vocat amicum suum idem rex in permissione illi data mercatum habendam singulis feriis sextis in sancto Claro ad utilitatem prioratus, aut abbacie sancti Dionysii anno 1154. Eodem a Mathilde relicta Hugonis de Berneval nonnullis donatus est Odo, qui & ipse sub hoc tempus terram de Froyeres abbacie Ursicampi, cujus tunc abbas erat Gilibertus, & abbacie Caroli loci, cujus abbas Amalricus, liberaliter donavit. An. 1156. seu æra 1194. Alfonso VIII. Hispaniarum rex locum appellatum *Fornelos* quatuor leucis a Burgis Odoni abbati presentem concessit, qui locus in prioratum conversus ab abbate & monachis Sandionysianis creditus est anno 1251. Philippo filio Ferdinandi Castellæ regis, tunc sancti Martini Turonensis thesaurario, & Hispalensi archiepiscopo designato, ea conditione, ut ejus bona non alienaret, & post ipsius mortem ad abbatiam S. Dionysii reverterentur. Ceterum annum 1156. XII. calendis Maii Romæ scriptis epistolam Adrianus papa IV. ad O. sancti Dionysii abbatem de mutua inter eum & Henricum Belvacensem episcopum controversia, quam T. episcopo Parisiensi dijudicandam dimittit. Inventus ab Odone Hugo Rotomagensis archiepiscopus anno 1157. ad festum sancti Dionysii, eidem plurimarum suæ diocesis ecclesiarum confirmavit possessionem. Anno 1158. Herberti filii Thomæ de Braye donationem omnium quæ possidebat apud Tauriacum & circumvicina loca ratam habuit rex precibus Odonis abbatis, qui memoratur adhuc 1161. Hunc autem paulo post, nempe anno circiter 1162. diem supremum obiisse, inde conicimus, quod in diplomate Ludovici VII. nonnullis redditus annuatim perceptos a ministris sicut in quibusdam abbatie terris extra urbem Sandionysianam hoc anno dimittentis sub anniversarii conditione pro regina Constantia uxore hac in ecclesia sepulta, nulla vel Odonis vel alterius abbatis occurrat mentio.

XXXVIII. Odo III. de Taberniaco, de *Taverny*,

id habuit cognominis a natali loco tribus ab urbe Sandionysiana leucis. In abbatum nomenclatura omittitur a Gerardo Dubois historice ecclesie Parisiensis tomo secundo pagina 163. uti ejusdem posthumi editores observant in indice pag. 682. aut certe confunditur cum superiori Odone, a quo tamen expressè distinguitur in litteris Odonis Clementis abbatis, quibus anno 1241. mandat, ut fiant anniversaria Hilduini & aliorum duorum, videlicet Odonis de Diogillo, & Odonis de Taberniaco quondam abbatum nostrorum, qui post Sugerium abbatem immediate unus post alium abbas hujus ecclesie fuerunt; quos duos Odoles ex pia causa de locis, in quibus sepulti fuerant, transfulimus, inquit; & ante altare beate Mariæ in crypta decenter reposuimus. Nimirum & capella sancti Clementis olim intra monasterium non longe a capitulo, nunc destructa, transfuit in capellam B. Mariæ hodie nuncupatæ Albæ, sub tumbris lapideis, que etiamnum visuntur, sed epitaphia legi non possunt. Litigavit Odo anno 1163. cum Mauricio episcopo Parisiensi, volente sanctimoniales in Argentolium restitui; vel certe abbatem monasterio præfici. Cum contentio magnis animis ageretur, res, utriusque partis consensu, iudicium arbitrio commissa est, qui quidem controversiam non finierunt, sed ad triennium tantummodo composuerunt anno sequenti. Sub ejusdem Odonis præfectura Manuales episcopus Aurelianensis Sandionysiano monasterio dedit ecclesias Tauriaci & Tyvernonis possidendas post obitum Simonis filii sororis aut fratris abbatis Sugerii earum tunc possessores, sub recognitione duarum incensu librarum & totidem cere faciendi quotannis cathedrali ecclesie Aurelianensi in festo Exaltationis sanctæ Crucis. Quærelam habuit Odo cum Galterio episcopo Laudunensi, quod iudicio Roberti cantoris, Galterii thesaurarii ecclesie Laudunensis, Hugonis prioris Argentolii & Milonis archiepiscopi Mediolanensis sopita fuit, teste inter alios Anselmo abbate sancti Cornelii Compendiensi, eodem fortasse, qui prior erat sancti Dionysii anno 1153. Iussu Frederici imperatoris, ad quem Odo confugerat, iudicium obtinuit anno 1164. contra quemdam Galterium personatu d'Ais in Hasbania ab abbate donatum, qui reditu sibi ab Henrico Leodiensi præfule assignato minime contentus, tentabat usurpare bona, quæ in eodem loco Sandionysianum habebat monasterium. Compositionem inivit anno sequenti, præsentem rege, cum Drocone domino de Cressonac super nemore de Cressonac, quod dictus Droco in abbatiam Sandionysianam maxima ex parte invaferat. Idem Odo trium virginum corpora & numero undecim millium allata ex urbe Colonia & sibi a Rainardo physico tradita anno 1168. sua in ecclesia collocavit. Sublatus & vivis credendus est anno circiter 1169. nam in brevi sancti Dionysii chronico legitur: Anno M. CLXIX. domnus Ivo abbas electus est.

XXXIX. Ivo II. eodem anno 1169. suæ administrationis primo concordiam inivit cum Guidone Tauriaci politico præfecto\*. Anno sequenti indictione tertia S. Pauli canonicos recognoscere compulsi jus abbatis pro collatione præbendarum

Diplomat.  
p. 8. 158.

Ampliff. col.  
lect. tom. 1.  
col. 817.

Epist. 285.  
286.  
287.

Hist. sancti  
Dion. pag.  
194.

Hist. ecclesie  
Paris. t. 2.  
pag. 163.

Pub. hist. S.  
Dion. num.  
147. pag.  
199.

D. n. 192.

D. n. 193.

D. n. 194.

Hist. sancti  
Dion. pag.  
198.

Charp.  
CLXXVII.  
col. 104.

Charp.  
LXXVII.  
col. 71.

Pub. hist. S.  
Dion. num.  
2. n. 7.

\* Maire.  
Pub. hist.  
S. Dion. n.  
194.

eorum ecclesiarum, presentibus Hugone abbate sanctae A  
Genovesie, Erneis abbate S. Victoris Parisiensis, & Lethelino sancti Martini Pontifarenfis abbate & aliis. Sub hoc tempus idem abbas sibi a Matthaeo comite Bellinmontis nonnulla bona restituta fuisse testatur. Quam habuit Ivo contentionem cum Guidone de Caprosia, qui feudum advocacionis sancti Dionysii in valle de Caprosia pendere ab episcopatu Parisiensis, non a sancto Dionysio contendebat, hanc pro voto abbatis terminavit rex anno 1172. idque recognovit ipsemet Guido coram Mauricio episcopo Parisiensis. Notatur ejus obitus in brevi chronico Dionysiano hoc ipso anno 1172. & in antiquo S. Dionysii necrologio memoratur *XVI. calendis Martii domnus Ivo pie memoriae abbas*. Dubletus tradit eo tempore versatum in monasterio Dionysiano Guillelmum monachum, qui vitam sancti Dionysii Areopagite e Graeco Michaelis Syncelli presbyteri Jerofolymitani latine reddidit, Ivoni abbati sancti Dionysii nuncupavit.

XL. Guillelmus Vapincensis, de Gap, sic a patria dictus, is esse videtur, qui modo laudatus est vitae S. Dionysii interpres. Primum se pro medico gessit, ut constat ex codice m. Bibliothecae Colbert. n. 3030. ubi sic habetur: *Explicit vita Secundi philosophi de Graeco in Latinum translata a magistro Willelmo medico, notione Provinciali*, (nempe quia Vapincum subest metropoli Aquevis, quae civitas est Provinciae.) *Hanc secum a Constantiopolis detulit, post factus monachus in cavobio sancti Dionysii, ac postremo praeficitur abbas eiusdem loci*. Ipfus meminisse creditur Johannes Sarebericentis episcopus Carnotensis epistola lx. *Cum de vestris, ait, plurimi revertantur, nemo praeter Willelmum medicum tuae salutacionis vel aliquum reportavit*. Idem quoque videtur esse, de quo Johannes Sarrazin in epistola nuncupatoria libri sancti Dionysii de divinis nominibus inscripti Odoni abbati sancti Dionysii, cujus & Guillelmi, ejus monachi criterio suum opus subijcit; ex quo intelligitur, quanti hunc faceret auctor; qui rursus de Guillelmo mentionem facit in praefatione libri de mystica theologia, quam eidem Odoni abbati inscribit. Guillelmus tandem evasit abbas anno 1172. ex brevi sancti Dionysii chronico, seu 1173. ante Pascha, ut liquet ex pactis nonnullis, quae cum Gregorio abbate & conventu Theonensi sancivit anno 1174. qui erat ejus praefecturae annus secundus. Pepigit anno superiore 1173. cum Matthaeo Trecenti episcopo super curionatu de Marnay, cujus praesentatio morachis, praesuli collatio concessa est. Cum eodem anno Galerius episcopus Laudunensis quem in blado reditum sibi dari coegerat in terra de Serry pro curionatu de Serfontaines, Guillelmo abbati dimisisset, hic cum aliis quibusdam monachis spondidit episcopo, ipsius ex fratre vel sorore nepotem Galerium Laudunensem archidiaconum eo reditu ad vitam fruturum. Obtinuit sub idem tempus a Guillelmo Senonensi archiepiscopo confirmationem juris ad quaedam ejus dioecesis ecclesias praesentandi. Laudatur imprimis Guillelmus ob praecara sapienter constituta, quale est ab eo conditum statutum anno 1174. VIII. cal. Martii

Prob. hsp. S. Dion. m. pag. 204.

\* Ex cod. m. Bibliothecae Colbert. in archiv. in aedific.

1 lib. archiep. Paris. t. 2. pag. 164.

A de duobus sigillis habendis, altero pro abbate, altero pro capitulo, quod quisque privatim servaret, ne, quod saepius contingerat, abbates sigillo capituli privata negotia munirent. Anno 1176. de consensu capituli dedit abbatiae de Caglia locum in silva de Mahain in Bria, quem prius cremata nomine Garinus occupabat. Contulit etiam 1177. abbatiae de Monttrollo dominarum ordinis Cisterciensis terram de Pommerch, & hospitaliis S. Lazari fratribus apud Laudunum terras, quas inter Clarimontis & Rubeimontis dominia monasterium sancti Dionysii possidebat, sub obligatione fructuum medietatis. Eodem anno super ecclesia de Chars composuit cum Gaufrido abbate sancti Martini Pontifarenfis. Guillelmi abbatis devotio- nis & fidei sinceritate inductus Alexander papa III. ut ipse praefatur pontifex, illi & successibus usum mitrae, annuli, & sandaliorum indulist anno circiter 1179. III. calendis Aprilis. (Additur in parvo sancti Dionysii chronico, prima sedes in dextro latere ante omnes archimandritas, & prima vox in sententiis.) Interfuit eodem anno die 1. Nov. sacro Philippi regis, vivente adhuc ipsius patre Ludovico VII. Coronata fuit anno sequenti die Ascensionis Domini 29. Maii in ecclesia S. Dionysii Isabella regina Philippi conjux, filia Baldvini Hannoniae comitis ab archiepiscopo Senonensi, qui & Philippum regem iterum inaugura- vit, ante omnia professus nullum se propterea jus in abbatiam obtendere. Exstant Lucii III. litterae ad Willelmum abbatem ejusque fratres, datae anno 1183. indictione prima tertio non. Junii, quibus omnia Dionysiani monasterii privilegia & possessiones confirmantur asserunturque. Inseq. 1184. Guillelmus abbas nonnulla statuit circa sancti Pauli canonicos, sive, ut habet Gerardus Dubois, cum illis transigit de quadam donatione, quam iis Sugerius abbas pro anniversario suo scripserat. Anno 1185. III. cal. Augusti absolvit ab excommunicatione Hugonem vicecomitem Castriduni, qui memora terraeque invaserat Dionysiani monasterii. Habetur haec charta in antiquitatibus Dionysianis pag. 524. quae dubia Gerardo Dubois videtur, quoniam, inquit, eo tempore Willelmus se abdicaverat. Verum ex ipsomet Rigordo auctore coevo ab eo laudato non nisi anno sequenti, quo adhuc profertur charta Guillelmi abbatis, die Sabbati 10. Maii post officium Nonae se magistratu abdicavit. Rem in hunc modum memorat Rigordus: *Eo igitur tempore, inquit, Guillelmus natione Vapincensis ecclesiam B. Dionysii tepide regebat; quod christianissimus rex graviter ferens, alium rectorem illi ecclesiae providere satagebat*.

C Contigit ergo, ut rex fortuito ad oppidum sancti Dionysii accederet, & ad monasterium tanquam ad aedes proprias diverteret, posteretque ab abbate mille marchas argenti. Interlexit abbas non tam monasterium quam se appeti. Ne igitur conventus quidquam acerbus sui causa pateretur, capitulum cogit monachorum, & frequentius conventu munus abdicat. Id accidisse Rigordus memorat, ut jam diximus, sexto idus Maii Sabbato post Nonam, quae nota conveniunt anno 1180. Consensum vero Hugo prior habito cum fratribus consilio,

Prob. hsp. S. Dion. m. 147.

Hid. par. 2. pag. 204.

Hid. par. 1. m. 148.

Hsp. archiep. Paris. t. 2. pag. 164.

Hid.

Hsp. sancti Dion. pag. 206.

Duchese t. 5. script. hsp. t. 10. m. 19.

consilio, quosdam ex ipsis ad regem delegat, qui A presentiam gauderet, quem ratione territorii & fundationis abbas & conventus tanquam patroni eligerent & episcopus institueret, salvo in omnibus jure episcopi & archidiaconi, quibus *circatæ* & synodalia, ceteraque parochialia debita, sicut in aliis ecclesiis periolverentur.

Privilegium obtinuit Hugo a Coelestino III. anno 1195. quo, nonobstantibus delinquentium monachorum ad sanctam sedem appellationibus, eosdem coercere possit; & iterum aliud accepit datum Laterani idibus Junii pontificatus anno vii. lege vi. ne quis monachorum S. Dionysii possit ab ordinariis excommunicari, aut arceri sacris. Anno

1196. Hugo fuit alter arbitrator discordia Parisiensem inter episcopum & abbatissam Calensem, quæ subijci recubabat. Eodem Philippus Augustus de consensu & voluntate Galteri Rotomagensis archiepiscopi & Helluini abbatis S. Martini Pontifarenensis consensit, ut hoc sancti Martini monasterium cum suis omnibus pertinentiis ubicunque forent, Dionysiano subijceretur, quatenus monasterium illud redactum in prioratum, per providam abbatissam & conventus S. Dionysii correctionem reformari possit. Idem quoque rex hoc ipso anno pro villa, quæ dicitur *Leuremonster*, cum ejus pertinentiis sibi ab Hugone Dionysiano abbate concessa ei rependit abbatiam ecclesie S. Marie de Medunta, cum omnibus quæ ad eam pertinent, ita ut quamprimum illa vacaret abbatia, in manus abbatissam & conventus sancti Dionysii eorum iure & potestate administranda deveniret. Eo tempore Johannes Bultin prior sancti Dionysii electus est abbas Corbeientis, pro cuius & Ivonis quondam abbatissam sancti Dionysii animarum refrigerio noster Hugo fundavit anniversarium. Fundavit & pro se ex acquisitis plures missas, & duo anniversaria, alterum in sua, alterum in sancti Pauli ecclesia anno 1196. Denique vita defunctus est Hugo Foucaut abbas ex parvo sancti Dionysii chronico

feria sexta 24. Octobris anno 1197. de quo sic habetur in necrologio ecclesie Parisiensis: *1 x. calendas Novembris de domo sancta Maria obiit Hugo sancti Dionysii abbas, cuius anniversarium ob plurima obsequia ecclesie nostre ab ipso praestita in perpetuum celebrare cessimus, &c.*

XLII. Hugo VII. Mediolanensis, forsitan sic a patria cognominatus, antea monachus S. Germani Parisiensis ex necrologio hujus loci, dein abbas incerti loci anno 1173. si Felibiano fides, tum erat prior beate Marie de Argentolio, quando Hugoni alteri successit abbas S. Dionysii electus 1197. & rogatu monachorum ab Innocentio III. confirmatus XII. cal. Jun. anno pontificatus primo, hoc est 1. Maii 1198. Ut primum Sandionysianam Hugo subijt praefecturam, Gerardus abbas Stabulensis & Malmundariensis ei recognovit omnes decimas de *Latremenges* in diocesi Leodiensi propter praeposituram d' Holleh vel d' Olley, quam abbatia Sandionysiana ante centum & amplius annos possidebat. Pacificus anno 1200. cum Mattheo domino de Montemorenciano, dimisso illi memore de Taverniaco sub anno duodecim librarum censu; & anno 1203. cum Johanne abbate Clarifontis ordinis Praemonstratensis super

Tomus VII.

Ch. xcvi. col. 77.

Prob. hff. S. Dom. n. 150.

Lib. n. 177.

Ch. xcii. col. 75.

Prob. hff. S. Dom. par. 1. n. 149.

Hff. sancti Dom. pag. 212.

Lib. 1. epif. 179.

E

memoribus de Vigneis in Theoracia, arbitris Hugone canonico Parisiensi & Laudunensi, Hugone decano Guisizæ, & Johanne decano de Marle a sancta sede delegatis. Memoratur anno eodem 1203. mense Aprilis in tabulario sancti Nicasii. Mortem oppetiit Hugo exente hoc anno, aut ineunte 1204. & quidem xi. Aprilis, ex necrologio sancti Germani a Pratis, his verbis: *111. idus Aprilis Hugo abbas sancti Dionysii sacerdos & monachus S. Germani Parisiacensis*, non vero 1205. ut habet parvum sancti Dionysii chronicon, nam

*Prob. hist. S. Dion. part. 2. n. 204.*

XLIII. Henricus I. Troon jam anno saltem 1189. monachus Sandionysianus & prior Argentolii 1200. reperitur abbas S. Dionysii mensibus Junio & Julio anni 1204. Insequenti donatus a rege Philippo insignibus sacris reliquiis, quas thecis auro & gemmis pretiosis inclusas Philippus ab imperatore Constantinopolitano acceperat, eas ipso die donationis 7. Junii Parisiis ad S. Dionysium transfudit, quibus obviam factus est ad quemdam locum nudis pedibus conventus Sandionysianus, capsis feris indutus, cum clero & populo. Has autem sacras reliquias veneratius Philippus Belvacensis, Stephanus Noviomensis, & Gaufridus Silvanectensis episcopi ad sancti Dionysii monasterium accesserunt in festo Exaltationis sanctæ Crucis, ut liquet ex eorum literis datis in ipso monasterio anno 1205. mense Septembri. Memoratur Henricus eodem anno in tabulario sanctæ Genovefæ. Circa id tempus petenti Humberto abbati Miciacensi quasdam S. Dionysii & sociorum reliquias concedit, nempe de pulvere ossium eorum, de sacris indumentis & de corrigia qua cincti fuisse creduntur, rogans ut eas cum debita veneratione suscipere & levare curet, ac monasterium sancti Dionysii Deo & sanctis ejus, beatisque martyribus commendet. Litem habuit Henricus cum Mathæo de Montemorenciaco 1207. mense Februario, que ab utroque permittâ Simonis Montisfortis arbitrio, ab eo secundum abbatem judicata & terminata est. Pepigit eodem anno septimo cal.

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 157.*

*Chart. ex. col. 86.*

*Ibidem.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 157.*

Septembris cum Odone Parisiensi episcopo de jure in ecclesiam prioratus de Argentolio, arbitris Gaufrido Silvanectensi episcopo, Adamo Caroliloci abbate & Radulfo Meldensi decano a sancta sede nominatis; iisdemque anno & mense Augusto concessit omnibus presbyteris parochiarum & capellarum in diocesi Parisiensi constitutis, ut quæ ipsi *momentia de sancto Dionysio* die inixæ pacis de prioratu Argentolii inter episcopum Parisiensem Odonem & se abbatem possidebant, quiete in perpetuum tenerent, nec ea vendere compelli possent. Mense Febr. anni 1211. cum Blancha comitissa Campaniæ de reciprocis inter se querelis compromisit in Gaufrido episcopum Meldensem, multa centum librarum Parisiensium statuta. Iisdem anno & mense Henricus abbas eidem comitissæ Andream Fabrum hominem suum in perpetuum dimisit. Petrus antistes Parisiensis eodem anno mense Novembri jus ad ecclesiam B. Martini de Sirata præsentandi recognovit huic abbati, qui 1213. mense Mart. reperitur in chartulario Campaniæ, & 1215. precum inivit societatem cum Radulfo abbate & conventu Fiscannensi. Anno

eodem cum ob ætatem ingravescentem Henricus abbas Romanum iter aggredi non posset, illic ad concilium Lateranense misit Haimericum priorem & alios monachos, quos absolvo concilio pontifex Innocentius III. donavit corpore S. Dionysii Corinthiorum episcopi, adjecta bulla abbati & monachis inscripta pridie nonas Januarii pontificatus anno xviii. Transiit anno 1217. vel ut habet Felibianus, 1218. cum episcopo Parisiensi de quibusdam decimis, arbitro G. Silvanectensi præfule. Denique anno 1221. testatur Henricus se pro utilitate monasterii alio transfuisse parochiam sancti Johannis Baptistæ, in quam jus olim sancti Pauli canonicis abbas S. Dionysii mensibus Junio & Julio anni 1204. Insequenti donatus a rege Philippo insignibus sacris reliquiis, quas thecis auro & gemmis pretiosis inclusas Philippus ab imperatore Constantinopolitano acceperat, eas ipso die donationis 7. Junii Parisiis ad S. Dionysium transfudit, quibus obviam factus est ad quemdam locum nudis pedibus conventus Sandionysianus, capsis feris indutus, cum clero & populo. Has autem sacras reliquias veneratius Philippus Belvacensis, Stephanus Noviomensis, & Gaufridus Silvanectensis episcopi ad sancti Dionysii monasterium accesserunt in festo Exaltationis sanctæ Crucis, ut liquet ex eorum literis datis in ipso monasterio anno 1205. mense Septembri. Memoratur Henricus eodem anno in tabulario sanctæ Genovefæ. Circa id tempus petenti Humberto abbati Miciacensi quasdam S. Dionysii & sociorum reliquias concedit, nempe de pulvere ossium eorum, de sacris indumentis & de corrigia qua cincti fuisse creduntur, rogans ut eas cum debita veneratione suscipere & levare curet, ac monasterium sancti Dionysii Deo & sanctis ejus, beatisque martyribus commendet. Litem habuit Henricus cum Mathæo de Montemorenciaco 1207. mense Februario, que ab utroque permittâ Simonis Montisfortis arbitrio, ab eo secundum abbatem judicata & terminata est. Pepigit eodem anno septimo cal.

*B. n. 158.*

XLIV. Petrus I. de Autolio successit, perperam dictus de *Nanteuil* tomo secundo historie genealogicæ magnatum Franciæ pag. 264. Narratur tomo secundo hist. Universitatis Parisiensis pag. 493. quod cum Henricus Sandionysianus abbas interiiisset, agereturque de successore deligendo, illius abbatiz præpositus obtulerit se regi, quingentas libras pollicitus, si faventem haberet, quas rex dari camerario suo præcepit. Idem quoque cellerarius fecit, idem & thesaurarius, qui tres patrem omnino summas promiserunt. At rex ad constitutum diem iussis adeste omnibus monachis, privatum quemdam monachum in angulo capituli residentem, & nihil minus quam de abbatia cogitantem, abbatem fecit, eique numeravit quingentas libras ut æs alienum dissolveret, quo tunc abbatia obstringebatur. Ut et est de hac historia, quam alibi non repertam firmare ut infirmare abstinentus, Petrus de Autolio ex nobili hujus nominis gente, ait Gerardus Dubois, seu forte sic dictus a natali solo tribus a S. Dionysio leucis, nepotem habuit Johannem S. Pauli canonicum, cui domum in oppido sancti Dionysii tradi ad vitam curavit, quæ post ejus obitum capellæ sancti Hippolyti cederet. Petrus autem erat præpositus Bernevalis anno 1205. & quinto post anno camerarius de Chaourle, dein præpositus Medii villaris, & iterum præpositus Bernevalis, quo tempore annis 1218. & 1219. electus fuit arbiter controversiarum, quæ Henricum inter abbatem & Mathæum dominum de Montemorenciaco intercesserant. Demum abbas effectus Petrus 1221. mense Decembris duo anniversaria fundavit pro patre & matre, ac pro se missam de S. Spiritu die crastina post mediam Quadragesimam, quæ post obitum in missam de defunctis die anniversarii commutaretur. Eodem anno, seu potius sequenti, mense Februario Sabbato post festum sancti Matthiæ

*Hist. eccl. Paris. 1. 2. pag. 322.*

apostoli hominum Blanchæ comitissæ Trecentis A Dionysii basilica sepulturam acceperunt.

Parisius exceptit, asserens nihilominus sibi apud sanctum Dionysium exhibendum esse, cum e contrario illi diceret ad prestandum se non teneri nisi in comitatu Trecentis, ex inventario thesauri chartarum fol. 43. verso *Champagne*. Eadem sub hoc tempore assentiente comitissæ, Petrus abbas sua apud Nongentum memora vendidit mense Februario anni 1202. ex tabulario Campaniæ in bibliotheca regia, ubi legendum 1222. quo anno reperitur P. abbas sancti Dionysii in chartario S. Audoeni Rotomagensis. Dissidium habuit pro S. Dionysii memoribus cum Matthæo *maiore* seu advocato, quod mediis arbitris finitum est mense Maio anni 1222. Petrus idem occurrit 1223. die 6. Maii in tabulario archiepiscopi Rotomagensis. Testimonio episcopo Suesionensis, Noviomensis, Carnotensis atque Meldensis constat, hoc anno 1223. caplam unam de auro & argento & lapidibus pretiosis ab abbate & conventu Sandionysiano fabricatam esse ad reconduendas S. Eustachii reliquias. Anno 1225. Theobaldum dominum de Cressonac ad quamdam solvendam *redhibitionem* in terra de Courdemanche pro necessariis ad lampadem ante altare sancti Dionysii coëgit. Societatem precum inivit, se renovavit 1226. cum Theobaldo abbate S. Petri Virzionenensis. Eodem anno mense Maio Theobaldum Campaniæ comitem ratione castri de Nongento ad Sequanam in hominem suum recepit, huic indulgens, ne alibi quam in ecclesia S. Dionysii prestare hominum teneretur, ex tabulario Campaniæ, & inventario thesauri chartarum fol. 45. *Champagne*. Iisdem anno & mense obligavit se Petrus eidem Theobaldo Campaniæ comiti ad illi syngrapham cum pignoribus reddendam, quando comes mutata duo millia librarum ipsi perfolveret. Initum cum eodem comite transactionem super nemore de *Mahans* in Bria ratam habuit mense Maio anni sequentis, seu die Veneris proxima ante Ascensionem Domini; eidemque acceptas tulit quintentas libras Parisenses; & iterum totidem die Mercurii ante festum Pentecostes. Memoratur eodem anno mense Octobri in chartario Meldensi, & 1228. mense Maio in probationibus historiæ de Chastillon pagina 52. Eodem posttridie festi sancti Benedicti mense Julio Theobaldo archiepiscopo Rotomagensi presentavit magistrum Jordanum presbyterum ad regimen ecclesiæ de Montejovis, de *Montjavou*, ex tabulario domestico, ubi plurima sunt alia instrumenta hujus archiepiscopi facta iisdem anno & mense. Bullam obtinuit Petrus hoc anno a Gregorio IX. pontifice, qua uti tunica & dalmatica, necnon solemnem impertire benedictionem ei permittitur. Mortem oppetiit anno sequenti, seu 1228. ut legitur in parvo sancti Dionysii chronico, die 6. \* Februarii SS. Vedasto & Amando sacra, in cujus obitu die Odo successit statuit elemosynam panis pro mille pauperibus, ad quam redditus assignavit. Ceterum sub hujus abbatis prefectura Philippus Augustus, cujus historiam Rigordus abbatia sancti Dionysii alumnus magna ex parte conscripsit, anno 1223. ejusdemque filius Ludovicus VIII. 1226. in regali sancti

*Tonus VII.*

Matthæo Paris auctori coævo in historia Angliæ ad annum 1247. recentioribus autem filius Henrici Clement cognomine *Parvi*, Franciæ marcellii, domini de Mez vel du Mez in Vastinesio & d'Argentan in Normannia, eligitur abbas quarto die post obitum Petri, 10. Februarii in festo sanctæ Scholasticæ, eodem die confirmatus a Romano cardinali selis apostolicæ legato, & a rege sancto Ludovico regalia consecutus, qui die crastina in Dominicam incidente an. 1229. benedictionem percepit a Gualtero episcopo Carnotensi. Memoratur anno 1228. hoc est 1229. tomo sexto historiæ genealogicæ magnatum Franciæ pagina 619. Anno 1230. mense Octobri Adam miles de villa Teignosa clientelarem fidem professus est Odoni abbati, qui bullam obtinuit eodem anno a Gregorio IX. pontifice adversus S. Pauli canonicos, qui non residebant, qua de re iudices a sancta sede delegati B. abbas & J. prior sancti Corneli Compendiensis cum Petro de Collemedio papæ capellano plurima cum de residentia, tum de bonorum divisione canonicos inter, vicarios & alios ejusdem ecclesiæ beneficatos statuta condidit 1231. que omnia & imprimis residentiam pontifex confirmavit. Hoc anno 1231. cepit Odo ex regis & reginæ Blanchæ consilio restituere veterem ecclesiæ structuram, capitulum videlicet, chorum & partem collateralera, ex parvo sancti Dionysii chronico, quod & Nangius Sandionysianus monachus in chronico tom. xi. Spicil. pag. 522. narrat his verbis: *Consilio regis Franciæ Ludovici sancti & religiosorum virorum monasterium S. Dionysii in Francia renovatur sub abbate Odone Clementis; hoc enim antea monachi facere non audebant propter dedicationis mysterium, quod idem monasterium nescitur a Domino suscepisse*. Sic etiam idem auctor habet lib. de gestis sancti Ludovici tomo quinto historiæ scriptorum Franciæ auctore Duchesne pag. 330. Permissit Odo Frater Minorum Recollectos conventum & capellam in oppido S. Dionysii habere; quocirca Gregorius primus eorum in Francia vicarius generalis eidem abbati & monachis gratias egit litteris datis apud sanctum Dionysium 26. Octobris 1231. quibus & promissit, statim ut juberet abbas, fratres suos ab officio divino cessaturus in capella quam illis permissit. Mense Novembri ejusdem anni statutum edidit Odo pro monachis beate Mariæ de Argentolio, quo redditus illorum adauget. Cisterciensis abbas G. cum toto generali capitulo Odoni abbati totique conventui Dionysiano gratulatus de honesta & sancta eorum conversatione, iisdem petentibus ut sancti Dionysii festus apud ipsos ageretur dies, consensit, duaque missas eo recurrente festo in singulis per totum ordinem abbatibus perpetuo celebrandas in conventu, more aliarum festivitatum, in quibus missæ duæ cantari solent, decrevit anno 1232. & inter statuta defensionis hujus anni conscribi fecit, ita tamen ut monachis feriantibus ipso die, conversi iuxta consuetudinem ordinis laborarent. *Datum apud Cistercium tempore capituli generalis anno Domini M. CCXXXII. Sabbato*. Et certe

Bb ij

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 160.*

*FF. sancti Dion. pag. 223.*

*Chart. CXXXVII. eod. 99.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 163.*

*Id. part. 2. pag. 205. \* 7. ex antiquo sancti Dionysii necrologio.*

*Fig. 734.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 164.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 2. p. 205.*

*Id. n. 165.*

*Id. n. 166.*

*Id. n. 167.*

inter selecta capitulorum generalium ordinis Cisterciensis statuta edita tomo quarto Anecdotorum Martenii col. 1355. capituli generalis an. 1232. hoc legitur statutum num. xiv. *Festum S. Dionysii martyris cum duobus missis celebretur per ordinem; conversi tamen propter hoc a labore non cessabunt.* Sancivit Odo mensē Martio ejusdem anni, qui nunc 1233. ut singulis diebus per totum annum daretur panis quingentis pauperibus, & in vigilia Omnium sanctorum & in die post obitum suum anniversario, necnon in die obitus Petri abbatis decessoris mille pauperibus distribueretur, ad quam elemosynam faciendam quadraginta modios bladi ex acquisitionibus tui fami, quam bonæ memoriæ Petri quondam abbatis assignavit. Memoratur eodem anno 1233. mensē Julio in tabulario Vallis beatæ Mariæ, nempe, ut videtur, in charta Gaudii abbatis hujus loci de sacro Domini clavo recuperato. Pacificitur eodem anno cum capitulo beati Exuperii Corboliensis ratione sui prioratus beatæ Mariæ de Campis juxta Essonam. Rex Navarrae, Campaniæ comes, & Odo abbas hoc ipso anno mensē Aprilis de sua pagi Nongenti altercatione, statuta centum librarum Parisiensium multa, compromiserunt in Petrum de Boisiaco archidiaconum Bajocensem & Radulfum Contesse, qui litem hanc sopierunt 1234. mensē Jan. Adstitit eodem anno 1234. pontificalibus indutus coronationi reginæ Margaretae a Provincia peractæ Senonis die Dominica 28. Maii a Galtero Cornu archiepiscopo Senonensi. Diffidium habuit cum Nogero milite domino de Roseto, quod an. 1234. mensē Decembri compositum fuit. Hujus abbatis precibus generale capitulum ordinis Præmonstratensium duplex de S. Dionysio per totum ordinem decrevit agendum anno 1236. Exstant tomo 1. veteris Galliæ Christianæ pagina 526. litteræ Odonis abbatis sancti Dionysii & Petri de Collemedio præpositi Audomarensis, quibus se venisse Remos de mandato regis professi, causam inter archiepiscopum & cives terminarunt. Datæ sunt litteræ in palatio archiepiscopi die Jovis proxima post Purificationem beatæ Mariæ anno Domini m. ccxxxv. hoc est 1236. Pepigit Odo anno sequenti cum abbate sancti Michaelis (ad Mosam) super novalibus parochiæ de Armingiis. Interfuit concordiæ initæ Rotomagensis inter archiepiscopum & canonicos sancti Mellonis Pontifarenensis eodem anno 1237. qui fuit exitialis monasterio, utpote quo quadraginta & amplius interierunt monachi, seu fere 44. ut habetur in parvo sancti Dionysii chronico. Cum sup. conventu adstitit Odo 1239. supplicationi generali cleri Parisiensis pro exceptione sanctæ Spinz, in qua pontificali habitu sedem in choro B. Mariæ a dextris altaris sortitus est cum archiepiscopis, episcopis & abbatibus. Memoratur anno 1241. mensē Octobri in tabulario Cagiz, & in inventario thesauri charitarum tomo primo fol. 156. verso *Mélanges*, ubi juramentum reginæ Margaretae S. Ludovici sponsæ super executione testamenti ejusdem regis verum ac sincerum esse profertur. Statuit eodem anno mensē Novembri intuitu devotionis, quam erga Sandionysianam ecclesiam habuit, dum v. veret,

sanctus Bernardus Clara-vallensis abbas, ut ejus festum in crastino sancti Audoeni, hoc est 25. Augusti, in sua singulis annis ecclesia solemni ritu celebraretur; itemque rem divinam decantari quotannis voluit pro Hilduino abbate, duobusque Odonibus Sugerii successoribus in vigilia Omnium sanctorum; ac insuper decrevit commemorationem omnium defunctorum agendam deinceps posttridie Omnium sanctorum, uti mos erat in ecclesia universali, quod utique in ecclesia Sandionysiana, ob festum sancti Eustachii inibi hac die celebratum, haud observatum fuerat. Eodem anno preces annuas instituit & fundavit pro Henrico quondam abbate; qua in fundatione hoc maxime notandum, quod panis, qui per totum annum de quadraginta modis bladi secundum ordinationem plenius expressam in charta de elemosyna facienda super hoc confecta, diebus singulis pauperibus sexcentis erogatur, ipso die anniversarii duplicabitur, ita quod dabitur mille & ducentis pauperibus per eorum custodes, adstante cum eis elemosynario nostro, &c. Odoni vero conventus eodem anno missam solemnem de Spiritu sancto, recurrente quotannis die S. Scolasticæ constituit, mutandam post obitum in missam de defunctis, pro quibus Odo necessarios redditus assignavit. Anno 1243. una cum Odone cancellario ecclesiæ Parisiensis, & Petro archidiacono Bajocensis, varia S. Pauli canonicis constituit, de quibus inter se diffidebant. Repertur eodem anno mensē Februarii, hoc est 1244. in chartario Livriaci. Odonis pietas ex eo præsertim elucet, quod cum Guillelmo Gemeticensi abbate circa id tempus delectus fuerit, qui disciplinam regularem in parthenone Monasterii villaris, *Montivilliers*, restitueret. Hinc etiam tanto in pretio a sancto Ludovico habebatur, ut eum rex anno 1244. elegerit, qui silium recens natum e sacro fonte tolleret, eique nomen imponeret. Eodem anno cum rex apud Pontifaram ægrotaret, pro recuperanda ejus sanitate, corpora beatorum martyrum extracta fuere, presentibus Carolo Noviomensi & Petro Meldensi episcopis, ut est apud Nangium libro de gestis sancti Ludovici. Denique Odo in charta cujuldam cum Johanne de Diliguo equite commutationis anno 1244. mensē Junio seipse vocat ecclesiæ beati Dionysii ministrum indignum, quem aliunde tanti faciebat Innocentius IV. pontifex, ut anno sequenti Rotomagensis archiepiscopum creaverit. Hoc constat ex bulla ejusdem papæ illum promoventis data 111. calend. Aprilis anno pontificatus secundo, id est 30. Martii 1245. non vero 1243. uti legitur in chronico Nangiano tomo xi. Spicil. pag. 530. aut anno 1246. ut habet parvum sancti Dionysii chronicon, in probationibus historiæ S. Dionysii part. 2. pagina ccvi. De eo Trithemius libro quarto cap. 106. de viris illustribus ordinis sancti Benedicti sic habet: *Odo abbas monasterii sancti martyris Dionysii Parisiensis, & postea Rotomagensis archiepiscopus, vir doctus & eruditus, & in disponendis ecclesiæ negotiis peridoncus, non minus religione, quam dignitate venerabilis, apud eandem urbem non pauca operum suorum monumenta ostendit.* XLVI. Guillelmus III. de Macouris, seu de

Pub. hist. S.  
Dion. part.  
2. p. 203.

B. part. 1.  
n. 169.

Spicil. 1.  
xi. p. 370.

Pub. hist. S.  
Dion. part.  
2. p. 203.

Chart.  
ccxxvii.  
col. 102.

Duchese  
1. p. 370.  
hist. France  
pag. 340.

Com. Rouen.  
pag. 77.

Macorris arbitrorum iudicio in concordiam rediit cum Johanne de Nantolio mense Martio anni 1245. & cum Guidone de Levis mense Decembris anni. Litteris datis anno sequenti mense Septembris declaratis sibi & ecclesie sue datum in perpetuum a comite Campanie saltuarii munus in nemore *Aux Bouzè* ad abbatiam pertinente, quod circiter 168. jugera ad partem xx. pedum continebat, &c. sub onere annuatim eidem comiti apud Columbariam reddendi potridie Purificationis beate Mariæ viginti libras Pruvinenfes, ex inventario thesauri chartarum tomo tertio fol. 31. verso, *Champagne*, & ex tabulario Campanie in bibliotheca regia. Reperitur eodem anno mense Decembris in chartario Livriaci. Exstat ejusdem anni bulla Innocentii papæ IV. permittentis ablati & conventui sancti Dionysii, ut possessiones & alia bona mobilia & immobilia, quæ Fratribus, si permansissent in seculo, jure successione, vel alio legitimo modo contigissent, post emissam ab eis in eodem cœnobio professionem, feudalibus duntaxat exceptis, petere, percipere ac retinere libere valeant. Anno 1248. manumisti homines de corpore de Villanova, de Ginervillari, de Asneris, de Columba, de Curvavia & de Putellis, media summa mille septingentarum librarum infumenda fundis emendis ad utilitatem monasterii. Inuitam olim, Hugone tunc abbate, precum societatem cum Atrebatensibus canonicis Guillelmus abbas renovavit 1249. Memoratur 1251. in tabulario Campanie, quod est in bibliotheca regia, & iterum hoc anno mense Februario, hoc est 1252. in chartario Valassie. Misit anno sequenti 1253. ad Ludovicum regem in Palæstinam duos monachos Thomam ecclesie Dionysianæ cantorem & Nicolaum tertium priorem cum nave pannis variis & cibariis onerata. Rex benigne recepit monachos & munera, honestatque hospitio dimisit. Paulo post factis concessit Guillelmus, die scilicet 4. Martii 1254. (ineunte) seu 1253. (exente) ut scribit Gerardus Dubois tomo secundo historie ecclesie Parisiensis pagina 383. De eo parvum chronicon S. Dionysii, postquam narravit nuncios ad S. Ludovicum sacre vacantem expeditioni ab hoc abbate missos rediisse in natali Domini 1253. addit: *Ex in dedicatione sequenti mortuus fuit Guillelmus de Macouris abbas istius ecclesie, &c.* Dicitur abbas pie memorie in antiquo S. Dionysii necrologio, ubi & pro eo Manasterii prior Argentolii fundasse anniversarium perhibetur, in quo hebdomadarium & ceteros altaris ministrum elegantibus, quæ hic abbas dum viveret, fieri curaverat, ornamentis uti debere adnotatur.

XLVII. Henricus II. Mallet, nobilis, ut creditur, Normannus, Guillelmo successore datus anno 1254. memoratur 1255. mense Februario, hoc est 1256. in tabulario Valassie in Normannia. Eodem anno indicti. xiv. legitur præfens status nonnullis iussu Alexandri papæ IV. anno pontificatus secundo conditis ab Egidio tituli sanctorum Cosmæ & Damiani, R. sancti Angeli, G. tituli sancti Eustachii & Stephano cardinalibus pro regimine Burlegalensis ecclesie. *Actum Anagnia, &c.* Paucos annos præposituram gessit Henricus; ob

A exortam quippe discordiam, sponte munus abbatibus pacis studio dimisit, antequam delegati ab Alexandro IV. iudices episcopus Autissiodor. abbas sancti Victoris Parisiensis, & sancti Martinii Parisiensis ministri ad monasterium inquisituri accessissent. Exstant ea de re visa, auditaque in acta relata tomo tertio inventarii regestorum Parlamenti fol. 51. verso anno 125... mense Maio, & in quodam m. codice anno 1257. eodem mense Maio. Tum ergo iudices præposituram de Berneval in Normannia Henrico, dum viveret, concesserunt, idque precibus Matthæi abbatibus, qui sequitur, Alexander IV. bulla Viterbii data & inscripta Belvacensi episcopo 1x. calend. Martii pontificatus anno quarto, hic est 1258. approbavit.

XLVIII. Matthæus de Vendôme nobilis, si recentioribus auctoribus fides, ortus est loco, ex gente scilicet comitum Vindocinensium. Cedenti Henrico subrogatus abbas litteras accepit ab Alexandro IV. datas Viterbii v. calend. Aprilis anno pontificatus quarto, quibus declarat pontifex cogi eum non posse ad solvendum æs alienum ab antecessore contractum, nisi constet monasterii commo infumtum fuisse. Has in codice m. legitimus datas anno 1256. sed profecto legendum 1258. ut in bulla superius laudata. Sane hoc anno Matthæus Vindocinensis, quem sic a patria dictum Felibianus autumat, consecratus est abbas sancti Dionysii, ex parvo chronico Dionysiano. Eodem anno litteras obtinuit a Ludovico rege, quibus agnoscit rex Ruolium villam Dionysianam ab eo immunen esse onere, quo tunc temporis reges multis in locis potiebantur; *giffum* vocitabant. Ansequenti mense Augusto roganti Matthæo J. decanus totumque capitulum ecclesie Meldensis costam unam de corpore S. Sanctini & unum ex ossibus brachii sancti Antonini largiti sunt. Translati fuerunt eodem anno Sugerius, Henricus, Petrus, Adam, Ivo & Hugo abbates, ex parvo sancti

D Dionysii chronico, hoc est translata sunt eorum sepulcra. Eodem anno 1259. die Jovis proxima ante festum B. Johannis Baptistæ Matthæus abbas occurrit in chartulario Campanie, quod est in bibliotheca regia; & iterum 1260. quo feria secunda proxima ante festum sancti Clementis compositionem iniit cum rege Navarra, Campanie & Briæ comite. In Parlamento ejusdem anni 1260. habito in saltu Vincennarum primus ab episcopo sedisse legitur. Significat eodem anno mense Oct. a rege sancto Ludovico fuz datas ecclesie duas majores coronas aureas cum lapidibus pretiosis fieri iussu ab ipsius avo Philippo Augusto pro coronandis regibus & reginis Franciæ, alianque minore auream, quam consuevit rex die coronationis sue in prandio deportare, quas Matthæus abbas ad nutum regis & successorum traditurum se pollicetur, ut amplius constat ex ipsius regis litteris datis mense Maio 1261. Usus est vicario generali fratre Guillelmo de Stampis cœnobii priore annis 1261. 1264. 1266. & 1275. obtento interim a Clemente IV. pontifice anno 1268. privilegio quadraginta dies de penitentibus injunctis relaxandi fidelibus, qui pie sacro ejus solemnibus & prædicationibus adessent; necnon altera

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
1. n. 171.

ll. n. 173.

llid. part. 2.  
mem. 7. pag.  
206.

llid. n. 8.  
pag. 209.

Chart.  
CXLVII.  
col. 110.

Chart.  
CXLVIII.  
col. 111.

llid. n. 7.  
pag. 206.

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
1. n. 176.

llid. part. 2.  
pag. 206.

Tom. 3. in-  
vent. rigol.  
Parlem. fol.  
51.

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
1. n. 177.

ll. n. 178.

bulia tonfuræ clericalis conferendæ servis monasterii, postquam illis annuente conventu indulta munusculum fuisse. Plures ejusdem papæ ad abbatem sancti Dionysii extant epistolæ tomo secundo Anecdotorum Martenii col. 599. & seq. Scribit Guillelmus Nangius in chronico ad annum 1267.

*Spicilg. t. XI. p. 556.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 2. p. 206.*

*T. 1. invent. abs. chart. fol. 157. Mélanges.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 179.*

*B. n. 180.*

*Spicilg. t. 2. pag. 155. 156. 157. & 161.*

apud sanctum Dionysium in Francia factam esse regem Francorum in monasterio illo per diversa loca quiescentium per sanctum regem Franciæ Ludovicum & Matthæum abbatem illius monasterii simul adjunctam translationem; & qui erant tam reges quam reginæ de genere Magui Caroli descendentes, simul in dextra parte monasterii per duos pedes & dimidium super terram calatis imaginibus elevati positi sunt, & alii procedentes de genere regis Hugonis Caputii in sinistra. Hæc autem facta referuntur in parvo sancti Dionysii chronico ad annos 1263. & 1264. Oblatas sibi Matthæus Ebroicensis infusus anno 1269. vir modestus respuit. Turonenfium quoque meminit ejus epitaphium infra referendum. Mense Februario anni ejusdem seu potius 1270. rex sanctus Ludovicus, antequam denuo ad Terram sanctam iter arripere, testamenti executores alios inter nominavit Matthæum sancti Dionysii abbatem, quem & regni administrum cum Simone de Nigella, de Neelle, renunciavit. Apud Melodunum Theobaldus rex Navarræ, Campaniæ & Briæ comes Palatinus a Matthæo abbate, nomine ipsius monasterii Nongentum ad Sequanam, totaque ejusdem villæ castellianam tenere fe in feodum professus est die Martis proxima post *Brandonus* anno Domini 1269. mense Mart. hoc est 1270. lisdem anno & mense rex Franciæ sanctus Ludovicus apud Vezeliacum Clarimonis comitem de quibuskam hoc in comitatu existentibus teneri ad clientelam abbati Dionysiano præstandam recognovit. Sedavit Matthæus qua regni administrer hoc ipso anno motam inter episcopum Parisiensem & fratres de sancto Lazaro contentionem de nominatione magistri elephantiorum valetudinarii, quam attribuit episcopo; & una cum collega Simone de Nigella judicium tulit de controversia inter abbatem & conventum Hamenses prope Lillerium ex una parte & Hellinum dictum de Wangrino filium sen. Flandriæ militem dominum de Malo alneto, Roberti patrem, quorum sententia sic incipit: *Matthæus misericordie divina B. Dionysii in Francia abbas humilis, & Simon dominus Nigella locum tenentes domini regis Franciæ.* Ea quidem charta inter Hamenses, seu potius ejus apographum præ se fert annum 1260. cum mense Junio; sed projecto legendum est 1270. Habentur tomo 2. Spicilg. pagina 548. epistolæ sancti Ludovici ad Matthæum abbatem & Simonem de Nigella, & pag. 550. ejusdem sancti Ludovici ad Matthæum solum. Defuncto in Palastina hoc anno 1270. S. Ludovico, Philippus III. cognomento Audax ejus filius & successor Matthæum abbatem & Simonem de Nigella usque ad suum in Franciam reditum regni moderatores confirmavit. Nos, inquit, pius ejus (Ludovici patris) cupientes inhaerere vestigiis, & de vestra prudentia & fidelitate specialiter confidentes, quamdiu ab ipsius regni finibus nos abesse

*A* contigerit, vel donec aliter duxerimus ordinandum, vobis eamdem, quam prius ab ipso domino genitore nostro potestatem habebatis, committimus & volumus observari. *Litteræ datæ sunt in castris ad Carthaginem anno 1270.* Scribit vicissim Matthæus abbas & Simon de Nigella, dum adhuc versaretur in Africa, ut reditum maturet, ne quis in hinc regni initiis res novas moliat. Cum autem jam reversus Philippus Petrum germanum proregem instituisset, si quidem ipse moreretur antequam filius & heres ætatis annum attingisset regendo aptum, ei socium alios inter adscivit Matthæum anno 1270. & iterum 1271. mense Decembri,

*B* adjunctis Guidone Lingonenfi & Odone Bajocensi episcopis, ex thesauro chartarum. Ejusdem Matthæi studio, cujus rex Philippus consilio & disciplina utebatur, ait Nangius, Parisiensem inter episcopum & G. decanum cum toto ejusdem ecclesiæ capitulo inita est compositio de iustitia & jurisdictione parisijs templi B. Mariæ anno 1272. die Veneris ante festum beate Mariæ virginis. Blancha regina Navarræ, Campaniæ & Briæ comitissa, quam apud sanctum Dionysium præstare se debere profutur, clientelam præstitit pro terra de Nongento apud Vincennas 1274. mense Novembri, salvo in posterum monasterii jure. Anno 1275. die Mercurii ante festum assidue beati Martini, controversiæ decanum inter & capitulum ecclesiæ Parisiensis ex una parte & ex altera Guiardum dictum Viriaci in Viromandiam diocesis Noviomensis politicum \* præfectum electi compromissores Matthæus abbas & Galterius Bardin Viromandiæ ballivus sententiam pro capitulo dixerunt, ad quod videlicet eam pertinere præfecturam declaravit die Lunæ post festum hiemale beati Martini. Pepigit Matthæus abbas cum Fossatenfi de quodam apud Campiniacum manso anno 1278. mense Julio. Insequenti litteras scripti de beneficio in ecclesia Villæ piæ constituto. *A* Gregorio X. papa conservator privilegiorum regi Franciæ concessorum delegatus x. calend. Aprilis pontificatus anno primo, eorundem conservatores substituit abbates Bellæpertice, & Appaniensem, necnon archidiaconum Albiensem anno 1279. ex tabulario episcopatus Albienfis. Nulla permutavit cum magistro Galtero de Milliac archidiacono tractus Constantiensis in ecclesia Constantiensis mense Junio anni 1280. Eodem prior sancti Dionysii factus est abbas sancti Launomari Blesensis, ex parvo S. Dionysii chronico. Inchoatum opus basilicæ 1231. ab Odone Clemente abbate feliciter absolutum est an. 1281. sub abbate Matthæo, qui & intulit thesauro thecam ex auro partim, partim ex argento inaurato, lapidibus pretiosis ornatam, in qua sancti Dionysii caput includitur. Eodem anno Matthæus una cum Philippo Ebroicensi episcopo & magistro Henrico de Virziliaco Laudunensi thesaurario, absente G. Ambianensi episcopo arbitro etiam electo, eo nomine quæstionem exortam regem inter Philippum & Simonem episcopum Carnotensem & capitulum de jure conferendi vacaturos personatus, aut dignitates in præpositura Melangici & archidiaconatu Pissiacenti, alteram utrique parti

*Spicilg. t. 2. pag. 160. & 171.*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 182.*

\* Maire.

*Ibid. part. 2. pag. 206.*



collationem adjudicavit Parisiis in festo B. Petri ad Vincula. Idem rursus arbitri fungens officio, de controversia Corbeiensium inter abbatem & conventum ex una parte, præfatumque politicum & iudices ejusdem villæ ex altera super jurisdictione villæ Corbeiensis, vicinorumque locorum, una cum suis collegis sententiam tulit, quam rex laudavit anno 1282. Clientelare obsequium exceptit a Johanna regis Navarræ filia in palatio regis, ut constat ex litteris Philippi regis datis mense Martio anni 1283. Hoc autem anno Johannes de Pontifara prior Argentolii evasit abbas de Ferrariis, ex parvo S. Dionysii chronico. Matthæum Reginaldus de Nanteuil episcopus Bellocensis testamenti sui anno 1283, & Philippus rex sui alterius testamenti nominaverunt executores mense Martio 1284. idemque munus obtulit in testamento Guidonis phyci, hoc est medici, ejusdem Philippi regis, testatur ipse rex litteris datis anno 1284. mense Augusto, quibus ratam habet fundatam pro remedio animæ defuncti capellani in domo Bonorum puerorum Parisiensis. Interfuit anno 1285. feria quarta post *Invocavit* me iudicio de comitatu Pictaviensi ac terris Arvernæ Philippo regi adjudicatis. Eodem an. 1285. quam Parisiis in platea S. Andrea: de Arcubus habebat domum, horto aliisque terris adauxit. Honorius IV. pontifex Matthæo permisit eodem anno, ut quoties in pontificalibus celebraret, & verbum Dei proponeret, omnibus vere poenitentibus & confessis sibi subditis, qui hujusmodi solemnibus interessent, decem dies de injuncta poenitentia relaxaret. Laudatur inter hæc Matthæus regni administrator 1283, & 1285. quo nomine ipsum compellat R. episcopus Parisiensis in litteris hoc anno datis, quibus abbatem sancti Mauri a se confirmatum significat, ex thesauro chartarum. Eodem anno mense Augusto Matthæus abbas & Simon dominus Nigellæ locum domini regis tenentes, iudicium proferunt pro Majori monasterio adversus comitem Blesensem; itemque homines episcopi Parisiensis immunes a vectigalibus declarant. Denique in tabulario sancte Genovefæ per D. de Gagneres explorato locum tenens regis Franciæ una cum Simone domino de Nigella dicitur anno 1286. in charta vero anni sequentis *quondam abbas* nuncupatur. Et certe Matthæus abbas defecit Belnæ, quæ una de melioribus eccl. beati Dionysii possessionibus in pago Guastinensi, die 25. Septembris anno 1286. ad quam diem ita memoratur in martyrologio sancti Johannis in Valleia: *VII. calendæ Octobris obiit bona memoria Matthæus quondam abbas S. Dionysii in Francia, principalis consiliarius regis & regni Francia; chypres & defensor totius ecclesiæ Gallicanæ.* Dies tamen sanctorum Cosmæ & Damiani, seu 27. Septembris, quo forte sepultus est, notatur tomo tertio historie Universitatis Parisiensis pag. 481. & in chronico Rotomagensi tomo primo novæ bibliothecæ Labb. pag. 381. ubi sic legitur: *Per quem totum regnum Franciæ regebatur, & ad nutum ejus omnia sebebant, & quem volebat, exaltabat, & contra.* Conditus est in basilica Dionysiana juxta portam ferream, qua ex claustra aditus in chorum est, sub tumba cuprea, ubi proflat hoc epitaphium

cum in veteris Gallie Christianæ tomo quarto pag. 336. tum in historia sancti Dionysii pagina 574. mutilatum:

*Hic jacet abbatum speculum speciale probatum,  
Cui dedit ejusdem magna virtute Mathee.*

.....

*Archiepiscopi renuit Turonensis honorem.  
Regum Francorum per tempora longa duorum  
Regni gessit omnis celeberrimus iste patronus.  
Qui transis, Christus rogata, pie leclor, ut istum  
Satisficet patrem, Christique requisit matrem,  
Impetret ut clarum jubar illi casti clarum. \* Amen.  
Si sexcentens quadragesime dupletur,  
Ac annus festus Domini simul annumeretur,  
Septembriusque dies vicefima quinta notetur,  
Firmius inde scies, quando sua mors recitetur.*

\* ligs. cent.  
votorum.

Quando vero mense Aprilis anno 1699. clathrorum ferreorum, qui a parte meridionali chororum occludunt, qua in eum ingressus est, jacta sunt fundamenta, hujus abbatu reperit esse loculus lapideus, in quo nihil ossium erat, sed paululum capillitii & fragmenta habitus pontificalis, cum castigio baculi pastoralis ex cupro inarato, & super loculo plumbea lamina cum hac inscriptione: *Cy gist l'abbé Mahé de Vendôme, qui garda le royaume de France au tans du roy Loys, qui mourut en Cartaie, & mourut le jour de la saint Firmus l'an m. cc. iv. xx. & vi. v. \* mois de Setembre.*

\* ligs. xxv.

Laudatur in chronico quod Guillelmi Nangii esse videtur ad annum 1286. ut fidem facit hoc excerptum: *Mense Septembris Matthæus abbas sancti Dionysii in Francia (per cuius sapientiam & prudentiam fuerat Francia magna ex parte regebatur, ac fuerat per longum tempus) die festo sancti Firmii martyris, diem clausit extremum. Hic utique vir in omnibus laudabilis fuit, & multum religiosus. Monasterium namque illius abbatia longe a retroactis temporibus inceptum, & miro ac summo opere constructum, fere a media parte usque ad ultimam consummavit. Abbatiam etiam suam, quam in rebus & facultatibus inopem, & quasi consumtam invenit, novis muris & altis cingens, ac adificiis magnis & sumtuosis reparans, ipsam suis temporibus locupletem reddidit, & multum in rebus augmentavit. Tantum denique, dum rexit eundem locum, ita ibidem religio effloruit, quod monachi sui propter religiositatem suam & vitam honestam quam ducebant, plures in diversis regni Franciæ monasteriis ponerentur.*

Sammarth.

Idem ferme legitur ad hunc annum in chronico vere Nangiano tomo xi. Spicilegii pagina 578. Hæc adhuc Nangius de Matthæo memorat: *Super sedem paternam Philippus rex collocatus, patris sui non immemor præceptorum, maxime tunc usus est consilio & disciplina Matthæi abbatis S. Dionysii in Francia, viri religiosi & sapientiæ floribus adornati, cui super omnes aßessores regii palatii causas & universa negotia regni sui, sicut & pater suus fecerat Ludovicus, expedienda tradidit. Poëtics quoque peritus, aiunt Sammarth. historiam sacram Tobie versibus elegiacis elucubravit; sed in hoc falsi*

T. 2. invent.  
shel. chart.  
Mélanges  
f. 102. v. 7f.

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
2. p. 206.

T. 2. invent.  
shel. chart.  
Mélanges  
f. 159. v. 7f.

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
2. n. 186.

Ch. CLIX.  
col. 120.

Hist. sancti  
Dion. pag.  
236.

tedarguantur: cum enim ex præfatione hujus libelli editi Brenæ sub nomine Matthæi de Vendôme a Johanne Heringio Germano anno 1542. constet ab auctore dedicatum fuisse Bartholomæo de Vendôme archiepiscopo Turonensi mortuo 1206. palam fit hunc Matthæum non esse nostrum.

XLIX. Reginaldus Giffart, quem dicunt originem ducere a familia Yexini, cujus posterij jamdudum sunt domini d'Hanneucourt prope Meulentum, a rege data eligendi abbatis facultate 1286. ex thesauro chartarum, & tomo secundo ejusdem inventarii *Mélanges* fol. 6. verso, unanimi fratrum suffragio eligitur abbas & confirmatur a Johanne sedis apost. legato, qui & illum Philippo Pulcro commendavit litteris datis die 4. Novembris anno secundo pontificatus Honorii IV. hic est Christi 1286. Exstat inter probationes historie sancti Dionysii n. CLXXXVI. epistola Gaufridi abbatis sancti Ebrulsi in scripta Reginaldo 1287. die Dominica ante festum sancti Martini hiemalis, ubi officia Matthæi decessoris ejus erga suum sancti Ebrulsi monasterium extollit, quorum intuitu rem divinam pro ejus anima tam in suo monasterio, quam in ejusdem appendicibus se decrevisse testatur. Dubletus libro secundo pagina 618. refert bullam Nicolai IV. ad abbatem Reginaldum, qua facit illi potestatem omnibus jurisdictioni suæ obnoxii, qui solemnioribus festis ijsus sacro interessent, relaxandi viginti dies de injunctis penitentibus. Data est apud Urbem veterem x. kalendas Septemb. pontificatus anno tertio. In parvo sancti Dionysii chronico ad annum 1290. legitur Johannes d'Auteuil major prior sancti Dionysii ab eodem Nicolao IV. pontifice renunciatus abbas sancti Audoeni Rotomagensis. Eodem anno seu potius 1291. mense Februario memoratur Reginaldus in charta Fiscannensi, & in tabulario sancti Martini a Campis. Scribit laudatus Dubletus libro primo pag. 262. Reginaldum doctrina, sapientia & rerum experientia clarum fuisse, insignique de sanctum legatione, missum nempe a Philippo rege cum Remensi archiepiscopo ad Flandriæ comitem, ut cum eo de pace ageret. Pacificitur idem Reginaldus cum cœnobio sancti Petri Carnotensis anno 1296. mense Septembris; quo tamen anno ipsius habentur litteræ mentionem facientes anniversarii, quod an. 1287. fundaverat pro cardinali Johanne Cholet ob ejus in abbatiam Dionysianam beneficia. Inseq. 1297. Ludovicus IX. Francorum rex in album sanctorum confessorum relatus est a Bonifacio VIII. ejusque corpus solemni pompa et terra levatum fidelium cultui in aede Sandionysiana permissum est. Quam cæremoniam præcipuum ejusdem minister Stephanus Becard Senonensis archiepiscopus, cooperante Simone de Bucy episcopo Parisensi, haud prius perfectæ de consensu abbatis & conventus Sandionysiani, quam ambo præfules scripto declarasset nolle quod per actum hujusmodi sibi aut ecclesiæ suis jus novum acquireretur, aut dicto monasterio præjudicium in posterum aliquatenus generaretur. Floruit sub hoc terapum Guillelmus de Nangis Sandionysianus motichronographus & historiographus celebris. Anno 1299. mense Febr. hoc est 1300. Regi-

*Publ. Bib. arch. Gallie. ad annum 1286. pag. 585.*

*Publ. Bib. S. Div. par. n. p. 207.*

*H. part. 1. n. 127. v. 288.*

naldus se recepisse a Fiscannensi cœnobio triginta Turonenses parvos emendo fundo quadraginta solidorum annui redditus infundendos, pro libero transitu vini ad Meduntæ pontem, scripto attestatus est, ex tabulario Fiscannensi. Invitatur a legato Reginaldus ad concilium Romæ habendum 1302. a Bonifacio VIII. contra regem Philippum Pulcrum; sed nedum invitatus obsecutus est, quin potius anno 1303. subscriptus appellationi factæ per regnicolas adversus Bonifacium, ex libro concertationum Bonifacium inter & Philippum, cujus præcipuus inter consiliarios ab ætatis nostræ scriptoribus accensetur. Memoratur adhuc 1303. feria tertia post Dominicam *Latare Jerusalem*, hoc est 10. Martii 1304. quo die decembris in lecto suum anniversarium præcepit ex acquisitis apud Villepinte & Gouvieux, officio caritatum relicti viginti annui redditus sibi. Occubuit postmodum, sepultusque est in ecclesia Sandionysiana.

L. Egidius I. de Pontoise, antea dictus de Chambly, major prior claustralis anno 1300. 1301. 1302. & 1303. *vigilia beati Gregorii de sancto bona memoria abbate S. Dionysii Reginaldo, successit eodem*, ait continuator Nangiani chronici. Alter executorum testamenti Johanne reginæ Franciæ & Navarræ nominatur Egidius anno 1304. mense Martio, hoc est 1305. Idem jubetur a Clemente V. pontifice Flandriæ comitem ejusque subditos excommunicare, nisi pacis conditiones observent circa 1308. Fidei sacramentum excepti Parisiis anno 1309. a novo rege Navarræ Ludovico pro castro de Nongento ad Sequanam, quod in feudum ab abbata Dionysiana qua Campaniæ comes tenebat. Illum Philippus IV. cognomen Pulcher alterum testamenti executorum instituit 17. Maii 1311. Anniversaria duo fundavit Egidius eodem anno in medio mensis Sept. alterum pro se, alterum pro decessore Reginaldo. Philippus V. rex Franciæ pro castro de Nongento ad Sequanam Egidio clientelam exhibuit per Philippum de Melan archidiaconum Parisiensem anno 1313. Idem abbas, Guillelmus Remensis archiepiscopus, & Petrus Silvanæensis antistes nominati a Clemente V. pontifice executores Flandriæ fœderis, ejusdem instrumenta in acta retulerunt 12. Novembris 1315. Anno eodem una cum Simone episcopo Meldensi executor testamenti Johanne reginæ defunctæ 1304. hoc ipsum de assensu Guidonis de Chastillon comitis de S. Pol coexecutoris exponens, in eo quedam uterque immutavit & quedam adiecit. Una cum episcopo Autissiodorensi & quodam canonicis Parisiensi nominatus collector duarum decimarum a Johanne papa XXII. impostarum, eo liberatur onere anno 1319. mense Septembris a Philippo Longo Francorum rege, qui & ipsi locum in Parlamento præcipuos inter consiliarios servavit hoc anno, ceteris prælatis, episcopis, & abbatibus, præter sex pares ecclesiasticos & episcopum Parisiensem, exclusis. Anno 1321. die 6. Aug. Egidium una cum Henrico domino de Sully & Anselmo domino de Gienville Philippus V. rex, cujus Egidius capellanus dicitur (archicapellanus vocat Dubletus) testamenti sui renunciavit executorum.

Eundem

*T. 2. inven. reg. Paul. 1. 59. v. 5.*

*Spiegel. 1. xi. p. 61.*

*Hist. P. D. m. 1. pag. 362.*

*T. 7. inven. thes. chart. Mélanges fol. 100.*

*T. 7. inven. thes. chart. Flandre fol. 169. v. 59.*

*Hist. Univ. Paris t. 4. pag. 589.*

Eundem Johannes papa XXII. privilegii a se concessi Universitati Parisiensi voluit esse conservatorem, bulla data Avenione 11. calendis Julii pontificatus anno nono, hic est 1325. Ceterum suam Egidius basilicam plurimis ditavit ornamentis, cuppa aurea exquisitæ artis, capsa argentea, & capellis duabus, necnon infirmaria & aliis structuris monasterium renovavit. Cessit e vita sub exitum mensis Januarii a. anno 1325. (hoc est 1326.) ut Nangii continuator narrat his verbis: *Hoc eodem anno in fine Januarii vir venerabilis de Pontisara, alias de Chambeliaco abbas monasterii sancti Dionysii in Francia exemplum monachis futuris perutile dereliquit, quod novam domum infirmorum sui monasterii inchoavit, & inchoatam miro & valde sumtuoso opere consummavit.* Terræ mandatus est sub epitaphio sequenti, quod habetur in tumba plana cuprea, in ecclesie transversa cruce ad meridiem inter sacellum Caroli V. & Francisci I. mausoleum:

*Nobis sublatus mori datur hic tumulatus  
Abbas Egidius acubus egregius.  
Justitiam fovit, ac honeste vivere novit:  
Nos bene ditavit inopes, per muera pavit.  
Christi zelator templi, domum reparator,  
Infirmis cameras dedit, oratoria quæras,  
Hoc templo plura solerti condita cura:  
Hinc altare chori Christi construxit honori  
Et post hæc dico vas factum pro Ludovico,  
Addens vas isti factum pro corpore Christi:  
Quæ sit ob altare clausuram commemorare.  
Sanctum cæpsa tegit Romanum, quod petit, egit  
Si dicam cuncta, grandis fiet i cuncta;  
Ut Jesus hunc capiat, serviet oratio fiat. Amen.  
M. c. ter x. binas, pariter conjungito quinos.*

LI. Guido I. de Castris unanimi consensu fratrum electus mense Martio 1325. hoc est 1326. D confirmatur a Johanne papa XXII. die 27. Apr. sic enim habet Nangiani chronici continuator, postquam, ut supra, dillerunt de morte Egidii: *Cui, ait, successit sequenti mense Martii a fratribus dicti monasterii pacifice & concorditer electus frater Guido de Castris, vir religionis honestate conspicuus, omnique morum honestate præclarus, cujus electionem Avenione postus dominus summus pontifex sequenti mense Aprilis, v. videlicet calendis Maii confirmavit.* Anno 1328. die 3. Decembris publicani Guido adversus Belgas comiti suo rebelles vibravit excommunicationem. Eodem circiter anno Philippus VI. Francorum rex scriptis ad Guidonem litteris victorie quam a Belgis reportaverat ordinem memoravit. Anno 1332. adfluit Guido episcoporum conventui a rege Philippo apud regium

a Sic tamen legere est in libro computorum monasterii: *Obiit Egidius 1325. die 30. Decembris. Pro sepultura sua, circa a. 22. libra. Expensa pro electione D. Galteri de Pontisara incipiendo a die proxima mensis Decembris 1325. usque ad festum sancti Johannis Baptistæ 1327. 11497. libra & sex solidi, pro ultimo anno (destinante, hoc est 1328. ante Pascha) summa factum est regi in reditu sacri sui 394. libra, duo solidi. & pro jacobinis regem datus 279. libra, 5. solidi. Quam ille liber meretur fidem, non assum deservit, verumtamen enim non esse arbitror que vel epitaphii memorati, vel continuatoris Nangiani chronici mox laudandi auctoritatem possit elevare.*

Tomus VII.

Vincennarum castrum coacto, super questione de beatifica visione Dei. Statuit idem circa 1338. ut in missa matutinali die festo sanctissimi Sacramenti oratio secunda esset *Deus, qui caritatis, &c.* pro fratre Odoise de Franconville monacho sancti Dionysii, priore de Lebraha qui hoc anno quinquaginta solidos Parisienses quotannis solvendo a priore de Lebraha Dionysiano monasterio dedit ad emendum bonum vinum singulis annis pro conventu in festo sanctissimi Sacramenti. Rexit Guido ad annum 1342. quo reperitur die 14. Augusti in regesto 74. thesauri chartarum. Verum anno seq. dignitati nunciium remisit. In bibliotheca Victorina extat *Sanctilogium Guidonis abbatis*, quod huic nostro vulgo tribuitur, nec immerito quidem; sic enim habent Buccellini annales Benedictini ad annum Christi 1302. *Nec minori laude dignus abbas episcopus (S. Dionysii) Guido a Castris, qui grandia satis volumina secentis transmisit de gestis sanctorum, quorum ipse vitas quam diligentissime conscripsit.* In ejusdem Guidonis cuprea tumba non longe ab Egidii de Pontoise decessoris tumulo incisa est hæc epigraphæ, que rite disposita mortuum fuisse 1350. 22. Februarii colligitur:

*Postus fuit hic*

C *Flos, regimen morum, fons, regula, forma bonorum, Religiosorum decus & speculum monachorum; Sub lamina tegitur præsentis qua sepelitur Guido de Castris abbas, qui vivat in astris. Hæc, lector, memores, pater hic contempsit honores: Despexit namque mundum, carnem, Sathanamque, Mira quidem fecit Christi detentus amore; Se sic subjecit quod se privavit honore Patris, pastoris, notum sit hoc omnibus oris. M. ccc. quinque\* ds. pone, nil inde relinque: Cui Deus in patrem se donet, Virgoque matrem. In Cathedra festo moritur pastor, memor esto.*

LII. Egidius II. Rigaud e nobili gente dionorum de Rouilly procreatus est secundum Dubletum, cui concinit D. Fleury tomo xx. historice ecclesiasticæ pag. 109. Illum Andreas Duchesne in historia cardinalium Francorum tomo primo pag. 542. ipsius nobili genere impugnat, cognominat de Noilly, fortasse a natali solo. Antea prior Estonz, seu beate Mariæ de Campis prope Corbolium, quem in theologia baccalauream dicunt, evasit abbas Sandionysianus anno 1343. quo nomen ejus exhibet tabularium domesticum die 27. Julii. Eodem anno die prima Augusti nuper initam Guidonem inter antecessorem & Johannam Franciæ & Navarræ reginam de quadam fundatione ratam habet transactionem. Occurrit in tabulario laudato 1344. 1346. 1348. & 1350. quo inter executores testamenti Philippi VI. regis memoratur. Sedit hoc anno 1350. arbiter diffidii Parisiense capitulum inter & Universitatem, utra pars in exsequiis Philippi Valelii regis priorem obtineret gradum. Delegatur eodem anno 13. Junii una cum episcopo Laudunensi Hugone, pro pace regi inter Franciæ & Angliæ reformanda. Allectus denique patrocinio

Phil. sancti Dion. pag. 274.

\* Quinque ds. aut quinque decem danti quinquaginta.

Tom. 4. hist. Univ. Paris. pag. 319.

C c

Johannis regis in collegium purpuratorum patrum a Clemente papa VI. 17. Decembris ejusdem anni, missa ab eodem pontifice galero, Parisiis presente rege in palatio regio decoratur a Laudunensi præfule, & a Petro de la Forest Parisiensi, ex delegatione ejusdem papæ, Dominica Palmatum 10. Aprilis 1351. Mortuus creditur eodem anno tunulatus in æde Sandionysiana sub lamina ærea, quam sublatam a Calvinistis queritur Dubletus.

Idem chronographus & post eum Sammarthani fratres Egidii successorem intrudunt Petrum de la Forest, prius episcopum Tornacensem, Franciæ cancellarium, Parisiensem antilitem, Rotomagensem metropolitam & cardinalem; at si vitam & gesta Petri expendas, tempus haud suppetet, quo abbas esse potuerit.

L.III. Galterius de Pontoise annis 1339. 1341. & 1345. camerarius de Chaource in Theorackia, ac interim 1340. ipse monasterii, necnon 1350. ejusdem commendator, insequenti legitur abbas mense Junio in charta iuonnullis. Vendidit anno sequenti 1352. cal. Nov. executoribus testamenti Eudeline uxoris Johannis Vallet lanii S. Dionysii domum sitam in platea *Sauger* pro xenodochio excitando. Memoratur adhuc die 4. Nov. an. 1353. Galterii abbas notatur obitus 1354.

L.IV. Robertus II. de Fontenay reperitur abbas anno 1354. diebus 22. 24. & 26. Martii, hoc est 1355. Difficillimis temporibus monasterium gubernavit ob captum ab Anglis in pugna Piclavienfi Johannem Francorum regem. Memoratur annis 1359. & 1362. qui mortuus paulo post, ineunte scilicet anno sequenti, sepultus est in capella interiori S. Clementis modo destructa.

L.V. Guido II. de Monceau stirpe nobili fatus, juris utriusque doctor, primum occurrit abbas mense Maio anni 1363. in charta foundationis precum factæ in ecclesia sancti Dionysii per Margaretam a Francia Flandriæ comitissam. Anno 1368. Matthæo de la Chapelle monacho Sandionysiano & priori beate Mariæ de Argentolio quandiu priorem ageret Guido abbas praposturam Argentolii concessit sub onere annui 260. librarum redditus. Mentio ejus est eodem anno 10. Octobris in charta sancti Faronis Meldensis. Insequenti primus inter abbates nominatur in Parlamento a Carolo rege coactio feria quarta die 9. Maii 1369. Dilectus & fidelis consiliarius vocatur ab eodem rege 1372. in diplomate quo abbati Dionysianam a quodam ceteris ecclesiis imposito veſtigialiam liberam declarat. Primus adhuc inter abbates recensetur Guido in publicatione edicti regii facta in Parlamento 1375. quo reges ætatis anno 14. suam in tutelam venire decernitur; quodque notandum, hujus edicti alterum exemplar, jubente rege Carolo V. in archivis Sandionysianis repositum est. Idem quoque duobus in Parliamentis coactis a rege diebus 16. Junii & 9. Decembris anni 1378. primus ab episcopis nominatur. Interfuit sacre inunctioni Caroli VI. Remis peractæ die 4. Novembris 1380. Capellania sancti Ludovici fundatam in æde Sandionysiana vacantem ex permutatione Nicolai Cambray

*Hist. sancti Dion. ann. 138.*

*Prob. hist. S. Dion. n. 194.*

A contulit Jacobo Petit clerico mensis Augusti die 29. an. 1381. ex charta authentica Collectionis D. de Gagneres. Adfuit anno sequenti colloquio apud sanctum Dionysium habito pro sedanda, ratione veſtigialium, Parisini populi seditione. Censuralem scribi codicem curavit 1384. Bullam obtinuit a Clemente VII. qui pro vtero semper agnitus est in Francia pontifice anno 1386. die 16. Septembris, qua S. Dionysii monasterium decimarum papalium dimidia parte liberatur. Accipit ab eodem Clemente privilegium, ut juniores monachi ad diaconatum ætatis anno 18. & ad sacerdotium vigesimo promoveri possent. An. 1388. die 29. Julii Guido abbas nominavit officialem in prapostura de Cergiaco. Exclusis aliis abbatibus a senatu Parisiensi, Carolus VI. rex in eo sedere ex antiqua consuetudine, aliiſque regis consiliis interesse huic abbati & successioribus indultit, qua de re litteras dedit 9. Julii 1389. Adfuit eodem anno in pontificalibus cæremoniæ coronationis Isabellæ a Bavaria reginæ Franciæ in sacra capella Parisiensi. Circa id tempus Johannes de sancto Avito monachus Sandionysianus exavit abbas sancti Medardi Suetionensis, & paulo post episcopus Abrincensis, itemque Johannes Canard præful Atrebatensis. Anno 1391. die 23. Junii Guido ratas habuit testamenti Johanne d'Eu ducis Atheniensis & comitis Stampensis conditiones. In supplicatione generali ab Univerſitate Parisiensi ad S. Martinum de Campis indicta pro ecclesiæ tranquillitate Guido de Monceau abbas sacrum de Spiritu sancto celebravit, & Guillelmus Barraut, seu Varrant, uti legitur tomq quarto hist. Univerſitatis Parisiensis pagina 683. magister in theologia, prior sancti Dionysii sermonem habuit ad populum anno 1393. historie Univerſitatis loco citato, seu 1394. ut habet Felibianus in hist. sancti Dionysii pag. 308. quo etiam anno idem prior pro coetu delegatorum Univerſitatis verba fecit ad regem de schismatis extinctione. Eodem anno, eodemque de negotio Guido abbas secundus a Cisterciensi nominatus adfuit comitiſ cleri Gallicani. Præfens memoratur anno 1397. cæremoniæ baptismi filii tertii Caroli VI. in ecclesia sancti Pauli Parisiensi. Eodem 8. Martii, hoc est 1398. administratori domus Dei apud sanctum Dionysium licentiam dedit vendendi Carolo VI. regi domum & hortum apud sanctum Audoenum. Secundam majorem campanam & varias imagines ex argento legavit abbatiæ, quam pluribus ædificiis exornavit. Qui cum indulgentior erga delinquentes diceretur, respondisse fertur: *Malo de*

*Prob. hist. S. Dion. part. 1. n. 195.*

C Guido ratas habuit testamenti Johanne d'Eu ducis Atheniensis & comitis Stampensis conditiones. In supplicatione generali ab Univerſitate Parisiensi ad S. Martinum de Campis indicta pro ecclesiæ tranquillitate Guido de Monceau abbas sacrum de Spiritu sancto celebravit, & Guillelmus Barraut, seu Varrant, uti legitur tomq quarto hist. Univerſitatis Parisiensis pagina 683. magister in theologia, prior sancti Dionysii sermonem habuit ad populum anno 1393. historie Univerſitatis loco citato, seu 1394. ut habet Felibianus in hist. sancti Dionysii pag. 308. quo etiam anno idem prior pro coetu delegatorum Univerſitatis verba fecit ad regem de schismatis extinctione. Eodem anno, eodemque de negotio Guido abbas secundus a Cisterciensi nominatus adfuit comitiſ cleri Gallicani. Præfens memoratur anno 1397. cæremoniæ baptismi filii tertii Caroli VI. in ecclesia sancti Pauli Parisiensi. Eodem 8. Martii, hoc est 1398. administratori domus Dei apud sanctum Dionysium licentiam dedit vendendi Carolo VI. regi domum & hortum apud sanctum Audoenum. Secundam majorem campanam & varias imagines ex argento legavit abbatiæ, quam pluribus ædificiis exornavit. Qui cum indulgentior erga delinquentes diceretur, respondisse fertur: *Malo de*  
E *omnia misericordia, quam de nimia severitate coram summo judice reprehendi. Ereptus tandem e vita 28. Aprilis ejusdem anni 1398. sepelitur prope mausoleum Francisci I. regis sub conditorio cupreo, cui superscribitur hoc elogium:*

*Spicileg. VI. p. 364.*

*Sub hac tumba vi mortalis bellæ,  
Est abbas Guidonis Moncelli  
Inhumatum corpus exanime,  
Parscat Deus ipsius anima.  
Hæ nobilis, benignus & prudens,  
In scripturis sacris olim studeus,*

*Doctor factus, non ob hoc vacavit,  
Sed scripturis eisdem vacavit,  
Ex quo sibi multisque profecit,  
Et quamplures libros scribi fecit  
Tam divini, quam humani juris.  
Nec mundanis minus vacans curis,  
Redditibus & adficiis,  
In turribus & fortaliis  
Canobium istud augmentavit;  
Auro mitram amplius ditavit,  
Et campana magna praefens templum,  
Bonum praefans futuris exemplum,  
Sicque vivens in hoc mundo, demum  
Diem vitae clausit extremum  
Anno Domini M. CCCXCVIII. XXVIII. Aprilis.*

LVI. Philippus I. de Villette doctor theologus & facundissimus orator, praevia eligendi abbas a rege Carolo VI. indulta facultate 30. Apr. 1398. electus est eodem anno, confirmatusque, ob subtractam tunc temporis Benedicto XIII. seu Petro de Luna obedientiam, a diocesano episcopo Petro d'Orgemont, qui propter hoc die 12. Augusti scriptis litteris nullum sibi jus in monasterium accedere significavit. Parisiis hoc ipso anno ad sanctum Dionysium honorifice deduxerunt Philippum abbatem duces Biturigum & Burgundiae die 8. Ludovici, quo Petrus d'Orgemont episcopus Parisiensis intra missarum solemniam ei munus impendit benedictionis. Eumdem Carolus VI. regni anno xx. Christi 1399. die 24. Januarii urbis Sandionysianae capitaneum constituit cum emolumentis consuetis. Occurrit Philippus abbas die 8. Junii anno 1403. eodemque circiter delegatur ad Benedictum XIII. restitutam ei fuisse obedientiam nunciaturus. Exprobravit illi pontifex quod abbatiam sine huius consensu accepisset, quam tamen illi paulo post confirmavit. Mittitur a Francia 1407. cum aliis nonnullis ad eundem Benedictum & Gregorium XII. de papatu contententes. Eodem una cum Petro Cameracensi episcopo, Johanne Gersonio cancellario ecclesiae Parisiensis & aliis rationes attulit pro differenda obedientiae subtractione. Exstat ejusdem Gersonii ad Philippum nostrum epistola data Parisiis die 8. Octob. 1408. Eodem anno suspectus concordiae cum Benedicto XIII. pro continuando schismate apprehenditur una cum episcopo Vapincensi & in castro Luparæ per tres menses detinetur. Anno 1410. reliquiarum S. Clari martyris in prioratu ejusdem sancti ab abbacia Sandionysiana dependente translationem fecit. Praefuit eodem anno cum abbatibus sancti Remigii apud Remos, sancti Faronis Meldensis, & sancti Amandi in Pabula capitulo generali monachorum ordinis sancti Benedicti ex provinciis Remensi & Senonensi, habito Meldis apud sanctum Faronem. Eclidit anno sequenti insignem codicem, in quo quidquid pertinet ad jurisdictionem cum spiritualem, tum temporalem Dionysiani cœnobii continetur. Hic est profecto liber *Vridis* appellatus, ex cuius capite quarto discimus, hoc ipso anno diu noctuque accensos fuisse novem cereos quatuor librarum, sex

*Tomus VII.*

A videlicet ante altare sancti Dionysii; unum ante sanctissimum Sacramentum, alterum pone, & nonum ante sanctum Ludovicum; septem quoque lampades ante sanctissimum Sacramentum, quinque ante altare sancti Dionysii, alteram pone, duas ante capellam beate Mariae, & alteram ante capellam sancti Clementis, quae sexdecim lampades jugiter ardebant, aliaeque plures tam in ecclesia, quam in dormitorio, quae per noctem duntaxat accendebantur. Eodem anno 1411. in abbacia residebant septuaginta monachi, in collegio Parisiensi decem, & in prioratibus aut praepositis quinqueaginta, duobus minus. Hoc etiam anno cives Parisini, duce praeposito civitatis abbati Sandionysianam dilapidarunt in odium monachorum, quos Aurelianensis favisse duci existimabant, abbatemque habitu laicali, ne agnosceretur, Parisios abduxerunt. Liber erat 1412. quo perhonorifice regem excepit in suo monasterio. Praefans ac testis memoratur Philippus abbas S. Dionysii in instrumento, quo Gerardus episcopus Parisiensis & frater Johannes Poletii ordinis Fratrum Praedicatorum, inquisitor haereticae pravitatis doctrinam Johannis Parvi reprobant anno 1413. indictione septima. Obtinuit anno 1414. supremæ curiae placitum adversus Mathaeum Cabu monachum & hospitalarium sancti Dionysii, qui hoc officium habere se in titulum contendebat. Inseq. mense Januario duo monachi Sandionysiani Petrus de Versailles & Benedictus Gentien, ille regis, hic Universitatis nomine ad concilium Constantiense se contulerunt. Censualem codicem a Guidone decessore inceptum continuavit 1415. Philippus abbas, cui etiam tribuitur liber de *authoritate conciliorum*, quem Dubletus manuscriptum se vidisse olim in bibliotheca collegii regii Navarrae profiteatur. Ceterum Philippus semper adhaesit Carolo VI. atque Delphino ejus filio, quapropter a seditiosis occisus dicitur die 12. Junii 1418. Videtomum quartum historiae urbis Parisiensis pagg. 566. & 568.

LVII. Johannes I. de Bourbon monachus Sandionysianus frater Gerardi militis, domini de la Boulaye ballivi, sui gubernatoris Cabilonenfis, electus abbas ante mensem Octobrem anni 1418. eodem percepit benedictionem. In exsequiis Caroli VI. an. 1422. celebranti episcopo Parisiensi adstitit subdiaconi officio fungens. Anno sequenti quod abbas ementito conventus nomine ingentes pecuniae summas mutuo acciperet, monasterii bona senatusconsulto ad manum regis posita sunt, & commissa de consilio Jacobi de Longuejoë majoris prioris duobus monachis Hugoni Pain commendatori, & Jacobo de la Salle elemosynario Sabbato 20. Novembris, non 23. ut in historia edita. Alterum etiam a senatu datum est decretum 1424. die prima Aprilis, quo iidem economi solvere tenentur 1800. libras, quas pro bullis mutuatus abbas erat, qui residebat interim Augustoduni pro vitandis cameræ apostolicæ ministris, quibus necdum satisfacerat. Paulopost rediit & celebravit, quamquam ab officio interclusus ad tempus, quod servitia cameræ apostolicæ debita non solvisset. Johannem comitem de Bedford

C c ij

*Prob. libr. arch. Gall. pag. 206.*

*Prob. hist. S. Dion. par. 4. n. 197. & 198.*

*T. 2. Anecd. Alaman. col. 1329.*

*Tom. 5. hist. Univ. Paris. pag. 191.*

*P. Daniel pag. 998.*

regni Francie proregem se dicentem, abbatie benefactorem recognovit, cui hoc nomine missam quotannis in vita & post mortem promisit die 9. Octobris 1426. Necdum illi tunc reddita erat honorum temporalium administratio, quam non nisi transacione inita cum conventu resumit anno 1428. Paulopost tamen cedere coactus, permutatione facta 1430. cum Guillelmo de Farrechal, transit ad abbatiale sedem sancti Vandregisili superstes ad 1444. qui vite ultimus notatur annus.

LVIII. Guillelmus IV. de Farrechal patria Burgundus, prius fuit monachus & elemosynarius S. Audoeni Rotom. dein abbas S. Vandregisili jam an. 1400. ac demum Sandionysianus archimandrita, ex permutatione, ut diximus, cum superiore, quo nomine 1431. 26. Novemb. Isabellæ reginæ Francie fundacionem accepit. Insequenti quæ Johannes antecessor in Burgundiam abstulerat jocalia, & alia pretiosa ornamenta, suæ abbatie restituenda curavit. Reperitur Guillelmus 23. Octobris 1433. & die Martis 12. Novemb. 1437. quo cum aliis Parisiorum civitatis abbatibus adfuit, quando rex Carolus VII. in ecclesia Parisiensis receptus fuit. Sacellum pro cultu Desparæ Virginis erexit, quod & picturis exquisitis decoravit. Fato correptus 1439. die 16. Januarii, hoc est 1440. sepelitur die 23. ejusdem mensis in ecclesia transversa cruce ad meridiem prope conditorium Francisci I. regis sub hoc epitaphio, quod e Gallico Latine redditum est: *Hic jacet reverendus pater in Christo dominus Guillelmus de Farrechal natione Burgundus, olim religiosus & elemosynarius sancti Audoeni Rotomagensis, & postea abbas sancti Vandregisili, qui obiit abbas istius ecclesie 1439. 16. Januarii. Deus animam ejus possideat. Amen.*

Pro successoris electione a Johanne Courtois magno priore indicta ad diem decimam quartam mensis Martii, scissa sunt suffragia in duos, laudatum scilicet Johannem Courtois, & Philippum de Gamaches, quorum cum neuter cedere vellet, rex interim & Parlamenti curia quatuor sancti Dionysii monachos Johannem Chartier Marolii tunc prepositum, Petrum de Helle, Petrum Dupont & Johannem le Tonnelier, qui bona temporalia regerent, nominarunt.

LIX. Philippus II. de Gamaches, ex antiqua gente in Picardia fatus, cum prius e monacho, ut videtur, Sandionysiano abbas esset sancti Faronis apud Melas, devicto tandem æmulo Johanne Courtois, qui tamen adhuc se dicebat abbatem die 8. Augusti 1447. vacantem a tribus circiter annis abbatialem S. Dionysii sedem obtinuit mense Martio exeuntis anni 1442. aut ineuntis 1443. Monasterii Vallium Sernaii egesset motus quamdam illi summam dimisit anno 1445. die 4. Dec. ex historia ms. Vallium Sernaii. Summa apud Carolum VII. regem gratia valuit, cujus in arcano consilio fuit assessor. Adlitit eo nomine clientelæ professioni Petri Armoricæ ducis, exhibitæ regi die 3. Novembris anno 1450. Insequenti 16. Maii memoratur in charta authentica Collectionis D. de Gagneres. Anno eodem 1451. nomen suum dedit sacro Pontificali sodalitati, ex tabulario ejusdem sodaliti, ubi perperam vocatur Johannes de

A Gamaches. Reperitur Philippus anno 1453. in instrumento publico de solemniquiariarum sancti Martini translatione in novam & pretiosam thecam. Vindocini adfuit anno 1458. parium judicio condemnatorio loco adversus Alenconii ducem, præsentem rege, in scanno parium ecclesiasticorum & episcoporum sedens a lava curiæ e regione principum regii sanguinis. Anno 1460. die 16. Aug. Philippus abbas pro suo anniversario stagnum de Francheville in Bria cum suis append. monasterio dedit. Sacræ interfuit inunctioni Ludovici XI. regis 15. Aug. 1461. peractæ Remis ab archiep. Johanne Juvenal de Ursins. Mense Maio insequenti obtinuit ab eodem Ludovico litteras Bonaenæ datas, quibus privilegia monasterii confirmantur. Hujus abbatibus temporibus Johannes Chartier monachus Sandionysianus & prepositus de *Marueil*, alter eorum quibus abbatia per obitum Guillelmi de Farrechal fuerat, bonorum ejusdem temporalium commissæ fuerat administratio, postea cantor, consanguineus Guillelmi Paris. episcopi & Alani Caroli VI. & VII. regibus a secretis, scriptis chronica Francie tribus voluminibus, quæ vulgo dicuntur *Dionysiana magna*. Obiit Philippus abbas 1463. 28. Januarii, seu 1464. sepultus prope Guillelmum decessorem sub hoc epitaphio: *Sub hoc conditorio jacet præclaris meritorum titulis insignitus reverendus in Christo pater dominus Philippus de Gamaches quondam abbas hujus regalis cenobii: ortu nobilis, serenissimi Francorum regis consiliarius fidelis, verus religionis zelator, potentissimus virorum ultor, patrimonii ecclesie nedum conservator, verum auctor, conquistor & fundator, ipsiusque cenobii iusjurium atque libertatum rector & indefessus defensor. Qui quamdiu præfuit ipse pietatis operibus insistentis quotidie pauperibus largire impendebat. Obiit autem XXVIII. mensis Jan. anno Domini M. CCCC. LXIII. Anima ejus requiescat in pace, amen.*

LX. Johannes II. Geoffroy, antea monachus & abbas Luxoviensis, quo exortus erat loco, decretorum ac theologiæ doctor, necnon referendarius apostolicus, mox episcopus Atrebatenfis, dein Albiensis, ubi vide tomo primo col. 32. & tomo tertio col. 345. quem & Lingonensem canonicum in matricula lego 1459. & 1462. tertio jam anno cardinalis erat tituli sancti Martini in Montibus, vulgo dictus Albiensis, quando, favente Ludovico XI. electus fuit abbas Sandionysianus die 12. Junii anno 1464. Hinc fallam collige notam chronicam 1461. appositam ejus epistolæ ad Ludovicum XI. regem, cujus se dicit capellanum, cardinalem Albiensem & abbatem sancti Dionysii, de morbo Cluniacensis abbatis simul episcopi Anicenis, quem putabat extremum, ubi consultit regi ut abbatem regularem hac in abbatia constituat. Exstat hæc epistola tomo XIII. Spicilegii pag. 379. In abbatiali munere, vicario usus generali fratre Guillelmo Guillemere monacho Sandionysiano & Argentolii priore, viro nobili & docto, adfuit iussu regis Occitanicæ comitis apud Montem pessulatum habitus mensibus Junio & Julio anni 1465. ex chartis authenticis Collectionis D. de Gagneres. Reperitur adhuc Johannes episcopus Albiensis & abbas S. Dionysii

in Francia die XI. Febr. anno 1471. seu 1472. Efflavit animam 24. Novembris 1473. in prioratu de Ruilly in Biturigibus a sancto Dionysio dependente, ubi & sepulturam accepit, vir, ait Cicconius, *doctrina, ingenio, & memoria præstans, tantoque pluris faciendus, quanto ex obscuriore familia ad summam dignitatem a Pio II. erectus est.*

Johanne defuncto Sixtus IV. pontifex scripta secundum ad regem Franciæ epistola, rogavit ut Guillelmum d'Estouteville episcopum Orlensensem, archiepiscopum Rotomagensem & cardinalem fieri permitteret abbatem sancti Dionysii. *Datum die 5. Novembris 1474. anno quarto pontificatus.* Imo vero huic abbatie ab eodem Sixto præfectum fuisse illum cardinalem aperte colligitur ex ejusdem papæ ad regem litteris datis Romæ die 13. Aprilis 1475. anno quarto pontificatus: quod rex passus non est, quippe qui, propter quædam apostolica ipsi monasterio concessa privilegia, non poterat in animum inducere, ut monasterium cuiquam, nisi religioso illius ordinis in titulum aut commendam daretur, ait rex in quibusdam litteris & instructionibus ad papam missis, quæ hisce papalibus litteris inseruntur. Habentur & aliæ ejusdem pontificis litteræ ad regem datæ Romæ die 16. Junii anni ejusdem 1475. ex quibus liquet cardinalem acquiescere quidem paratissimum esse & monasterium sancti Dionysii, pro servanda concordia a rege facta, dimittere velle, sed tamen nondum dimississe.

LXI. Johannes III. de Villiers, qui & de la Groslaye cognominatur, vir nobilis, primum monachus Benedictinus, tum episcopus Lombardenis, post obitum Johannis superioris, administrandis temporalibus a rege præficitur; quo nomine statutum, ad tempus, editum pro sustentandis monachis tam magistris, quam scholaribus studentibus in collegio Dionysiano Universitatis Parisiensis anno 1474. prima die Maii. Cum autem rex die 12. hujusce mensis eligendi abbatis facultatem tribuisset, ipso mox die electus est abbas Johannes de Villiers, quem Sixtus IV. pontifex ab eo acceptis 4692. nummis aureis confirmavit anno 1475. ægre tamen, neque ante diem 16. Junii ex dictis; proindeque non mirum, si adhuc hoc anno vacare sedes dicitur. Usus est vicario generali, primum Johanne Huot priore sancti Dionysii in Vallibus, deinde Nicolao de la Gripiere elemosynario sancti Dionysii, cui paulopost adjunxit socios Johannem de Faudos Argentolii priorem, qui postea fuit abbas sancti Michaelis de Pessano, & Matthæum Levrien thesaurarium S. Dionysii, & abbatem Forestimonasterii. Legatus in Hispaniam scripsit anno 1477. 10. Octobris ad conventum Sandionysianum pacem inter Franciæ & Hispaniæ reges pridie sanctam fuisse, pro qua hortatur ut quam celeberrime poterit fiat processio. Anno 1480. die Martis septima mensis Novemb. hereditate Johannis decessoris abbatis & cardinalis, quam testamento legaverat, Johannes successorepiscopus Lombardenis & abbas cum suo conventu renunciavit. Biennio post a senatu Parisiensi delegatur una cum duobus senatoribus, qui Johannis de Chastel aut Castel abbatis sancti Mauri

Fossatenfis arcam, in qua sua Franciæ chronica ante mortem incluserat, aperiret, & ad regem mitteret. Johannes abbas 1483. fuit præses in suprema subsidiorum Parisiensi curia. Eodem anno comitiis regni generalibus Turonis adfuit una cum aliis a clero Parisiensi deputatus. Adversus illum quod minus esset erga monasterium providus, anno 1486. prima die Junii Sandionysiani monachi libellum supplicem obtulerunt senatui, a quo judicium obtinere 5. Aug. ejusdem anni. Statutum fuit die 3. Martii in capitulo generali S. Dionysii habito 1488. die festo dedicationis ecclesiæ 24. Februarii, ut sex computato magistro mitterentur monachi, qui studerent in collegio Parisiensi, quibus necessaria suppeditarentur. Ipsum collegium amplificavit abbas, & abbatie claustra lacunavit. Interfuit anno 1489. Parlamento Franciæ parium, in quo dux Aurelianensis & dux Armoricus pro disquirendo eorum agendi ratione vocati sunt. Circa id tempus legatus Johannes in Germaniam missus, Francofurdi pacem cum Maximiliano Romanorum rege filio Friderici III. imperatoris sancivit. Suum in ecclesia sancti Dionysii fundavit anniversarium anno 1491. quomobrem cenobium dedit magnum vas ex argento inaurato, quod ipsi dederat Hispaniæ regina Isabella de Castille, dum ibi Johannes legatione fungeretur an. 1477. Præses in scacario Normanniæ laudatus 1493. favore Caroli VIII. regis adificavit eodem anno XII. calendis Octobris in collegium Cardinalium sub titulo sanctæ Sabinae ab Alexandro VI. pontifice, cardinalis a sancto Dionysio nuncupatus. Exstat ea de re inter probationes hist. sancti Dionysii num. cc. & in appendice nostra recula epistola monachorum ejusdem loci ad Alexandrum papam VI. qua maximas illi gratias agunt XI. cal. Octobris ejusdem anni. Denique orator regius ad summum pontificem, Romæ fato fungitur 6. Augusti 1499. sepultura traditus in Vaticanæ capella regum Franciæ a dextro altaris cornu. Edidit commentaria in Magistrum sententiarum, sermones ad populum, & orationes ad papam & cardinales. At incassum, ut quidem hæcenus videtur, sancti Quintini Bellovacensis abbas dicitur, utpote cujus inter abbates hujus cenobii nulla fit mentio, nec suppetit locus.

LXII. Antonius de la Haye nobilis Andegavensis abbas erat titularis Fiscannensis & commendatarius Compendiensis, necnon jam an. 1487. prior sancti Petri in diocesi Malleacensi, nondum presbyter, quando via Spiritus sancti Dionysianus abbas electus est 7. Octobris 1499. proclamatus in capitulo a majore priore Michaelæ de Troye, cui ceteri vocales accesserunt, posteaque ad bononem publice acclamatus est, præsentè Guidone de Montmirail abbate S. Maglorii cum pluribus aliis. Consenfit Antonius 10. Octobris: regi sacramentum dixit 16. Decembris, & anno sequenti confirmatus a pontifice, accepit regalia mense Novembri ejusdem anni 1500. Filius erat Ludovici de la Haye domini de Passavant, de Mortagne & de Chemillé, ex Maria Aurelianensi filia celeberrimi Johannis comitis Dunensis & Longe villæ filii naturalis Ludovici ducis Aurelianensis

C c iij

T. 2. ampl.  
coll. Mem.  
an. c. 147.Ibidem col.  
1493.Ibidem col.  
1502.Chart.  
CLXXVII  
col. 136.Chart.  
CLXXV.  
col. 134.

fratris Caroli VI. habuitque sororem Iolandem de la Haye Johannis de Armaniaco ducis Nemorosii conjugem. Hinc eum Ludovicus XII. in diplomatis regis cognatum suum & consiliarium vocat. Excitavit Antonius abbas in sua basilica sancti Ludovici capellam. Influxit & campanile majori campana, cui hæc inscripta verba leguntur: *Charles Quint roy de France estant faite me fit Charles appeller: Antoine abbé extrait de sang royal M. V. 1111. me fit renouveler. Vivere desiit Luteciæ Parisiorum in collegio Sandionysiano die 20. Januarii 1504. hoc est 1505. secundum hodiernam computandi rationem. Hinc emenda quod legitur in historia genealogica magnatum Franciæ tomo primo pag. 216. ubi noster Antonius coadjutor, seu vicarius generalis Johannis Aurelianensis Tolosani archiepiscopi ejus consobrii nominatus dicitur die Jovis 25. Novembris anno 1507. pro quo fortasse legendus annus 1501. quo pariter dies 25. Novembris incidit in feriam quintam. Ceterum Antonius in basilica S. Dionysii conditus est sub primis sanctuarii gradibus prope honorarium tumulum regis Franciæ proxime defuncti. Hujus abbatis tumulus anno 1683. repertus est cum lamina plumbea, cui hæc erant inscripta verba: *Hic jacet Antonius abbas hujus ecclesiæ, qui obiit .xx. Januarii anno 1504.* Sub qua vero conditus erat tumba lapidea plana exinde in chorum translata fuit, cujus in circuitu æ carmina leguntur:*

*Hujus delubri jacet hic Antonius abbas  
Francorum procerum nobilitate satius,  
Dni Cornelii & Fiseani rexit habebus  
Canobii, sacro clarus in eloquio,  
Pulcher, honoratus, largus, mansuetus ad omnes,  
Omnibus & morum præditus officiis.  
Quod si virtutes numeres per funçula, dices  
Ingenue, nunquam debuit ille mori.  
M. V. C. 1111. .xx. Januarii.*

LXIII. Petrus II. Gouffier de Boisy natus Guillelmo domino de Bonniere & de Boisy primo cambellano Caroli VII. regis & Santonum senescallo ex Philippa de Montmorency vidua Caroli de Melun domini de Nantouillet, fratres habuit Arturum de Boisy summum domus regniæ præfatum, Adrianum cardinalem, papæ legatum & majorem Franciæ elemosynarium, Guillelmum thalassiarum, Aymarum Cluniaci & S. Jovini abbatem, successoremque in abbacia S. Dionysii, & Ludovicum fenatorem Parisiensem, S. Maxentii in Pictonibus abbatem, cui defuncto 1503. hac in abbacia successit Petrus. Sandionysianus eligitur abbas 26. Dec. 1505. ex Sammarthanis. Interfuit solemnibus judiciorum Parlamenti instaurationi die 13. Novembris anno 1508. Pisano concilio adversus Julium II. papam 1511. & exsequiis reginæ Annæ Britannicæ uxoris Ludovici XII. anno 1514. Obiit Petrus abbas 8. Januarii 1516. hoc est anno 1517. Adhuc enim memoratur 15. Decembris 1516. In choro Sandionysiano sepultus est sub tumba ardosiâ, cui hoc incisum legitur epitaphium et Gallico Latine reditum: *Hic jacet nobilissimus & illustrissimus dominus*

*A dominus Petrus Gouffier dictus de Boisy, dum viveret abbas hujus monasterii, & frater nobilissimorum ac illustrissimorum virorum dom. Arturi domini de Boisy, magis Franciæ magistris, Adriani cardinalis & legati in Gallia, Guillelmi Franciæ thalassiarum, Aymari episcopi Albienfis, abbatis monasteriorum hujus loci, Cluniacensis, & sancti Jovini, qui obiit 8. Januarii 1516. Orate Deum pro eo.*

LXIV. Ainarus Gouffier superioris Petri germanus & successor, necnon abbas Cluniaci ac S. Jovini, Dionysianæ abbatiæ possessionem accepit die 30. Maii 1517, dictus a Sammarthanis abbatum regularium ultimus. Eodem anno 1517. Leo X. papa plenariam indulgentiam his impertivit, qui primo hujus abbatis sacro interesset. Stravit hic abbas lapide quadrato alveum & ripas fluvii per cœnobium transmeantem, vocabulo *le Crould*, multisque aliis commodis abbatiam cumulavit. Adfuit regi Parliamentum habenti ultima Junii 1523. Eodem anno sedem Albienfem vacuam per obitum germani cardinalis Adriani de Boisy confendit. Die 6. Martii anno 1527. priorem, qui collegium Nigrorum monachorum Parisiis studentium regeret, nominavit Johannem de Bailon monachum Sandionysianum, scriptis litteris hujusce nominationis a Johanne Doc Aimari vicario generali. Fuit autem Johannes Doc prior sancti Dionysii in Valibus diocesis Picciaviensis, & S. Dionysii de Strata Parisiensis, major prior sancti Dionysii in Francia, ac denique episcopus Laudunensis. Defecit Aimarus optimus abbas & episcopus Albienfis 9. Octobris anni 1528. in abbacia sancti Jovini, ubi conditus est.

Post Ainarum electus abbas dicitur 9. Dec. ejusdem anni Johannes Olivier Parisinus illustri togatas inter familia ortus, frater videlicet Jacobi de Leuville Parisiensis senatus principis, & Stephani ex infirmario sancti Dionysii & abbatis majori vicario, beatæ Mariæ de Nigella diocesis Trecentis abbatis, ac patruus Antonii Olivier episcopi Lombariensis, & Francisci Olivier Franciæ cancellarii, fuit elemosynarius & vicarius generalis Sandionysianus, jamque ab an. 1510. abbas sancti Medardi Sueffonenfis, & inde permutatione facta episcopus Andegavenfis, qua in ecclesia receptus est die Dominica 10. Novemb. 1532. At vero quod attinet ad ipsius in abbatem Sandionysianum electionem, cum sæpius incassum a rege Francico I. postulata fuisset ejusdem confirmatio, jus ad illam suum Johannes Olivier jam pridem dimiserat, ut mox patebit.

LXV. Ludovicus II. de Bourbon-Vendôme natus est Francico de Bourbon comite Vindocinensi & Mariæ de Luxembourg parentibus die 2. Januarii 1493. Is Henrici Magni propatrus, non solum stirpis Borboniæ decus hac ætate fuit, sed merito purpuræ ornamentum, qua decoravit eum Leo X. papa 1517. eodem scilicet anno, quo Laudunensis episcopus ab eminentissimo cardinali de Luxembourg inauguratus fuerat. Idem Francisci I. regis commendatione, seu potius voluntate Sandionysianus abbas effectus, novæ dignitatis apprehendit possessionem 26. Maii 1529. quo solemnè sacrum, Guidone de Montmirail

*Tom. 6. hist. gen. magistr. Fr. p. 483.*

*Publ. hist. S. Dion. n. 201.*



episcopo Megarensi & abbate sancti Maglorii, qui antea Sandionysianus monachus, diaconi officio, & subdiaconi abbate Josaphati fungentibus, celebravit; iterumque postridie festo sanctissimi Sacramenti in processione & missa Deo pontificali pompa operatus est. Ades ablatiales excitavit, Borbonias dictas, quæ vi senatusconsulti anno 1668, a cardinali de Retz obtenti dirutæ sunt. Breviarium Dionysiano cœnobio peculiare excusum est sub eodem abbate, qui sancti Ludovici caplam ex argento inaurato fabricavit, in opus collatis duabus coronis aureis, aliisque pluribus jocalibus ex auro & argento cum lapillis ex thesauro sumtis. Eleonoram d'Autriche alteram Francisci I. regis uxorem in sua basilica coronavit die 5. Martii 1531. subdiaconi assistentis partes abate sancti Medardi Suesionensis implente. Anno 1544. abbatie thesaurum, bello faviente, Parisios in collegium Sandionysianum transferri sollicitus fuit. Tertio post anno Francisci I. regis duorumque filiorum Francisci Delphini & Caroli ducis Aurelianensis exsequias peregit in ecclesia sua, ubi & Catharinam Medicam reginam inauravit anno 1549. 10. Junii, præsentente sponso Henrico II. rege, qui fuit Ludovicum in Picardia exercitibus legatum præfeci anno 1552. Parisiis tandem fato corripitur Ludovicus die XI. Martii anni 1556. hoc est 1557. Cor ejus in plumbo sepelitur cum visceribus in ecclesia S. Dionysii sub columna marmorea prope & extra clathros ferreos chorum occultentes ad septentrionem cum hac epigraphæ: *Cor Ludovici a Borbonio cardinalis: cujus in genua provoluti effigies cardinalitio habitu cernitur in tabula marmorea columnæ fastigio imposita. Corpus in choro cathedralis ecclesiæ Laudunensis conditum est, cum jam dudum hanc episcopalem sedem reliquisset, substituto sibi successore Johanne Doc suo sancti Dionysii magno priore & vicario generali. Plura de Ludovico, maxime in archiepiscopis Senonensibus dicemus.*

LXVI. Carolus II. de Lorraine parente Claudio, primo Guisæ duce & matre Antonietta de Bourbon-Vendôme sorore cardinalis de Bourbon in lucem prodiit 17. Februarii 1524. Remensem archiepiscopatum atatis anno 15. assecutus, & anno 23. purpura insignitus, hinc titulis postmodum adject Cluniacensem, Fiscannensem & alias abbatias cum Sandionysiana, in cujus administratione avunculo successit anno 1557. Ad concilium Tridentinum se contulit 13. Nov. 1562. cum Johanne de Verdun sancti Dionysii monacho patruo protopresbitero ejus nominis, doctore facultatis Parisiensis & regi a concionibus. Sub ejusdem Caroli præfectura ingentem monasterium bonorum jacturam ab heterodoxis passum est an. 1567. longe majorem experturum, nisi princeps Condæus opem ei tulisset. Insequenti anno, prius allatis ex abbatia sancti Dionysii sanctorum patronorum reliquis cum sancti Ludovici capsâ ad Sacram capellam Parisiensem, die 29. Septembris indictæ a Carolo IX. rege solemnè ab hac sacra capella ad ecclesiam cathedralem supplicationi universo Parisiensi clero præeunte, nudi pedes monachi sancti Dionysii suo sub sacro vexillo, induti pretiosioribus

A cappis adlitterunt, feretrum sancti Ludovici deferentibus S. Michaelis equitibus, & caput ejusdem sancti duobus Sandionysianis monachis, corpora vero sanctorum Dionysii & sociorum episcoporum qua in cœremonia cardinalis Lotharingus abbas sanctissimum gestavit sacramentum, & in axle cathedrali sacrum celebravit, cantore Dionysiano & monachis chorum tenentibus. An. 1571. Elisabetham ab Austria Maximiliani II. imperatoris filiam, Caroli IX. Franciæ regis uxorem in ecclesia sua Carolus reginam inauravit die Dominica 25. Martii. Idem anno sequenti 1572. 15. Februarii pastoralem baculum ex argento inaurato affabre factum thesauro ecclesiæ abbatialis inulit. Eodem anno filium ex fratre Ludovico a Guisæ sibi coadjutorem allegit, obtentis pro bullis a Gregorio XIII. die 16. Novembris anno pontificatus primo, hoc est 1573. quas effectum sortiri præcepit rex litteris datis 4. Septembris ejusdem anni. Caroli IX. Francorum regis cadaver exceptum ad portam urbis sancti Dionysii, deduxit Carolus ad suam ecclesiam die 12. Julii 1574. & postridie solemnè pompa ejusdem exsequias celebravit. Obiit ipse Avenione eodem anno 26. Decembris, cujus corpus delatum Remos 30. Jan. crastina die sepultum est in ecclesia cathedrali sub C marmore nigro, quod sibi paraverat.

LXVII. Ludovicus III. de Lorraine filius Francisci Guisæ ducis ex Anna d'Este prompente Ludovici XII. regis, acceptis cum regio, tum pontificio diplomatibus abbatie Dionysianæ coadjutor a patruo monachis oblatu est die XI. Oct. 1573. Biennio post Ludovicus, cum jam eadem patruo defuncto in cathedra Remensi, necdum presbyter, & in abbatia Fiscannensi successisset, scripsit Remis ad monachos Sandionysianos litteras benevolas die 6. Februarii 1575. Eodem anno suum in temporalibus & spiritualibus vicarium generalem nominavit Gaufridum de Billy majorem S. Dionysii priorem & abbatem sancti Vincentii Laudunensis litteris datis 4. Apr. Cum autem hic Gaufridus simul abbas sancti Johannis Ambianensis effectus suum majorem prioratum de consensu Ludovici abbatis die 3. Decembris 1577. in gratiam Petri Bourgeois abdicasset, Petrum hunc 12. Decembris ejusdem anni suum instituit vicarium generalem Ludovicus, qui purpura cohonestatus 21. Februarii 1578. a Gregorio XIII. appellatus deinceps cardinalis Guisius, anno sequenti prima die Maii, hæreticos ad arma redire sparsu rumore, scripsit magno priori sancti Dionysii, ut quantocius thesaurum ecclesiæ Parisios in hospitium Cluniacensem transferri curaret, quem rebus pacatis ad pristinum referri locum mandavit mense Septemb. anni 1581. Remensis demum archiepiscopus inauratus in ecclesia Sandionysiana Dominica prima Quadragesimæ 27. Febr. 1583. Blesis occisus est cum duce Guisio fratre in comitiis regni generalibus die 24. Dec. 1588. atatis anno 36.

LXVIII. Carolus III. de Bourbon cardinalis primum Vindocinensis, dein Borbonius dictus est, post obitum scilicet patris Caroli cardinalis de Bourbon, qui perperam laudatus abbas S. Dionysii

Prob. lib.  
S. Dom. a.  
207.

Hist. Paris.  
S. J. P. 2.

Prob. lib.  
S. Dom. a.  
206.

tomò primo hist. genealogicæ magnatum Franciæ pag. 329. & iniquus rex Carolus X. a consecratis vocitatus obiit 1590. Filius erat Ludovici I. principis Condæ ex Eleonora de Roye comitissa de Roucy, & pronepos Ludovici de Bourbon-Vendôme primi abbatum commendatarii. Regio diplomate designatus abbas sancti Dionysii ad conventum litteras animi benevolæ scripsit 18. Februarii 1589. quo anno iussu Parlamento Dionysiani monachi generali pro tuenda religione catholica indictæ supplicationi adfuerunt, & primas tenerunt, pro reverentia reliquiarum sanctorum martyrum dicecesis patronorum, quorum causas duo archiepiscopi & quatuor episcopi deferebant. Hanc prius quam anno 1592. abbatie possessionem affectus est Carolus, interim a rege abbatiarum, quas hic possidebat, nempe sancti Dionysii, sancti Jovini, Burgulii, Urficampi & Corbeia nominato œconomò Johanne le Roy presbytero, litteris datis 19. Aprilis 1591. quas Turonis majus consilium in commentarios retulit die 7. Junii ejusdem anni. Adstitit Carolus abbas, necdum sacris ordinibus initiatus, sed cardinalis a Gregorio XIII. creatus, Henrico IV. ejuranti hæresim in ecclesia Sandionysiana 25. Jul. 1593. Obiit in abbata sancti Germaini a Pratis anno seq. ætatis 32. die 30. Julii hæctica febre & aqua intercute consumtus. Inde corpus delatum ad Carthusiam de Gaillon humatum est prope sepulcrum cardinalis de Bourbon patrii, cui successerat in cathedra Rotomagensi, subdiaconus tantum.

LXIX. Ludovicus IV. de Lorraine frater Guisæ ducis designatur abbas 1594. quo anno a rege nominatum Johannem le Roy presbyterum rei temporalis abbatie œconomum, majus consilium approbavit Parisiis die 30. septembris, & in spiritualibus 23. Oct. ejusdem anni procuratorem a rege institutum fratrem Hieronymum de Chambellan magnum abbatie priorem, majus idem consilium confirmavit 4. Januarii 1595. Interea vero Ludovicus ex decreto solo majoris consilii, necdum quippe bullas consecutus, per Josephum Foulon abbatem sanctæ Genovefæ Sabbato 3. Dec. 1594. abbatie possessionem accepit. Cœnobium tunc temporis ære alieno plurimum laborabat; quare senatusconsulto 9. Aprilis 1595. ejusdem prædixi usque ad valorem 30. millium nummorum alienata sunt. Præter hanc abbatiam rex Henricus IV. ex pacto cum duce Guisio, ejusdem fratri Ludovico nostro dedit Urscampensem, Corbeiensem, Dervensem & Sancturbanensem; ita tamen ut donec ætatem legitimam attigisset, Clandius de Lorraine princeps de Joinville alter ipsorum frater abbatiarum Dervensis & Sancturbanensis potiretur fructibus, ad quos regendos Johannem Dammartin œconomum delegavit rex 29. Nov. 1596. Mandavit abbas Ludovicus die 13. Junii 1598. ut abbatie thesaurus decem ab annis in cœnobio S. Crucis de la Bretonnerie apud Parisios asservatus ad suum proprium locum referretur. Godofridus de Saint-Belin episcopus Pictaviensis una cum capitulo scriptis ad Ludovicum abbatem, magnum priorem & conventum litteris die 25. Novembris 1602. sibi datam ab eis partem sincipitis

Pub. hist. S.  
Dina. port.  
s. n. 210.

B. n. 211.

A sancti Hilarii grate proficitur. Alteram per Ludovicum Vion monachum Sandionysianum Ludovicus abbas, bullis acceptis, cœnobii possessionem accepit 29. Jan. 1603. Admittuntur insequenti anno in urbem sancti Dionysii patres Recollecti, quorum ecclesia dedicata fuit anno 1610. sub titulo assumptionis beatæ Mariæ. Eodem, die 13. Maii feria quinta in ecclesia S. Dionysii coronata est regina Franciæ Maria Medicea uxor Henrici Magni, qui postridie impio ferro trucidatus Parisiis, in eadem basilica sepultus est die prima Julii. Exemptorum interim, seu sancti Dionysii exciatur congregatio 1607. cujus abbatia Sandionysiana facta est caput; ceteræ, que in hanc coalescunt, fuere Corbeia, sanctus Maglorius Parisiensis, S. Petrus Carnotensis, Bonavallis, beata Maria de Colombis, Josaphatum, Nealphæ vetus, S. Launomarus Blefensis ac Dervum. Actum in prioratu sancti Lazari in suburbio Parisiensi die 6. Martii 1607. senatusconsulto accedente eodem anno 5. Septembris; & hoc ipso anno primus ejusdem congregationis, cui paulo post adhasit S. Cornelius Compendiensis, electus est præpositus generalis Nicolaus Hesselin doctor & major prior S. Dionysii 21. Oct. die Dominica in capitulo generali apud S. Dionysium celebrato. Hanc Paulus V. pontifex congregationem approbavit an. 1614. decimo calend. Maii. Revertor ad Ludovicum abbatem; qui anno 1611. die 2. Oct. simul archiepiscopus Remensis emittit a Ludovico le Fevre domino de Caumartin & Maria Miron ipsius conjuge hospitium apud Parisios in platea des Haudriettes, parochiæ sancti Nicolai a Campis, in angulo plateæ du Grand Chantier pretio 83000. librarum Turonensium, ex quibus intra quindecim dies solvere debebat 66000. ex vendito hospitio collegii sancti Dionysii prope majores Augullinianos, ubi nunc est platea Delphinæ. Insluit an. 1613. die ultima Aprilis vicarium suum generalem Dionysium de Rubentel majorem abbatie priorem; anno vero 1616. vicario generali utebatur fratre Johanne le Jay Genovillarii præposito. Secundam majorem campanam Ludovicus anno 1618. restitui propriis impensis curavit; necnon circa id tempus monasterii chartas huius confuse jacentes, ac pulveri, tinea & blattis expostas in scriniis ad hoc dispositis suo quasque ordine collocari. Denique nondum presbyter 1610. sed abbas Cluniaci ab anno 1612. interit 21. Junii 1621. ætatis anno 39. ex ardenti febre contracta in oppugnatione suburbii Angericensis dicti de Taillebourg a Calvinistis perduellibus occupati. Corpus ejus Santonis, quo se receperat æger, & ubi mortuus est, delatum fuit Remos sepeliendum in tumulo cardinalis de Lorraine propatrii. Vacavit inde abbatia ferme duobus annis.

LXX. Henricus III. de Lorraine parentibus Carolo Guisæ duce principe de Joinville & Henrica Catharina duciña de Joyeuse natus est Parisiis 4. Aprilis 1614. Novembris abbatias patrii defensoris affectus, pro Dionysiana bullas accepit a Gregorio XV. die 29. Octobris 1622. a quo & indultum obtinuit eodem anno pontificatus secundo xvi. cal. Decembris. Insequenti 4. Febr. hujus

hujus cœnobii possessionem adit per procuratorem Claudium de Rebé coadjutorem Narbonensem & archiepiscopum Heraclensem; die vero 2. Martii ejusdem anni 1623. indultum mox laudatum regi probatum est & in commentariis majoris consilii relatum die 24. ejusdem mensis. Henrico abbati Dubletus monachus Sandionysianus commentarium suum de hujus abbatie antiquitatibus nuncupavit. Sub ejusdem præfectura 1633. Dionysianum monasterium ad reformatam S. Mauri congregationem accessit, cura maxime cardinalis de la Rochefoucaud, qui feria tertia 2. Aug. ejusdem anni domnum Gregorium Tariffæ superiorem generalem cum 33. monachis ejusdem congregationis in potestatem ecclesiæ, locorum regularium & mensæ conventualis certis conditionibus induxit. Commutavit Henricus abbas 26. Novembris 1635. dominium de Ruel cum eminentissimo cardinali de Richelieu pro duodecim millibus annui redditus libris. Clero tandem valedixit ut uxorem duceret, quam voluit fuisse comitissam de Bousfii in Belgio, anno 1641. cum tunc esset archiepiscopus Remensis, & abbas non solum Dionysianus, verum etiam Fificanensis, sancti Martini Pontifarenfis, Montis sancti Michaelis, Corbeiz, Dervi & Ursicampi, solummodo clericus.

LXXI. Armandus de Bourbon princeps de Conti natus minor filius Henrici II. principis Condæ ex Carola Margareta de Montmorency, abbatia Dionysiana donatus anno 1642. eodem 17. Julii duodennis vel circiter ejus possessionem nactus est. Anno 1644. memoratam Ruelli permutationem revocavit. Huic Jacobus Dubletus nova Areopagitica sub titulo historiz chronolog. pro veritate sancti Dionysii Areopagitæ, &c. tomo unico in quarto dicavit. Summa regiarum apud Parisios copiarum sub auctoritate Parlamenti Armando credita est potestas xi. Januarii an. 1649. quapropter ablata illi 1653. redditum abbatie administratio die 3. Januarii duobus libellorum supplicum magistris N. de Laffemas & N. d'Orgeval delegatur, donec Armandus 21. Octobris regis in gratiam rediit. At vero paulo post, die scilicet 22. Febr. 1653. uxorem duxit Annam Mariam Martinozzi neptem Julii cardinalis Mazarini, cum paulo ante sua omnia beneficia ecclesiastica in manibus regis dimississet. Vide tomum IV. novæ Galliz Christianz col. 1162. in Cluniaco, quam abbatiam cum Lirinensi & Molismensi possedit.

LXXII. Julius cardinalis Mazarini, regni Franciæ administrator, relictiis ab Armando beneficiis ditatus a rege, cum obtinere bullas non posset, ex decreto majoris consilii abbatie Sandionysianz possessionem per clericum accepit 16. Maii 1654. Mortem oppetit 9. Martii 1661. cujus quotannis in ecclesia sancti Dionysii die 7. Nov. anniversaria memoria solemniter recolitur. De hoc alias pluribus.

LXXIII. Johannes Franciscus Paulus de Gondi, de quo plura superius in archiepiscopis Parisiensibus col. 178. patruo Johanni Francisco Parisiensis archiepisc. successore destinatus 1643. & inauguratus anno sequenti sub titulo Corin-

Tomus VII.

A thiorum archiepiscopi, sacra quoque purpura ab Innocentio X. dignatus 1652. cardinalis de Retz nomen obtinuit. Verum cum paulo post, 19. scilicet Decembris ejusdem anni invidia nonnullorum aulicorum in castro Vincennarum inclusus esset, & illic archiepiscopalem dignitatem, cujus, patruo defuncto, possessionem 21. Martii 1654. per procuratorem ceperat, 28. ejusdem mensis abdicasset, & mox inde ad castrum Nannetense translatus, hinc Romam aufugisset, tandem reconciliatus regi post obitum cardinalis Mazarini, in Franciam rediit 1662. Statim loco Parisiensis cathedræ donatus est a rege abbatia Dionysiana, cujus eodem anno 22. Julii per procuratorem Nicolaum Paris ecclesiæ Rotomagensis archidiaconum possessionem apprehendit, in hac demum post duos circiter annos solemniter exceptus. Idem anno 1672. die 5. Aprilis ejusdem abbatie bonorum inter se & monachos partitionem fecit, quæ nonnisi mensè Februario anni 1673. consummata est. Anno sequenti affabre facta communibus utriusque impensis, nempe abbatibus & conventus, ornamenta ecclesiæ prima vice in festo sancti Dionysii adhibita sunt ad rem divinam celebrandam. Gondius idem fuit etiam abbas beatæ Mariæ de Calmaria & Buzaii in diecesis Nannetensi, ac sanctæ Crucis de Kemperlegio in Corsipontensi, quibus omnibus, & ipsam cardinalitiam, dignitatibus spretis, voluit anno 1675. renunciare mundo & monachum induere in cœnobio sancti Michaelis ad Musam, si papa permisisset. Denique Johannes Franciscus Paulus de Gondi meliore qua fruitus est, dum viveret, fortuita dignior, rebus humanis eximitur 24. Aug. 1679. conditus in ecclesiæ transverzæ cruce ad meridiem e regione statuz cardinalis de Bourbon-Vendôme supra columnam marmoream sitæ, præter ipsius cor, quod in sacello Calvariz domus du

B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z

*Marais* apud Parisios precibus neptis Mariæ Catharinæ de Gondi ejusdem ordinis præpositæ generalis depositum est. Sic habet ejus inscriptio feretri: *Dans ce cercueil repose le corps de Monseigneur l'eminissime Jean François Paul de Gondi, ancien archevesque de Paris, cardinal de la sainte eglise Romaine du titre de sainte Marie sur la Minerve, surnommé de Retz, abbé de S<sup>t</sup> Denis en France, damoiseau souverain de Commerce, prince d'Euville, âgé de soixante cinq ans onze mois, decedé à Paris le 24. Aoust 1679.*

Eodem anno jam œconomus abbatiarum Cluniaci & sancti Germani a Pratis domino Pelissio libellorum supplicum magistrò Sandionysianz abbatialis mensæ administratio tradita est a rege, donec anno 1686. 15. Junii ipso volente rege & suo probante papa diplomate x. cal. Februarii 1691. quod anno sequenti promulgatum est ab officiali Parisiensis, & cum regio ejusdem anni præcepto in commentariis majoris consilii relatum 1693. die 6. Febr. abbatialis sancti Dionysii mensæ regiz S. Ludovici apud sanctum Cyricum domui juxta Versalias pro nobilibus extructæ puellis, quas inibi domina de Maintenon aggregare proponebat, addicta fuit. Unde, obiter dicam, colligas, Ludovicum Cæsarem de Bourbon natum

D d

Publ. hist. S.  
Dion. parisi.  
t. II. p. 213.

Ibidem pag.  
156. et seq.

1672. patre Ludovico XIV. Francorum rege A  
tomo primo hist. genealogicæ magnatum Franciæ  
pag. 176. perperam dici abbatem sancti Dionysii.  
Anno denique 1692. die 6. Augusti de spirituali  
jurisdictione Parisiensem archiepiscopum inter &  
sancti Dionysii conventum inita est compositio.

Prob. hist. S.  
Dion. part.  
1. p. 156.

Huic abbatum catalogo addendus est Albertus,  
de quo sic habet antiquum sancti Germani a Pratis  
necrol. probationum historie part. 2. pag. cxvi.  
iv. *calendas Augusti depositio Alberti sacerdotis &  
abbatis sancti Dionysii.*

#### S. GERMANUS A PRATIS.

R Regale sancti Germani cœnobium, quod in B  
prima Galliarum civitate præcipuum est, ut  
varios casus, sic varias, temporum lapsu, tulit ap-  
pellationes. Et quidem primitus *basilica sanctæ  
Crucis & domni Vincentii* vocari cœpit: tum san-  
ctorum Vincentii & Germani, demumque sancti  
Germani monasterium, cui deinceps a Prato, mox  
a Pratis cognomentum accessit. Situm quippe erat  
in Pratis quondam Luteciæ suburbanis ad pro-  
spectum urbis Occidentalem, loco a lava Sequanæ  
molliter affurgente, solo non minus commodo,  
quam salubri cœlo, ubi ingens paulatim subur-  
bium accrevit, nostra ætate civitati continuum,  
quod ædium elegantia & multitudine cum nobil-  
lissimis Galliarum urbibus comparari potest. Sic Lu-  
ticiæ ornamentum simul & augmentum contulit  
hæc abbatia, quæ conditorem habuit Childeber-  
tum I. Clodovei Magni filium, cujus munificentia  
fisco Issiacensi, aliisque prædiis & latifundiis  
quamplurimis dotata fuit. Ad hoc autem inductus  
est Childebertus post victoriam suam cum fratre  
Clotario ex Hispaniis acceptam an. 542. ut sacras  
reliquias inde reportatas decenti loco reponeret.  
Nonnulli tamen anno circiter 556. diu ante præ-  
concepta monasterii fabrica cœpta est & absoluta  
558. hortatore simul & adiutore sancto Germano,  
qui ex Eduensi abbate Parisiorum episcopus am-  
plissimum eidem loco patrimonium attribuit: quæ  
maxime discimus ex pragmatico seu regio Chil-  
deberti diplomate jam multoties cuso, in quo ait  
rex se cum consensu & voluntate Francorum, seu  
Neustrofiarum, & exhortatione sanctissimi Germani Pa-  
risiorum urbis pontificis, & consensu aliorum episcoporum  
cepisse extruere templum in urbe Parisiaca prope  
muros civitatis, in terra quæ adspicit ad fiscum Issia-  
censem, in loco dicto Locotino, in honorem sancti Vin-  
centii martyris, cujus reliquias ex Hispania adpor-  
tauit, necnon sanctæ Crucis & S. Stephani, & san-  
ctorum Ferreoli, Juliani, Georgii, Gervasi, Protasii,  
Nazarii & Celsi pueri, quorum reliquias ibidem repo-  
sita sunt. Idcirco se eidem loco donasse fiscum Issiacum,  
qui est in pago Parisiaco prope abeum Sequanæ, una  
cum omnibus, quæ ad eum pertinent, cum piscatoria,  
quæ appellatur Venna, cum piscatoriis omnibus fluvii  
Sequanæ a ponte civitatis usque ad locum, ubi abeolus  
Savara (la Sevre) præcipit se in Sequanam. His  
adjectis oratorium sancti Andree martyris, qui pri-  
mus patronus est paræcialis ecclesiæ vulgo sancti  
Andree de Arcibus appellata. Datum die sexto  
mensis Decembris anno regni ejus quadragesimo  
octavo, qui vitæ ejusdem regis supremus fuit. De

Chart. 1.  
col. 1.

hoc diplomate vide Labbeum libro inscripto  
*Eloges historiques des Rois de France, &c.* in-  
quarto pagina 400. Quæ vero sanctus Germanus  
Parisientis episcopus huic abbatie largitus est, habes  
in appendice tomi primi Annalium Bened. pagina  
683. & in probationibus editæ Sangermanensis  
historiæ pag. 4. n. 111. & ejusdem sancti Germani  
privilegium pagina 2. num. 11. quo ab omni jure  
episcopali immunem esse voluit, collaudantibus  
Gallicanis episcopis, Nicetio Lugdunensi, &c.  
*Actum Parisius civitate sub die duodecima calendas  
Septembris anno quinto Chariberti regis.* Hoc privi-  
legium multi confirmarunt Romani pontifices,  
Paschalis II. anno 1107. Innocentius III. anno  
1130. Lucius III. 1144. Eugenius III. 1145.  
Anastasius IV. 1153. Adrianus IV. 1158. Alex-  
ander III. 1164. & 1167. Eidem immunitati  
atque jurisdictioni robur addiderunt Urbanus III.  
dato privilegio anno 1186. Clemens III. 1189.  
Cœlestinus III. 1191. & 1198. Innocentius  
vero tertius anno 1211. ratam habuit transactio-  
nem cum Petro Parisiensi episcopo initam 1210.  
quam postmodum auctoritate regia sancivere Phi-  
lippus Augustus anno 1211. atque sanctus Ludov-  
icus anno 1270. Hujus porro transactionis oc-  
casio nata est ex urbis propagatione in fundum  
monasterio subiectum: quod augmentum cum sibi  
certatim vindicare cœsarentur Parisiensi episcopus  
& abbas Sangermanensis, decretorio arbitrarium  
judicio monasterii jurisdictioni temporalis ad par-  
vum pontem extensa est, spiritualis novo urbis  
pomerio definita.

Verum quia & hujusmodi privilegium infini-  
tarum liti cum antistite Parisiensi seminarium  
erat, in eam demum concordiam anno 1668.  
ventum est, ut concessa illustrissimo archiepiscopo  
in totum suburbium jurisdictione, monasterii prior  
ejus vicarius generalis natus perpetuo cœsarentur,  
monasterii septis omnimoda immunitate reservata.  
Ceterum in illa primigenia tum Childeberti, tum  
sancti Germani omnino sincera sint documenta,  
hic discutere supervacuum fuerit, post disputa-  
tiones ultro citroque editas tum a Johanne Lau-  
noio, tum a nostro Roberto Quatremario, quas  
disputationes revocare non est hujus loci. Quom-  
obrem revertor ad sanctum Germanum, qui mo-  
nachos statim a principio eo in loco ex Eduensi  
sancti Symphoriani e ductos aceterio collocavit  
sub regimine sancti Droctovei, quem suum disci-  
pulum abbatem instituerat secundum regulam san-  
ctorum Antonii & Basilii, quæ modico post tem-  
poris intervallo inibi conversa est in regulam sancti  
Benedicti. Cum itaque omnia rite apparatus essent,  
& maxime basilica, quam in modum Crucis ex-  
struxerat Childebertus rex ob egregiam Crucem  
ibidem depositum, ornari curaverat columnis mar-  
moreis, auratis laquearibus, parietibus eleganter  
in auro pictis, pavimento tessellati operis, & ex-  
trinsecus cooperierat cupro deaurato, unde appel-  
labatur a populo S. Germanus Deauratus, anno  
558. sanctus Germanus cum aliis episcopis,  
quos Childebertus frequenter esse jussisset, die 23.  
Decembris, quæ, ut diximus, Childeberto supre-  
ma fuit, eam basilicam solemniter ritu consecravit

Flory 1. 7.  
Hist. eccl. p. 121.

in honorem sanctæ Crucis & sancti Vincentii martyris Casaraugustani, ob depositos ibidem tum memoratam Crucem ligno veræ Crucis instruatam, tum sancti Vincentii stolam, quas Childebertus ex Hispania detulerat. Quatuor hæc basilica in totidem Crucis cornibus habebat altaria, unum majus in Orientali parte in honorem sanctæ Crucis & beati Vincentii martyris consecratum, ubi prædicta stola, seu tunica recondita erat: alterum ad Aquilonem in venerationem sanctorum martyrum Ferreoli & Ferrucionis: tertium ad Meridiem sub titulo sancti Juliani martyris Brivatensis: quartum denique versus Occidentem in honorem sanctorum martyrum Gervasii & Protasii, Celsi pueri & Georgii. Ad hæc in ingressu ecclesiæ versus Austrum ædificatum est sancti Symphoriani oratorium, ubi postmodum sanctus Germanus sepeliri voluit & pater Eleutherius, ac Eufebia mater, ille calendarum Novembris, hæc quinto calendas Januarii defuncti sepulti fuere; ad Aquilonem vero sacellum beati Petri apostoli. Supra diximus ipsa dedicationis ecclesiæ die 23. Decembris mortuum esse Childebertum. Hinc Ursardus monachus S. Germani nono seculo in fine sui martyrologii hoc utrumque simul commemorat his verbis: *Decimo calendis Januarii Parisus dedicatio basilicæ sanctæ Crucis & sancti Vincentii martyris, & depositio domni Childeberti regis.* Completa igitur festiva templi dedicatione, mox eidem regi, qua par erat magnificentia parentatum est. Sepultus est ad ecclesiæ latus meridionale secundam inter ac tertiam pilam absidis, Ulrogotha vero regina conjux haud multo post defuncta, sub arcu primam inter & secundam pilam condita est. Horum postea tumuli loco moti sunt, at eadem semper die 23. Dec. anniversaria eorum memoria ritu solemniori celebratur; nulla quippe hujus primæ dedicationis fit mentio, sed ejus solius, quo ab Alexandro papa III. facta est anno 1163. die 21. Aprilis.

Insigniores inter hujusce templi reliquias supereminet corpus S. Germani Parisiorum episcopi, quod primo quidem in oratorio S. Symphoriani pro ejusdem voto depositum, anno dein 754. Pipino rege, ejusque filio Carolo Magno adstantibus sub abbate Lantfredo translatum est in majorem basilicam: tum Nortmannorum metu non semel Cumbas villam monasterii delatum, indeque præsentibus Carolo Calvo ejusque conjuge Richilde in pristinam sedem restitutum; & postea Odonis comitis, qui subinde rex, & aliorum munificentia, tempore Ebuli abbatis auro inclusum loculo, tandem an. 1409. a Guillelmo Episcopi (l'Évesque) abbate piissimo egregia, quæ adhuc superest, theca donatum est. Interea laudatum præter sancti Germani privilegium, plurimi Galliarum antistites varias monasterii subdiderunt ecclesias, quas Alexander papa III. quinque diplomatibus diverso editis tempore eidem asseruit. Insuper abbati utendi pontificalibus ornamentis ac minores ordines conferendi privilegium concessum est a Romanis pontificibus Cælestino III. an. 1196. Innocentio III. 1198. Gregorio IX. &c. Ea denum fuit Sangermanensis abbatiæ dignitas & prerogativa, ut in comitibus generalibus cleri

*Tonus VII.*

Parisienfis proximum ab ecclesiis cathedrali & sancti Dionysii gradum obtineret, quod patet tum ex litteris pro electione Aeneæ Parisienfis episcopi scriptis, tum ex variis supplicationibus seu processionibus olim celebratis. Hicce omnibus cumulum addebat insignis alia prerogativa, quæ in eo sita erat, quod monasterii ballivus iustitiam in totum suburbium exercuerit usque ad annum 1674. quo in regium tribunal conversa est, seu majori Castelleto addicta hæc jurisdicção. Hic plures mitto insigniores eventus, de quibus apposite in decursu alibatum. Id unum addam, congregationem Casalis Benedicti istuc accertam fuisse ab abbate commendatario Guillelmo Briçonnet anno 1513. & sub auspiciis serenissimi principis Henrici Borbonii abbas anno 1631. sancti Mauri congregationem, cujus cum superior generalis hæc in dono suum fixerit domicilium, non extra rem futurum putamus, si hujus abbatiæ chronologie brevem ejusdem congregationis & præpositorum generalium historiam subijciamus.

#### ABBATUM SERIES.

I. Sanctus Droctoveus in Eduensi sancti Symphoriani alcatario beati Germani discipulus, primus a Gillemaro Germanensi monacho, qui Droctovei vitam ante seculum undecimum litteris mandavit, recessit abbas. Authario quidem primo inter abbates locum tribuunt veteres ac recentiores indices a seculo undecimo ordinati, qui nullum alium hujus nominis agnoscunt abbatem. At cum certo certius constet Autharium quemdam sub octavi seculi initium huic monasterio præfuisse, aut duos Autharios fuisse abbates necessum est, aut si unicum, non primus, sed nonus ordine collocandus. Primum tamen Autharium contendit Aimoinus libro secundo cap. 36. ubi de Droctovei electione sic loquitur: *Ipsum diebus defuncto Authario, sancti Germani cœnobii primo abbate, venerabilis vir Droctoveus, ex discipulis videlicet B. Germani, ab eodem sancto pontifice, annuente gloriosissimo Clothario rege, loco ejus subrogatur.* Verum noster Theodericus Ruinar in sua contra Germonium dissertatione, cui titulus, *Ecclesia Parisiensis vindicata*, sanctum Droctoveum monasterio sancti Vincentii ab ipso sancto Germano præfectum fuisse Clotarii tempore propagat, adeoque ipsum, non Autharium, primum omnium hujus cœnobii fuisse abbatem. Hanc quoque Mabilionius sententiam magis probat, & ut veriore sequitur: quibus adde Geraldum du Bois, qui eam magis consentaneam putat verbis infra referendis, quos in laudem Droctovei abbatis cecinit Fortunatus, & antiquioribus etiam hujus monasterii chartis. Rem conficiunt hæc laudati Gillemari verba de Droctoveo in ipsius vita: *Immunitatis privilegium procuravit manu propria describere, & regis Clotarii auctoritate, episcoporumque vel nobilium virorum, qui interfuerant dedicationis solemnitati, studuit corroborari stipulatione.* Nempe vivis erepto, dum consecrationis ecclesiæ agerentur solemnia, Childeberto, sancti Germani privilegium Clotarius post extinctum fratrem monarcha firmavit, & a præsentibus episcopis roborari voluit,

Dd ij

*Flury 1. 2.  
166 ecclesia  
pag. 515.*

*Chart.  
LXXXV.  
col. 71.*

invitante post Germanum Droctoveo, cujus virtutum feriem ideam Gillemarus fufe profequitur. Rexit ab anno 558. ad annum circiter 580. tandemque postquam egregia vite monastica documenta dicto factoque praebitisset, sancte in coenobio defunctus est sexto idus Martii, qui ejus memoriae factus est, celebraturque simili modo & eadem forma, sicut festum Cathedrae S. Petri apostoli, teste indice festorum sanctorum pro consuetudine ecclesiae beati Germani de Pratis. Illius hac ipsa die meminit Ulfuardus ejus loci monachus in martyrologio, quod ejusdem manu exaratum asservatur in bibliotheca sancti Germani. Sic etiam habet martyrologium sancti Stephani Antiochodensis: *v. l. idus Martii Parisius depositio S. Drothovei abbatis, discipuli B. Germani episcopi.* Sepultus est in sacello sancti Petri in infima parte basilicae ad Septentrionem, unde transfatum corpus est die 26. Maii, sed anno incerto. De Droctoveo scripsit hos versus Fortunatus lib. 9. carmine 11.

*Vir venerande, sacer meritis, & honore colende,  
Droctovee, mihi semper amore pater,  
Qui de discipulis Germani jure beati  
Norma magisterii factus es ipse sui;  
Cujus pontificis sacra per vestigia currens,  
Despicis hunc mundum, dum cupis ire polo.  
Perge liberate iter cali maturus in urbem\*  
Et pro me famulo, quaeso, precare Deum.*

Idem poeta Lupo & Waldoni palatii diaconis Droctoveo uti amico precium commendat, ibidem c. 13.

*Droctoveo, duki clero, & concivibus oro,  
Quod praesens facerem, vos adhibebis vicem.*

II. Scubilio acetia quoque sancti Symphoriani Eduentis, obeunte Droctoveo, factus est abbas, cujus temporibus Chilpericus rex in reditu a venatione apud Calam intererunt, & ad basilicam S. Vincentii adductus, in choro ejusdem ecclesiae ad Septentrionem sepultus est: qui dum viveret hanc basilicam immunem ab omni civili negotio, tam in eundo, vel redeundo, vel negotia exercendo, per totas regni sui provincias regali praerogative, tempore abbatis Scubilionis, effecerat; necnon & duas possessiones in pago Caturcensi sitas, quarum altera Ipiacus, altera autem Adiacus dicebatur, tempore Droctovei abbatis, per syngraphum ibi consulerat. Obiisse Scubilio legitur die 22. Septembris anno circiter 606. Eodem propemodum tempore mortua Beretrudis uxor Clotarii II. Sepulturam accepit in choro basilicae sanctae Crucis & sancti Vincentii ad Meridiem e regione tumuli Fredegundis Chilperici conjugis, qui ambo ibidem sepulti sunt, hic mortuus 584. illa 597.

III. Desiderius successit ex Aimoino lib. 3. de gestis Francorum cap. 91. Utrum, sicuti duo decessores, ipse quoque S. Symphoriani Eduentis monachus existerit, dubitatur; nam & Mabillonius & novissimus historiae Sangermanensis monasterii unus e nostris auctor, hanc rem silentio praetermittunt. Rexisse dicitur sexdecim circiter annis.

IV. Gaulcio sexto jam anno gubernabat, quando Clotarius II. rex prope Parisios defunctus anno 628. sepulturam factus est in choro basilicae S. Crucis & sancti Vincentii juxta Beretrudem primam conjugem ex adverso Chilperici parentis. Gaulcio vivere desit circa annum 636. sub quod tempus habetur inter probationes historiae Sangermanensis n. 1v. testamentum Dagoberti I. Francorum regis, ubi, quoad rem nostram pertinet, sic legitur: *Donatus igitur ad basilicam domni Vincentii Parisius, ubi sepulturam, quandoquidem Deus jussit, habere disponimus, donatumque in perpetuo esse decernimus villam cognominatam Cumbis, villam in pago Parisiaco, &c.*

V. Germanus sequitur in vulgatis indicibus, cujus electionem notat Aimoinus lib. 4. cap. 31.

VI. Sigo.

VII. Childerannus.

VIII. Hunfridus.

IX. Autharius I. ante Droctoveum male primus abbatum collocatus est in vulgatis indicibus, utpote qui tempore Childerberti III. non vero I. hujus coenobii fundatoris, ut perperam haecenus multi sibi persuaserant, praesuit, quemadmodum, uti jam diximus in Droctoveo I. abbate, docent nostri Mabillonius & Ruinartius, hic in C sua contra Germanium dissertatione, ille in annalibus Benedictinis tomo primo duobus in locis; ac primo quidem anno decimo septimo Theoderici regis, hic est Mabillonio 690. aut 691.

Vandemiris vir illustris & uxor ejus Ercamberta villas Oxmam in pago Dorcastino, Dreux, & Noviolium in pago Andegavino donaverunt basilicae domni Vincentii, vel domni Germani, ubi vir venerabilis domnus Autharius praerat. Maneratur adhuc Autharius abbas in charta nobiliorum duorum conjugum Gammonis & Adalgudis, qui monasterium virginum in alodio suo apud Lemausum sub titulo sancti Johannis & sanctae Crucis constructum subiectum esse voluerunt monasterio sancti Vincentii & sanctae Crucis Parisius civitate, ubi Autharius abbas cum norma plurima monachorum tunc praerat, ita ut mortua abbatissa, monachi Vincentiani aliam ibidem instituerent. Et ut ejusmodi hujus donationis firma permaneat, Bituricas in conventu nobilium, in praesentia domui nostri Childerberti relecta est, & Parisius civitate in monasterio sancti Vincentii die sexto mensis Aprilis super altare sanctae Crucis posita, anno tertio domni nostri Childerberti regis, hic est 697. Chartam integram Mabillonius refert in appendice tomi primi Annalium n. xxxiv. pag. 705. Porro Lemausum Gallicae vertit Mabillonius, Limours, quod historiae Sangermanensis auctor pag. 15. interpretatur Limeux in dioecesi Bituricensi, cujus hodie solummodo parochia est ad praesentationem abbatis S. Germani.

X. Waldomerus Authario successerat eodem anno 697. Childerberti regis tertio, id probantibus ejus litteris de commutatione facta huic inter abbatem & quemdam Adalricum de nonnullis rebus in villa Mauriliaco sitis, quam rex confirmat. Waldomerus autem idem est haud dubie ac Wandremarus, cujus ita fit mentio in antiquo sancti Germani necrologio: *x. calendas Maii depositio*

Pub. hist. S.  
Germ. part.  
2. p. 133.

\* cf. orationem.

Aimoin. lib.  
3. cap. 16.

Ibid. c. 36.

Pub. hist. S.  
Germ. part.  
1. n. 3.

Ibid. n. 6.

Annal. 1. 1.  
pag. 542.  
& 614.

*Wandremari abbatis, qui dedit cellam, la Celle, A*  
*super Sequanam sancto Germano.*

XI. Chedelmarus seu Thedelmarus reperitur abbas in placito authentico Childeberti regis anno regni ejus octavo, quo cenobium Lemaulum, de quo supra in Authario abbate num. 1x. concessum olim monasterio S. Germani a quodam Gammone & Adalgude ejus conjuge vindicatur adversus Aigatheum quemdam, qui mortuo Gammone locum illum nomine Adalgudis tunc Deo sacratæ in prædicto cenobio Lemaulo repetebat. Editum est hoc præceptum a Mabillonio in supplemento libri sexti de re Diplomatica pag. 95. & in probationibus historiæ Sangermanensis n. viii. pag. viii. necnon recusum in appendice nostra. Sedisse dicitur Thedelmarus annis circiter septemdecim.

XII. Babo suffectus est, cujus tempore Chulberta femina testatur se per venditionis titulum monasterio sanctæ Crucis & domni Germani cessisse res suas in villis Bodasio & Mantia, easdemque tempore famis precario recepit anno quinto Chilperici regis, hic est 720. Litteræ illæ inscriptæ sunt *domno & in Christo venerabili patri Baboni abbati, vel omni congregationi monasterii vestri sancti Vincentii, vel sanctæ Crucis & domni Germani, ubi ipse pretiosus dominus in corpore requisit.*

XIII. Sigifridus præerat anno decimo regis Theoderici, haud dubie Calensis, hic est annus Christi 730. missique forsitan est a Carolo principe ad regem Hispaniæ, ubi a Saracenis captus & in carcerem conjectus sit. Ita Mabillonius tomo primo Annalium Bened. pag. 142. quem secutus auctor historiæ Sangermanensis pag. 17. ibidem mortuum addit.

XIV. Autharius II. sub eodem Theoderico sedit, ut discimus ex charta hujus principis donationem ecclesiæ sanctæ Crucis & sancti Vincentii factam a quodam Galtero, ejusque conjuge Goda de rebus suis in Bituricensi pago litis confirmatis, ita videlicet, ut post obitum Galteri, si Goda ejus conjux superstes esset in corpore, Deo sacrata foret & in ecclesia domni Mivialis \* cum puellis Deo sacratis quampluribus sibi associatis Deo deserviret. Ubi notandum Theodericum hunc secundum esse, seu Calensem, quippe qui se ipse hac in charta vocat filium Dagoberti II. & Childeberti nepotem. Vide probationes historiæ Sangermanensis editæ num. 8.

XV. Lantfredus regere cepit anno 735. jamque circiter 739. de corpore B. Germani & porticu, seu oratorio sancti Symphoriani in interiorem basilicam transferendo cogitabat, cum a Carolo principe in Aquitaniam legationis causa missus est ad Hunoldum ducem; sed interim Carolo morte intercepto, in custodiam tanquam explorator ab Hunoldo conjicitur, in eaque per tres annos ac dimidium detinetur, donec tandem Pipini auctoritate absolutus, firmata inter ambos principes pace, in suum reverfus est monasterium, quod ipso absente dissipatum instaurare per annos duodecim non desistit. Interea serio recogitans de efferendo et tumulto atque in interiorem basilicam S. Germani corpore transferendo, pium illud opus exsecutus est viii. calendis Aug. an. 754. cum consilio

Pipini regis, qui una cum Carolo filio tunc duodenni huic interfuit solemnitati, fiscoque Palatiolum, *Palaisfau*, cum suis omnibus appenditiis dedit, ut constat ex inscriptione veteri, quæ hodieque incisa marmoris in ædificia S. Symphoriani parieti inferio conspiciuntur his verbis: *Hic paupante sancto Germano in die translationis dedit ei rex Pipinus fisco Palatiolum cum appenditiis suis omnibus.* Tunc quoque hac ipsa die corpora Eleutherii patris sancti Germani, & Eusebiæ matris tranflata sunt, & juxta tumulum sancti præfatus collocata. Adstitit Lantfredus an. 765. placito Attiniacensi, subscriptique in hunc modum: *Lantfredus abbas de sancto Germano.* Obtinuit idem a Carolo magno Haristalio in palatio, regni ejus anno quinto xlii. calendis Novembris privilegium de immunitate ecclesiæ & hominum terræ tam capitalium, quam & aliorum super terram manentium ubicunque sint. Obiisse memoratur Lantfredus in Paschali bus cyclis anno 775. & quidem pridie idus Februarii ex veteri necrologio, ubi sic habetur: *11. idus Februarii depositio domni Lantfredi abbatis sancti Germani episcopi.*

XVI. Wichadus laudatur abbas sancti Germani anno septimo Caroli regis in primariis litteris Frodoini cujusdam abbatis Filcherolas super fluvium Roldon tradentis basilicæ S. Vincentii & S. Germani. Vix triennio monasterii regimen tenuit ex dicendis. In antiquo S. Germani necrologio Wichadi abbatis depositio notatur cal. Novembris.

XVII. Robertus I. antea præceptor Pipini patris Caroli magni, tunc erat cenobii major prior, quando favente Carolo rege & annuuntibus monachis dictus est abbas. Huic Carolus rex præceptum immunitatis ab omnimodis teloneis largitus est, ita ut quocumque in regno suo negotiantes prædicti sancti loci sine ad luminaria, sine ad quavis necessaria comparanda discurrere vellent, tam ultra quam circa Ligerim, itemque in Burgundia, Provincia, Francia & Neustria, nulli teloneo, sine de laumis, id est equis oneriferis, sine de carricatione, seu de navigio essent obnoxii. Ad hæc eidem Roberto concedit rex teloneum quoddam, quod Gerardus comes Parisiacensis in Villa nova, quæ curtis sancti Germani erat, percipere solebat. Hoc præceptum Optatus ad vicem Radonis recognovit, datum vi. calend. Aprilis anno undecimo (in Francia) & quinto (in Italia) regni Caroli in palatio Heristalio, hic est annus Christi 779. Idem quoque Carolus rex abbat Roberto donavit villam pagi Milidunensis, Madriolas vocabulo, *Marolles*, paulo supra confluentes Icaunæ & Sequanæ positam, sicut moderno tempore, ait rex, *Aufbertus comes per regis beneficium tenebat*, & portum, qui est inter pagum Senonicum & Melodunensem, *le port d'Asy*, ab Allinaco villa prædicti S. Germani usque ad monasteriolum S. Mauricii, ex utraque parte Sequanæ, cujuscumque sit terra; ita ut nullus inibi portum habere possit, nisi prædicta potestas S. Germani, neque teloneum aut rotaticum, &c. Datum novis Novemb. anno nonodecimo (in Francia) & tertio decimo (in Italia) regni Caroli, Warmafia \* palatio. Wigboldus ad vicem Radonis recognovit & subscripsit. Hic est annus Christi 786. a quo elapsis quatuor

D d ij

V. Prob. hist. sancti Ger. part. 1. n. g.

lib. n. 11.

T. 2. Annal. Bened. pag. 238.

Prob. hist. S. Ger. part. 1. n. 12.

lib. n. 13.

\* Vormes.

Chr. IV. col. 4.

T. 2. Annal. Bened. pag. 60.

\* al. Mo. hiali.

*Hist. sancti  
Gen. p. 22.*

Carolus rex iudicio lato querelam Robertum inter abbatem & conitem Aubertum de luco montis Adraldi sancti Germani proprio in territorio Melodunensi, cuius possessionem sibi vindicabat comes, in gratiam cenobii terminavit. Denique Robertus abbas hortatu Caroli regis academiam in suo cenobio instituit, ex qua per longum tempus multi non ignobiles prodire scriptores, Abbo, Aimoinus, Ufuardus, &c. Antiquum necrologium Frothberti abbatis obitum reponit VIII. calendis Martii anno circiter 811.

*Publ. Hist. S.  
Germ. part.  
1. 2. p. 4.*

XVIII. Hirmino seu Irmino subscripsit cum episcopis novem, tribus aliis abbatibus, pluribusque comitibus & curiæ magnatibus testamento Caroli Magni, cuius conditi neque locus, neque dies mensis vulgatis exemplaribus apponitur, ait Mabillonius ad annum 811. tom. secundo Annal. Bened. pag. 397. Sane feodum de Jonfac in Santonibus an. 812. conceffit hic princeps Irminoni abbati; cui & Ludovicus cognomento Pius heres imperii & gratiæ erga Irminonem quamdam piscariam, quam olim ipsius proavis bona memoria Carolus in pagi Hircianensis villa Riolo in fluvio Sequanzæ fieri iusserat, ob idque Carolivennam appellatam, *Challevanne*, imperitus est, prout ejus parens Carolus serenissimus imperator & Augustus jam concesserat, excepta una nocturna (jus erat piscandi per unam noctem) quam monasteria S. Dionysii & sancti Petri, modo sanctæ Genovesæ ibidem accipiebant. Datum Aquisgrani tertio cal. Septembris imperii anno tertio, indic. decima; hic est annus Christi 817. Virum prudentissimum vocat Irminonem Aimoinus Floriacensis monachus lib. 5. de gestis Francorum cap. 34. Hinc missos inter dominicos nominatur, ex quorum relatione Ludovicus Pius imperator amplio rem aream canonicis Tornacensibus conceffit XII. cal. Decembris se 20. Novembris anno imperii quarto indictione undecima, quæ respondet anno 818. secundum Miræi notitiam capite 28. aut certe anno 817. secundum historię Sangermanensis auctorem pag. 24. sumto scilicet indictionis exordio a mense Septembris. Denique Irminonis prudentia in eo maxime enituit, quod librum censualem composuerit, in quo diligenter notantur omnes cenobii redditus, tam qui monachorum, quam qui abbatibus cultui destinantur, quos & ampliavit: enimvero apud Villare in cella fratrum vineam novellam, aliasque in villis Milt, Theodaxio, & Bisconcella *domnus Irmino abbas* plantasse dicitur; item in Buxido farinarios septem, in Mantula tres de novo exstruxisse; in Sicca valle, seu Foreste & in Mansionis villa pagi Pinciæ quædam terras incultas exlirpassæ. Dies obitus ejus consignatur in antiquo sancti Germani calendario mensis Aprilis tricesimus, his verbis: *Pridæ cal. Maii depositio domni Irminonis abbatis S. Germani Parisiensis.*

Jacobus Brolius cum vulgatis abbatum indicibus proximorum Irminoni successorem tribuit Hilduinum: at in veteri catalogo regulæ ante annos quingentos præmissis, duobusque abbatum ante seculum duodecimimo indicibus exaratis, mediis interponitur Haimo abbas, & post eum Hilduinus

senior, quo de Haimone silent omnino cetera hujus loci documenta; qui forsitan ideo tantum ab auctoribus indicum dictus abbas fuerit, quod monasterium sub Hilduino feniore abbate, regni archiepiscopellano rexit. De eo intelligendum videtur necrologium his verbis: *v. idus Junii depositio domni Haimonis sancti Germani sacerdotis; quo sacerdotis nomine in necrologio effertur decani, qui sub Roberto & Hugone secularibus abbatibus monasterium rexit.*

XIX. Hilduinus I. Bernardi & Geroldi comitum frater, ob præclaras animi dotes carus fuit Ludovico Pio imperatori, qui suum hunc archiepiscopellatum instituit. De illo jam plura in abbatia sancti Dionysii, quam primum obtinuit, de quo & postea recurret oratio in Sammedardensi apud Sueffionas, quam una cum illis atsecutus est. De Sangermanensi nunc agendum: sic autem habet Aimoinus libro quarto capite cxiv. *Simili modo prædictus abbas (Hilduinus) post decessum Irminonis regebat locum sancti Vincentii lenix & martyris in suburbano urbis Parisiæ, ubi pretiosus Christi confessor Germanus requefit.* Fallit ergo D. Archon tomo primo capellæ regum Franciæ pagina 192. cum scribit Hilduinum archiepiscopellatum, abbatem S. Dionysii & S. Medardi, mortuo Stephano abbati sancti Germani Parisiensis successisse, cum aliunde nullus nomine Stephanus hujus loci abbas exstiterit. Ceterum jam anno vi. imperii Ludovici, hic est 819. privilegium obtinuit ab hoc principe de immunitate honinum ecclesiæ suæ ubicumque sint, per confirmationem immunitatum omnium, quas cenobio antecessores reges elargiti fuerant. Cum subinde anno 824. Paschali primo summo pontifice defuncto Ludovicus Pius Lotharium filium in Italiam mitteret pro sedandis super electione pontificis Eugenii II. motibus exortis, Hilduinum ei comitem & consiliarium adjunxit. Partitionem abbatie bonorum Hilduinus fecit anno 829. consuleis monachorum quieti & utilitati adversus rapacitatem abbatum secularium, quos sibi successores verebatur, statuitque numerum monachorum centum viginti, quibus certam prædiorum portionem ad necessaria stipendia assignavit: nempe, ut habet præceptum Ludovici imperatoris hanc ipsam partitionem confirmantis anno sexto decimo imperii, idibus Januarii indictione septima, quæ convenit anno 829. *Singularis annis de tritico puro modios mille quadringentas & quadraginta, & in susceptione hospitum modios centum octoginta; de vino modiorum duo milia, de legumine modios centum octoginta, de casco pennis centum sexaginta; de pinguedine autem modios viginti, aut porcos quinquaginta, quales meliores inveniri possunt; de butyro modios quatuor, de melle caradram unam ex modis octo, vel sicut ex censu de villa Lucarias persolvitur; & mensalem de duodecim villis melle & cera. id est unoquoque mense sextaria quatuor & cera libras duas; de sale modios centum; volatilia cum ovibus de duobus sestis, id est Pascha & Natalis Domini. Ad vestimenta etiam, vel omnes eorum necessitates secundum regularem institutionem procurandas constituit illis casalem villam, quas ipse per suam concessionem visus est condonasse: id est*

*bid. n. 15.*



\* Gallie, Antony, la Celle, Marcellus pœti Montecran, Cochaat, Nogen, P. Arnaud, Epigroul, Violent, Efnant. Prob. hiff. S. Germ. n. 16.

\* *Antoniacum, Cellam, Matricolas, Caticantum, A Novigentum, Spinogilum, Vatechronem, Agmantum, una cum ipsa silva, quæ vocatur Uffa vel Uita* (Otte) Ad hæc quedam erant in Aquitania villæ, quas ad stipendia fratrum Carolus & Ludovicus Augusti concesserunt; hæc sunt, Vernogilus, Cixiacus, Lixiniacus, Noveridus, Castiacus, Quinciacus & villa Bullana. Cum vero in earum possessione monachi turbarentur a ministris Pipini filii Ludovici imperatoris, Aquitanie regis, qui has invadere volebant, Hilduini abbatis precibus anno 830. Pipinus rex monachis asserctas condonavit. *Actum in Aviziaci villa quarto idus Augusti anno xvii. imperii domni Hludovici serenissimi Augusti, & xv. regni nostri.* Vide ad hunc annum 830. quæ de Hilduino abbate simul sancti Dionysii hac in abbatia diximus. Ad annum sequentem 831. refertur a Mabillonio Ansegisii Fontanellensis abbatis testamentum, quo tres argenti libræ cenobio sancti Germani assignantur, & quinque ad sanctum Dionysium. Denique Ludovico imperatori superflus Hilduinus obiit monachus & abbas circa 841. die 22. Novemb. cujus quod plures abbatias tenuerit contra canones, non tam in causa fuisse videtur cupiditas, quam postulat monachorum, qui, quem sibi suisque rationibus magis favorabilem & majori auctoritate prædium ex ordine monachorum probant, eum facile adoptabant abbatem præ secularibus, qui eorum bonis inhiabant. De loco sepulture vide supra in abbatia sancti Dionysii col. 356.

XX. Ebroinus illustri prosapia ortus, Francie cancellarius anno 831. dein abbas sancti Hilarii Pictaviensis & sancti Mauri Glanifolienfis, postmodum evasit episcopus Pictaviensis, archicapellanus, & post obitum Hilduini Sangermanensis abbas, de quo ita continuatur Aimoini libro 5. capite 19. *Imperator præfatum episcopum in Aquitaniam cum multis gratiarum actionibus remisit, dant ei regimen abbatie sancti Germani Parisiensis (nam Hilduinus abbas vita decesserat)* Quæ ultima verba sic apud Aimoinum interclusa, si vere ejusdem auctoris sint, innuunt Hilduinum e vivis ereptum ante Ludovicum imperatorem, Astronomo contra testante, Ludovico mortuo, Hilduinum una cum Gerardo comite Parisiensi Lothario Parisios accedenti obviam profectum fuisse. Fortasse tunc nonnisi futura in abbatia successio Ebroino concessa est, haud prius illa fructuro, quam Hilduinus vivere desiisset; neque enim, quod Hilduinus Lotharii partibus adhaesisset, ut scribit D. Archon tomo primo Capellæ regum Francie pag. 213. credere fas est, ablatam illi abbatiam a Ludovico imperatore, quicum jam pridem in gratiam redierat. Ceterum Ebroinus sive initio præfeturæ una cum Sangermanensi conventu precum & obsequii mutui societatem inivit cum Fulcone abbate & conventu sancti Remigii apud Remos, ipsismet adhibitis litteris, quæ paulo ante pro similiti Dionysianum inter & Remigianum cenobium ab Hilduino sancti Dionysii & eodem Fulcone S. Remigii abbatibus inita consecræ, tom. 4. Spicilegii pag. 229. editæ sunt ex membrana Remigiana, in qua succedunt nomina monachorum de monasterio

Hid. n. 17.

sancti Germani, scilicet Parisiensis, numero centura viginti duo, præter Ebroinum abbatem, quibuscum sancta est societas. In editis omiffa sunt hæc nomina, in scriptis relata, ubi recententur. *Ebroinus abba* Hilduini successit, idemque Pictavorum episcopus; Heimo, Sigemundus, Lambertus, alii que permulti, in quibus laudantur *Ufuardus* martyrologii auctor, & Haimoinus, qui binos de miraculis S. Germani composuit libros, & penultimo loco Gislemarus, an scriptor vitæ S. Droctovei? Cum anno 845. Nortmannorum metu, qui Luteciam Parisiorum invadere parabant, corpus sancti Germani in villam Briegii tractus Cumbas vocabulo *Coulaville* aut *Cunaville*, quæ tum juris erat monasterii, translatum fuisset, recedentibus barbaris abbatie præda onustis, illud Ebroinus ad pristinum locum ritu solemniter reportavit, duobusque monachis ut scriberent miracula tunc patrata, injunxit. Hinc erga sanctum Germanum devotio crevit regis Caroli Calvi, qui precibus Ebroini abbatis indulfit naves potestatis S. Germani absque teloneo discurrere per flumen Sequanam, sive per alia in illud confluentia, id est Matronam, &c. Datum sexto idus Augusti anno septimo regnante Carolo glorioso rege indictione ix. hic est annus Christi 846. & an. sequenti dominium de Naintray situm in diocesi Pictaviensi una leuca Ebraldi castro, priori beneficio adject. Ebroinus autem vix ultra annum 848. vixisse videtur ex dicendis; atque adeo forsan emendandus in episcopi Pictaviensibus annus 858. pro ejus obitu tomo 2. col. 1158. assignatus ex Aimoini continuatore lib. 5. cap. 20. his verbis: *Anno 858. defuncto Ebroino antistite & abbate successit Hilduinus II. in abbatia regimine.* Notatur dies obitus ejus 18. Aprilis in necrologio Sangermanensi, & in ejusdem epitaphio, quod loco citato retulimus; unde neci hæc die occubuisse non obscure colligitur.

XXI. Gozlinus, seu Gozlenus, a teneris annis monachus Benedictinus cum Gaufberto patruo in cenobio sancti Mauri ad Ligerim, ex hist. Francie cancellariorum pag. 85. auctore Francisco du Chesne, primum innotecit abbas ex donatione quam sancto Germano fecit quidam Brunardus de quodam alodo suo sito in villa pagi Stampensis Celsiaci, ut ex ejus reditu lumen ante sanctum ejus sepulcrum haberetur. *Actum Parisius anno regni Caroli decimo calendis Aprilis, abbate Gozline,* qui post donatorem & Conrardum comitem subscripsit litteris ea de re consecris, & post illum tres filii Brunardi, Fulco, Imbertus & Jeronymus. Suum quoque nomen apposuit Gozlinus abbas S. Germani concilio habito in agri Parisiaci villa Bonogilo, seu Bonoillo ad Matronam, cujus acta consignantur VIII. cal. Septembris anno xvi. Caroli, hic est 855. Post duos annos iterum abbatia expulatur a Nortmannis, cum paulo ante monachi sacrum S. Germani corpus secum denuo Cumbas, tum in vicum Senonenfis pagi Acmantum *Efnant*, & inde in villam Novigentum Araldi ad Matronam, quæ ejus possessiones erant, abstulissent, hinc interim barbaris oblata ingenti pecunie summa, ut incendio cathedralis, sancti Dionysii & sancti Germani ecclesiarum parcerent. Huic cladis altera

Chert. xi. col. 12.

Hid. n. 19.

mox accessit; anno siquidem 858. cum germano A suo Ludovico S. Dionysii abbate Gozlinus Sangermanensis captus a Nortmannis est, pro quibus liberandis exhaulti sunt thesauri non solum utriusque hujus abbatie, sed & aliarum regni plurimarum ecclesiarum, quin & Romanæ, si fides vite sancti Faronis ab auctore antiquo scriptæ. Dum vero sic detinetur Gozlinus, in ipsius locum saltem ad tempus successit cft qui sequitur

Secl. 11.  
Decad. pag.  
224.

XXII. Hilduinus II. Hilduini I. nepos, non monachus, ut quidam volunt, sed canonicus secularis, abbas erat S. Germani anno 858. quando Corduba in hocce monasterium allata sunt corpora SS. martyrum Georgii monachi, Aurelii & Nataliæ, loco scilicet sancti Vincentii reliquiarum, quas obtinendi gratia duo destinati fratres Usuardus Martyrologii auctor, & Odilardus, favente Hilduino secundo abbatem viam aggressi, cum infructuose quæsisset, illas saltem feliciter attulerunt. Tertium hoc abbatem Nortmanni Parisios accesserunt mensè Jan. anni 861. sanctique Germani basilicam spoliarunt. Verum biennio post, cum tuta jam omnia recessu & amico sedere Nortmannorum viderentur, reportatum S. Germani corpus ex villa Novigento in urbem Parisiorum, indeque in S. Symphoriani cryptam, ubi primum migrans quieverat, illatum x1 v. cal. Aug. dum basilica & monasterium repararentur. Non ultra 867. regimen abbatie Sangermanensis protaxisse videtur Hilduinus; at vitam protaxit abbas monasteriorum S. Martini Turonensis, sancti Medardi Sueffionensis & Sithuensis, seu S. Bertini, simul etiam Caroli Calvi archicappellanus, ad ann. 877, quo Carifici, dum Carolus illic generale placitum celebraret, vii. idus Junii mortalem sarcinam exiit. Hilduini (secundi) abbatis S. Germani Parisiensis, & Gozlini episcopi meminit necrologium domesticum antiquum xvi. cal. Maii.

T. 3. Annal.  
Bened. pag.  
109.

Idem pag.  
111.

XXIII. Gozlinus secundum abbas Pratenfis an. 867. ex Mabilonio, eodem summi cancellarius dignitatem post obitum Ludovici fratris abbatis S. Dionysii, qui contigit hoc anno v. idus Jan. obtinuit. Carolus rex eodem anno villam Bospatium pagi Laudunensis habentem manfos septuaginta, cum omnibus villulis sibi pertinentibus, cunctisque appenditiis, præter duodecim feminas, quas in suo retinet servitio, usibus ac stipendiis monachorum in cœnobio sancti Germani Deo militantium, ad sui refugium & supplementum perpetui habendum largitus est. Datum nonis Septembris Indictione xv. anno xxviii. regnante Carolo gloriosissimo rege, ubi nulla sex Gozlini, seu alterius abbatis fit mentio. Ceterum etsi cancellarii munus Gozlinum multiplici negotiorum cura premeret, omnem nihilominus operam adiecit, ut loca regularia & basilicam reficeret. Omnibus demum instauratis huc accessere Carolus rex cum Richilde regina, simulque monasterii abbas Gozlinus & Ingelwinus episcopus Parisiensis, alique præfules ac regni principes, qui sanctissimum Germani corpus ad pristini sepulchri locum retulerunt. Id factum post annum ejus sæculi sexagesimum nonum, quo Imminutus prior Caroli regis conjux defuncta est; quin & Ingelwinus haud prius quam

Prob. hist. S.  
Germ. a. 2.

an. 870. Parisiensem episcopatum obtinuit. Gozlinus anno sequenti 871. mittitur a Carolo rege ad Carolomanum filium rebellem hortaturus ut ad patrem accederet, quo tempore. Nam Carolomanno abbatiam Elmonensem tradidit rex Gozlini abbati monasterii sancti Germani Parisiensis. Unde contigit ut dum utramque abbatiam regit, corpus sancti Amandi ex proprio in Pratenfis monasterium allatum sit, ob procellosa tempora Nortmannorum. Idem Gozlinus bona ab Hilduino I. conventui attributa laudavit, adauxitque & a Carolo Calvo diplomate regio muniti curavit. Datum x11. calendis Maii Indictione v. anno xxxxi. regnante Carolo gloriosissimo rege & in successione Lotharii regis 111. (hic est 872.) Actum in monasterio S. Dionysii. Subscripsit idem mensè Junio anni 876. concilio Pontigonensi in hunc modum *Gauzlinus abbas & archicappellarius*. Extat apud Labbeum libro inscripto *Eloges historiques*, pagina 468. diploma Caroli Calvi pro cœnobio Sangermanensi, in quo laudatur Gozlinus abbas sancti Germani Parisiaci & archicappellanus. Actum Aquigrani palatio v1. idus Julii anno propitio . . . . . imperii domini Karoli serenissimi regis. In prælio Caroli adversus nepotem Ludovicum dato ad Rhenum prope Andernacum nonis Oct. captus anno 876. memoratur ab Annalista Bertiniano; sed à Ludovico paulo post cum aliis captivis liber dimissus est. In placito generali habito Carifici ad Isaram calendis Julii an. 877. recensetur Gozlinus inter eleemosynarios Caroli regis, hoc est ejus testamenti exsecutores, & inter administratos, quorum uti consilio solum Ludovicum præcipit. Eodem anno defunctus est Carolus imperator, in cujus locum Sandionysianus abbas successit est Gozlinus beneficio Ludovici Balbi, qui & ipsim cancellarium suum anno secundo regnum constituit. Verum postea ab hujus filio Ludovico & Carlomanno defecit una cum Conrado Parisiensi comite, memor injuriam & infidiarum, quas ab æmulo Frotario Bituricensi & Adalgario Eduensi præsulibus passus erat, maxime in concilio Trecenti anni 878. cum Dionysianam abbatiam illi auferre moliti sunt, conficito præcepto de hac abbata Romanæ tradenda ecclesie. Huc autem forsan referenda sit Hincmari Remorum antistitis ad Gozlinum epistola pro Bernardo nepote ipsius, qui seditionem contra regem struere ferebatur, hortantis eum ut ab hoc nefario consilio studeat nepotem revocare, & ut ipse Gozlinus pro quovis carnali affectu a via recta non declinet: fratrem quem suum Gozfridum commoneat, ut ambo memores parentum suorum a fidei sinceritate non degenerent. Hincmarus etiam de eodem Gozline queritur, quod ipse de more non scribat, quod ex amico factus sit inimicus, jubens eum recordari, quod Remensis ecclesie eum regeneraverit in Christo, consunqum clericum sub religione nutritur & docuerit, de captione paganorum redemerit (cum scilicet Gozlinus una cum fratre Ludovico abbate S. Dionysii à Nortmannis captus est) & ad gradus ecclesiasticos usque ad diaconatum provexerit; denique quod plurimum monasteriorum per concessionem regum, abbatem constituerit:

Prob. hist. S.  
Germ. a. 2.

Frederic.  
L. 3. c. 24.

430  
 constituerit: contra que ille potentia electus, se-  
 ditionem in hac ecclesia, imo in regno excitaverit.  
 Reliquit Gozlinum pene constat; post obitum  
 enim Ludovici Germanie regis anno 882. ad  
 quem se contulerat, non solum in patriam & in  
 gratiam Balbi filiorum rediit, sed etiam postea Pari-  
 siensem episcopatum, mortuo Ingelwino episcopo,  
 adeptus est, quo tempore Sangermanensem ab-  
 batiæ Ebulo nepoti transcripsit, ait novissimus au-  
 ctor historice monasterii pag. 50. Dies obitus ejus  
 notatur in antiquo necrologio Pratenfi xvi. calen-  
 das Maii, anno, ut diximus in ecclesia Parisiensi,  
 886. \* in obfidiione Parisiaca.

A *abbatis nomen assumfit, statuens decanos, qui curam  
 habent monachorum, quorum primus nomine Remi-  
 gius exstitit, quo obeunte Abbo successit, ipsoque dece-  
 dente Gosmarus archidiaconus decaniam habuit; ex  
 quibus verbis & hisce ejusdem auctoris preceden-  
 tibus: Defuncto Ebulo abbate, Robertus princeps  
 cupiditate magis ductus, quam cura animarum solli-  
 citus, abbatiam sancti Germani accepit, seque abbatem  
 post supradictum Hugonem abbatem vocitari fecit,  
 non temere forsan quispian conjiciat, cum Huc-  
 boldo a fratris electo pro abbatia decertasse Hug-  
 gonem quemdam, qui subinde Roberto eam ces-  
 serit, non prius tamen amsecuto, quam Hucboldus  
 vitam reliquisset.*

\* al. 887.

XXIV. Ebulus, Ebolus & Eblo factus est B  
 abbas Sangermanensis Gozlini avunculi cessione,  
 fere morte, ut innuit Aimoini continuator lib. 5.  
 cap. 42. his verbis: *Ea tempestate Gozlino episcopo  
 & abbate defuncto, Ebolus nepos ejus abbatiam sus-  
 cepit regimen.* Sane hic intrepidus adfuit obfidiioni  
 Parisiaca, in qua fertur septem ex hostibus viros  
 uno ictu interemisisse, urbemque in absentia Odo-  
 nis comitis, qui se versus imperatorem simul &  
 regem Carolum Crassum contulerat promptum  
 petiturus auxilium, defendisse & gubernasse; unde  
 & *Mavortius*, seu *Martius* abbas dicitur in carmine  
 Abbonis Pratenfis monachi, scriptoris hujus ob-  
 fidiionis, in qua circa ann. 885. Sangermanensis  
 monachi cum sancti patroni corpore intra urbem  
 ad ecclesiam sancti Germani Veteris confugerunt,  
 dum interim Nortmanni Pratensem ipsorum eccle-  
 siam depopulati sunt, sed non impune; plures  
 enim eorum meritas violatæ sanctitatis loci penas  
 dederunt, urbemque sancti Germani meritis divi-  
 na misericordia servavit incolunem. Quapropter  
 Eblo ab Odone rege & quodam toparcha, Hen-  
 rico nomine, multo auro, multisque donatus est  
 gemmis, pro capsa recendendo facto pignori fa-  
 bricanda. Tunc etiam Eblo ab Odone creatus est  
 abbas Sandionysianus, regni que archicancellarius,  
 ut probant multa diplomata, quæ Trohannus no-  
 tarius ad Eboli vicem recognovit, a Mabillonio  
 memorata tomo tertio Annalium ad annum 889.  
 n. xxxix. Idem quoque fuit abbas sancti Hilarii  
 Pictaviensis; cujus tamen Eboli facta potius bel-  
 lica, quam abbatialis novimus, nisi quod loculum  
 sancti Germani ornasse & in propriam basilicam  
 retulisse memoratur, ejusdem sancti brachio in ec-  
 clesia sancti Germani Veteris ob impensis hospitii  
 gratiam relicto. In obfidiione tandem castri de  
 Brillac agri Pictaviensis pro Carolo rege adversus  
 Odonem acrius decertans, ictu lapidis graviter  
 percussus paulo post interit ann. 892. \* Sic obit-  
 us dies notatur in antiquo necrologio Pratenfi:  
 vi. nonas Octobris depositio domni Eboli abbatis  
 nostre congregationis; quo domini nomine forte in-  
 nitur, ait Mabillonius, eum cælibem & forsan  
 clericum fuisse.

\* al. 893.  
 Duchêne  
 hist. cancel-  
 ler. p. 108.

XXV. Hucboldus commissa sibi post Ebolum  
 abbatia Pratenfi potiri visus est, de quo nulla alia  
 præter nomen memoria est, etiam in necrologio  
 Pratenfi omiſſa; adeo ut solum Aimoini continuator  
 lib. v. cap. 42. ejus mentionem faciat his verbis:  
*Itaque defuncto Hucboldo, qui post Ebolum in regi-  
 mine successerat, idem Robertus comes, ut dictum est,  
 Tomus VII.*

XXVI. Robertus II. comes Parisiorum, seu  
 marchio, Odonis regis frater, ejuſdem, ut vide-  
 tur, favore Pratensem abbatiam consecutus est,  
 sub quo decani, uti mox vidimus, Remigius,  
 Abbo & Gosmarus regularem disciplinam cura-  
 bant. Præceptum obtinuit a Carolo Simplice da-  
 tum septimo calendas Maii indictione vi. anno xi.  
 gloriosi regis Caroli, redintegrante ejus sexto, hic  
 est 903. quo Caroli Magni, Ludovici Pii &  
 Caroli Calvi pro cenobio præcepta confirmantur.  
*Actum Compendio palatio.* Circa id tempus mo-  
 nachii Crucis sancti Audoeni, hodie Crucis sancti  
 C Leufredi juxta Ebroicas, metu Nortmannorum suo  
 derelicto monasterio, secumque adſportatis pa-  
 troni sancti Leufredi & sancti Thuriavi Dolensis  
 episcopi corporibus, &c. Parisios accesserunt in  
 abbatiam S. Germani, cui aggregari se a Roberto  
 & monachis obtinuerunt. Verum cum id unionum  
 genus sine regio diplomate fieri non posset, Caro-  
 lus rex Roberto venerabilis marchioni abbati &  
 monachis sanctorum Vincentii & Germani con-  
 cecit, ut prædictas sanctorum reliquias apud se  
 retinerent, utque bona illius abbatie huic cede-  
 rent, & in perpetuum invenirent, *excepta portione  
 Nortmannorum*, seu præter illa prædia, quæ rex per  
 fœdus initum Rolloni & comitibus ejus dimiserat.  
 Datum est præceptum pridie idus Martii indict.  
 vi. regnante Carolo anno xxvi. redintegrante  
 xxi. largiore vero hereditate indepta vi. hic est  
 annus 918. Verumtamen haud diu perſiſtit hæc  
 tam bonorum, quam monachorum unio; hi si-  
 quidem uno post menſe elapſo pace cum Nort-  
 mannis composita, suum optantes monasterium  
 reedificare, ad illud cum suis omnibus redire per-  
 missi sunt, præter allata S. Leufredi & S. Thuriavi  
 corpora, quæ propter hospitii memoriam a San-  
 germanensibus retenta sunt, uno demto sancti pa-  
 troni Leufredi brachio, quod illis concesserunt.  
 E Robertus autem eodem anno quasi in damni ac-  
 cepti ex ablati bonis abbatie sancti Leufredi com-  
 pensationem donum accepit villæ Surſinarum &  
 aliarum rerum ab eodem Carolo pridie idus Maii  
 indictione vi. anno xxvi. regnante, redintegrante  
 xxi. largiore vero hereditate indepta vi. *Actum  
 Compendio palatio.* Cecidit tandem Robertus in  
 prælio Suceſſionico anno 923. die Dominica 15.  
 Junii, rex Francie agnitus & inauguratus tertio  
 calendas Julii anni superioris, quem tradunt ad  
 ipsomet Carolo rege lancea perfoſſum, sepultusque  
 est in basilica sancti Dionysii, cujus etiam abbas  
 E c

Chart. xvij.  
 col. 13.

Prob. hist. 5.  
 Circa. n. 24.

Hist. n. 271

T. 1. Annot.  
 lib. 2. pag.  
 370.

erat, ut ibidem diximus, Majoris monasterii, & A sancti Martini Turonensis.

XXVII. Hugo I. cognomento Magnus, dictus etiam Hugo Albus, & Hugo abbas, patri Roberto superiori, quasi hereditario jure in abbatiis monasteriorum sancti Germani a Pratis, S. Dionysii, & sancti Martini Turonensis dignitate successit, quem dicitur abbatem quoque sancti Germani Autissiodorensis & Majoris monasterii: hanc duo in sequentibus tomis expendemus. Sane quoad abbatiam sancti Germani Parisiensis affirmavit Mabillonius tomo tertio Annalium pagg. 205. & 528. Felibianus in historia sancti Dionysii, & Gerardus Dubois in historia ecclesie Parisiensis pagina 543. Qua de re sic habet Aimoini continuator lib. 5. cap. 43. *Sub hoc etiam rege Rodulfo, Hugo Magnus abbas in nomine post obitum patris sui Roberti supradicti fuit.* Et certe id ex charta Philippi regis anno 1061. regni ejus primo non obscure colligitur. Hæc fuit verba ipsius diplomatis, quod integrum habes in appendice: *Hanc igitur villam (Cumbis) dum per succedentium temporum curricula jam dicta ecclesia (sanctorum Vincentii & Germani) abique aliqua inquietudine retineret, accidit tempore Hugonis ducis, qui Magnus cognominabatur, ut ipse dux, sicut alias ecclesias attenuaverat multis pradiis\*, ita quoque hanc ecclesiam multaret oblatione multarum possessionum; unde inter alia præfatam villam Cumbis cavobio S. Vincentii & sancti Germani detraxit, eamque delit in beneficium cuiusdam Hilduino nomine, comiti de Monte, qui vocatur Desiderius: qui cum diturno tempore vivens vita decepsisset, iterum Hugo dux, qui eam ecclesia sanctorum injuste abstulerat, in propriis usus illam sibi vindicavit, & post ejus obitum Hugo rex sibi us ejus, dum advixit, similiter eam tenuit, &c.* Denique Hugo apud villam pagi Parisiaci, quæ Dordinga, *Dourdan*, vocatur, die Dominica XVII. calendis Julii anno 956. viam universæ carnis ingressus, postriede sepultus est in basilica sancti Dionysii, est historia hujus monasterii. De Hugone sic habet antiquum necrologium Pratenæ: *xv. calendis Julii depositio Hugonis ducis Francorum*; at hæc dies in Dominicam non incidit. Sub eo decani monachorum curam gesserunt Armarus, Gosbertus, Abbo, Hericus & Hubertus, ex continuatore Aimoini lib. 5. cap. 43. & 44.

XXVIII. Hugo II. dictus Capetus, post mortem patris Hugonis Magni simili modo & jure abbatias sancti Dionysii, S. Germani Parisiensis, sancti Martini Turonensis & fortasse alias obtinuit, abba comes ob id appellatus. Ejus vices in S. Germani cœnobio egit decani nomine anno quarto Lotharii regis, Galthierus archicustos, & eo decedente Albertus, testante laudato Aimoini continuatore lib. 5. capite 45. donec tandem Hugo abbas Gualoni abbatiam resignavit. Ad regiam denique Francorum dignitatem evectus Hugo an. 987. obiit 24. Octobris anni 997. conditusque est in basilica Sandionysiana, in qua etiam regularem abbatem resitendum curaverat.

XXIX. Gualo, seu Walo, & Waldo abbas monasterii sancti Germani Parisiensis notatur in brevi chronico ad cyclos Paschales anno 979.

T. 3. Annal. Bened. pag. 415.

Ch. xxxix. col. 33.

\* partibus, Præf. hist. 3. Germ. n. 27.

T. 3. Annal. Bened. pag. 615.

A Aimoini continuator lib. 5. cap. 45. his verbis: *Hugo dux ad mojora animi applians, nutu divino dimissa sancti Germani abbatia, quia jam pene ad nihilum (lum non esset, qui curam ejus tam extricis, quam interius ageret) reducta fuerat, summis precibus tam regis Lotharii, quam prædicti Hugonis Francorum ducis constituit venerabilem Gualonem abbatem.* Ainus, quo Gualoni dimisit abbatiam Hugo, non quidem notatur apud Aimoinum loco citato, sed sicut ob eandem rationem, ita puto eundem circiter annum fuisse, quo Sandionysiana cessasse videtur, 968. ut inibi supra diximus. Et

B certe circa hunc annum Hugo Rotomagensis archiepiscopus Gualoni abbati Sangermanensi ecclesiam de Longuelle in Vexino Gallico legitur tradidisse. Non multo post, ait Mabillonius ad ann. 979. Parisiensem episcopum inter & Gualonem abbatem orta est dissensio, haud dubie ex immunitate monasterii, quam forte Hugonis comitis & abbas tempore episcopi impugnaverit non ausus fuerat. Huc spectare videtur Gerberti epistola Lxi. ad Adalberonem archiepiscopum Remensem, in qua hæc notanda verba: *Ceterum dux Hugo nacta occasione ex diffensione episcopi Parisiensis & abbas Gua . . . abbatem nostrum Airardum (is abbas erat sancti Theoderici prope Remos) inter ceteros ad se venire orat. Id ut peragere persuasum iri posse confidimus.* Forlan ab Hugone idcirco accerbetur Airardus, ut monachos sancti Germani ad eam discipline formam, quæ in sancti Theoderici monasterio nuper restituta fuerat, reformaret. Interim Gualo pratum quoddam abbatie vicinum, dictum postea Pratum ad Clericos, quod in manus alienas devenerat, ecclesie sue restituit. In necrologio Germanensi non invenitur Gualo, ait Mabillonius, de quo tamen Jacobus Brolius in historia ms. hujus cœnobii, ex antiquo calendario a tempore Landfridi abbas usque ad hoc seculum defunctos recensente, sic habet: *Die 18. Januarii depositio domni Walonis abbatis & levita nostra congregationis.* Obiisse legitur tempore Lotharii regis.

XXX. Albericus, Secundus dicitur ab Aimoini continuatore lib. 5. de gellis Francorum cap. 45. & quidem apposuit: duos enim hujus nominis abbates omnino distinctos existitisse necrologium antiquum domesticum evincit, uti mox dicendum. Hic autem, de quo agimus, Gualonis successores ex auctore laudato, notatur anno 990. in annalibus ad Paschales cyclos, qui forsan ejus obitus annus fuit; *percharit enim*, inquit idem auctor, *usque in tertium annum ordinationis duorum regum, Hugonis videlicet ac Roberti.* Dies vero ita configuratur in antiquo Sangermanensi necrologio, *viii. calend. Octobris depositio D. Alberici Junioris nostra congregationis abbas sancti Germani*; ubi vox Junioris supponit evidenter Albericum Seniorum. Et quidem in eodem necrologio sic habetur: *vii. calendis Septembris depositio Alberici pissimi abbas, atque sacerdotis nostra congregationis sancti Germani. Hic est Magnus (hoc est Senior.)* Qua vero primus hic Albericus vixerit ætate, proflus ignoratur; puto tamen haud longe ante Albericum

Præf. hist. 3. Germ. n. 26.

T. 3. Annal. Bened. pag. 615.

Aimoini contin. lib. 3. cap. 45.

Waldm

secundum præfuisse, tempore videlicet cujusdam abbatibus laicis.

XXXI. Morardus patrem habuit Giroldum, cujus ita recolitur memoria in necrologio: *XXXI. calendis Septembris depositio Giroldi laici, patris domini Morardi abbatis.* Eo sedente studia literarum floruisse in monasterio probat ad illud accessus & commoratio his vacaturi Olberti Laubiensis monachi, qui postea vit abbas Gemblacensis. Novam Morardus, favente Roberto rege construxit ecclesiam, ut scribit Helgaudus Floriacensis monachus in vita hujus principis. E vivis ereptum anno 1014. refert Aimoini continuator lib. 5. cap. 47. in hæc verba: *Obiit Morardus pia abbas memoria, qui ecclesiam B. Germani a paganis ter incensam evertens, a fundamentis novam reedificavit; turrim quoque cum signo, multaque alia ibi construxit.* Talis erat ferme illius inscriptio tumuli, qui adhuc initio decimi septimi seculi exlabat. Dies obitus notatur in antiquo sancti Germani necrologio his verbis: *Calendis Aprilis depositio domini Morardi abbatis sancti Germani nostre congregationis.* Sic etiam legitur in calendario an. 1259. concinnato: *Calendis Aprilis anniversarius Morardi, qui ecclesiam B. Germani, &c. turrim quoque & signa, multaque alia ibi construxit.* De eodem hæc habet antiquum sancti Dionysii necrologium: *IV. nonas Aprilis Morardus abbas sancti Germani a Pratis.* Sepultus fuit in choro ad ejus superiorem ingressum, qualis ante annos circiter octoginta dispositus erat.

XXXII. Ingo, *vir magna nobilitatis in seculo,* Roberti regis in schola Gerberti focus, jam tum erat Masciacensis abbas in Biturigibus, uti tomo secundo col. 142. dictum est, cum & Morardo defuncto in abbata Sangermanensi successit, & anno insequenti 1015. Rainardo in abbata Senonensi sancti Petri Vivi, cujus in chronico, auctore Clario monacho, Ingo regis confanguineus dicitur. Deceffit IV. calendis Februarii anno 1025. seu 1026. post administratum remisse duodecim annis Sangermanense cenobium ex Aimoini continuatore lib. 5. cap. 47. Hac autem die necrologium sancti Germani ita ejus meminit: *Ingo potius abbas.*

XXXIII. B. Guillelmus I. genere nobilis, sed longe nobilior religione, primus fuit Luciaccensis seu Luciedensis in Italia monachus, tum Cluniacensis, dein prior sancti Saturnini de Portu ad Rhodanum diocesis Uceticensis, vulgo *le Font St. Esprit*, uti tomo sexto col. 660. diximus, postea Divionensis abbas sancti Benigni, ubi de illo plura tomo quarto col. 677. inde ad renovandum pluribus in locis disciplinæ regularis vigorem frequenter evocatus, multa rexit monasteria, quorum vel facta, vel fieri mentio fuit in locis. In his fuit Germanense a Pratis, quod iussu Roberti regis & Constantiæ reginæ suam in curam susceptum sanctioribus informavit institutis. Quæ de se sic Aimoini continuator lib. 5. capite 47. *Dum monachi sepefati cenobii (sub Ingone abbate) seculari molo vitam ducerent, piissimus Robertus rex una cum sua uxore, videlicet Constantia regina, Ingone defuncto, accersens dominum Guillelmum abbatem Tomus VII.*

*Divionensis cenobii, ei abbatiam dedit B. Germani, qui eam regulariter institutus anno Domini M. XXX. vita deceffit.* Sed neque minus provius in temporalibus, pravas inde consuetudines, quas in Antoniano villa & appendicibus quidam ejus vicarias seu advocatus, cui nomen Pipinellus Garini exigebat, judicio Roberti regis obtinuit anoveri (anno 1027.) Idem quoque defunctorum fratrum sollicitus, vetus antecessorum flatum renovavit de omni die anniversaria nominibus eorum in capitulo pronunciandis, & quotidie palmis quinque ad capitulum finiendum decantandis; alterique statuto, ut scilicet quotidie una præbenda de pane & vino pro defunctis daretur, adject, ut a diebus suis usque in finem seculi pro fratribus morientibus tricenarius plenarius in ecclesia ageretur, & similiter diebus eorum anniversariis in refectorio fieret, & in capitulo pronunciarentur. Id actum est (anno 1028.) consilio & testimonio Baldrici Burgulienis abbatis. Paulo post Guillelmus Adraldo, qui sequitur, annuente rege, abbatiam resignasse videtur; at pro certo ex dicendis regimine cessit ante obitum, qui conigit anno 1031. calendis Januarii in monasterio Fificannensi, ubi & sepultus est. Hac die legitur in necrologio Pratenfi: *Calendis Januarii obiit dominus abba Guillelmus unius religiofitate sollicitus.*

XXXIV. Adraldus, qui & Adraudus, ait continuator Aimoini loco citato, *prædictus rex cum regina Adroldum abbatem constituit* jam an. 1030. successerat, quo scilicet Robertus rex, interspellante Adraldo seu Adraudo abbate cum suis monachis, iniquas consuetudines, quas Drogo comes advocacionis specie in villis abbatæ S. Vincentii & sancti Germani extorquebat, penitus abrogavit, præterquam in quatuor villis, Neefita, Firmerit-curte, Lovaniolis & Domerii monte, quas ei rex beneficii jure concessit. *Actum publicè Piffuacensi palatio anno Incarnati Verbi M. XXX. regnante rege Roberto XXXVIII. ex Mabillonio tomo IV. Annal. Bened. pagina 367. vel XXXVIII. ex quo scilicet regnare cepit cum patre, ait idem Mabillonius ad calcem tomi quinti in addendis tomo IV. non quidem laudata pag. 367. sed 362. lin. 53. de re simili, quod ideo licet observare, quia Gerardus Dubois hanc ipsam chartam illigat anno XXXVIII. regni Roberti, & auctor historiæ Sangermanensis anno XXXIX. hic in probationibus num. XXI. ille tomo primo historiæ ecclesiæ Parisiensis pag. 655. Hæc autem charta sic definit: *Balduinus cancellarius scripti & subscripti.* Rogatu*

E ejusdem Adraldi abbatis Robertus rex Pratenfi monasterio attribuit anno eodem regni XXXIX. vicariam seu vicariam Antoniacam, quam Warinus miles occupaverat. Reclamantibus item Adraldo abbate & monachis, quod Burgundia ducis ministri in villa Gilliaco Belnensis in Burgundia pagi quosdam præter jus & morem exigent consuetudines, neipæ ducis procuracionem, seu hospitale susceptiõnem cum ipsius equis & toto comitatu, dux Robertus Henrici regis frater illis consuetudines remisit amore Dei & S. Germani, necnon abbatibus Adraldi, seu Adroldi, omniunq; sibi commissorum

Eeij

Prob. hist. S. Ger. n. 274

Ibid. n. 285

Ibid. n. 299.

Ibid. n. 301

Ibid. n. 311

Spicil. t. 6. pag. 119.

Spicil. t. 2. pag. 741.

monachorum. Acta est hac chartula publice apud castrum Divionem de festivitatis sancti Mauricii, sciorumque ejus, regnante & strenue agente Henrico Francorum rege anno x. Hugone autem Lingonesium presule episcopali cathedra presidente anno quinto, hic est 1040. Ad hac idem abbas cum fratribus ad supplementum victus monachorum, ab Imberto Parisiensi episcopo impetravit ecclesiam Antoniaci anno xii. regni Henrici, seu 1042. & altare sancti Georgii martyris in Villa nova, prater synodum & circadam, annuentibus archidiaconis 1045. seu anno xv. ejusdem regis, qui has Imberti donationes 1058. confirmavit, dato diplomate, ubi & villa *Cumbis* tanquam ab Imberto data nemonatur. Interea monachis Sangermanensibus terram, quae vocatur *Villare Bicher*, & est in pago Belnensis sita, ad victum quotidianum augendum postulantis concedi assensit an. 1043. dux Burgundiarum Robertus, cujus cum subinde ministri alias consuetudines, vini scilicet accipium, in villa Gilliaci superius memorata exigere pergerent, querelis demou Adroldi ejusque monachorum pulsatus dux idem Robertus, remisit eas consuetudines, assentientibus duobus filiis Hugone & Heinricho. Actum in castro Divione die Purificationis sanctae Mariae, regnante & strenue agente in seiptris Henrico Francorum rege anno xxi. Harluino autem Lingonesium presule episcopali cathedra presidente anno tertio. Porro hac villa Gilliaci facta postmodum permutatione Cisterciensibus cessit ante annos supra trecentos. An. 1058. Adraldus abbas ecclesiam sancti Martini Droensis cum suis appenditiis, necnon pratrum, quod vulgari appellatione *Pratum archiepiscopi* vocitatur, obtinuit ab Henrico rege. *Actum publice in obsidione castri quod vocatur Tancrias* (editi habent Tillerias, vel Timerias) regnante Henrico anno xxxix. regni ejus. Legendum putat Mabillonius tomo quarto Annalium pagina 581. anno xxvii. aut xxviii. Recensetur adhuc Adroldus inter abbates, qui adfuerunt inaugurationi Philippi filii Henrici I. Francorum regis anno 1059. in festo Pentecostes, & actis illius solemnitate subscripserunt. Adeo fallitur Jacobus Brolius cum Adroldi mortem significat 15. Augusti anno 1058. Illigat Aimoini continuator lib. 5. cap. 48. anno 1061. sed nec verius, si genuina est scheda Martenii nostri, in qua subscripsisse legitur Arraklus abbas an. 1067. diplomati Philippi regis donationem villae de la Chapelaude monasterio S. Dionysii factam confirmantis. Fortasse ante obitum cesserat, quod hic auctor ignoraverit. De Adraldo sic habet antiquum sancti Dionysii necrologium :

*xviii. calendis Septembris . . . .*

*Annua lux rediit, qua noster carne recessit*

*Abbas Adraldus, requiescat spiritus ejus.*

XXXV. Hubertus subrogatur Adraldo anno 1061. quemadmodum colligitur ex Aimoini continuatore, qui sic habet loco citato : *Obiit Adraldus abbas. susceperitque Hubertus post eum abbatiam. qui post quinquennium decessit, Roberto abbati quondam S. Vandregisli, abbatiam reliquit.*

Dum autem regis Hubertus, anno 1061. regni sui primo Philippus rex villam Cumbas monasterio restituit. Ejus obitus in brevibus annalibus ad cyclos Paschales refertur ad annum 1065. & ab Aimoini continuatore lib. 5. cap. 48. ad ann. sequentem, cui concinit secundum S. Germani necrologium his verbis : *xv. calendis Januarii depositio domni Huberti abbatis 1066.* Melius tamen fortassis ad annum 1062. refertur hac mors ex dicendis, aut certe dicendum prius abdicasse, quam moreretur.

XXXVI. Robertus III. prius abbas Fontanellensis, seu sancti Vandregisli, si certae sunt, ut quidem Mabillonio videntur, notae chronicae diplomatis Willelmi ducis Normanniae pro Fontaella, in quo Gilberti abbatis annis duodecim cum anno Christi 1074. componitur, jam anno 1063. ad Pratense sancti Germani monasterium translatus erat. Sane an. 1070. regnante Philippo rege an. xi. commutationem fecit Robertus cum Goffrido episcopo Parisiensi, qui Roberto altaria duo dedit, Surinsarum scilicet & Evrini villae, *d'Arville*, retento jure synodi & visitationis, & ab eo accepit medietatem domini de Guerche prope sanctum Clodoaldum, & molendinum in fluviolo de Sevre. Obiit Robertus anno 1072. & quidem die 29. Januarii ex antiquis tum sancti Dionysii, tum sancti Germani necrologiis.

XXXVII. Petrus I. cognomento de Loiseleves, ex Apulia ortus, Francie cancellarius erat jam anno 1067. & adhuc 1071. ex historia cancellariorum Francie auctore Francisco Duchesne pag. 157. Creatus abbas S. Germani Parisiensis anno 1078. legitur in historia eorumdem cancellariorum tomo sexto historice magnatum Francie pag. 247. at praefuisse huic monasterio jam anno 1073. invicte probatur ex diplomate Philippi regis tam ipsam vicariam, quam alias injustas vel quasilibet, quas in Evrini villa ministri sui accipiebant consuetudines, Petri abbatis & monachorum rogatu, eis ab hac die in perpetuum remittentis. *Actum Stampis castro publice, regnante Philippo rege anno xiv. indictione xi. Signum Philippi regis, &c.* Circa id tempus eidem Petrus Montisfortis comitem Amalricum pro castro de Beine & feodo du Chénay fidem obligasse praesente rege testatur codex clientelarum hujus monasterii. Obiit Petrus ex Aimoini continuatore lib. 5. cap. 48. anno 1082. Attamen Mabillonius ad hunc non pervenisse annum scribit, virum, inquit, tanta modestiae, ut praefaturam sibi dubie detractaverit, quam tandem praepositi majoris precibus expugnatus aegre admisit, tenuique ad decennium. Inno vero neque ad annum 1082. neque ad decennium protraxit regimen, quod fortasse jam anno 1077. dimiserat, ex dicendis. De eo necrologium antiquum sancti Germani : *viii. calendis Januarii depositio domni Petri abbatis sancti Germani Parisiensis*; quem Jacobus Brolius exilimat in abbatia sepultum fuisse.

XXXVIII. Hugo III. abbas sancti Germani omnibus tam ab Aimoini continuatore, quam a Mabillonio & a nupero historiae Sangermanensis auctore, pepigit anno 1077. cum Humberto

Prob. hist. 5. Germ. n. 32.

Hid. n. 34.

Hid. n. 35.

Hid. n. 33.

T. 4. Annal. Bened. pag. 451.

Prob. hist. 5. Germ. n. 36.

Chart. xxxix. col. 33.

Nostre Pa. p. 166. 6c.

Prob. hist. 5. Germ. n. 38.

Aimoini continuatore lib. 5. cap. 48.

Prob. hist. 5. Germ. n. 39.

Hid. sancti Germ. p. 79.

Annal. 1. 5. pag. 137.

abbate Columbenſi ſuper decima territorii, quod A Paradifus nuncupatur, ex tabulario Sangermanenſi D. d'Herouval, & ex hiſtoria eccleſiæ Pariſienſis tomo primo pag. 719. auctore Gerardo Dubois, qui chartularium Pratenſe laudat.

XXXIX. Iſembardus interſuit anno 1080. Senonenſi concilio; quod quæ maxime colligas Petrum abbatem num. xxxvii. vel reſecto Hugone ſuperiori, non præſuiſſe decem annis. Idem Iſembardus, qui & Iſembertus, incunte anno 1082. Philippum regem die Epiphaniarum Piſſiaci reſidentem adiit conqueſturus de quodam milite Hugone cognomento Stavello vel Scavello, qui in poſſeſſione S. Germani, quæ Dominus-Martinus nuncupatur, & in villis ad eam pertinentibus multa gravamina inerebat prætextu advocacionis, quam ex parte conjugis ſuæ ſibi competere contendebat. Is cum uxore vocatus ad iudicium regis, cum juſ uſurpatum probare non potuiſſet, cauſæ ſuccubuit. *Actum Piſſiaco caſtro anno Verbi Incarnati 1082. regnante Philippo rege anno xxi.*

*Datum menſe Januarii die vi. indiſione v.* Subſcripſit Iſembertus poſt duos annos litteris Richerii Senonenſis archiepiſcopi pro monachis ſancti Remigii Senonenſis. Anno 1096. Iſembardus abbas duo altaria, unum ſancti Germani ſubtus Colliacum ſub penſionis onere a Waltero Meldenſi ejus nominis ſecundo, alterum Novigenti ad Matronam, quod Artaldi cognominant, ab Hugone Sueſſionenſi epifcopo impetravit. Denum e vivis exceſſit anno 1103. xv. calendas Auguſti ex antiquo necrologio S. Germani; cujus pater Gilo laicus memoratur ibidem ſexto idus Aprilis, materque Teza quarto idus Martii.

XL. Rainaldus, quem ſeruit Iſembardi ſuperioris nepotem, anno 1104. die 2. Decembris adſuit ſynodo Pariſis habitæ pro ſolemniori abſolutione Philippi I. Francorum regis, qui ob illicitas cum Bertrada nuptias fuerat excommunicatus. *Bid. n. 42.* Romam proſectus anno regiminis quarto, monaſterii privilegia confirmari a Paſchali pontifice curavit, bulla data 1107. indiſione xv. die prima Apr. Roma reverſus Rainaldus a fratribus magna cum exultatione recipitur, ægre ſerentibus Pariſienſis eccleſiæ canonicis, quibus hæc Pratenſis cœnobii libertas inviſa erat. His gratificari cupiens Guillelmus quidam ejuſdem loci monachus, ſpe inſecatatus a canonicis adipiſcendi poſt Gualonem epifcopatum, Rainaldo ablati miræ ſimplicitatis & innocentie viro perſuaſi, ut ad ſedandam cleri Pariſienſis invidiam, cavendæ mali, quæ ex ea monaſterio poterant obvenire, dignitate cederet. Quod ubi ab eo impetravit, ut erat magnæ apud ſuos auſtoritatis, in Rainaldi locum ſuſſectus eſt anno 1108. ex Aimoini continuatore libro 5. capite 51.

XLl. Guillelmus II. paulo poſt ſuam electionem, anno ſcilicet 1109. Senonas progreſſus, a Daimberto archiepiſcopo eccleſiæ d'Auffonville ſub annua viginti ſolidorum ad primam Octobris diem penſione obtinuit. At cum anno ſequenti ad epifcopum Pariſienſem pergens, benedictionem ab eo ſuſcepſiſſet, eique profeſſionem ſeciſſet, reſcientes monachi redeunt portas monaſterii occlu-

ſerunt, & Rainaldum in priſtinam dignitatem reſtituerunt, approbante rege Ludovico Craſſo, ex Brolio. Ita continuatur Aimoini loco citato.

XLII. Rainaldus ſecundum abbas anno incerto Stephano abbati Novi monaſterii (Cifterci) & fratribus ejuſdem eccleſiæ quædam in fundo Guminacio feu Gominacio & in territorio Gilliacenſi, communi conſilio capituli contulit. Alia ſimiliter non Arnaldi, ſed Rainaldi abbatis occurrunt donatio iſdem monachis ſanctæ Mariæ Novi monaſterii facta, quæ notis etiam chronicis deſtituta eſt. Anno 1114. relevata fuere corpora ſanctorum martyrum Georgii Berthelemitæ monachi & Aurelii Cordubeniſis cum capite uxoris ejus Nathaliæ a domno Walone Pariſienſi epifcopo & Rainaldo abbate Pratenſi, qui reperitur adhuc in charta Bernerii decani eccleſiæ Pariſienſis anno nono regni Ludovici & ſecundo Gilberti Pariſienſis epifcopi. Denique circa id tempus Rainaldus abbas ſancti Germani precum iniit ſocietatem cum Rogerio abbate Fiſcannenſi, cujus congregatio Sangermanenſis major dicitur, & idcirco decernitur ut pro fratribus Fiſcannenſibus ſemel per annum triceſimale faciant Germanenſes, dando pro eis per triginta dies panem & vinum & quidquid illud eſt, ita tamen ut cum breve Fiſcannenſium de fratre deſuncto viderint Germanenſes, fratrem deſunctum abſolvant, Fiſcannenſes vero ſpondent antiſequum fe mutuum ſervaturos pactum, nempe ut quoties breve de deſuncto Germanenſi monacho viderint, quod ſemel in anno pro omnibus fratribus Fiſcannenſibus Germanenſes faciunt, ipſi toties pro ſingulis Germanenſibus exſequantur. Obiit paulo poſt Rainaldus anno 1116. ex Aimoini continuatore libro 5. capite 51. die vero 15. Decembris ex altero ſancti Germani necrologio.

XLIII. Hugo IV. ſancti Dionyſii monachus ſuceſſit, *per quem*, ait ibidem laudatus auctor, *D libertas eccleſiæ prænominata (Germanenſis) reſtituta eſt, ordo reformatus, veterata domus renovata.* Bullam ei conceſſit Callixtus II. anno pontificatus tertio Chriſti 1122. indiſione xv. qua monaſterii privilegia confirmantur. Obtinuit Hugo ab Henrico Senonenſi archiepiſcopo duo altaria, Ethmanni ſcilicet, ſeu Actmanti & ſancti Germani de Laval; ea tamen conditione, ut quotannis in feſto ſanctorum Omnium pro quolibet altari quindecim ſolidos archiepiſcopo perſolveret abbas, viginti vero, ſi ſolvere diſſerret. Data charta eſt an. 1126. indiſione iv. regnante rege Ludovico anno xvii. lege xix. Habitus eſt anno 1129. in abbacia ſancti Germani Pariſienſis conventus epifcoporum, præſentibus rege, regina & Philippo eorum primo-genito, ac pluribus regni proceribus, abbatibusque, inter quos aderant Hugo abbas ſancti Germani & Sugerius ſancti Dionyſii, quo maxime procurante Argentolium, expulſis monialibus, S. Dionyſii monaſterio reſtitutum fuit. Bullam accepit Hugo ab Innocentio II. papa datam in monaſterio Cluniacenſi an. 1130. pontificatus primo indiſione viii. quæ privilegia monaſterii confirmat. Circa id tempus Hugonem abbatem expoſtulationes & querelas Stephano Pariſienſi epifcopo detuliſſet

Cœc. Herd.  
s. 6. part. 1.  
pag. 1398.

Prob. hiſt. S.  
Germ. n. 49.

T. 5. Annal.  
Bened. pag.  
209.

Prob. hiſt. S.  
Germ. n. 47.

Bid. n. 42.

Prob. hiſt. S.  
Germ. n. 44.

Ibid. n. 44.

T. 5. Annal.  
Bened. pag.  
628.

Prob. hiſt. S.  
Germ. n. 45.

Ibid. n. 46.

Ibid. n. 47.

Hiſt. ſancti  
Dion. pag.  
164.

Prob. hiſt. S.  
Germ. n. 48.

contra Stephanum de Garlanda ipsius archidiaconum, qui per se aut famulos in terra sancti Germani Pratenfis nefanda facinora perpetraverat, discimus ex tribus litteris tomo tertio Spicilegii descriptis pag. 159. Anno 1132. veris tempore, ut habet D. Fleury tomo xiv. historię ecclesiast. pagina 454. Romam Innocentio redeunti Hugo inter alios fe comitem adiunxit; qui dum regreditur, cum multis prelatiſ intercipitur apud pontem Tremolium ab Anacleti antipapę fautoribus; qua de re unus ex illis Petrus Venerabilis abbas

Lib. 1. 778.  
27.

Chart.  
LXVIII.  
col. 55.

Pub. hist. S.  
Germ. n. 50.

Ibid. n. 89.

Ann. con-  
tin. ab. S.  
c. 52.

Clniacensis ſcripfit epiſtolam ad Innocentium papam. Suis tandem Hugo reddiſt, paulo poſt ad preces Matthei Albanenſis epiſcopi ſedis apoſtolice legati, Burcardi Meldenſis, & Stephani Parienſis epiſcoporum, necnon Sugerii abbatſ ſancti Dionyſii, Theobaldi Foſſatenſis abbati facultatem fecit ædificandi capellam in parochia S. Germani ſubtus Colliacum in villa, quę Muntericus appellatur, certis conditionibus, quas Theobaldi ſucceſſor Aſcelinus approbavit. Ceſſit Hugo in eumdem modum regi Ludovico VI. pro conſtruendo caſtro de Monte calvet, *Monchauvet*, unum fundum, cujus ceſſione pactum Ludovicus VII. rex firmavit 1167. & Philippus Auguſtus an. 1202. Alterum denuo fundum dimiſit Amalrico de Monteforti ſub annuo cenſu quiſque ſoldorum, quę duo inſtrumenta notis chroniciſ deſtituta conſignantur ab hiſtorico Sangermanenſi ante annum 1138. ſicuti etiam obſtata precibus Hugonis a Gaufrido Carnotenſi epiſcopo facultas erigendi parochiam in honorem ſanctę Magdalene extra prædictum Montem calvetum, ubi monaſterium excitare proponeret Hugo, & alteram intra ipſum locum. Pactum iniiit hoc anno 1138. cum Stephano de Garlanda & Amalrico Ebroicenſi comite, quo illi jus integrum advocatię ab incolis Ville novę ſancti Georgii & de Valenton iniquiſ exactum Sangermanenſi conventui dimiſerunt pro annuiſ ſexaginta vini modiis ad menſuram locorum. Idem quoque præſtitit anno 1140. erga Hilduinum de Marolles ab incolis S. Germani de Laval prope Monſteriolium plus vini quam percipiebant, exigentem, cui 36. annuiſ vini modiſ assignavit. Eodem anno 1140. precibus Anſelli majoris ſancti Martini Turonenſis, e villa, quę *Donna Maria in Montefis* vocatur, manumiliſt quandam mulierem *Lethois* appellatam de familia B. Germani procreatam, ut Anſello prænominato nuberet. Convenit 1145. cum Hugone de Toucy Senonenſi archiepiſcopo de iuribus, quę parochus ſancti Germani de Laval ſibi vindicare poſſet in capella ſancti Laurentii de Laval intra dictam parochiam ſita. Hęc erat Hugonis in adminiſtranda monaſterii re familiari & in ſublevandis clientibus diligentia; nec minorem adhibuit pro conſervandis privilegiis, quę non ſolum ab Innocentio III. anno 1130. ut diximus, verum etiam a Lucio II. 1144. & ab Eugenio III. 1145. renovari ſollicitiſ fuit. Vivere deſiit exeunte hoc anno 24. Martii die Dominica in Ramis Palmaram, qui nunc foret annus 1146. Annum habet M. CXL. Gerardus Dubois, ſed proſecto non tam auctor, quam typographus erravit. Hic eſt Hugo, de quo necrolo-

gium antiquum ſancti Germani: *IX. calendis Aprilis de poſtito domni Hugonis abbatſ*. Nepotem in abbata S. Germani a patruo inſtitutus, poſtea fuit canonicus ſanctę Genoveſe, primum ſecularis, dein regularis, tandemque Roſchildenſis abbas in Dania.

XLIV. Gilo ſeu Gillo ejuſdem ac deſceſſor eccleſię Sandionyſianę monachus, ex Aimoini continuatore libro 5. capite 52. cum tunc eſſet prior Sangermanenſis, Hugone deſuncto abbatiſ regimem ſuſcipere coactus eſt, quod poſt annum, minus tanto ſufficiere oneri, abdicavit, ait auctor laudatus cap. 53. Precum interim ſocietatem iniiit cum S. Faronis apud Meldas monachiſ, teſtante Brolio in chronico. Obiiſſe dicitur Gilo anno 1147. idem haud dubie ac Egidius ex monacho Sandionyſiano abbas Sangermanenſis, quem Hugo deſceſſor ſibi notum utpote ex eodem aſſumtum monaſterio, priorem, ut videtur, dixerat.

XLV. Hugo V. cognomine de *Creſpy*, hiſtorico Sangermanenſi ſui nepos Hugonis III. qui nobis IV. (quem enim appellamus III. num. xxxviii. hunc auctor, ut diximus, ignoravit.) Ejuſdem quoque Hugonis nepotem dicit Gerardus Dubois: Sammarthani vero nepotem S. Hugonis abbatſ Clniacenſis. Sane Clniaci primum monachus, tum prior cœnobii S. Arnulſi Criſpienſis ejuſdem ordinis, a quo poſtea *Criſpienſis* vocatus eſt, Gilonem tunc cedenti ſuſſicitur abbas, qui vix adeptus erat poſſeſſionem, cum a Goſlino epiſcopo Carnotenſi, datam a deſceſſore Gaufrido facultatem Hugoni IV. ædificandi eccleſiam & excitandi monaſterium apud Montem calvetum aut calvulum, *Monchauvet*, ratam haberi ſollicitiſ fuit; quod & Eugenius III. ſummus pontifex roboravit bulla data Laterani xvi. calendis Maii. Rexit Hugo ſex annis, quibus exactiſ fato ſunctus eſt anno 1152. & quidem 19. Aprilis ex antiquo ſancti Germani necrologio hiſ verbis: *xiiii. calendis Maii obiit Hugo abbas ſancti Germani Parienſis, monachus ſancti Arnulſi Criſpienſis caſtri*. Alterum vero ſancti Germani necrologium ſic habet: *Pridie calendis Novemb. de poſtito domni Hugonis de Creſpi abbatſ*: Cuius quidem ceſſione Sammarthani & Gerardus Dubois, non morte, ſedem vacaſſe ſcribunt, quin & per annum integrum, ex Brolio. Sic etiam Aimoini continuator lib. 5. cap. 54. *Anno Incarnationis Dominicę M. clxiii. dimiſit abbatiam Hugo Criſpienſis, quę uno anno ſine paſtore fuit, quo completo Gaufridus abbas ſubſtitutus eſt, qui poſt duos ſere annos curam paſtoralem reliquit agri tudine cogente, cui ſucceſſit Theobaldus*. At hęc omnia deſſe ſcriptum eſt in margine.

Hist. ecclſ.  
Paris. t. 2.  
pag. 138.

Aim. con-  
tin. ab. S.  
c. 53.

Hist. ſancti  
Germ. p. 89.

Hist. ecclſiæ  
Paris. t. 2.  
pag. 152.

XLVI. Gaufridus I. qui & Joſfredus, vacuę jam a pluribus menſibus, ſin anno integro, ſedi abbatiali impoſitus, obtinuit ab Anaſtaſio IV. pontifice privilegiorum confirmationem anno 1153. Litem habuit paulo poſt cum Stephano de Macy, quę duello terminata ceſſit in gratiam Gaufridi & monachorum. Poſtquam biennio regimem tenuit, cum articulari morbo vexatus officio ſatiſfacere haud poſſet, petentibus monachiſ, ut loco cederet, re diſcuſſa per delegatos iudices epiſcopum

Pub. hist. S.  
Germ. n. 51.

Ibid. n. 52.



Noviomensem & abbates Vezeliacensem & Raniacensem, forte Rigniacensem, abdicare munus compulsus est. Obitus ejus in secundo necrologio notatur die 16. Februarii.

XLVII. Theobaldus Vezeliacensis monachus iilem præsentibus delegatis iudicibus cum archiepiscopo Remensi, electus est a conventu Sangermanensi, cujus rogatu ab Adriano IV. confirmatus fuit, ex libro benefactorum sancti Germani fol. 30. Hic non minus privilegiorum cœnobii conservandorum, quam antecessores studiosus, ea renovari curavit ab eodem pontifice anno 1158. Circa id tempus a Ludovico VII. rege quatuor præbendis monasterio sancti Maglorii constitutis, iustus est conventus sancti Germani dare annuatim pro prima duos vini mōdos & octo frumenti sextarios. Obtinuit Theobaldus anno 1160. ab Hugone Rotomagensi archiepiscopo ecclesiam sancti Leodegarii de Artea, cum decimis, beneficiis, possessionibus, aliisque omnibus ad illam pertinentibus, necnon præsentationem ad ecclesiam sancti Martini de Villers; itemque ecclesiam quæ noviter constructa est apud Lougoessa, quatenus in ea conventus haberet id juris & beneficii, quod prius habebat in ecclesia ipsius villæ antiquiori, salvo jure pontificali & parochiali, &c. Cum Odone sancti Dionysii abbate quosdam servos vel ancillas commutavit. Statuit, ut quotannis feria tertia post octavam Pentecostes anniversarium solemne pro defunctis omnibus, qui sepulturam haberent in cœmeterio, celebraretur, ex antiquo necrologio. Ea tempestate cum Machario Floriacensi abbate Guillelmum Vezeliacensem solemni pompa Vezeliacum ingredientem comitatus est; nec multo post missus a rege Ludovico VII. legatus una cum Cadurco Franciæ cancellario ad Alexandrum papam III. qui Montem Pefulanum accesserat circa festum Ascensionis anno 1162. Cum vero inde rediens, apud Claromontium in morbum incidisset, Vezeliacum delatus, ibidem decessit die 23. Julii ejusdem anni seu postridie festivitatis sanctæ Mariæ Magdalenz, ex Aimoini continuatore lib. 5. cap. 54. aut die 24. seu 1x. calendis Augusti ex altero sancti Germani necrologio, & historia Vezeliac. tomo 3. Spicil. pagina 578. sepultusque est in eodem loco infra jannam basilicæ beatæ Mariæ Magdalenz, cum paulo ante Hugoni, qui sequitur, abbatiam resignasset.

XLVIII. Hugo VI. de Moncellis aceta & ipse Vezeliacensis, ex laudato Aimoini continuatore, & ex chronicis hujusce monasterii auctore equali & ejusdem loci monacho, ab eodem vocatur simpliciter *abbas Parisiensis* quasi præ ceteris abbatibus Germanensis emeret. Et certe usus invaluit, ut hoc monasterium dicitur *abbatia* nullo alio nomine addito. Memoratur abbas an. 1162. in probationibus historiæ gentis de Chastillon pag. 26. In chronico laudato Vezeliacensis monasterii ecclesiam sancti Germani ab Alexandro papa III. anno 1163. die 21. Aprilis, præclatis Paschalibus solemnius dedicari fecisse Hugo legitur, qui & ejusdem dedicationis historiam scripsit: *Ego, inquit, Hugo abbas sancti Germani de Pratis III.*

Prob. hist. S.  
Com. num.  
33. & 34.

Hid. n. 90.

Spicil. t. 3.  
pag. 569.

Tom. IV.  
Duchefni  
pag. 416.  
& 424.

Florent. t. 1.  
hist. ecclesiaz  
pag. 131.

Spicil. t. 3.  
pag. 582.

Hidem.

Chart.  
LXXXVI.  
fol. 71.

A (lege VI.) testificor hanc consecrationem meo instinctu sic præclatis fuisse, & ideo ad certitudinem præsentium & futurorum eandem scripto commendavi, & sigillo meo corroboravi. Hæc autem sola nunc annuo festo dedicatio recolitur. Paulo post, eodem scilicet anno XIV. calendis Junii seu 19. Maii synodus apud Turones celebravit idem Alexander, in qua, ait chronographus Vezeliacensis, tractata causa *Parisienfium clericorum*, seu scholarium academici Parisiensis & monachorum cœnobii sancti Germani, quæ plenius ventilata, injussis clericorum vocibus æternum silentium inposuit. Adhuc Hugo huic synodo cum Mauricio episcopo Parisiensis, qui, quod adesse supra memoratæ Sangermanensis ecclesiæ dedicationi prohibitus esset, impatiens injuriæ, monasterii libertatem in ea synodo impugnavit, sed incassum, utpote quam ab Hugone feliciter propagatam confirmavit pontifex bulla data Hugoni, qui jam a synodo recesserat, cal. Junii. Editam habes in Antiquitatibus Parisiensibus Claudii Malingre pag. 194. & tomo secundo historiæ Universitatis Parisiensis pag. 312. Exstat & alia ejusdem Alexandri bulla in probationibus historiæ S. Germani n. LVI. qua utendi dalmatica & tunica in missarum solemnibus, & danti benedictionem solemnem propter populam more pontificum & consensu minoris ordinis monachis & clericis suis in monasterio & ecclesiis eidem monasterio pleno jure subiectis duntaxat, Hugoni & successores facultas impertitur, dummodo his secundum morem prædictendorum abbatum manus impositio facta noscatur, & consuetudine existere sacerdotes. *Datum anno pontificatus quarto.* Suscepit Hugo & sacro latice filium Ludovici VII. regis, dictum postea Philippum Augustum, die Dominica 22. Augusti anno 1165. cum Herveo sancti Victoris abbate & Odone quondam sanctæ Genovefæ. Idem a rege circa id tempus delegatus una cum tribus cardinalibus & abbate Vezeliacensi præfuit electioni abbatis sanctæ Columbæ Senonensis, qui fuit Salo ejusdem loci alumnus; sed cum jam olim electus, regi acceptus non fuisset, Hugo noluit illum prius confirmare, quam sciret voluntatem regis. Qua de re illius ad regem epistolam habes tom. IV. Scriptorum historiæ Franc. Duchefnii pag. 737. Eodem tempore vexati plus nimio Vezeliacenses monachi a Guillelmo Nivernensi comite Parisios numero sexaginta accesserunt, ubi ab Hugone Germanensi abbate omni cum humanitate excepti sunt. Reperitur Hugo abbas 1166. & 1168. in tabulario Sangermanensi D. d'Herouval, quo anno causam obtinentem in placito regis adversus Simonem d'Anet, qui plurima inique in villa Domni-Martini & aliis exigebat, confirmavit Alexander papa III. Nullum quoque sibi jus competere in præclata villa Guillelmi Louvet d'Ivry sub hoc tempus Hugoni abbati recognovit. Eodem anno 1168. vir nobilis Johannes de Macy quibusdam juribus & consuetudinibus in Antoniæ nemoribus inter se & abbate Hugonem controversis cessit præfente rege, qui hanc cessionem scripto diplomate a suis quatuor primariis ministris subfignato confirmavit. Post duos circiter annos, cum Helias S. Johannis Novi monasterii apud Pictavos & Garinus sancti

Spicil. t.  
3. p. 583.

Hidem pag.  
627.

Prob. hif. S.  
Germ. n. 77.

Severini de caſtro Nantonis abbates cauſam, quæ noſtrum inter Hugonem & abbatem ſancti Savini vertebarat ſuper capella ſancti Johannis de novo conſtructa in loco, qui dicitur Caſtrum novum apud Caſtrum Airaldi, de mandato Alexandri papa III. ſine debito terminandam ſuſcepſerunt, dictamque capellam Hugoni abbati & monaſterio ſancti Germani adjudicaverunt, hanc ipſorum ſententiam laudavit Alexander litteris Anagninæ datis tertio calendis Septembris. Qua etiam de re Hugo Caſtri Airaldi, *Chatebrand*, litteras dedit. Occurrit Hugo abbas in hiſtoria edita ſancti Dionyſii pag. 200. Rotroldus archiepiſcopus Rotomagenſis vocat Hugonem dilectiſſimum in Chriſto fratrem & amicum in litteris anni 1175. quibus jam ab Hugone deceſſorum altero conceſſas veterem &

Hid. n. 58.

Hid. n. 59.

Hid. n. 60.

Hid. n. 61.

Hid. n. 62.

Hid. n. 63.

Hid. n. 64.  
67. 68. 69.

Hid. n. 64.  
67. 68. 69.

novas eccleſias de Longueſſe cum appendicibus confirmat, adjecta S. Martini de Villers eccleſia, *intuitu*, ait, *devotionis, quam erga nos & eccleſiam noſtram habere diſpoſeris*. Privilegia cœnobii confirmantur ab Alexandro III. bulla data XIII. cal. Auguſti indiſtione IX. anno 1176. pontificatus XVII. cum hac clauſula, excommunicari non poſſe abbatem, aut monachos, vel eccleſias ſuburbii S. Germani ab ullo prælato vel etiam legato a latere, abſque expreſſo ſedis apoſtolicæ mandato. Eodem anno litteris apud Fontem Bellaqueum datis quendam bonorum permutationem factam Hugonem abbatem inter & Milonem de Vernon ratam habuit Ludovicus VII. rex; qui & aliis ejuſdem anni apud Pariſis ſignificat ſe ab Hugone abbate de aſſenſu capituli confortem factum medietatis omnium illorum, quæ de preventibus nundinarum ſuarum incipientium decimo quinto die poſt Paſcha, ad octidones dies continuos, ſive, ut alibi legimus, ad tres hebdomadas, percipiebant; ita tamen ut a manu ſua vel heredum portio ſua nequam poſſit alienari. Anno ſequenti toties laudatus Alexander papa III. quacunq; monaſterii poſſeſſiones, ſeu etiam omnes eccleſias, quas expreſſe recenſet, Hugoni abbati confirmavit, bulla data Anagninæ XVII. calendis Decembris indiſtione X. pontificatus an. XVIII. Alteram Hugo impetravit ab eodem pontifice adverſus Senonenſem archiepiſcopum, qui dum viſitare eccleſias & procurationem recipere, nimio cum hominum, tum equorum comitatu illas onerabat; quapropter indulget pontifex, ut ad procurationem pro pluribus, quam pro quadraginta equitaturis ad plus, & pro quadraginta quatuor hominibus nequeat abbas compelli. *Datum Venetiis in Rivo alto X. calendis Junii*. Exſtant et alie quatuor ejuſdem pontificis ea de re litteræ, in quibus tres ad ipſummet archiepiſcopum Senonenſem actores. Significat idem abbas anno 1178. ſibi & ſuo monaſterio a Petro milite de Sameſio, qui cognominatur *Baucens*, jus fugationis, ſeu venationis &c. in nemoribus Sameſioli fuiſſe diſmiſſum præſente Ludovico rege, qui & ipſe hanc ceſſionem laudavit Pariſis anno 1179. Interfuit hoc anno Lateranenſi concilio tertio, in quo pontificaliſimus uſus ab Alexandro III. conceſſus Guillelmo S. Dionyſii & Hugoni S. Germani abbatibus aſſertus eſt. Anno eodem motam inter Guillelmum ſancti Dionyſii abbatem

& Guidonem de Caproſia controverſiam de quibusdam in Bria ſitis poſſeſſionibus compoſuit Hugo; qui paulo poſt requiſitus a Philippo rege de ſubſidio illi præbendo, ab eodem obtinuit, ut omnes tam hoſpites, quam homines eccleſiæ ſuæ ſibi ad ſummam pecunia; quam regi promiſerat, ſolvendam auxilium ferrent. Adhuc anno 1181. regni ſecundo, quo & a Lucio III. pontifice privilegium conceſſus eſt anno pontificatus primo. Teſtis & hoc anno memoratur Hugo in litteris Helie abbatis ſancti Maglorii Pariſienſis abbati & fratris Majoris monaſterii prioratum Lehenſem prope Dinannum in Armorica cedentis, & ab iſdem compenſationis loco tres obedientias de Verſaliis, de Calvo monte & de Califerno accipientis. Denique Hugo Caroli Magni beneficiorum memor, de ipſius quotannis anniverſario celebrando die 25. Februarii decretum ſuo anathematis poena renovavit. Alterum ſancti Germani necrologium de eo ſic habet: *VI. calendis Aprilis depoſito D. Hugonis de Verſilaco abbatis*. Annum obitus lego in hiſtoria edita ſancti Germani 1182. qui ſecundum veterem inchoandi annum rationem numerandus eſt 1181. deſignens. Et certe

XLIX. Fulco ex priore reperit abbas jam anno 1181. in tabulario ſanctæ Geneveſæ. Circa id tempus litteras obtinuit a Lucio III. pontifice adverſus epicoſ, qui præbyteros ſibi præſentatos mittere in poſſeſſionem beneficiorum ultra ſex meſes diſſerent. Tranſiit 1185. cum Simone epicoſo Meldenſi ſuper eccleſiis S. Germani ſubus Colliacum & de Moneriaco. Anno ſequeſſione vacantem ad capellam de Mauny permiſſu Guidonis archiepiſcopi Senonenſis recens in parochia de Balneolis exſtruſſam Fulco deſtinavit quemdam Odonem, quem mox idem archiepiſcopus inſtituit ſub onere ſolveſendi quotannis Anſello de Coringni (forſan anteceſſori) ſexaginta ſolidos monetæ Pruvinenſis. A ſummo pontifice Lucio III. una cum aliis quinque abbatibus delegatus fuit aſſeſſor Petri Cellenſis epicoſi Carnotenſis in cauſa domeſtica Grandimontienſis; qua de re Stephanus abbas ſanctæ Geneveſæ delegatorum alter Prioris nomine ſcripſit epistolam 144. ad ſummum pontificem. Scripſit idem Stephanus ad Fulconem noſtrum epistolam 186. & 187. ex quibus palam ſit, quanta inter illos neceſſitudo intercederet. Hinc etiam Stephanus Fulconis rogatu ſcripſit ad Guillelmum Remenſem archiepiſcopum & regni adminiſtrum abſente rege epistolam 168. pro cœnobii iuribus; iterumque ad iudices delegatos a ſede apoſtolica pro iudicio cauſæ diſtinæ Guidonem inter archiepiſcopum Senonenſem & abbatem ſancti Germani de procurationibus, quas archiepiſcopus pro iure viſitationis in eccleſiis ſuæ diœceſis ad cœnobium ſpectantibus exigebat. Tandem vero hæc fuiſſa eſt controverſia, mutua inter eorſdem inita compoſitione coram rege apud Fontem Bellaqueum an. 1191. Teſtes ſuere Stephanus prænomiſſus abbas ſanctæ Geneveſæ, Milo abbas S. Remigii Senonenſis, & Solo decanus eccleſiæ Senonenſis, qui nihilominus cum toto capitulo ſpecialibus litteris ejuſdem anni concordiam illam approbavit. Ad hunc quoque Fulconem ſpectare

Chart. 2e.  
col. 74.

Prob. hif. S.  
Germ. n. 71.

Epif. 170.

Prob. hif. S.  
Germ. n. 71.

Hid. n. 74.

speclare ejuſdem Stephani jani epiſcopi Tornacensis epiſtolam 185. cenſet Molinetus in nota ad hanc epiſtolam pag. 286. quam ad Robertum ſucceſſorem hiſtoricus Sangermannenſis reſert. Agitur in illa de graviore abbatis ſancti Germani cum Univerſitate ſtudii Pariſienſis controverſia, ob eadem ſcilicet unius ſcholaris in prato abbatiae vicino *ab hominibus ſancti Germani* perpetrata; quam cum Univerſitas in abbatem reſunderet, hic cum auდიſſet Univerſitatem jam miſiſſe Roman legatos, ad ſolium perſugium recurrit Stephanum, ut in ipſius gratiam ſcriberet ad Octavianum cardinalem & epiſcopum Oſtienſem. Ceſſit haec ad votum epiſtola: neque enim amplius de hac caede vel contra abbatem, vel contra monachos ulla fuſt quaſtio. Ceterum ut inclinam ad Molineti ſententiam ſere cogunt haec verba epiſtola: *Preces vobis porrigo pro abbate ſancti Germani viro humili & utili eccleſiae ſuae, cujus opera inter fratres ſuos & praefentibus proficiunt ad uſum, & poſteris ad exemplum.* Vix enim Roberti regimen tam recens ex hiſtorico Germanenſi, tantis laudibus dare occaſionem poterat. Adde quod Fulconem & Stephanum amicitia jam dudum conjunctiſſimos fuiſſe ex aliis epiſtolis conſtet, & aliunde has laudes meruiſſe Fulconem, qui quidem rei ſpiritualis haud minus quam temporalis, ut certe convenit, ſtudioſus, ſocietates precum inſtituit cum Hugone ſancti Dionyſii, Dalmatio Caſe Dei, Garino ſancti Victoris Pariſienſis, Roberto Gemeticenſi, Garnerio Floriacenſi, Guillelmo B. Mariae de Abundantia diocceſis Gebennenſis, & Exoldunenſis abbatibus. Mortuus eſt die 2. Maii anno 1192. ex altero ſancti Germani necrologio.

L. Robertus IV. erat & ipſe major prior, quando Fulconi in abbati ſede ſubrogatus eſt. Nonnulla permutaſſe legitur cum Mauricio epiſcopo Pariſienſi, qui vita ſanctus eſt 1196. Hoc autem anno una cum Theobaldo Ambianenſi & Stephano Tornaceniſi praefulis, necnon Hugone S. Dionyſii abbate, ex compromiſſo de conſenſu partium cognitor caufe quae vertebatur Pariſienſem epiſcopum inter & capitulum ex una parte, & eccleſiam de Cala ex altera, ſuper exemptione ab epiſcopi & eccleſiae Pariſienſis jurisdiccione, pronunciat abbatiam de Cala nullam aliam habere libertatem, niſi quam aliae abbatiae habent, quibuſcum, nempe Latinienſi, Foſſatenſi, ſancti Maglorii, S. Victoris, de Monte Martyrum & de Hedera, Calenſis & ipſa promiſſe in privilegiis Romanorum pontificum eccleſiae Pariſienſis conceſſis continetur. Factae vero ab abbatibus ad dominum regem appellations, ſalva gratia domini regis, cenſent non habendam rationem, maxime cum ſide interpoſita ab utraque parte compromiſſum firmatum ſit, neque ab arbitratorum judicio ſas ſit appellare. *Actum Pariſius anno Incarnati Verbi 1196.* Eodem anno bulla Coeleſtini pape III. immunitas declaratur Robertus abbas a ſolvendis penſionibus quibuſdam clericis, qui beneficia ad abbatem nominationem ſpectantia, antequam vacarent, obtinuerant; cumque idem Robertus pontificem monuiſſet ingentia monaſterio illata fuiſſe damna ex abbatum antecellorum nimia facilitate, in dandis ad feodum pluribus praediis,

Tonus VII.

A quo illos quibus dabant devincirent, quippe ſepius continebat hiſce poſſeſſoribus obventibus, illa poſtulari praedia a viris potentibus, quibus ſas non erat denegare, pro aliis, qui de acceptis gratiam non reſerebant, pontifex Roberto & ſucceſſoribus inperavit, ne bona mobilia aut immobilia hominum de corpore abbatiae decedentium, aliis quam hominibus de corpore darentur. Sammarthani ſcribunt (haud dubie typographi errore) Robertum nominari Fulconis deſceſſorem in epiſtola Innocentii pape III. anno primo pontificatus, Chriſti 1198. Haec eſt proſecto vel epiſtola 172. editionis Baluziana ad Guillelmum archiepiſcopum Remenſem, qua monaſterium illi commendat, praecipiendo, ut etiam eccleſiarum prelatos, qui ejus privilegia convellere tentarent, per cenſuras compeſcat; vel potius epiſtola ſequens in eadem collectione ipſimet Roberto inſcripta, quae Coeleſtini deſceſſoris adintra eadem privilegia ampliori modo confirmat. Fecit compoſitionem Robertus abbas anno 1201. cum Adela Francorum regina de quibuſdam hominibus, qui ſe ſubtraxerant a poteſtate villa, quae dicitur Ecmantum in dioceſi Senonenſi, & erat juris abbatiae, ſequae tranſulerant ad Flagiacum in poteſtatem Adele reginae. Eidem Philippus rex anno 1202. regni XXIV. juramachorum & conſuetudines apud Montem Calvetum laudavit. Odono Pariſienſi epiſcopo de mandato Innocentii pape III. Sueſſionenſis S. Medardi coenobium menſe Maio anni 1203. viſitanti adſtitit. Denique R. abbas ſancti Germani literis authenticis ſigillis duobus obſignatis, quae ad manum ſunt, ſignificat eodem anno ſopitam fuiſſe quendam controverſiam inter priorem S. Mariae de Bolſo dependentem a ſancto Germano & leproſos ſancti Lazari apud Meldas. Ejus obitus dies notatur 14. Martii in altero ſancti Germani necrologio, &ae proinde pervenit ad annum ſaltem 1204. ineuntem pro nova inchoandi annum ratione.

LI. Johannes I. de Vernon antea theſaurarius, primum occurrit abbas 1207. quo anno quamdam plateam Choſiacci pagi ad Sequanas ripam adificandae capellae cauſa, ſalvo jure parochiali Theodaſianae eccleſiae, de *Thiais*, conceſſit, Odono Pariſienſi epiſcopo menſe Aug. ejuſdem anni confirmante. Anno 1209. dedit ei Philippus rex in perpetuum pſeadothyrum \* murorum ſuorum Pariſienſium, quod eſt in via S. Germani de Pratis, ſeu portam ſancti Germani, dictam ſubinde de *Bucy*, quam teneret a rege & ipſius hereditibus, ita tamen, ut quando absoluta foret, eam totam deberet abbas cooperire in *mereno* & tegula, & reparare quoties opus eſſet. Eodem anno extruxit Johannes eccleſiam, quam *Marchiam* vocant, haud procul a valle Creſſonis, eamque dotavit. Contigit anno ſeq. occaſione abſoluti munitum civitatis ambitus gravis contentio Petrum inter epiſcopum Pariſienſem & Hugonem decanum totumque Pariſienſe capitulum, ac Wilhelmlum ſancti Severini archiprebyterum ex una parte, & Johannem abbatem conventumque ſancti Germani de Pratis & Radulphum prebyterum ſancti Sulpicii ex altera, ſuper jure epiſcopali & jure parochiali ſpirituali in territorio

F f

sancti Germani de Pratis ultra parvum pontem, sive sit edificatum, sive edificandum usque ad burgum sancti Germani; de qua tandem pro bono pacis compromiserit partes sub pena ducentarum marcharum, ratum habituræ, & firmè servaturæ quidquid electi iudices Gauridus episcopus Meldensis, Michael decanus sancti Marcelli & frater Garinus eques Jerolymitanus sigillorum francie custos stauerent. Hi vero sententiam dixerunt mense Januario anni 1210. qui nunc foret 1211. ratamque habuerunt hoc anno episcopus, decanus & capitulum Parisiensis ecclesie, necnon Philippus Augustus, & anno 1270. sanctus Ludovicus; summique pontifices Honorius III. 1271. & Honorius IV. 1285. Scripsisse prius ea de Johanne ad Innocentium III. dicitur, ab eoque spiritualis jurisdictionis in toto territorio de Laas, de quo agebatur, tamen comprehenso in novo Parisiorum ambitu, obtinuisse confirmationem mense Febuario anni 1211. sed cum jam lata esset dicta sententia, nulla ratio habita fuit hujusce confirmationis. Circa id tempus construxit Johannes ecclesiam sancti Andreæ de Laas, postea dictam de Articiis, *saint André des Arx*, in loco, ubi prius erat capella S. Andeoli martyris, cujus sit mentio in præcepto Childeberti pro fundatione abbatiæ. Ecclesiam quoque S. Cosmæ edificavit, ambarque intra biennium absolute sunt. Hic est J. abbas sancti Germani Parisiensis, cui sedes apostolica motam inter Rollandum abbatem Arremansensem & Johannem presbyterum de Chaorsâ controversam definiendum commisit anno 1210. mense Junio, ex tabulario Arremansensi. Memoratur idem Johannes anno 1217. in chartario Parisiensi, 1212. in tabulis sanctæ Genovefæ, 1213. in archivo Hederensis parthenonis, 1209. 1213. & 1214. in tabulario S. Dionysii. Anno sequenti precum inivit societatem cum Sequino abbate sancti Petri Melodunensis. Denatus est die 4. Novemb. 1216. ex altero sancti Germani necrologio, postquam anno superiori Ludovicus Philippi Augusti Francorum regis filius os maxillæ beati Vincentii obtentum a Guillelmo Castrensi abbate cenobio Sangermanensi dederat.

III. Hugo VII. de Flaicuria jam anno 1216. mense Decembri compositionem inivit cum Blancha comitissa Campaniæ super *mortua manu, forismaritagio & escheta* in hominibus & seminis manentibus in castellaniam Pruvini & Braii, & in villa Monsterioli, apud Montiniacum, Villam novam, &c. ex tabulario Campaniæ. Transegit quoque anno 1217. mense Octobri cum Willelmo episcopo Meldensi; quo & anno mense Augusto memoratur in tabulario Portus regis. Anno sequenti donatum sibi ab Evarardo de Villepreux frumenti modium accipiendum in molendino ejusdem loci destinavit sustentando presbytero capellam S. Michaelis de Chevaudus sitam in nemore de Cuice administranti. Commutationem fecit anno 1220. mense Julio cum Henrico abbate sancti Dionysii. Iisdem anno & mense clientelæ professionem excepit a Guillelmo de Rupe domino de Zunzac, seu de Jonzac, pro feodo de Zunzac, ex apographo, in quo intra parenthesis cognominatur abbas

Hugo de Flaicort. Obiit hoc anno die prima Dec. ex altero sancti Germani necrologio.

III. Galterus primum fuit abbas S. Benigni Divionensis, dein beate Mariæ Vezeliacensis, de quo sub hisce titulis vile tonium quartum col. 472. & 684. Demum abbas Sangermanensis an. 1221. mense Octobri significat Hugonem Carpentarium & Sibillam uxorem ejus de assensu totius capituli concessisse & constituisse *triginta solidos perpetui & annui redditus ad manum thesaurarii hujus ecclesie singulis annis in festo sancti Dionysii devenientes ad usum lampadis infra majorem ecclesiam coram altari B. virginis Mariae, sine intermissione nocte & die ardentis*. Jam vero a pluribus leculis hæc lampas ardet continuo ante altare majoris capelle beate Mariæ. Anno sequenti xi. calendis Febr. Guido Carcassonenis episcopus invitatus a Galtero abbate, beatissimi Leufredi confessoris atque abbatis corpus in ecclesia beati Germani de Pratis Parisiensis e veteri capsâ transfudit in novam, præsentè abbate Crucis sancti Leufredi in Normannia, cui de voluntate ipsius Galteri abbatis & conventus ecclesie sancti Germani datum est os unum de reliquiis ipsius sancti, cum duabus uncis digitorum. Data sunt etiam ecclesie parochiali de Surinis, quæ hunc sanctum patronum colit, costa una, & os unum episcopo Carcassonenis. Obiit Galterus die 5. Februario anni 1224. ex altero S. Germani necrologio. Divionensè vero necrologium meminit ejus 19. nonas Februarii, hoc est die 2.

IV. Odo thesaurarius simul & præpositus sancti Germani subts Monsteriolum, *Montreau*, memoratur abbas S. Germani in tabulario sanctæ Genovefæ, anno 1223. haud dubie ante Palcha, qui nunc foret 1224. iterumque ac tertio 1230. & 1233. Interea querelam habuit anno 1224. cum Garino de Montaigno summo equitum sancti Johannis Jerolymitani præceptore de duabus domibus & platea sitis apud Meduntam, quam a sede apostolica delegati iudices Guillelmus Chapelein decanus ecclesie Carnotensis & Johannes de Pierrefort ejusdem ecclesie canonicus terminarunt. Memoratur eodem anno mense Nov. in charta recognitionis *tallie* ad libitum super homines de Laval. Occurrit mense Decembri ejusdem anni in tabulis Longipontis prioratus ordinis Cluniacensis in diocesi Parisiensi. Anno sequenti capellam Choisiaci in parochiam a Theodasia independenter ecclesiam sublimari a Bartholomæo episcopo Parisiensi 1225. mense Maio certis conditionibus consentit. In instrumento Barbelli approbasse legitur 1226. factam a Mathilde de Garlanda donationem. Eodem anno mense Septemb. in charta Pontis dominarum parthenonis ordinis Cisterciensis in diocesi Meldensi, Hugoni de Castellione in *excambium* dedisse perhibetur 28. denarios census ad hujus parthenonis augmentum. Novum loco veteris ruinosis claustrum edificavit Odo anno 1227. Exortam hunc inter abbatem & Fossatensem controversam super hospitibus suis de Choisiaco electi ab ipsis iudices, seu arbitri 1227. mense Januario H. abbas sanctæ Genovefæ & B. sancti Martini de Campis, ac G. sancti Eligii

Prob. hist. S. Germ. n. 76.

Prob. hist. S. Germ. n. 79.

Hid. n. 81.

Hid. n. 77.

Hid. n. 78.

Hid. n. 82.

Prob. Hist. S.  
Germ. n. 87.

Parisiensis priores lato iudicio definierunt mense Maio anni 1228. Mense Februarii anni sequentis 1229. de moto inter Guillelmum episcopum Parisiensem, & abbatem atque conventum sancti Germani de Pratis Parisiensis dissidio *super finibus & limitatione aque* illorum, qui prope villam, quae *Separa dicitur, sese contingunt & continuant*, ambæ partes compromiserunt in magistrum Odonem clericum episcopi, & fratrem Guillelmum monachum & thesaurarium sancti Germani de Pratis. *Quendam locum cum domibus ibidem constructis, situm in parochia sanctorum Cosmae & Damiani infra muros domini regis, prope portam de Gibardo, cuius fundus & proprietates ad abbatiam sancti Germani pertinebant, divina pietatis intuitu abbas & conventus sancti Germani Fratris Minoritis commolaverunt, ut inibi tanquam hospites commorarentur, ita ut nec sibi habere possent campanas, nec cœmeterium, nec altare sacratum, nisi portatile, nec capellam sacratam, sed salvo in omnibus iure parochiali ecclesie sanctorum Cosmae & Damiani, cuius patronatus ad monasterium sancti Germani de Pratis pertinet, &c.* Hæc discimus ex litteris Guillelmi Parisiensis episcopi hanc ipsam institutionem anno 1230. mense Maio confirmantis. Recognovit Odo circa id tempus debere se capitulo Parisiensi quadraginta solidos annui census pro domo quadam in vico novo, sed mox certa pecunie numerata summa, ab hac se in perpetuum obligatione liberavit. Exstat in edita Sangermanensis abbatia: historia pag. 120. hæc brevis Odonis abbatis charta: *Omniibus presentes litteras inspecturis, Odo divini permisionis sancti Germani de Pratis Parisiensis humilis abbas, & totus eiusdem loci conventus, æternam in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus, quod nos concessimus viris venerabilibus decano & capitulo Parisiensi, & ecclesie eorum, quod ipsi teneant & in perpetuum pacifice possideant absque aliqua coactione distraxerunt quinquaginta solidos Parisienses augmentati census sibi & eorum ecclesie in perpetuum collatos elemosynam in domo Beatrix civis Parisiensis, quæ domus sita est Parisius prope parvum pontem in censura thesauraria monasterii nostri, in fronte illius vici, qui dicitur vicus novus, salva nobis iustitia nostra, & salvo nobis omni alio iure nostro, quod de censura illa potest & debet provenire. Quod ut ratum permaneat, presentes litteras nostro munimine roboratas eissem duximus in testimonium concedendas. Datum anno Domini M. cc. tricesimo mense Maio.* Sancivit eodem anno societatem precum cum Benedicto Crassensi abbate, & cum Florentia Calensi abbatisa, ipsorumque conventibus. Habentur tomo tertio historice Universalitatis Parisiensis auctore D. du Boulay pagina 144. litteræ Gregorii IX. summi pontificis ad Odonem abbatem sancti Germani in gratiam Universalitatis. Reperitur Odo abbas anno seq. 1231. mense Aprilis in chartario Meldensi, 1232. mense Octobri in tabulario Livriaci, & 1234. eodem mense in regesto xxxi. regii thesauri. Assensit paulo post episcopalianis de Crona succursalem ecclesie sancti Georgii de Villa nova in parochialem erigi a Guillelmo Parisiensi episcopo. Postremum diem obiit Odo 1235. die 13. Maii ex altero sancti Germani necrologio; sepultusque est prope

Tonus VII.

capitulum in claustrum, quod ipsum ædificasse diximus.

LV. Simon electus a fratribus, benedictionis munus de mandato summi pontificis accepit ab Adamo Silvanicensi presbitero in ejuſdem ecclesie cathedrali die sancti Laurentii 10. Augusti anno 1235. Pependit anno sequenti cum episcopo Parisiensi super bonis cuiusdam presbyteri ab intestato, ut loquantur, demortui. Decoris ecclesie inprimis sollicitus crucem auream, inferioreſque principis aræ tabulam ex opibus Odonis decessoris argenteam conſlavit, quam postea Guillelmus l'Evêque abbas præstantius elaboravit, ut infra dicemus. Simon occurrit annis 1236. mense Aug. & 1243. mense Maio in tabulis Barbelli. Minoritis Fratris bus septa permisit ampliare, habere campanas, cœmeterium & altaria sacra fixa 1240. quæ decem ante annos veta ipsi erant primaria institutionis eorum charta. Refectorium elegantia & amplitudine, quo prope nullum id temporis magnificentius, extrui curavit. Creptum est opus anno 1239. & absolutum 1244. È vita sublatus est hoc anno pridie calendæ Junii, ex altero sancti Germani necrologio, sepultusque est in extremo graduam, quibus a claustrum in ecclesiam itur; sed inde sub initium seculi xvi. quando Guillelmus Briçonnet episcopus Meldensis & abbas commendatarius sancti Germani claustrum pavimentum altius extulit, translatus est cum tumba in alam claustrum, quæ est a parte capituli. Hoc ipsi appositum fuit epitaphium: *Hic jacet bonæ memoriæ Simon abbas, qui hæc ecclesiam laudabiliter in spiritualibus & temporalibus regens, ipsam redditibus ac ædificiis magnificis ampliavit: nam refectorium, murosque a porta monasterii ex parte oratorum usque ad capellam sancti Martini, ac domum de Brolio, aliaque plura sumptuose ædificia construxit. Obiit autem anno Domini 1244. pridie calendæ Junii. Anima ejus requiescat in pace. Amen.*

LVI. Hugo VIII. de Iſſico Sangermanensis monachus & prior Cella, per compromissum a decem monachis electus fuit abbas die Mercurii 22. Junii anno 1244. Memoratur mense Martio ejusdem anni, qui nunc 1245. in chartario Livriaci. Amplissimum & præstantissimum beatæ Mariæ oratorium a majori templo discretum incepit hoc anno 1245. usus eodem architecto, qui refectorium extruxerat, Petro de Monferiolo. Post biennium decessit Hugo die 5. Decembris, illatusque est sepulchro lapideo nonnihil elato, in choro memorati oratorii, ubi renansit ad annum 1527. quo sublatus hic tumulus est, ut oratorii pavimentum exquaretur.

LVII. Thomas de Mauleon, sic dictus a naturali loco agri Pictaviensis, e nobili Tremolliorum gente procreatus secundum Brolium, anno 1248. mense Junio homines de Antoniaci & de Verrieris a tallia & forismaritagio liberos fecit pro centum libris Parisiensibus annui redditus, postriedi festi Purificationis beatæ Mariæ solvendis, donec fundum supplerent congruum. Insequenti, mense Februarii parem indulsit gratiam hominibus de Villa nova S. Georgii, de Valentonæ & Crona pro summa mille quadringentarum

F f ij

Prob. Hist. S.  
Germ. n. 87.

Bid. n. 82.

C

E

Bid. n. 86.

Publ. hist. S.  
Germ. n. 92.

Hid. n. 93.

librarum Parisiensium. Idem præstitit an. 1250. A  
 mense Maio erga homines burgi sancti Germani  
 pro ducentis libris Parisiensibus; itemque erga ho-  
 mines de Theodasio, Choisaco, de Grignon &  
 de Paray pro mille ducentis libris. Fallitur Gerar-  
 dus Dybois cum scribit tomo secundo historię  
 ecclēsię Parisiensis pagina 381. Thomam defun-  
 ctum post abdicatum regimen anno 1252. Tho-  
 mas enim 1254. mense Julio quamdam plateam,  
 seu terrę portionem sitam juxta villam de sancto  
 Germano & contiguan domibus quę fuerunt  
 magistri Simonis de Dombis, sitis extra portam  
 Parisiensem, quę vocatur Fratrum Minorum, con-  
 cessit in perpetuum magistro Radulfo de Albus-  
 sone canonico Ebroicensi, & ejusdem heredibus,  
 seu causam habentibus ab eodem, ad annum cen-  
 sum quadraginta solidorum Parisiensem. Mense  
 quoque Januario anni subsequēntis quos acquisie-  
 rat reditus, annum videlicet modium frumenti,  
 duosque solidos censuales apud Pyrodium (hodie  
 Paretum) & quatuor jugera vinearum apud Cati-  
 cantum pro anniversario suo quotannis celebrando,  
 conventui fratrum tradidit; cumque paulo post sui  
 diem exitus imminere prospiceret, eidem conventui  
 potestatem novum eligendi abbatem fecit, ac  
 demum uno post mense e vivis excessit die 21.  
 Martii, quę anno 1255. incidebat in ipsam Do-  
 minicam Palmarum, non in feriam secundam, ut  
 habet Brolius. De eo tamen sic habet antiquum  
 sancti Germani necrologium: *IV. nonas Octobris  
 Thomas de Malo leone quondam abbas istius ecclē-  
 się, qui perfecit capellam B. Marię.* Sepultus est  
 ante principem aram majoris B. Marię oratorii,  
 quod absolverat pecuniarum ope, quas ex indulta  
 variorum pagorum hominibus libertate collegerat.  
 Ejus in exsequiis abbas sancti Victoris primam  
 missam de beata Maria decantavit, alteram de Spi-  
 ritu sancto abbas sancti Maglorii, ac tertiam de  
 defunctis Adam de Chambly episcopus Silvanen-  
 sis Thomę cognatus. Sepulcro apposita fuit  
 eminala tumba cum insculpta statua, quę anno  
 1527. ad excavandum oratorii pavimentum sub-  
 lata est, eidemque alia subrogata fuit plana, cum  
 ejusdem abbatis effigie & hoc epitaphio: *Hic jacet  
 Thomas de Malo leone, quondam abbas hujus ecclē-  
 się, cujus temporibus completa fuit ista capella, fun-  
 data & adificata per bonę memorię Hugonem de  
 Yssaco abbatem hujus loci. Anima ejus requiescat  
 in pace.*

LVIII. Gerardus de Moret cœnobii graneta-  
 rius, annuente, ut diximus, Thoma decessere,  
 die Veneris post *Brandones*, id est post Domini-  
 cam primam Quadragesimę, in ipsius locum per  
 compromissum successit est, & ab Alexandro IV.  
 pontifice confirmatus. Electioni tamen intercessit  
 quidam monachus absens, appellavitque ad eum-  
 dem summum pontificem, qui nedum exaudiret  
 monachum, litteras dedit pontificatus anno se-  
 cundo, quibus monachis Pratenfis vetitum in  
 electionibus abbatum expectare quemquam ab-  
 sentium monachorum, sed contra justum ut cœtus  
 fieret ex præsentibus tantum monachis & vicinis  
 prioribus. Sic ergo Gerardus victor illico villis &  
 prædiis monasterii relatiendis animum & operam

adjevit; imprimis vero majores impensas fecit pro  
 instaurando prædio Vallis Bosfronix, *Valboiron*,  
 quę nunc Vallis Gerardi, *Vaugirard*, ab eo appella-  
 tione sumta dicitur. Primum siquidem inibi do-  
 mum exstruxit ad levamen & solatium convales-  
 centium monachorum, in qua, non remissius age-  
 rent, loca regularia & capellam sancti Vincentio  
 sacram adaptavit; ex his sola superstes capella,  
 exeunte seculo decimo septimo everta fuit. Eju-  
 dem Gerardi precibus laudatus pontifex Alex-  
 ander IV. concessit anno pontificatus quarto,  
 hic est 1258. ut Pratenfis monachi ad arcendum  
 frigus almutis ordini congruentibus uterentur,

B quarum postea usus apud eos tandem perseveravit,  
 donec ad reformatam Cafalis Benedicti congrega-  
 tionem cœnobium accessit. Eodem anno illi que-  
 relam intendit Matthæus de Vendôme abbas sancti  
 Dionysii de molendino lapideo, quod in Sequana  
 Gerardus in loco dicto Challevenne prope Ruel-  
 lum biennio ante ædificaverat, cujus controversię  
 arbiter electus Robertus abbas sancti Victoris ju-  
 dicium tulit pro Gerardo. Circa id tempus huic  
 Alexander papa IV. potestatem fecit utendi dal-  
 matica & tunicis more pontificum, clericatumque  
 ac minores ordines suo conferendi fratribus.  
 Anno 1261. die Lunę Decollationi S. Johannis  
 Baptiste sacra, capellę intra fines parochię de  
 Monte calveto diocesis Carnotensis, in qua sancti  
 Germani monasterium jus obtinet patronatus,  
 fundationem approbavit Gerardus, falsis viribus  
 ejusdem monasterii, prioris & parochi, ac sibi ad  
 hanc capellam attributa præsentatione. Eodem  
 anno die Veneris ante festum sancti Michaelis cum  
 suo conventu annuit regi sancto Ludovico quam-  
 dam cum pertinentiis domum sitam Parisiis in  
 parochia sancti Andreę de Articiis fratribus de  
 ordine Penitentię Jesu Christi, sive Saccariis in-  
 habitandam concedenti; quibus & post biennium  
 plateam quamdam vicinam & tegulariam pro dilan-  
 dandis ædibus contulit, acceptis ab ipso rege cen-  
 tum libris Parisiensibus in pecunia numerata, quę  
 converti deberent in emtionem ad opus nostri mo-  
 nasterii pro recompensatione quinquaginta solidorum,  
 quos percipiebamus super, &c. ut fert apocha Gerardi  
 abbatis anno 1263. die Lunę post Pentecosten,  
 ubi fe capellanum domini papę nominat. Ita etiam  
 se vocat anno superiori 1262. die Veneris post  
 festum beate Marię Magdalene, quo nonnulla  
 cum rege commutavit; & iterum in compositione  
 quam fecit eodem anno 1262. die Sabbati pro-  
 xima post festum beati Matthæi apostoli & evan-  
 geliste, cum incolis villę Castaneti, & *Chassenay*,  
 qui erant de corpore capituli Parisiensis, intercessu  
 venerabilium virorum G. de Valle Grignola tunc  
 decani, magistri Lucae de Gisso, & Milonis de  
 Corbolio canonici Parisiensis. Memoratur adhuc  
 similiter die Veneris in festo Purificationis beate  
 Marię anno 1262. seu potius 1263. Idem hoc  
 ipso anno die 27. mensis Dec. certis conditionibus  
 concessit Matthæo abbati & monachis Sandionysianis  
 quemdam locum apud Parisios, dictum in  
*Laço*, prope hortum fratrum de Penitentia, ubi  
 nunc majores Augustiniani secus pontem novum,  
 ad ædificandum collegium Sandionysianum. Obiit

Publ. hist. S.  
Germ. n. 94.

Regist. 31.  
Huj. chart.

Regist. 30.  
Huj. chart.

Hid.

sub hoc abbate 1266. 17. Martii celeberrimus A  
ille resectorii & majoris beate Mariz virginis oratorii  
edificator Petrus de Monasterio, sepultusque  
est in choro ejusdem oratorii cum Agnete conjugē.  
Adfuit Gerardus anno 1267. die sacro Pentecostes  
festivæ solemnitati, in qua sanctus Ludovicus  
filium suum Philippum militem fecit. Eodem  
anno inventæ ponne capellam sancti Thuriavi, quæ  
nunc sancti Felicis vocatur, sacre sancti Amandi  
episcopi Trajectensis ad Mosam reliquiæ, in capsâ  
nova reconditæ sunt, die Veneris ante festum B.  
Mariz Magdalenz, prædientibus huic coemeterio,  
de licentia Simonis de Brie cardinalis tituli  
sanctæ Cecilie & in Francia legati, Gerardo nostro,  
Odone abbate sanctæ Genovesæ, Clemente archidiacono  
Laudunensi, & Bartholomæo Aurelianensi canonico.  
Reperitur anno sequenti 1268. die festo sanctissimæ  
Trinitatis in tabulario sancti Dionysii. Anno eodem  
nobilem feminam Alcefinam filiam Simonis d'Emant  
se cum omnibus bonis monasterio tradentem & vitam  
religiosam profitentem excepit. Composuit anno 1272.  
cum Philippo III. Audace dicto, Francorum rege de  
suburbana sancti Germani jurisdictione. Dormitorium  
excitavit, & subus capitulum concameratum anno  
1273. Laniorum stalla seu mensas in suburbano vico  
sancti Germani extruxit jussit 1274. Insequenti  
Philippus rex obitum Dei & grati servitii, quod  
dilectus & fidelis noster Gerardus abbas sancti  
Germani de Parisiensi in nostris negotiis fideliter  
impendit, eidem abbati & conventui dedit in  
perpetuum quartam partem griagii ad se pertinentem  
in memoribus existentibus tam in castellanis de  
Monteforti, quam de Parisius, in quibus dicti abbas  
& conventus tres habere partes griagii dicuntur,  
cum omni justitia, dominio, & omnibus ac singulis  
ad dictum griagium spectantibus, &c. Actum apud  
Regale montem anno 1275. mense Augusto. In quadam  
griagii nemorum Antoniaci permutatione mense  
Februario anni sequentis ratum habuit luminare,  
quod in obitu cujuslibet fratris hujus coenobii arde  
re debet. Abbatia cessit Gerardus in manibus  
legati die Sabbati ante festum beati Mathie apostoli  
an. 1278. qui nunc foret 1279. haud dubie præ  
dolore insignis damni, quod illo anno die 10. Maii  
intulit pugna coenobii famulorum cum scholaribus  
Universitatis, quorum duo cæsi sunt; qua de re  
suis historia Universitatis tomo tertio pag. 452.  
Vita sanctus est eodem anno 1278. 24. Decembris  
ex historia Sangermanensis & Sammarthanis, lege  
1279. de quo sic habet alterum sancti Germani  
necrologium: *IX. calendis Januarii depositio D. E*  
*Girardi de Moreto abbatis.* In ecclesia sepultus  
est in regione portæ per quam aditus erat in  
dormitorium, cujus tumulus a solo paululum  
elatus parvisque innixus columnis in modum  
fornicis seculo decimo sexto everfus fuit,  
quod ecclesie pavimentum impediret exequationem.

LIX. Raimundus aucta sancti Victoris Massiliensis  
petita a Præsentibus monachis post Gerardis  
cessionem, 1278. die Lunæ ante festum beati  
Mathie apostoli, hoc est 1279. uti modo computamus,  
novi abbatis eligendi facultate, delectus

est qui vacuum ipsius sedem occuparet. Hunc  
Nicolaus papa III. regi commendavit quasi a se  
promotum ex cessione duorum a conventu electo  
rum facta in manibus papæ, qui se hoc usum jure  
pro hac vice tantum declaravit anno pontificatus  
secundo. Is anno 1279. Universitati Parisiensi  
quadringsentas libras Turonenses per manus præpo  
siti Parisiensis tradidit secundum edictum Philippi  
Francorum regis occasione contentions orze di  
ctam inter Universitatem & abbatem conventum  
que S. Germani Parisiensis, ut liquet ex apocha  
ejusdem Universitatis data eodem anno die Jovis  
post festum apostolorum Philippi & Jacobi: *De*  
*B qua summa tenemus nos plenarie pro pagatis.* Que  
relam habuit Raimundus cum Roberto abbate  
Majoris monasterii super decimis S. Germani subus  
Collicum, quas Petrus de Tiller canonicus sancti  
Martini Turonensis electus arbiter Raimundo  
nostro adjudicavit die Martis ante Pentecosten  
anno 1284. præter illas agrorum decimas, qui  
recens extricati fuissent, a quibus solvens immu  
nis declaratur Robertus. Hic autem est profecto  
Raimundus abbas, qui male per apicem F. loco R.  
designatus in tabulario Sangermanensi D. d'He  
rouval, una cum Mattheo sancti Dionysii abbate  
motam inter monachos & priorem de Strata de  
terris & variis apud Caticantium in parochia de  
Archolio controversiam finivit anno 1285. Sub  
hoc tempus Mattheus de Vendôme & Simon de  
Clermont dominus de Nefle regni administri re  
siduum querelæ monachorum Sangermanensium  
cum Universitate, ratione quadraginta librarum  
edicto regio statutarum pro sustentandis duobus  
presbyteris, qui duas capellas pro cæsis duobus  
scholaribus erectas administrabant, composere,  
ita ut abbas & monachi alteram mundanarum  
sancti Germani partem venderent regi, qui hæc  
quadraginta libras statuti anni terminis solvere  
teneretur. Denique Raimundus an. 1288. mente  
recolens quomodo in divi Victoris Massiliensis cano  
bio meliorem atatis partem transgerat, decem  
libras Parisienses annui redditus, quas apud villam  
Domni Martini acquisierat, dedit conventui  
quatenus in monasterio nostro (Sangermanensi)  
& in membris ejus historia prædicti sancti  
quotannis cantaretur, fieretque de eo festum  
duplex cum octavis, sicut in festis duplicibus  
fieri consueverat. Per eosdem quoque litteras  
dedit thesaurario monasterii, id est sacristæ,  
decem solidos Parisienses annui redditus  
pro luminari, quod in ipso festo arde  
re debet. Hoc ad honorem Dei procurato,  
Raimundus eodem anno die . . . . . vitani  
temporalem fragilemque æterna committavit.

LX. Johannes II. de Cumenis, seu potius de  
Commis ex bullario Sanctivictorino bulla CXXVIII.  
testante D. Fornerio monacho Victorino, qui  
tabulas omnes sancti Victoris diligenter excussit  
& exploravit, ex abbate sancti Victoris Massiliensis  
per duodecim annos, Sangermanensis occurrit  
an. 1291. quo regis & Universitatis Parisiensis  
prævio consensu, Stephanum de Pontifara S. Germani  
monachum, quem anno 1278. tunc ejusdem  
monasterii præpositum Simon de Brie cardinalis  
& in Francia legatus, qui postea Martinus IV. pontifex,  
ad scandalum, quod ex diffensione monachos inter

. F f iij

Prob. hist. S.  
Germ. num.  
95. & 96.

lib. n. 97.

lib. n. 98.

Prob. hist.  
eccles. Gallie.  
tom. 1. pag.  
563.

Prob. hist.  
sancti Germ.  
num. 101.  
& 102.

lib. n. 99.  
& 100.

Biblm.

Sangermanensis & Universitatem Parisiensem, A  
 de qua superius ad hunc annum, subortum erat,  
 sedandum, eadem instigante Universitate, officio  
 præposituræ ipsius monasterii privaverat, & ad  
 quamlibet administrationem inhabilem esse decre-  
 verat, mandaveratque in aliqua Cluniacensis mo-  
 nasterii cella recludi per quinquennium ad pœni-  
 tentiam ibi peragendam, non tamen a divinis  
 removerat, obtinuit facultatem a Nicolao IV. pon-  
 tificis 1291. pridie idus Januarii pontificatus anno  
 quarto pristinum in statum restituendi. Pepigit  
 Johannes anno sequenti cum Universitate Pari-  
 siensis de platea quadam sita prope muros civitatis  
 Parisiensis, respicientes abbatiam sancti Germani,  
 vendita quondam a Thoma de Mauleon abbate  
 magistro Radulfo de Albusfice canonico Ebroï-  
 censi, qui hanc postmodum Universitati legaverat,  
 a qua videlicet pro bono pacis eam redemit Johan-  
 nes, id approbante Philippo rege eodem anno  
 1292. mense Jul. Num ad hoc negotii referendæ  
 sunt litteræ Bonifacii papæ VIII. Johannem abba-  
 tem S. Germani a Pratis electum a monachis de  
 suo consensu & a se confirmatum regi commen-  
 dantis anno pontificatus primo, ex commentariis  
 viri clar. D. de Clerenbault? Diximus tomo se-  
 cundo col. 720. anno 1294. nunc 1295. die  
 Martis post Purificationis festum a Carolo Fran-  
 corum regis filio, Alenconii, Valesiæ & Andium  
 comite Johannem abbatem sancti Germani col-  
 legam datum Petro Aurelianensi episcopo ipsius  
 legato ad pacem cum Aragoniæ rege tractandam;  
 hæc ipsa est legatio, quam cum eodem episcopo  
 missus Romam a rege Philippo obivisse legitur  
 anno 1295. ut ambo de hac pace habendis coram  
 Bonifacio papa colloquiis adessent. Bullam hujus  
 pontificis conditiones pacis approbantis habes tom.  
 secundo vitarum paparum Avinionensium, au-  
 ctore Baluzio col. 21. Dum vero Johannes Romæ  
 commoratur, sibi & successoribus obtinuit ab  
 eodem Bonifacio jus habendi duos capellanos, quos  
 ad hoc pontifex a residentia in suis beneficiis im-  
 munes facit. Hoc diu non est fruius privilegio;  
 anno siquidem 1296. vacantem episcopatum Ani-  
 censem Guidonis de Neufville ad Santonensem  
 translatione adeptus, mox ad illum perrexit, relicta  
 pro desiderio Sangermanensibus monachis iusta  
 conquerendi materia, quod omnes secum abduceret  
 equos, ac thesaurum ecclesiæ, baculos scilicet pa-  
 storales, cruces, vas aurea & argentea, aliaque  
 id genus adspartaret; quæ quidem per abbatem  
 sancti Illidii & cancellarium ecclesiæ Parisiensis  
 de mandato apostolico restituere iustus est, sed utrum  
 restituerit, incognitum.

LXI. Johannes III. annuente conventu prio-  
 ratum Gilliaci non longe a Divione situm Cister-  
 censiensibus monachis alienavit pro decem millibus  
 librarum ex parvis Turonenfibus semel solutis, &  
 quadringentis annui redditus solvendis die festo Af-  
 sumtæ in caelos beatæ Mariæ, donec agros sup-  
 peditaissent huic summe æquivalentes an. 1300.  
 mense Martio. Post tres annos capitulum habuit  
 generale in quo statuta quatuordecim saluberrima  
 condidit. Obiisse eodem anno 1303. dicitur in  
 vigilia festi sanctissimæ Trinitatis.

LXII. Petrus II. de Courpalay (num gentilis  
 Simonis de Corpallis dicti viri nobilis jurati in  
 chartulario Campaniæ bibliothecæ D. de Thou  
 n. 123. ad annum 1223!) doctor in decretis eod-  
 em an. 1303. hoc a Benedicto XI. insignitus est  
 privilegio, ut in altari portatili celebrare per se vel  
 per alium possit. Hic est haud dubie Sangermanen-  
 sis abbas, qui iustus a rege, ut intra certum tempus  
 collatæ sibi abbatie pontificum diploma exhiberet,  
 fin minus abbatie bona ad manus regis appone-  
 rentur, id spondit an. 1306. ex tomo secundo  
 inventarii thesauri chart. fol. 24. *Mélanges*. Circa  
 id tempus Clemens papa V. cum inter alios colle-  
 gam dedit archiepiscopico Cantuariensi in Anglia  
 & Francia & alibi contra Templariorum ordinem  
 inquirenti. Intenta lis Germanensibus monachis a  
 Goberto abbate & conventu S. Maglorii urgen-  
 tibus solutionem trium annuatim vini modiorum  
 ad mensuram Parisiensem, & sex frumenti sexta-  
 riorum, quos eis titulo præbendæ concesserat  
 1159. Ludovicus VII. rex tribuendos a fratribus  
 sancti Germani, qui tunc denegabat, propterea  
 quod abbas sancti Maglorii debito celebrandi mis-  
 sam matutinali diebus sancti Vincentii & sancti  
 Germani in ipsorum ecclesia non satisfaceret,  
 amica tandem finita est compositio, ita ut abbas

C. S. Maglorii, vel in absentia prior in festo S. Ger-  
 mani missam prædiclam celebraret, pro qua duo  
 dola vini conventualis, & octo sextarios frumenti  
 itidem conventualis perciperet. Datum an. 1311.  
 die Jovis post festum Exaltationis sanctæ Crucis.  
 Die 9. Julii anno 1318. in festiva corporis sancti  
 Maglorii & capsæ lignæ in argenteam inauratam  
 translatione, cui aderant duæ reginæ Clementia  
 vidua Ludovici X. & Johanna uxor Philippi V.  
 Petrus abbas Sangermanensis sermonem ad popu-  
 lum habuit. Una cum Alfonso ab Hispania ecclesiæ  
 Parisiensis archidiacono & aliis nominatur exsecu-  
 tor testamenti Blanchæ Hispaniarum reginæ filia  
 sancti Ludovici conditi 1322. post festum sanctæ  
 Lucie, ejus in executionem ab iisdem litteris  
 datis anno sequenti die Lunæ ante vel post festum  
 sancti Johannis Baptistæ legantur cœnobio sancti  
 Ludovici duodecim annui redditus libræ, & sex  
 solidi Turonenfibus ad ejusdem reginæ anniversa-  
 rium celebrandum. Fundatur eodem testamento  
 in ecclesiæ S. Germani capella in honorem sancti  
 Nicasii martyris archiepiscopi Remensis & S. Eli-  
 gii Noviomensis presulis, pro qua viginti quin-  
 que aut circiter libræ Parisienses redituales jure  
 morticini donate in thesauro regio percipiendæ  
 assignantur. Acquisivit Petrus eodem an. 1323.

E plurima bona apud Illicum, Vallem Girardi &  
 circumvicina loca pretio ducuntur librarum a  
 nobilibus viris Johanne Oudard & Henrico Ver-  
 legrand heredibus Guardi de Vaugville patris  
 aut avunculi. Statutum hoc anno condidit in cap-  
 itulo generali die festo sancti Germani 28. Maii,  
 quo precipitur, ut abbas cuique monachorum sin-  
 gulis annis vestem & calceorum par administrat,  
 præter illa, quæ camerarius ex officio suo suppe-  
 ditare annuatim tenetur. Anno 1325. die Martis  
 post festum sancti Bartholomæi procuratores con-  
 stituit in causâ quæ illi cum rege & conventu sancti

*Publ. hist.  
 sancti Germ.  
 n. 103.*

*Nidem num.  
 104. 105.  
 106.*

*Hist. sancti  
 Germ. pag.  
 144.*

*Publ. hist.  
 sancti Germ.  
 n. 100.*



Maglori super Iſſiaco inerat. Conſenſit an. 1331. A  
certis conditionibus fundacioni collegii Burgun-  
dici, quod ex aduerſo eſt eccleſiæ Fratrum Mino-  
rum. Denique cum magna cura & diligentia geſta  
regum, quorum corpora jacent in balnea ſancti  
Germani, & eorum, qui bona & poſſeſſiones cœ-  
nobio ſancti Germani contulerant, collegiſſet, e-  
viviſ exceſſit die 3. Aprilis anno 1334. Supra  
Morardum abbatem ſepultus eſt cum epitaphio  
lapideæ tumbæ inſcripto, cujus hi ſolum verſus  
legi poterunt :

*Conſiliis certus, omni bonitate reſertus,  
Pauperibus largus, circumſpectus velut Argus.  
Quem clerus carum, rex, populus, monarchique,  
Invalu clarum, ſobrium, corpore mundum.*

*Traxit Aprilis cum ter nonas M. C. ter X. ter I.  
quater.*

Petro de Courpalay deſuncto, ſi fides hitoria  
Sandionyſianæ pag. 272. Johannes quidam ſuc-  
ceſſit, ſub quo inceptum fuerit negotium cum  
Guidone abbate ſancti Dionyſii de juſtitia villarum  
Cellæ, Boſci-Berengarii, & Carolinennæ non  
longe a ſancto Germano in Laia, de quo judicium  
latum ab electis arbitris Johanne de Villepariſis &  
Gregorio de Velly ratum habuerint Guido præ-  
dictus & Philippus Johannes in abbacia S. Germani  
ſucceſſor anno 1336. Verum hoc aliter hitoricus  
Sangermanenſis reſert, cui ſtandum putamus,  
alioquin duo illi commemorati Johannes & Phi-  
lippus admittendi eſſent abbates, quorum alibi  
nulla ſuppedit memoria. Itaque

LXIII. Johannes IV. de Preſciaco nobilis  
Burgundus, abbas ſancti Germani a Pratis, &  
Guido ſancti Dionyſii abbas ratum habuere judi-  
cium de prædicto negotio latum ab electis judi-  
cium de prædicto negotio latum ab electis judi-  
cium Johanne de Villepariſis & Gregorio de Velly  
anno 1336. Sub eundem annum menſe Dec.  
ceſſit Johannes abbas incolis villæ Iſſiaci, dila-  
tandæ gratia ejus loci eccleſiæ, vicinam eidem do-  
mum ad Meridien, acceptis in compenſationem  
triginta ſeptem vini ſextariis, quos fabrica ejus  
eccleſiæ in torcularibus Iſſiaci percipiebat, &c.  
Anno ſequenti juſſu Benediſti papæ XII. cele-  
bratum eſt capitulum generale ordinis S. Benediſti  
monachorum ex provinciis Remenſi & Senonenſi  
in majori beatæ Mariæ oratorio intra cœnobium  
ſancti Germani, cui quatuor ſupra centum abbates  
& quamplurimi prioratum conventualium ad-  
fuerunt priores. Anno 1340. Gallicæ reddidit com-  
mentarium Bernardi de Montecaſſino in regulam  
ſancti Benediſti, quæ verſio ſervatur etiamnum  
in bibliotheca Sangermanenſi. Aſſenſit idem fun-  
dacioni collegii Augudonentiſis juxta S. Andrea  
de Arcubus eccleſiam, ejuſdemque facello a Petro  
Bertrandi, nepote cardinalis fundatoris, Atreba-  
tenſis epiſcopo impetratæ benedictioni an. 1341.  
interſuit. Eodem anno Johannes aſſenſu incolæ  
Vallis Girardi capellam erexerunt, quam in paro-  
chiale ab Iſſiacenſi diſcretam anno ſequenti die  
23. Febr. a Fulcone Pariſienſi epiſcopo inſtitui  
obtinerunt. Statuta quædam de conſenſu capituli

*Iſſig. ſancti  
Germ. pag.  
152.*

*Prot. hiſt.  
ſancti Germ.  
4. 109.*

condidit hoc anno 1342. die 27. Septemb. ſuper  
omnibus oblationibus, utilitatibus & emolumentis  
quæ cœnobio poſſent obvenire. Anno 1345. 19.  
Junii Dominica ante feſtum beati Johannis Bapt.  
alteram cum Univerſitate Pariſienſi ſancivit com-  
poſitionem, ex qua cum abbacia ſancti Germani  
obnoxia eſſet Univerſitati in trecentis libris, qua-  
rum hæc urgebat ſolutionem, Johannes abbas ſati-  
ſfaciendū impar, cautionem dedit cum triginta  
ſcutis aureis ſupellectilem argenteam, quæ primum  
ſequeſtro Alberico ſancti Viſtoris abbati tradita  
eſt, deinde ipſus abbas juſſu vendita 1346. per  
manus Ricardi de Fontenay & Gerardi de Fran-  
conville monachos, ac demum ex pretio Univer-  
ſitati omnino factum eſt ſatis. Circa id tempus in  
bulla Clementis VI. nominatur Johannes inter  
arbitros quorundam diſſidiorum inter Iterium  
abbatem Cluniacenſem ac priores, ſeu decanos  
ejuſdem ordinis. Obiit Johannes anno 1353. die  
17. Decembris, ſepultus in oratorio ſancti Sym-  
phoriani cum hæc epigraphæ :

*Hic jacet abbas Johannes de Prety nomine dictus,  
Nobilis hic moribus pago Burgundia natus,  
Ejus cura fuit ſemper venerari Mariam.  
Omnibus hic largus vixit, non parvus egenis.  
M. ſemel. C. ter L. 1. ter mortuus in anno  
Decembri menſe ſeptima deus die.  
Spiritus ejus in pace requieſcat. Amen.*

LXIV. Gaufridus II. de Coutures, quem Jo-  
hannes de Coutures militis in choro majoris beatæ  
Mariæ oratorii ſepulſi conſanguineum dicunt,  
nonnullas ædes a Johanne de Juſtice cantore Ba-  
jocenſis eccleſiæ & canonico Pariſienſi in platea  
Cithareæ entas pro fundando collegio ab ejuſdem  
cognomine dicto de Juſtice, certis conditionibus  
morticini jure donavit, conventu aſſentiente XI.  
Julii 1354. pro ſexaginta florenſis aureis, quos illi  
perſolverunt teſtamenti Johannis de Juſtice ex-  
ecutores. Eodem anno Romam profeſtus Gaufridus  
inibi electionis ſuæ confirmationem accepit, qui  
ſtatim reverſus, de fundo in abbacie dominio va-  
loris quindecim librarum & decem ſolidorum an-  
nui reditus emto a Simone de Buſſy ad ſupplenda  
parochi Vallis Girardi neceſſaria, jura ſua gratuito  
dimiſit anno 1355. Inſequenti compures domos  
juxta ſancti Andrea de Arcubus eccleſiam, heredi-  
tario jure pertinentes ad Stephanum de Boiſſy,  
qui collegium inibi erexit, nuncupatum de Boiſſy,  
pro quingentis florenſis aureis morticini jure do-  
navit. Anno 1357. die 10. Auguſti regis conſi-  
liarius in majori camera Parlamenti Pariſienſis ad-  
miſſus eſt, ex regeſtis Parlamenti. Deceſſit Gau-  
fridus 24. Aprilis 1359. ſepulcro illius juxta  
Petrum de Courpalay abbatem num. LXII. Hoc  
illi apoſtium eſt epitaphium: *Hic jacet bona me-  
moriam fratris Gaufridus de Couſſy, quondam abbas  
hujus monaſterii, conſiliarius domini regis Francorum,  
gratiſſimus principibus & toti populo. Qui obiit anno  
Domini 1359. 24. die menſis Aprilis. Anima ejus  
requieſcat in pace.*

LXV. Nicolaus de Ladite ipſo electionis anno

*Prot. hiſt. S.  
Germ. pag.  
174.*

*Fl. n. 120.*

*Tom. 4. hiſt.  
Univ. Pariſ.  
pag. 289.*

*Buller. Clæ  
mar. p. 176.*

1359. parochio sancti Andree de Arcubus permisit dare domicilium in sua ecclesia cuidam reclusa femina. Eodem Johanni episcopo Parisiensi, qui ad consilium regis in abbata sancti Germani de Pratis die 3. mensis Decembris accesserat, roganti, causa videndi doctum, quod postredie prope dictam abbatiam fieri debebat inter nobiles & potentes viros duces Lancastrie & duces de Brevie, ut vellet abbas illum hospitio recipere, gratiose concessit, quod mox episcopus dicto abbati, ejus abbatie, vel successoribus in prejudicium verti nolle se confessus est. Obiit Nicolaus 10. Julii an. 1361. conditus ante aram majoris beate Marie oratorii, cum hoc epitaphio:

*Sub lapide Christo requiescit nunc de Ladio*

*Nicolaus abbas, si sexta Julii tradas*

*Idus, reperias, cum clauditur ultima dies.*

*Anno millesimo trecenteno quater quindeno*

*Adesto primo. Et celo levet ab imo. Amen.*

LXVI. Ricardus, dictus secundus in codice rerum abbatie memorabilium, cognomento de Atrio, d. Atry, vel de Laitre, patria Sueffionensis, regis Navarre consanguineus, ex majori priore, in locum demortui Nicolai subrogatus est abbas. An. 1363. habitum est in abbata sancti Germani capitulum generale monachorum ordinis sancti Benedicti ex provinciis Remensi & Senonensi, cui prae fuerunt abbates sancti Dionysii, S. Medardi Sueffionensis, S. Bavonis Gandavensis, quartus nescio cujus monasterii aberat ob legitimam causam. Circa id tempus cum Ricardus non haberet unde summo pontifici debita sex millia florenorum & decem servitia pro se & antecessore persolveret, dimidium partem sibi condonari obtinuit. Anno 1366. Erardus de Thianges dominus de Maroles jus quod habebat percipiendi annuatim viginti avenae modios ab incolis sancti Germani de Laval, pro trecentis & quadraginta libris vendidit abbati Ricardo: qui jussu regis anno 1368. novis muris, turribus & fossis abbatiam munivit. Reperitur eodem anno in bulla Urbani papae V. quamdam inter Ricardum & conventum S. Germani cum Universitate Parisiensis compositionem approbantis. Una cum abbatibus sancti Vedasti Atrebatensis, Aquicincti, & sancti Mauri Fossatensis praesuit capitulo generali habito Compendii anno 1379. post Pascha. Trecentos auri francos accepit anno 1385. pro jure morticini domorum aliquot, quas Johannes Mignon Blesensis archidiaconus & regis consiliarius extruxerat in abbacia dominio prope vicum *Serpente* ad inibi collegium excitandum, quod ejus primum appellatum est nomine, nunc vero Grandimontense collegium. Bienio post defunctus est Ricardus die 15. Julii 1387. sepultus ante majus altare basilicae sub tumba marmorea, cum hoc epitaphio:

*Pater nosser.*

*Hic fragrans nardus, late redolens jacet hic thus.*

*Sollicitus pastor, publica bonitatis amator.*

*Istius ecclesiae lapsae quondam reparator;*

*Prudens, praclarus, circumspexus velut Argus*

*Per semitas morum turbas duvens monachorum;*

*Pastor amabilis & venerabilis omnibus illis.*

*Post tua taedia tibi gaudia dulcia cali. Ameru.*

*Anno millesimo ter cent. sept. octingeno*

*Idibus in Julio transit et mecho.*

LXVII. Guillelmus III. Evesque antea praepositus, doctor & professor in Universitate Parisiensi, obtaeta eligendi abbatis facultate, electus est die 22. Julii septima post obitum Ricardi, qui utrum assentiret electioni suae interrogatus a majori priore coram notario apostolico respondisse fertur: *Nec cupiditate motus essentior, nec superbe recuso.* Transegit anno 1389. cum Sandionysianis monachis & priore de Strata, eo pacto ut Sangermanenses in grangia prioris de Strata apud Archolium unum avenae modium singulis annis accipere possent, aut aliud quidpiam tantumdem valens in censibus & redditibus quidem grangiae. Interfuit anno 1392. translationi reliquiarum sancti Ludovici in capsam auream ponderis ducentorum & quinquaginta besum, inchoatam a Carolo V. rege & perfectam a Carolo VI. Seipse Guillelmus abbas sacrae theologiae professorem nuncupat anno 1395. in charta praevia statuti & ritibus seu consuetudinibus Barchinensis ecclesiae, quas in unum redegit volumen. Monasterii quoque chartas omnes duobus in chartularis collegii, quorum primum diplomata regum, pontificum alterum complectitur. Exstat insuper descriptum iussu ejus. in signe collectarium ad usum abbatum ut celebrantur. An. 1397. mense Sept. pro suo anniversario conventui dedit decem libras Turonenses annui redditus in fundis quos emerat assignatas. Testamenti Jacobi du Cellier Insulensis in Belgio canonici fuit executor anno 1398. Circa id tempus, cum durante magno illo schismate Benedicti XIII. seu Petri de Luna, huic obedientiam Francicae praefules subtraxissent, octo statuta idem condiderunt de modo tractandi negotia erga illos, qui ab ordinariis exenti erant jurisdictione, & quibus coram exponeretur causae, quatuor viros elegerunt, Guillelmum scilicet sancti Germani & N. sanctae Genovevae abbates, ac ecclesiae Parisiensis & sancti Germani Autissiodorensis decanos. Dum vero huic obeunda provinciae operam dat, moritur 1405. ipsius mater Johanna Osanna, quam in tumulto sibi met parato spelavit. Sui jam tunc in ecclesia decoranda zeli specimen dedit, cum anno 1400. fecit aequalem chori, qualis etiamnum perseverat; sed longe amplius enituit, cum anno 1408. sancti Germani corpus ditissima & exquisiti operis omavit theca, & insequenti anno principis aze tabulam inferiorem ex cupro & argenteo inauratis gemmis & unionibus praesulgentem confavit, in qua ipse abbatum effigies ad pedes crucifixi pontificalibus induta conspicitur. Sub idem tempus crucem processionalem ex argento inaurato gemmis conspiciam fecit. Celebratum est anno 1410. in abbacia sancti Faronis apud Meldas capitulum generale ex abbatibus & superioribus monasteriorum ordinis sancti Benedicti ex provinciis Remensi & Senonensi, cui praeserunt abbates

Prob. hist. S.  
Germ. num.  
111.

Hist. sancti  
Dion. pag.  
307.

Prob. hist. S.  
Germ. pag.  
134.

Scribitur.  
VI. p. 167.

B. n. 112.

Prob. hist. S.  
Germ. num.  
117.

abbates sancti Dionysii in Francia, sancti Faronis & sancti Amandi, in quo & Guillelmus noster designatus fuit, qui præfideret sequenti capitulo generali apud sanctum Medardum Sueffionensem habendo die Martis tertie post Pascha hebdomadæ anno 1413. electusque visitator monasteriorum Senonensis, Trecentis & Meldensis dioceseon, monachorumque Parisiis studentium, quibus priorem generalem præficere debebat. Hoc ipso anno 1413. die 14. Julii Gerardus episcopus Parisiensis scriptis litteris significat se ad monasterium S. Germani de Pratis processionaliter accedendo & ibidem in pontificalibus celebrando non intendere in aliquo derogare iuribus & immunitatibus dicte ecclesie & monasterii sancti Germani ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis. Rebus tandem humanis exempto est Guillelmus abbas die xi. Decembris anno 1418. sepultus in conditorio matris quod sibi paraverat, hodie in sanctuario ad portam, qua descenditur in navim, sub lamina cuprea affabre fusa, cui ejus effigies in pontificalibus insculpta est, cum hoc quod ipse composuerat epitaphio: *Hic jacet frater Guillelmus quondam abbas hujus ecclesie, doctor regens Parisius in theologia facultate. Nunc vermis & non homo, quo nihil fatidius, nihil horribilius, & quasi putredo consumendus. Expectans tamen resurrectionem mortuorum & vitam æternam. Qui obiit anno Domini 1418. undecimo die mensis Decembris. Orate pro eo.* Corpus tamen, quod a vermicibus comedendum & in cinerem putabat redigendum, mansit ad nostra tempora incorruptum, vicino matris consumto: quod primum patuit, cum, ut navis ecclesie lapidibus sterneretur, & ipsius tumba majori altari propius admoventur, anno 1645. die Sabbati 9. Decemb. effossum est sepulchrum, & iterum 1656. 21. Februarii, ac tertio 1704. die 12. Septemb. cum novum altare majus ex marmore excitatum fuit. Tunc scilicet tumulo ejus ex necessitate detecto, adhuc visum est Guillelmi corpus integrum ac sanum haud fessum ac sic recens mortuus fuisset.

LXVIII. Johannes V. Bourron die mensis Decemb. 17. sexta post defunctum Guillelmum, & gremio deligitur abbas fratrum calculus, tamen precibus & promissis Guido de Bar præpositus Parisiensis eos ad eligendum nepotem inducere tentasset. Florentie tunc versabatur Johannes, ad quem mox conventus quosdam delegavit, qui nunciarent electum, & rogarent, ut quantocius Parisios accederet. Accepto nuncio 6. Martii assensit, & accelerato reditu abbatie possessionem cepit die 23. Maii ejusdem anni 1419. Interea vero præpositus Parisiensis despectis precibus contra monachos ira & stomacho exardescens, quinquaginta milites in monasterium immisit, qui pro libidine inibi viverent; idque duravit pluribus annis, nulla edictorum Parlamenti, aut jussurum regis habita ratione, cum tunc regni perturbatione res essent. Peperit Johannes an. 1423. cum Univeritate Paris. super capella recens fundata in ecclesia S. Andreae de Arcubus a Roberto Coeffe clerico seu capellano cameræ Rationum, cujus amba ab hereditibus ejus collatio attributa est amica compositione vicibus alternis abbati sancti Germani & Univerfitati.

Tonus VII.

A Obiisse legitur Johannes anno 1436. die 16. Aprilis, nielius 15. seu XVII. calendis Maii, uti habetur in altero sancti Germani necrologio; quo tempore qui Parisios ingressi fuerant Angli ipso die, quo Johannes abbatie possessionem inicit, egesti sunt.

LXIX. Drogo de Montaudier abbas sancti Petri Vjvi apud Senonas in locum Johannis Bourron subrogatus est fratrum Sangermanensium electione, cui, permittente archiepiscopo Senonensi, assensum præbuit. Æmulum passus est Gauridum de Monte electo, de *Montchoiff*, abbatem Lirinensem subnixum bullis Eugenii papæ IV. anticipatis, quibus illi vel ante obitum Johannis Bourron abbatia concedebatur. Causa defertur ab utroque ad concilium Basiliense, quod, interim mortuo Gaurido, Drogoni jus asseruit. At inde vix Drogo remeaverat, cum alium expertus est competitorum Herveum Morillon nobilem Britonem diocesis Corisopitensis, cœnobii alumnum, quatuor in electione suffragis donatum, qui post obitum Gauridi abbatiam a summo pontifice impetraverat, gratia sussultus Arturi de Richemont comitis stabuli Francie, qui fuerat olim ab elemosynis. Hisce in angustiis positus Drogo jam ætatis provectæ, cedere maluit, quam secundo C suum vig magnis impensis persequi. Sic ergo voti compos effectus Herveus Drogoni præpositus Antoniaci & Pyrodi, seu Paredi grato animo concessit cum hospitio in abbatia & antiqui abbatiss titulo; impensisque suis rata hæc haberi a concilio Basiliensi curavit anno 1439.

LXX. Herveus Morillon, modo quo supra; abbatiam assecutus, quanquam non ita legitimo, fat tamen utiliter gubernavit. Aulæis chorum exornavit, quæ vite & translationis sancti Germani exprimebant historias, necnon altaria pretiosis vestibus instruxit. Anno 1451. manumisit incolas S. Germani subtus Monasteriolium, de Gardeloup, & de Laval, exoneravitque a viginti avenæ modis, quos ab illis annuatim accipiendi jus habebat. Eodem anno personatum de Novavilla univert auctoritate apostolica monasterio S. Vallarici. Ecclesie de Naintré ab abbatia dependenti dedit an. 1454. partem costæ sancti Thuriavi Dolensis episcopi, os e maxilla sancti Sereni confessoris, & quasdam alias reliquias sacras. Exstant tomo tertio historie Parisiensis pag. 385. statuta delegatorum a Guidone Majoris monasterii abbate, in quibus Herveus abbas, pro collegio de Pleseio Parisiensis anno 1455. Carnis farcinam de posuit Herveus die 25. Februarii 1459. hoc est 1460. sexto cal. Martii; uti legitur in altero sancti Germani necrologio. Ejus tumba visitur adhuc in capella sancti Casimiri, cum hoc in circuiu epitaphio: *Hic jacet veneranda recordationis Herveus Morillon, quem genuit bassa Britannia diocesis Corisopitensis, ortu nobilis, moribus clarissimus, religionis decore vultus, hujus ænobii annis 22. pastor dignissimus, fratrumque piissimus consolator, ædificiorum restaurator, elemosynarum largitor, jurium defensor, & in omnibus fidelissimus missus, qui obiit die 25. Februarii anno Domini 1459. Orate pro eo.*

LXXI. Henricus I. Mené fratrum calculus in G g

abbatem cooptatus, confirmatur a Carolo VII. rege, qui simul rescidit bullas, quas Ambrosius episcopus Electensis obtinuerat a Pio II. pontifice, qui & ipse die 4. mensis Julii insequentis ratam habuit Henrici electionem. Recensetur in veteri Gallia Christiana mense Januar. 1462. quo anno Guillelmus episcopus Parisiensis proponens cum permisso abbatis celebrare missam pontificalem in ecclesia sancti Germani, declarat 17. Maii nolle se ob hoc ejusdem jurisdictioni damnum afferri; idemque prælitit secundo & tertio die ultima mensis Julii 1464. & die Lunæ 26. Maii 1466. Fato correptus est Henricus 21. Aprilis 1467. qua die memoratur in altero sancti Germani necrologio.

LXXII. Robertus IV. de Lespinasse nobilis Arvernus, de cujus genere sat fuse differit Baluzius in historia domus Arvernicae pagg. 232. & seq. suffragia tulit monachorum, sed non aliter quam jussu regis, ob gratiam sororis uxoris domini de Combronde de Juligny castri Vincennarum præfeci. Cum autem Robertus brevissimo temporis intervallo bona dilapidasset, quin & plurima debita contraxisset, ac tandem quo se verteret nesciis, Cislercienfes monachos ab annuo quodringentarum librarum reditu, quo pro Gilliaci prioratu erga sancti Germani monasterium obnoxii erant, liberare pro modica summa voluisset, hoc cum audisset rex, ne ultra progredetur imperavit, eique redituum administrationem in quinque annos abtulit, præter Acmanii & sancti Germani subter Montleriolum terras ad vitæ necessaria, ceterorumque ipsius redituum duos œconomos dixit Arturum de Vaudetar decanum S. Marcelli & officialem Parisiensem, ac Johannem Pelet curiæ Parlamenti procuratorem. Litem habuit cum suo conventu anno 1475. de majoris prioris nominatione, quam sibi nemine consulto Robertus vindicavit post obitum Johannis de Jonchery, nominato ad hanc dignitatem Antonio Aureauze dicto de S. Quentin, qui tum Lutecie studii operam dabat, monachi vero Guillelmum de Troyes renunciarunt. Delata causâ ad Castellum vicit conventus, iterumque senatusconsulto anno 1478. quo facultas monachis eligendi majorem priorem, & si suo deesset officio, deponendi assera est. Invitus tandem abbatia cessit anno 1482. in gratiam Gaufridi Florean monachi Benedictini & episcopi Catalaunensis, qui vicissim ei transcripsit abbatias Belliloci in Argona diocesis Viridunensis & Belliflous in diocesi Rupellensi, necnon Antoniaci præposituram. In altero sancti Germani necrologio de eo sic habetur: *Nonis Septembris depositio Roberti de Lespinasse abbatis hujus monasterii.*

LXXIII. Gaufridus III. Florean facta cum Roberto jam dicta permutatione Sangermanensem abbatiam consecutus, statim obtinuit a rege Ludovico XI. litteris datis mense Martio anni 1482. ut in suburbio sancti Germani nundinæ liberæ in perpetuum haberentur, quarum tempus indicium, ob querelas sancti Dionysii monachorum sæpius mutatum, tandem anno 1484. consuetum est ad diem tertiam Februarii. Quan-

Pub. l.ij. S.  
Germ. num.  
120.

obrem extructæ sunt trecentæ quadraginta case, quibus à diversis mercatoribus in rem abbatie conductis, nundinæ primum haberi coeperunt mense Februario anni 1486. Gaufridus obiit Catalauni anno 1503. die 30. Aprilis, ex historia edita sancti Germani pag. 175. ultimus abbatum regularium. Conditus est in choro ecclesie cathedralis e regione sedis majoris archidiaconi.

LXXIV. Guillelmus IV. Briçonnet primum matrimonio junctus, dein episcopus Macloviensis, tum archiepiscopus Remensis & Narbonensis, ubi vide tomo sexto pag. 110. cardinalis tituli sancte Pudentiane, & Francie cancellarius, monachorum, ut fertur, electione, forsam ob spem gratiæ difficillimis temporibus abbatiam obtinuit, cujus iniiit possessionem die 10. Februarii anno 1504. juramento tunc præstito de servandis abbatie juribus. Post ejusdem acceptos reditus quatuor circiter annis, hanc filio suo Guillelmo jam episcopo Leutevensi resignavit anno 1507.

LXXV. Guillelmus V. Briçonnet episcopus Leutevensis, & postea Meldensis patri volens successit in abbatia sancti Germani, ægre serenitibus monachis, qui quemdam ex suis Oliverium de Codercenobii thesaurarium unanimi consensu abbatem elegerunt die 16. Decembris ejusdem anni, sed frustra; causam enim ad curiam Parlamenti delatam vicisse Guillelmus credendus est, quando jam episcopus Leutevensis, uti se vocat, die 16. Novembris anno 1507. hujus abbatie pacificam adiit possessionem, ejusdemque servaturum se jura professus est, neque profecto datam fidem sefellit, uti postea videritur. Anno 1509. villa Puteolana incolis habere capellam certis conditionibus permisit. In cætu anno 1511. convocato Parisiis in Castelleto pro reformanda seu statuenda consuetudine Parisiensi subscripsit episcopus & abbas cum Philippo Beaucoffin sancte Genovefæ, & Johanne Olivier sancti Medardi Suestionensis abbatibus. Cum injuria temporum hoc in monasterio disciplina regularis non mediocriter defecisset, hanc Guillelmus studuit restituere, adscitis reformata: Casalis-Benedicti congregationis monachis, qui numero triginta exiobis possessionem acceperunt die 25. Januarii sacra sancti Pauli apostoli Conversioni, a qua die Yvo Morillon antea Casalis-Benedicti abbas usque ad tempus capituli generalis illi laudabiliter præfuit. A rege legatus Guillelmus ad summum pontificem 1516. hoc anno quatuor ab eo bullas obtinuit pro suo Pratenfi cœnobio, quarum una data 27. Februarii 1516. firmatur unico monasterio cum Casalis-Benedicti congregatione, & monachis abbatem regularem post defunctum Guillelmum habendi facultas concessitur. Quandoquidem vero ex decreto Apostolico ad sancti Dionysii in Francia & sancti Germani Pratenfis abbates spectabat, æternis vicibus instituire singulis annis in Universitate Parisiensi priorem generalem omnium & singulorum monachorum nigrorum Parisii studentium, ad hoc privilegium conservandum Guillelmus noster fratrem Guillelmum Baloret anno 1518. priorem generalem constituit & anno 1520. fratri Stephano de Bussy hanc idem

abbas contulit dignitatem. Obiit Guillelmus abbas 1533. die 24. mensis Januarii apud Arcantium juris abbatis villam in diocesi Senonensi, cujus castrum paulo ante restituerat, ac permunierat. Sepultus est in ejusdem loci ecclesia B. Virgini sacra ante principem aram sub tumba lapidea plana cum hac inscriptione: *Cy gist defunct de bonne memoire Messire Guillaume Bricomet, vivant eveque de Meaux, & abbé de Saint Germain des Prez lez Paris, qui a voulu estre inhumé dans ce lieu de Esmaux, où il trespasja le 24. jour de Janvier l'an 1533. Priez Dieu pour lui & pour les trespassez.*

LXXVI. Franciscus cardinalis de Tournon, de quo jam plura diximus in monasterio Candelii tomo primo, Casa-Dei, sancti Portiani, & Silviniaci tomo secundo, Athanaci, Toruuii, & sancti Johannis Reomaensis tomo quarto, & in archiepiscopis Ebreundenfibus tomo tertio, ac denique in Lugdunensibus tomo quarto, iterumque dicendi saepius occasio recurrit, multis jam impinguatus sacerdotis, his adiecit abbatiam sancti Germani, quam ubi vacantem Guillelmi obitu rescivit, tamen jam quoque abbas Belliloci, sancti Florentii, & sancti Petri Ferrariensis, ac praepositus ecclesiae Tolosanae, a rege petit & obtinuit, bullisque acceptis a Clemente VII. 20. Februarii ejusdem anni 1533. qui nunc foret 1534. ipsius adit possessionem 13. Maii in vigilia Ascensionis, multa nobilium caterva stipatus, ac postridie in pontificalibus ad missam & vesperas celebravit, seseque obligavit sacramento ad jura coenobii firma tecta conservanda; sed huic officio non raro defuit, uti plura ipsius acta testantur. Sub hoc abbate aggregatur coenobium congregationi Casalis-Benedicti 1543. regnante 1544. mense Junio, & hoc in commentariis curiae Parlamenti refertur die Veneris 28. Augusti 1556. Interea sumptibus ejusdem abbatis domus infirmorum instaurata fuit anno 1544. & ala claustrii ecclesiae contigua fratrum expensis aedificata 1546. Haec eadem nuper, anno scilicet 1736. de novo firmius extructa est cum tribus desuper tabulatis, sumptibus majori ex parte congregationis, minorem alteram suppeditante conventu. Hunc inter abbatem & conventum inita leguntur pacta die prima Decembris anni 1550. & iterum 1553. mense Septembris, quae probata regi 19. Novembris 1557. eodem anno feria sexta 10. Decembris senatus Parisiensis in commentarios retulit. Interea dum Romae commoratur Franciscus abbas, Jacobus du Breuil Parisinus, qui anno 1549. aetatis 21. die 10. Julii monasticum habitum hac in abbatis susceperat, insequenti

1550. die 25. Julii professionem emisit in praesentia Petri Legier vicarii ejusdem abbatis, ut ipsemet Jacobus abbatiae postmodum chronographus literis mandavit, non autem anno 1556. ut irrepit errore typographico in historia edita sancti Germani pagina 188. Anno 1557. novum altare majus, veteri destructo, absolutum, die 21. Aprilis ejusdem anni sacra dedicationi ecclesiae olim ab Alexandro papa III. factae, dedicatum est a Carolo Boucher episcopo Megarensi & abbate sancti Maglorii Parisiensis, in honorem

Tomus VII.

A sancti Stephani, sancti Vincentii, sancti Gervasii & sancti Germani episcopi Parisiensis. Biennio post degens adhuc Romae Franciscus sacri cardinalium collegii decanus agnoscitur post obitum Johannis du Bellay episcopi Ostiensis. Illic quoque residebat, quando Carolus IX. rex ab inauguratione sua Remis peracta Parisios redux suum in abbatis sancti Germani, ob exortos Novatores inter & catholicos tumultus, domicilium ad tempus elegit die 3. Junii 1561. ac postridie vigilia festi sanctissimi sacramenti in ecclesia sacro interfuit, ad cujus ingressum totus monachorum conventus occurrit cantando hymnum *Te Deum*, pro gratiis agendis, quod rex apud illos aliquandiu conversari dignaretur. Die festo sequenti, quam celeberrimo potis fuit apparatu ordinata processio est per suburbium tapetibus & aulaeis pretiosissimis ornatum, praesentibus rege, principibus, & nobilioribus viris ac praetatis, ex quibus quoniam nemo fuit oblitus ad celebrandum & gestandum sanctissimum Sacramentum, accesserit est Johannes Foullon abbas S. Genovefae, qui id muneris exsequeretur. Ex Urbe Franciscus redierat anno sequenti 1562. quo vitae metam attingit die 22. Aprilis in aedibus regis sancti Germani in Laia; unde cadaver allatum Parisios die 4. Maii, in choro majoris B. Mariae virginis oratorii conditum est, inibique mansit usque ad 15. Septembris 1571. quo redditum nepti ejus Claudiae de la Tour Ruscinonensi comitissae viduae de Tournon repositenti, nunc jacet in ecclesia collegii Tournonensis Societatis Jesu.

LXXVII. Carolus I. de Bourbon natus est in castro Firmitatis sub Jotrum 22. Decembris 1523. parentibus Carolo de Bourbon & Francisca d'Alençon. Is cardinalis tituli sancti Chrysogoni, archiepiscopus Rotomagensis & abbas S. Audocini in eadem urbe, sanctissimae Trinitatis Vindocinensis, sancti Petri Corbeiensis, Signiaci, D'Urficampi &c. ambierat & abbatiam sancti Germani Parisiensis, ut aule propior esset, vivente adhuc cardinali de Tournon, cui titulo permutationis daturum se pro ista abbatias alias, in quibus Montisburgum, convenerat; jamque nihil pro complendo pacto supererat praeter bullas, quas non nisi post obitum cardinalis de Tournon accepit a Pio II. pontifice die 21. Maii 1562. Renata de Bourbon Caroli soror abbatissa Calensis cum suo conventu haereticorum metu omnia devallantium se recepit in aedes abbatiales sancti Germani die 28. Junii ejusdem anni, ubi reclusa, non secus ac in suo monasterio regularibus exercitiis vacarunt integro mense, majus sacrum & vesperas in majori sacello B. Virginis quotidie decantantes, ceterasque horas canonicas summissa voce in sacello interiori domus abbatialis, usque ad 26. Julii, quo regina matre nil mali metendum asserente, ad sua redierunt. Inter haec Carolus per magnum vicarium Ludovicum de Mainternes al. de Mainternes B. Mariae de Caltriciis ordinis Cisterciensis abbatem, die 9. Julii ejusdem anni abbatiae possessionem accepit, die vero 21. ejusdem mensis ipsemet, comitante procerum frequentia, iterum accepta possessione, solita praesentit

Gg ij

Hist. Paris.  
tom. 4. pag.  
270.

Hist. pag.  
281.

Pub. hist. S.  
Gren. num.  
221.

facramenta, ac postredie, ait Breulius, Placidum Legier priorem claustralem suum vicarium generalem constituit, facta eidem potestate omnia beneficia regularia profectis monachis sancti Germani conferendi. Eodem anno quæ causâ virginis Calensæ ad sancti Germani confugere monasterium coegerat, Germanenses ipsos ad hospitium sancti Dionysii prope majores Augustinianos, quod iis paraverat cardinalis a Lotharinga Sandionysianus abbas, se recipere compulsi; quo tempore Antoniaci & Verrierarum gratias cum torcularibus ad abbatiam pertinentes hæretici incendunt. Anno 1572. Carolus cardinalis & abbas in majori B. Mariæ virginis oratorio intra monasterii septa principem Condæ ab hæresi absoluit, junxitque matrimonio cum Maria principe de Cleves. Erigitur anno sequenti certis conditionibus capella Puteolensis in succursalem parochiæ Surinensis. Anno 1574. mense Martio Petrus de Gondi Parisiensis episcopus rogatu abbas & conventus sancti Germani prioratum, seu preposituram Surinensium & prioratum sancti Michaelis de Equidorslo, de *Chevaules*, in diocesi Parisiensi existentes, ubi per cellium, vel decessum illos obtinentium vacarent, suppressio ipsorum beneficiorum titulo, mense conventuali univit. Habitus est anno 1579. in abbatiâ sancti Germani jussu regis Henrici III. cleri Gallicani coetus, præfidente Carolo nostro, qui ante finita comitia sacrum in pontificalibus Dominica Sexagesimæ celebravit, post cujus evangelium Nicolaus Langelier episcopus Sanbriocensis sermonem habuit, ac in fine sacrum eucharistiana prælati omnes per ceperunt, ac deinde invitati a cardinali, in refectorio cum monachis præserunt. Majora cymbala jam diu fracta, maxime curantibus monachis, sed tamen a Carolo adjectis refecta sunt, aliud 1580. mense Septembri, & aliud mense Januario sequenti. Paulo post Carolus nepotem Carolum de Bourbon coadjutorem & successorem suis D in omnibus beneficiis, annuente Gregorio papa XIII. declaravit 1583. Præfuit anno sequenti cleri comitiis generalibus habitis in abbatiâ sancti Germani, cujus aedes abbatiales, quales hodie sunt, inchoavit 1586. Circa id tempus Parisiis grassante lue Carolus die 25. Julii supplicationem generalem in suburbio imperavit, in qua sancti Germani corpus delatum est, præfente rege in habitu poenitentis, quem ambo cardinales patruus & nepos rubra chlamyde induti sequebantur, magnaque tum principum & magnatum, tum populi frequentia comitante. Consensit Carolus eodem anno 1586. ut prioratus omnes a monasterio dependentes conventuali mense unirentur. Idem anno 1588. sancti Benedicti vitam claustris parietibus appingi curaverat, sed opus mense Decembri intermissum est, quando in Blesensibus regni comitiis de mandato regis comprehensus, tum exeunte Januario sequenti ad castrum Ambavici perductus, & inde paulo post apud Fonteniacum in Pictonibus detrusus est in carcerem; ubi nihilominus defuncto Henrico III. a federatis contra Henricum IV. salutatus rex est Carolus X. Uno post anno 1590. die 9. Maii

A feria IV. ætatis anno 67. cum vita vanum hunc titulum amisit. De eo plura in archiepiscopis Rotomagensibus.

LXXVIII. Carolus II. de Bourbon Ludovici principis Condæ filius, patris superioris coadjutor & successor bulla Gregorii pape XIII. renunciatus 1583. ætatis anno 21. mense Decembri ejusdem anni sacro cardinalium collegio allechtus est, primum appellatus cardinalis Vindocinensis, & postea defuncto patruo 1590. cardinalis Borbonius. Subdiaconatus ordinem laud prætergressus moritur die sabbati 30. Julii 1594. ætatis anno 32. in abbatiâ Sangermanensi, in qua ei parentatum est maximo cum apparatu feria secunda 10. Octobris ejusdem anni, oratione funebri laudato a Juliano de Saint-Germain Casarex in Palessina episcopo Senonensis suffraganeo. Corpus vero post biduum ad Carthusiam de Gaillon translatum ibidem conditum est cum patris cardinalis corpore.

LXXIX. Johannes VI. Percheron solum fuit abbas fiduciarius, sub quo Franciscus de Bourbon filius Ludovici ex Eleonora de Roye princeps Contiis, defuncti cardinalis frater, conjugatus licet, abbatia relictus possedit; quo nomine nunquam non sinceræ benevolentie testimonia monachis dedit. Anno 1598. Stephanus Tricot rei familiaris abbatie pro principe Contio administrator, ejusdem prædia ad summam bis mille & sexcentarum librarum dividendi ad subsidia cleri persolvenda. Eodem anno Clemens VIII. papa capellæ sanctæ Margaretae in ecclesiâ sancti Germani attribuit indulgentias in decemium precibus Hilarii, qui se *ab Antipoli* cognominat, abbatie triennialis Lirinensis, qui anno sequenti reliquias sancti Thuriavi & sancti Leufredi obtinuit a conventu. Anno 1614. cum plures Sangermanenses monachi strictius vitæ genus ambient, fatagente D. Laurentio Benard priore collegii Cluniacensis apud Parisios, regina mater Maria de Medicis scripsit ad summum pontificem Paulum V. qui quidem assensit, sed suo tamen tunc effectu caruit res. Obiit hoc anno Franciscus de Bourbon in palatio abbatiali, non die 13. Augusti, ut legitur in historia edita monasterii pag. 218. errore, ut videtur typographi, dies enim 3. seu 11. nonas legitur in altero sancti Germani necrologio, & in historia genealogica & chronologica regie domus & magnatum Franciæ. Sepultus est in dextro cornu majoris altaris.

Qua porro ratione Sangermanensem abbatiam obtinuit Franciscus de Bourbon, eadem possedisse dicitur Cenomanensem sancti Petri de Cultura.

LXXX. Ludovicus I. Buiffon fuit etiam larvatus abbas, sub quo vidua defuncti principis Ludovicæ Margareta de Lorraine, cui nubenti Francisco de Bourbon assignatus fuerat abbatia reditum ususfructus rege permitte, iisdem posita fuit defuncto marito usque ad ann. 1623. Obierat Ludovicus 1617. quo & anno & 1621. sedes abbatialis vacare dicitur.

LXXXI. Henricus II. de Bourbon dux Vernolii & episcopus Metensis, Henrici Magni Franco- rum regis notus ex Henrica Catharina de Balfæ

natus anno 1601. a rege Ludovico XIII. renunciatur abbas S. Germani a Pratis anno 1623. quo nomine XI. Aprilis ejusdem anni consensit institutioni Patrum Augustinianorum reformationis Bituricensis in suburbio sancti Germani, quam non nisi die 7. Decembris ejusdem anni abbatie possessionem per procuratorem accepit. Indulset an. 1627. ut moniales Recolletæ sanctæ Claræ Virdunenſis sedem in suburbio S. Germani collocarent. Anno 1630. 10. Aprilis primum ecclesie noviciatus Patrum Societatis Jesu in eodem suburbio lapidem posuit. Eodem anno sancti Germani monasterium Henrici abbatis consensu ad reformatam sancti Mauri congregationem accedere visum est, quod plenum tamen non habuit effectum ante 12. Februarii 1631. Insequenti Patribus Dominicis conventum pro noviciatu generali in eodem suburbio instituire permisit die 10. Junii. Fundationi domus hospitalis Inſanabili-um consensum præbuit 20. Januarii 1638. & novi conventus monialium a Verbo Incarnato nuncupati institutioni 1644. 18. Julii. Hoc autem anno & sequentibus ecclesie Sangermanensis maxima pars novo opere instructa est, fornicibus in veterum tabulorum locum substitutis, utraque ala adjuncta, pavimento novo, stallis omnibus, aliisque multis sacris vestibus adjunctis. Consensum dedit Henricus die 9. Martii 1653. conventus monialium a sanctissimo Sacramento erectioni. Quandam cum monachis transactionem fecit die prima Julii 1661. Idem cum Harduino de Perexixe Parisensi archiepiscopo de jurisdictione spiri-  
tuali in suburbium sancti Germani pepigit 20. Septembris anno 1668. rege Ludovico XIV. & majori consilio probantibus eodem anno. Trans-  
actionis hujus exemplar habetur in probationibus historię monasterii num. CXXXIV. Anno sequenti 12. Octobris abdicavit Henricus in gratiam Johannis Casimiri Poloniæ & Sueciæ regis, nuptias contrahere volens cum duciſſa de Sully. Denique obiit 1682. die 28. Maii, seu v. calendas Junii, ut habetur in altero sancti Germani necrologio. Terræ mandat ipsius corpus apud moniales Carmelitas Pontifacæ, quo vero depositum fuit in medio chori sancti Germani sub tabula marmoris albi, cum hac inscriptione :

*Serenissimo principi*

*Henrico Borbonio*

*Duci Vernolens,*

*Cujus cor hoc loco positum est,*

*Optimo quondam patrono suo*

*Benedictina religio*

*Quam vivens semper in corde habuit,*

*Cui moriens cor suum commendavit*

*Hunc titulum p.*

*Anno MDCC LXXXII.*

LXXXII. Johannes Casimirus Poloniæ & Sueciæ coronis abdicatis quas tenuerat annis viginti, bullas obtinuit die 8. Martii 1669. possessionem adeptus 23. Maii ejusdem anni per procuratorem Danielæm de S. Martin abbatem Casæ-

A Dei, *Casæ-Dieu*, ordinis Præmonstratensis in dice-  
cesi Autiensis. Eodem anno x. calendas Junii  
scripta ad regem abbatem epistola monachi Sanger-  
manenses sibi applaudunt, quod ipsorum abbas  
esse dignetur. Die 24. Novembris ejusdem anni  
accessit rex abbas ad monasterium, ubi receptus  
in cappis est a toto conventu, tanto quanto rex  
ipse Franciæ reciperetur honore. Nivernis, dum  
rediret ab aquis Borboniis, in abbata S. Martini  
ordinis sancti Augustini vivendi finem fecit die  
16. Dec. anno 1672. Corpus ejus depositum  
est in ecclesia Patrum Societatis Jesu ejusdem ci-  
vitas usque ad annum 1675. quo in Poloniam  
B deportatum, Cracoviæ sepulcro, quod sibi & fa-  
milie paraverat, in eorumdem Patrum ecclesia illa-  
tum est. Cor vero in abbatiam Sangermanensem  
allatum est sepeliendum in capella sancti Placidi,  
modo sancti Casimiri, ubi postmodum illi mauso-  
leum erectum est cum epitaphio, quod vide-fis  
in historia sancti Germani edita pagina 266.  
Anniversarium solemne ad diem 16. Decembris,  
& unam missam voce submissa die 16. cujuslibet  
mensis pro ipso fundaverunt anno 1674 ejusdem  
regis ministri, qui & capellam ubi tumultus cordis,  
suis sumibus magnifice exornarunt. Ab ejus morte  
N. Pelisson abbatie economatum gessit usque ad  
diem 2. Januarii anni 1690. mortuo interim Lu-  
dovico Casare de Bourbon Velocassium comite  
1683. die 10. Januarii ætatis anno decimo cum  
dimidio, quem rex pater Ludovicus XIV. abba-  
tem hujus loci destinatum sepeliri voluit in medio  
chori sub tumba marmoris albi cum inscriptione,  
quam legere est in historia laudata pag. 276. cor  
autem ad abbatiam Fontis-ebraudi delatum est.

LXXXIII. Guillelmus VI. Egon cardinalis  
de Furstemberg, de quo jam diximus in episcopis  
Argentoratensibus tomo quinto col. 820. mense  
Januario anni 1690. a rege designatus abbas, bul-  
licque ab Alexandro VII. donatus, quas Bellouac  
D 17. Maii promulgari fecit, triduo post abbatie  
possessionem apprehendit, ac postredie festo sancti-  
ssimæ Trinitatis celebravit in pontificalibus.  
Cisterciæ abbatem generalem in abbatiæ S. Ger-  
mani templo benedixit 15. Aug. 1692. & anno  
sequenti Martinum Ratabon inaucuravit episco-  
pum Ipresensem. Allectus a rege inter regionum  
ordinum commendatores mense Januario 1694  
anno sequenti die 24. Septembris presbyteratus  
ordinem in abbata contulit duodecim monachis,  
& 5. Octobris plurimis utriusque sexus confirma-  
tionem. Obiit Parisiis in suo abbatiæ palatio 10.  
Aprilis 1704. ætatis anno 74. depositus in zede  
E sancti Germani in capella sanctæ Margarietæ prope  
sepulcrum comitis Guillelmi de Furstemberg ejus  
nepotis, cum inscriptione in tabula marmorea  
quam in episcopis Argentoratensibus tomo quinto  
col. 821. relatum hic referre superfluum videtur.  
Hæc autem æneæ laminæ infixæ plumbo loculo  
incisa est inscriptio: *ky giff le corps de tres haut,*  
*tres puissant eminentissime & serenissime monseigneur*  
*Guillaume Egon cardinal de la sainte eglise Romaine;*  
*landgrave de Furstemberg, evêque & prince de Stras-*  
*bourg, prince & administrateur de Stavelo & Mal-*  
*medi, abbé de l'abbaye royalle de S. Germain*  
G g iij

*Hist. Paris.*  
*t. 4. p. 42.*

*Idem pag.*  
*216. 217.*  
*218. 219.*

*Priez dependante immediatement du S.<sup>t</sup> siege, decedé A de Montfaucon accurata anno 1703.*  
*en son palais abbatial le Jency 10. Avril 1704.*  
*age de 74. ans & 4. mois. Requiescat in pace, amen.*

Haud prius tamen parentatum est ei solemniter, quam die 4. Junii ejusdem anni 1704. quo a vesperis inceptum ejus officium solemne a conventu Sangermanensi, postridie absolvit sacro pontifici eminentissimus cardinalis Armandus Gaslo de Rohan de Soubize episcopus Argentoratensis ex permisso cardinalis d'Estres abbas, huic sacro adstantibus Laurentio de Fielque Avenionensi archiepiscopo nuncio papae extraordinario, D. Gualteri archiepiscopo Atheniensis nuncio papae ordinario, Matthæo d'Ervant archiepiscopo Turonensi, Daniele de Cosnac archiepisc. Aquisiensi regionum ordinum commendatore, Leone Potier de Gelves archiepiscopo Bituricensi, Jacobo de Matignon antiquo episcopo Condomiensi, Fabro de Sillery episcopo Sueslionensi, Henrico de Coiffin episcopo Metensi, regionum ordinum commendatore & primo regis elemosynario, N. de Vaubeccourt episcopo Montalbanensi, abbate generali ordinis Pramonstrat. & N. de Maulevrier cleri Gallicani administrato generali. Denique post completorium ejusdem diei D. Arnulfus de Loo prior monasterii cum toto conventu solemniter ritu sepulture exemonias peregit, januis clausis vitandi tumultus causa, & silentibus campanis, adstante prædicto principe de Soubize episcopo Argentoratensi cum D. marchione de Dangeau, comite de Rekem, & ceteris familiaribus magnatibus, necnon defuncti cardinalis domesticis.

LXXXIV. Cæsar cardinalis d'Estres tertius filius Annibalis d'Estres Franciæ marescalli, antiquus episcopus & dux Laudunensis, decanus academiæ Franciæ, regionum ordinum commendator, vir per totam Europam celebris ob præclara munia, quibus apud exterarum gentes cum dignitate perfunctus est, ipso die obitus præcedentis abbatis donatus est a rege, pro qua bullis acceptis mensè Maio, die 20. ejusdem mensis feria tertia illius possessionem accepit procurator usus D. Arnulfus de Loo prior monasterii. Cum eodem an. 1704. die 25. Junii serenissima Burgundiæ ducissa mundo primogenitum peperisset, qui statim a rege dictus est dux Britannicæ, omnibus idcirco regni ordinibus festè genialiter agentibus antecellere visus est cardinalis Colthez tam fulgore festorum ignium, quibus illustrebat abbatiale palatium cum ejusdem aula, & exterior aula monachorum cum ipsis campanilibus, quam & ignibus machinosis cum ingeniosa & admirabili varietate, totius operis duce R. P. Menestrier e Societate Jesu. Celebrate huic festivitati die 4. Augusti cumulum addidit præsentia principum Burgundiæ ducis & Biturigum, qui hunc honorem abbati & monachis habere voluerunt, & paratam a cardinali excipere cœnam dignati sunt. Die 23. ejusdem mensis invitatus idem cardinalis a conventu Sangermanensi primum lapidem novi majoris altaris a priore laudato & conventu extructi, quo forte Parisiis nullum elegantius, posuit. Hoc ipsius elogium legitur ad calcem ejus imaginis in Hexaplorum Origenis editione a nostro D. Bernardo

*Hic ille est Latio Cæsar decus additus ostro,  
 Heroa de gente satus non degener heros,  
 Quem Tiberis, Batifque colunt, cui Sequana plaudit.  
 Consiliis reges doctus, populisque juvare,  
 Immensoque onanti complexus mente Minervam,  
 Et calamo, & lingua magnus, sed pectore major.*

Decessit episcopus Albanensis in suo abbatiali palatio simul abbas Longipontis ordinis Cisterciensis in diocesi Sueslionensi die 18. Decemb. hora decima ante mediam noctem, 1714. anno B ætatis 87. cardinalitatis dignitatis 43. sepultusque est in eodem, quo Guillelmus Egon antecessor, conditorio, e regione capelle sanctæ Margarete in ecclesia S. Germani. Lubet hic apponere scriptum a fratre Minorita, cujus nomen subditur, epitaphium cardinalis Estrei:

*Eminentissimo ecclesiæ principi, illustrissimo ac reverendissimo domino, domino Cæsari d'Estres duci & pari Franciæ, &c. S. R. E. presbytero cardinali, episcopo Albanensi, regie abbatiæ S. Germani de Pratis, &c. abbati, viro incomparabili, de ecclesiæ, rege & regno longe meritisissimo, ingenii perspicuitate, morum comitate, pauperum patrocinio liberali, numeris omnibus absolutissimo, Deo, quem semper in mente habuit, creatori suo debitum humane mortalitatis solvit die 19. mensis Decembris ætatis suæ 87. aetæ Christianæ 1714.*

\* Ege. 1.  
 hora decima  
 ante medi-  
 am noctem.

#### Epitaphium.

*Ereptum terris, insertum civibus Urbis  
 Cælestis Solyæ Gallia læsa genit  
 Estraum, quem diva Themis, quem docta Minerva  
 Orbi conspicium progenuere pares.  
 Divitis ingenii lustravit lampade regna:  
 Lumine replevit solis utramque cloaum.  
 Stenmatis altus honos, tam celsæ gloria gentis,  
 Parcus opum nulli, par pietate polo.  
 Heu dolor! ecce jacet, iacturæque transferit orbem:  
 Rex mare, regnum liget, & astra fremunt.*

*Proteclori munificentissimo plorans ponebat frater  
 Bonaventura ô Donnohue Minor indignus, infel-  
 sciens verbi Dei præco regius, exterroni director in  
 urbe Parisiensis.*

Alterum ejusdem epitaphium habetur ad calcem toni secundi Menagianoruni, his verbis:

*Hic situs est Cæsar, sacri pars magna senatus,  
 Estraeque domus, Palladiæque chori.  
 Gallia felicem tanto se jactat alumno,  
 Quem simul est Italus, quem veneratus Iber.  
 Sæpe virum reges experti rella monentem,  
 Sæpe & pontifices consulere pii.  
 Adjuavit comitem virtus huic semper honorem;  
 Semper at huic virtus major honore fuit.*

LXXXV. Henricus III. de Thiard de Biffi episcopus Meldensis & antea Tullensis, sub finem Decembris anni 1714. a rege nominatus abbas & paulo post cardinalis designatus, feria quarta



Cinerum 6. Martii abbatiæ possessionem accepit. Die Dominica 13. Junii anno 1717. Theresiam de Rohan filiam principis de Guemené in abbatiæ S. Germani basilica benedixit abbatissam sancti Leodegarii de Prætelis, assistentibus Jotri & Origniaci abbatissis. Anno 1722. die 17. Febr. primum lapidem secundæ pileæ navis ecclesiæ S. Sulpicii ad levam intrantum posuit. Sub eo 1736. exquisiti operis scala, qua ex dormitorio in ecclesiæ descenditur, & clausura septentrionalis cum tribus desuper tabulatis, communibus Henrici, congregationis & conventus expensis condita sunt. Obiit anno sequenti die Veneris 26. Julii in suo abbatiæ palatio, vir morum puritate & maxime in pauperes largitate commendandus. Corpus in abbatiæ ecclesiæ firma secunda insequenti sub horam nonam vespertinam magno apparatu per vicos de Columbario & sancti Benedicti delatum est, cujus in præsentia solemnes defunctorum vesperæ cum responso *Libera*, præsidente & celebrante congregationis S. Mauri superiore generali decantantur sunt, inibi que remansit corpus usque ad horam sextam matutinam, qua rheda impositum, abbatiæ magno priore deducente Meldas in ecclesiæ cathedrali sepelendum deportatum est.

LXXXVI. Ludovicus II. de Bourbon-Condé, dictus comes de Clermont, a rege proclamatus abbas ingenti conventus & congregationis gaudio, die 15. Augusti 1737. prius abbatibus S. Claudii, Majoris monasterii & Caricampi abdicatis, bullas accepit Romæ datas vii. calendis Septembris ejusdem anni, quibus de more lectis & publicatis in majori B. Mariæ virginis oratorio, ob impeditum capitulum, abbatiæ possessionem apprehendit die septima Septembris per procuratorem R. patrem domnum Renatum Laneau congregationis sancti Mauri superiorem generalem.

Ætate incerta vixit Gauzimus abbas, de quo sic legitur in antiquo sancti Germani necrologio : *XII. calendis Aprilis depositio domni Gauzimi piissimi abbatis atque sacerdotis sancti Germani.*

Compendiosa Congregationis S. Mauri ordinis sancti Benedicti historia.

**G**alliana sancti Mauri ordinis S. Benedicti congregatio duxit originem ab alia paulo ante apud Lotharingos erecta sub titulo SS. Vitoni & Hidulfi, auctore primario domno Desiderio de la Cour priore S. Vitoni Viridunensis. Huic monasterio ad meliorem disciplinam revocato, alterum pia mox æmulatione accessit Medianum monasterium sancto Hidulfo sacrum, unde hos duos sanctos dicere placuit titulares & patronos Lotharingæ congregationis, quam instar alterius in Italia Montis Cassini, dictæ a sancta Justina de Padua, Clemens VIII. pontifex bulla data 7. Apr. anno 1604. approbaverat, & iterum Paulus V. anno sequenti 23. Julii. Adeo fecunda fuit hæc nova congregatio, ut paucos intra annos quadraginta pene monasteria sibi adjuncta numeraret, quorum firma conversationis tam suavem undique secus & undique verum diffundebat odorem, ut plures e Francia monachi illuc secederent, & plura itidem Francia monasteria strictum illud vivendi

genus ambirent. Recensentur in his abbatiæ sancti Augustini apud Lemovicis anno 1613. sancti Juniani de Nobiliaco 1615. S. Faronis Meldensis eodem anno, & insequenti S. Petri Gemeticensis, ad quas D. Desiderius de la Cour, alique novi fatalitii superiores suis ex alumnis aliquot miserunt, qui huic sancto proposito adimplendo suam operam navarent.

Cum tamen haud ita facile esset tam longe distita in unam aggregare familiaria monasteria, quin & Lotharingam congregationem, ob gentis peregrinæ nomen, firmas in Gallia radices agere posse, statutum est in capitulo generali habito Tulli in abbatiæ S. Manfueti mensis Maio 1618. ut in Franciam missi monachi novam inibi congregationem excitarent, quæ tum jam reformatis, tum similiter reformatis constaret monasteriis; utque duas illas inter congregationes jugis & firma societas & amicitia foeveretur, sancitum est mutuas fore preces, pique opera communia, monachosque in utriusque monasterii hospitio excipiendos, quasi unica esset congregatio. Hisce in literis modo dicti capitulo generalis datis pridie nonas Maii reformatæ quidem memoratur sequentia monasteria, sancti Petri Gemeticensis, S. Mariæ de Bernaio, sancti Faronis Meldensis, Cluniacense collegium apud Parisios, sancti Augustini Lemovicensis, Solemniacum, & sancti Juniani de Nobiliaco; verumtamen nulla tum sanctæ Mariæ de Bernaio, tum Solemniacis fit mentio in primis novæ sancti Mauri congregationis comitiis generalibus, de quibus infra ad hunc annum; neque collegium Cluniacense reformationis nomen dederat, in quod solummodo ejusdem prior D. Laurentius Benard jam a sex annis reformationem amplexus, reformatos aliquot induxerat monachos; illa vero inter monasteria, quæ ad hanc accedere congregationem expetebant, Fiscannum & sanctus Michael in Periculo maris expressè nominantur, de quibus infra.

Huic porro Tullensi cœtui laudatus ille collegii Cluniacensis prior laurea doctoris insignis interfuit, ab eoque delegatus est, qui pro sua prudentia & accepta gratia novæ in Gallia congregationis fundamenta collocare & firmare satageret. Et certe una est omnium sententia huic operi omnem illum operam posuisse, adjutantibus domnis Anselmo Rolle, Columbano Regnier, Adriano Langlois, Mauro Tassin, Martino Tesniere, Athanasio de Mongin, &c. omnibus in Francia prius professis, sed ex iterata professione Vitonenfibus monachis.

Mox igitur eo ipso anno 1618. quo, ut diximus, Lotharingi reformati generalia Tulli habebant comitia, Luteciæ Parisiorum seorsim ab illis habita est diæta in collegio Cluniacensi, in qua adstantibus prælaudatis Anselmo Rolle, Mauro Tassin & Martino Tesniere reformatorum in Gallia monasteriorum prioribus, quos a jugo Lotharingæ congregationis ejusdem superiores liberos declaraverant, præsens quoque, & ut videretur, præses D. Laurentius Benard collegii Cluniacensis prior, de præstantia novæ congregationis obedientia juratorum cautionem voce libera pronunciatam proprio chirographo confirmare iussit

est, ut is deinceps vere congregationis alumnus haberetur, qui verius erat & habebatur ut parens, etsi necdum ejus habitum induisset, nempe ut & collegio suo & congregationi operam conferret utiliorem, sicut cum ceteris ubique locorum & rerum suffragii jure poteretur; ubi & conditum decretum numero tertium de credenda eidem Laurentio negotiorum congregationis seu Romæ, feu Lutecie gerendorum provincia.

Ante omnia vero in clientelam visum est commendare se eminentissimis cardinalibus de Retz & de Sourdis, præfidibus integerrimis Nicolai & Hennequin, nec non procuratori generali Moleo, postea lenatus principi & fignillorum custodi, meritissimo utique parenti, fautori atque tutori congregationis, qui, qua singuli valebant auctoritate, regium a Ludovico XIII. vere pio principe obtinere diploma mense Augusto ejusdem an. 1618. quo erigenda hujus congregationis ampla concedebatur facultas. Vix obtenta erat, cum fortunata sese obtulit occasio prægrandis hujus ædificii fundamenta jacendi, sedes nempe Lutecie, quæ totius regni caput est & urbs primaria. Prima videlicet novæ congregationi cubabula præbuit cœnobium beatæ Mariæ Alborum Mantellorum apud Parisios, quod huic adjunctum est nonis Septembris ejusdem anni 1618. approbante rege ad preces cardinalis de Retz episcopi Parisiensis, qui postquam prior & ceteri ejusdem loci cœnobitæ novæ congregationi, ejusdemque superioribus in manibus D. Martini Tefniere tunc prioris S. Faronis Meldensis propria sponte juramentum obedientiæ præsterunt, eidem D. Martino monasterii possessionem tradidit & potestatem.

Necdum duo menses effluerant, cum in hocce Parisiensi Alborum Mantellorum cœnobio prima novæ congregationis habita sunt comitia generalia die 2. Novembris, quorum præses electus est D. Claudius François Lotharingus, prior sancti Michaelis a sancto Michaeli in Lotharinga deputatus a præpositis Lotharingæ congregationis, ut initium daret Gallicanæ. Huic adjuncti sunt definitores Domni Laurentius Benard, Adrianus Langlois, Anselmus Rolle, Columbanus Regnier, Maurus Tassin & Martinus Tefniere, qui & scriba fuit comitiorum. Inibi nomen a S. Mauro congregationi datum, ut qui primus in Gallias regulam Benedictinam advexerat, ejus hæc potissimum patrocinio revivisceret. Firmata quoque in his comitiis Gemetici & Corbeicæ ad congregationem accessio, quamquam necdum hujus inita possessio erat: antiquis Alborum Mantellorum monachis eam regulæ austeritatem ferre non valentibus assignatæ pensiones annuæ; necnon duo pro noviciatibus designata monasteria, nempe Gemeticum & Albi Mantelli, quibus præfecti sunt magistri domni Maurus Tassin & Anselmus Rolle; totius vero congregationis supremo clavo admotus est, qui sequitur

#### PRÆPOSITI GENERALES.

**L**MARTINUS Tefniere, qui ex Lotharingæ congregationis usu præses appellatus est, quod vocabulum ad annum usque 1630. perdu-

xit, cum aptiori postea commutandum, idemque fuit Alborum Mantellorum prior. Reliqui superiores electi hoc ordine sunt: coadjutores seu assistentes præsidis D. Laurentius Benard, qui & prior collegii Cluniacensis, & D. Anselmus Rolle, qui, ut diximus, noviciatus Alborum Mantellorum præfectus est: prior sancti Juniani Nobiliacensis D. Columbanus Regnier, cui & Lemovicensi sancti Augustini monasterio providendi cura commissa; regimini vero seu præpositis congregationis nominandi priorem sancti Faronis Meldensis. Prior S. Petri Gemeticensis D. Adrianus Langlois. Paulopost, 1619. adduntur congregationi monasteria sancti Petri Corbeicensis & sancti Petri de Solemiaco. Non habitum est hoc anno capitulum generale, sed 1620. die 7. Februarii celebratum est apud Albos Mantellos, ubi congregationis præses iterum electus est D. Martinus Tefniere, simulque prior Alborum Mantellorum, visitator D. Maurus Tassin, qui & magister novicionum Gemetici, prior sancti Juniani de Nobiliaco D. Columbanus Regnier, qui & prioratus sancti Augustini Lemovicensis providendi curam habuit; prior S. Faronis D. Cyrianus le Clerc; collegii Cluniacensis D. Laurentius Benard; sancti Petri Gemeticensis D. Adrianus Langlois; sancti C. Petri Corbeicensis D. Anselmus Rolle. Congregationi unitur eodem anno prioratus sancti Fiacrii in Bria a Meldensi sancti Faronis abbatia dependens.

Cum interim erectæ congregationi vires ut adderet summi pontificis summa auctoritas, pro virili contendissent reformati monachi & maxime D. Laurentius Benard collegii Cluniacensis prior, hic ad Dominum migravit eodem anno 1620. feria tertia Paschæ, sepultus in infima parte ecclesie collegii Cluniacensis. Maximum sane dispendium ea mors attulit novæ congregationi, cui refarciendo haud minus certe quam ipsius regis præsidium erat necessarium. Prælo fuit opportune, interposita commendatione apud Gregorium papam XV. ut hanc pontificio diplomate confirmaret. Jam quidem anno 1618. Paulus V. pontifex ejusdem Francorum regis Ludovici XIII. precibus bullam desideratam scriperat, sed prius erat defunctus papa, quam illa promulgata fuisset, rei moram afferentibus curiæ Romanæ ministris; qua de re dum rex conqueritur litteris datis anno millelesimo sexcentesimo vigesimo primo, die 12. Martii, prælaudatus tandem Gregorius XV. postulatis annuit ultro & gratis, bulla concessa 17. Maii ejusdem an. 1621. qua in congregationem eadem congeruntur beneficia, quæ Clemens VIII. in Lotharingam contulerat, aliaque privilegia, quibus antecessores pontifices congregationem Montis Cassini cumulaverant, cujus & protectorem voluit esse cardinalem de Retz episcopum Parisiensem. Præcipuum vero in eo positum fuit privilegium, quod suppresserit Gregorius antiqua officia claustralia, quando vacarent, mensis conventualibus in perpetuum unienda. Denique istud maxime veriti honori & laudi Martini Tefniere, quod sancti-moniales Calensis suum hunc visitatorem unanimi suffragiorum consensu elegerint anno 1621. cum

tunc adhuc præfes congregationis eſſet; aſt hanc A de Retz epicoꝑi Pariſ. præcibus adduci potuit. Qua deinceps ratione Calenſes ſanctimoniales a congregatione ſcientiarum arbitros impetraverint, poſtea videbitur.

II. Columbanus Regnier prior ſancti Juniani de Nobiliaco, comitiſ generalibus apud Gemeticum die 5. Julii 1621. celebratis præſuit, in eiſque & congregationis præfes, & prior Alborum Mantellorum dictus eſt, electuſque Anſelmus Rolle viſitator, ac prior Corbeiz. Anno eodem aliquot poſt menſibus monaſteria SS. Trinitatis de Vindocino & ſancti Quintini de Monte juxta Peronam, congregationis recens inſtitutum amplexa ſunt. Habita ſunt anno 1622. menſe Sept. comitia generalia apud Corbeiam, ubi duplex in congregatione diſtingui cepit provincia, altera Franciæ nuncupata, Aquitaniz altera: hujus viſitator creatus Martinus Teſniere, & prior monaſterii Vindocienſis, illius vero Cyprianus le Clerc, præfes vero congregationis iterum electus & prior Alborum Mantellorum Columbanus Regnier, qui continuavit magiſtratum, tertium renuntiatus præfes in comitiis an. 1623. in monaſterio S. Faronis prope Meldas coactus, ubi inſtituti ſunt viſitatores, Franciæ Andreas Betolaud magiſter novitorum in monaſterio Gemeticenſi, & Aquitaniz Maurus Dupont abbas S. Auguſtini Lemovic. Interim an. ſuperiori 1622. abbatia S. Michaelis in Periculo maris, Angeriacenſis vero S. Johannis an. 1623. ad congregationem acceſſere. Superſtes Columbanus ad an. 1637. obiit in vigilia SS. Trinitatis.

III. Martinus Teſniere ter jam electus toto triennio congregationem præfes reſerax, ut diximus, quartum vero eligit priorque Alborum Mantellorum in comitiis generalibus apud Gemeticum anno 1624. celebratis. Ibi renuntiati ſunt viſitatores, Franciæ Maurus Taſſin ac ſuperior ſeminarii ſancti Ludovici apud Tolofam, & Aquitaniz Anſelmus Rolle priorque S. Quintini de Monte. Anno 1625. habita apud Meldas in monaſterio S. Faronis comitia generalia, in quibus Martinus Teſniere ſupremo quinto congregationis clavo admotus fuit, Franciæque viſitator creatus Athanaſius de Mongin & Aquitaniz Gerardus Deſalleux. Hoc autem anno reformationem ſuſcepere abbatia S. Savini Tarbeienſis & prioratus S. Clementis de Credonio, Vindocienſis monaſterii membrum. Cogitur an. 1626. capitulum generale in monaſterio ſancti Faronis Meldenſis, in quo electi Martinus Teſniere præfes ſextum, viſitator Franciæ Thomas Bauldry & Aquitaniz Maurus Dupont. Anno 1626. abbatia B. Mariæ de Becco, ab eaque dependens prioratus B. Mariæ de Bono-Nuncio in ſuburbio Rotom. necnon abbatia S. Cornelii apud Compendium congregationi adjuñcta ſunt. Eodem an. die 29. Dec. Urbanus VIII. ſummus pontifex adoleſcenti induiſit congregationi, ut quæcumque beneficia ſue officia S. Benedicte ſue Chuniacenſis ordinis tenerent monachi, quædam forent ſuperſtites, converterentur in communes & neceſſarios uſus congregationis & ſeminarii S. Ludovici in urbe

*Tomus VII.*

Tolofana, cujus nulli adhuc aut exigui admodum erant redditus. Inſtitutum fuerat illud ſeminarium pro propaganda hiſ in partibus congregatione S. Mauri, cura maxime D. le Maſtuer Tolofani Senatus principis, & Joannis Michaelis de S. Sivié abbatis commendatarii ſancti Savini Tarbeienſis, necnon opem ferente anno 1622. cardinali de la Vallette archiepiſcopo Tolofano, qui ſuas etiam ad hoc inchoandum opus aliquandiu commodavit ædes. Seminarium autem jam annis aliquot ante pontificium diploma tenebant reformati, quorum quippe inſtitutum inibi amplexati ſunt an. 1623. D. Gregorius Tarriffe & alii. Jam dudum exiit hoc ſeminarium, cujus vices poſtea implevit prioratus B. Mariæ Deauratæ apud Tolofam. Martinus Teſniere obiit prior S. Auguſtini Lemovicenſis nonis Februarii an. 1628.

IV. Maurus Dupont ex priore abbas ſancti Auguſtini Lemovicenſis, factus eſt anno 1626. Aquitaniz viſitator, ut diximus. Tum obtenta a rege abdicandi facultate, congregationi abbatiam tranſcripſit an. 1627. quam an. tantum 1632. ad preces chriſtianiſſimi regis eidem conceſſit ſummus pontifex. Interim in capitulo generali apud Vindoc. an. 1627. habito, congregationis præfes electus eſt Maurus Dupont, inſtitutique viſitatores, Franciæ Athanaſius de Mongin, & Aquitaniz Gerardus Deſalleux. Anno eodem monaſteria S. Remigii Remenſis, B. Mariæ Deauratæ apud Tolofam a Moſiſſaco dependentis, ſancti Benedicte Floriacenſis, S. Crucis Burdegalenſis, & S. Launomari Bleſenſis & S. Melanii Redonenſis congregationi nomen dedere. Ineunte an. 1628. Urbanus VIII. ampliffimam congregationi bullam Romæ dedit xii. cal. Febr. pontificatus anno v. hanc pius rex Ludovicus per legatum ſuum extraordinarium D. de Bethune obtinendam curavit. In ea ſummus pontifex ereclam a Gregorio XV. an. 1621. congregationem S. Mauri confirmat, in ea officia clauſtralia ad menſas conventuales monaſteriorum, ut priſcus fuerat ordinis moſ, revocat, in ea tot & tanta adjecta beneficia & privilegia, ut congregationis S. Mauri merito audiat & ſit auctor & parens. Bullam promulgavit Dionyſius le Blanc officialis Pariſ. 16. Maii 1629. ad quam executioni demandandam acceſſit regium diploma datum 15. Junii 1631. hæcque omnia inſtrumenta Senatus Pariſienſis in commentariis retulit 21. Mart. 1632. Congregationi ſic dotatæ mirum non eſt quod tot ſucceſſive ad hæſerint ordinis monaſteria. Huic an. 1628. adjuñcta eſt abbatia S. Theoderici prope Remos. Cum eadem coaluit eodem anno ſocietas Armorica, cujus eſſet quibus conſtabat monaſterii, S. Magloris de Lehonio & S. Salvatoris de Rothono ſtatim novam diſciplinam ſuſcepere. Ad hæc inde eſt congregatio nova provincia, quam Britannicam nuncupant, cujus hoc anno 1628. Thomas Bauldry viſitator creatus eſt, & prior S. Salvatoris de Rothono in comitiis generalibus apud Vindocinum habitis, ubi Maurus Dupont congregationis præfes & abbas S. Auguſtini Lemovic. iterum electus eſt, datique viſitatores, Franciæ Placidius de Sarcus, & Aquitaniz Andreas Betolaud. Eodem exeunte

H h

Ch. c. 171.

anno congregationi seſe adjungere monaſteria B. Mariz de Bernaio, S. Petri de Regula, & ſancti Ebrulſi. Horum exemplum ſecuta ſunt an. 1629. cœnobiaz ſancti Sergii Andegavenſis, S. Aniani Tomeriarum, SS. Trinitatis de Tironio, S. Germani Autiſiod. & S. Petri Mauriacenſis, cujus tamen pacifica poſſeſſio non fuit ante an. 1631. Sicque 34. jam monaſteris adaucta congregationi viſum eſt novas & ſtabiles præſcribere leges. Pluribus interea deſunctis adhuc numeribus Maurus Dupont obiit 21. Septemb. 1652. ut diximus in abbatibus ſancti Auguſtini Lemovicenſis, tom. 2. col. 582. ubi vide.

V. Johannes, dictus Gregorius, Tarrifſe jam monachus & prior Ceſſenonis in diceceſi S. Pontii Tomeriarum, an. 1623. die profeſſo S. Gregorii Magni cum tribus aliis ex Occitania motachiis ingreſſus eſt ſeminarium S. Ludovici apud Tolofam. Inſequenti ad profeſſionem admiſſus 111. cal. Julii 1624. tam egregia ferventiſſimæ pietatis & ingenii maturioris argumenta in omnibus præbuit, ut jam an. 1628. prior S. Juniani Nobiliacenſis, biennio poſt una ſuffragantium voce dignus habitus ſit anno 1630. qui totam regeret congregationem, non amplius præſes, ut prius, ſed ſuperior ſeu præpoſitus generalis. Hoc in capitulo Gregorio dati ſunt adjutores, ſeu ſeniores aſſiſtentes Cyprianus le Clerc & Maurus Dupont, creatique provinciarum viſitatores, Francie Athanaſius de Mongin, Aquitaniz Ambroſius Tarbourier, alter ſociorum Gregorii Tarrifſe in ſeminario Tolofano, & Britanniz Guillelmus Girard. Illudque proprie primum cenſeri debet congregationis S. Mauri capitulum, in quo dati ſuperiori generali aſſiſtentes, trienniumque capitulis prælitutum eſt. Eodem anno 1630. ad congregationem acceſſere cœnobiaz ſancti Petri de Burgulio, & S. Petri de Conchis: 1631. S. Germani a Pratis, ſanctorum Gervaſii & Protatii de Axis, beatæ Mariz de Pontelevio, & S. Petri Ferrarienſis, cujus inita poſſeſſio eſt anno 1633. Propoſuit Gregorius & obtinuit anno 1632. a D. Juſto Perrot priore Carthuſiæ majoris, totiuſque ordinis generali precum ejuſdem communionem, vicemque rependit. Monaſterium S. Eligii Noviomenſis eodem anno congregationi unitum eſt. Triennio primo poſt electum Gregorium elapſo, in monaſterio Vindocinenſi alterum celebratum eſt capitulum generale anno 1633. in quo ſupremus congregationis magiſtratus eidem Gregorio prorogatus fuit, cui adjuncti ſunt aſſiſtentes iidem qui in priori capitulo, Cyprianus le Clerc & Maurus Dupont: viſitatores ſuere, Francie Columbanus Regnier, Aquitaniz Gerardus Deſalleux, & Britanniz Placidus de Sarcus. Prioratus ſancti Salvatoris de Aquaria apud Andegavum ab abbazia Vindocinenſi dependens, congregationis ſubiit leges hoc an. 1633. qui maxime celebris eſt acceſſione monaſterii ſancti Dionyſii in Francia, cujus ipſemet Gregorius Tarrifſe ſuperior generalis poſſeſſionem apprehendit, invitatus & exceptus ab eminentiſſimo cardinali Franciſco de la Rochefoucault, de congregatione S. Mauri, aliisque huiuſce temporis congregationibus optime merito. In dicta Floriaci

A habita an. 1634. conſummata ſuit jam ditto agrata unio Cluniacenſis congregationis a Vitonenſibus monachis reformata cum Sammauræa. Conſtabat illa monaſteris octo, Cluniaco ſcilicet capite ordinis, prioratibus Caritatis ad Ligerim, S. Salvatoris & S. Stephani Nivernenſis, Silviniaci, S. Eutropii Santonenſis, Criſpiaci & Radolii in Bria. Unita ſic utraque congregatio, dicta fuit congregatio S. Benedicte, ſeu Cluniacenſis & S. Mauri. Picardie S. Maxentii, Remenſeque S. Nicaſii anno 1634. & S. Salvatoris Anianenſis 1635. monaſteria congregationi adſcripta ſunt. Cogitur anno 1636. capitulum generale apud Cluniacum, ibique leges unionis inter utramque congregationem initæ ab anno 1634. leguntur & confirmantur, congregatio in ſex provincias dividitur, Gregorius Tarrifſe ſuperior generalis tertium declaratur. Ex aſſiſtentibus renunciatus Hubertus Rollet prior S. Germani Prat. 17. Februarii 1637. S. Vitoni repetiit congregationem, in qua primum vota emiſerat, hujulque locum ſubiit Firminus Rinfant, & Anſelmus des Rouſſeaux alter aſſiſtens, factus eſt prior S. Germani: viſitatores provinciarum dicti ſuere, Francie Gabriel Theroude, Normanniz Maurus Dupont, Tolofanz Petrus Beſiat, Burgundiz Michael Pirou, Britanniz Beda de Fielque, & Caſalis-Benedicte Guillelmus Girard. Eodem anno 1636. congregationis leges inductæ ſunt in monaſteria S. Vandregiſſi, S. Johannis Reomenſis, & S. Andreæ Avenionenſis. Cum nova quoque congregatione convenit Caſalia, cui adjuncta primum quidem S. Petri Brantolmiens & S. Columbæ Senonenſis cœnobiaz, quæ ſecutæ poſtmodum ſunt titulares, quibus congregatio Caſalis-Benedicte conſtabat abbatiæ, S. Vincentii Cenomanenſis, S. Martini Sagienſis, S. Sulpicii Bituricenſis, S. Illidii Claromontenſis, & Caſalis-Benedicte, quæ huic congregationi appellationem dederat. Augetur adhuc anno 1637. congregatio acceſſione monaſteriorum S. Vingaſolei de Landeveneco, Majoris monaſterii prope Turones, S. Juliani Turonenſis, & S. Medardi Suetionenſis. Celebrata an. 1639. apud Vindocinum comitia generalia, Gregorio Tarrifſe primariam quartum vindicarunt dignitatem. Seniores aſſiſtentes electi Johan. Harel & Placidus de Sarcus, provinciarum viſitatores, Francie Firmin. Rinfant, Normanniz Gabriel Theroude, Caſalis-Benedicte Anſelmus des Rouſſeaux, Britanniz Michael Pirou, Burgundiz Ignatius Philibert, & Tolofanz Antonius Leſpinaſſe. Congregationis inſtitutum eodem ſuſcepere anno utrumque S. Florentii monaſterium, Eſalmurienſe & vetus, & prioratus B. Mariz de Rupeforti. Anno 1640. inſtigante Richelio card. ſanctimonialibus Calenſibus et congregatione dati ſunt rectores numero ſex, qui numerus hodieque perſeverat. Admiſſi eodem anno reformati in cœnobiis S. Petri Montis majoris, B. Mariz de Ebronio & S. Roberti de Caſa-Dei. Hoc etiam anno poſt diutinas miniſtrorum curiæ Romanæ moras, tandem a majori conſilio firmatur pacta an. 1634. Cluniacenſem inter & Sammauræam congregaciones unio, quæ tamen poſt decennium utriuſque ſuperiorum ſpontaneo diſceſſu reſciſſa

fuit 22. Octobris anno 1644. Sammauræ fele-  
 legibus obftrinxerunt anno 1641. cœnobium S.  
 Petri Latinienfis, & 1642. monafteria fancti  
 Taurini Ebroicenfis, B. Mariæ de Calma, beatæ  
 Mariæ de Lantenaco, B. Mariæ de Troncheto,  
 & B. Mariæ de Sorcinio. Celebratum an. 1642.  
 apud Vindocinum capitulum generale, in quo  
 Gregorius Tarriffe quintum electus eft fuperior  
 generalis, cui feniores affiftentes iidem dati, qui in  
 precedenti capitulo, Johan. Harel & Placidus de  
 Sarcus; provinciarum inftituti vifitatores, Franciæ  
 Anfelmus des Rouffleaux, Cafalis-Benedicti Pla-  
 cidus Rouffel, Normanniæ Gregorius de Verthamont,  
 Britanniæ Guillelmus Girard, Tolofanæ Silvefter  
 Perreiot, & Burgundiæ Germanus Efpiard.  
 Hoc autem in capitulo approbatæ funt  
 recens editæ a Gregorio Tarriffe conftitutiones &  
 declarationes pro bono congregationis regimine.  
 Huic addicuntur an. 1643. cœnobio S. Vincentii  
 Laudunenfis & S. Savini Piclavienfis; 1644. S.  
 Bafoli, S. Valarici, S. Guillelmi de Defertis, S.  
 Petri-Vivi Senonenfis, & S. Petri Flaviniacenfis.  
 In comitiis generalibus apud Vindocinum habitis  
 an. 1645. confirmantur conftitutiones & declara-  
 tiones Gregorii Tarriffe, qui fuperior generalis  
 feftum inivus renunciavit, fenioresque affiftentes  
 dicti Placidus de Sarcus & Benedictus Brachet;  
 provinciarum vero vifitatores, Burgundiæ &  
 Campaniæ Placidus Rouffel, Tolofanæ Petrus  
 Beliat, Franciæ Beda de Fiefque, Normanniæ  
 Martialis des Forges, Cafalis-Benedicti Marcus  
 Baftide, & Britanniæ Joachimus le Contat. Anno  
 1645. congregatio adhæferunt cœnobio fancti  
 Severi in capite Falconie, & B. Mariæ de Bre-  
 tolio; 1646. beatæ Mariæ de Jofaphat & fancti  
 Cipriani Piclavienfis; 1647. S. Tiberii, fancti  
 Geremari Flaviacenfis, B. Mariæ de Lira, fancti  
 Porciani, B. Mariæ de Nogento, & S. Crifpini  
 majoris Sueffion. Capitulo generali in monafterio  
 SS. Trinitatis Vindocinenfis anno 1648. habito,  
 Gregorius præ infirmitate adefle non valuit, quæ  
 & hunc primum congregationis S. Mauri fuperi-  
 orem generalem e medio fultulit die 24. Sept.  
 ejuſdem anni, ætatis circiter 74. Sepultus eft in  
 monafterio S. Germani a Pratis, in navi majoris  
 facelli B. Mariæ ad dextram prope portam chori.

VI. Johannes Harel fuperiori generali bis affi-  
 stens datus fuerat annis 1639. & 1642. prior-  
 que Alborum Mantellorum tum erat, cum in  
 capitulo generali apud Vindocinum anno 1648.  
 coaclo præpoſitus generalis electus, regendam  
 fufcepit congregationem, quæ auctior jam effecta,  
 ſex probationis domibus exuberabat, decemque  
 fupra ſeptem philoſophiæ ac theologiæ lyceis præ-  
 fulgebat. Hoc in capitulo Johanni affiſtentes dati  
 funt Bernardus Audebert & Benedictus Brachet,  
 dictique vifitatores provinciarum, Cafalis-Bened.  
 Albertus Marchant, Tolofanæ Anton. Leſpinaſſe,  
 Normanniæ Marcus Baſtide, Franciæ Joachimus  
 le Contat, Burgundiæ & Campaniæ Lucianus  
 Frion, & Britanniæ Germanus Morel. Eodem  
 anno 1648. congregatio amplectuntur leges  
 monafteria B. Mariæ de Argentolio, B. Mariæ  
 de Tuſſeio, S. Johannis Laudunenſis, B. Mariæ

*Tonus VII.*

A Molifm. S. Sequani, & S. Leonardi Corbiniac.  
 1649. S. Petri de Curte, feu de Manſo Garnerii  
 & S. Florentii de Bonavalle; 1650. B. Mariæ de  
 Ambroniaco, S. Gildafii de Nemore, S. Nicolai  
 de Ribodim. fancti Severi de Ruftano, S. Nicafii  
 de Meulento, S. Jacuti, S. Fulciani de Nemore,  
 B. Mariæ de Columbibus, SS. Trinitatis Filcann.  
 S. Petri Carnotenſis, S. Petri de Pratelſis, & S.  
 Johannis Montis Olivi; 1651. fancti Gildafii  
 Ruienſis, & S. Benigni Divionenſis. Coacſum eſt  
 anno 1651. capitulum generale in Majori mona-  
 ſterio prope Turones, ibique novem definitores  
 (tanta erat concordia) prima electi fuſſragiorum  
 collatione, Johanni Harel iterum detulerunt ſup-  
 remam congregationis auctoritatem, delecti affi-  
 ſtentes Placidus de Sarcus & Bernardus Audebert,  
 vifitatores provinciarum, Normanniæ Albertus  
 Marchant, Cafalis-Bened. Anfelmus Gucheman,  
 Britanniæ Benedictus Jumillac, Burgundiæ &  
 Campaniæ Anfelmus Dohin, Franciæ Mattheus  
 Jouault, & Tolofanæ Bonifacius le Tam. Firmata  
 fuit hoc in capitulo mutua cum Preſbyteris Ora-  
 torii precum ſocietas. In capitulo generali anno  
 1654. habito in Majori monaſterio tertium renun-  
 tiavit præpoſitus generalis Johannes Harel,  
 feniores affiſtentes Placidus de Sarcus & Bened.  
 C Brachet, provinciarum vifitatores, Franciæ An-  
 ſelmus des Rouffleaux, Cafalis-Benedicti Silveſter  
 Perreiot, Burgundiæ Maiolus Hazon, Tolofanæ  
 Benedictus Jumillac, Britanniæ Mattheus Jouault,  
 & Normanniæ Bonifacius le Tam. Adjuncta funt  
 congregati anno 1654. cœnobio S. Petri de  
 Meloduno, S. Martini Auguſtodun. S. Martini  
 Pontifarenſis, & S. Jovini de Marnis; & 1655.  
 S. Liberatæ, S. Maurini & S. Matthei in finibus  
 terræ. In capitulo generali anno 1657. celebrato  
 in Majori monaſterio eliguntur Johannes Harel  
 fuperior generalis quartum, feniores affiſtentes  
 Benedictus Brachet & Benedictus Jumillac, viſi-  
 tatores provinciarum, Normanniæ Anfelmus des  
 Rouffleaux, Britanniæ Silveſter Perreiot, Tolo-  
 fanæ Anton. Leſpinaſſe, Franciæ Marcus Baſtide,  
 Cafalis-Benedicti Leander Anets, & Burgundiæ  
 Bonifacius le Tam. Congregationi adjiciuntur an.  
 1657. monaſteria S. Michaelis de Angelis, S.  
 Petri de Cultura, S. Roberti de Cornilione, S.  
 Vigoris Bajocenſis, & beatæ Mariæ de Lonſaio;  
 1658. B. Mariæ de Nucertiis; 1659. S. Car-  
 lephi, S. Georgii & S. Richarii. Triennio hoc  
 elapſo, Johannes Harel in capitulo anni 1660.  
 congregationis cura & regimine liberatus eſt, tri-  
 buſque poſt annis factus prior S. Dionyſii, hoc in  
 congregatione vivere deſiit die 14. Martii 1664.  
 E ibidemque ſepultus eſt, de quo legenda hiſtoria  
 Sanctonenſis ab Armando Maichin.

VII. Bernardus Johannes Audebert, qui toto  
 ſexennio præpoſiti generalis affiſtens fuerat, in ca-  
 pitulo generali anno 1660. in Majori monaſterio  
 congregato evaſit ipſe fuperior generalis, cujus  
 affiſtentes fuere Antonius Leſpinaſſe & Benedictus  
 Brachet, vifitatoresque provinciarum, Britanniæ  
 Anfelmus des Rouffleaux, Franciæ Silveſter Per-  
 reiot, Burgundiæ Viſtor Marſchal, Tolofanæ  
 Leander Anets, Cafalis-Bened. Germanus Morel,  
 H h ij

& Normanniz Matthias Jouault. Eodem anno 1660. congregationi adscripta sunt monasteria B. Mariz de Soliaco, S. Michaelis de Ulteriori portu, B. Mariz Silvæ majoris, S. Audoëni Rotomag. & S. Albini Andegav. 1661 S. Petri Resbac. 1662. S. Petri Caziacensis, S. Petri Cabilonenfis, beatæ Mariz de Bellomonte, B. Mariz de Bononuncio Aurelian. S. Petri Bezuensis, S. Vulmari, S. Pauli Cormeriacensis, SS. Martini & Majani de Villamagna, & B. Mariz de Monachia Narbon. In Floriacensi S. Benedicti monasterio celebratum est an. 1663. capitulum generale, in quo electi sunt Bernardus Audebert iterum superior generalis, assistentes Placidus de Sarcus & Anton. B. Lefpinaffe, & provinciarum visitatores, Burgundiz Gregorius de Verthamont, Normanniz Albertus Marchant, Britanniz Joachim. le Contat, Franciz Placidus Chouquet, Cafalis-Benedicti Mummolus Geoffroy, & Tolosanæ Claudius Boistard. Anno 1663. inducta disciplina congregat. S. Mauri in monasteria S. Petri de Bello loco in Lemovicis, beatæ Mariz Craffensis, S. Stephani Cadomenfis, S. Petri de Cauris, & SS. Trinitatis de Bello loco prope Lochias; 1664. S. Martini de Vertano, S. Crucis de Quimperleio; 1665. S. Petri de Solismo, S. Aulfremonii Ifsidorensis, S. Petri de Generoso, S. Luciani Bellovacensis, S. Johannis Sorduenfis, S. Petri Molosmenfis, S. Michaelis Tornodor. & B. Mariz de Turpiniaco. Floriaci cogitur an. 1666. capitulum generale, in quo renunciati sunt Bernardus Audebert superior generalis tertium, assistentes Marcus Battide, cui intra triennium defuncto successit Claud. Martin, & Benedictus Brachet; visitatores provinciarum, Normanniz Philippus Cadeau, Burgundiz Nicol. Vallée, Tolosanæ Mummolus Geoffroy, Cafalis-Benedicti Germanus Ferrand, Franciz Claudius Boistard, & Britanniz Philippus le Roy. Anno 1667. adoptantur in congregatione monasteria S. Quintini in Insula, S. Petri Orbacensis, sancti Stephani Bassacensis, & S. Petri Virzion. 1668. S. Petri supra Divam, ac S. Mauri ad Ligerim. Habitum est an. 1669. apud Floriac. capitulum generale, ubi electi sunt Bernardus Audebert superior generalis quartum, assistentes Benedictus Brachet & Claudius Martin, necnon provinciarum visitatores, Burgundiz Silvester Perreciot, Cafalis-Benedicti Josephus Seguin, Normanniz Nicolaus Vallée, Franciz Mummolus Geoffroy, Britanniz Marcus Rivard, & Tolosanæ Philippus le Roy. Congregationi eodem anno adhaerere monasteria S. Salvatoris de Villalupa, S. Benedicti Maclov. S. Marculfi Corbinianensis, S. Johannis in castro Gonterii, B. Mariz de Iberio, B. Mariz de Albarcorona, S. Judoci supra Mare, sancti Andreæ de Maimaco, & S. Michaelis in Eremito; 1670. S. Martini de Fivis, & S. Nicolai de Nemore; & 1671. S. Nicolai Andegav. S. Petri de Monasterio Belleio, & B. Mariz de Vitreio. Elapsò hoc triennio, Bernardus Audebert luminibus orbatus, totius congregationis cura liberatus est, tribusque post annis privatam finivit vitam die 29. Augusti 1675. ætatis 75.

VIII. Vincentius Marfolle totis viginti annis

disciplinæ monasticæ trones rudimenta docuerat, indeque sex continuus prior fuerat S. Dionysii, cum in capitulo generali habito Floriaci an. 1672. electus est superior generalis, huicque adjecti de more cooperatores seu assistentes, Benedictus Brachet & Claudius Martin, visitatoresque provinciarum, Britanniz Silvester Perreciot, Burgundiz Josephus Seguin, Cafalis-Bened. Marcus Rivard, Franciz Anselmus Clairé, Tolosanæ Johan. Queuilhe, & Normanniz Claudius Hemin. An. 1675. coactum Floriaci capitulum generale, in quo renunciati sunt Vincentius Marfolle superior generalis secundum, assistentes Joseph. Seguin & Mummolus Geoffroy, & provinciarum visitatores, Burgundiz Agathangelus Collot, Franciz Claudius Boistard, Normanniz Silvester Morel, Cafalis-Benedicti Claudius Hemin, Britanniz Innocentius Bonnefoy, & Tolosanæ Arnaldus Boislerie. Tertio post anno congregatum Floriaci est an. 1678. capitulum generale, in quo electi Vincentius Marfolle superior generalis tertium, assistentes Bened. Brachet & Mummolus Geoffroy, & provinciarum visitatores, Cafalis-Bened. Germanus Ferrand, Britanniz Laurent. Hunault, Franciz Silvester Morel, Normanniz Robertus Hardi, Tolosanæ Franciscus Girod, & Burgundiz Petrus Danet. In capitulo generali Floriaci habito anno 1681. Vincentius Marfolle jam infirmus renunciatus est superior generalis quartum, cui dati sunt assistentes Benedict. Brachet & Claudius Martin, & visitatores provinciarum renunciati, Cafalis-Bened. Silvester Morel, Tolosanæ Johan. Queuilhe, Franciz Robertus Hardi, Burgundiz Franciscus Girod, qui obit 2. Februarii anni sequentis. & Normanniz Johannes Lorier. Morbo quo electus laborabat Vincentius Marfolle, tribus post capitulum mensibus obit die 5. Sept. 1681. sepultusque est in sacello majori beatæ Mariz, ad suppedaneum principis altaris.

IX. Michael, dictus Benedictus, Brachet decem in capitulis superioribus generalibus assistens datus fuit, ut diximus, quo maxime tempore ad dilatandam congregationem erigendamque Boninuncii Aurel. monasterium plurimum insudavit. Post obitum Vincentii vicarius generalis, congregationem rexit præpositus generalis electus indixta annua Parisiis habita anno 1682. Biennio post in capitulo generali Floriaci congregato anno 1684. prorogatum Benedicti munus est, electique fuerunt assistentes Claudius Boistard & Claudius Martin, & visitatores provinciarum, Britanniz Ludovicus Trochon, Burgundiz Antonius Durban, Cafalis-Bened. Innocentius Bonnefoy, Franciz Carolus Boyer, Normanniz Simon Bougis, & Tolosanæ Arnaldus Boislerie. Nondum elapsò triennio decessit Benedictus VII. idus Jan. 1687. sepultusque est in choro sacelli majoris beatæ Mariz.

X. Ebrullus Claudius Boistard, quem in tribus capitulis visitatorem creatum vidimus, superior generalis assistens tum erat, cum defuncto Benedicto vicarius generalis, in præpositum generalem assumtus est in capitulo habito Floriaci an. 1687. in quo electi assistentes D. Placidus Chaffinat & D. Claudius Martin, & provinciarum visitatores,

Franciæ Antonius Durban, Britannici Julianus Raguideau, Cafalis-Bened. Jacobus Remy, Normanniæ Germanus Cousin, Burgundiæ Egidius Blondeau, & Tolosanæ Jacobus Hody. Anno 1690. habitum est in Majori monasterio capitulum generale, in quo superior generalis iterum dictus Claudius Boistard, electi assistentes Antonius Durban & Simon Bougis, visitatoresque provinciarum, Burgundiæ Claud. Bretagne, Franciæ Julianus Raguideau, Tolosanæ Jacobus Remy, Normanniæ Franciscus du Vivier, Cafalis-Bened. Carolus Herisse, & Britannici Johan. Franciscus Morin mortuus anno 1693. In capitulo generali habito hoc anno in Majori monasterio, tertium renunciatur superior generalis Claudius Boistard, cui dati iidem qui in superiori capitulo assistentes, Antonius Durban & Simon Bougis, electique visitatores provinciarum; Normanniæ Claudius Bretagne mortuus 15. Julii 1694. Franciæ Carolus Boyer defunctus 29. Maii 1695. Cafalis-Bened. Franciscus du Vivier, Tolosanæ Arnaldus Boisserie, Burgundiæ Adeodatus Buifson, & Britannici Josephus Aubrée. Cogitur anno 1696. in Majori monasterio capitulum generale, ubi electi Claudius Boistard superior generalis quartum, assistentes Simon Bougis & Matthæus Gilbert, visitatores provinciarum, Cafalis-Bened. Claudius Hemin, Britannici Innocentius Bonnefoy, Tolosanæ Paulus Saporta, Franciæ Robert. Marcland, Normanniæ Adeodatus Buifson, & Burgundiæ Josephus Aubrée. Eodem anno 1696. prioratus sancti Jacobi de Pirmilio, ab abbata sancti Jovini dependens, congregationis S. Mauri monachos excepit. In capitulo generali anno 1699. habito in Majori monasterio, Claudius Boistard ab se quidem præpositi generalis munus deprecatus fuerat, ut Simon Bougis assistens ad id eveheretur; sed cum hic præ modestia honorem declinaturus, clam a Majori monast. recessisset, Claudius Boistard in se quintum suscipere magistratum coactus est, huicque assistentes dati Ludovicus Trochon, cuius an. 1701. defuncti in locum successit Simon Bougis, & Robertus Marcland, visitatores vero provinciarum, Burgundiæ Franciscus du Vivier, Cafalis-Benedicti Franciscus Doë, Britannici Placidus Falgeyrat, Franciæ Carolus Pety de l'Hospitalier, Normanniæ Johannes Jouault, & Tolosanæ Ludovicus Pisant. Anno 1699. monachi S. Mauri inducuntur in prioratum Camonis dependentem a Crassenfi cœnobio. Habetur anno 1702. in Majori monasterio capitulum generale, in quo Claudius Boistard superior generalis sextum proclamatus est, assistentes Simon Bougis & Robertus Marcland electi, & provinciarum visitatores, Cafalis-Benedicti Gabriel Gerentes, Tolosanæ Placidus Falgeyrat, Normanniæ Carolus Pety de l'Hospitalier, Britannici Ludov. Tâche, & Burgundiæ Ludovicus Pisant. Currente hoc triennio monasterium S. Martini de Alba marla congregationi adjunctum est anno 1704. Insequenti Claudius Boistard post 18. regiminis annos successori ad triennium datus est assistens, privatæque post obiit vii. cal. Aprilis 1709.

XI. Simon Bougis bis præpositi generalis assi-

stens fuerat, & ne præpositus generalis fieret, a Majori monasterio an. 1699. aufergerat, ut diximus. At declinare non potuit quominus superior generalis eligeretur in capitulo generali habito in Majori monasterio an. 1705. huic assistentes dati Claudius Boistard & Robertus Marcland, & provinciarum visitatores, Franciæ Adeodatus Buifson, Normanniæ Martinus Filland, Britannici Gabriel Dudan, Cafalis-Benedicti Carolus de Roftaing, Tolosanæ Marinus Bourgoin, & Burgundiæ Carolus d'Ifarn. Anno sequenti 1706. monasteria sanctissima Trinitatis de Exaquoio & sancti Salvii Montroliensis congregationi adunata sunt. Cogitur an. 1708. in Majori monasterio capitulum generale, in quo Simon Bougis renunciatus est superior generalis secundum, electique assistentes Carolus Pety de l'Hospitalier & Dionysius de Sainte-Marthe, visitatoresque provinciarum, Normanniæ Franciscus du Vivier, Burgundiæ Thomas Blampin, cujus demortui supplevit vices Hubert. Maillard, & Huberti Martinus Filland, qui Franciæ visitator, Britannici Jacobus Haudart, Tolosanæ Franciscus Redon, & Cafalis-Bened. Petrus Thibaut. Elapso hoc triennio, Simon Bougis vir maxime pius & modestus, ab omni officio vacationem obtinuit, privatamque finivit vitam die prima Julii 1714.

XII. Arnulfus de Loo ter prior S. Germani a Pratis, majus altare & sanctuarium, qualia nunc videntur, exornavit, terque prior S. Dionysii, monasterium a fundamentis renovavit, chorumque ecclesiæ clathris ferreis exquisiti operis clausit. Capitulo generali an. 1711. in Majori monasterio habito electus præfuit, in eoque superior generalis renunciatus est, cui assistentes dati Carolus Pety de l'Hospitalier & Maurus Audren, visitatores provinciarum dicti, Franciæ Franciscus du Vivier, Tolosanæ Josephus Miniac, Normanniæ Jacobus Haudart, Cafalis-Benedicti Maglorius Las, Britannici Franciscus Redon, & Burgundiæ Petrus Thibaut. Prioratus S. Petri de Mauritania a monasterio S. Michaelis in Eremito dependens, congregationi adjectus est an. 1712. Insequenti Arnulfus de Loo traclandis ingenii natus, præmatura morte obiit die 9. Augusti an. 1713. ætatis 68. & ad decessores suos appositus est in choro majoris beatæ Mariæ scælli.

XIII. Carolus Pety de l'Hospitalier bis visitator, bisque præpositi generalis assistens, defuncto Arnulfo vicarius generalis congregationem rexit ad capitulum generale in Majori monasterio habitum anno 1714. in quo superior generalis renunciatus fuit, electique assistentes Carolus d'Ifarn & Maurus Audren, & provinciarum visitatores, Tolosanæ Paulus du Sault, Franciæ Stephanus Badier, Burgundiæ Maurus Marcland, Britannici Maglorius Los, Normanniæ Johannes Baptista Guyon, & Cafalis-Benedicti Petrus Cordier. Currente triennio de assensu abbatis unius congregationi monasterium sancti Vigoris Cerasiaci, Ludovico XV. id ita volente. In capitulo generali an. 1717. in Majori monasterio congregato, Carolus de l'Hospitalier eligitur superior generalis secundum, assistentes Robertus Marcland &

H h iij

Maglorius Los, visitatoreſque provinciarum, Francie Jacobus Haudart, Cafalis-Benedicti Franciſcus Anceame, Normannie Franciſcus Redon, Britannie Johannes Baptiſta Guyon, Burgundie Petrus Cordier, & Tolofane Steph. Verdeille. Literarum & literatorum amicus Carolus, ſtudia in congregatione plurimum promovit, ſolutuſque omni onere, privatus longam finivit vitam in monaſterio ſancti Germani a Pratis die 18. Martii 1721.

XIV. Dionyſius de Sainte-Marthe ſuperioris generalis aſſiſtens anno 1708. capitulo preſuit anno 1714. & ſuperior generalis declaratus in capitulo generali habito in Majori monaſterio an. 1720. ubi dicti aſſiſtentes Robertus Marcland & Carolus d'Iſarn, & provinciarum viſitatores, Tolofane Petrus d'Auzieres, Francie Franciſcus Redon, Cafalis-Benedicti Petrus Chevillard, Britannie Herveus Menard, Burgundie Bernardus Durand, & Normannie Claudius Dupré. Coactum an. 1723. in Majori monaſterio capitulum generale, in quo Dionyſius de Sainte-Marthe ſuperior generalis iterum renunciatus eſt, ſeniores aſſiſtentes electi Franciſcus Anceame & Johan. Baptiſta Guyon, & viſitatores provinciarum, Britannie Philippus Raſſier, Normannie Herveus Menard, Burgundie Matthæus Hue, Cafalis-Benedicti Johannes Baptiſta Floirac, Tolofane Hieronymus la Feuriere, & Francie Claudius Dupré. Expleto nondum triennio, multis operibus clarus obijt Dionyſius de Sainte-Marthe die ſancto Paraſceves 30. Martii anno 1725. ætatis annum agens 75. ſepultuſque eſt in majori ſacello beate Mariæ. Vitæ ejus ſynopſim præfixam habes tomo quarto hujus Gallie Chriſtianiæ, quam inchoaverat & multum prorexerat.

XV. Petrus Thibaut Burgundie viſitor electus in capitulo anno 1711. & prior ſancti Germani a Pratis anno 1720. ſuperior generalis renunciatus eſt in diæta annua Pariſiis convocata in monaſterio ſancti Germani a Pratis an. 1725. Inſequenti in capitulo generali habito an. 1726. in Majori monaſterio, Petrus Thibaut electus eſt ſuperior generalis, iidemque ei dati aſſiſtentes qui in ſuperiori capitulo, nempe Franciſcus Anceame & Johannes Baptiſta Guyon, dictique provinciarum viſitatores, Normannie Matthæus Hue, Tolofane Carolus Armandus de la Vie, Burgundie Ludovicus Clouet, Britannie Johannes Baptiſta Alaidon, Cafalis-Benedicti Petrus Dubiez, & Francie Joſephus Caſtel. Tertio poſt anno Petrus Thibaut a præfectura generali ad ſingulare monaſterii Fiſcannentiſ regimem tranſiit anno 1729. Demum ob ætatem ingravescentem ab omni ſolutus præfectura, interijt apud Fiſcannum die 15. Julii 1738. ibique ſepultus eſt.

XVI. Johannes Baptiſta Alaidon Britannie viſitor anno 1726. nominatus, cum integro triennio hanc rexisset provinciam, in capitulo generali coacto an. 1729. in Majori monaſterio electus eſt præpoſitus generalis, nominatque ſeniores aſſiſtentes Johannes Baptiſta Guyon & Herveus Menard, viſitatoresque provinciarum, Francie Matthæus Hue, Britannie Franciſcus du

A Clerc, Normannie Ludovicus Clouet, Tolofane Franciſcus la Rade, Cafalis-Benedicti Andreas Gardez, & Burgundie Franciſcus le Texier. Habita eſt anno 1730. Pariſiis in monaſterio ſancti Germani a Pratis diæta annua, in qua Renatus Laneau aſſiſtens ſuperioris generalis, viſitatoresque, Francie Marianus Cloitrier, Burgundie Jacobus le Gal, & Normannie Franciſcus Hachette nominati ſunt. Obijt Marianus Cloitrier in diæta annua Pariſiis congregata anno 1731. cujus in locum ſuffectus eſt Carolus Luché. Vivere quoque deſiit Johan. Bapt. Alaidon præpoſitus generalis, ſermone comis & congreſſu, die 6. Junii 1733. ætatis annum agens 63. condituſque eſt cum ceſſoribus in choro majoris ſacelli B. Mariæ.

XVII. Herveus Menard doctor facultatis Andegavenſis, Britannie & poſt Normannie viſitor, tum ſuperioris generalis aſſiſtens an. 1729. eodem deſuncto vicarius generalis, electus eſt ſuperior generalis in capitulo in Majori monaſterio habito anno 1733. datique ei aſſiſtentes Claudius du Pré & Renatus Laneau, & viſitatores provinciarum nominati, Francie Franciſcus du Clerc, Britannie Johannes Baptiſta Floirac, Normannie Carolus Luché, Cafalis-Bened. Johannes Bourdet, Tolofane Andreas Gardez, & Burgundie Johan. Bapt. Sarazin. Completo necdum triennio, obijt Herveus Menard in monaſterio ſancti Petri Latinienſis die 13. Julii anno 1735. ibique ſepultus eſt in medio chori.

XVIII. Claudius du Pré Carolo Petey de l'Hoſtallerie totis ſex annis præpoſito generali a ſecretis, tum viſitor Normannie 1720. & Francie 1723. dein prior ſancti Germani a Pratis an. 1729. aſſiſtensque 1733. poſt obitum Hervei vicarius generalis anno 1735. ſummus congregationis moderator electus eſt in capitulo generali habito 1736. in Majori monaſterio, ubi nominati aſſiſtentes Renatus Laneau & Ludovicus la Taſte, conſecratus an. 1739. epicoſcopus Bethlemitanus, & viſitatores provinciarum, Tolofane Franciſcus du Clerc, Francie Johannes Baptiſta Floirac, Normannie Petrus Eudes, Cafalis-Benedicti Placidus Boguet, Britannie Andreas Gardez, & Burgundie Renatus Junien. Anno nondum expleto obijt Claudius du Pré, ſeorſum vivere & neſciri amans, die 30. Decembris 1736. annos natus 69. ſepultuſque eſt cum antecęſſoribus in choro majoris ſacelli beate Mariæ.

XIX. Renatus Laneau ſuperioribus generalibus ter aſſiſtens datus fuerat ab anno 1730. ad 1736. quo per obitum Claudii vicarius generalis, in diæta annua Pariſiis habita 23. Maii an. 1737. electus eſt ſuperior generalis; ibidem nominati aſſiſtentes Petrus Dubiez, & viſitor Francie Claudius Brunel. Habitum eſt anno 1739. in Majori monaſterio capitulum generale, in quo delata iterum Renato Laneau ſumma præfectura, ſeniores illius aſſiſtentes dicti Petrus Dubiez & Jacobus Maumouſſeau, viſitatoresque provinciarum, Normannie Ludovicus Floirac, Burgundie Claudius Brunel, Tolofane Placidus Boguet, Cafalis-Benedicti Johannes Baptiſta Sarazin, Francie Joſephus Avril, cui facto priori ſancti Dionyſii an. 1741.



successit Johannes Bourdet, & Britannia: Petrus Boucher. Tertium in capitulo generali apud Majus monasterium coacto anno 1742. renunciatus est superior generalis Renatus Laneau, cui iidem dati assistentes Petrus Dubiez & Jacobus Maumoufseau, visitatores autem provinciarum, Tolosane Johannes Ludovicus Floirac, quem defunctum anno 1743. excepit Petrus Roux, Normannie Claudius Brunel, cui successit an. 1744. Petrus Boucher, Francis J. B. Sarazin, Britannia: Jacob. Veynard, Cafalis-Bened. Franciscus Godineau, & Burgundia: Vinc. Marcland. Regit haecenus Renatus Laneau maxima cum prudentia & urbanitate.

A superstes fuit, cujus obitus notatur v. calendis Februarii, & quidem anno 989. ut scribit Albericus in chronico. Sepultus est in basilica Latinianensi ad latus aequilonare, intra murum navis inferioris, cujus tumulus cum ossibus, destructa navi ruinae proxima, in presbyterium novae basilicae regione tumuli Theobaldi comitis, ineunte praesenti seculo translatus est. Lapidus sepulchrali inscriptum legitur semelsum ipsius epitaphium, quod videlicet tomo quarto Annalium Bened. pagina 802. Ceterum ex quo tempore Herbertus comes Latinianense monasterium restituit, comites Campaniae se hujus defensores praestiterunt. Certe Theobaldus B comes, qui Magnus dictus est, non modo ob plures provincias, quas obtinebat, sed etiam ob praecleara animi ornamenta, hujus monasterii advocatus seu defensor exstitit. De eo sic Elinandus monachus in chronico: *Anno M. CLI. moritur comes Campaniae Theobaldus, VI. idus Januarii, & apud Latinianensem sepelitur.* Plura hic superfluo dicere, quae in scribenda abbatum historia aptius dicentur.

LAGNY.

## LATINIACUM.

SANCTUS Furfus nobilis Hibernus relicta patria, cum primum in insulam Britannicam, ad Anglos Orientales transmigrasset, ac deinde Galliam petisset, ab Erchinoaldo praefecto palatii optione sibi data, ut quam opportuniorem iudicaret ex omnibus possessionibus suis, eam sibi deligeret ad monasterium construendum, Latiniacum in pago Briegio positum ad ripam fluminis Matronae, la Marnie, sex leucis supra Luteciam Parisiorum praetulit. Locum hunc, qui postea in oppidum excrevit, facile concessit Erchinoaldus, impensafaculo condendo monasterio, Clodoveo II. rege opitulante, suppeditavit circa annum 644. Illic constructae basilicae tres, una in honorem S. Salvatoris, altera sub patrocinio beati Petri apostolorum principis; altera quae postmodum sancti Furfei dicta est, multis olim miraculis illustrata. Prima & tertiam modo parociales sunt, altera monachorum ordinis sancti Benedicti, sub congregatione sancti Mauri ab anno 1641. quae praeter sanctum Petrum aliquando etiam beatam Virginem patronam agnovit. Ducentis post fundationem annis coenobium a paganis, id est Normannis destructum est & in solitudinem reductum. Illud Herbertus III. comes, filius Herberti II. Veromanduorum comitis, instaurandum curavit, restituit eidem possessionibus, quae in secularium manus venerant. Hoc utrumque discimus ex diplomate Roberti regis, obtento a Stephano Campaniae & Briegii comite filio Herberti III. qui parentis ad exemplum eidem loco amplificandum studium suum contulit, ac propterea Roberto regi suggestit hanc abbatiam, quae olim amplis terrarum spatibus, & largis possessionibus ditata claruerat, sed paganorum postea persecutione destructa & penitus destituta fuerat, a patre suo comite Herberto restauratam fuisse, etque propriam terram maxima ex parte restitutam; petiitque ut rex auctoritate sua id roboraret, quod prius princeps gratanter indulsit, ac praecipuo confirmavit, in quo Stephanum carissimum nepotem vocat. *Actum Senonis civitate anno Dominicae Incarnationis M. XVIII.* (secundum novum calculum M. XIX.) regnante serenissimo rege Roberto XXXII. sexto calendis Martii. Paulo post idem Stephanus novam monasterii basilicam per Senoniensem archiepiscopum dedicari fecit, ut habet chartaceus codex, in quo id hoc anno factum dicitur die primae mensis Junii. Herbertus vero Stephani parens non diu post instauratum coenobium Latinianense

Charta  
XXXIII.  
col. 29.

## SERIES ABBATUM.

I. SANCTUS Furfus nobilissimo in Hibernia Scotorum ortus genere, in patria vitam monasticam professus, relicto natali solo ad Orientales Anglos transit, inibique monasterium condidit, fundum & impensas Sigeberto rege liberaliter suppeditante. Post haec Furfus nimio solitariae vitae desiderio captus, germano suo Foillano relicta monasterii cura, convenit alterum germanum Ultanum nomine, qui post diuturnam monasterii probationem ad eremiticam vitam transferat. Verum ex solitudine a rege ob ingruentes causas revocatus, cum provinciam gentium incurse turbata animadverteret, neque monasticum ordinem congrua illic tranquillitate frui posse, discedendi facultate a Sigeberto rege obtenta, non prius tamen quam pollicitus se illic reverfurum, in Galliam trajecit, ubi a Chlodoveo Francorum rege, & Erchinoaldo praefecto palatii, quem majorem domus alio nomine appellabant, honorifice acceptus est, statimque illi pro voto conditum est Latinianense monasterium, cui sex aut circiter annis laudabiliter praefuit. Cum autem fidem datam Sigeberto regi servare, ac germanos suos Foillanum & Ultanum revivere cupiens, reditum in Britanniam cogitaret, jamque ad vicum Pontivi Macrias dictum pervenisset, illic sancte, ut vixerat, obiit die 16. Jan. circa an. 650. Inde corpus ejus delatum Peronam quae tunc erat Erchinoaldi, sepulchrum est in alio quod tunc ipse Erchinoaldus exstruebat monasterio, S. Furfei paulo post dicto, nunc in collegium canonicorum converso. Eiusdem corpus quatuor post annos ab Eligio Noviomensi & Auberto Campaniensi praesulibus elatum fuit. Consule vitam seculo secundo Benedictino pagina 299. Casulam ejus cum stola servare se gloriantur nostri Latinianenses, qui manipulum Peronenfibus canonicis dederunt in vicem accepti ex ejus capite ossis petrosi.

II. Sanctus Emmianus, seu Emilianus discendenti e Latiniaco sancto Furfeo ut in Britanniam repedaret, ab eodem successor designatur. Colitur

v. idus Martii in cœnobio Latiniacensi. Exflat A  
ipſius vita ſeculo ſecundo Benediſt. pag. 653.

III. Sanctus Eloquentius, an Mumbolo qui ſequi-  
tur, præponendus, an poſtponendus incertum. Ino-  
tam familia de utroque dicantur in illorum actis,  
ſi mortem vario tempore adſcriptam excipias, ut  
prope unus idemque, ſed diverſis donatus nomi-  
nibus credatur. Legitur S. Eloquentius abdicato regi-  
mine, quod minus acceptus eſſet monachis, ſecel-  
ſiſſe in locum Girimacum, ſeu Grimacum dioc.  
Laudunenſis, ac 111. idus Dec. obiſſe, ſepultus  
in quodam monte juxta aggerem publicum ſuper  
fluvium Summeronem, ubi in ſſaram devolvitur.  
Ejus poſtea reliquæ conſeſſu Rodoardi epſcopi B  
Laudunenſis tranſlate ſunt regnante Odone in  
Valciodoreſe pagi Namurcenſis monaſterium ad  
Moſam, ut diximus tomo tertio col. 570. Vitam  
illius habes apud Surium 111. nonas Decembris,  
quem Mabillonius Annalium tomo primo pagina  
411. ſcribit obiſſe 111. idus Decembris.

IV. Sanctus Mumbolus, qui & Mumbolenus,  
poſtquam e Latiniaceni monaſterio cum paucis  
fratribus, ceteris exoſus, abſceſſit, ad quemdam  
locum pagi Noviomenſis, Gundarinum vocabulo,  
ſuper fluvium ſſaram ſe conſtituliſſe fertur, atque a  
beato Eligio præbiter conſecratus, facultatem  
predicandi pro totam illam dioceſim accepſiſſe,  
quo in loco ſepultus eſt, mortuus xiv. calendis  
Decembris. Corpus ejus ex eccleſia Calniaceniſ  
tranſlatum eſt ad cœnobium Fontis ſancti Eligii  
prope Calniacum ad ſſaram in dioceſi Noviome-  
nenſi, ubi hæctenus honorifice aſſervatur & col-  
litur.

Post quatuor hos ad breve tempus abbates,  
qui ex Britannia in Galliam veniſſe dicuntur, quæ  
ad hanc abbatiam ſpectant, denſis involvuntur  
tenebris ob cladem cœnobio illatam a Barbaris.  
Certeſ quidem eſt inſtauratoriſ auctor Herbertus  
comes, ſed quo præſente anno facta ſit, quive primus  
ab hac inſtauratore abbas fuerit, incertum. Sane,  
ait Mabillonius, non videtur primus fuiſſe Her-  
bertus ejus loci abbas, qui ſancti Benediſti regula-  
ribus diſciplinis in monaſterio Latiniaceniſ ſe ſub-  
miſiſſe dicitur in libro de miraculis S. Wlframni  
epſcopi Senonenſis. Jam ergo ante ejus iſtuc  
ingreſſum reſtituta ibidem erat diſciplina regu-  
laris.

V. Herbertus præerat anno quinto Roberti  
regis, ex chartario ſancti Petri Carnotenſis, cujus  
monaſterii antea fuiſſe monachum lego, tum in  
eodem chartario, ubi eſt monacho abbas, tum in  
Annalibus Benediſtinis tomo quarto pag. 167.  
& 203. Hic eſt, qui ex Judæis ortus, ſed a puero  
chriſtianus, in omni literarum peritia eminebat,  
a celeberrimo Gerberto, cum Roberto Franco-  
rum rege, ac Fulberto poſtea Carnotenſi epſ-  
copo edoſtus, ut legitur in chronico Fontanel-  
lenſi tomo tertio ſpicilegii pag. 258. & 265.  
Sedebat adhuc Herbertus, teſtante Mabillonio,  
quando Stephanus comes Herberti inſtauratoriſ  
cœnobii filius diploma impetravit a Roberto  
rege, de quo in prologo. Sub Herberto floruit  
monaſterium ſanctiæ & doſtrina, ex quo tunc  
aſſumtus eſt Gerardus vir doſtus, Fulberti Car-

notenſis auctor, primum ut monaſterio Criſpi-  
aceniſ in Valeſio præſeſſet, deinde Fontanelleſi in  
Normannia. Tante caritatiſ aſt Herbertus, ut  
proſugos Carnotenſes ſancti Petri monachos libe-  
raliter exceperit, uti cœqualis auctor tradit ſi-  
ſteris: *Inde tranſierunt ad cœnobium ſancti patris  
Herberti, cujus dives caritas de paupere cenſu qua-  
que poteſt illis neceſſaria ſubmiſtraſt.* Dies obiſus  
ejus in antiqui necrologii laciniis conſignatur xix.  
calendas Decembris, ubi forte legendum xiv.  
calendas, ut in necrologio ſancti Germani a Pratis  
ad calcem hiſtorie editæ; cujus loci monachum  
fuiſſe ſcribit Mabillonius tomo quinto Annalium  
pag. 138. Quod quidem ex diſctis haud ſtrictè  
intelligendum videtur, quaſi revera Herbertus in  
cœnobio ſancti Germani vitam monaſticam am-  
plexus fuerit, ſed forteſſe tantum quia inter utrum-  
que monaſterium, Carnotenſe ſancti Petri & ſancti  
Germani Pratenſis ſocietas inerat; unde ſæpius in  
necrologiis legitur, *monachus congregationis noſtræ.*  
Addam pro coronide hujus capitis, Evrinum  
quemdam, a recentioribus comitem vocatum,  
omnia bona ſua Latiniaceniſ cœnobio in eleemo-  
ſynam conſtituliſſe, ſub annuarum precum tam pro  
ſe, quam pro Herberto abbate perſolvendarum  
conditione. Mortuus eſt Evrinus anno 1077. &  
in baſilica ſepultus cum epitaphio.

VI. Rogerius, qui & Rotgarus, Dionyſianus,  
ut fertur, monachus, ex Imberti Parisiorum epſ-  
copi notus eſt literis, quibus anno 1036. indi-  
ctiõne iv. ei duo altaria, Curviſinarum ſcilicet  
dedicatum in honorem ſancti Germani, & Montis  
Evrini in honorem ſancti Remigii, necnon pars  
oblationum in eccleſia ſancti Furſei conceduntur,  
preſente Henrico rege, & literis ſubſcribentibus  
Airaldo abbate ſancti Germani, Johanne Fifican-  
nenſi, & aliis tum clericis, tum viris nobilibus.  
Rogerius infra octavas ſancti Furſei menſe Janu-  
ario deſunctus notatur in tabulis, ſive, ut habent  
D Sandionyſianum, Sangermanenſe & Corbeienſe  
necrologia, xiiii. calendis Februarii.

VII. Gibuinus videtur proxime Rogerium  
excepiſſe, ſin minus præceſſit. Duo vetera inſtru-  
menta ejus meminerunt, ad ſine chronicis notis.  
Primum eſt Anſelli de Garlanda filii Adam ſtan-  
tantiſ ſe *advocatoriæ* de villa Corboam dimiſſiſſe  
ad preces Gibuini abbatis & Theodorici præpoſiti;  
altero Cartolæ villæ obentis juribus cedit idem  
Anſellus cum ſuis fratribus, prout tunc temporis  
Gibuini abbas & Theodorici procuracione jam  
pullaſſa erat: quæ verba deſunctum Gibuinum  
innuunt.

VIII. Radulphus I. ſeu Rodulphus abbas S. Petri  
Latiniaceniſ eos inter viros illuſtres receuſer, qui  
deſectiõni corporum ſanctorum Dionyſii &  
ſociorum ejus anno 1053. interſeruerunt.

IX. Gualo notatus in antiqui necrologii laciniis  
ad diem 20. aut 21. Januarii eo loci reponendus  
videtur.

X. Arnulphus ſancti Theobaldi Vicentini ere-  
mite frater, Campanie comitum propinquus,  
abbas Latiniaci & ſanctæ Columbe Senonenſis  
anno 1078. a Petro Vangadicæ in Italia abbate  
brachium S. confeſſoriſ Theobaldi cum aliquot  
aliis

aliis reliquiis accepit, quas ille mox in Franciam advectas apud Latiniacum collocavit. Haud multo post ecclesia sancti Theobaldi nomine insignita prope Latiniacum excutatur in silva, quam Fagos vocant, *le bois du Fou*, hæc tunc cella monasterii Latiniacensis. Alteram item haud procul Senonis eidem sancto nuncupavit ecclesiam Arnulfus. Sancti quoque Florentini martyris reliquias Latiniacum transferri curavit anno præfectura: vicesimo octavo, ut ex historia hujusce translationis discimus, in cujus fine hæc leguntur: *Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo quarto, regnante Philippo rege anno imperii sui tricesimo tertio, præfidente quoque in urbe Parisiorum B. Gaufrido episcopo, Arnulfo abbate regente ecclesiam Latiniacensem canobii anno si quidem introitus ejus vigesimo octavo.* Ex quibus verbis ultimis colligitur Arnulfum dignitatem auspicatum fuisse an. 1074. Existat Ivoonis epistola LXX. ad Urbanum papam, ex qua discimus litem Arnulfum inter & Guillelmum Parisiensem episcopum intercessisse. In hac videlicet rogat Ivo pontificem, ut Guillelmum apostolicis litteris muniat contra Latiniacensem abbatem, ejusque monachos, qui *nescio qua*, inquit, *libertate suos excessus tuentur, & subjectionem Parisiensis ecclesie debitam, & hæc tunc exhibitam, contra canonicam institutionem, de cervice sua excutere moluntur*: quos addit hujus modi esse, quibus magis necessaria sit subiectio, quam libertas; quibus *si decem millia pedagogorum in Christo ad custodiam deputarentur, vix tamen sic regularis continentie legibus ligarentur*: pontificis tamen sic moderandam temperandamque cupit sententiam Ivo, ut nec Parisiensis ecclesia suo jure minuatur, nec Latiniacense monasterium aliquod gravamen a Parisiensis ecclesia indebite patiatur. Sic fe quoque pontifex gessisse videtur; enim vero diploma concessit Arnulfo, quo tutelæ & securitatis monasterii cavetur; & ipse Willelmus episcopus Parisiensis consilio Carnotensis & Meldensis antistitum, atque assensu Fulconis decani & totius beate Mariæ Parisiensis capituli Arnulfo indulget, ut ecclesia Latiniacensis non cessaret ab officio divino, nisi & ipsa mater ecclesia cessaret. Cum Waltero Meldensi, & Milone Trecenti episcopis arbiter electus Arnulfus ecclesiam Columbariensem, *de Colomez*, Conchenfis monachis in diocesi Ruthenensi adversus Resbacenses attribuit anno 1101. v. calendis Februarii. Altare de Ongina idem Galterus episcopus Meldensis Arnulfo concessit regnante Philippo rege. Memoratur idem Arnulfus in instrumento Galonis episcopi Parisiensis pro libertate ecclesie sancti Fursi data anno 1105. indictione XIII. episcopatus Galonis anno secundo. Moritur senio confectus anno sequente pridie cal. Martias, simul abbas S. Columbe Senonensis, ut diximus, ab anno saltem quarto decimo regni Philippi. Is porro vitam & miracula S. Fursi rogatu Peronensium duobus libris complexus traditur.

XI. Gaufridus I. Arnulfo successor datus est, sub quo proinde Pascalis II. egressus e Sandionysiano monasterio hospitatus est in Latiniacensi an. 1107. Ejus quoque temporibus magistro usi sunt Latiniacenses Anselmo, qui postea fuit abbas

Tomus VII.

Gemblacensis. Sane laudatur Arnulfi successor Gaufridus anno 1122. in chartario sancti Martini de Campis; ejusdemque obitus dies nonis Aprilis consignatur in necrologio S. Petri Carnotensis.

XII. Radulfus II. sancti Nicolai in silva Vedogii monachus, *consilio domini Norberti ab abbate Simone susceptus, Latiniacensi ditissimo monasterio præficitur abbas anno 1124.* volente Theobaldo Campaniæ & Briegii comite, ut Hermannus Laudunensis monachus tradit libro tertio de miraculis B. Mariæ capite 18. Post duos annos Guidonem Diffutum abbatiæ dapiferatum volentem solvit assensu filii ejus Simonis, quod postmodum alii quoque duo ejusdem filii Stephanus & Radulfus ratum habuere, Theobaldo comite, Colomeris dum moraretur, assensum præbente. Qua de re sic alibi lego: Anno 1132. Guido Diffutus suos pro dapiferatu reditus, panem scilicet ac vinum, & quæcumque tam extra; quam intra Latiniacum villam possidebat, perpetuo in elemosinam dimisit in manu Radulfi abbatis, exceptis duabus plateis, pro quibus retentis homo abbas remansit. Eodem anno 1132. Andreas de Baldimento, *de Baudemont*, professus se viginti modios vini injuste pro feodo tenuisse, eosdem dimisit Radulfo abbati, coram Guifredo episcopo Carnotensi, qui tunc temporis in Occitanicis partibus legationis officioungebatur, Burcardo Meldensi præfule, & Gualeranno Ostianense (Urficampi) abbate ejusdem Andree filio. Molendina quatuor apud Chessium extruxit, idemque a Goiberto camerario *criagium* affectus, fratrum usibus villas & proventus addidit plures. *Sanctæ religionis amans* (inquit tabulæ) *consideravit, quia subtracto corpori debito necessario, nec pacis ordo servatur, nec prælatu timetur, nec debium caritatis officium exhibetur, nec parvus inde tumultus inter monachos oriri solet.* Multa alia difficillimis temporibus in monasterii commodum & profectum præstitit, quantumvis bellorum interfectionum, pestis ac famis pressus angustiss. Circa id tempus R. abbas B. Mariæ Latiniaci obtinuit ab Innocentio II. confirmationem cujusdam domus inter ecclesias monasterii & S. Pauli constructæ, ceterorumque omnium, quæ hæc tunc canonice possidebat. *Datum Laterani pridie nonas Octobris.* Litteras accepit ab eodem pontifice datas ibidem pridie nonas Martii, quibus cavetur, ne quis domum extruat hospitalem ante abbatiam, aut missam celebret in festo Purificationis beate Mariæ, nisi post completam processionem, ex chartario domestico. Idem anno 1139. apud Resbacum præfens cum aliis abbatibus memoratur, quorum laudat congregationes Innocentius II. pro stabilitione ordinis disciplina, dato Pisis rescripto xv. calendis Decembris, in quo inter alios R. Latiniacensis abbas recensetur. Ad hunc quoque abbatem spectare scribit Mabillonius epistola S. Bernardi cccxxi. ad tres episcopos, Ostiensem, Tusculanum & Prænestinum, tomo primo operum ejusdem sancti, editionis anni 1719. pag. 227. Cum enim Radulfus ab Innocentio II. pontifice litteras accusationum plenas circa annum 1140. accepisset, haud dubie recurrit ad sanctum Bernardum, qui non modo diluit accusationes, verum & ipsius

Annal. rom.  
S. P. 332.

Pub. hist.  
Arven. pag.  
486.

T. j. nova  
Gall. Christ.  
col. 86.

T. i. Anec.  
Marsen. col.  
389.

Amplif. col.  
lect. rom. 1.  
col. 763.

abbatis elogium tenuit epistola laudata. Quatuor A  
objiciebantur Radulfo, nempe quod apostolicum  
nuncium suscipere nolisset, quod pontificis lit-  
teras Humberto directas fregisset, quod monachos  
nonnullos in carcerem compactos detinisset, ac  
denique quod bona sui monasterii distraxisset  
& propinquis distribuisset. Radulfum ut purgaret  
Bernardus, religionem ejus, vitæque sanctitatem  
exulit: *Utinam, inquit, vel innocentia tuta esset, &  
justitia ipsa fuisset sufficeret defensionem. Quid peccavit  
Latiniacensis abbas? an quod bonus monachus, &  
melior abbas! Quod bona opinionis & melioris est  
vita! An quia monasterium, cui praeest, & decoravit  
religione, & bonis temporalibus amplexavit, & bono-  
rum fratrum numero cumulavit? En sanguis iste de  
manu ejus exquiritur! Si crimen est, acceptum esse Deo  
& hominibus, tollatur, & crucifigatur, negari enim  
non potest hoc illum esse, calo & terra testibus. Si  
crimen est esse hospitalem, benignum, sobrium, castum,  
humilem, decidit merito ab inimicis suis inanis. Re-  
vera namque in his excusari non potest, convincentibus  
se propria vitæ sanctitate & fama gloria. Hospita-  
litem ejus purgat his verbis: Non negabat abbas  
hominem, qui mitrebat in Angliam, cum esset hono-  
rifice susceptus hospitio, quaerere loqui cum eo, sed  
paranti exire intervenit Humbertus praepostus dicens  
se potius exiturum & homini vice ipsius satisfactorum.*  
Ad Humberti expostulata sic respondet: *Accusatur  
item, quod litteras domini papae praedicto Humberto  
violenter abstulerit & diruperit; sed exstant littera  
integra & bullata, &c.* Contumaces quod in di-  
versis claustra monachos abegerit, probat Bernardus.  
Rei vero non male gestæ testes adhibet cum  
Theobaldo comite monasterii advocato Sueffio-  
nensem Autissiodorensis episcopus; sic illum  
videlicet bona suis dedisse, quomodo alienis, id est  
ad eumdem censum & consuetudinem. Radulfum  
porro abbatem ob impactam calumniam quis non  
felicem existimet, cui malevolorum invidia talem  
tantumque vindicem ac patronum utique paravit! D  
Demum Radulfus probis omnibus relicto sui desi-  
derio ex hac vita discessit anno 1148. ex codice  
Vallicellano.

XIII. Gausfridus II. qui & Galfridus & Gode-  
fridus hoc ipso anno 1148. in abbatem electus  
ex chronico Latiniacensis, duas partes furni de  
Insula concessit Alberto praefecto, Berthæ uxori,  
& eorum heredibus, cum laude & approbatione  
comitis Theobaldi, ex tabulario domestico, ubi  
& acquisivisse legitur a Widone de Pisaria & Adam  
ipsius fratre totam eorum terram de Plastreia, de-  
cimam, prata & piscationem. Nominatur anno  
1152. in charta Henrici comitis Trecentis, qua  
ei relaxat procuraciones, ob quas ecclesia illa tem-  
pore patris ejus plurimum gravata fuerat, & inlu-  
per ex centum & octo modis vini quos illius ec-  
clesiæ hospites eidem annuatim persolvebant, vi-  
ginti remittit pro anniversario patris sui Theobaldi  
in monasterii basilica sepulti. Testes Manasses ep-  
iscopus Meldensis, Lambertus abbas sancti Faronis,  
Godefridus abbas de Castro Theoderici, Elias Ca-  
gientis abbas, Theobaudus abbas de Calmisi, &c.  
Denique idem Henricus thesaurarius beati Petri  
Latiniacensis ecclesiæ viginti solidos de censu Co-

Diploma.  
L. 6. c. 156.  
pag. 584.

lumarii (Colomier) assignavit ad lampadem per-  
petuo accendendam ad tumulum patris sui Theo-  
baldi comitis. Adstitit Godefridus abbas an. 1156.  
detectioni cappæ pueri Jesu apud Argentolium.  
Officio celerarii dimidium sextarium sagminis  
adjecti quacumque die fratres sagmine utuntur;  
sive, ut alibi lego, diebus illis, quibus sagmine  
uti poterant fratres, eorum proventus auxit. Hic  
est G. Latiniacensis abbas, qui Romam profectus  
monasterii possessiones ab Adriano papa obtinuit  
confirmari adversus heredes Radulfi comitis Pe-  
ronensis, Laterani dato diplomate v. idus Martii,  
quique nundinarum in festo sanctorum Innocen-  
tium institutarum, & in illis mercatorum securi-  
tatis, &c. ab eodem pontifice confirmationem  
acceptit bulla data Beneventi calendis Februarii.  
Circa id tempus occasione turris, quam laudatus  
Henricus Trecentis comites erectam in oppido La-  
tiniacensi volebat, hunc antea beneficium Gausfri-  
dus hostem infensissimum expertus est. Asserebat  
comes sibi ab abbate jurjurando promissum ut  
erigeretur turris, quod negabat constanter abbas.  
Commisum negotium Hugoni Senonum archi-  
episcopo & abbati S. Germani a Pratis ab Adriano  
papa, secundum abbatem Latiniacensem exitum  
habuit, ita ut insecta turri, quæ Latiniacensis  
offendiculo fuisset, cum Henrico comite in gra-  
tiam redierit Godefridus an. 1156. ex ipsiusmet  
comitis charta, ubi dicitur abbas Adriani IV. apo-  
stolica auctoritate ab extruenda turri prohibitus;  
sicque desit communia, cui erigenda turris para-  
batur. Redditam pacem & monasterio libertatem  
anno sequenti gravissimus casus intercepti, totius  
videlicet urbis Latiniacensis conflagratio. Huic  
cladi Godefridus quinque annis superstes, instau-  
randis rebus operam ne daret, vel crimina vel cri-  
minationes in causâ fuere. De criminibus ne umbra  
quidem hætenus vis est, quin potius ab illo suo-  
rum in commodum gesta optimum abbatem com-  
mendant. Verumtamen existant adversus eum ep-  
istolæ duæ criminationibus plenæ scriptæ a con-  
ventu generali Nigrorum monachorum ex pro-  
vincia Remensi; quarum prima est ad Adrianum  
IV. circa annum 1155. altera ad Alexandrum III.  
quas videtis Bernardinas inter tomo primo operum  
S. Bernardi editionis anni 1719. num. CCCXLV.  
col. 403. & num. CCCXLVI. col. 404. quem  
sanctum si habuisset, sicuti Radulfus decessor, ad-  
vocationum, causâ forsitan haud cecidisset, sede sua  
dejectus anno 1162. Mortuum scribit hoc ipso  
anno Mabillonius in nota epistolæ sancti Bernardi  
CCXXXI. editionis anni 1719. affixa col. 227.

XIV. Hugo I. quem Gerardus Dubois tomo  
secundo historię ecclesiæ Parisiensis pagina 131.  
& 291. cum sequenti confundit, deposito Gode-  
frido (verba sunt chronici) eodem anno 1162.  
succesit, insequenti desideratus, ex eodem chro-  
nico.

XV. Hugo II. Theobaldi Senioris, seu Magni,  
Campaniæ comitis filius nothus, primum Tironii  
monachus, teste Roberto de Monte, dein tem-  
pore Stephani regis patrii sui aliquantum temporis  
abbas Homenfis in Angliâ, qua abbatia relicta fuit  
abbas Cerecensis, qui iterum illa relicta, venit in

Annal. tom.  
6. p. 17.

Franciam ad nepotes, imo fratres suos Henricum & A  
Theobaldum, & sic factus est abbas Latiniacensis  
post Hugonem primum anno 1163, secundum  
Latiniacense chronicon. Is multa contulit ad con-  
ventus emolumentum, pleraque ex frater Henrici  
comitis Trecentis munificentiis, quibus & alia ipse-  
met adiecit dona, ut annuus sibi preces post obitum  
procuraret, quod anathemate & sigillo capituli firmatum  
est. Scriptum ad eum Alexander papa III. Senonis v. idus Octobris de uncia auri, quam singulis  
annis Lateranensi palatio Romæ Latiniacensis  
ecclesia debet, & iterum eadem de re Portuensis  
episcopus B. quas iisdem solvisse perhibetur, &  
quidem anno 1164. papæ Berengario vero Por-  
tuensi episcopo anno incerto. Emit Hugo Latiniaci  
abbas frater Henrici comitis a duobus militibus  
Adam & Widone de Pisaria quinque modios annonæ,  
partim ex frumento, partim ex avena; qui  
denum de suis optime meritis vivere desit anno  
1171.

XVI. Guarinus hoc ipso anno 1171. statuitur  
abbas in chronico. Insequenti nominatur in charta  
Mauricii episcopi Parisiensis, & iterum eodem  
anno in charta Gemeticensi, una cum Guillelmo  
Senonensi archiepiscopo, Stephano abbate sancti  
Petri Carnotensis, Fulcaudo de Valeia (sancti Jo-  
hannis) & Rogero Ivriaci. Anno 1175, indicl. C  
viii. idibus Aprilis pro sanctorum Eulachii &  
Solinae, quorum reliquiis Latiniacensi, ecclesia  
ditatur, augenda solemnitate, eorundem festum  
in cappis celebrandum decrevit, multis hæc in  
rem, quæ comparaverat, fratrum usus deustatis.  
Insequenti 1176. quo grandè immensissime pugno  
humano grossior Latiniaci cecidit, septimo idu Mart.  
indicl. ix. Guarinus domum Arnulfi prebyteri  
sancti Dionysii de Portu certis conditionibus ab-  
bati beate Mariæ de Cagia permisit. Alia quoque  
nonnulla prædia nobilium in manus traduxit, ex  
quibus sic datus cum abbacia postmodum labourret,  
denonensis archiepiscopus scriptis ad Parisiensem &  
Meldenensem episcopos litteris significans G. quan-  
dam abbatem Latiniacensem teoda ecclesie sue  
pluribus dispersisse non habito consensu capitul.  
diratum interminatione remedium afferre sollicitus  
fuit. Cessit hoc anno Guarinus, dubium an vi  
an sponte, superles 1180. in quadam monasterii  
cella, uti colligitur ex ipsius epistola ad Joscelinum  
successorem his hæc verbis: *Domino & amico  
ar-rissimo J. Dei gratia abbati Latiniacensi, G. quan-  
dam ejusdem ecclesie minister humilis. Quantum in  
acquirendis rebus de Varnis, quas diu perdidit  
ecclesia Latiniacensis, cum adhuc vobiscum essem, la-  
boraverit pariter mea, scitis, & quam viriliter in  
præfato negotio gerim, quam constanter me habuerim.  
Nunc autem P. & N. ad iterum iterum trahunt, &  
& magis vs. quam me ledere & spoliare volunt.  
Quæ est enim vita mea, aut quot sunt dies mei? Nonne  
umerus amorum meorum finitur brevi! Nonne au-  
em ecclesie Latiniacensis durabit in generatione &  
generatione! Viriliter igitur &c. Valere, & si qua  
sunt in vobis viscera pietatis, in orationibus vestris mei  
memores estote.*

XVII. Joscelinus, qui & Goscelinus frater  
Gaufredi II. abbatis, sub quo prioris munus obierat,

Tomus VII.

electus est xi. calendas Novembris anno 1176.  
& abbatiati benedictione donatus xiv. calendas  
Decembris. Litteras obtinuit ab Alexandro III.  
decimo tercio calendas Aprilis anno 1178. pon-  
tificatus xxi. pro tuitione bonorum ac jurium  
monasterii, quæ illic enumerantur. Abbatiz dapi-  
feratum, cui jam dudum Guido Diffusus nuncium  
remiserat, Ivoni filio Guidonis reclamanti solemnium  
est anno 1181. reddidit. Assignavit reditus,  
centum videlicet solidos ad infirmorum necessaria,  
quos subinde Johannes abbas auctiores fecit. Tem-  
pore Henrici episcopi Silvanectensis memoratur  
in tabulario domestico Joscelinus abbas, qui de-  
mum anno 1184. xi. calendas Januarii nature  
debitum solvisse dicitur, ex merore, ut conjiciunt,  
ob combustionem Latiniacensis monasterii & to-  
tius fere villæ iii. nonas Augusti ejusdem anni.  
Verumtamen ex dicendis in abbate xix. Johanne,  
ad ejus tempora superles abdicata præfectura vide-  
tur, sed non ultra anni 1190. mensem Junium,  
quo jam defuncti Joscelini & itidem Henrici episcopi  
Silvanectensis fit mentio in charta Gaufredi  
sedis ejusdem antistitis de nemore de Tirin apud  
Droiffel.

XVIII. Humbertus proxime Goscelino suc-  
cessisse dicitur ad breve tempus, scilicet ad 12.  
Augusti anni 1188. Idem fortasse, qui sub Ra-  
dolfo abbate monasterii præpositus memoratur in  
chronico Dionysiano.

XIX. Johannes I. cognomento Britel, aut for-  
san Bretel quo modo Balduinum militem cogno-  
minatum lego 1213. in chartario Latiniacensi,  
regimen auspiciatus anno 1188. insequenti me-  
moratur præfatus donationi factæ canonicis regu-  
laribus beate Mariæ de Cagia in villa de Gressi  
instituit. Circa hunc annum permutavit Johannes  
domum in parte villæ, quæ dicitur Auglia, sitam,  
quam Robertus decanus de domno Medardo tem-  
pore Joscelini abbatis pro suo anniversario dona-  
verat, absolvitque capitulum ab excommunicatione  
lata per eundem Joscelinum, ipsomet præ-  
sente, quandoquidem, ait, hæc mutatio non est  
alienatio possessionis. Mense Junio anni 1190.  
concordiam inijt Johannes abbas cum Odone  
quodam Jerosolymam profecturo, propterea quod  
memoris quod ad ipsum hereditario jure deven-  
erat, Lamberto . . . . de Crispiano dati non  
servaret conditiones, ex tabulis domesticis. Re-  
peritur 1191. in chartario Fontanensium. Ratum  
habuit 1194. mense Julio quod Radulfus abbas  
anteceffor de numeraliis ad fenarium numerum  
reductis statuerat. Eodem anno mense Decembris  
E pactionem fecit cum Philippo de Nantolio super  
nemore Droiffellarum, cui Meldensis episcopus, &  
Galfridus Silvanectensis una cum Galfrido priore  
de Crispio & Nantolio ac Rainaldo priore de  
Latiniaco, &c. subscripserunt. Blanca comitissa  
Trecentis anno 1202. illatum monasterio emen-  
davit injuriam, & pro satisfactione annulum suum  
fratribus obtulit in capitulo. Anno 1206. sexto  
calendas Sepembris, quæ dies in Dominicam  
incidebat, renovatæ ecclesie consecrationem ob-  
curavit per Odouem episcopum Parisiensem. Ob-  
tinuit circa id tempus ab Innocentio III. tutelare

diploma ad bonorum & privilegiorum cœnobii conservationem. Robertus comes Drocensis, a quo nomen habet Braia comitis Roberti, *Bry Come Robert*, calumniæ de decem vini modis apud Torciacum, agniti monachorum jure, dimisit. Nominatur adhuc Johannes abbas 1214. in archivo domus Dei Meldensis; ac denique post multa præclara gesta per 28. annos ad cœnobii commodum, vivendi finem attingit anno 1215.

XX. Johannes II. Sart e gremio Latiniacensium monachorum abbas electus est eodem anno 1215. quo ut eundem electum confirmaret, Petrum Parisiensem episcopum rogarunt monachi. Paucis in præfutura mensibus exactis animam efflavit, ex chronico.

XXI. Odoinus secundum idem chronicon non integro biennio sedit, ubi & obitus ejus an. 1217. configuratur.

XXII. Hugo III. omisus in catalogis innotescit ex tabulario regio Campaniæ, ubi anno 1218. mensis Decembris inisse pactum legitur cum Campaniæ comitissa tum super hominibus, quam seminis suis in castellanâ Pruviniensi.

XXIII. Aubertus sedebat mensis Januario ejusdem anni 1218. seu potius ineuntis 1219. quo Simon de Loches *invadavit* ei quiddam habebat in decimis de Copevrez, ex tabulario Fossateni. Cum rege Navarræ, qui simul erat Campaniæ comes, anno 1223. proxima Dominica ante festum sancti Thomæ apostoli convenit de solvendis annuatim centum libris pro *gisto*, quod in ecclesia Latiniacensi quoties ad illam accederet comes, exigebat, ex codice nsc. in folio bibliothecæ sancti Germani a Pratis notato 442. pag. 162.

XXIV. Gaufridus III. qui & Guiffredus, anno 1224. mensis Januario Campaniæ comitem rogat, ut pro conventu Latiniaci de contracto ære alieno sivejusfor esse dignetur, exigentibus, qui D mutuo dederant, ut comes fieret quasi debitor principalis. Reperitur an. 1225. mensis Januario & 1228. mensis Junio in charta de molendinis de Chesiaco, apud quam villam nonnulla hoc anno coquinæ fratrum concessit. Dedit etiam circa id tempus Alberto præfecto & filio ejus Arnulfo furnorum Insulæ partes duas. Hic autem est haud dubie Guiffredus de Brigiaco vel de Bregiaco Theobaldi militis filius, qui subprior anno 1211. Latiniaci quondam abbas dicitur in charta Petri episcopi Meldensis ratam habentis conventionem inter Philippum de Brigiaco militem Gaufridi germanum, aliosque consanguineos, & abbatem de Latiniaco anno 1233. mensis Junio, ex tabulario Latiniaci. Languore correptus Gaufridus, an gravis annis? diuturnioris vitæ spern abjecerat anno 1231. cum attendentes monachi, quæ in electionibus oriri consueverunt dissensionem, consenserunt unanimiter successoris electionem Guillelmo Parisiensi episcopo permittendam hac vice tantum, sine ullo in postem sui juris detrimento; quod quidem ultro professus est Guillelmus episcopus. Quamdiu vero Gaufridus post cessionem superstes egerit in vivis, manet incomperum.

XXV. Martinus antea monachus S. Martini de Campis apud Parisios, in locum recusatantis B. (Balduini) ex priore ejusdem S. Martini abbatis Latiniacensis nominati a Guillelmo Parisiensi præfule, ex prædicta cum eodem episcopo pactione monachorum, seu delata eidem a conventu eligendi abbatis potestate, sufficiens est mensis saltem Augusto anni 1232. quo Guillelmus episcopus Parisiensi litteris datis die Veneris post festum sancti Bartholomæi apostoli testatur se præsentem fuisse apud Sezanniam, quando inibi M. abbas Latiniaci nomine monasterii Latiniacensis solemniter *emendam* fecit, præsentibus quibusdam de capitulo suo, nobili viro Th. comiti Campaniæ, pro eo quod conventus Latiniacensis post cessionem Gaufridi quondam abbatis Latiniacensis tractatum habuisset de electione abbatis, antequam misissent ad prædictum comitem pro petenda licentia eligendi abbatem. Qua de re haud absimile ipsius Martini habetur instrumentum datum mensis Septembris ejusdem anni. Scripsit Martinus anno 1233. in vigilia sancti Bartholomæi ad Theobaldum Campaniæ comitem se suis hominibus præcepisse, ut die Dominica post octavam Assumptæ in cœlis beatæ Mariæ virginis apud Montem scolarem convenirent in exercitu comitis cum armis & victualibus ad unum mensum propositum, quem proinde rogat, ne sibi culpæ vertatur, si forte non comparerent. Memoratur idem 1236. mensis Julio in chartario Livriaci; quo anno propter tum eruditionem, tum cæcitas dotes Jacanni de Belsia Vedallino apud Arebates abbat subrogatus est, ubi breve ipsius elogium teximus tomo tertio col. 386. Notatur obitus ejus anno 1250. iv. nonas Junii in martyrologio Carbeniensi.

XXVI. Guillelmus I. anno 1238. mensis Januario Philippo de Nantolio rupes omnes duo inter vivaria sitas apud Drossellas sub annuo censu permissit. Recensetur 1239. mensis Februario, & 1242. mensis Augusto in chartis Fontaneisibus. Suo hoc abbate Gregorius XI. statuta pro reformando Latiniacensi monasterio in aliquibus iniquitate justit observari, bulla data xii. calendis Febr. pontificatus anno decimo. Testatur Guillelmus abbas 1240. & 1241. mensis Februario mercatores Senenses 1150. libra a comitissa Nivernensi accepisse, ex inventario thesauri chartarum fol. 89. & 90. *Bourgogne*. Hoc etiam anno 1241. eodemque Februario mensis concordavit cum mercatoribus ad nundinas Campaniæ venientibus, ex tabulario domestico. Reperitur adhuc 1244. & 1245. mensis Decembris in charta Calensi; & iterum 1245. mensis Januario, tarenssi jam anno 1244. prior & conventus eligendi abbatis facultatem petierint a Theobaldo rege Navarræ & Campaniæ comite, ex inventario laudato fol. 156. *Champagne*; quam adhuc petitionem iterarunt 1245. die Mercurii post Purificationem beatæ Mariæ, ex regio tabulario Campaniæ.

XXVII. Petrus I. anno 1247. die Veteris ante festum beati Johannis Baptistæ coram rege (Navarræ) procuratorem suum instituit fatum

Chart. regum Campaniæ.

Publ. H. arch. Gall. p. 156.

Guillelmum Latiniacensem monachum in causa adversus magistrum Radulfum de Campis, & Guidonem de Torigniaco. Reperitur 1249. & 1257. in charta Calensi, & iterum hoc anno 1257. mense Maio in chartario Fontanensi; quo paulo post resignante in manu episcopi Parisiensis, prior & conventus eligendi alterius abbatis facultatem petiere a comite Campaniæ an. 1258. die Veneris in vigilia beati Laurentii.

XXVIII. Odo reperitur anno 1259. in tabulario Vallis beatæ Mariæ. Scriptis anno 1262. litteris, mercatori cuidam in nundinis Latiniacensibus quamdam pecuniæ summam ab Ivonis abbatis Cluniacensis quodam famulo ipsius Ivonis nomine persolutam fuisse testatus est. Occurrit 1265. mense Maio in charta Calensi. Cessit & Odo in manu episcopi Parisiensis anno 1269. quo post octavas sanctissimæ Trinitatis die Mercurii S. prior & ejusdem loci conventus eligendi abbatis a comite Campaniæ licentiam postularunt.

XXIX. Radulfus III. reperitur anno 1270. in tabulario Campaniæ, 1272. mense Augusto in charta Pontis Dominarum, & iterum in chartis Campaniæ 1274. die Sabbati ante festum beatæ Barnabæ apostoli mense Junio. Hoc autem ipso anno prior & conventus Latiniacensis eligendi abbatis a regina Navarræ, Campaniæ comitissa facultatem petierunt, ex tabulario Campaniæ & inventario thesauri chartarum folio 94. verso, *Champagne*.

XXX. Johannes III. recensetur abbas 1277. mense Februarii in charta Calensi. Eodem anno mense Aprili cum capitulo Meldensi commutationem fecit decem modiorum vini, quos in cellario hujus monasterii capitulum idem percipere consueverat. Reperitur an. 1283. in charta Calensi, 1285. mense Februarii in tabulario S. Quiriaci Pruviniensis, & iterum in charta Calensi anno 1287.

XXXI. Johannes Baptista I. Parisinus sepultus est in capitulo cum hac inscriptione, quæ mortuum docet die 7. Julii anni 1301.

*Moribus imbutus & cleri dogmate tutus,  
Dans miseris fractus, tollens per gaudia luctus,  
Parisus natus, Baptiste voce vocatus,  
Ecclesia gratus abbas fuit iste beatus,  
I. c. ter, & d. bis, veneris, lege, luce videtis  
Hoc Julio gestum Benedicti de prope festum.*

XXXII. Renaudus, qui & Rainaldus, Latiniacensis abbas migravit a seculo calendis Decembris anno 1302. sepultus in capitulo prope decessorem cum epitaphio sequenti:

*Bis I. c. ter, D. bis lege, lector, tempus iabelis  
Elegi luce Renaudus ab orbe migravit  
Abbas morte duce, sit spiritus agmine David  
Abbas . . . . . humanus, religiosus:  
Pravis exofus, consortibus ordine clarus.  
Vita solamen det spiritui Deus. Amen.*

XXXIII. Deodatus, seu Adeodatus abbas erat 1306. & 1309. die Martis post Ascensionem

A Domini, quo, non vero 1339. uti legitur in historia ms. Latiniaci, a cum Johanne Cocardi ab Autissiodorensi episcopo delegatus, Guidonis abbatis sancti Germani in urbe Autissiodorensi resignationem excepit. Dein primus ecclesiæ Castrensis a Johanne papa XXII. creatus est episcopus, uti tomo primo diximus, col. 67.

XXXIV. Johannes III. de Cadrellis, de *Cauvelles*, bellorum inter procellas & Anglica, Burgundicaque arma cœnobii curam gerebat. Quapropter suis perfrugium quaesivit Parisiis, vicina Templi portæ coemta domo cum horto, quam acquisitionem anno 1321. Bertrandus prior sancti B. Martini de Campis ratam esse voluit. Eodem anno die Veneris post Ascensionem memoratur Johannes abbas Latiniaci in tabulario Vallis B. Mariæ. Eidem Carolus Pulcher Francorum rex turrim in muris Parisiensibus ad portam Templo proximam certa conditione permisit anno 1324. mense Sept. Insequenti 1325. die 5. Febr. quingentas libras a germano suo magistro Andrea de Cadrellis quondam sancti Nicolai apud Ambianum canonico, & domini regis clerico testamento legatas pro influenda capellania, comparandis ad ejusdem opus in quadam juxta muros portæ Templi area vacua donibus impendit, monachorumque usibus addi-

C xit, ut tam pro se abbate, quam pro Andrea fratre, præter annuas præces, semel in hebdomada in capella B. Ludovici sita olim in navi ecclesiæ monasterii ad cornu epistolæ, ubi nostram, ait, fabricari sepulchrum fecimus, sacris operarentur. Idque Hugo Parisiensis episcopus anno 1326. die Jovis ante festum sancti Petri ad Vincula comprobavit. Denique Johannes memoratur an. 1328. mense Januario, & 1331. mense Februarii in chartis Fontanensibus.

XXXV. Simon anno 1336. pactum renovat cum Hermeriarum abbate, de censibus apud Donnum-Medardum Latiniacensi monasterio debitis.

D Adhuc receritur die 28. Junii anni 1337.

XXXVI. Adam solum innotebit ex bulla Clementis papæ VI. hunc a se consummatum abbatem Latiniacensem anno pontificatus tertio regi commenantis, ex museo viri clar. D. de Clembaud

XXXVII. Johannes IV. promisit obedientiam ecclesiæ & episcopo Parisiensi anno 1357. die 7. Junii. Occurrit etiam 1367. in chartario Fontanensi.

XXXVIII. Petrus II. anno 1396. die 28. Januarii Condati, seu Condeii & Brigiaci prædia Johanni Arno sub annuo censu elocavit. Jus mixtæ, cœrorumque pontificalium indumentorum & facultatem consecrandi calices obtinuit a Johanne papa XXIII. bulla data Romæ apud sanctum Petrum III. calendis Maii pontificatus anno primo. Ad ejusdem pontificis confugit præfridium anno 1411. adversus Gerardum Parisiensem episcopum, qui bonorum domus Dei Latiniacensis administrationem sibi vindicabat.

XXXIX. Petrus III. alteri Petro successit, quorum alteruter cognominatur de Bray. Ut vero duplicem Petrum, alterum alterius successorem admittamus, faciè obituaris liber, in quo hic Petrus

*secundus abbas miratus* dicitur. Obiit octavo cal. A  
Julii an. 1423. terre mandatus in capella Rosarii.

XL. Manigoti Lambertus eodem anno 1423.  
die Lunæ 27. mensis Septemb. electus, aut statim  
abdicaavit, aut ceteri facti abreptus est: nam initio  
mensis Novembris insequens alius abbas erat,  
aut fortasse duo simul de abbata contenderunt,  
quorum hic cedere coactus est sequenti. Certe in  
charta electionis Manigoti Egidius de Leau major  
prior nuncupatur.

XLI. Guillelmus II. de Conti frater Johannis  
procuratoris Ambianensis, monachus Corbeienfis  
& prepositus de Cherifiaco, sedebat abbas Lati-  
niacensis die 3. Novembris anni 1423. Multa B  
pertulit inconmoda ex obsidione Latiniaci per  
Anglos, quibus tandem abeuntibus, Guillelmus  
abbas impetravit a Carolo rege ut civis a vestigia-  
libus essent immunes. Memoratur adhuc 1430.  
die 18. Decembris, sed non diu postea superites  
fuit; sedes enim abbatialis vacare dicitur 17. Jan.  
1431. & hoc ipso anno in charta Caroli regis  
fundata legitur ecclesia Latiniacensis a Clodoveo  
II. ex tabulario Latiniacensis.

XLII. Philippus Charpentier ex coquinae præ-  
posito creatus abbas factum fecit anno 1443. cum  
ecclesiarum Latiniaci rectoribus & civibus de ves-  
perarum pulsatione. Pepigit quoque 1450 Sabb.  
27. Junii cum Johanne de Montemorenciaco &  
uxore Margareta de Ordeimonte ce nonnullis ad  
Plastreiensem villam pertinentibus Transiit an.  
1461. die 25. Maii cum abbate beate Mariæ de  
Cagia. Studebat in Univerfitate Frisifensis anno  
1469. feria quarta 17. Maii. Insequenti Philippi  
abbatis studio & vigilantia residuæ chartæ servatæ  
sunt incolomes. Eodem anno 1470. die 28. Au-  
gusti bona villæ Plastreienfis elocavit. Præsentavit  
anno sequenti ad ecclesiam sancti Petri de Ongina.  
Tempus ipsius mortis & sepulture beus igno-  
rantur.

XLIII. Johannes V. Balus cardinalis Ande-  
gavensis in tabulis Latiniacensibus ignotus, quod  
nihil abbatii nomine dignum gesserit commen-  
datarius abbas dicitur Angeriaci & Latiniaci tomo  
secundo col. 1106.

XLIV. Urbanus a Flisco, de Fiesue, cardi-  
nalis & archiepiscopus Genuensis, eodem commen-  
datarii abbatii nomine Latiniacensem abbatiam  
possidebat anno 1488. die 26. mensis Oct.

XLV. Petrus IV. recensetur anno 1495. die  
prima Augusti in charta authentica collectionis  
D. de Gagneres assertæ in bibliotheca regia,  
octavo abbatiarum volumine.

XLVI. Augerius de Brie protonotarius apo-  
stolicus & consiliarius in magno consilio, com-  
mendæ titulo abbas erat anno 1501. vicario usus  
Johanne Basille priore, qui simul eodem anno die  
Lunæ 28. Junii dicitur elemosynarius. Sedit Au-  
gerius ad annum 1504. vitæ supremum.

XLVII. Renatus I. de Brie protonotarius apo-  
stolicus, obtentis a curia Romana litteris, quas  
vocant *expectativas*, post patris mortem abbatiam  
positus est; sicque irrita fuit electio Johannis Ba-  
sille prioris canonice a conventu facta 1504. qui  
vicarius abbatii, quemadmodum sub antecessore,

dicitur fuit, & aliquot donatus redditibus, quem  
certe lego 1506. die Veneris 17. Aprilis presby-  
terum & priorem sancti Theobaldi, ac dominum  
sancti Germani des Noies. Renatus vero cogno-  
minatus de Brie tomo octavo historie genealogice  
magnatum Franciæ pagina 117. dicitur protono-  
tarius apostolicus, abbas commendatarius & comes  
sancti Petri Latiniacensis die 3. Maii 1507. seu  
potius seipse in litteris hujusce anni de jure unius  
in qualibet arte creandi apud Latiniacum magistrum  
comitem & abbatem Latiniaci nuncupat, quod ab  
antecessoribus usurpatum fuisse minime deprehen-  
ditur; adeo ut de illo jure a ballivio Latiniacensi  
B data fuerit sententia anno 1509. feria quarta 16.  
Maii, in qua Renatus memoratur, sed utrum illi  
favens, utrum adversa ignoratur. Ceterum anno  
superiore 1508. præsentavit ad ecclesiam S. Petri  
de Ongina, qui denique ad annum circiter 1511.  
præfuisse dicitur.

XLVIII. Franciscus Guillelmus de Castelnau  
Clement Lodeve cardinalis archiepiscopus Auxi-  
tanus, aliarumque plurimarum sedium episcopa-  
lium antistes, anno saltem 1512. abbatia Latini-  
acensi potiebatur, ad quam frequenter, loci captus  
amensitate, accedebat. Hic senatusconsulto anni  
1514. die 29. Julii monachis ad cultum neces-  
saria suppeditare coactus, huic non solum morem  
C gessit, verum & abbatiales aedes, refectorium &  
alia cœnobii loca restituit, necnon parochialem  
S. Pauli ecclesiam, sin minus integram, maxima  
saltem ex parte propriis sumptibus excitavit, quod-  
que insignis est, ante annum 1516. abnormes  
monachos ad meliorem frugem revocavit, usus  
religiosissimo viro Stephano Gentili priore sancti  
Martini de Campis, quem suum vicarium gene-  
ralem constituit, adhibitique consilii Simonis le  
Corroy & Johannis le Boucher Cœlestinorum  
monachorum, totidemque ex reformata Casalis-  
Benedicti congregatione, legibus optimis sanctis,  
triginta Latiniacum monachos induxit, quos ubere  
fructus in patriæ decus & bonum protulisse  
gratulatur Nicolaus Vincelotus fisci procurator,  
seu notarius & tabellio in chartulario sive bullario  
monasterii Latiniacensis, quod a se conscriptum  
nuncupavit anno 1530. Franciscus cardinali, uti  
domino Latiniacensi, qui, superstes ad an. 1540.  
jam paulo post annum 1521. abbatie, retenta ma-  
jori fructuum parte, nuncium remisisset. Interea  
duo quasi secundarii & subsidiarii abbates fuere,  
testante laudato Vinceloto, qui vel seculari viro  
nomen tribuit abbatii. Hic est

XLIX. Hieronymus de Louviers, aliunde  
E ignotus, quem sub hoc abbatii nomine nonnisi  
rem familiarem curavisse suspicamur, dum forsitan  
alter Jacobus monachus, qui sequitur, eodem tem-  
pore rem spiritualesm regebat. Mortuus est Hiero-  
nymus ante finem anni 1526.

L. Jacobus I. Aubery monachus electus est a  
monachis nec obstante cardinali Francisco super-  
flite, quin & Francisci regis decreto firmatus abbas  
anno 1526. præfuit ad annum circiter 1559. nec  
parum proxit, sive ad monasticam disciplinam  
fovendam, sive ad rem familiarem tuendam & con-  
servandam, cui ut prospiceret, censualem librum



(chartularium dicimus) inchoatum a Vinceloto A  
fici procuratore, perfici curavit. Notatur Jacobus  
Aubery in necrologio die 22. Aprilis.

LI. Franciscus de Vailly e fratrum delectus  
gremio post Jacobi mortem, sequenti celere co-  
actus est, post quinquentium, ut aiunt, cum eo  
litem, quodam interim notus inita compositione  
anno 1564.

LII. Jacobus II. du Broullat clericus Meldensis,  
favore Catharinæ de Medicis reginæ ad sedem  
Arelatensem sublimatus est, qua subinde & aliis  
sacerdotiis ob fidei catholicæ desertionem priva-  
tum fuisse senatus Parisiensis consulto diximus  
tomo primo col. 589. Verumtamen adhuc die 2.  
Octobris anni 1564. seipse dicit abbatem & co-  
mitem Latiniaci, dominumque de Lisý; qui certe  
hanc abbatiam Parisiensis ecclesiæ prodidit; unde  
factæ sanctorum reliquie pedibus conculcatae, con-  
versus profanos in ulus auro & argento, quibus  
operiebantur, chartæque omnes aut combustae,  
aut directæ; neque minus indigne urbs habita,  
ubi prædæ, cædes & ludibria passim admissa fuere.

LIII. Petrus V. Rouillæ fenatorio ex ordine  
preerat anno circiter 1572. ad annos sex.

LIV. Renatus II. Rouillæ fenator & ipse Pa-  
riensensis legitur abbas ab anno circiter 1578. ad  
1608. Sane memoratur die 9. Martii an. 1595. in  
schedis D. de Gagneres *vol. de la noblesse*. Hic  
subventionum specie & sartorum testorum fictitio  
nomine prædium Chessaicum & alia diltraxit.

LV. Nicolaus de Neufville de Villeroy filius  
notus Nicolai de Neufville de Villeroy regi a  
commentariis in sanctiori consilio, fenator cleri-  
cus in Parlamento Parisiensis, abbas erat Latiniaci  
an. 1615. de quo jam egimus in abbatibus Casæ-  
Dei tomo secundo col. 356.

LVI. Camillus de Neufville de Villeroy Ni-  
colai cessione factus abbas 1638. unendi mona-  
sterii cum reformata sancti Mauri congregatione  
auctor fuit anno 1641. Abbatia cessit, quando  
regia nominatione ad metropolim Lugdunensem  
assumptus est anno 1653. ubi vide tomo quarto  
col. 195.

LVII. Carolus Mauricus le Tellier abbatiam  
Latiniaci adeptus est eodem anno 1653. sub quo  
1687. die sancto Paschæ nova benedictione do-  
nata fuit ecclesia Latiniacensis per superiorem ge-  
neralem congregationis sancti Mauri, permittente  
archiepiscopo Parisiensis. Abdicavit & ipse quando  
jam archiepiscopus Remensis abbatia S. Theode-  
rici prope Remos donatus a rege est.

LVIII. Joseph Emmanuel de la Tremoille  
filius Ludovici, secundi hujus nominis, primi ducis  
de Noirmoutier, vicecomitis Turonensis &c.  
ex Renata Julia Aubery, Romæ fuit auditor Rotæ  
anno 1693. Creatur cardinalis tituli sanctissimæ  
Trinitatis de Monte Pincio a Clemente XI. papa  
17. Maii 1706. cum jam esset abbas Latiniaci  
a die 8. Septemb. 1695. ex cessione præcedentis.  
Quando eminentissimus cardinalis de Janfon e  
curia Romana, ubi negotia regni Franciæ cura-  
verat, rediit, delectus est hic noster abbas a rege  
christianissimo qui hanc obiret provinciam, idem-  
que anno 1708. regionum ordinum commenda-

toribus accitus, renunciatur episcopus Bajocensis  
menfe Januario anni 1716. & inqueunte Aprilis  
archiepiscopus Cameracensis, quem inauguravit  
papa 30. Maii 1719. Abbatias quoque Sorcinii,  
Alte cumbæ in Sabaudia, Grandis litvæ, sancti  
Amandi prope Tornacum, & sancti Stephani Ca-  
domensis obtinuit. Defunctus est Romæ 10. Jan.  
anno 1720.

LIX. Jacobus Alanus de Gontaut filius Jo-  
hannis IV. ex Johanna d'Isarn decanus ecclesiæ  
Parisiensis, nominatur abbas Latiniaci die 8. Jan.  
anno 1721. Parisiis animam efflavit 15. Decem-  
bris 1732. simul abbas S. Ambrosii Bituricensis,

B LX. Paulus Ludovicus Victor de Beauvillier  
filius Pauli Hippolyti ducis de Saint Aignan paris  
Franciæ, equitis torquati, & regis apud summum  
pontificem legati, ac Burgundiæ gubernatoris, ex  
Maria Genovefa de Montlezun, die 28. Februarii  
an. 1733. Latiniacensem abbatiam schedula regia  
consecutus, haftenus illa potitur.

## B. MARIA DE ARGENTOLIO,

*Alio nomine*

Prioratus humilitatis beate Mariæ de Argentolio.

N. DANÉ  
D'ARGEN-  
TAVIL.

O Ppidum ad Sequanam situm duabus a Lutecia  
leucis Argentolium veteres Argentogilum  
dixerunt, dein Argentoilum; modo conflante  
Argentolium dicimus. Illic monasterium fundavit  
Ermenicus cum Numma, vxor Nummana uxore,  
regnante Clotario III. qui ratam habuit fundatio-  
nem circa annum 665. Eidem loco, quem fun-  
datores a Sandionysiano pendere monasterio vo-  
luerunt, Childebertus III. anno regni tertio pri-  
vilegium indulfit, ex quo liquet primum fuisse  
inhabitatum a Sanctimonialibus sub abbatissa Leu-  
desinda; quod inde a monachis Dionysianis Car-  
olus magnus obtinuit, ut inibi sub Theodra  
filia virgines Deo sacras collocaret. Hæc anno  
D 824. municipia commutavit cum Einhardo abba-  
te, quem Mabillonius Diplomaticæ pag. 515.  
Fontanellensem suspicatur; nec multo post eadem  
petiit a fratre suo Ludovico imperatore, ut post  
obitum suum Argentolienfe ad jus & potestatem  
Dionysiani monasterii rediret, quod Ludovicus  
una cum Lothario, inspecta Ermenici fundatoris  
donatione ultro concessit, dato circa 828. diplo-  
mate, quod habes inter instrumenta. Id suo ni-  
hilominus caruit effectu, fractoque Dionysio  
subjectæ remanserunt moniales, ut jam plurima  
tum virorum, tum seminarum cœnobio eidem  
abbatiæ subiacebant, prout dicimus ex litteris  
E Ludovici Pii inter probationes historiæ S. Dio-  
nyssii num. 67. Interea Caroli magni anniversa-  
rium singulis olim mensibus eo in loco ob eidem  
prestita beneficia, ac in primis ob sacram tunicam  
inconsultem D. N. J. C. & corpus sanctæ  
Christinæ Roma allata, quibus cum ditavit, cele-  
bratum fuisse legitimus in veteri martyrologio do-  
mestico; ubi & vi. idus Martii obiisse commemo-  
ratur Berta filia Caroli imperatoris, quæ spatium  
amplum dedit ad augendum monasterium. Cum  
vero ad nihilum penè redactum esset Norman-  
norum temulenta rabie, Adelais regina mater

Flil. Parf.  
t. 3. p. 23.  
& Annot. 1.  
p. 856.

Chart. VIII.  
col. 8.

Hist. ecclesie  
Parisi. t. 1.  
pag. 631.

T. 4. Annal.  
Bened. pag.  
1265.

Ch. LXIII.  
& LXIV.  
col. 52.

Spietig. tom.  
XI. p. 424.

Roberti regis incunte seculo XI. illud instaurare & possessionibus dotare instituit. Exstat hanc in rem præceptum Roberti regis anno regni XIII. (ubi forte legendum VIII.) indictione prima, quæ respondet huic anno, seu 1003. ad quem referuntur a Mabillonio non vtro 1007. ut irrepsit in appendice nostra charta XXXI. col. 28. Quæ etiam de re sic habet Helgaudus in vita Roberti regis: *Construxit monasterium in territorio Parisensi, villa quæ dicitur Argentouils, ubi numerum ancillarum Dei non minimum sub norma S. Benedicti vivere paratas adunavit ad laudem bonorum omnium inspiratoris, & sub honore sanctæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ omnipotentis Domino dedicari & consecrari voluit.*

Et in statu monasterium perstitit usque ad tempora Sugerii abbatis sancti Dionysii, qui auctoritate concilii Parisiensis habitus apud sanctum Germanum a Pratis, præfidente Mattheo episcopo Albanensi, sedis apostolice legato, anno 1129. ac paulo post Honorio II. papa, ad quem ea de re scripserat Sugerius, confirmante, illud recuperavit. Tunc videlicet et sanctimonialibus Argentouili et monasterio dejectis, alie in cœnobium beatæ Mariæ de Footel, seu de Nemore, vulgo *Malnoue* transmigrarunt, alie cum Heloïsa, quæ prioratum conventus habebat. (Pagi tom. IV. criticorum pag. 380. priorissam & abbatissam vocat) a Petro Abaelardo ad Paracletum diocesis Trecentis, ipso ad Cluniacum secedente, invitate sunt. Primum illorum colligitur ex hisce Henrici sancti Dionysii abbatis litteris: *Henricus Dei gratia abbas & conventus B. Dionysii, universis qui presentes litteras viderint, in Domino salutem. Notum facimus, quod cum inter nos ex una parte, & moniales de Footel ex altera, tam super possessione, quam proprietate ecclesie beatæ Mariæ de Argentouilo, qui est prioratus, cum suis appenditiis, quæstio verteretur, auctoritate apostolica coram domino (Egidio) priore sancti Victoris Parisiensis, S. (Simone) succentore Silvanensensi, & magistro R. de Orson (Roberto de Corchon) canonico Noviomensi, pro bono pacis promissus dictis monialibus, quod dabimus & assignabimus eis in terris suis in territorio de Trembleyo decimam, quæ singulis annis valeat decem libras, infra quindecim dies post factam compositionem, &c. Actum anno Domini M. CC. VII.* Ea siquidem conditione cœnobium Argentouiliense ad jus pristinum abbatis sancti Dionysii reversionem erat, ut monialibus loca prouideret, ubi possent saluare animas suas. Alterum vero testatur Guillelmus Nangius in chronico his verbis: *Sed ibi Heloïsam, quæ per industriam Sugerii abbatis sancti Dionysii in Francia postmodum eiecta (Abaelardus) venire fecit cum nonnullis monialibus religiosis, quæ ibi abbatissa effecta, &c.* Et ante Nangium Robertus Autissiodorensis: *Hic, inquit, Abaelardus subtilissimus, mirabilisque philosophus construxerat cœnobium in territorio Trecaffino, in Prato quodam, ubi legere consueverat, in quo sanctimonialis plurimas episcopali auctoritate congregavit, quod Paracetum nominavit. Quibus sanctimonialibus Heloïsam quandam uxorem suam, religiosam feminam, & litteris tam hebraicis quam latinis apprime eruditam præ-*

*fecit abbatissam.* Eiusdem seculi elapsis aliquot annis Mauricius episcopus Parisiensis Odoni abbati Sandionysiano Sugerii successori litem intendit de hac Argentouili cum S. Dionysio imione, quæ arbitrarium nutu & consensu partium ita definita est an. 1164. ut remaneret unio ad triennium, post quod episcopus resumere litem posset; qui revera (Odo nomine) resumit 1207. quæ & finita est. Seculo demum proxime præterito accessit hic prioratus ad reformatam sancti Mauri congregationem inita pactione inter D. Segueri Franciæ cancellarium nepotis Petri du Cambout de Coillin prioris commendatarii nomine & domnum Gregorium Tarrille generalem eiusdem congregationis præpositum 19. Julii 1646. ex qua D. Bernardus Audebert major prior sancti Dionysii, Argentouili possessionem accepit XI. Novembris eiusdem anni. Tunc inibi tres tantum antiqui degeant monachi, quibus jam a longo tempore sublituti sunt reformati sex.

Chart.  
LXXXVII.  
col. 73.

Chart. CX.  
col. 86.

#### ALIIQUOT ABBATISSÆ.

I. LEUDESINDA innotescit abbatissa ex laudato superius Childeberti III. diplomate anni 697. seu tertio regni ejus, quod silvam quamdam, quæ vocatur Cormoletus, super fluvium Sequanæ, in pago Parisiaco, monasterio sanctæ Mariæ, sancti Petri & Pauli, vel ceterorum sanctorum, quod est constructus in villa Argentoïale, ubi præest in Christo Domino sacra Leudesinda abbas, pro consolatione ancillarum Dei inibi residentium plena & integra gratia concedit. *Wilsolacius dicitus optulit. Datum quod fuit nansis Abris die tertii. anno tertio regni nostri, Compendio, in Dei nomine feliciter.*

II. Ailina seu Ailimana tempore Carolomanni regis Francorum, fratris Caroli Magni, cujus ex præcepto habetur, quia cum ei suggestisset in Christo Domino sacra Ailina abbatissa de monasterio de Argentoïalo quod antecessores sui quondam reges per eorum auctoritatem, ipsorum manu roboratam, omnem immunitatem ecclesie Argentoïalensis, & vilis ejus concessissent, ipsisque præceptiones antecessorum regum præ manibus habere se affirmasset Ailimana, obtulissetque relegendas, eandem confirmavit Carolomannus. Subscriptis post regem Maginarius. *Data in mense Novembri anno secundo regni nostri, Actum Poutione palatio publico, in Dei nomine feliciter.* Exstat integrum tomo sexto Annal. Bened. pagina 657.

III. Theodrada filia Caroli Magni, quæ abjecta seculari pompa Deo sub habitu monastico militabat, volente patre, qui hoc parthenium ab abbate & fratribus sancti Dionysii obtinuit, eidem præfecta est abbatissa, eo pacto ut post mortem Theodradæ, in usum ecclesie sancti Dionysii reverteretur.

Ita Sugerius tomo quarto historie scriptorum Franciæ, auctore Duchefne pag. 333. id haud dubie edocuit veteri præcepto Ludovici Pii & Lotharii imperatorum ad preces Theodradæ concessio circa 828.

IV. Oda filia, inquit, Pipini & Caroli Magni soror et sanctimonialis sancti Maximini Treverensis Theodradæ subrogata fuit.

V. Heloyfa

Ch. VIII.  
col. 8.

V. Heloyſa denique, ſeu Heloiſſa Petri Aba-  
lardi quondam conjux, erat ejus loci præpoſita  
anno 1129. quo diſperſo, ut diximus, conventu,  
cum aliquot e ſuis le recepit ad oratorium Para-  
clitenſe, quod Abaëlardus nuper extruxerat, ſtan-  
tinque, uti ſupra memoratum eſt, hæc ad ſuos  
primarios dominos Sandionyſianos monachos ec-  
cleſia reverſa, cepit habere priores ad noſtra uſque  
tempora continuatos, quorum hic dare ſeriem  
a noſtro alienum non eſt propoſito.

NOMENCLATURA PRIORUM.

I. HUGO I. poſt recuperatum monaſterium  
an. 1128. ex brevi chronico S. Dionyſii  
ad cyclos Paſchales tomo ſecundo Spicilegii pag.  
808. melius 1129. ex diſtis, & ex chronico  
Guillelmi Nangii tomo XI. Spicileg. pagina 416.  
primus a Sugerio ſancti Dionyſii abbate prior in-  
ſtitutus eſt; de quo fortaiſe hic habet vetus necrologium  
domieſticum: *xv. calend. Octobris Hugo  
prior Argentolii bonæ memoria.*

II. Odo I. laudatur in eodem necrologio his  
verbis: *xv. cal. Novembris anniverſarium Odonis  
monachi B. Dionyſii, ſecundi prioris Argentolii.*

III. Henricus I. quem dicunt filium Rainaudi  
Baterie, tertius prior nuncupatus locum habet in  
eodem necrologio tv. nonas Novembris.

IV. Thevinus antea ſubprior ſancti Dionyſii  
anno 1137. tum prior Argentolii, quem primum  
Felibianus exiſtimavit hiſt. ſancti Dionyſii pagina  
164. evaſit abbas ſanctiſſimæ Trinitatis Mauri-  
niacenſis prope Stampas in dioceſi Senonenſi an.  
1144. in cujus monaſterii chronico legitur obiſſe  
1147. Dies autem obitus ejus notatur in antiquo  
ſancti Dionyſii necrologio 26. Octobris.

V. Hugo II. prior quintus appellatus ſecundum  
ſilvæ Noſtræ Domine de Trappa acquiſivit. Vide  
hiſtoriam ſancti Dionyſii pag. 198.

VI. Gaufridus reperitur 1152. quo anno ma-  
joriam villæ Argentolii ea conditione Ludovicus  
rex contulit eccleſiæ ſancti Dionyſii, ut eidem  
eccleſiæ de Argentolio decem annui redditus pen-  
deret libras.

VII. Johannes I. Moricius al. de Moritio prior  
reſcenſetur 1153. de quo ſic habet laudatum necrologium  
excerptum a noſtro D. Stephanotio:  
*xiiii. calend. Octobris Johannes Moricius, qui fuit  
tertius prior de Argentolio. Septimus ex diſtis com-  
putandus.*

VIII. Anſoldus, idem fortaiſe, qui vocatus  
Anſoldus Alelmuſ, Aleaume, prior erat S. Dio-  
nyſii 1153. & 1154. atque Argentolii 1156.  
Inſequenti tunica Chriſti Domini inconſutis in  
Argentoſiſi monaſterio reperta eſt, teſtante ad  
hunc annum Roberto de Monte in appendice ad  
Sigebertum, his verbis: *In pago Pariſiacenſi cappa  
Salvatoris noſtri in monaſterio Argentolio divina re-  
velatione reperta eſt, inconſutis & ſubruſi coloris;  
quam, ſicut litteræ cum ea repertæ indicabant, glo-  
riofa mater illius fecit ei, cum adhuc eſſet puer. Adde  
huic teſtimonio diploma Hugonis Rotomagenſis  
archiepiſcopi, qui multis præſentibus tum epico-  
pis, tum abbatibus, ipſoque regis Ludovico ejuſ-  
que proceribus, cappam pueri Domini Jeſu, quæ in  
Tomo VII.*

*A ejuſdem theſauris eccleſiæ a temporibus antiquis ho-  
nore condigno depoſita erat, ad fidelium ſalutem, hu-  
militate ſe inſpexiſſe dicit, palam eduxiſſe, & cum  
veneratione debita illam deſiderio & devotionis fide-  
lum obſuſiſſe. Poſtea fuit Anſoldus tertius abbas  
Compendienſis.*

IX. Wido circa 1158.

X. Willemus 1161. & iterum tempore Odo-  
nis de Diogilo abbatis ſancti Dionyſii.

XI. Hugo III. anno 1164.

XII. Petrus filius Rogerii fratris Odonis de  
Diogilo abbatis Sandionyſiani.

XIII. Robertus I. de Giſortio 1188. & 1190.  
B ex tabulis Sandionyſianis, vir probus & honeſtus  
in antiquo necrologio.

XIV. Hugo IV. Mediolanenſis 1190. &  
1191. dein abbas S. Dionyſii 1197. ubi vide.

XV. Hugo V. de Pontifara 1198. & 1200.  
cujus obitus dies notatur in necrologio. xv. cal.  
Octobris.

XVI. Henricus II. de Troon 1200. dein ab-  
bas ſancti Dionyſii 1203. ubi vide.

XVII. Johannes II. de Cornillon 1204. &  
1209. quo anno (1219. ex Sammarthanis, &  
1212. ex hiſtoria ſancti Dionyſii pagina 211.)  
electus abbas Corbeiz, deſecit anno 1221. vi. id.

C Septembris.

XVIII. Hugo VI. prior legitur anno 1209.  
in chartario domieſtico.

XIX. Guido de Guillerval frater Guillelmi  
abbatis de Sacra cella, reperitur 1218. 1219.  
1222. & 1223. quo anno menſe Januario con-  
troverſiæ, que inerat Petrum inter abbatem ſancti  
Dionyſii & Philippum de Stratis, ipſis annuentibus,  
ſinem impoſuit coram Garino Silvanectenſi  
epiſcopo. Ejus habetur memoria idibus Januarii  
in antiquis, tum ſancti Dionyſii, tum Argentolii  
necrologiis.

XX. Andreas 1224. menſe Julio: cujus anniverſarium  
notatur viii. calend. Decembris in  
antiquo Argentolii necrologio.

XXI. Odo II. Clement cantor S. Dionyſii de  
Strata 1224. fuit prior Argentolii 1231. & abbas  
ſancti Dionyſii per aliquot annos, ac demum archiepiſcopus  
Rotomagenſis.

XXII. Ricardus I. 1237. 1240. menſe Fe-  
bruario & 1242. quo anno menſe Junio redditus  
aſſignavit capellano ſeu præſbytero beato Mariæ.  
Hic eſt frater R. prior jam anno 1231. ex necrologio  
monaſterii fol. 7. ubi & xv. cal. Octobris  
memoratur Agalha (forte Agatha) foror Ricardi  
prioris de Argentolio, primi, an ſecundi?

XXIII. Manaſterium 1250. menſe Aprili in  
tabulis Vallis B. Mariæ & Gomeriſontis, 1254  
& 1260. menſe Aprili, quo ſimul Corneliarium  
præpoſitus dicitur. Hujus meminit necrologium  
Dionyſianum III. nonas Martii, cujus anniverſarium  
vi. idus Decembris notatur in necrologio  
domieſtico.

XXIV. Nicolaus de Boiffaco, de Boiffi, 1265.  
1269. & 1272. Hic eſt haud dubie N. prior de  
Argentolio, cui Petrus de Condeto capellanus  
regis ſcripſit epiſt. de his, quæ geſta erant in ex-  
peditiõne S. Ludovici tranſmarina tomo ſecundo  
K k

Hiſt. ſancti  
Dion. pag.  
165.

Duchefne  
tom. 4. pag.  
387.

Spicilegij pagina 551. & iterum aliam pag. 564. A  
de maxima Francorum clade, qui maris tempestate  
jactati sunt post obitum S. Ludovici. Ejus memo-  
ria recolitur x. cal. Junii in necrologio domestico.

XXV. Johannes III. de Dinanto 1280. &  
1282. tum prior sancti Dionysii 1283. 1287.  
1296. & 1297. ac denique abbas Aquicinctensis.  
De eo sic legitur in fine necrologii Argentolii:  
111. nonas Julii missa de Spiritu sancto pro Johanne  
de Dinanto quondam priore beatae Mariae de Ar-  
gentolio, quando vixerit, & post decessum ejus missa  
de Requiem. Notatur ibidem ejus obitus . . . .  
idus Januarii.

XXV. Johannes IV. de Pontifara an. 1282. B  
mense Januario insulam de Brac ad Sequanam  
prope Argentolium dedit abbatiæ sancti Dionysii  
pro suo anniversario. Reperitur adhuc 1283. quo  
anno factus est abbas Ferrariensis ex parvo chro-  
nico sancti Dionysii ad cyclos Paschales tomo 2.  
Spicil. pag. 817. Ejus sic meminit necrologium  
domesticum: *Ictibus Junii anniversarium Johannis  
de Pontifara prioris de Argentolio, postea abbatis de  
Ferraria.* Obitus autem notatur ibidem ix. calen-  
das Julii.

XXVII. Stephanus Parisinus 1283. mense  
Junio & 1285. quo anno decessit vi. idus Nov.  
sepultus in medio chori cum epitaphio, quo die  
anniversarium habet.

XXVIII. Robertus II. de Boissaco, *de Boiffi*,  
1286. 1297. & 1300. Custos erat sigilli sancti  
Dionysii mense Aprili 1289. de quo sic habet  
necrologium Argentolii: *Pridie cal. Sept. anniversarium  
Roberti de Boissaco prioris de Argentolio.*

XXIX. Guerinus de Gourmaville 1306. die  
Lunæ post Epiphaniam, & 1308. quo anno cum  
abbate sancti Martini pacificatur. Obiit calendis  
Augusti ejusdem anni.

XXX. Guillelmus I. de Gourmaville obiit  
in vigilia S. Matthæ apostoli 1326. vel 1327.

XXXI. R. de Chantennelle 1329. ex libro D  
computerum; forsan idem ac qui sequitur

XXXII. Ricardus II. 1334.  
XXXIII. Mattheus I. de Capella 1348. die  
12. Decembris.

XXXIV. Johannes V. des Boves 1355. 18.  
Maii, ex libro viridi S. Dionysii fol. 54. tom. 2.  
& 1364. die 14. Novembris.

XXXV. Mattheus II. de Capella 1368.  
10. Decembris, 1369. 1371. 1384. & 1385.  
Vide historiam sancti Dionysii pag. 284.

XXXVI. Johannes VI. Bidaut vel Bidaut  
1386. & forsan 1394. quo Johannes simplici-  
ter prior nuncupatur. Menioratur a Stephanotio  
nostro Petrus Bidaut an. 1400. quem suspicamus  
de prioratu contendisse cum sequenti.

XXXVII. Johannes VII. Sohier jam anno  
forfan 1394. ex modo dictis, reperitur 1396.  
& 1397. 8. Aprilis ante Pascha, quo prepositu-  
rum Argentolii cum fructibus & emolumentis  
pertinere ad abbatem sancti Dionysii recognovit.  
Occurrit adhuc 1403. 2. Junii, at mortuus est  
1408. mense Februario, hoc est 1409.

XXXVIII. Johannes VIII. de Charencier al.  
de Cherancis laudatur 1409. 6. Februarii.

XXXIX. Guillelmus II. Jautier vel Geolier  
1409. 30. Martii 1410. 27. Februarii, & 16.  
Maii, ac 1415. die 15. Martii. Obiit 1419.

XL. Guillelmus III. Bourfier 1421. & 1422.  
die 27. Aprilis.

XLI. Johannes IX. Courtois 1423. 1428.  
1429 & 1430.

XLII. Guillelmus IV. Guillemere natione  
Burgundus, Argentolii prior legitur 1451. 26.  
Julii, 1452. 24. Martii, 1455. 1456. 1461.  
1463. 1466. quo N. la Vacquerie Argentolii pa-  
rocho habendi prædia facultatem concessit, 1469.  
1470. 1. Junii, 1471. 23. Maii, 1475. 28.

1470. Vicarius fuit generalis Johannis Geoffroi  
cardinalis episcopi Albienfis & abbatis S. Dionysii.  
Nonnulla dedit monachis sancti Dionysii pro suo  
anniversario die 23. Januarii. Jacet in basilica  
sancti Dionysii sub tumba ærea plana ante sacel-  
lum Caroli V. Francorum regis. Vide historiam  
sancti Dionysii pag. 577. ubi defunctus dicitur  
1490. 28. Januarii; qui proinde diu antea pri-  
oratum dimiserat ex dicendis.

XLIII. Dominicus le Cornu monachus, prior  
occurrit 1478. 2. Septembris, pro cuius obitum

XLIV. Johannes X. de Faudois nobilis Valco,  
Sandionysianus monachus, vir doctus, a Johanne  
C de Villers de la Graulaye abbate Sandionysiano  
ad hunc prioratum promotus est anno 1479.  
die 7. Septembris. Fuit etiam dicti abbatis vicari-  
us generalis, ac post eundem abbas sancti Mi-  
chaelis de Pessano ordinis sancti Benedicti in  
diocesi Ausciensi, ubi vide tom. 1. col. 1014.  
nec tamen ideo desit esse vicarius generalis eju-  
dem Johannis tum episcopi Lumbardenfis & car-  
dinalis, qui eum vocat nepotem suum. Recente-  
ter autem prior Argentolii 1480. & 1481. 10.  
Martii & 28. Decembris in tabulario Vallis beate  
Mariæ, ubi nate pro Johanne dicitur frater Petrus,  
1484. 10. Januarii 1486. 1496. 9. Julii,  
1497. & 1512. quo librum centualem scripsisse  
laudatur. Superstes 1513. prior ejusdem loci ac  
dominus temporalis appellatur.

#### PRIORES COMMENDATARIJ.

I. ANTONIUS I. Dornezan filius Johannis  
& ex Floretta de Faudois prior Argentolii &  
du Pinel memoratur tomo septimo hist. geneal.  
& chronologicæ magnatum Franciæ pag. 927.

II. Francisus I. de Cleves filius Eligii  
comitis de Nevers Paris Franciæ, ex Catharina  
de Bourbon, fuit abbas sancti Michaelis de Ute-  
riori portu, & prior sancti Eligii Parisienfis atque  
E. Argentolii. Obiit anno 1545. ex tomo tertio  
historiæ modo laudatæ pag. 450. hoc certe pri-  
oratu diu ante obitum abdicato.

III. Philippus de Dampierre reperitur 1523.  
& 1524. Æmulum habuit N. de Moret, cui  
pensionem assignare coactus est. Bona prioratus  
dilapidasse carpitur, & in his cymbala vendidisse,  
qui & literas accepisse legitur, quibus a votis  
emissis liberabatur.

IV. Nicolaus I. Chauvin presbyter, nobilis  
& discretus magister, protonotarius apostolicus,  
prior B. Margalenæ de Duobus amantibus, & de

Mariner, necnon abbas B. Mariz de Fontanis diocesis Turonensis 1525. & 1533. quo anno 19. Aprilis qua prior Argentolii pepigit cum Ludovico de Bourbon abbate sancti Dionysii de prapositione & aliis juribus Argentolii. Reperitur adhuc: 1536. 1538. 1543. & 1545. quo anno die ultima Julii ad preces cardinalis de Bourbon abbatis sancti Dionysii senatus Parisiensis consulto iussa est inquisitio iuridica in ruinas & destructiones, quæ tempore hujus prioris contigerant. Præfuisse legimus ad annum 1551. vel etiam 1552.

V. Nicolaus II. Tiercelin de Brosse 1555.

VI. Antonius II. Tiercelin filius Adriani ex Johanna de Gourlay domina de Sarcus, abbas de Fontanis diocesis Turonensis & prior Argentolii obiit circa 1590. ex tomo nono historię genealogicæ & chronologicæ magnatum Franciæ pag. 89. Tunc vero jam dudum prioratu cesserat.

VII. Johannes Gauthier, omisso Antonio superiore, in quadam priorum serie Nicolao Tiercelin subrogatur.

VIII. Franciscus II. de Rabodanges abbas S. Andreæ in Goferno diocesis Sagienfis, prioratum Argentolii anno ætatis 15. obtinuisse dicitur, qui certe hoc potiebat annis 1559. & 1563. 19. Februarii.

IX. Jacobus I. Fouin vel Foyn abbas sanctorum Sergii & Bacchi & canonicus ecclesiæ Parisiensis & prior Argentolii prior memoratur die 5. Decembris anni 1578. Hic incendium ecclesiæ ac domorum ab heterodoxis perpetratum die Dominica 7. Octobris (lege 5. aut pro mense Octobri lege Septembri) in acta retulit 1584. Reperitur adhuc 1592. 30. Julii.

X. Renatus Amelot superioris ex sorore nepos.

XI. Petrus I. de Serres canonicus ecclesiæ Parisiensis & prior Argentolii memoratur 1600. 25. Julii, & 1605. quo anno die 22. Martii de consensu abbatis & conventus sancti Dionysii terram & dominium de Cerisi le Moustier vendidit nobili viro Johanni de Crevecoeur domino de Cerisi la ville pro 250. libris annui redditus in perpetuum. Præerat adhuc 1609. 23. Julii, quo Ludovicus de Lorraine Sandionysianus abbas statuit ut in posterum hoc in prioratu quatuor essent monachi presbyteri, duoque novitii.

XII. Jacobus II. Vignier episcopus Trecentis designatus & prior S. Martini de Campis, ubi vide.

XIII. Ludovicus vulgo dictus cardinalis Ludovicus seu Ludovico, Gregorii XV. summi pontificis nepos, simul prior sancti Martini a Campis, per decessoris obitum in curia Romana. Vide infra in S. Martino.

XIV. Carolus de Vienne memoratus prior die XI. Oct. 1639. obiit 1642. IV. nonas Martii.

XV. Petrus II. du Cambout de Coiffin Petri Seguyer Franciæ cancellarii nepos, episcopus Aurelianensis, ubi de illo plura, & cardinalis, ac major Franciæ elemosynarius, fuit etiam prior B. Mariz de Campis in urbe Parisiensis & Argentolii, sub quo, ut diximus, inita pactione anno 1646. prioratus accessit ad reformatam S. Mauri congregationem. Cum vero sub eodem priore an-

*Tomus VII.*

1699. 21. Januarii turris ecclesiæ corruisset, suoque lapsum partem navis cum transversa cruce penitus attrivisset, sumitibus ejus reparatum utcumque damnatum est, contra hæc plurimum ecclesiæ, quæ demum resecta, die 6. Novembris anni 1701. donata fuit benedictione. Obiit Petrus 5. Februarii anno 1706. ætatis 70.

XVI. Claudius Fleury abbas Loci-Dei diocesis Ruthenenfis, ubi vide tomo primo col. 266. hac abbati dimissa, factus est prior Argentolii anno 1706. Regi quoque Ludovico XV. fuit a sacris confessionibus ab anno 1716. ad 1722. tandemque e vivis excessit 14. Julii 1723. ætatis 82. De eo vide præfationem tomi XXI. historię ecclesiasticæ pagina 1v. cujus anteriores tomos viginti in lucem protulerat.

XVII. Egidius Bernardus Raguet abbas Eleemosynæ, prior Argentolii nominatus est a rege 17. Oct. 1723. Præest hæc vir eruditus.

Præter hosce priores, unus aut alter ex regularibus reperitur in antiquo necrologio domestico, quorum ætas ignoratur.

Johannes scilicet notatus xv. cal. Febr. sed hic forsan unus est ex laudatis ejus nominis prioribus.

Alter est N. de Compans, cujus obitus VII. cal. Decembris configuratur.

### S. MARTINUS A CAMPIS.

S. MARTIN  
DES  
CHAMPS.

EXtra muros urbis Parisiæ sancti Martini cœnobium, olim positum in Campis, a quibus cognomen accepit & etiamnum retinet, stabat jam tempore Childeberti regis, ejus nominis tertii, ut constat ex placito hujus principis de mercato sancti Dionysii, quod ob clades illius temporis ad civitatem Parisiæ inter sancti Martini & sancti Laurentii basilicas translatum fuisse legitur. Eandem sancti Martini basilicam antiquitatem probat Henrici I. regis diploma, in quo ante Parisiæ urbis portam in honore confessoris Christi Martini abbatia fuisse dicitur, quam tyrannica rabie (forte Norumannorum) quasi non fuerit, omnino deletam, ex integro amplioem restituit idem rex, & ecclesiam, quæ diu sterilis amissa prole steterat, canonicis regulari conversatione ibidem Deo famularis concessit, Ingelardumque abbatem iis præfecit, & ut sine sollicitudine divinis rebus vacare possent, idem princeps eam ecclesiam liberalissime dotavit, assignatis multis prædiis ac villis, quæ in eodem diplomate sæpius jam edito, & in appendice nostra reculo enumerantur. Vitiöse sunt chronica: note in editis hujus diplomatæ, quod datum dicitur anno regni supradicti regis XXXVII. & ab Incarnat. Domini M. LX. indictione XV. Parisius publice; ubi corrigendus annus regni Henrici, qui anno 1060. annum regni sui vicelimum nonum agebat: corrigenda item indictio, quæ tertia decima illo anno erat. De hoc cœnobio hic habet Gaguinus hist. lib. v. cap. x. Hic (Henricus) divi Martini templum, quod Camporum appellatur, a se Parisius constructum, sacerdotibus, quos regulares vulgus vocat, assignavit. Patris institutionem ac donationes confirmavit 1065. auxitque Philippus rex anno 1067. concessit inprimis abbati S. Symphoriani & sancti Samsonis apud Aurelianos sita, cum media parte

Diplomatæ  
pag 483.

Chartæ  
XXXVIII.  
col. 31.

Chartæ XL.  
col. 13.

K k ji

proventuum, qui ex nundinis a rege in loco ipsius A monasterii calendis Novembris intuitus perciperentur. *Actum Parisius publice anno ab Incarnatione Domini M. LXXVII. indictione v. anno regni Philippi regis VII. qui eodem anno (14) calendis Junii, ex recentiori quodam ms. codice) ecclesiam dedicari curavit, compluribus ad hanc solemnitatem advocatis episcopis, qui omnes cum Ingelardo ipsius abbatte & aliis multis nobilibus viris tam clericis, quam laicis instrumento ea de re confecto subscripserunt. Defuncto subinde Ingelardo abbate, cum tunc sana religionis sanctus Hugo Cluniacensis abbas inclaresceret, placuit Philippo regi hoc eidem informandum monasterium tradere.*

Chart. XL  
col. 33.

Ch. XLIV.  
col. 38.

*Actum publice apud sanctum Benedictum de Floriaco anno Incarnati Verbi M. LXXIX. anno regni XIX. Huius rei testes fuerunt & confirmatores Goufredus prior, & canonici ipsius loci numero duodecim. Statim hanc in ecclesiam inducti sunt e Cluniaco monachi, quibus sanctus Hugo priorem praefecit Ursium, sive Ursionem, virum pietate clarum & regularis disciplinae studiosissimum. Sic igitur sancti Martini cenobium ab instituto canonicorum cenobialiter viventium transiit ad Benedictinum, in quo tametsi vivis iactatum tempelibus feliciter haecenus perseverat sub reformata ord. Cluniacensis congregatione. Secunda porro totius ejusdem ordinis filia audit, ad quam veluti ad matrem legitimis pertinere viginti novem prioratus, duas vicarias in ecclesia Parisiensis, & unam in ecclesia beatae Mariae Stampensis, sex curionatus in urbe Parisiensis, viginti quinque in diocesi, triginta in aliis diocesis & plur. capellas. Paulo tamen aliter haec beneficia recententer in bibliotheca Cluniacensi col. 1720. & seq.*

Ingelardus  
abbas.

Martini  
hisp.  
S. Martini  
apud Campis  
pag. 17.

Malinge  
Aniq. de  
Paris pag.  
333.

Ch. XLIV.  
col. 38.

Ante restauratum monasterium nullus occurrit abbas, unicus autem a restaurato memoratur Ingelardus nomine, qui subscripsit anno 1067. instrumento dedicationis ecclesiae, factae, ut diximus, cura & studio Philippi regis. Recensetur & in charta ejusdem principis pro quodam hospitali pauperum & peregrinantium S. Martini, segregati ab aliis fratribus in ecclesia psallentium, quibus in victum, a fratre Johanne in cluso sancti Martini, viro bonae memoriae & de sustentatione pauperum sollicito exoratus rex, molendinum unum in magno ponte donavit, & ne sursum, quem abbas Ingelardus & ceteri fratres sancti Martini, admonitione ipsius inclusi, iidem pauperibus concesserant, aliquis destrueret praesumeret, vel alterum praeter eum, in toto proximo munitionis S. Martini edificaret, interdixit. Haec charta firmata est in pago Silvanectensi apud Oriacum III. nonas Maii anno ab Incarnatione Domini M. LXX. epacta v. indictione v. anno Philippi regis undecimo. His temporibus ecclesia S. Martini una praebenda gaudebat in ecclesia S. Genovefae, quam summi pontifices Lucius II. anno pontificatus primo, & Eugenius III. anno tertio Martinianis monachis confirmarunt. Ingelardus obiit circa 1079. quo Philippus rex, uti supra dictum est, cenobium tradidit sancto Hugoni Cluniacensi abbati, sicut, inquit, *Ingelardus abbas illud possedit in vita patris mei, & in tempore meo.*

De Henrico & Philippo regibus sic habet vetus martyrologium ms. Campenae: *Nonas Augusti depositio D. Henrici Francorum regis, fundatoris hujus ecclesiae. Officium fit solenne, sicut de Philippo & Ludovico regibus Francorum. Servitium facti camerarius, & iter in refectorium ad caritatem. 113. cal. Augusti depositio D. Philippi regis Francorum, qui posuit monachos in domo ista, filii regis Henrici fundatoris hujus loci. Statutum est, ut simul fiant anniversaria utriusque regis, videlicet Philippi & Ludovici. Etiam iter in refectorium ad caritatem, &c. Vide bibliothecam Cluniacensem col. 1711. & 1720.*

#### PRIORUM INDICULUS.

**U**RSO & URISO, qui & URISU, a S. Hugone Cluniacensi abbate, post acceptam a rege Martiniano xdem, primus eidem prior anno 1079. praepositus fuisse dicitur. Anno 1088. Gaudridus Parisiensis episcopus altare in villa *Bangaeis* cenobio sancti Martini de Campis largitus est. Circa idem tempus altare de Sordida villa Ursus prior accepit ab Urlo Silvanectensi episcopo, ecclesiamque sancti Saturnini de Campinaco a Naintero de Montegaio recuperavit. Sub annum 1093. Walerannum ecclesiae Parisiensis cantorem amicum S. Anselmi necdum sacratum archiepiscopi Cantuariensis ad monasterium sancti Martini de Campis secessisse habitus monastici assumendi gratia, sed a Goffrido Parisiensis episcopo illinc vi abstractum fuisse, discimus ex ejusdem Anselmi epistola XII. lib. 3. Eodem circiter tempore societas precum inerat monachos inter Silvae majoris & sancti Martini de Campis. Anno 1095. id est 1096. ineunte Mart. Galterus II. Meldensis episcopus dedit monachis Martinianis altare sancti Germani de Anetho. Chartam donationis divulgavit Martinus Marrier pag. 527. & post eum Plessanus noster histor. ecclesiae Meld. tom. 2. pag. 9. uterque cum his chronologicis notis, anno *Philippi regis XXXVI. Incarnationis M. LXXV. indict. 111. quinto idus Martii.* Sed annus Philippi XXXVI. componi non potest cum anno Domini 1075. Anno autem 1075. cum nondum essent monachi apud sanctum Martinum, necesse est mendum non in anno regis, sed in anno Incarnationis irrepsisse. Data est igitur charta quinto idus Martii, anno Incarnationis 1095. id est 1096. qui revera & ad indictionem 111. & ad annum Philippi I. regis apprime quadrat. Atque huic corrigendus Plessanus, qui sup. ibidem tomo primo pagina 137. donationis auctorem fecit Galterum I. Meldensem episcopum, cum dicere debuisset Galterum II. Anno 1096. indictione IV. vir quidam egregius & miles strenuus Paganus appellatus, a baptismo Walterius & uxor ejus a baptismo Hodierna comitissa nuncupata dederunt eidem sancto Martino, Ursione priore, ecclesiam Montis Martyrum; itemque parvam in colle Montis Martyrum ecclesiam laici homines pro salute animarum suarum consequenda tribuerunt Deo & sancto Martino de Campis, ac domno Ursioni priori, & senioribus ejusdem loci; domus autem Urso, assensu eorundem seniorum & rogatu haecorum, oblationem totam Bernardo laico, dum viveret, ad censum

Ch. XLV.  
col. 17.

Hisp. sancti  
Martini pag.  
527.

Hidem pag.  
455.

T. 2. Anst.  
Anstet. col.  
237.

Ch. XLVI.  
col. 30. &  
Ch. XLVII.  
col. 40.

decem solidorum, aliisque sub conditionibus concessit. Anno eodem, non 1097. ut in historia sancti Martini legitur pag. 148. pridie idus Julii indictione IV. Hugoni abbati Cluniacensi, & Ursoni priori sancti Martini Campensis inscribuntur literæ Urbani pape II. datæ Nemausi anno pontificatus nono, quibus cœnobii sancti Martini possessiones confirmantur. Hoc insuper anno disciplina regularis eo in loco apprime florentis incitatus odore Hugo Sueffionum episcopus, toto illi ecclesie canonicorum depolcente capitulo, mutuum precum societatem cum sancti Martini monachis pepigit; cujus rei gratia eis concessit Hugo in personatum duo altaria, alterum B sancta: Gemmæ liberum ab illa exactiōne, quæ vulgo *Sonnata* dicitur, alterum cum *Sonnata* in villa quæ Noa vocatur. His quoque circiter diebus Gaufrēdus episcopus Carnotensis eidem Ursoni contumt ecclesiam, seu prioratum S. Georgii de Royntvillæ in diocesi Carnotensi, & quidam Albertus miles tradidit ecclesiam, seu prioratum sanctæ Opportunæ de Moutiaciaco-novo, tempore Philippi regis, Gaufrēdi episcopi Parisiensis & Hugonis abbatis Cluniacensis. An. 1098. Guillelmus episcopus Parisiensis plurima S. Martino de Campis altaria concessit. Ursonis meminit Anselmus episcopus Bellovacensis in charta pro ecclesia de Meru Martinianis monachis concessa pridie calendas Januarii an. 1099. Eodem Urso vices commutavit cum Herluino filio Alardi. Actum pridie calendas Aprilis anno Dominicæ incarnationis 1099. indictione VII. Ad quem annum pervenerit Urso, non constat; certe non excessit 1106. ex dicendis. Jacet infra portas dormitorii & claustrii. Quanta porro illius religio fuerit & exultinatio, satis superque declarat constitutum de ejus anniversario, quod Theobaldus ejus successor, Hugone Cluniacensi abbate præcipiente atque confirmante, instituit. Eo die, qui non exprimitur in historia monasterii, vesperæ, matutinæ, & missa solemniter rite celebrari debent. *Ad missam sacerdos auratis & pretiosis vestietur indumentis: armarius pretiosa cappa indutus chorum tenebit. Seniores ipso die refectioem in refectorio habebunt. Dum missa matutinalis cantabitur, duodecim pauperes pane, vino & carne reficiantur: ceteri vero pauperibus panis & vinum dabitur. Insuper a domo Pontio abbate, assensu Theobaldi prioris & conventus, statutum est, ut per cuncta succedentia tempora unus frater monachus pro anima domini Urso prioris in hoc monasterio suscipiatur, eoque mortuo unus pauper præbendam ejus tam diu habeat, donec in ejus locum alius subrogatur.* Ursonem vocat Anselmus Cantuariensis archiepiscopus suum amicum carissimum episc. XII. lib. 3. Denique primo loco Urso relectur in titulo S. Martini de Campis ex antiquiori necrologio ejusdem loci, his verbis: *Omnipotens, pius & misericors Deus animam venerabilis patris vestri domini N. aborūmque fratrum vestrorum dignetur absolvere ab omni vinculo delictorum, eisque dignetur donare vitam & requiem sempiternam, amen. Sicut ergo nos pro illis orare studuimus, ita & vos pro nostris orare ne differatis. Orate pro domno Urso priore, & pro domno Theobaldo*

priore, pro domno Odone abbate & pro domno Mattheo Albanensi episcopo, & pro domno Theobaldo Parisiensi episcopo, pro Odone priore, quorum nomina Deus novit in sapientia sua aternitatis, amen. Sic etiam habet codex ms. ad usum sacerdotis hebdomadarii: *Urso & Theobaldus priores hujus loci. Henricus rex . . . . . Philippus rex, Oddo abbas & prior hujus loci. Henricus rex Anglorum. Ludovicus rex Francorum. Mathæus episcopus & prior. Albericus. Petrus abbas Cluniacensis. Theobaldus Parisiensis episcopus. Manasses Meldensis episcopus. Magister Petrus Parisiensis episcopus. Oddo prior. Stephanus abbas Cluniacensis. Henricus archiepiscopus Remensis. Galterius abbas Cluniacensis & prior quondam. Willelmus abbas Cluniacensis & prior quondam. Ludovicus rex Francorum. Henricus rex Anglorum Juvenis. Adelaidis regina. Richerius archiepiscopus, &c.*

II. Theobaldus I. Ursoni successerat anno saltem 1106. quo ipsius rogatu Hubertus Silvanectensis episcopus post Letaudum ejus antecessorem confirmavit donationem, quam Robertus vicedominus B. Petro Cluniacensi & sancto Martino de Campis fecerat de ecclesia sancti Nicolai de Aciaco, ubi cella monachorum erecta est. *Actum publice in capitulo sanctæ Mariæ Silvanectensis anno incarnationis Verbi M. C. VI. episcopus autem domini Huberti episcopi anno septimo, regnante rege Philippo & filio ejus Ludovico jan juvene. Paschalis II. papa anno sequenti, non 1108. ut in historia edita pag. 153. Theobaldo priori omnes sancti Martini possessiones confirmavit, dato diplomate apud sanctum Dionysium pridie calendas Maii indictione XV. pontificatus anno octavo, ubi Theobaldus ex venerabilis fratris Hugonis Cluniacensis abbatis institutione præsidere monasterio dicitur. Eodem anno Gualo Parisiensis episcopus ei quatuor altaria concessit. Theobaldi meminit Ivo Carnotensis episcopus epist. cxc. scribens ad Paschalem summum pontificem, se una cum Theobaldo sancti Martini Parisiensis priore regem interpellasse, ut expulsio invalore Gervasio, pacem Remensi ecclesie restitueret, & Rodulfum suam in gratiam receptum eidem ecclesie præesse concederet; quibus rex acquievit; eique Rodulfus Aurelianis in natali Domini anno 1108. fidelitatis sacramentum præstitit; ex quo maxime patet quantæ fuerit auctoritatis Theobaldus. Exstat tomo tertio *Monasticii Anglicani* pag. 993. charta Stephani comitis Albæ Marle totum suum jus in ecclesiis de Arenis ecclesie sancti Martini de Campis concedentis, præsentē D. Theobaldo priore. Præfens quoque memoratur anno 1113. IX. calendas Novembris in charta Lisiardi episcopi Sueffionensis de capella Petrefontis caltri data monachis sancti Sulpicii in vico ejusdem caltri commorantibus, rogatu Guillelmi abbatis Majoris monasterii. De Theobaldo ita legitur in veteri martyrologio Campensi: *V. idus Januarii depositio D. Theobaldi prioris hujus loci. Officium plenum fiat, & duodecim pauperes reficiantur, & cetera, sicut de domno Urso fiant. Jacet prope sedem quinti prioris ante aquam benedictam, sive, ut in Martinianis legitur, jacet ex**

Hist. sancti  
Martini pag.  
148.

Hidem pag.  
160.

Chart.  
XIX. col.  
4.

Hist. sancti  
Martini pag.  
149.

Hidem.

Hidem pag.  
150.

Hist. sancti  
Martini pag.  
166.

Hidem pag.  
197.

adverso sedium chori hujus ecclesie juxta sacrificiam. A Idem secundo laudatur loco in titulo supra laudato in Urlo I. priore.

III. Mathæus I. nobilis adolescens ex provincia Remensi, primum fuit clericus ecclesie Laudunensis, tum Remensis canonicus, ac tandem factus est monachus in cenobio S. Martini de Campis, cujus post septem professionis annos præfecturam, regimenque trecentorum ferme monachorum assuetudine est anno saltem 1117. Sane hoc anno Ludovicus VI. Francorum rex servum quemdam, Anfoldum nomine, concessit precibus ejus, qui mox in communi sedens capitulo constituit, anuente domo abbate Cluniacensi Pontio, ut singulis annis per succedentia tempora tricenarium millarum pro duobus decessoribus celebraretur.

*Hist. sancti Martini pag. 161.*

*Bibl. Char. col. 555.*

*Hist. sancti Martini pag. 529. & 530.*

*Ibidem pag. 397.*

*Ibidem pag. 508.*

*Ibidem pag. 362.*

*Chart. LXXIII. col. 59.*

*Bibl. Clau. col. 595.*

miraculorum lib. 2. a capite quarto ad decimum octavum fuisse et elegantissime conscriptis, sæpius conquereretur papa, quod Mathæus plus nimio esset monachus. Matthæi meminerunt S. Bernardus epistola XXI. præter laudatam CCLLII. Barothius tom. XII. Wion lib. 2. cap. 8. & in martyrologio Benedictino 25. Decembris, ac denique Guillelmus Metacensis lib. 8. Pifis decessit anno 1134. die natalis Domini, post deinde sepultus, ipsomet papa solemne sacrum faciente, in basilica sancti Frigidiani. Ejus habetur memoria in titulo sancti Martini superius laudato in Urlo I. priore.

*Fleury t. 14. hist. ecclesie pag. 470.*

B Sub hoc tempus inducitur a D. Fleury tomo XIV. historie eccles. pag. 521. quidam Albericus ex monacho Cluniacensi prior sancti Martini, ac deinde circa 1138. cardinalis episcopus Ostiensis & apostolicus legatus in Anglia, Syria, & Gallis, sed pace tanti viri dixerim, locus ei non suppetit inter priores sancti Martini. Fuit quidem eo tempore Albericus ex suburbio Cluniacensi abbas Vezeliacensis, sed Albericus cardinalis Ostiensis Cluniacensis tantum monachus dicitur in vita Petri Venerabilis.

*Bibl. Clau. col. 394.*

IV. Odo I. innotescit ex duabus chartis, altera Guarini Ambianensis episcopi tria eidem altaria concedentis anno 1127. indictione v. quæ postea Theobaldus successorum Odonis alter abbati Corbeienfis donavit. Altera est Ludovici VI. Francorum regis data anno 1128. quæ se homines & hospites sancti Martini capturum nunquam, nisi in præseni *forfacto* deprehensi fuerint, rogatu ejusdem Odonis pollicetur; idque Ludovicus VII. confirmat anno 1137. charta in appendice relata, quam vocant *magnam sancti Martini chartam*. Sub eundem annum 1128. subscriptus habetur Odo in litteris Sugerii abbatis sancti Dionysii. Hunc petamus Odonem, qui loco ultimo recensetur in titulo S. Martini superius relato in Urlo I. priore.

*Hist. sancti Martini pag. 163.*

*Ibidem pag. 165.*

*Chart. LXXIII. col. 59. L'uckme t. 4. Serret. hist. France pag. 334.*

D V. Mathæus II. qui primum a Martino Marrier fuerat omittus in tabula priorum edita 1616. iis ab eodem accensetur in historia monasterii excusa 1637. laudante pag. 166. chartam authenticam Ludovici VI. Francorum regis, quæ donationem omnium, quæ Bucardus clericus de Clamardo assensu fratris sui Johannis Nigri, de feodo Radulphi de Cativilla apud Clamardo monasterio dederat, rogatu ejusdem Radulphi & Matthæi venerabilis prioris confirmavit anno 1129. regni XXIV.

*Ch. LXVII. col. 34.*

VI. Theobaldus II. permutat ecclesiam Montis Martyrum & capellam de sancto Martyrio pro ecclesia sancti Dionysii de Carcere, cum Ludovico rege 1133. approbante eodem anno Petro Venerabili Cluniacensi abbate. Eodem Stephanus episcopus Parisiensis unam beatæ Mariæ præbendam sancto Martino a Campis concessit. Tria diplomata Theobaldus obtinuit ab Innocentio II. pontifice, quorum primo & tertio, illo XIII. calendis Augusti indictione XIII. Dominicæ Incarnationis 1136. anno pontificatus sexto, illo X. calendis Aprilis 1142. hoc est 1143. cui adnexa convenit indict. VI. pontificatus anno XIV. omnia, quæ tum possidebat Martiniana ecclesia, cui auctore

*Ch. LXVII. col. 34.*

*Hist. sancti Martini pag. 169. & 170.*



Deo ex venerabilis fratris Petri abbatis Cluniacensis institutione præfideri dicitur Theobaldus, confirmantur. Alterum vero datum anno 1138. spectat prioratum sancti Martini de Creacia, quem jam anno 1122. (frustra 1123. Plectro nostro historice ecclesie Meldensis tomo primo pag. 133.) traditum ecclesie sancti Martini de Campis a Burcardo Meldensi episcopo, iterumque 1137. a Manasse sedis ejusdem antistite, Theobaldo priori laudat Innocentius II. anno 1138. Memoratur eodem anno in charta

A vide quid statutum fuerit Bartholomæi decani & totius beate Mariæ capituli consilio simul & auctoritate præfultis Theobaldi, Odonisque prioris & monachorum sancti Martini concessione anno 1146. Ecclesiam sanctæ Mariæ Magdalene de Barnastapla in Anglia Henricus de Traci dedit hoc anno 1146. Odoni sancti Martini de Campis secundo priori. Circa id tempus ratione præbende in ecclesia beate Mariæ Parisiensis, & alterius in ecclesia B. Mariæ Stampensis pepigit idem Odo cum canonicis Victor. super annualibus harumque præbendarum quæ canonicis possidebant. Simon episcopus Noviomensis Odoni contulit altare de Melins aut Muelsin ad usum fratrum ecclesie sancti Medardi de Capiaco sub regula sancti Benedicti ibidem Deo servientium anno 1147. Eodem bullam accepit Odo ab Eugenio III. pontifice datam sexto nonas Junii indicione x. anno pontificatus tertio; aliamque rursus obtinuit trans Tiberim datam x. cal. Martii de prioratu sanctorum Gervasii & Protasii de Enca. Insequenti memoratur in charta Theobaldi Parisiensis episcopi significantis Matthæum Belluni decimam de sancto Braccio, quam diu injuste tenuerat, utpote laicus, suas in manus resutavisse, ut eam monachus S. Martini de Campis canonicè traderet, assensum præbentibus & laudantibus Sugerio abbate & monachis sancti Dionysii, de cuius monasterii feodo dux ipsius decimæ partes erant, domino quoque Mathæo de Montemorenciaco, de cuius feodo tertia pars erat, & Adam filio ejus, qui dicitur Bellus, &c. Quocirca rogatu ipsius Matthæi Belli & omnium prædictorum Theobaldus episcopus hanc decimam sancto Martino dedit per manum Odonis prioris ejusdem domus. Odo Bellovacensis episcopus hoc ipso anno 1148. prioratum beate Mariæ de Insula Adæ concessit Odoni secundo priori sancti Martini, qui decimationem omnem ad ecclesiam sancti Martini pertinentem in grangia de Spantia valle legitur in tabulario beate Mariæ de monasterio in Argona dedisse G. abbati hujus monasterii tempore Bolonis episcopi Catalaunensis pro censu annuo trium minarum frumentis, & trium trimentis. Dux ad Odonem exstant Petri Venerabilis epistolæ, prima libro primo decima tertia, cum nondum præposituram hujus monasterii regeret, ait Gerardus Dubois tonio secundo historice ecclesie Parisiensis pag. 166. altera libro quarto quadragesima prima, quæ Odoni priori inscribitur. Abdicavit postea dignitatem ex mox dicendis. Hic videtur esse Odo, qui quodam in titulo sancti Martini superius laudato in Urso I.

B Melins aut Muelsin ad usum fratrum ecclesie sancti Medardi de Capiaco sub regula sancti Benedicti ibidem Deo servientium anno 1147. Eodem bullam accepit Odo ab Eugenio III. pontifice datam sexto nonas Junii indicione x. anno pontificatus tertio; aliamque rursus obtinuit trans Tiberim datam x. cal. Martii de prioratu sanctorum Gervasii & Protasii de Enca. Insequenti memoratur in charta Theobaldi Parisiensis episcopi significantis Matthæum Belluni decimam de sancto Braccio, quam diu injuste tenuerat, utpote laicus, suas in manus resutavisse, ut eam monachus S. Martini de Campis canonicè traderet, assensum præbentibus & laudantibus Sugerio abbate & monachis sancti Dionysii, de cuius monasterii feodo dux ipsius decimæ partes erant, domino quoque Mathæo de Montemorenciaco, de cuius feodo tertia pars erat, & Adam filio ejus, qui dicitur Bellus, &c. Quocirca rogatu ipsius Matthæi Belli & omnium prædictorum Theobaldus episcopus hanc decimam sancto Martino dedit per manum Odonis prioris ejusdem domus. Odo Bellovacensis episcopus hoc ipso anno 1148. prioratum beate Mariæ de Insula Adæ concessit Odoni secundo priori sancti Martini, qui decimationem omnem ad ecclesiam sancti Martini pertinentem in grangia de Spantia valle legitur in tabulario beate Mariæ de monasterio in Argona dedisse G. abbati hujus monasterii tempore Bolonis episcopi Catalaunensis pro censu annuo trium minarum frumentis, & trium trimentis. Dux ad Odonem exstant Petri Venerabilis epistolæ, prima libro primo decima tertia, cum nondum præposituram hujus monasterii regeret, ait Gerardus Dubois tonio secundo historice ecclesie Parisiensis pag. 166. altera libro quarto quadragesima prima, quæ Odoni priori inscribitur. Abdicavit postea dignitatem ex mox dicendis. Hic videtur esse Odo, qui quodam in titulo sancti Martini superius laudato in Urso I.

C præbentibus & laudantibus Sugerio abbate & monachis sancti Dionysii, de cuius monasterii feodo dux ipsius decimæ partes erant, domino quoque Mathæo de Montemorenciaco, de cuius feodo tertia pars erat, & Adam filio ejus, qui dicitur Bellus, &c. Quocirca rogatu ipsius Matthæi Belli & omnium prædictorum Theobaldus episcopus hanc decimam sancto Martino dedit per manum Odonis prioris ejusdem domus. Odo Bellovacensis episcopus hoc ipso anno 1148. prioratum beate Mariæ de Insula Adæ concessit Odoni secundo priori sancti Martini, qui decimationem omnem ad ecclesiam sancti Martini pertinentem in grangia de Spantia valle legitur in tabulario beate Mariæ de monasterio in Argona dedisse G. abbati hujus monasterii tempore Bolonis episcopi Catalaunensis pro censu annuo trium minarum frumentis, & trium trimentis. Dux ad Odonem exstant Petri Venerabilis epistolæ, prima libro primo decima tertia, cum nondum præposituram hujus monasterii regeret, ait Gerardus Dubois tonio secundo historice ecclesie Parisiensis pag. 166. altera libro quarto quadragesima prima, quæ Odoni priori inscribitur. Abdicavit postea dignitatem ex mox dicendis. Hic videtur esse Odo, qui quodam in titulo sancti Martini superius laudato in Urso I.

D de monasterio in Argona dedisse G. abbati hujus monasterii tempore Bolonis episcopi Catalaunensis pro censu annuo trium minarum frumentis, & trium trimentis. Dux ad Odonem exstant Petri Venerabilis epistolæ, prima libro primo decima tertia, cum nondum præposituram hujus monasterii regeret, ait Gerardus Dubois tonio secundo historice ecclesie Parisiensis pag. 166. altera libro quarto quadragesima prima, quæ Odoni priori inscribitur. Abdicavit postea dignitatem ex mox dicendis. Hic videtur esse Odo, qui quodam in titulo sancti Martini superius laudato in Urso I.

E priore tertius ordine memoratur. VIII. Simon I. de Merlo antea præprior, in locum Odonis successit a Petro Venerabili Cluniacensi abbate dicitur in ejusdem Petri epistola tertia ad Sugerium abbatem, cui commendat domum suam sancti Martini de Campis, quæ, ait, ob debilitatem dilectissimi fratris nostri domini O. plurimum tam in spiritualibus, quam in temporalibus attenuata est, & quotidie magis ac magis attenuatur: unde ejus condescendentes infirmitati, a cura domus prædictæ eum more nostro absolvimus, & loco ipsius dilectum fratrem & filium nostrum domnum Simonem,

Hist. sancti Martini pag. 376. 377. & 379.

Ibidem pag. 332.

B. p. 523.

B. p. 175.

B. p. 441.

B. p. 443.

B. p. 444.

B. p. 176.

Ch. LXVI. col. 54.

Hist. sancti Martini pag. 379.

B. p. 176.

B. p. 441.

Hist. sancti Martini pag. 406.

T. 6. amplif. collect. Martini. c. 225. & 226.

Hist. sancti Martini pag. 346.

B. p. 179.

B. p. 303.

B. p. 183.

B. p. 355.

Bill. Cler. col. 876. & 878.

Ibidem col. 660.

quondam ejusdem loci subpriorem substituit, qui a nobis & fratribus nostris propter honestatem & mores

*Hist. sancti Martini pag. 301.*

*ib. p. 155.* pridie nonas Julii in charta de villa, quam Mediam vocant. Eodem anno fratrum de sancta Gemma nomine pactionem fecit cum Guericco Igniacensi abbate super decima territorii de Raroi,

*ib. p. 401.* quam Samson Remensis archiepiscopus & Joannes Suesfionensis antistes ratum habuere. Anno 1152. XIV. calendis Julii Simon indulsit ecclesie de Aincurte, ut loco census duarum marcharum Parisiensis ponderis pro Revelon, quem annuatim priori sancti Martini solvere consueverat, amodo non nisi quinque *firtones* ejusdem ponderis, reliquos vero tres *firtones* ecclesie de Capiaco diocesis Noviomensis pro altari de Longavalle persolveret.

Denique is est haud dubie S. prior sancti Martini, ad quem habetur Theobaldi Parisiensis episcopi charta nota temporis deliuita, de pluribus ecclesiis atque decimis sancti Martini.

*ib. p. 186.*  
IX. Bartholomaeus subscripsit an. 1154. charta Theodorici Ambianensis episcopi de prioratu sanctorum Gervasii & Protasii de Encre diocesis Ambianensis, qui fuit olim canonicalis ecclesia, sancti Martini monachi concessio. Ipsemet vero Bartholomaeus de quadam pactione chartam exaravit eodem anno.

*ib. p. 299.*  
X. Guillelmus I. memoratur 1157. in charta Theobaldi Parisiensis episcopi super decima de Braio & minuta decima de Furchis. Ratam habet eodem anno initam compositionem suam inter ecclesiam & abbatem seu canonicos abbacie Cusfacensis, mediis arbitris Samfone Remensi archiepiscopo & Bartholomaeo Laudunensi praesule. Occurrit etiam anno sequenti in charta Cellae Trecentis.

*ib. p. 191.*  
XI. Theobaldus III. quondam fecit permutationem cum Petro abbate sancti Luciani Bellovacensis anno 1161. Bullam obtinuit ab Alexandro III. summo pontifice datam idibus Decembris indictione XIII., Dominica incarnationis anno 1164. pontificatus Alexandri sexto de mota controversia inter canonicos S. Martini Turonensis & monachos S. Martini a Campis de prioratu S. Martini de Passu in agro Atrebatensi, quam pontifex sospavit.

*ib. p. 192.*  
XII. Gualterius Catalaunensis reperitur 1168. in charta Guidonis de Montegao. Scripsit instrumentum de commutatione facta inter Adam de Braio & Theobaldum filium ejus anno 1172. Pepigit 1175. cum Gaufrido thesaurario sancti Martini Turonensis, decanatu vacante, de prioratu sancti Martini de Passu in agro Atrebatensi, mutuaque precum inivit societatem. Scripsit Gualterius chartam pro capella sancti Hilarii de Fervent in agro Atrebatensi anno 1176. Denique memoratur in quadam Mauricii de Soliaco Parisiensis episcopi charta, quae sic incipit: *Temporibus nostris mota fuit controversia ab ecclesia sancti Martini de Campis, cujus tunc temporis prior erat Gualterius*

*dictus Catalaunensis.* Fuit inde Cluniacensis abbas, de quo vide tomo quarto col. 1142. Huc referenda videtur epistola B. subprioris & conventus sancti Martini de Campis ad B. priorem claustralem Cluniaci pro habendo priore loco W. quondam prioris, nunc abbatis Cluniacensis. Gualterii meminit vetus Campense martyrologium his verbis: *VIII. idus Septembris depositio domni Gualterii abbatis Cluniacensis, quondam prioris hujus loci. Officium fiat sicut de aliis abbatibus nostris. Sacet Cluniaci ante capellam sancti Martialis; de quo supra in Urso I. priore ex codice ms. ad ulum sacerdotis hebdomadarii.*

*T. 1. Averd. Martini. col. 803.*

*ib. p. 197.*  
XIII. Robertus I. occurrit 1180. in charta Ivonis abbatis de sancto Portu, feu de Barbello pro vinea & decimis de Fontanis-Portu, 1181. in codice ms. sancti Germani a Pratis, & 1183. in tabulario sancti Dionysii in Francia. Circa id tempus quondam hospitum fecit commutationem cum abbate Fossateni. Anno 1192. iudex controversiae Calensis abbatissae super exemptione ab episcopi Parisiensis jurisdictione delegatur a summo pontifice. Insequenti pepigit cum J. abbate S. Genovevae de praebenda, quam in hac ecclesia Martiniani monachi habebant, salva spiritali societate, quae inter utramque inerat ecclesiam.

*Hist. sancti Martini pag. 197.*

*ib. p. 195. & 196.*  
Eodem anno 1193. quondam apud Argentolium decimas vendidit monachis Sandionysianis; quo adhuc anno memoratur in charta Simonis episcopi Meldensis super decima de Anetho, quae juris erat monachorum. Compositionem inivit Robertus an. 1200. cum abbate Fossateni super decimis parochiarum de Noisaco sicco & de Bondies. Eodem anno die Mercurii proximo ante Purificationem beatae Mariae supplicavit Campaniae comiti, ut S. Petri de Cone prioratum diocesis Senonensis suam in tutelam susciperet, ex tabulario regio Campaniae. Habetur & aliud ejusdem Roberti documentum, cujus hoc initium est: *Ego Robertus prior sancti Martini de Campis & conventus. Notum facimus tam praesentibus, quam futuris, quod talliam, quam ab hominibus de Limogis & Furchis singulis annis exigebamus, &c. In veteri martyrologio ms. Campensi notatur ejus depositio VII. idus Januarii. Officium fiat ad plenum, & iter in refectorium ad caritatem.* Quiescit in sacello beatae Mariae, quod de Carolla dicitur, ex Martinianis fol. 44. verso.

*ib. p. 197.*

XIV. Guillelmus II. Martiniani monasterii camerarius erat, quando per obitum Roberti ab Hugone abbate Cluniacensi tum Parisiensi commovente prior ejusdem loci nominatus fuit, irrequiescente sancti Martini monachorum consensu, qui ea de re apud L. priorem & conventum Cluniacensem conquelesit, uti tomo quarto col. 1168. diximus. Ipsi vero anno 1200. rogaverunt Martinianenses monachos, ut id acceptum haberent. Ceterum idem Guillelmus an. 1200. vendidisse legitur Roberto abbati monasterii in Argona domum sancti Martini Pauperis sitam in diocesi Catalaunensi pro decem marchis argenti annui reditus, Odonis episcopi Parisiensis praesulatus anno quinto, ex tabulario monasterii in Argona a D. de Gagneres explorato; quae tamen emtio Widoni abbati Trium fontium accepta refertur in historia

historia edita sancti Martini pag. 198. Memoratur eodem anno 1202. Guillelmus prior in charta Odonis de Soliaco episcopi Parisiensis de furnis Adæ de Monstrel canonici Parisiensis in Campellis. Hoc etiam anno ecclesiam B. Mariæ de Capella juxta Creciacum Anselmo episcopo Meldensi concessit, ut inibi canonici certis conditionibus instituerentur; itemque, annuente conventu, capellaniam in ecclesia de Campiniaco davavit in perpetuum tres modios vini in decima sua de Campiniaco, post duos modios presbyteri parochialis, singulis annis percipiendos, si ibi inventi fuerint. Num idem Guillelmus, qui jam anno 1198. prior Longi pontis, cognominatus de Milliaco, anno 1203. tacto cognomine, sed prior dictus sancti Martini & Longi pontis, assentiente hujus loci conventu, permutationem fecit cum Hugone decano & capitulo ecclesie Parisiensis, quam Hugo Cluniacensis abbas hoc ipso anno approbavit, ex codice ms. Oratorii, quem præ manibus habemus num. 5. pag. 127. Reperitur anno sequenti Guillelmus prior sancti Martini in charta fratris Andreæ de Colors domorum militiæ Templi, quæ sunt in Francia, præceptoris, pro quodam prato apud Noisiacum; & iterum hoc anno

Hist. sancti  
Martini pag.  
382.

B. p. 497.

B. p. 198.

B. p. 310.

Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
601.

T. 4. nove  
Gall. Christ.  
vol. 1. 145.

Hist. sancti  
Martini pag.  
380.

1204. in instrumento Petri Senonensis archiepiscopi de quadam controversia inter priorem de Conis, seu de Cannis & presbyterum, seu curionem ejusdem loci. Guillelmus idem, momente me domno Pernot diligentissimo bibliothecæ sancti Martini a Campis custode, non Guido, ut habetur in historia edita ejusdem monasterii pag. 199. transiit anno 1205. cum Anselmo Dambede, seu cum eo nonnulla permuavit; quæ de re charta ibidem laudata, in authentico non Guidonem, sed solam nominis litteram initiale G. exhibet. Eodem anno W. prior sancti Martini de Campis & ejusdem loci conventus dederunt Rainaldo Cherin & Sibillæ uxori unum jugerum terræ de censiva S. Dionysii de Carcere, D assensu fratris Johannis ejusdem domus prioris, ab omni reditu, censu & exactioe liberum, ad edificandam ecclesiam & cæmeterium S. Honorati, ac domum propriis usibus presbyteri necessariam, &c. Inde Guillelmus fuit prior & abbas Cluniaci num. XVIII. de quo superius in Urlo I. priore, ex codice ms. ad usum sacerdotis hebdomadarii. Vetus martyrologium ms. Campense de eo sic habet: 111. idus Januarii deposito D. Guillelmi abbatis Cluniacensis. Officium fiat sicut de aliis abbatibus. Prior hujus loci exstitit & monachus. Jacet ante majus altare nostrum.

XV. Petrus I. anno 1208. mense Apr. chartam exaravit, quæ significat se vidisse litteras bonæ memoriæ Anselmi quondam Meldensis episcopi de cessione sibi facta capelle beate Mariæ juxta Creciacum in Bria per Willelmum priorem S. Martini de Campis, ut inibi præsul canonici institueret, ea conditione ut prior sancti Martini de Creciaco ad quem illa capella spectabat, ibi præbendam haberet integram & perpetuam, quam sua septimana tantummodo missam celebrando per se vel per alium administraret, & presbyterum parochialem præficeret.

Tomus VII.

XVI. Fulco I. de consensu Johannis prioris sancti Dionysii de Carcere dimisit ecclesie S. Honorati Parisiensis tria jugera terræ, quæ sita erant juxta prædictæ ecclesie cæmeterium anno 1209. Eodem, III. calendis Augusti significavit comitisse Campanie nullum se unquam alium in prioratu de Choisiaco creaturum advocatum, quam dominum Campanie, ex tabulario regio Campanie. Bullam accepit ab Innocentio III. de reditu ecclesie sancti Jacobi de Carnificeria XIII. calendis Januarii anno pontificatus XII. hic est annus Christi 1210. Idem anno incerto Drogoni quondam priori S. Eligii Noviomensis, & tunc socio domni Willelmi Cluniacensis abbatis plenam concecit societatem, sicut uni de suis monachis, & tricenarium ubicumque decesserit. Hic est F. prior sancti Martini, qui W. abbate Cluniacensi, a se & conventu suo appellationi factæ contra Cluniacenses renunciavit anno incerto. De Fulcone sic legitur in veteri martyrologio ms. Campensi: IV. calendis Novembris obiit Fulco, qui fuit prior hujus loci, &c. Dedit nobis tres cappas & unam casulam & sexaginta solidos Parisienses pro se & matre sua conventui reddendos a priore de Cannis in die anniversarii sui. Dedit & unam summam olei singulis annis ad arandum, a dicto priore reddendam, & multa alia bona nobis contulit, quo defuncto subprior H. & conventus Martinianensis, prædicto W. Cluniacensi adhuc abbate, venia postulata, priorem alterum efflagitarunt.

Hist. sancti  
Martini pag.  
300.

B. p. 207.

XVII. Johannes I. reperitur anno 1214. in charta Adæ vicecomitis Milidunensis, & J. anno 1215. Hic est, ni fallor, Johannes, quem lego 1207. ubi legendum videtur 1217. nonnulla dedisse Guidoni butulario mense Sept. Scripsit idem Johannes tabulas anno 1218. mense Aprilis de quadam compositione pro prioratu S. Mariæ de Insula Adæ; aliaque 1223. mense Maio pro ecclesia sancti Dionysii de Nogeno, legendum 1213. ex dicendis. Ejus depositio notatur in veteri martyrologio ms. Campensi x. cal. Februarii, cui concinit antiquum martyrii Dionysii in Francia necrologium. Jacet in sacello beate Mariæ dicto de Carolla. Hic est profecto J. prior, quem subprior in epistola ad G. abbatem Cluniacensem, ut in ejusdem defuncti locum subrogaret alium, multis exornat laudibus.

B. p. 202.

Idem.

Ch. cxix.  
col. 91.

XVIII. Balduinus non semel occurrit anno 1220. nempe in chartario beate Mariæ de Meynello, Massé, Bonorum virorum ordinis Grandimontensis; & iterum mense Martio ejusdem anni, vel forsan insequenti, Balduini precibus Willelmus episcopus Parisiensis alio transfudit cæmeterium S. Nicolai de Campis, sive, ut alibi legitimus, presbytero hujus ecclesie cæmeterium concessit. Anno 1224. mense Septembris notum fecit abbatem & conventum Latiniacensis sibi dedisse domum apud Latiniacum, quæ fuerat defunctæ Mariæ la Serpiere uxoris Benedicti de Anetho. Assensum præbuit B. prior constructioni domus hospitalis Parisios inter & domum sancti Lazari ad opus pauperum mulierum de novo conversarum, salvo jure parochialis S. Laurentii, ex tabulario Filiarum Dei a D. de Gagneres explorato. Eum esse B.

Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
602.

L I

Hist. sancti  
Martini pag.  
203.

Chart.  
CXXXIII.  
col. 101.

chart.  
CXXXIV.  
col. 101.

Hist. sancti  
Martini pag.  
203.

H. p. 204.

H. p. 205.

H. p. 206.

H. p. 208.

priorem sancti Martini existimamus, cui cum B. abbas Cluniacensis curam ad tempus commisisset prioratus de Caritate ad Ligerim, G. subprior S. Martini & monachi abbatem rogant, ut eum illis reddat. Reperitur adhuc Balduinus prior 1225. 1226. 1229. & 1230. prima die Novembris in charta pro missa, quæ matutinalis dicitur, celebranda in prioratu SS. Gervasii & Protasii de En-cra, 1232. in alia charta de leprosis ejusdem loci, & B. 1234. quo circiter anno infirmus accedere ad capitulum generale nequivit. Hunc an. 1231. ad Henricum Angliæ regem destinatum fuisse a Ludovico Francorum rege pro induciis inter utrumque regem confirmandis, discimus ex litteris ejusdem Angliæ regis tunc primo amplissime collect. D. Edmundi Martenne col. 1251. & seq. Hic etiam est B. prior S. Martini, quem sub hunc annum Latiniacensem abbatem electum P. subprior & conventus S. Martini retinere volentes, litteras ad Stephanum Cluniacensem abbatem scripsere ut eum vellet efficaciter inducere ad hanc electionem recusandam; quod quidem prospere cessit. Verum Balduinus non ita multo post defecit, tempore scilicet Stephani II. abbatis Cluniacensis, & O. majoris prioris, ad quos ex parte conventus sancti Martini directi sunt legati P. prior sancti Nicolai Silvaneensis, & P. sacrista S. Martini novum ab iisdem postulaturi priorem, cum jam, ut videtur, P. subprior & monachi Martinianenses id per litteras postulassent die Lunæ proxima ante festum sancti Andree apostoli. Jacet in capitulo ante Crucifixi imaginem cum epitaphio, quod nihil speciale continet. In veteri martyrologio ms. Campensi notatur ejus depositio vii. idus Decembris, matris ejus Odelinæ v. idus Julii, & fratris ejus Willelmi militis de Beeloy iv. idus Septemb. *Officium fiat pro ipso & pro domino Petro fratre suo, qui dederunt conventui unum modium bladi singulis annis, in decima sua de Beeloy, & in grangia sua propria percipiendum, ad generale faciendum die anniversarii eorum. Officium fiat, cappa in choro.*

XIX. Evarardus de Gressu primariis nominis designatus apicibus occurrit anno 1234. Frater erat Julianæ Faramonasterii abbatissæ, cum qua & conventu societatem precum inivit 1241. mense Aprili. Reperitur E. prior sancti Martini mense Januario anni 1248. in tabulario Cagiz apud Meldas. Anno 1252. in festo sancti Matthei apostoli obtinuit a curia Parlamenti duos sibi hospites reddi, quos occasione quosdam homicidii perpetrati, ut dicebatur, in quadam sancti Martini villa vocata *Poirrefec* diocesis Carnotensis, præpositi Parisienses apud Noisiacum magnum ad Maternam ceperant. Eodem anno in festo S. Cecilie comparuit frater Evarardus prior S. Martini de Campis coram consiliariis domini regis querimoniam delaturæ de sua apud Anethum violata justitia. Evar-do priori clientelam exhibuit Almaricus de Cauda miles filius defuncti Almarici de Mellento militis, quondam domini de Cauda, *de quarta parte pretii venditionis foreste de Noisfaco magno, in palatio ante cameram ballivorum, presentibus monachis*, anno 1258. die Mercurii post festum sancto-rum martyrum Marcellini & Petri. Anno sequenti

A. die Lunæ proxima post festum sancti Nicolai hiemalis idem præstitit Guillelmus de Maciaco, pro quadam domo, quæ fuerat defuncti Aleimi de Maciaco fratris quondam Guillelmi. Ratam habuit eodem anno mense Junio permutationem factam priorem inter de Marroliis & abbatem Foslatensem. Exstant litteræ Ivonis abbatis Cluniacensis, qui anno 1260. die Martis proxima post octavas Purificationis B. Mariæ virginis statutum scripsit in domo sancti Martini de Campis coram Evar-do priore. Mense Apr. ejusdem anni consentit Evar-dus separari capellam sancti Jodoci ab ecclesia sancti Laurentii, cujus erat fucursus, ac fieri parochialem ecclesiam a Laurentiana independentem. Eundem fratres habuisse Henricum de Gressu Carnotensem episcopum & Stephanum ejusdem ecclesie decanum, discimus ex veteri martyrologio ms. Campensi, ubi fuit Evarardus & dictorum suorum fratrum fundavisse anniversarium dicitur; pro quo faciendæ adificatam domum Parisiis in vico de Charauri, & alia plurima conventui donavit. Sepulturam habuit in capitulo juxta Bartholomæum priorem de Gornia, unde postea trans-latus est in partem sinistram, qua fit ingressus in illud beate Virginis sacellum, quod in hincmorum dicitur, cujus capitis figura his verbis circumcluditur. *Evarardus de Gressu prior hujus loci anno M. CCLXI. xv. calendas Junii. Pater ejus Bartholomæus miles obiit pridie idus Decembris, mater Hawidis domina de Grez. Xiiii. calendas Augusti, & frater ejus Guillelmus miles calendis Septembr. pro quibus omnibus fit officium, cappa in choro, ex veteri martyrologio ms. Campensi.*

XX. Milo de Vergiaco anno 1261. postridie festivitatis beati Martini hiemalis, armarii sancti Martini de Campis adauxit reditus viginti solidis Parisiensibus super domum fratrum de Trinitate juxta vicum Calceie, quæ ducit ad sanctum Dionysium in Francia, in festo Natalis Domini annuatim in usum & necessitatem dicti armarii & successorum ejus utiliter convertendis. Eodem anno & sequenti prioratum sancti Martini de Campis status coram ipso recitatus est in festo B. Martini hiemalis. Hoc an. 1262. Johanni successit prior de Caritate ad Ligerim usque ad annum saltem 1266. De eo sic legitur in veteri martyrologio ms. Campensi: *xvi. calendas Aprilis depositio D. Milonis Karitatenfis prioris & hujus loci. Ipse vero dedit conventui centum libras Parisienses cum aliis centum libris Parisiensibus, quas Johannes quondam prior de Karitato (qui jacet in choro hujus loci) dederat nobis. De quibus rluentis libris Parisiensibus conventus emit octo libras Parisienses, quas tenebamur reddere annui redditus Johanni dicto Barbette supra quamdam domum, quæ est in Gravia. Item dedit conventui Lx. libras Parisienses. De legato ejus fiat officium sicut de abbatibus nostris.*

XXI. Hugo I. de Vergiaco Miloni, cujus erat frater, necnon Ivonis abbas Cluniacensis, successit mense saltem Februario anni 1262. seu 1263. Hi vero tres simul memorantur 1262. mense Martio in charta authentica de transmissis & sancto Salvio juxta Valencenas ad S. Lupum de Hefc-erento ordinis Cluniacensis in diocesi Bellowaceuff

Hist. sancti  
Martini pag.  
209.

Hidui

H. p. 453.

H. p. 210.

H. p. 211.

H. p. 213.

H. p. 214.



- sancti Martini delinita erat pro horis matutinis, A  
substituit cereum ponderis unius libræ. Capsam  
ligneam sancti Paventii in argenteam ponderis  
190. beffium commutavit 1307. eodemque  
anno, seu potius sequente secundum hodiernam  
computandi rationem, die Lunæ in festo Circum-  
cisionis Domini corpus ejusdem sancti e lignea in  
argenteam translatum est capsam a Johanne Ani-  
ciensi episcopo, Bertrando abbate Cluniacensi, &  
Berengario Figiacensi. Conditus est Odo in sacello  
B. p. 224. B. Mariæ de infirmaria apud Cluniacum sub hac  
inscriptione: *Hic jacet dominus Odo quondam prior  
sancti Martini de Campis, consiliariusque domini regis  
Francorum, qui dedit centum & mille libras pro an-  
niversario suo faciend. Qui obiit anno Domini mille-  
simo trecentesimo nono, sexto calendis Maii. Anima  
ejus requiescat in pace, amen.* Vetus Campense  
martyrologium m. de eo sic habet: *Odo prior*  
B. p. 222. *hujus loci, ipse vero fecit fieri capsam argenteam B.  
Paventii: Item septem discos argenteos in medio  
chori: item duas magnas campanas: item duo can-  
delabra argentea: item unum tapetum de Anglia:  
item ipse emit fontem sancti Firmini & dedit con-  
ventui pro anniversario suo faciend: item ipse fecit  
infirmariam: item coquinam conventus, & multa alia*  
B. p. 223. *bona fecit. Jacet Cluniaci.* Post biduum ab ipso  
morte, eodem scilicet anno 1309. iv. calendis  
Maii Martiniani fratres ab Henrico de Franciis  
abbate Cluniacensi priorem postularunt.
- XXVIII. Hugo II. anno 1314. die Lunæ  
ante natale Domini certis conditionibus concessit  
magistro Theobaldo rectori ecclesie S. Nicolai de  
Campis Parisiensis quandam plateam vacuum  
sitam inter dictam S. Nicolai ecclesiam & inter  
domum Januæ anterioris prioratus S. Martini.
- XXIX. Bertrandus de Peberaco, de Pebrac,  
fuit prior de Ventadoro, tum sancti Martini de  
Campis ab anno saltem 1321. quo quemdam  
hortum apud Parisios juxta Templum, quem ac-  
quirit abbas Latiniacensis, jure morticini do-  
navit mense Januario die Sabb. ante festum sancti  
Vincentii, ex tabulario Latiniacensi. Pacificus  
anno 1331. die Dominica ante festum B. Lucæ  
Evangelistæ cum Hugone Parisiensi episcopo de  
capellaniis ecclesie sancti Jacobi de Carnificeria,  
de quibus alternis vicibus disponere conveniunt,  
ibique Bertrandus papæ capellanus dicitur. Anno  
B. p. 445. 1337. die Merc. in vigilia Ascensionis Domini,  
priores omnes sibi subiectos evocavit ad audien-  
dum rescriptum Benedicti papæ XII. pro Clunia-  
censi ordine. Idem anno 1351. 12. Januarii ob  
quendam negotia deputatus a rege, nundinas sin-  
gulis annis in festo Conceptionis beate Mariæ  
virginis, duobusque sequentibus diebus habendas  
in villa sancti Africani ejusdem loci consulibus  
indulst auctoritate regia quaungebatur. Die deci-  
ma Decembris anni sequentis regi a consiliis &  
reformer generalis apud Occitanoz dicitur. Vo-  
catur Bertrandus de Perelaco an. 1340. in veteri  
codice m. membraneo, ubi fertur fuisse prior S.  
Martini annis 34. & postea Vabrensis episcopus,  
ut dictum est tomò primo col. 279. Vetus codex  
m. dictus *liber Obierant*, sic habet: *Prioste nonas  
Juli obiit Durandus de Peberaco quondam nepos*
- domini Bertrandi prioris hujus loci, qui dedit nobis  
sexaginta solidos fortis monete, anima ejus, &c.*  
Item ex quadam sancti Martini sacrilitie synopsi  
anni 1397. *Item una chasuble tunique & dalmati-  
que d'un latin blanc, diapré a oiseauz, dont les festes  
sont d'or, fourré de sandal vermeil, pour les festes de  
Nostre Dame de la Karolle. Item une chasuble a  
champ d'azur, a fleurs de lys, du don du prier Ber-  
trand.*
- XXX. Johannes III. de Pinu Martiniani pri-  
oratus possessionem accepit circa festum natale B.  
Mariæ anno 1353. Hic anno 1362. die Martii  
ultima sacrilitæ officium in prioratu sancti Dionysii  
de Carcere superinductum incuria priorum, B  
sustulit, univique prioratu. Reperitur adhuc 1354.  
63. 64. & 1367. qui deinde creatus abbas Clu-  
niacensis anno 1369. defunctus est die 27. Dec.  
1374. Jacet in sacello beati Martini, quod est in  
ecclesia sancti Martini de Campis, cum epitaphio,  
quod retulimus in abbatibus Cluniaci tomò iv.  
col. 1155. ubi omisum est brachium S. Oppor-  
tunæ donatum ecclesie collegiate hujus nominis  
apud Parisios per magistrum Johannem du Piu  
quondam abbatem Cluniacensem ad preces defun-  
cti magistri Hugonis de Castro Girardi quondam  
ejusdem ecclesie capicerii, ad hanc solemniter  
translatum fuisse Dominicam infra octavas Epipha-  
niæ anno 1374. seu potius 1375. ex tabulario  
sanctæ Opportunæ Parisiensis. In veteri martyro-  
logio m. Campensi de eo sic habetur: *v. calendis  
Januarii depositio bonæ memoriæ domini Johannis de  
Pinu doctoris in sacra pagina, abbatis Cluniacensis,  
quondam prioris hujus loci, qui multa bona huic con-  
tulit ecclesie.*
- XXXI. Bernardus I. Faber anno 1370. die  
24. Februarii vicarium generalem tam in spiri-  
tualibus, quam in temporalibus habebat fratrem  
Bertrandum de Monteclaro licentiatum in decretis,  
priorem de Villa Dei Mimatenis diocesis.
- XXXII. Bernardus II. de Agrifolio die 29.  
Januarii anno 1373. attentis damnis, que domus  
de Capiaco Noviomensis diocesis passâ erat ab  
Anglis de societate ducum Lancastriæ & Britan-  
niæ, domus ejusdem priori remissis in tres annos  
centum libras ex trecentis, quibus annuatim tene-  
batur. Postea fuit episcopus Vivariensis an. 1376.  
quo se centum francos boni auri mutuo accepisse  
a priore & conventu sancti Martini ultima die  
mensis Maii profiteretur.
- XXXIII. Guillelmus III. Bajuli, doctor theo-  
logus Facultatis Parisiensis, erat prior sancti Martini  
de Campis 1376. 1377. & 1380. quo anno  
B. p. 227. abbatibus & monachis de Caricampo Cisterciensis  
ordinis & Ambianensis diocesis movit litem coram  
conservatore privilegiorum Universitatis Parisiensis  
pro decimis ecclesie sancti Martini de Fer-  
vent in agro Atrebatensi, que tunc juris erant  
sancti Martini de Campis, causamque vicit, dam-  
natis abbate & conventu sancti Martini ultima  
annuatim priori & conventui Martiniano duas  
argenti marchas ad magnum, ut fert sententia,  
pondus, octo scilicet unciarum pro qualibet mar-  
cha. Memoratur etiam 1382. 1384. in testa-  
mento Guillelmi de Chanaco cardinalis, cujus  
B. p. 228. B. p. 229. B. p. 230. B. p. 231.

dicatur nepos, ac 1385. Mense vero Novembri anni 1380. abbas erat Burgidolensis in diocesi Bituricensi, ex archivio senatus Parisiensis; *Maistre Guillaume Bajule n'agues prieur de S. Martin des Champs, & appresent abbé du bourg de Deols*, hic omiffus tomo secundo col. 152. restituendus intra numeros xxxiv. & xxxv.

XXXIV. Petrus IV. de Monteacuto a natali loco in Arvernia sic dictus, ex Andrea Duchesne in historia fumorum pontificum, in Urbano VI. qui verum ejus cognomen fuisse asserit *Aifelin* vel *Affelin*, fuit professione monachus Benedictinus, tum episcopus Laudunensis & a Clemente VII. sacra purpura decoratus anno 1383. Demum coenobii Martiniani possessionem est adeptus anno 1386. sepultus est in medio chori sancti Martini ad statuum Mosis, cujus inibi præclarum valde in ære insculptum conspicitur monumentum in hæc verba: *Hic jacet in tumulo reverendissimus in Christo pater dominus Petrus de Monteacuto S. R. E. presbyter cardinalis, hujusque ecclesie administrator, consiliariusque domini nostri Francorum regis excellens & magnificus, qui Rhemis in servitio dicti domini nostri regis diem suum clausit extremum sub anno Incarnationis Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, mensis Novembris die octava, pro cuius anime salute veltis Deum orare.* Vetus quoque martyrologium ms. Campense de eo sic habet: *VI. idus Novembris depositio D. Petri cardinalis Laudunensis & prioris hujus loci. Officium fiat sicut de prioribus nostris.* Sic autem legitur in veteri sacrilite sancti Martini synopsis anno 1397. *Item une chasuble noire, grande & precieuse de Baudequin noir, a un grand orfrait de broderie a images, avec les tunique & dalmatique, deux etolles & trois fanons, trois aubes parées, un parement de nappes, dont ladicte chapelle est toute semée de lions, & de tressies d'or, tretien de broderie, du don fait par monseigneur le cardinal de Laon, administrateur du prieuré de etans, &c.*

XXXV. Johannes IV. de Bournezeau vel de Bournezal & de Bourmazel occurrit annis 1388. & 1389. defunctus hoc anno post novem regiminis mensis.

XXXVI. Petrus V. anno 1390. die Jovis post Dominicam, qua cantatur *Oculi mei*, præsentavit decano & capitulo ecclesie Parisiensis Hugonem de Orgneio presbyterum ad vicariam sancti Dionysii de Carcere apud Parisios vacantem per obitum magistri Johannis de Vitriaco.

XXXVII. Fulco II. de Blandes & nobili familia diocesis Sagienfis oriundus, patre Guillelmo milite, licentiatius in decretis, monasticum induit habitum in abbata sancti Dionysii in Francia 1380. professionem vero emisit in majori beate Marie Sacello intra Sangermanensis abbatie septa die 7. Octobris 1383. permissu Guidonis abbatis sancti Dionysii. Inde lauream doctoris in sacro jure canonico adeptus, fit prior sancti Dionysii de Strata, tum vero a summo pontifice proprio motu renunciatur prior sancti Martini Campensis, ut discimus ex ipsius litigio feria tertia 3. Januarii anno 1390. seu potius 1391. adversus camerarium, ubi inter alia notatur in coenobio esse de-

bere sexaginta monachos. Reperitur 1392. 94. 96. 98. 99. 1401. & 1402. quo anno die decima mensis Decembris præsentavit ad vicariam perpetuam prioratus sancti Dionysii de Carcere in ecclesia Parisiensi Inguerrannem de Forciaco canonicum præbendam ecclesie Cenomanensis. Circa id tempus nonnulla commisit scienda magistro Petro Bougas suo confitario & sigillorum custodi in terra sua de Anetho. Obiit anno Domini 1404. die 14. Novembris, seu XVIII. calendas Decembris, quo sic habetur in veteri martyrologio Campensi ms. *Depositio domni Fulconis prioris hujus loci, qui dedit conventui ducentos Francos, ex quibus Johannes Arvernacii successor suus immediatus augmentavit carnisficium sancti Martini, & illis medianibus admortizavit conventui XL. libras Parisienses. Quoniam multe alie reparationes per eum in ista domo fuerunt facta, comenitur in resectorium ad caritatem, & jacet inter magnam altare, & armarium reliquiarum. Item cum prædictis concessit unam pulcram cappam sanguineam.*

XXXVIII. Johannes V. Alvernas, l' Auverna; antea 1401. prior de Rivis ordinis Cluniacensis in diocesi Claromontensi, Martiniani monasterii per procuratorem Bernardum Daumont possessionem nactus est 1405. die 18. Februarii. Eodem anno Johannem & Bertrandum de Chaudeflole doctorem in decretis, Celsinium priorem Raimundus abbas Cluniacensis procuratores deputavit ad concilium Gallicane nationis indictum Parisiis pro schismatis extinctione; eumque rursus eadem de causa cum Valentino priore Caritatis procuratorem suum nominavit anno 1408. ad comparandum Parisiis mense Augusto. Occurrit etiam annis 1406. die 28. Septembris, 1407. die ultima Junii & 1410. 25. Martii, quo bona sita apud Anethum, que a Johanne d'Estre acquirierat, eidem revendidit. Memoratur & 1412. 18. Aprilis & 1415. defunctus tandem 1417. die 9. Julii. De eo sic habet vetus martyrologium ms. Campense: *VI. idus Julii depositio domni Johannis Alvernacii prioris hujus loci qui dedit nobis vestimenta pretiosa sanguinea, videlicet casulam, tunicam, dalmaticam, & tunicam acolyta; cappam parem, & paramenta altaris paria de panno damasco, &c. Jacet in ecclesia sancti Martini ante marmoreum altare.*

XXXIX. Guido I. de Nourry, vel de Norris ordinis Cluniacensis professus monachus, licentiatius in jure sacro canonico, & prior Silviniaci, promovetur ad prioratum S. Martini de Campis a Roberto Cluniacensi abbate litteris datis Constantie ad Rhenum, ad priores Caritatis & Voltæ vicarios suos in spiritualibus & temporalibus in provincia Francie, necnon ad subpriorem sancti Martini de Campis anno 1417. die 25. Julii. Reperitur anno seq. & 1420. qui nunc 1421. Sabbato 25. Januarii, quo cum editis & parochianis ecclesie sancti Nicolai de Campis compositionem iniiit per excitandis & de novo construendis duabus in eadem ecclesia capellis. Non excessit hunc annum ejus præfectura.

XL. Guillelmus IV. de Bosco-vario, de Bostvert, & sacrilite Cluniacensi prior S. Martini de Campis a

Roberto Cluniacensi abbate institutus 12. Octob. 1421. memorat 1422. 23. & 24. indictione secunda, die decima mensis Februarii in charta de annua pensione a priore B. Mariz de Insula Ade prioris & conventus S. Martini debita.

*Hist. sancti Martini pag. 244.*

XLII. Jacobus II. Seguin cepit esse prior Martinianus an. 1424. Repertur eo nomine 1425. & 1426. quo anno habetur in Martinianis, hoc est in collectione chartarum cœnobii S. Martini Parisiensis edita 1606. pag. 25. littere fundationis certarum precum factæ a Philippo domino de Morviller, &c. Parisiensis senatus principe & Johanna du Drac ipsius conjugæ, die 4. Decemb. ejusdem anni 1426. ab ipso senatu confirmata, præsentibus Jacobo Seguin priore & Johanne de Britonneria subpriore. Inter alia vero hujusce fundationis capita, unum est speciale, nempe quod singulis annis in vigilia sancti Martini hiemalis mane ante meridiem Major \* conventus sancti Martini cum uno monacho dare debeat senatus principi duo focalia (*cabottes à \* oreilles*) duplex alterum, alterum simplex, ac primo apparitori unam chirothecam cum calamaria theca, dumque hæc offert, utriusque citare verba fundationis. Occurrit Jacobus prior 1428. 29. 44. 48. & 51.

*\* le Maire.*

*\* Bonnets.*

*h. p. 255.*

*h. p. 246.*

Sed notatu potissimum digna est charta anni sequentis 26. Januarii, in qua se ipse dicit priorem sancti Martini & electum Forojulienis ecclesie, ubi vide tomo primo col. 439. Et certe in scheda Petri Rogere exactoris reddituum hujus prioratus Jacobo successori rationem reddentis a die 15. Februarii 1452. ad &c. Jacobus Seguin dicitur episcopus Forojulienis, & quondam prior sancti Martini.

XLIII. Jacobus III. Jouvenel des Ursins natu minimus filiorum Johannis Jouvenel urbis Parisiorum præfæci ex Michaëla de Vitri præfes erat in camera rationum Parisiensi 1443. Remensis archiepiscopus 1444. Antiochenus patriarcha & episcopus Pictaviensis \* 1449. post abdicatum Remensis ecclesie pontificatum, ac denique perpetuus prioratus sancti Martini de Campis administrator 1452. ex dono Cluniacensis abbatis, ad quem ut illum vacantem Jacobo conferret, scripsit prior Caroli loci, de *Charheu*, 19. Julii 1451. cum jam tunc haud dubie Jacobus Seguin electus esset Forojulienis episcopus. Biennio post campanili & altero hujus ecclesie fastigio everfis, Jacobus prior Antonium de Vauboulon militem designavit, qui hæc damna reficienda curaret. Scripsit hic episcopus & prior Gallico idiomate historiam Caroli sexti Francorum regis, quam postea in lucem emisit Theodorus Godefroy. Denique obiit Augustoriti Pictonum die 12. Martii 1456. qui nunc 1457. De eo sic legitur in obituario libro Parisiensis ecclesie: *9. Martii obiit Jacobus Juvenalis des Ursins Pictaviensis episcopi, patriarcha Antiocheni, necnon Parisiensis archidiaconi. In codice autem ms. Carthusie Parisiensis: Fride idus Octobris reverendissimus in Christo pater & dominus D. Jacobus misericordie divina patriarcha Antiochenus, episcopus Pictaviensis, dedit in puram elemosinam nobis pro fundatione unius anniversarii perpetui in vita & in morte sum-*

*Hidem.*  
*\* Vide t. 2. col. 1199.*

*Catal. diplom. off. Barchin. no. 7. 6. n. 26.*

*Hist. sancti Martini pag. 247.*

*nam centum scutorum novorum auri de cugno domini nostri regis, & multa alia bona fecit nobis, & fieri procuravit.*

XLIII. Johannes VI. de Montlambert ordinis sancti Benedicti monachus, licentiatu in decretis, prior institutus a Johanne de Bourbon Aniciensi præfæci & abbate Cluniacensi litteris datis die 18. Aprilis 1457. dignitatis possessionem accepit die 5. Maii ejusdem anni, ac postmodum, consueta præstitit Sacramenta, præsentibus Helia episcopo Vivariensi, Guillelmo Maillart abbate S. Cypriani & aliis. Eodem anno 8. Junii ratis habuit factas ab Antonio de Vaubelon, seu de Vauboulon milite de mandato Jacobi quondam prioris, campanilis & alterius ecclesie fastigii reparationes. Dicitur anno 1469. die 4. Aprilis licentiatu in jure canonico, prior sancti Martini, ac præfes computorum illustrissimi principis ducis Aquitanie; iterumque 1470. 22. Julii prior, præfes computorum Aquitanie, & electus Montalbanensis. Denique hoc ipso anno electus Montalbanensis, & sancti Gildatii in pago Bituricensi commendatarius abbas (omissis tomo secundo col. 156.) nuncupatur; cetera require in episcopis Montalbanensibus.

*Hist. sancti Martini pag. 248.*

*h. p. 255.*

XLIV. Guillelmus V. d'Estouteville nobilis Normannus, decretorum doctor, ante adeptum prioratum sancti Martini, magnus erat ejusdem loci cellerarius, quod officio etiam prior commendatarius jam anno 1471. effectus, ex commessione apostolica retinuit. Monachus vocatur a Ciaconio & post illum a Martino Marrier in historia monasterii sancti Martini pag. 255. sed contrarium evincit charta ab eodem Marrier relata pag. 261. de reformato monasterio anno 1500. quod quidem inibi per spatium centum annorum & amplius per seculares rectum fuisse, administratum & gubernatum dicitur, videlicet per dominos cardinales Laudunensem, Rotomagensem, (Guillelmum) Lugdunensem, patriarcham Antiochenum & episcopum Nannetensem. Præterea cum

*h. p. 254.*

Sixtus IV. pontifex Guillelmum abbatie sancti Dionysii in Francia bulla data Romæ 13. Aprilis 1475. anno quarto pontificatus præfæcisset, id rex Ludovicus XI. improbatu litteris, bullæ insertis, dicens se haud posse in animum inducere, ut monasterium cuiquam, nisi religio illius ordinis, in titulum, aut commendam daretur: quod cum nihilominus obtinere contenderet Guillelmus, illius beneficiorum reditus ad manum regis appositi sunt hoc anno. Ceterum jam dudum, ab anno scilicet 1439. Eugenii pape IV. beneficio purpurea decoratus, postea fuit archiepiscopus Rotomagensis, ubi de eo plura. Quod vero ad prioratum sancti Martini attinet, anno 1473. die 28. Februarii vicarium habebat magistrum Johannem Cornu in utroque jure doctorem. Huic eodem anno dedit electus ornamenta pretiosa Romæ contexta, quibus oblati die 9. Novembris ejusdem anni Martiniani monachi post biduum in festo sancti Martini usi sunt, officio præfidente abbate Fossateni, qui sancti Martini monachus existerat. Demum Guillelmus obiit Romæ octuagenario major anno 1483. xi. cal.

*Amplif. eccl. hist. Martini. tom. 2. col. 2492.*



Hist. sancti  
Marini pag.  
216.

Januarii, seu 22. Decembris ex tomo octavo A  
historiae genealogicae magnatum Francie pag. 90.  
Ciaconius tamen laudatus a domino Marrier habet  
21. calendis Februarii, & vetus Gallia Christiana  
in archiepiscopis Rotomagensibus x. calendis Fe-  
bruarii.

XLV. Robertus III. d'Espinay nobilis Armo-  
ricus cepit possessionem prioratus sancti Martini  
de Campis, germano fratre Theobaldo d'Espinay  
adis beate Virginis Cleriace decano ipsius vices  
agente, anno 1483. die 14. mensis Aprilis. Sibi  
vero carissimum magistrum Johannem d'Espinay  
ad hunc prioratum regendum an. 1484. die 12.  
Martii vicarium allegit. In edicto majoris consilii B  
an. 1632. de prioratu sancti Germani de Anetho  
inter instrumenta litis recensetur exemplar elocationis  
hospitii dominicalis prioratus de Anetho  
cum appenditiis facte a majori vicario episcopi  
Nannetensis, abbatis commendatarii S. Martini  
de Campis 12. Maii 1489. qui certe haud alius  
est a Roberto d'Espinay, quem legimus ab episco-  
pato Lascurrensi ad Nannetensem transfuisse.  
Neque enim facere negotium debet Senatus  
Parisiensis edictum datum eodem anno 1489. 5.  
Decembris Lascurrensis inter episcopum prio-  
rem sancti Martini & Jacobum de Ambasia Clu-  
niacensem abbatem; siquidem ideo nuncupatur  
Lascurrensis, quod revera tum esset, cum inchoata  
lis est. Adhuc autem memoratur episcopus Nan-  
netensis anno 1491. die 19. Junii.

XLVI. Jacobus IV. de Ambasia jam abbas  
Cluniacensis, fuit etiam prior sancti Martini a  
Campis an. 1493. ut palam fit ex litteris quibus  
fratrem Gillebertum de Fraxino priorem sancti  
Georgii de Roivilla vicarium suum instituit,  
illique regendi ac moderandi in spiritualibus &  
temporalibus Martinianum cœnobium specialem  
consert potestatem. Eodem anno & sequenti non-  
nullas fecit bonorum elocationes.

XLVII. Andreas d'Espinay Roberti superioris D  
frater, cardinalis, archiepiscopus Lugdunensis, &  
Burdegalensis, sancti Martini prioratum per qua-  
dringennium obtinuisse dicitur. Certe anno 1498.  
uti legitur in veteri martyrologio ms. Campensi,  
refecit, lacunavit, stravitque lapidibus claustra,  
ac murorum turribus impoluit ex integro tectum,  
quæ omnia constituerunt mille ducentis libris; chori  
etiam fornix instauravit & fontem. Jacet apud  
Cœlestinos Parisienses, qua in urbe defunctus est  
10. Novembris anno 1500. usus eodem anno  
vicario generali fratre Gilberto de Fraxino, de  
Fraiseigne, qui die 10. Maii decimas territorii de  
Anetho & circumvicini elocavit. Porro Andreas E  
fratri suo Johanni Valentiniensi episcopo transcri-  
psit hunc prioratum; sed quominus ea resignatio  
suum sortiret effectum, obstitit jam inchoata  
monasterii reformatio.

XLVIII. Philippus Bourgoïn in sacra pagina  
baccalaureus formatus, cum tunc esset prior clau-  
stralis Cluniacensis, una cum aliis tredecim mo-  
nachis ejusdem loci, fuit quatuordecim, ut legi-  
mus pag. 55. historie laudate sancti Martini,  
quorum hæc sunt nomina, Johannes Raulin sacre  
theologie professor, Andreas de Vieri, Petrus de

Villannes, Johannes Gerlandi, Valerius Fremïn,  
Antonius de Castro, Mattheus Rondet, Ricardus  
Monachi, Petrus Mumerie, Guillelmus de Marunec,  
Jacobus Brutin, Jacobus Sapientis, Franciscus de  
Monte Lambert, & Hugo de Candria, a Jacobo  
de Ambasia Cluniacensi abbate, ad monasterium  
sancti Martini reformationis introducendæ causâ  
adductus est, cujus prior ab eodem abbatè institutus  
Philippus possessionem actualem & realem accepit  
die 6. Jan. anno 1500. ipsomet abbate presente.  
An. 1505. die 4. Feb. inchoatur etiam reformatio  
prioratus B. M. de Gornæo ad Maternam fluvium  
Cluniacensis ordinis, precibus domni Gerardi de  
Mauny abbatis de Nucercis & hujus cœnobii prioris  
commendatarii, in quo sunt inventi quinque mo-  
nachi, illucque sex alii et monasterio sancti Martini  
Parisiensis inducti sunt per domnos Philippum  
Bourgoïn sancti Martini priorem, & ordinis Clu-  
niacensis majorem priorem, Johannemque Raulin  
sacre theologie in eodem ordine professorem. Erat  
Philippus vicarius generalis Jacobi de Ambasia  
Cluniacensis abbatis, quo nomine jam an. 1498.  
solum adhuc prior claustralis Cluniacensis, & anno  
1502. beneficia ordinis contulisse reperitur. De-  
nique prioratum sancti Martini factum tectumque  
relinquens abdicavit in gratiam sequentis anno  
1508. major ordinis prior ab an. 1505. tandem-  
que vita defunctus est die 2. Oct. 1514. conditus  
in capitulo Cluniacensi cum hoc epitaphio: *He  
jacet domnus Philippus Bourgoïn prior major Clu-  
niacensis, vir admirabilis sanctitatis, & religionis  
vigilantissimus custos. Qui obiit secunda die Octobris  
anno Domini M. V. XIV.*

XLIX. Stephanus Gentilis S. Martini alumnus  
prioratum obtinuit per Philippi cessionem anno  
1508. die 10. Decembris, volente Jacobo de  
Ambasia Cluniacensi abbate; quo quidem anno  
erant in monasterio præter priorem viginti sex  
sacerdotes professi & 21. novitii. Anno sequenti  
1509. die Jovis ultima mensis Maii caplan  
reliquarum B. Paxentii martyris aliorumque sancto-  
rum renovavit. Exstat bulla Leonis pape X. anni  
1516. xvi. calendis Octobris statuta Jacobi de  
Ambasia Cluniacensis abbatis prior reformatione  
sancti Martini a Campis condita 1508. confir-  
mantis, quam rogatu Stephani Gentilis prioris pu-  
blicavit officialis Parisiensis 18. Novemb. ejusdem  
anni. Habetur & altera ejusdem Leonis bulla anni  
1520. 111. nonas Decembris pontificatus anno  
octavo, qua illi & successoribus facultas conceditur  
novitios Martinianos ad professionem admittendi;  
quæ cum publicata fuisset 1522. die 9. Novemb.  
initum est pactum Aimardum inter Cluniaci ab-  
batem, & Stephanum sancti Martini priorem, quo  
Stephanus & successores, vicarii perpetui, gene-  
rales & irrevocabiles prædicti abbatis & successo-  
rum, in prædicto prioratu & membris ab eodem  
dependentibus constituuntur, cum potestate reci-  
piendi novitios ejusdem prioratus & aliorum ab  
eo dependentium ad expressam professionem in  
ordine Cluniacensi, &c. Actum in loco de Caritate  
Autissiodorensis diocesis mense Aug. anni 1523.  
Quapropter Aimardus abbas die 17. Martii anno  
1523. qui nunc 1524. Stephanum Gentilis

Hist. sancti  
Marini pag.  
217.

B. p. 262.

Hist. p. 28.  
& 63.

B. p. 264.

Hist. p. 93.

Hist. pag.  
222. & 224.

Hist.

vicarium generalem, perpetuum & irrevocabilem in spiritualibus & temporalibus creavit; ac tandem hæc omnia in commentariis Caslelli Parisiensis relata sunt die Mercurii 3. Augusti anno 1524. Interea Stephanus prior aneuim pulpitem in medio chori ponderis 3366. librarum conlari fecit anno 1521. Societatem precum inivit cum fanctimonialibus de Jotro 21. Septembris 1523. & anno 1524. Regalis locus Sueffionensis dioc. ei commissus est reformandus. Visitur ejus tumulus in medio ecclesie sancti Martini choro cum hoc epitaphio: *Hic jacet semper venerandus pater domus Stephanus Gentilis, Doctoz Jaci Aurissiodorensis diocesis natus, religiosus, deinde prior hujus loci, quem Dei gratia in regulari observantia circiter octo & viginti annos laudabiliter rexit. Obiit autem anno Domini M. V. XXXVI. die VI. Novembris. Cujus anima sine fine requiescat in pace. Amen.*

L. Germanus Nicolaus monachus S. Martini 1508. simulque prior de Roynvilla 1516. defuncto Stephano Gentili successit in regimine prioratus sancti Martini de Campis. Memoratur eo nomine 1540. & 1548. seu 1549. indictione VII. die 16. mensis Aprilis, quo cum ceteris ejusdem loci monachis, presbyteris professis quadraginta, novitis decem & fratribus conversis quinque interfuit facte per Adrianum Tabary officialem & canonicum Parisiensem publicationi bullæ Pauli III. summi pontificis, statuta Jacobi de Ambasia Cluniacensis abbatis condita 1508. pro reformatione, XVIII. calendas Octobris pontificatus anno XIV. approbantis. Pepigit anno 1553. die Veneris 12. Maii cum Stephano de Brezé abbate commendatario beate Mariæ de Columbus super curionatu sancti Hilarii de Behodio Carnotensis diocesis. Superstes 1562. 12. Apr. diem clausit extremum anno sequenti in prioratu sancti Nicolai de Aciaço in pomerio Silvanecensi, cujus etiam prior erat, sepultusque est in capitulo cum hæc epigrapha:

*Germani Nicolas, cujus mens fydere scandit,*

*Petra tegit corpus, fama perennis erit.*

*Vixit opes humilis, castus, nutritor egemum:*

*Vixit amor populi, religionis honos.*

*Obiit prima Augusti anno M. DLXIII. ætatis suæ LXXVII. monachus LXI. Rexit hanc domum XXXVI. annis, domum sancti Martini XXVI. Anima ejus requiescat in pace.*

- L. Antonius Vialart monachus & presbyter sancti Martini de Campis nuncupatur an. 1549. in publicatione bullæ Pauli III. statuta pro reformatione confirmantis. Dicitur autem monachus Benedictinus, prior S. Martini & abbas Bernaii, quando evehctus ad sedem Bituricensem regi sacramento dixit anno 1572. die 23. Aug. Vicarii litteras accepit 15. Julii anno 1575. a Claudio de Guise Cluniacensi abbate. Exstat senatus Parisiensis consultum die 27. Junii 1576. monachos inter sancti Martini & Antonium Vialart Bituricensem archiepiscopum ac priorem sancti Martini, quo statuta ordinis juberent observari, sicuti consueverant antecessorum temporibus. Obiit retento

semper habitu monastico pridie nonas Decembris anno 1576. ætatis 48. in prioratu beate Mariæ de Gornaio ad fluvium Maternam. Consule scilicet archiepiscopos Bituricenses tomo secundo col. 99.

LII. Jacobus V. Amelot superioris Antonii consanguineus, monachus prioratus sancti Nicolai de Aciaço prope Silvanecum, doctor theologus Parisiensis, ubi primum obtinuit sancti Martini prioratum, vicarii litteras a Claudio de Guise Cluniacensi abbate poposcit, eumque abnuentem in causam adduxit 1577. tandemque Jacobus anno 1579. die 22. Decemb. obtinuit edictum senatus Parisiensis, quo præcipitur abbati, ut infra mensem vicarii litteras eidem Jacobo impertiat, &c. Memoratur & annis 1585. & 1587. in commentariis cleri Gallicani. Sepultus est in choro ecclesie sancti Martini, cujus in tumulo hæc verba leguntur: *Hic jacet reverendus pater & domus D. Jacobus Amelot, doctor theologus & hujus domus prior, qui pie ac religiose Martinianam hanc rexit ædem annis XVII. ætatisque suæ anno, heu! XLVI. Silvanecii crudeliter casus obiit die XIX. mensis Aprilis anni Domini M. DLXXXIII. Insunt eidem lapidi sequentes versus:*

*Amelotum periisse putas heu morte cruenta,*

*Silvecii premeret dum inopia turba solum!*

*Falleris, æternum vivit, nam nescia cæcis*

*Virtus nobilitans cæca sepulcra fugit.*

*Ergo domus divum hæc, tristem compeste dolorem.*

*Regi devotus pulsus ab urbe cadit.*

*Quid cadit! haud usquam censetur cæde perire,*

*Qui pro rege suo ac religione cadit.*

Ipsius cor plumbo inclusum, ad gradum altaris dicti prioratus sancti Nicolai conditum est sub hæc inscriptione: *Icy est inhumé le cœur de reverend pere en Dieu dom Jacques Amelot docteur en theologie, religieux de ceans, & prieur de saint Martin des D Champs a Paris, lequel deceda le XIX. jour d'Avril M. DLXXXIII. Friez Dieu pour son ame. Amen.*

Frater Johannes Noyron doctor theologus & prior sancti Martini de Campis laudatur 1594. tomo sexto historie Universitatis Parisiensis pag. 817. & tomo primo probationum ecclesie Gallicane libertatum pag. 118. Merito tamen ostenditur a Domino Marrie in sua monasterii historia, utpote qui de jure quod ad prioratum sibi vindicabat dejectus est eodem anno die 23. Aug. edicto Majoris consilii.

LIII. Franciscus Chappellier licentiatum in sacro jure canonico, antea cellerarius, eodem, quo deturbatus æmulus Johannes Noyron, confirmatus edicto, cœnobium S. Martini rexisse annis circiter quatuor dicitur, qui subinde pacificam adeptus prioratus sancti Nicolai de Aciaço in agro Silvanecensi possessionem, illuc se recepit anno 1596. ibidemque mortuus sepulturam accepit cum epitaphio sequenti: *Hoc sub marmore reconditas habes cineres reverendi in Christo patris domni Francisci Chappellier in sacro jure canonico licentiat, religiosi sancti Martini a Campis Parisiis, necnon etiam ejusdem domus prioris, qui que hoc in prioratu sancti Nicolai de Aciaço præfuit annis circiter quadraginta.* Quo

*Hic sancti Martini pag. 266.*

*B. p. 103. & seq.*

*B. p. 289.*

*Hic sancti Martini pag. 190.*

*B. p. 270.*

*B. p. 271.*

Quo temporis spatio hanc quam vides & in qua jacet, secundo construxit ecclesiam, obitus tertio nonas Decembris anni Domini 1626. atatis vero suae anno 66. Ejus anima requiescat in pace, Amen.

LIV. Claudius Dormy abbatiae Cluniacensis monachus professus, eodem, quo prior evasit anno 1596. die festo S. Hugonis Cluniacensis abbas; die 29. Aprilis Martini Marrier cœnobii sancti Martini chronographi professionem excepit in cœnobio sancti Martini ad altare majus intra sacra missarum solemnia. Anno 1600. post affectum Boloniensem episcopatum, ex concessione apostolica Clementis VIII. Martinianum monasterium commendæ subjecit, quo postmodum cessit in gratiam sequentis, sub annua sex millium librarum pensione. Obiit ultima die Novemb. 1626. annum agens 63. sepultusque est ad Dominicanos Parisienses cum hoc epitaphio :

D. O. M. V. Q. M.

*Adista paululum viator, & carissimos manes advertite. Cubat hic Claudius Dormy dignissimus Morinorum episcopus, quem nusquam gregi suo indormientem, curis tandem fessum, tertius supra sexagesimum annum rebus humanis exemitum celo ad meliorem vitam locavit. Mortales exivias frater major natu Carolus Franciscus Dormy regi ab episcopis, communis parentis undesagesimo ante anno defuncti cineri apponendas gentilitio monumento curavit. Obiit pridie calendæ Decembris anno 1626.*

Johannes du Piau clericus dioecesis Parisiensis, filius ministri Ieren. D. principis Condæi, possessionem adeptus est 19. Febr. 1615. Nuncupatur prior commendatarius in conventionem factam cum aliquot monachis Martinianis & novitiis, ceteris repugnantibus, die 14. Octobris 1616. quam senatus Parisiensis edicto 3. Junii 1617. nullam & irritam declaravit, decreta insuper visitatione monasterii per priores Carthuse Parisiensis, Cœlestinorum & sancti Germani a Pratis. Hæc discimus non solum ex historia sancti Martini pagina 122. verum etiam ex tomo quinto novissimæ Parisiensis urbis historiae pagina 53. ubi & legitur ab eodem Johanne factam bonorum prioratus ad novem annos elocatio 23. Decembris anno 1616. quam similiter improbavit senatus Parisiensis. Ex quibus colligas nunquam vere priorem agnitionem fuisse; unde & a Martino Marrier in serie priorum omittitur.

LV. Jacobus VI. Vignier, Jacobi in sanctiœ confessorio consiliarii, baronis de Riceio, de Villamauri & de sancto Liebaudo in Campania ex Maria de Melgrigny filius, fuit prior B. Marie de Argentolio, & S. Martini de Campis, cujus postrenni cœnobii possessionem adeptus est 8. mensis Octobris anno 1620. Insequenti, cessione Renati de Bressay episcopi Trecentis, media quadam permutatione, ejusdem successore designatus, Romam adivit, ubi doctor theologus Parisiensis renunciatus est, quod illi uno usquam omnium hominum adolescenti & absenti ob singulari ingenio dotes concessum est. Inibi præmoritur anno 1622. posttridie Paschæ, hoc est 28. Martii, non 22. uti legitur in historia edita S. Martini, annos natus viginti duos & menses tres. Romæ conditus

Tomus VII.

A est in æde S. Ludovici, sed in ecclesia cathedrali Trecenti ad columnam sub lamina cuprea, honorifica insignitur epigraphæ, quam, Deo dante, referemus, ubi de Trecentibus episcopis agemus.

LVI. Ludovicus I. tituli sancti Laurentii in Damaso S. R. E. presbyter cardinalis, dictus Ludovicus, seu Ludovivio, & vicecancellarius, necnon archiepiscopus Bononiensis, regnicolæ jure a rege donatus 1622. mense Aprilis, cum facultate beneficiæ possidendi usque ad summam 40000. librarum annui redditus, statim per deceffum magistri Jacobi in curia Romana demortui utriusque prioratum, nempe B. Marie de Argentolio & sancti Martini de Campis est affectus, ac die vigesima quarta Sept. sequentis per procuratorem ad Martinianum cœnobii possessionem admittus est. Obiit Bononiæ 15. Decembris 1632. ætatis anno 38. postquam hoc ipso anno die ultima Septembris unionem prioratus sancti Martini & S. Germani de Aneho dioecesis Meldensis cum mensa prioris sancti Martini de Campis jam anno 1338. die 4. Martii factam a summo pontifice Benedicto XII. in favorem novitorum Martinianorum in scholis & collegiis litteris incumbentium edicto majoris consilii assensisset.

LVII. Ludovicus II. de Nogaret cardinalis de la Valette archiepiscopus Tolosanus, regionum ordinum commendator, abbas sancti Victoris Mafiliensis, Grandis silvæ, sancti Vincentii Metensis & Gardi, prioratus quoque sancti Martini ex collatione sibi facta per eminentissimum cardinalem de Richelieu Cluniacensem abbatem, possessionem accepit per procuratorem die 22. mensis Februarii 1633. eodemque anno abdicavit.

LVIII. Armandus Johannes du Pleffis cardinalis dux Richelieu, par Franciæ & abbas Cluniacensis, ex cessione cardinalis de la Valette, & ex indulto apostolico, monasterii sancti Martini de Campis adeptus possessionem est procuratore usus die 7. mensis Nov. an. 1633. Huic D. Martinus Marrier monachus S. Martini historiam ejusdem monasterii nuncupavit anno 1637. Moritur 4. Decembris 1642. sepultus in æde Sorbonæ sub eximio mausoleo.

LIX. Johannes Baptista Amador de Richelieu, natus 8. Novembris 1632. post obitum cardinalis Richelii prioratus sancti Martini affectus est, quo nomine reperitur annis 1660. & 1661. in senatus Parisiensis consulto hujus anni die 14. Jun. Fuit etiam abbas sancti Benedicti Floriacensis, Hermeriarum, sancti Audoëni Rotomagensis & Majoris monasterii, ac fortasse aliarum ecclesiarum. Obiit anno 1662. die 11. Aprilis, matrimonio junctus ab anno 1652. cum Johanna Baptista de Beauvais. Jacet in æde Sorbonæ.

LX. Emmanuel Joseph de Vignerot du Pleffis comes de Richelieu, natus anno 1639. 8. Martii patre Francisco de Vignerot marchione du Pontcouray regionum ordinum equite torquato, & matre Maria Francisca de Guemadec fratri suo Johanni Bapt. Amador de Richelieu in præfectura S. Martini successisse videtur. Sane in historia m. Majoris monasterii, hanc abbatiam & S. Audoëni Rotomagensis favore ducisse d'Aiguillon amite

M m

Hist. sancti  
Martini pag.  
272.

Hist. sancti  
Martini pag.  
115.

Hibern. pag.  
272.

Bibl. Cham.  
col. 1721.

Hist. sancti  
Martini pag.  
112. & 394.

B. p. 122.

B. p. 272.

Hist. Paris.  
tom. v. pag.  
184.

Hist. general.  
mag. Franc.  
pag. 376.

Hist. general.  
mag. Franc.  
148-175.

ac tutricis obtinisse schedulis cum regia tum pontificia legitur. Obiit Venetiis 9. Januarii 1665.

LXI. Petrus V. de Godefroy de Beauvilliers, per cuius cessionem

LXII. Julius-Paulus de Lionne filius Hugonis equitis marchionis de Berny reipublice administri, regique a sanctioribus commentariis, &c. ex Paula Payen, quam duxerat uxorem 1645. & frater Arturi Rosalix in partibus episcopi, vicarii apostolici in provincia de Suchien Sinarum imperii, in possessionem prioratus sancti Martini de Campis die 3. Octobris anni 1665. immisus est. Diploma regium eo nomine obtinuit de jure vite ac necis intra prioratus septa sibi asserto die 22. Januarii 1678. quod 23. Maii 1680. senatus Parisiensis in commentarios retulit. Die 3. Sept. 1717. futurum successorem sibi dari coadjutorem postulavit, obtinuitque a summo pontifice die 22. ejusdem mensis, probante rege 8. Octobris. Demum extinctus est Julius die 5. Junii an. 1721. simul abbas Cari campi, Caroli loci, & Majoris monasterii.

*Hist. geneal. magn. Franc. t. 9. p. 316.*

*Hist. Paris. t. 9. p. 226.*

LXIII. Carolus de S. Albin natus 5. Aprilis anno 1698. coadjutor assumitur & ad possessionem admittitur die 26. Februarii 1718. Hanc Osvaldus de la Tour d'Auvergne abbas Cluniensis & cardinalis, mortuo Julio Paulo de Lionne, palam impugnavit, & Caroli in locum subrogare voluit fratrem principem Fredericum die 4. Decembris 1721. sed frustra, Caroli causae Parlamenti curia patrocinante. Haecenus vivit Carolus archiepiscopus Cameracensis, ex episcopo Laudunensi, & abbas sancti Audoeni Rotomagensis & sancti Ebrulfi.

REFORMATÆ CLUNIACENSIS  
CONGREGATIONIS BREVIS HISTORIA.

Q uos reformata sancti Mauri congregatio parente, eisdem habitu Cluniacensis, eodemque ferme tempore, anno scilicet 1621. Vitonizianæ in Lotharingia non ita pridem erectæ congregationis auctores. Tempus adstruunt Ludovici de Lorraine cardinalis de Guisæ abbatis nomine & auctoritate promulgata statuta, quæ rex probavit & senatus Parisiensis in commentarios retulit eodem anno. Iis se subjecit renovata professione successores abbas regularis Jacobus Veny d'Arbouze 17. Aprilis 1629. quem imitati duodecim monachi, ejus in manibus hoc ipso die novam emisere professionem. Accessit mox & consensus patrum seniorum de Volta Cluniacensis abbatiae & Henrici d'Escoubleau Burdegaleus archiepiscopi majoris vicarii cardinalis de Richelieu abbatis, comparatio monachorum prioratus Caritatis ad Ligerim primæ Cluniaci filix 21. Octobris 1639. atque monachorum prioratus sancti Arnulfi de Crispeo 21. Novembris ejusdem anni. Hæc quoque strictioris discipline statuta pro toto Cluniacensi ordine publicata sunt nomine & auctoritate cardinalis de Richelieu abbatis Cluniacensis, cum regis litteris die 1. Septembris 1631. quod utrumque majus consilium jure sibi attributo suos in commentarios retulit 31. Martii 1633.

Primum eodem anno 16. Novembris in monasterio Cluniacensi habitum est capitulum generale strictioris regulæ, & publicatum die 24. ejusdem mensis, cui adfuerunt superiores octo monasteriorum cum suo quilibet delegato, fœlo conventuali, a quibus electi definitores & ministri capituli sunt; tum a definitoribus statuta condita, & superiores nominati, qui regerent monasteria, in quibus erant prioratus beate Mariæ de Vallibus, collegia sancti Hieronymi de Dola & Cluniacense apud Parisios.

SUPERIORES VICARI GENERALES.

I. HUBERTUS Rollet in capitulo generali mox laudato electus est: visitatores Josephus Braconier & Petrus Lucas, procurator generalis Arnulfus Desmonceaux, qui obiit 3. Aprilis 1639.

Agebatur interim de unienda Cluniacensi reformata congregatione cum Sammauræa similiter reformata, quod tandem an. 1634. effectum est.

II. Gregorius Tarrisse, jam secundum electus congregationis sancti Mauri superior generalis, ejusdem unitæ Cluniacensi iterum eligitur caput 1636. in capitulo generali habito Cluniaci, & Firminus Rinsant prior sancti Martini Parisiensis, defunctus 8. Novembris 1651. cetera vide superius in historia congregationis sancti Mauri; ubi & de capitulis generalibus Vinuolocii celebratis 1639. & 1642. id solum addendum, quod Lucianus Fryon in utroque prior sancti Martini Parisiensis nominatus sit. Hoc autem capitulum generale ultimum fuit utriusque simul congregationis; separatae sunt enim 22. Octobris 1644.

III. Hubertus Rollet iterum electus est superior generalis in capitulo generali habito 17. Martii 1645. in monasterio beate Mariæ de Caritate: visitatores Josephus Braconier & Petrus Lucas ambo secundum, prior S. Martini Parisiensis Hugo Bataille, procurator generalis Philippus Dey.

IV. Petrus Lucas jam secunda vice visitator, eligitur præpositus generalis in capitulo generali habito Cluniaci 27. Maii 1646. visitatores Josephus Braconier & Lucianus Lecuyer defunctus 19. Januarii 1678. prior S. Martini Parisiensis Eusebius Thorillon, & procurator generalis Theophilus Guillot. Continuatur idem Lucas in capitulo generali ibidem celebrato 12. Maii 1647. itemque visitator Josephus Braconier, alter vero nominatur Maiolus Vorvele, prior sancti Martini Philippus Dey simul procurator generalis.

Terio denique Petrus Lucas regimini congregationis admotus est 13. Maii 1648. in capitulo generali habito Cluniaci, defunctus 17. Augusti 1649. Idem quoque visitator Josephus Braconier & alter assumitur Ildefonsus Belin; prior sancti Martini Odilo Bataille, & Philippus Dey procurator generalis.

V. Josephus Braconier jam quater visitator, eligitur superior generalis 23. Maii 1649. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Petrus Lucas & Ildefonsus Belin, prior S. Martini Philippus Dey, & procurator generalis Theophilus Guillot. Obiit Josephus Braconier anno 1658.

VI. Maiolus Vorvele visitator 1647. electus est superior generalis 1650. 17. Maii in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Philippus Dey mortuus 22. Novembris 1662. & Martinus Chauvefaigne, prior sancti Martini Theophilus Guillot, qui & procurator generalis.

VII. Odilo de Buffiere eligitur superior generalis 19. Septembris 1651. in capitulo generali Parisiis apud sanctum Martinum habito, visitatores Theophilus Guillot & Hugo Rouffet defunctus 22. Februarii 1690. prior sancti Martini Antonius de Montfiquet, & procurator generalis Odilo Bataille.

VIII. Antonius de Montfiquet ex priore sancti Martini in superiorem generalem cooptatus est 14. Maii 1653. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Johannes Morlet & Eusebius Thorillon simul prior sancti Martini, procurator generalis Joachim Bouquillard.

IX. Theophilus Guillot prior sancti Martini ac simul procurator generalis 1650. & visitator 1651. eligitur prepositus generalis 7. Maii 1654. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Antonius de Montfiquet & Placidus des Prez, prior sancti Martini Eusebius Thorillon, procurator generalis Joachim Bouquillard.

X. Johannes Morlet cum jam fuisset visitator, electus est superior generalis 18. Aprilis 1655. in capitulo generali Cluniaci habito, visitatores Joachim Lestinois & Michael Roy, prior S. Martini Eusebius Thorillon, procurator generalis Eligius Pichot mortuus 25. Septembris 1688. Obiit Johannes Morlet prima Maii 1663.

XI. Antonius de Montfiquet secundum eligitur superior generalis 25. Junii \* 1656. in capitulo generali Parisiis apud sanctum Martinum habito, visitatores Martinus Chauvefaigne mortuus 8. Februarii 1674. & Theophilus Guillot, prior sancti Martini Eusebius Thorillon, procurator generalis Placidus des Prez. Ceterum hocce in capitulo generali reformata 21. monasteria memorantur, Cluniacum scilicet cum quatuor filiabus, Caritate ad Ligerim, sancto Martino a Campis, Silviniaco & Celliniis, sanctus Arnulfus de Crispeo, Radolium in Bria, *Reuil*, sanctus Marcellus Cabilonensis, S. Petrus de Monasterio, *le Montier*, abbatie Ferrariensis & de Longis, collegium Cluniacense apud Parisios, S. Eutropii Santonenfis, S. Stephanus Nivernenfis, S. Salvator Nivernenfis, Paredum, *Paroy le Monial*, S. Margareta d'Elincourt, S. Christophorus *en Halate*, S. Marcellus du Sauzet, B. Maria de Longo ponte, & beata Maria de Monte desiderio in Picardia.

Tertio post anno 1659. mense Aprili Vitoniana congregatio reformata unitur Cluniacensi, & 1660. eodem mense capitulum generale celebratur in monasterio S. Michaelis diocesis Virtunenfis, in quo electi sunt

XII. Math. Jaquesson superior generalis, visitator Theophilus Guillot, prior sancti Martini Parisiensis Petrus Desrochers.

XIII. Arsenius Mathelin eligitur in capitulo generali apud S. Vitonum diocesis Virtunenfis habito mense Maio 1661. simul prior S. Martini

*Tonus VII.*

Parisienfis, visitator Placidus des Prez simul prior claustralis sancti Dionysii de Carcere.

XIV. Theophilus Guillot, congregationibus Vitoniana & Cluniacensi separatis, jam senel prepositus generalis, iterum eligitur 20. Junii 1662. in capitulo generali apud sanctum Martinum a Campis celebrato, visitatores Eusebius Thorillon & Joachimi Lestinois, prior S. Martini Antonius de Montfiquet mortuus 7. Junii 1677. procurator generalis Placidus des Prez, simul prior claustralis S. Dionysii de Carcere. Continuat autem Theophilus in capitulo generali habito Cluniaci 23. Aprilis 1663. visitatores Petrus Symon & Hugo Donnadiu, prior sancti Martini Joachimi Lestinois, & procurator generalis Placidus des Prez simul prior sancti Dionysii de Carcere.

XV. Eusebius Thorillon eligitur 14. Maii 1664. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Joachimi Lestinois simul prior S. Martini Parisiensis & Michael Roy, procurator generalis Placidus des Prez.

XVI. Theophilus Guillot tertium assumitur in superiorem generalem 7. Novembris 1665. in capitulo generali habito Cluniaci, simul prior S. Martini, visitatores Placidus des Prez & Hugo Donnadiu, procurator generalis Joachimi Lestinois. Continuat Theophilus in utroque munere 13. Maii 1667. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Joachimi Lestinois & Henricus de Beuvron mortuus 9. Februarii 1709. procurator generalis Michael Roy.

XVII. Eusebius Thorillon secundum eligitur 23. Maii 1669. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Petrus Symon, qui & prior sancti Dionysii de Carcere, & Johannes Verniole defunctus 24. Novembris 1694. prior S. Martini Theophilus Guillot, procurator generalis Michael Roy.

XVIII. Theophilus Guillot quintum eligitur 17. Maii 1670. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Placidus des Prez mortuus 27. Septembris 1681. & Hugo Donnadiu, prior sancti Martini Eusebius Thorillon, procurator generalis Michael Roy.

XIX. Eusebius Thorillon tertium electus est superior generalis prima Maii 1671. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Joachimi Lestinois & Petrus Symon, prior S. Martini Stephanus Jouly, procurator generalis Michael Roy simul prior sancti Dionysii de Carcere. Hoc autem in capitulo generali recensita sunt 33. reformata monasteria, nimirum præter memorata superius anno 1656. collegia Dolense & Avenionense, abbatia de Mauzaco, decanus de Moiraco, prioratus B. Mariae de Vallibus, S. Dionysii de Carcere, sancti Lupi de Esserento, de Pomeris, de Coincaco, de Nantolio, de Volta *Chillac*, & de Borbonio Anselmio, *Bourbon-Lancy*, ex quibus reformate congregationi ablata sunt, duæ abbatie, de Ferrariis & de Longis, necnon prioratus S. Eutropii Santon. S. Salvatoris Nivernenfis, S. Margaretae d'Elincourt, S. Christophori *en Halate*, B. Mariae de Vallibus, de Borbonio Anselmio, duo collegia Dolense & Avenionense, & media pars collegii

M m ij

Parisiensis. Habetur anno sequenti 1672. apud A Cluniacum capitulum generale, in quo Eusebius iterum proclamatur superior generalis, visitatores Theophilus Guillot & Michael Roy, prior sancti Martini Stephanus Jouly procurator generalis Joachim Lestinois. Obiit Eusebius 2. Julii 1681.

XX. Theophilus Guillot sextum eligitur 16. Augusti 1676. in capitulo generali Parisiis apud sanctum Martinum celebrato: visitatores Joachim Lestinois mortuus 4. Novembris 1686. & Stephanus Jouly simul prior sancti Martini, procurator generalis Math. Melin.

XXI. Petrus Symon renunciatur praepositus generalis in capitulo generali Parisiis in collegio Cluniacensi die 6. Novembris 1678. visitatores Theophilus Guillot & Math. Melin, prior sancti Martini Stephanus Jouly defunctus 8. Dec. 1703. procurator generalis Johannes Gourel mortuus 24. Junii 1716. Habetur diata Parisiis in monasterio sancti Martini 23. Aprilis 1684. in qua loco Theophili Guillot defuncti 13. Junii 1679. visitator eligitur Antonius Toquet mortuus 17. Septembris 1702.

XXII. Math. Melin nominatur 21. Octobris 1685. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Carolus de la Mote defunctus 30. Maii 1701. & Johannes Bombard mortuus 5. Junii 1721. prior sancti Martini Ildefonsus Sarrazin, procurator generalis Michael Roy extinctus 17. Maii 1691. Dux habentur diata in monasterio sancti Martini Parisiensi 9. Junii 1687. & 22. Martii 1689. Cluniaci quoque 24. Apr. 1690. & iterum apud sanctum Martinum 9. Maii 1691. visitatoribus creatis 1690. Hugone Donnadieu & Benedicto Hennequin, qui obiit 20. Novemb. 1713.

XXIII. Paulus Rabuffon congregationi praeficitur 1693. prima Octobris in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Petrus Symon defunctus 12. Sept. 1698. & Jacobus de la Mote, prior sancti Martini Hugo Donnadieu mortuus 24. Octobris 1712. procurator generalis Claudius de Brou extinctus 8. Februarii 1695. Continuat Paulus in summa praefectura per capitulum generale Cluniaci celebratum 3. Aprilis 1697. visitatores Math. Melin & Antonius Thevenin mortuus 5. Aprilis 1711. prior sancti Martini Dionysius Anroux, procurator generalis Claudius Rabuffon. Habetur diata apud sanctum Martinum 5. Augusti 1698.

XXIV. Math. Melin secundum eligitur 24. Apr. 1701. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Ildefonsus Sarrazin & Petrus Valard, prior sancti Martini Dionysius Anroux defunctus 24. Nov. 1713. procurator generalis Claudius Rabuffon. Obiit Math. Melin 10. Sept. 1702.

XXV. Ildefonsus Sarrazin regende congregationis curam suscipit electione capituli generalis habiti apud Cluniacum 13. Aprilis 1704. visitatores Jacobus de la Mote & Placidus Delporte mortuus 19. Januarii 1723. prior sancti Martini Sebastianus Vincens, procurator generalis Josephus Gentil defunctus 25. Novembris 1721. Obiit Ildefonsus 27. Octobris 1712.

XXVI. Paulus Rabuffon tertium eligitur 7. Octobris 1708. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores J. Franciscus Constantini mortuus 25. Julii 1718. & Franciscus Pochard, prior S. Martini Sebastianus Vincens, procurator generalis Stephanus Hugonet. Habetur diata in monasterio sancti Martini a Campis 18. Augusti 1710. Continuat Paulus in capitulo generali habito Cluniaci 26. Aprilis 1711. visitatores Petrus Valard & Antonius de Bonfiere, prior S. Martini Johannes Colin, procurator generalis Stephanus Hugonet. Habetur diata in monasterio S. Martini a Campis prima Decembris 1711.

XXVII. Sebastianus Vincens 22. Apr. 1714. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Johannes Moraillon mortuus 10. Aprilis 1730. & Stephanus Hugonet simul prior S. Dionysii de Carcere, defunctus 9. Martii 1716. prior sancti Martini Mauricius Bence mortuus 13. Augusti 1726. procurator generalis Gerardus Poncet, hodie 1739. superior generalis meritissimus, cuius beneficio hanc historiam debemus. Habetur diatae duae, prima in monasterio Caritatis ad Ligerim 12. Maii 1715. altera in monasterio sancti Martini a Campis 2. Junii 1716. ubi Antonius de Banfiere nominatus est visitator.

XXVIII. Claudius Rabuffon 8. Apr. 1717. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Franciscus Pochard & Johannes Hilarius Tripperet, prior S. Martini Petrus Valard, procurator generalis Gerardus Poncet. Habetur diatae in monasterio sancti Martini a Campis 10. Septemb. 1718. & 9. Septemb. 1720. cum jam Claudius Rabuffon obiisset 20. Aug. ejusdem anni 1720.

XXIX. Gerardus Poncet 12. Maii 1721. in diata generali habita Cluniaci, visitatores Carolus Hugonet & Johannes Fricaud, prior S. Martini Petrus Valard mortuus 11. Martii 1737. procurator generalis Johannes Hilarius Tripperet. Habetur diatae in monasterio S. Martini a Campis 15. Octobris 1722. & prima Octobris 1723. Continuat Gerardus Poncet in capitulo generali habito apud sanctum Martinum 22. Apr. 1725. visitatores Antonius de Banfiere & Petrus Ludovicus Fricaud, prior sancti Martini Franciscus Pochard, procurator generalis Johannes Hilarius Tripperet. Habetur diata in monasterio S. Martini 28. Decembris 1726.

XXX. Johannes Fricaut visitator 1721. eligitur praepositus generalis 26. Septemb. 1728. in capitulo generali habito Parisiis in collegio Cluniacensi, visitatores Franciscus Pochard mortuus 13. Augusti 1733. & Claudius Baudinot, prior sancti Martini Sebastianus Vincens, procurator generalis Johannes Hilarius Tripperet. Habetur diatae in monasterio sancti Martini 5. Novembris 1729. & 31. Augusti 1731.

XXXI. Johannes Baptista Maistre 4. Maii 1732. in capitulo generali habito Cluniaci, visitatores Carolus Hugonet & Nicolaus Lespinasse, prior sancti Martini Johannes Hilarius Tripperet, procurator generalis Petrus Renc. Habetur diatae in monasterio sancti Martini 26. Augusti 1733. & 22. Novembris 1734.

XXXII. Sebafianus Vincens fecundum eligitur prima Maii 1735. in capitulo generali habito Cluniaci, vifitatores Petrus Ludovicus Fricaud & Claudius Cleuet, prior fancti Martini Claudius Baudinot, procurator generalis Johannes Hilarius Tripperet. Habetur dicta in monafterio S. Martini 17. Septembris 1736. & altera in monafterio Caritatis ad Ligerim 23. Septembris 1737. Obiit Sebafianus 12. Junii 1739.

XXXIII. Gerardus Poncet tertium eligitur 27. Septembris 1738. in capitulo generali habito Cluniaci, vifitatores Johannes Baptifta Maiftre & Johannes Francifcus Desheé, prior S. Martini Nicolaus Lefpinaffe, procurator generalis Claudius Baudinot. Regit hactenus quam fapientiffime.

### S. DIONYSIUS DE CARCERE.

**E**cclefia fancti Dionysii de Carcere in urbe Parisienfi ad pontem beate Marie fundatores Anfoldus miles & Rotrudis conjux innotefcunt ex tabulis Girberti epifcopi Parisienfis, quibus anno 1122. indiftione xv. collatum ab ipsis eidem ecclefia donum de epifcopali feodo, unius fcilicet iugeri terre cum omnibus ejufdem confuetudinibus apud villam *Marefcaekis*, & totius decimae culturarum ejufdem villae, & alterius *Noeriz* appellatae, quod, inquit, *prout accepimus, eadem ecclesia plurimis, ac pene innumeris annis poffedit, & ufque hodie poffidet*, confirmat. Clarius autem & diftinctius fundatorum zetas dignofcitur ex duobus Roberti regis documentis, altero, quo precibus eorumdem Anfoldi & Reitrudis, atque afenfu Rainoldi Milidunenfis comitis, & fanctae Mariae fedis Parisiacaepifcopi, praedium Lemovecas, *Limoges*, prope Milidunum canonicis fancti Dionysii de Parisiaco Carcere laudat. Hoc quidem chronicis notis deltitutum eft, fed ejufdem regis alterum, quo rogatu & afenfu eorumdem feptem manfos & dimidium fitos in comitatu Parisiaco, in villa, quae dicitur *Furnas*, Gallice *Fourches*, hujus ecclefiae canonicis alierit, praefert annum 1015. feu decimum nonum regni Roberti, 111. idus Novemb. Huic utriusque regio diplomati dato in palatio Aurelianis Franco cancellarius palatii fubfcripfit; illicque fimpliciter vocatur *canonici fancti Dionysii de Parisiaco Carcere*, imo clerici in charta Stephani epifcopi mox laudanda. Unde inferas non tales fuiffe, quales apud fanctum Martinum de Campis, ubi *canonici regulari conversatione Deo ftimulantes* in charta Henrici I. & in charta Philippi I. *canonici canobialiter viventes* praedicantur.

Jam a longo tempore manus laica hanc ecclefiam injufte invaferat, quae etiam tempore noftro, ait Stephanus epifcopus Parisienfis, *ad manus regis fuerat reftituta*, quando ipfam fuus in manibus redditam, ex confenfu, petitione & voluntate Ludovici regis, annuente Adelaide regina, filijs quoque Ludovico rege & Henrico ejufdem ecclefiae abbate concedentibus, attribuit anno 1133. ecclefiae B. Martini de Campis, una cum praebenda beate Mariae majoris ecclefiae Parisiacaepifcopi, eo modo, quo ecclefiae fancti Dionysii clerici tenuerant, qui de praebenda confule fitus vetus martyrologium Can-

penfe. Ex hac autem Stephani charta conflat in primis hanc ecclefiam fuiffe abbatiale hoc faltem tempore. Verum ubi ex hac donatione, feu potius commutatione per ecclefiam Montis martyrum, quam Theobaldus prior fancti Martini de Campis, totulque conventus eodem anno 1133. laudante Petro Venerabili Cluniacenfi abbate, regi ad fundandum cenobium virginum concefcerant, hac fancti Dionysii ecclefia in jus tranfit Martinianorum monachorum, flatim de more Cluniacenfium in prioratum defecit. Paucos ejus ecclefiae rectores fubjicimus varie pro vario ejuftem flatu designatos.

### DECANI.

**I.** M ILO adfuit an. 1067. dedicationi ecclefiae S. Martini de Campis. Chart. xl. col. 35.

**II.** Robertus, cujus & ejufdem ecclefiae canonicorum ad preces Girbertus epifcopus Parisienfis huic praedia a fundatoribus concefca laudavit anno 1122. Sub eo forfan libertas in clauftro a Ludovico rege concefca eft anno 1115. Ch. LVIII. col. 49.

### UNICUS ABBAS.

**H**ENRICUS Ludovici VII. dicti Junioris frater cefcit hanc ecclefiam, cujus abbas dicitur, cenobio fancti Martini de Campis anno 1133. ut liquet ex charta memorata Stephani Parisienfis epifcopi: quae de re etiam habetur charta Ludovici VII. Francorum regis confirmantis quae majores eidem monafterio contulerant. Data eft anno 1137. vocaturque *magna charta S. Martini*. Fuit Henricus multis sacerdotijs decoratus, quae poftea depexit, apud Claravallent monachus effectus, unde tamen haud mox poft exire coactus eft, ut infulis Bellovacenfibus ornaretur, & inde Remenfibus. Ch. LXVII. col. 59.

### SEQUUNTUR PRIORES.

**I.** LAURENTIUS prior de Carcere teftis laudatur in charta donationis unius praebendae in ecclefia beate Mariae Stampenfis faclae fancto Martino Campenfi ab Alberto canonico & cantore Parisienfi circa 1142. quo anno Ludovicus VII. rex poft fratrem fuum Henricum ejufdem ecclefiae abbatem ratam illam donationem habuit. Hift. fancti Martini pag. 441. & 39.

**II.** Hugo de Creciaco 1144.  
**III.** Johannes I. prioratum fancti Dionysii in Carcere apud Parisios jam obtinebat 1205. quo anno ipfus afenfu, frater W. prior fancti Martini de Campis & ejufdem loci conventus Renoldo Cherin & Sibillae uxori ejus concefcit unum jugerum terre de *cenfiva* fancti Dionysii in Carcere, ab omni reditu, cenfu & exactione liberum, ad aedificandam ecclefiam & coemeterium S. Honorati, & domum proprijs ufibus prefbyteri necessariam, &c. An. 1209. de ejufdem Johannis confenfu Fulco prior fancti Martini de Campis ecclefiae fancti Honorati Parisienfis libere & in perpetuum dimifit tria jugera terre, quae fita erant juxta ejufdem ecclefiae coemeterium, pro quo beneficium Renoldus Cherin & Sibilla uxor dederunt in elemofynam ecclefiae S. Dionysii de Carcere Hift. Parif. tom. V. pag. 601.  
Hift. fancti Martini pag. 200.

M in iij

S. DENIS DE LA CHARTRE.

Ch. LVIII. col. 49.

Ch. XXXII. col. 29.

Hift. fancti Martini a Campis pag. 314.

Charta XXXVIII. col. 31. & Chart. XL. col. 35.

Ch. LXV. col. 53.

Hift. fancti Martini a Campis pag. 312.

quinque solidos Parisienses singulis annis super domum defuncti Walteri de Mellento apud Campellos sitam reddendis in natali Domini.

IV. Anselmus, seu Acelinus 1260. Ejus obitus notus in veteri necrologio S. Martini x. cal. Novembris.

V. Simon I. 1273. & 1274.

*FF. sancti Martini pag. 425.*

VI. Rainaldus prior S. Dionysii de Carcere Parisii procurator prioris & conventus S. Martini de Campis in charta anni 1296. olim habuisse querelam legitur cum Guillelmo de Boniaco super Ligerim vicario S. Martini in ecclesia Parisiensi, coram decano & capitulo Parisiensi de assignandis eidem vicario redditibus.

VII. Nicolaus 1327.

VIII. Hugo Seroti jacet ad gradum altaris *h. p. 338.* S. Mauricio sacri subitus chorum, seu in crypta ecclesiae, cum hoc epitaphio: *Hic jacet venerabilis & religiosus vir dominus Hugo Seroti Matifconensis diocesis, prior ac reedificator hujus sacri cenobii sancti Dionysii, qui monachus professus existit in ordine Cluniacensi per 63. annos, & obiit in veneranda senectute anno Domini 1383. die 18. mensis Decembris.*

IX. Johannes II. de Rosseio anno 1383. bullam accepit a Clemente VII. pontifice datam Avemione, qua sacristia sancti Dionysii de Carcere uniuersis ipsi prioratui, seu confirmatur unio, cujus tunc attriti bellis valde inminuti erant redditus.

X. Simon II. le Gay in media ecclesiae navi hanc habet inscriptionem: *Hic jacet ordinis Cluniacensis religiosus & sancti Dionysii de Carcere, & Montis desiderii Ambianensis diocesis prior frater Simon le Gay sacrae theologiae professor, nobilis de domo & familia de l'Imbertiere, Piclavi natus. Obiit anno Domini 1525. 3. die Augusti.*

XI. Robertus Tiercelin senator Parisi 1526. & 1530. prior commendatarius.

XII. Henricus Clutin 1534.

XIII. Tuffanus de l'Espinau praerat 1541. *h. p. 477.* Jacet in facello cryptae sancto Michaeli dicato, cum hac epigraphe: *Cy gist venerable & discrete personne maitre Touffain de l'Espinau natif du diocese de Lisieux, jadis prieur de S. Denis de la Chartre & S. Sauveur . . . . curé de Perié & chapelain de la chapelle S. Leger de l'eglise de Gohier au pais d'Anjou, qui trespassa le 2. jour de Janvier 1543. Priez Dieu pour lui.*

XIV. Arnaldus Chandonius tumulum habet in ingressu chori a parte sinistra, ubi aerae laminæ hæc insculpta leguntur: *Arnaldo Chandonio Apamiensi, hujus ædis prefecto, domesticæ militarique disciplinae claro, libethorumque in Insularum magistro, ultra in senatus ordinem cooptato a rege, ad componendas provincialium lites electo, ob itinere Thermarum Regii morte intercepto, Hieron. Chand. ex sorore nepos, P. Obiit annos LXIII. a. D. (1562.) VI. nonas Julii.*

XV. Philippus de Fleffeltes 1562.

XVI. Petrus I. Boucher doctor theologiae 1570. & 1571.

XVII. Petrus II. Bequé 1571. & 1575.

XVIII. Johannes III. Heron 1575. & 1583.

XIX. Johannes IV. Louvet 1583. Obiit die

4. Martii anno 1591. sepultus in ecclesia dicti prioratus.

XX. Gilbertus Genebrard doctor theologiae & professor regius ab anno 1577. ex camerario Mauzacensi fuit prior sancti Dionysii de Carcere 1592. de quo vide in archiepiscopis Aquilex. tomo primo col. 334.

XXI. Renatus Hazon cenobii murum, cujus radicem allambit Sequana, undarum plus solito anno 1599. intumescientium creberrima repercussione subversum, sumptibus non minimis reedificavit anno 1602. ut ex lapide eidem infixo, & in hæc verba inscripto dignoscitur: *Seuam Clement VIII. & regnant tres christiani Henry IV. roy de France & de Navarre ce mur fut bûsti sur patins & solives par frere René Hazon natif d'Orleans, religieux profes du prieuré S. Martin des Champs, & prieur de ce prieuré S. Denis de la Chartre. Memoratur 1612. 1613. 2. & 5. Martii, quo die in collegio Cluniacensi adiuuit compositioni inite Reginaldum inter abbatem sancti Augustini Lemovicensis & monachos reformate congregationis sancti Vitoni in Lotharingia, 1614. 27. Januarii, 1616. 27. Aug. & 1618. 11. Julii & 30. Augusti. Praefuit annos 26. qui demum 5. Decembris 1621. defunctus in ejusdem ecclesiae navi sepultus est.*

XXII. Gerardus de Recoquillé monachus 17. Julii 1624. senatusconsulto in possessione prioratus sancti Dionysii confirmatur.

XXIII. Carolus de Berland regi a consiliis & cleemosynis, clerique Gallicani administri generalis, reperitur prior 1639. die prima Augusti & 1641. fuitque prior per annos quadraginta. Obiit Parisiis die ultima Octobris, sepultus in ecclesia de Carbon.

XXIV. Jacobus Testu regi a consiliis, elemosynis & concionibus, unus e quadraginta viris Academiae Francicae, & abbas B. Mariae de Bellavalle, necnon prior commendatarius S. Dionysii de Carcere, hunc prioratum feminario S. Francisci de Salejo pro sacerdotibus infirmis inueniendum abdicavit in manibus Antonii de Noailles cardinalis & archiepiscopi Parisiensis anno 17 . . . .

## S. MARIA DE LONGO PONTE.

Quæ nullo primitus adstricta erat monastico instituto ecclesia B. Mariae de Longo ponte, sita in burgo cognomine decanatus Montis Letherici, Cluniacensis alligata fuit a Guidone Trosello Domino Montis Letherici, ibidem postmodum professo monacho, & Hodierna conjuge, anno saltem 1061. annuente & concedente Gaufredo Parisiensi episcopo, qui & an. 1094. episcopus 33. regnante Philippo anno 34. ecclesiam villæ Bondulfæ eidem concessit, huic presentibus donationi Fulcone decano ecclesiae Parisiensis, Galterio episcopo Meldensi, &c. Hæc de fundatrice Hodierna leguntur in libro obituum monasterii Longi pontis: *Domina Hodierna uxor Guidonis senioris militis ipso consentiente Cluniacum perrexit, secum munera deferens, calicem videlicet aureum triginta unciarum, cum casula pretiosa, quæ B. Hugoni tribuit, &c. Vix ab eo impetrare valuit, ut de*

*Hist. sancti Martini pag. 338.*

*H. p. 356. & 465.*

*Hist. Paris. t. V. p. 17. & 30.*

*Hist. sancti Martini pag. 114.*

*N. Dame de Longo Pont.*

*Hist. archiepis Paris. t. 1. pag. 687. & 691.*



monachis suis hic ad commorandum sibi daret, quia in has partes Francie nullus monachus Cluniacensis proper hoc nondum advenerat; Deo tamen volente obruit, et monachos secum illic adduxit; quemdiu autem vixit, hunc locum valde honoravit, multaque inibi bona fecit. Obiit *vii. Aprilis*. Observandum tamen est id non coherere cum iis, quæ supra diximus in Fossatiensi monasterio, in quod Maiolus Cluniacensis monachos jam pridem adduxerat: in monasterio Sandionysiano, cujus disciplinam collapsam Odilo Cluniacensis abbas restituit; ac denique in Pratenſi monasterio, quod Willelmus ex monacho Cluniacensi Divionensis abbas ad sanctiorem formam revocavit. In Bibliotheca Cluniacensi col. 1726. a Longo ponte dependentes prioratus recentius sancti Juliani Pauperis in urbe Parisiensi apud Parvum pontem, qui fuit unicus anno 1697. domus Dei Parisiensi; prioratus sancti Laurentii de Monte Letherico Parisiensi diocesis unius 1420. per dominum abbatem Cluniacensem prioratum B. Marie de Longo ponte; prioratus B. Marie de Orseyo Parisiensi diocesis; prioratus sancti Arnulfi supra Touquam Lexoviensis diocesis; prioratus de Forgia Parisiensi diocesis, & prioratus S. Laurentii prope Milliicum. Denique habentur tomo sexto amplissimæ collectionis Martenii col. 229. literæ Gilduini abbatis S. Victoris Parisiensi de ecclesia sancti Petri de Monte Letherico per Dei gratiam & piissimi Ludovici Francorum regis concessa monachis Longi pontis, & de compensatione, arbitro Theobaldo Parisiensi episcopo, facta canonicis S. Victoris, qui hac in ecclesia prebendam & annua possidebant ex dono Johannis de Cathena hujus ecclesiæ abbatis, uti supra diximus.

## PRIORUM CATALOGUS.

**I. ROBERTUS** legitur prior in charta Guidonis fundatoris huic eam loco libertatem concedentis, ut nullus ex suis, neque præpositus, aut aliquis serviens in hominibus S. Marie de Longo ponte, pro qualicumque re, in omni terra sua, seu potestate justitiam facere præsumat, quoadusque proclamationem prioris in ipsâ, de qua criminatur homo S. Marie, perveniat. Sub eodem prior Robertus nepos domini Aizonis presbyteri de Tocha, & dominus Robertus hoc in cœnobio religionis habitum induerunt, eidem collatis, quæ possidebant hereditario jure in ecclesia S. Arnulfi de Tocha. Hic est prioratus de quo supra, in dicecesi Lexoviensi.

**II. Bernardus** 1066. Hic est B. cujus obitus dies notatur in crastino Assumptionis B. Marie, ex chartario Cluniacensi.

**III. Stephanus** 1070. quo circiter tempore monasticam Guidonis fundatoris professionem excepit, cum donatione molendini Grotelli, omnium, quæ in eo possederat, & ipsius molendinarii. Dudum vero monachus effectus Guido dicitur in charta Gaudridi episcopi Parisiensi huic ecclesiæ dantis altare villæ Orceaci, quod sacrum est in honore sancti Martini: Signum Johannis decani Parisiensi. Sub eisdem Stephani præfectura Amelina filia Galteri Penelli dedit Deo &

S. Marie de Longo ponte & quinque monachis ejusdem loci terram ad dimidiam carrucam apud Fontanelas & duos hospites Oylardum scilicet, atque Hunaldum, &c.

**IV. Odo** l. de Perona 1076. quo priore, non Stephano, ut habetur tomo primo historiae ecclesiæ Parisiensi pag. 688. Gaudfredus Turpis & Doda uxor ejus dederunt cœnobio terram, quam habent apud Longum pontem, Lifinium.

**V. Henricus** 1086. cujus tempore Gausterius de Brittonaria dedit S. Marie de Longo ponte medietatem terræ patrimonii sui, quæ erat apud Britiniacum: Testes Henricus prior, Ursus prior sancti Martini de Campis. Aymo quidam dedit quinque hospites apud Britiniacum; & Guido filius Milonis vicecomitis terram, quæ est apud Ver. Eidem quoque Paganus de Porta cognomento Robertus dedit omnem decimam, quam habebat apud Villareim, de omnibus rebus, seu de frugibus, seu de bestijs, per quemdam baculum, quo ipse se sustentabat, &c. Domna Herfendis soror Henrici prioris ipsâ die, qua Milo cognomento Brito frater eorum sepultus est, dedit Deo & S. Marie de Longo ponte & monachis ejusdem loci omnem terram de Fontaine, terram de Castigniac, terram de Manchelino, & hospitem de

**C. Feotodel**: & hoc donum suprascriptæ Herfendis, præsentè Henrico priore misit super altare, quod erat ante Crucifixum, quia convenus monachorum cantabat Deo laudes ante majus altare. Sub idem tempus Milo Milonis filius, Guidonis Trofelli frater ab Hugone de Creccio male captus apud Castellum forte, Deo & S. Marie de Longo ponte & monachis ejusdem loci in manu D. Henrici prioris dedit quod habebat apud Longum pontem & medietatem culturarum suarum, seipsum etiam, si moretur, ad tumulandum. Cum autem paulo post idem Milo crudeli & inaudita morte apud Castellum forte occisus esset, ab Henrico priore ad Longum pontem allatus, in præsentia D. regis Ludovici & Gilberti Parisiensi episcopi & Berneri decani, aliorumque multorum tam clericorum, quam laicorum honorifice sepultus est. Sub eodem Henrico priore Stephanus episcopus Parisiensi assensu Theobaldi archidiaconi, & consilio totius capituli Parisiensi ecclesiæ aliquot altaria sub certis conditionibus concessit ad fratrum sustentationem anno 1125. episcopatus secundo. Denique is esse videtur Henricus prior, cui Fredericus Gaudricus filius & Hsembertus cognomento Paganus, filius Anselmi de Stampis sese munificos exhibuerunt.

**VI. Landricus** priorem agebat 1136.

**VII. Johannes** I. 1140. sub quo Galterius Tirellus Jerosolymam pergens cœnobio dedit partem decimæ de Viry; itemque Manasses de Turnono & Beatrix uxor ejus donum Lucianæ uxoris vel sororis Hugonis de Creccio, de tota parte terræ suæ, quam habebat apud Ayglines, & de Buxiaco cum redditibus suis factum monachis beate Marie de Longo ponte habuissent apud Creccio, & in manu Johannis prioris per quamdam portiunculam ligni miserunt, ut ex parte eorum super altare sanctæ Marie poneret.

Hist. Paris.  
t. 1. p. 19.

Hist. eccl.  
Paris. t. 1.  
pag. 690.

Hist. eccl.  
Paris. t. 1.  
pag. 688.

Ibidem.

B. p. 691.

VIII. Macharius nepos Alberici Ostiensis episcopi, erat prior Longi pontis, quando Thoma Maurigniensi abbate, Odonis abbatis S. Remigii Remensis consilio, abdicante, ejus in locum successus est, indeque postmodum Floriacensis abbas evasit.

IX. Petrus I. suis & Macharii Maurigniensi abbatis precibus obtinuit a rege Ludovico nundinas, ferias vulgariter nuncupatas in perpetuum possidendas a vigilia usque ad octavas natalis beate Mariæ, utque mercatus de Monte letherico, si forte intra octavas caderet, apud Longum pontem, sicuti & feria haberetur; eidemque Petro remisit rex omnes justitias & consuetudines ad easdem ferias pertinentes, pedagio & conductu nostro, ait rex, excepto, &c. Datum anno 1142. regni sexto. Ejusdem Petri tempore Guillelmus Cugnus miles de Monte letherico dedit partem suam ex integro, id est sextam decimæ, quæ est in parochia Britniaci, Theobaldo Parisiensi episcopo, de cujus feodo erat, confirmante, anno 1147. episcopatus quarto.

X. Theobaldus I. monasterii possessionum confirmationem accepit a Theobaldo episcopo Parisiensi anno 1150. episcopatus octavo. Idem quoque præstitit Eugenius papa III. bulla data 1151. pontificatus septimo, ubi alia inter, hæc ecclesias recenset, in episcopatu Parisiensi villam de Longo ponte cum decima & atrio; capellam sancti Juliani Parisus juxta parvum pontem sitam, cum sepultura: ecclesiam de Forgis cum decima & atrio: ecclesiam de Orceaco cum decima & atrio: ecclesiam de Pifcosis cum decima & atrio: ecclesiam de Champlam cum atrio, & tertia parte decimæ & dimidio modio: ecclesiam de Bunduslo cum decima & atrio: ecclesiam de Orengiaco cum decima & atrio: ecclesiam de Noireo cum decima. Ad hæc Ludovicus rex eidem monasterio subjecit ecclesiam sancti Petri Montis letherici, quam tunc abbas & aliquot canonici incolebant. Id vero se fecisse, ait pius rex, *pro honestate monachorum Longi pontis, interventu Theobaldi prioris, quem suum amicum appellat, & assensu Johannis de Cathena abbatis, cunctorumque ejusdem loci canonicorum, eamque donationem Parisiis factam anno 1154. paulo post Anastasius pontifex, assentiente Theobaldo Parisiensi episcopo, qui tunc Romæ præfens aderat, dato diplomate confirmavit ad ponendum in ea ecclesia monachos, qui divina ibi officia & statum ecclesiæ in melius debeant providere.* Chartam regis, & pontificis confirmationem habes in appendice tomii sexti Annalium Bened. pag. 725.

XI. Simon I. 1180.

XII. Geroldus 1190.

XIII. Guillelmus I. de Milliaco 1198. sub quod tempus Milo de Alneto dimisit B. Mariæ de Longo ponte unum vini modium sumendum in clauso suo de Lunavilla ad serviendum missis per annum pro anima patris sui mortui in itinere Jerosolymitano & pro cunctis parentibus: hoc donum misit super altare beate Mariæ de Longo ponte, sumto libro de manu domini Guillelmi de Milliaco tunc prioris, in præsentia totius conventus, adstantibus Simone de Lunavilla, Arnulfo episcopo, &c.

A Guillelmum fuisse simul priorem sancti Martini a Campis, & post abbatem Cluniacensem supra diximus in S. Martino a Campis col. 525. n. XIV.

XIV. Odo II. de Condon 1232.

XV. Drogo 1235.

XVI. Stephanus II. de Spinalia 1245.

XVII. Odo III. de Brocius 1295.

XVIII. Johannes II. 1303.

XIX. Guillelmus II. de Chamurets 1315.

XX. Petrus II. de S. Martiale 1320.

XXI. Johannes III. Malen 1336.

XXII. Simon II. de Gillans 1343. Fuit etiam

prior sancti Eutropii Santonenfis & abbas Insulæ Barbaræ, ubi vide tomo quarto col. 230.

XXIII. Guillelmus III. de Chamaño 1350.

XXIV. Fulco de Chamisio 1352.

XXV. Theobaldus II. 1393.

XXVI. Arnaldus prior B. Mariæ de Longo ponte *lez Montlethey* ordinis Cluniacensis innotescit 1395. 17. Februarii ex charta authentica collectionis D. de Gagneres.

XXVII. Egidius I. de Monte acuto, *de Montagu*, 1398. & 1403. die 12. Januarii in charta authentica laudate collectionis.

XXVIII. Stephanus III. de Espinacia 1423. mense Aprili, quo ob continas circum Parisios bellorum divexationes, illi reliquam pro pensione annua pecuniam dimisit Robertus abbas Cluniacensis, qui jam ejusdem loci fortunæ sollicitus prioratum sancti Petri, seu S. Laurentii in castro Montis letherici huic unierat 1420.

XXIX. Stephanus IV. Bureti doctor theologus & vicarius in provincia Franciæ de spolis defcessoris pepigit cum abbate Cluniacensis delegato die prima Septembris anno 1434.

XXX. Guillelmus IV. Leurandi, quia sine permisso Cluniacensis abbatis morabatur in studio Parisi. declaratus fuit excommunicatus ab Odone abbate anno 143. . .

D XXXI. Zacharias de Tolognaco vacantem prioratum pro obitu Guillelmi Leurandi obtinuit ab Odone Cluniacensi abbate 10. Januarii 1440.

XXXII. Guillelmus V. de Condat 1460.

XXXIII. Petrus III. Gouffier 1499.

XXXIV. Jacobus de Puivivant 1511.

XXXV. Antonius de Puivivant 1532.

XXXVI. Carolus de Rouayr 1533.

XXXVII. Ludovicus I. Bega 1540.

XXXVIII. Guillelmus VI. Raguyer primus commendatarius 1550.

XXXIX. Ludovicus II. Dannets 1565. Cognominatur Dauvet tomo octavo hist. genealog. & chronol. magnatum Franciæ pag. 775.

XL. Germanus le Sec 1571.

XLI. N. Malatri 1572.

XLII. Pontentianus de la Place 1573.

XLIII. Egidius II. le Breton 1573.

XLIV. Lazarus Coquely 1574.

XLV. Nicolaus I. Pierron 1576.

XLVI. Medericus de Vic 1578.

XLVII. Lucianus de la Fontaine 1582.

XLVIII. Nicolaus II. le Gay 1584.

XLIX. Johannes IV. le Court 1588.

L. Nicolaus

L. Nicolaus III. le Gay 1592.

LI. Dominicus de Vic 1592. superstes anno 1615.

LII. Claudius de S.<sup>t</sup> Bonnet de Thoiras episcopus Nemaufensis, 1633.

LIII. Michael le Masse des Roches canonicus & cantor ecclesie Parisiensis 1651.

LIV. Petrus IV. du Cambout de Coislin cardinalis, episcopus Aurelianensis, major Francie elemosynarius, & abbas sancti Victoris Parisiensis, prioratu beate Marie de Longo ponte fructus est 1661. & 1697. quo anno prioratum S. Juliani Pauperis apud Parisios a Longo ponte dependentem uniri consensit Domui Dei Parisiensis. Obiit 1706. mense Februario.

LV. Fredericus Constantinus de la Tour d'Avvergne, vulgo *princeps Fredericus* nuncupatus, a patruo cardinali de Bouillon Cluniacensi abbate obtinuit prioratum de Longo ponte statim ab obitu Petri du Cambout, mense Februario 1706. quem anno 1709. resignavit sequenti.

LVI. Johannes Paulus Bignon, de quo vide supra in decanis ecclesie collegiate sancti Germani Autissiodorensis apud Parisios col. 278. prioratus B. Marie de Longo ponte obtenti 31. Decembris 1709. per cessionem preecedentis, accepit possessionem 15. Februarii 1710. Hunc anno 1714. C permutaverat cum N. Richard canonico sancte Opportune Parisiis pro prioratibus de Rigniaco & de Hospitali, quos jam nepoti dictus Richard resignaverat; sed cum Johannes Paulus hisce frui prioratibus non posset, quin haberet litem cum dicto nepote, N. Richard coegit ad sibi reddendum prioratum de Longo ponte anno 1715. quem subinde possedit ad annum 1735.

LVII. Johannes Paulus Brunet d'Evry preecedentis avunculi cessione facta 1735. prioratus possessionem assuecit die 2. Januarii 1736.

#### CALA.

CHELLE.

V illa olim regia agri Parisiaci ad fluvium Matronam, quarto ab urbe Parisiis milliari, seu quasi centum stadiis postea Cala, Gregorio Turonico hist. libro 6. capite 46. in qua Chilpericum venationibus oblectatum fuisse scribit, adhuc anno 1008. ornata palatio erat, in quo scilicet habitum est concilium. Inibi Chrotildis regina Clodovei magni conjux cœnobium sacrarum virginum cum parva sub titulo sancti Georgii ecclesia olim considerat, quod Bathildis Clodovei II. uxor ampliori forma renovavit, cum prægrandi basilica, cujus altaria, medium ac primarium nomine sancte Crucis, dextrum in honorem sancti Georgii & sinistrum sancto Stephano protomartyri dedicanda curavit anno 662. auctore Sigeberto, sacræque virgines cum Bertila, seu Bertilana, quam præficit abbatissam, accesserit e Jotrensi cœnobio ad Calensē renovatum exterius in sanctiori disciplina institutum, quæ quidem puellæ tunc addicte sancti Columbani regule vestem albam cum linea polymita gestasse dicuntur. Tantæ deinceps, uti etiam nunc, celebratiss fuit hoc monasterium, ut Angli filias suas in illo instituendas, Deoque consecrandas traderent, necnon & ad Angliæ reges,

*Tomus VII.*

A Bertila abbatissa sic volente, aliquot ex eodem cœnobio fratres mitterentur, qui disciplinam monasticam his in partibus labefactam restituerent. Erat siquidem Cala monasterium duplex, uti mos in omnibus virginum cœnobiis tunc obtinebat, alterum nempe virorum, qui sacra ministrabant, idque munus obeunt jam a longo tempore monachi sex e congregatione sancti Mauri assumti.

De monasterii hujus primordiis sic habet vita sancte Bathildis ab æquali scripta tomo septimo Surii capite primo: *Cœnobium Cala sanctimonialium virginum in pago Parisiaco unda circumfluente Matrone fluminis decentissime edificavit; quem locum villis affluentissimis & quampluribus cum earum relictibus amplificavit & exornavit, & in potestate sub religione ibidem viventium sacrarum virginum tradidit. In hoc religiosam valde Dei famulam Bertilam, quam ex monasterio Jotro evocaverat, in locum matris primam constituit. In inferiori quidem Bathildis vita, quam Bollandus ad diem 30. Januarii, & Mabillonius seculo secundo Benedictino pagina 783. ediderunt, nulla eo loci fit mentio monasterii Jotri, sed tamen infra num. 8. hæc abbatissa & primæ sanctimoniales Calæ ex Jotro accersitæ leguntur. Clotarius III. rex sepultus est in basilica monasterii Calensis, in quo sese Bathildis regina*

C ipse parens incluserat. Regis tumulus hodieque visitur in majori sancte Marie basilica, in eam, ut videtur, translatus, postquam ineunte seculo nono exstructa est a Gisela abbatissa, quæ sanctimoniales in eam basilicam translulit ab ecclesia S. Crucis, ubi etiam nunc existat in crypta subterranea Bathildis lapis sepulchralis. Hæc vitam sanctis operibus & miraculis suspiciendam clausit circa annum 680. de qua vetus martyrologium Spiciliegii tomo iv. sic habet: *111. calendas Februarii Cala monasterio depositio Bادهildis regina. Videndum martyrologium, seu menologium Benedictinum auctore Gabriele Bueclino ad diem 26. Januarii, & chronicon Cameracense; legendi quoque Breulius in antiquitatibus Parisiis libro 4. alique historici. Hodie Calensis locus decanatu rurali decoratur. Parthenoni præfuerunt sequentes abbatissæ, quarum elenchus, tametsi omni accuratus diligentia, nonnulli tamen mutilus prodit.*

#### INDEX ABBATISSARUM.

I. Sancta Bertilla, seu Bertilia, & Bertillana; virgo nobilis orta in agro Sueffonico, e Jotrensi cœnobio, ut Calensæ præfesset, accita est a sancta fundatrice Bathilde regina, insuque a Genesio Lugdunensium archiepisc. perducta, anno, inquit, 656. Ejus vitam ex codice ms. Genevensi descriptam exhibet Mabillonius seculo 3. Benedictino parte prima pag. 21. Obdormivit in Domino die 5. Novembris, quo festum ejus recollitur, anno 702. aut 704. ex Cointo. Translato vero, seu corporis ejus elevatio celebratur 1111. calendas Novembris; cujus relevatione argento incluse venerationi fidelium super majus altare expositæ sunt.

II. Sigissa sedebat anno 708. ex tabulario scripto seculo XIII.

III. Wilcoma & Wilcoma eo recensetur ordine

N n

in abbatifarum catalogo, quem noster Johannes A  
Raffelin ex chartis domesticis, quas diligenter evol-  
vit, a se compositum ad nos quondam tranfmifit.  
De Wilcoma fic fe legitur teftatur Sammarthanus  
noster in hiftoria m. hujus monafterii: *Sanctæ  
Bertila fuceffu Wilcoma*, cujus, inquit, alibi nulla  
nobis occurrit memoria, nec apud Cointium aut  
Mabillonium in Annalibus. In chronico quidem  
Anglicano ipfius auctor Willelmus Thormus, ubi  
loquitur de sancta Mildreda filia Mercwaldi Mer-  
ciorum regis, hanc dicit sub Wilcoma abbatiffa in  
monasterio Calenfi fuiffe inftitutam, obitumque  
Mildredis, feu Mildredæ confignat anno 724.  
fed nolim eſſe præſ hujus peregrini, penes quem B  
alias diligentem & fatiſ accuratum fit fides.

IV. Ermengardis cum aliis quatuor ſequenti-  
bus ſolo innotuit nomine.

V. Clementia.

VI. Alcelina I.

VII. Sibilla.

VIII. Marſilia.

De Sonichilde, altera Caroli Martelli conjuge,  
certum quidem eſt poſt everfam filii Grifonis for-  
tunam, in monaſterium Calenſe conjeſtam fuiſſe,  
ne turbas iterum moveret, ſed incertum an huic  
aliquando monaſterio præfuerit.

IX. Giſſa & Giſela, ſeu etiam Egidia corrupte C  
diſta, filia Pipini regis & Berthe ſeu Bertradz  
reginz, quam frater Carolus Magnus, teſte Egin-  
hardo, venerabatur ut matrem, novam baſilicam  
in honorem S. Dei genitricis Mariæ ædificavit,  
ad quam ex prima ſanctæ Crucis eccleſia tranſtulit  
moniales, uti nos docet hiftoria tranſlationis S.  
Bathildis. Mabillonius ad annum 800. num. 93.  
huc ſpectare autumat Alcuini epiftolam LV. in-  
ſcriptam *cariffima in Chriſto forori*, quam laudat ob  
eius laborem in *ſancta Dei genitricis eccleſia exal-  
tatione*. Multa prædia conſultit baſilicæ S. Dionyſii,  
cujus donationis charta legitur libro ſexto Diplo-  
maticæ. In hiftoria edita cœnobii ſancti Dionyſii  
pag. 63. abbatiffa quoque B. Mariæ Sueffionenſis  
Giſſa dicitur, quæ Calæ debebat anno 804. quo  
cum inibi ægrotare cepiſſet, ut annales Metenſes  
narrant, Carolus frater imperator, relicto Sueffionis  
Leone papa III. ad Calam monaſterium venit, ut  
Giſſam ſororem inviſeret & cum ea colloqueretur.  
Ejus obitum annales eccleſiaſtici Franconum con-  
ſignant anno 810. & quidem in Calenſi cœnobio,  
ut ſcribit Eginhardus.

X. Helvida, ſeu Hegilvidis & Hegilwich  
mater Judithæ imperatricis, ſecunda Ludovici Pii  
conjugis, ex tomo primo hiftoriæ genealogicæ  
magnatum Franciæ, ſeu tantummodo ſocrus, in  
E ſcribit Pagi tomo tertio criticorum in Baronium  
pag. 555. col. 1. mortuo marito in Calenſe mo-  
naſterium ſecefſit, quod jam octavum annum re-  
gebat, quando Ludovicus imperator Cenomanis  
Aquiſgranum contendens, & ad Calenſe mo-  
naſterium divertens, eidem abbatiffæ præcepit, ut  
ſanctæ Bathildis corpus e loco, ubi jacebat, in  
eccleſiam Dei genitricis Mariæ transferret. Morem  
geſſit abbatiffa cum quanta poſuit ſolemnitate,  
accitis undequaque ſacerdotibus, virginibus ſan-  
ctis ac viduis, atque in primis Erchanrado Pari-

ſienſi epifcopo, qui, cum Hegilwich dubia &  
anceps eſſet, ecquid de loco, ubi ſancta Bathildis  
condita fuerat, ageretur, verita ſcilicet ne minus  
curaretur, illi fuit auctor, ut eo inferret corpus  
puellæ: Radegundis a Bathikle quondam e ſacro  
fonte ſuſceptæ, quæ ſeptennis paulo ante Bathil-  
dem mortua, ibidem ſepulta fuerat. Regebat 825.  
& 833. quo hæc tranſlatio peracta eſt XVI. cal.  
Apr. & adhuc 835. ex Sammarth. In antiquo S.  
Dionyſii necrologio memoratur XII. cal. Martii.

XI. Hirmintrudis conjux Caroli Calvi mona-  
ſterii Calenſis abbatiffa innotuit ex præcepto  
ejuſdem Caroli commutationem bonorum Hir-  
mintrudem inter & Ainardum Foſſatenſem ab-  
batem factam confirmantis regni anno xv. in-  
diſtione tertia, hoc eſt 855. Vide notas Baluzii  
ad capitularia col. 1206. 1271. & 1464. Obiit  
Hirmintrudis anno 869. pridie nonas Octobris,  
ex Aimoino lib. 5. cap. 35.

XII. Rothildis filia Caroli Calvi imperatoris  
& amita Caroli Simplicis (*amita* legendum putat  
Andreas Duchefne hiftor. ſcripti. Franciæ tomo  
ſecundo pag. 591.) ſocrusque Hugonis filii Ro-  
berti Parifiorum comitis amuli Caroli Simplicis,  
Calenſis abbatiffæ præerat ut ipſius Caroli dono,  
quando is pace cum Rollone Normannorum dux  
compoſita circa 922. hanc Rothildem ablatam, A  
Haganoni ſuo ſideli tradidit, teſtante Frodoardo  
in chronico ad annum 912. quod ſibi Rotbertus  
injuſioſum reputans, Hugonem ſilium cum mi-  
litibus adverſus Carolum in agrum Laudunenſem  
miſit. Rothildis vero abbatiffa quoque B. Mariæ  
Sueffionenſis memoratur a Mabillonio ſub Caroli  
Simplicis principatu. *Annal. 1. 3  
Pag. 370.*

XIII. Mathildis I. anno 1097. S. Samſonis  
eccleſiæ conſultit terram de Nantogilo Hilduini  
ex tabulario Nantogili. Sodalis noſter D. Tuſſanus  
du Pleſſis in hiftoria gentis de Coucy, ex hac illam  
prognatam autumat. Sub hoc tempus in loco de  
D Roſeto pagi Vaſſinenſis, duabus ſere a Curtinaco  
leucis Eliſabetha a loco *Rofa* cognominata, Ro-  
dulfus comitis, ut creditur, Criſpiacienſis & Adelæ  
Barri ad Albam comitiſſæ filia, cum eſſet in Ca-  
lenſi cœnobio ſanctimonialis, puellæ monaſte-  
rium conſulidit, quod Anglorum bello everſum,  
ad prædium Villæ caſſonis, *Villehaſſon* tranſlatum  
eſt. De hoc plura in eccleſia Senonenſi. Laudatur  
in necrologio ſancti Dionyſii pridie idus Julii  
D *Mathildis Calenſis abbatiffa*, eadem haud dubie,  
quæ in titulis multarum eccleſiarum, quibuſcum  
Pratellenſis ſocietatem habebat, in titulo Calenſis  
abbatiæ commendatur. Obiit anno 1112.

XIV. Amelina I. five, ut alibi legitur, Avelina,  
Rodulſi comitis præcibus obtinuit a rege Ludovico  
VI. præceptum, quo cœnobii poſſeſſiones omnes  
ad centum viginti alendas ſanctimoniales confir-  
mavit anno 1127. regni Ludovici XIX. Reperit  
& anno 1137. *Annal. 1.  
6. p. 654.*

XV. Maalis, ſeu Mathildis II. regebat an. 1156.

XVI. Helvidis II. ſeu Helvila, ex prioriffa  
ſeu præpoſita, abbatiffa legitur eodem an. 1156.  
diſta hoc anno Heloiſſa in veteri Gallia Chriſtiana.  
Huic Alexander papa III. diploma pontificium in-  
dulſit, quo monaſterii prædia confirmanur circa

1160. Memoratur 1167. in tabulario S. Martini Pontifarenfis, & adhuc 1177. quo ipfo anno vivere defuit.

XVII. Afcelina II. occurrit an. 1178. quo & mortua est. De ea legitur apud Renatum Choppin libro tertio de sacra politia pag. 413. quod cum aere alieno plus nimio gravaretur conventus, illa cum monialibus tres vineas quadrantes quos apud sanctum Hilarium Parisiensem habebant, litteris venales inscripserit, &c. id attestante Parisiensi episcopo an. 1170. episcopus IX. qui melius X.

XVIII. Maria I. de Duny reperitur 1178. & 1183. quo anno Philippi regis tertio pepigit cum fratribus Templi. Sub ejuldem praefectura B anno 1185. reliquiarum sanctae Bertillae, primae hujus coenobii abbatissae translatio facta est. Obiit an. 1190. multis, ut fertur, exagitata calumniis.

XIX. Amelina II. seu Emelina litem habuit 1192. Mauricii episcopi Parisiensis tempore pro libertate & exemptione monasterii ab ecclesia Parisiensi, seu ab episcopi jurisdictione & archidiaconi procuracione. Haec diu ventilata perduravit usque ad tempora Odonis, Mauricii successoris, qui Odo & Amelina hinc inde missis ad Coelestinum III. pontificem legatis, interpellarunt, ut rem definiret. Hic ergo nominavit iudices, qui causam cognoscerent. B. scilicet sanctae Mariae trans Tyberim presbyterum, & G. sanctae Mariae in Porticu diaconum, cardinales. Re discussa & cum hoc inter alia momenta in primis animadvertissent, quod antequam delata Romam esset causa, lata fuisset sententia in favorem episcopi Parisiensis ab arbitris, de quibus una Parisiensis episcopus & abbatissa Calensis conveniant, Tornacensi Stephano, & Ambianensi Theobaldo episcopis, necnon abbatibus, S. Dionysii Hugone, & S. Germani de Pratis Roberto, ipsi quoque cardinales favorunt episcopo Parisiensi. Hoc de iudicio cum abbatissa ad regium tribunal appellasset, Coelestinus papa ideo commisit iudices, qui his in locis inquirerent.

D an ita fe res haberet, & causam terminarent, cogenteque vel per censuras ecclesiasticas utramque partem iudicio acquiescere. Iudices nominati sunt Petrus episcopus Atrebatenfis, Robertus abbas S. Victoris Parisiensis, & Robertus prior S. Martini de Campis, qui duo postremi, cum primus adesse non posset, perspeclis, perlectisque utriusque partis chartis & instrumentis, quibus sua quaeque asserbatur jura, auctores fuerunt, persuaseruntque tandem abbatissae, ut a lite desisteret, & sua sponte fe suamque ecclesiam episcopali subiceret jurisdictioni, ne ipsa ex iudicio & censuris ecclesiasticis cogereetur cum agnosceret; id honestius ipsi fore, quam si vel invita Parisiensis episcopi in ecclesiam suam potestatem agnoscat. Illa itaque intelligens fore ut causa sua excederet, sapientissimis eorum consiliis parere haud amplius dubitavit; scripsitque suo & totius conventus nomine litteras, quibus testata est episcopalem fe jurisdictionem agnoscere & suam ecclesiam ejus potestati subjectam esse. *Actum anno incarnati Verbi 1196.* Cum hisce litteris definita esset lis de jurisdictione episcopi in Calensem ecclesiam, ordinanda fuit archidiaconi procuratio, ut his temporibus vocabant. Et

Tomus VII.

huic etiam liti coram duobus supra memoratis iudicibus, Roberto abbate sancti Victoris Parisiensis, & Roberto priore sancti Martini de Campis, renunciavit abbatissa, sed archidiaconus & illa factio compromisso in negotii Odoni episcopo detulerunt, qui secum assumtis Hugone decano, & Petro cantore ejuldem ecclesiae, ac Roberto priore sancti Martini de Campis modum posuit archidiaconi procuracioni. *Actum publice Parisi anno incarnati Verbi 1197.* Horum sententiae acquievit abbatissa eodem anno, illamque fategit confirmari ab Innocentio III. anno 1200. qui & sub hoc tempus sanctimonialium numerum ad octogenerium fixit. Dum vero haec aguntur, Emeline habentur ad manum littere anni 1194. de quereh suam inter & Caroli lici ecclesiae arbitrio Gaufridi Silvanectensis episcopi, & Petri de Villavoudé, qui ex praepoto regis grata restituendae pacis adfuerat, definita; ubi notandum est sigillum, quo sunt haec litterae obsignatae, in cera viridi exhibere sanctam Radegundem reginam. Anno 1202. eadem Amelina sedente Johannes Pomponiae dominus ecclesiam S. Andreae apud Calani coenobio Calensi dedit. Pepigit Amelina anno 1204. mense Maio cum ecclesiae Meldensis capitulo de quibusdam decimis. Insequenti largita est G. de Garlande medietatem Silvae de Montcharout, modo suis eam sumtibus custodiret. Obiit hoc an. 1205. Emelina, ex quibus collige Florentiam a Sammarthanis perperam dicti abbatissam 1200. De hac infra.

XX. Maria II. de Nery reperitur annis 1206. & 1208. quo tempore Innocentius papa III. prohibuit ne sanctimonialium numerus quem praescripserat octogenerium excederet, neve cuiquam sanctimoniali a conventu pensio solveretur. Obiit Maria hoc ultimo anno 1208.

XXI. Mathildis III. de Berchere praeposita fuerat sub Emelina abbatissa, ut liquet ex charta anni 1198. Occurrit abbatissa in variis instrumentis annorum 1208. & 1210. mense Octob. 1211. 1215. & 1218. quo anno mense Jan. qui nunc 1219. quosdam vineas conventui Morellarti concessit, ex tabul. S. Martini Pontifarenfis. Memoratur eodem anno 1219. & 1220. quae dum praesuit, multas pacis aut conciliandae, aut fovendae causa commutationes fecit cum coenobiis S. Faronis & Jotri. Obitus ejus notatur an. 1220.

XXII. Mathildis IV. de Corbeil, quam dicunt forem Petri & Michaelis de Corbeil archiepiscoporum Senonensium, ex thesauraria, quo nomine laudatur in charta anni 1198. jam citata, reperitur abbatissa 1220. Compositionem inuit de piscatione in fluvio Matronae cum priore Gornaii, cujus concordiae arbitri fuerent Stephanus archidiaconus Carnotensis, prior sancti Martini a Campis, & Bartholomaeus de Montjac canonicus Aurelianensis. Gravioris momenti fuit controversia quam habuit cum clericis sancti Georgii, qui multa e redbitus seu ex iuribus usurpabant, adeo ut ipsam abbatissam electionem non minus ad se, quam ad moniales pertinere contenderent. Electi iudices, quibusdam concessis, hoc jus & partem in possessionibus, quam sibi vindicabant, illis

N n ij

*Th. eccl. Paris. t. 2. pag. 222. et seq.*

Ch. ccvii col. 194.

abjudicant. Obiisse legitur anno 1223. in eunte A profecto, hoc est 1222. exeunte, secundum veterem computandi rationem. Nam

XXIII. Florentia, quae paulo post obitum Mathildis in ejus locum successit, reperitur jam anno 1222. in chartario Caroli loci, haud dubie ante Pascha, hoc est 1223. uti nunc computamus. Societatem precum inchoavit incerto cum S. Germani Parisiensis monachis. Suborta illam inter & sorores controversia de jure praeterandi ad beneficia, Parisiensis episcopus decrevit abbatissam citra conventus assensum praeterire non posse. Reperitur abbatissa 1224. 1225. mense Maio, & 1226. quo anno, cum ad reedificandum redactum in cineres cenobium quaesita fuissent elemosynae, Mattheus de Montemorencio frumentum omne Calensium virginum per Pontisarae portem transiens ab omni liberum vestigali permisit. Occurrit etiam 1227. & 1228. sed non excessit hunc annum.

XXIV. Margareta I. de Nery 1230. Migravit a seculo 1231. pro qua fundatum legitimus anniversarium 1288. mense Octobri.

XXV. Petronilla I. de Marolio recensetur annis 1231. 1233. 1235. 1239. mense Junio, 1240. 1245. 1246. mense Junio. Pepigit anno 1248. cum capitulo Meldensis super decimis de Colons & de Germignico, ex chartulario ecclesiae Meldensis. Liqueat ex ipsius actis tunc temporis monialibus pensiones concedi solitas fuisse. Vitam cum morte commutavit anno 1250.

XXVI. Mathildis V. de Nantolio diu antea priorissa, legitur abbatissa 1250. & 1254. in probationibus historiae gentis de Chastillon pag. 191. Pacificatur anno 1255. mense Maio cum praefecto politico & hominibus villae Calensis. Occurrit 1256. 1257. mense Novembri in tabulario sanctae Mariae Pontisaraensis, 1258. & 1260. quo anno praedia nonnulla divididit, ex tabulario Frigidii montis, 1262. 1263. 1265. die Veneris post festum nativitatis B. Johannis Bapt. 1266. 1267. 1268. & 1269. quo anno S. Ludovicus cenobii cum privilegia, tum possessiones, Mathilde abbatissa petente, laudavit & confirmavit. Mense Martio anni 1271. emit a capitulo Bellocacensi pratum situm subtus Nugiacum pretio viginti quatuor solidorum censualem in festo sancti Remigii. Sopiendarum litium sollicita Mathildis studuit fororibus omnia suppeditare necessaria. Ecclesiae sancti Georgii summam curam habuit, necnon & aedum, ubi manebant clerici, qui, non excepto capicerio, ad nutum abbatissae amovebantur. Possessiones ampliavit, & maxime hortos, *magna auctoritatis abbatissa & summa simul severitatis* nuncupata. Reperitur adhuc 1272. 1273. & 1274. quo anno, post fundatum anniversarium, corporis sarcinam deposuit ex calendario, ubi sic habetur: *XVI. calendarum Maii obiit nobilis domina Mathildis de Nantolio abbatissa nostra anno Domini M. CCLXXIV. circa horam primam.*

Diu postea vacuum remansisse abbatialem sedem, discimus ex litteris Philippi regis datis anno 1285. die Veneris ante *Brandones*, quibus pra-

cipit, ut ablata bona, dum vacavit cenobium, abbatissae continuo restituantur. Hanc porro fuisse Margareta abbatissam non temere quae dicat, si constaret de nota chronica 1286. adscripta litteris Margaretae, quibus significat sibi Ransulfum episcopum Parisiensem salvo jure alieno concessisse domum sitam apud Calam juxta ecclesiam S. Andreae, &c. Datum anno M. CCLXXXVI. die Lunae post festum Omnium sanctorum. Sed quidni potius dicatur de abbatia contentione fuisse inter Margaretae & Adelinam, quae sequitur!

XXVII. Adelina & Adelia de Nantolio amice subrogata dicitur anno tantum 1280. in veteri B catalogo, ubi & anno 1285. a Philippo rege litteras tuitionis, de quibus supra, obtinuisse legitur. Simon episcopus Parisiensis ei duas nepes velo sacro donandas obtulit; quod ne libertati & privilegii cenobii obesse posset, testatus est hic praefatus nullo id a se factum esse jure. Memoratur Adelina 1286. 1287. 1289. 1290. & 1292. quo anno mense Februario pro illa fundatum legitimus anniversarium. Occurrit 1293. 1294. 1295. 1296. & 1297. mense Maio in tabulario Jotrensi, & adhuc 1298. 1300. 1301. 1303. & 1307. Adelina denique monialium defensionum praebendam, quae pauperibus erogari solebat, C dari voluit presbytero, qui quotidie pro illis sacrificium offerret. Animum efflavit anno 1311.

XXVIII. Alix I. seu Aleis Clignet d'Otis vel de Hois, ex plurimis nobilibus virginibus, quae tunc in Calensi parthenone Deo se devoverant, ob eximias virtutes delecta est, quae ceteris praefect. Elucebant in ea praesertim maternus amor erga sorores agrotatas, & studium officii divini rite persolvendi. Memoratur 1311. 1314. 1316. & 1317. quo anno e vivis excessit.

XXIX. Margareta II. de Pacy, Philippo I. toparcha de Paciaco parente nata, ex thesauraria notatur abbatissa mense Julio anni 1317. Paulo postquam electa fuit, pro vacante ecclesia de Mitry designavit episcopo Meldensi quemdam clericum, obsignatis litteris officii thesaurariae sigillo, cum necdum haberet ad manum abbatissae sigillum. Huic non parum desudandum fuit in coerenda incolarum villa: Calensis pervercia, qui majorem populi & juratos (ita vocabantur) elegerunt, ac domum publicam, in qua de publicis tractarent negotiis, & sigillum, quo litteras ad rem publicam spectantes obsignarent, usurparunt, sicque abbatissae jugum excutere moliti sunt. Verum tum jussu senatus frangitur hoc sigillum, & oppidanorum superbia retunditur, tum etiam mandato Philippi V. regis, qui jura cenobii confirmavit. Legitur abbatissa Margareta 1318. 1325. 1328. 1331. 1334. 1335. die Dominica post Purificationem, 1336. feria tertia ante festum sancti Bartholomaei in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres, 1337. in chartario sancti Martini de Campis, 1339. die Veneris in castro B. Mariae Magdalene, 1341. 1342. 1344. 1346. & 1348. quo anno defuncta est. Laudatur ob singularem in suscipiendis hospitibus caritatem, quamvis ob assidua bella monasterium plurima passum esset detrimenta, & multum as alienum contraxisset.

XXX. Petronilla II. de Paroy eodem anno 1348. pedum accepit, gestavitque usque ad annum 1354. Cognominatur de *Pereis* in litteris, quibus episcopo & ecclesie Parisiensi proficitur obedientiam die 21. Augusti indicatione secunda Clementis papae VI. anno pontific. sexto, hic est 1349. Cessit & vita 1354. quo tempore ad summam redactus erat egrotatem parthenon, ob procuratoris focordiam & occultas fraudes, rapinaeque.

XXXI. Aleis, seu Adeline II. de Pacy Margaretae superioris neptis, & Philippi domini de Nantolio filia, ex Sammarthanis, reperitur abbatissa 1354. 1355. 1356. & 1357. Magna cum prudentia monasterium subsidii ac debitis oneratum, ruinaeque proximum duos intra annos meliorem in statum revocavit. Attamen, ut est humanarum conditio rerum, iterum ob bella coenobium vastatum fuit, ac pene dirutum, adeo ut sacrae virgines Parisios confugere adactae sint. Quamprimum redeundi Calam data facultas est, eo se contulerunt; ubi vix invenerunt Christi sponse, sponso permixtis, locum ubi caput recinerent. Favente nihilominus Domino, brevi Calam floruit. Demum post novem annorum administrationem in perturbatissimis & difficillimis temporibus Adeline ad eos, ut par est credere, migravit anno 1363.

XXXII. Johanna I. de Soisy vel Soiffy electa die sanctae Crucis anno 1363. obiit eodem anno die 9. Octobris. Ita duo catalogi nisi. quorum auctoritas suspectam nobis chronicam notam libri nigri capituli Parisiensis reddit, in quo Johanna ecclesiae Parisiensi obedientiam promississe legitur 1365. nisi post Johannem I. altera Johanna contenderit de abbata cum Agnete I.

XXXIII. Agnes I. de la Queue in altero ex laudatis catalogis electa dicitur mense Nov. ejusdem anni 1363. & in utroque reperitur 1364. 1367. & 1368. quo decessit anno cal. Maii.

XXXIV. Johanna II. de la Forest soror Petri D. Franciae cancellarii, episcopi Parisiensis, & archiepiscopi Rotomagensis, cum depositariae munus gereret, electa hoc anno 1368. abbatissa, benedictionem accepit in Majori beatae Mariae apud Parisios basilica die 9. Septembris ejusdem anni. Reperitur 1369. 1370. & 1372. apud Sammarthanos. Bellorum fremente procella, Parisios cum ceteris monialibus se recipere coacta est, quae subinde pace reddita, refarciendis locis sacris, aut etiam de novo aedificandis sedulo incubuit. Laudatur ob singularem pietatem ac prudentiam, & in primis ob excusum radicibus saltum, ubi prostrata latitabant, & viatoribus insidiae parabantur. Obiit die 7. Octobris anno 1379.

XXXV. Johanna III. de Roye soror Guidonis archiepiscopi Remensis, parentes habuit Mattheum toparcham de Roye Franciae balistarum praefectum & Johannem de Cherisy dominam de Mureto. Haec, data a Carolo V. rege eligendi licentia, die 24. Novembris ejusdem anni 1379. unanimi consensu assumta est abbatissa. Recensetur eo nomine in veteri Gallia-Christiana anno 1386. & in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres 1382. 1387. 1395. 1396. & 1399. Sedit

annos 20. continuis bellorum jaestata tempestatis, a quibus non nisi morte christiana requiem invenit anno 1399.

XXXVI. Agnes II. de Neufville, ignoto; nobili tamen nata loco dicitur. Abbatissa electa 1399. reperitur 1406. & 1409. quo tempore adversam pene semper fortunam experta est: quippe non solum a militibus & a subsidiarum exactoribus multa pertulit molesta, verum etiam igne caelesti coenobium conflagravit; unde forsitan haud satis tenaces regulae sanctimonialis episcopus Parisiensis non parum exagavit obtentu reformationis, pro qua sententiam obtinuit a curia libellorum supplicum an. 1400. Sedit Agnes legitur ad annum 1414.

XXXVII. Alix II. de Theozote, vel de Thore, reperitur eodem an. 1414. ac proinde haec ipsa est abbatissa, quae hoc anno promissit obedientiam ecclesiae Parisiensi. Denata est an. 1419.

XXXVIII. Maria II. de Clery memoratur abbatissa 1420. 1421. 1425. 1428. & 1429. quod totum tempus in summa egit rerum penuria cum quindecim tantum sororibus, quas & vagari diu & extra claustrum memorari coegat saepius necessitas. Maria vivere desit anno 1429.

XXXIX. Isabella seu Elisabetha de Pollye, non vero de la Palu, uti vetus habet Gallia Christiana, regimen auspicata 1429. praefuit annos 46. magno, inquit, commodo monasterii, cujus jura & privilegia strenue propugnavit adversus episcopum Parisiensem & archidiaconos, in quibus fuit Johannes de Bellavalle, de Beauvau, postea episcopus Andegavensis, qui multis corruptelis velle se medicas manus adhibere contendebat. Memoratur autem Elisabetha abbatissa 1452. a Sammarthanis, & in chartis domesticis 1443. 1447. 1451. 1454. 1457. 1460. 1461. 1463. 1464. 1467. 1468. & 1469. Obiit anno 1475.

XL. Catharina de Lignieres electa eodem anno 1475. episcopo & ecclesiae Parisiensi promissit obedientiam 9. Apr. ejusdem anni, consensitque ut in posterum abbatissae ad inveniendam possessionem archidiacon. Parisiensem accerferent, quibus & ipsa praevit exemplo. Memoratur in chartis annorum 1477. 1482. 1486. 1489. 1490. 1492. 1494. 1495. & 1499. Coenobium invenisse fertur bonis pene omnibus seu temporalibus, seu spiritualibus destitutum. Hinc rursus accensum episcopi Parisiensi studium pro reficienda disciplina, suam monialibus ab episcopali jurisdictione opponentibus immunitatem, quam revera tunc Parisiense Castellum recognovit & confirmavit. Tandem consenserunt abbatissa & aliquot moniales, intercedentibus aliis numero novem, in quibus Martina du Moulin se dicens abbatissam electam, quae scilicet ab aliis octo fuerat electa, ut episcopus Parisiensis accerferet moniales ordinis Fontebrauldensis ex parthenonibus de Fontanis prope Meldas, sanctae Mariae Magdalenae Aurelianensis, & domus Parisiensis dicte filiarum Dei; quod & factum est anno 1499. Inductis a Johanne Simon Parisiensi episcopo duodecim e Fontanis monialibus mense Februario ejusdem anni, quae praecipuum in eo

*Hist. Paris.  
tom. 4. pag.  
615.*

*Hidem pag.  
616.*

Hist. Paril.  
tom. 4. 176.  
415.

posuerunt reformationis caput, quod abbatissa A forent triennale, ita tamen, ut in subsequentibus electionibus continuari possent; idque senatus consulto firmatum fuit die Lunæ 6. Aprilis an. 1500. Catharina interim abbatissa titularis cum annua pensione Parisios se recepit, ubi diem extremum obiit 10. Novembris anno 1504.

#### ABBATISSÆ TRIENNALES.

I. JOHANNA I. de la Riviere priorissa quondam in cœnobii sanctæ Mariæ Magdalene Aurelianensis & de Fontanis ordinis Fontebrauldensis, fuit una e duodecim monialibus, quæ in Calensæ monasterium accitæ fuerunt. Eiusdem primum fit B præposita, tum prima triennalis abbatissa creatur, quæ & prima perpetuo se intra claustrum continendi obstrinxit voto. Sedit annos circiter octo cum magna prudentiæ, religionis, & moderationis laude. Quamquam benedictionis munus acceperat, post tres nihilominus regiminis annos pedum deposuit, quod refumere coacta gessit usque ad mortem notatam ineunte Febr. anni 1507. Novum chorum ampliorem fecit, ob ingentem fororum numerum, qui octogenarius erat, cum initio regiminis Johanne esset tantum duodenus. Statuta Johannis Simon episcopi Parisiensis pro reformatione curavit confirmari a cardinali de Ambasia sedis apostolicæ legato, a quo & impetravit decretum, ut mortuus sex canonicis, qui curam in spiritualibus sanctimonialium habebant, totidem monachi Benediclini succederent.

II. Maria I. de Reilhac filia N. de Reilhac domini de la Queue in Bria, altera monialium de Fontanis successit superiori, & post tres annos, nimirum an. 1510. ad Fontanas rediit, ubi defuncta est 16. Augusti 1547. Laudatur ob stalla chori elaborata, & sacrum sanctæ Bertillæ primæ abbatissæ caput argenteo capiti gemmis ornato inclusum.

III. Maria II. Cornu, una quoque ex Fontanensibus monialibus, quæ reformandi cœnobii gratia evocata fuerant, cum inde ad Montem Martyrum accita eadem de causâ, inibi septennio præfuisset, demum anno 1510. abbatissa Calensis electa est ad octo annos per tres electiones continuas; quæ tempore ejus rogatu Stephanus Poncher episcopus Parisiensis de novo ecclesiam dedicavit ob plurima in ea mutata. Idem episcopus litteras dedit 13. Julii 1513. pro abrogandis secularibus canonicis & in eorum locum subrogandis sex monachis astrictis disciplinæ, quod ratum habuere Ludovicus XII. rex die 15. Julii ejusdem anni, & Leo papa X. anno 1517. Maria subinde electa est abbatissa Faramonasterii, ad quod cum octo sociabus accesserat ad suscitandam, quæ illic inteperat, disciplinam regularem; sed ad laborum præmium evocata est mensè Januario anni 1519. in prioratu de *Joinville*. De ea iterum dicemus in abbatissæ Montis Martyrum & Faramonasterii.

Exemplo Faramonasterii alia plurima cœnobia subsidium a Calensæ conventu petierunt ad instaurandam strictiorem disciplinam. Dux supra viginti moniales Jotrum ad hoc missæ sunt; sexdecim

A Origniacum, tres Ederam, dux Giffum, quibus adde sancti Georgii Redonenfis, & sanctæ Mariæ Santonenfis abbatias, quas reformavere Calensæ sanctimonialibus. Unde quantum tunc religio Calæ floreret, liquido demonstratur; quæ quidem ne minueretur, imo ut novas acquireret vires, Mons Martyrum, Malano, Edera, Giffum & Vallisgratie cum Cala in congregationem coalescerunt, cujus visitator jurisdictionem habebat in omnes monachos, qui his in parthenonibus ad audiendas confessiones, & ad res sacras administrandas commorabantur.

IV. Catharina, vel Margareta de Champrond Calæ professa, ubi diu depolitarizæ munus gesserat, abbatissa electa 1518. sex menses rexit, defuncta initio mensis Augusti ejusdem anni.

V. Barbara de Tallansac monialis Calensæ; nobili apud Pictones genere clara, eligitur abbatissa exeunte Augusto anni 1518. cujus ope instaurata est disciplina regularis in abbatissæ sancti Petri Remensis, & sancti Johannis de Bosco, quæ modo Regalis locus prope Compendium dicitur. Rexit annos decem cum mensibus sex, alternis cum sequente vicibus electa, quæ tandem in officio defuncta est die 8. Januarii an. 1537.

VI. Magdalena des Chelles cœnobii alumna, C rexit alternatim cum superiore annos circiter quatuordecim, semel adepta possessionem die 9. Augusti 1528. Cœnobii reditus plurimum adauxit, nec minus studiosam ecclesiæ operam dedit. Chori formicem altius extulit, codicisque agrorum vidualium describere curavit. Laborum finem & præmium recepit anno 1542. die 14. Novembris.

VII. Jacoba d'Amignon Calensæ sanctimonialis ipso die obitus Magdalene electa est ultima triennalis abbatissa. Hæc solo titularis abbatissæ, quæ sequitur, vicariæ titulo præfuit & profuit sexdecim annis, mortua 29. Septembris 1558.

#### D ABBATISSÆ TITULARES ET PERPETUÆ ex regia nominatione.

I. RENATA de Bourbon Caroli ducis Vendiceniensis ex Francisca Alenconia natu quinta filia, lucem aspexit apud sanctum Germanum in Laia die 6. Februarii anni 1527. Lustralibus undis baptismi tincta suscipitur ab Henrico II. Navarrae rege & Renata Francisca Ferrariz ducissa. A teneris annis apud fontem Ebraldum facta est sanctimonialis anno 1533. votis emissis 1540. ubi sub moderamine Ludovicæ Borboniæ amite pietati sedulo incubuit. Evasis subinde hujus archimonasterii Fontebrauldensis major priorissa, tum vero Francisci I. regis nominatione Calensæ parthenonis possessionem adepta est per procuratricem 1543. die 5. Februarii. Consensit tamen rex, ut Jacoba electa vices abbatissæ gereret, quando Renata apud Fontebrauldum remaneret; unde priusquam recederet, Calensæ monasterium grandinis, ventorum & fulminis tempestate totum pene eversum est; ad quod resarciendum non parum juvit ingens pecuniæ summa, quam Jacoba congefferat; sed iterum fulmine tacta est sacra domus, multumque labefactata. Renata demum excepta est



Calæ 8. Septembris anno 1559. cujus per se adiisse possessionem legitur an. 1561. Insequenti, hereticorum metu omnia pessumdantium, ipsius fratris Carolo cardinali de Bourbon tunc Sangermanensi abbate, Luteciam Parisiorum advolavit cum sex supra quadraginta monialibus, quæ in ejusdem Caroli abbatiæ palatio per integrum mensem commorantes, nullam disciplinæ regularis jacturam fecerunt, non minus scilicet reclusæ, quam in suo monasterio, majus quotidie sacrum & vespæras in Majori sacello B. Virginis decantabant, ceteraque horas canonicas submissa voce in sacello interiori domus abbatiæ, ceteraque vitæ regularis exercitia frequentabant. Renata successu temporis abbatiæ Fontebralesensem sibi oblatam reculsavit, sed abbatiæ beatæ Mariæ Regalis, vulgo, *Maubuisson* procurante fratre suo Carolo cardinali, una cum Calensî possidere consensit, cujus & possessionem adiisse dicitur per procuratorem 25. Januarii anno 1576. quod tamen caruit effectu. Laudatur Renata Borbonia ob largas elemosynas, maxime in egenos scholares, & juniores sui monasterii fratres, quos in academia Parisiensî sacris præsertim imbuendos litteris sustentabat liberalissime. Cepit ægrotare an. 1582. quartana febre, quam secuta est hydropisis, & inde mors die 9. Februarii an. 1583. cum annos esset nata 55. Ejus sepultura inscriptione Gallica exornatur, aiant Sammarthani.

II. Maria de Lorraine Claudii Aumalæ ducis ex Ludovica de Brezeta filia, Caroli ducis soror, necnon Antonie Faræmonasterii & Antonie Ludovicæ sanctæ Mariæ Sueffionensis abbatissarum, anno ætatis 17. aut 18. cum jam esset cœnobii Calensî major priorissa, ubi professionem emiserat 16. Augusti 1579. a cœtu monialium electa fuit abbatissa, seu melius postulata: constat enim jam prævia regis Henrici III. nominatione designatam fuisse, cujus cœnobii possessionem adivit 6. vel 9. Junii 1583. sed nonnisi tertio post anno mensis Maii die 27. benedictionem percepit. In juvenilibus annis tanta prudentiæ laude abbatiæ moderata est, ut reditus ejus magna susceperint incrementa. Pluribus etiam cœnobium auxit ædificiis, & maxime infirmaria domo. Reperitur in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres 1605. mense Martio, & 1606. die 6. Novemb. Spiritualis profectus longe sollicitior præscripsit suis sororibus usum orationis mentalis horis matutinis & post vespæras. Omnia omnibus voluit esse communia, vestes, linteamina, & omne suppellectilis genus; & ne inde querelarum emergeret occasio, nihil ipsa sibi proprium retinuit, & aliis abunde suppeditari necessaria curavit. E claustro exire coacta, bellis sic quandoque exigentibus, rara modestiæ & simplicitatis præ se ferebat exempla, adeo ut omnes intelligerent eam oblitam esse generis & domus patris sui. Cum abstinisset monachis ad probationem & professionem in cœnobio assumendis, Benedictinos Anglos, in his doctissimum Franciscum Walgravium admisit in eorum locum, quibus postea recedentibus, successerunt Eremitæ sancti Augustini usque ad annum 1637. nullo ex his mutationibus allato disciplinæ

monastice detrimento. Odore virtutum sanctissimæ abbatissæ & filiarum ejus ubique fragrantæ, nobiles undique virgines ad celeberrimum Calæ monasterium confluerunt; in his duæ natæ Henrici IV. regis ex Carlotta des Essars, Johanna Baptista & Maria Henrica de Bourbon, quarum illa Fontis ebraldi & hæc Calensî abbatissæ fuerunt. Sanctam vitam clausi Mariæ de Lorraine die 27. Junii an. 1627. ætatis 62. maximo sui relicto desiderio tam monialibus, quam pauperibus, quorum verissima parens erat & nutrix, nec tamen inde imminuta sunt bona monasterii; quin potius septem librarum millibus annui reditus B adauctæ. Ejus quot annis anniversaria recolitur memoria.

III. Maria Henrica de Bourbon Henrici Magni regis ex Carola des Essars filia notha fit abbatissa Calensî 1627. quæ biennio post defuncta 10. Februarii 1629. in ecclesia monasterii sepulturam accepit.

IV. Magdalena de la Porte de la Meilleraye Caroli ducis de la Meilleraye Franciæ marescalli, regiorum tormentorum præfecti, & Armoricæ progubernatoris soror, filia vero Caroli ex Claudia Champlais de Courcelles, cum esset nata in hæresi, ad fidem catholicam conversa est hortationibus & precibus eminentissimi cardinalis Richelii, cujus erat consanguinea. Post aliquod tempus in aula & reginæ Mariæ Medicæ obsequiis transactum, ad sacras virgines, quibus a Calvario nomen est, confugit. Inde post septem annos accessita ad abbatiæ sancti Johannis de Bosco, seu Regalis loci regendam, inibi tantum biennio præfuit, sed exemplo maxime profuit; quod audiens rex Ludovicus XIII. illam tradidit ad abbatiæ Calensem. Hanc ingressa est Magdalena ætatis anno 32. crucifixi Domini præ manibus gerens imaginem, demisso velo, & vili amictu veste. Dignitatis possessionem accepit die 30. Augusti anno 1629. benedictionem nonnisi prima die Maii 1631. a Johanne Francisco de Gondi archiep. Parisiensî, assistentibus Claudia de la Châtre Faræmonasterii abbatissa & Renata Hennequin Malcenæ coadjutrice. Cœnobio advenerunt omnia bona pariter cum illa; sanitas enim sex sororibus, quæ demonum præstigiis, ut communis erat opinio, divexabantur, restituta est, adhibitis sanctæ Bathildis reliquiis, quæ tot ac tanta tunc patravere miracula, ut annum illorum memoriam die 13. Julii in ecclesia celebrari permiserit archiepiscopus Parisiensis. Mirum sane quantum conventui virtutum incrementum attulerint tam pie abbatissæ exemplum, sermo vivus & efficax, vigilantia & sollicitudo. Hæc, quod jam dudum sacre virgines sollicitabant, obtinuit eminentissimi cardinalis Richelii auctoritate, ut Benedictini e congregatione sancti Mauri ipsi a confessionibus & sacris essent; ad quod minus obeundum prima die Maii anno 1637. in vicino S. Crucis monasteriolo excepti sunt. Longum esset omnia recensere, quæ omnia gefit antistita; cujus debentur curis altare majus ex marmore & ære inaurato constructum, tabernaculum ad custodiendum sanctissimum Sacramentum ex ebena & argento, capsæ sacrarum reliquiarum argenteæ quam

*Hist. geneal.  
domu reginæ  
l. 2. p. 172*

*Hist. geneal.  
magu. Franc.  
l. 3. p. 492*

plurimæ operis eximii, horti & deambulacra intra septa ad septuplum aucta, novum dormitorium, &c. Cum nihilominus quadam inter matrem & filias dissidiorum scintille erupissent, iis occurrendum rata Magdalena, providit nonnulla condita statuta ab illustrissimo Petro de Broc Autifiodor. episcopo, quibus accessit Johannis Francisci de Gondi archiepiscopi Parisiensis approbatio die 2. Augusti anno 1647. Magdalena hoc ipso anno insignem superioris maxilla: sanctæ Bathildis portionem Corbeiensibus monachis impertivit; quæ & incerto anno parochialem ecclesiam S. Andreae apud Calam a monasterio dependentem orbiculato et crystallo, radiatoque argento sacra: hostiæ receptaculo ditavit. Denique terram deferuit die Veneris 4. Septembris anno 1671. ætatis 74. quam oratione funebri laudavit Franciscus Senaut Oratorii Domini Jesu presbyter & prepositus generalis. Scripsit ejus elogium domina de Blenur tomo secundo elogiorum virginum Benedictinarum, quæ proxime elapso seculo floruerunt, pag. 400.

V. Guidona Margareta, seu Margareta Guidona de Cossé, filia Francisci de Cossé ducis de Briffac paris Franciæ, regionum ordinum equitis torquati, ac rei pararie in Francia præfecti, ex Guidona Ruellan, sacrum in Calensî parthenone velum accepit a regina Angliæ anno 1651. die 11. Julii annos nata 15. emisitque vota 14. Jan. anno 1653. Tum Ludovicæ de Gondi priorissæ Piffiaci coadjutrix nominata 14. Februarii 1661. sed bullas non obtinuit ob intercessionem monachorum a morte Ludovicæ de Gondi, quæ contigit 29. Aug. ejusdem anni. Confirmatur nihilominus a majori consilio, cujus edictum irritari debere contenderunt Piffiacenses moniales. Tandem Guidona post septem annos jure suo cessit in gratiam Carolæ d'Albert de Chaulnes anno 1668. retenta pensione ter mille librarum. Abbatissa Calensî designata regio diplomate 1671. mense Sept. litterisque munita pontificiis, die 9. vel 10. Dec. ejusdem anni possessionem apprehendit, & anno seq. 8. Sept. benedictionem ab illustrissimo Francisco de Harlai archiepiscopo Parisiensî, in monasterio Benedictinarum virginum Villæ episcopi, assistentibus serenissima principe Ludovica Hollandina de Baviere beatæ Mariæ Regalis, & Clara Diana d'Angennes de Rambouillet Ederæ abbatissis. Sponte cessit Guidona in gratiam sequentis mense Maio anni 1680. retentis sex millibus librarum annuæ pensionis.

VI. Catharina de Scorailles de Rouffille et nobili apud Arvernos gente, Faramonasterii sanctimonialis, post liberam Guidonæ cessionem, jubente rege facta est abbatissa Calensî, ad cujus cœnobii admissa possessionem mensis Augusti die 6. anno 1680. benedictionem percipit a Francisco de Harlai Parisiensî archiepiscopo 25. Augusti splendide cum apparatu, in ipsâ Calensî ecclesia, assistentibus Montis Martyrum & Faramonasterii abbatissis. Rexit cum mansuetudine & effusissima in pauperes caritate ad annum 1688. quo animam efflavit die 6. Aprilis.

VII. Guidona Margareta, seu Margareta Guidona de Cossé post obitum Catharinæ a conventu

postulata, repetit abbatissæ Calensî regimen cum assensu regis, novisque bullis pontificiis. Excepta in monasterio 10. Septembris anno 1688. locietatem precum inivit cum monachis congregationis S. Mauri in diæta annua congregatis anno 1691. Obiit die 13. Julii 1707. non 1703. uti loco citato hist. general. magnatum Franciæ notatur.

VIII. Agnes, seu Carola Agnes de Villars monialis & priorissa sancti Andreae Viennensis, filia Petri marchionis, equitis torquati, &c. ex Maria, seu Maria Anna Gigaut de Bellefonds, soror vero Ludovici Hectoris ducis de Villars Franciæ marescalli, designatur abbatissa 15. Augusti anno 1707. Ingressa monasterium mense Octobri, & adepta possessionem 8. Novembris ejusdem anni, rexit ad 1719. 8. Maii quo schedulam cessionis in gratiam sequentis dedit. Inde Parisios in parthenonem beatæ Mariæ Consolationis *de Chaffemidy*, cum annua octo millium librarum pensione se recepit, inibi que defuncta est 17. Septembris 1723. ætatis anno circiter 69. Postridie vero quam cessit, nempe 9. Maii 1719. obiit in Domino Maria Carola de Beaumontonges de Bois-Ruffin anita D. de Montmorency de Fosleux major Calæ priorissa pluribus annis.

IX. Adelaïs d'Orleans filia Philippi ducis Aurelianensis, Franciæ proregis, dum rex Ludovicus XV. idoneam ad regni habenas suscipiendas ætatem attigisset, prima regi sanguinis princeps, at ingenii dotibus clarior, vota vovit in Calensî cœnobio sub Carola Agnetæ de Villars, cui paulo post cedenti subrogata fuit a rege Ludovico XV. 10. Maii 1719. Possessionem accepit die 6. Junii & 14. Septembris ejusdem anni benedictionem ab eminentissimo cardinali Noallio Parisiorum archiepiscopo. Huic principi omnia pene cœnobii ædificia sumtu plane regio debentur renovata, & altera quasi domus fundata. Cessit raro modestiæ specimine die 3. Oct. 1734. a quo tempore in prioratu B. Magdalænæ de Triangulo, *de Traintel*, apud Parisios commoratur, propriæ solum intenta salutis.

X. Anna de Clermont Gessan patrem habet Ludovicum Josephum de Clermont Gessan in Delphinatu, Anneti summi ordinis Melitenis magistri defuncti 1666. ex fratre nepotem. Hæc cum esset Calensî sanctimonialis, evasit abbatissa S. Pauli de Beaurepaire ordinis Cisterciensis in diocesi Viennensi, cujus monasterii antequam adiret possessionem, in ecclesia Calensî mense Julio anni 1726. benedictionem percipit ab Ludovico Antonio cardinali de Noailles Parisiensî archiepiscopo. assistente Adelaide de Orleans antiqua Calensî abbatissa, adstantibusque Carola Armada de Rohan Jotri, N. de Clermont Villarii, Meldensis & Senonensis dioceseon abbatissis, necnon Lucia d'Artagnan priorissa perpetua B. Magdalænæ de Triangulo Parisiis. Postquam vero inibi octo exegit annos, germanam, quæ sibi hoc in cœnobio de Beaurepaire succederet, sortita, schedulam regiam pro Calensî abbata obtinuit, cujus adepta est possessionem 25. Januarii 1735. Rexit hæctenus.

Hist. general. magn. Franc. 8. p. 224.

E. VAL  
DE GRACE.

VALLIS GRATIÆ B. MARIÆ  
ad Præsepe.

**I**D vocabuli jam ante annum 1513. sortita est abbatia puellaris ordinis sancti Benedicti apud Parisios, quæ dicta olim Vallis profunda, sita erat tribus circiter leucis ab hac urbe, in loco dicto *Bierre le Chastel*. Ejus antiquitas inde colligitur, quod, inquit, Ederacenses virgines primam e: Valle profunda acceperint abbatissam an. 1138. quodque in rudibus antiqui Vallis profundæ monasterii destructi anno 1640. repertum sit epitaphium duorum inibi sepulchrorum fratrum Ricardi & Johannis in hæc verba: *Cy gist Jean & Richard de Giry chevaliers, lesquels trespasserent l'an de Grace 1165*. Ab hoc non antiquius occurrit documentum charta Philippi Augusti, qua monialibus Vallis profundæ conceditur in perpetuum tertia pars decimæ totius panis & vini quæ expenderet rex quoties & quando apud Vitriacum in Legio diversaretur. Data est an. 1183. regni anno v. Fuudatam nihilominus hanc abbatiam undecimo seculo evincit Henrici II. Francorum regis diploma datum anno 1549. quo coenobii possessione confirmat & jure morticinii donat, in hoc quippe ante quingentos & amplius annos condita legitur: quam & regis fundationis esse discimus ex litteris Caroli VIII. regis datis anno 1487. idque non obscure innuit reginæ Annæ a Britannia desunctæ 1513. erga illam pia sollicitudo, qua tutelam ejus suscepit, reformandam per Stephanum Poucherium episcopum Parisiensem curavit, & pro Valle profunda Vallem Gratiz appellari voluit. Sane donatur hoc nomine, seu *Vauparfond* in litteris Francisci I. anno 1515. & hoc utrumque vocabulum reperitur in deliberatione curiæ Parlamenti die 22. Junii anno 1573. de ingenti eluvione, quæ pluribus in locis coenobii muros disjecerat feria quarta decima ejusdem mensis. Inter hæc parthenon accesserat ad reformatam Calalis-Benedicti congregationem, nec multo post, anno 1514. inductam a Stephano Poncherio episcopo Parisiensi reformationem amplexus erat. Sed cum de novo disciplina langueret, Margareta de Veny d'Arbouze ab anno 1618. abbatissa pristinum ei vigorem restituit, cujus etiamnum illibati permanentis parentem & causam fuisse hanc abbatissam non dubitaverim affirmare; utpote cujus precibus Ludovicus XIII. rex mense Martio anni 1621. & iterum expressius die 20. ejusdem mensis anni 1622. indulisit, ut post obitum, vel cessionem Margarete d'Arbouze suam conventus in posterum & in perpetuum eligeret abbatissam. Has litteras in commentarios retulit majus consilium die sexta mensis Junii ejusdem anni 1622. Ratum pariter id habuit Egorius papa XV. die 7. Mart. 1623. eodemque anno consensit Johannes Franciscus de Gondi archiepiscopus Parisiensis. Consilium interim de coenobio Parisios transfereundo initum perficitur, emtionem facta grandis aræ in suburbio sancti Jacobi, cum quibusdam ædibus olim nuncupatis *le Fief de Vokois*, & aliter *le Petit Bourbon*, ubi cardinalis de Berulle presbyteros Oratorii exceperat hospitio, antequam illos in vico *Tomus VII.*

Ch. ccv.  
col. 193.

Ch. ccxi.  
col. 196.

Ch. ccxiv.  
col. 205.

Ch. ccxv.  
& ccxvi.  
col. 206. &  
207.

**A**S. Honorati constitueret. Hæc quidem conventus nomine facta est acquisitio die septima mensis Maii 1621. pretio 36000. librarum; sed regina Anna Austriaca fundatricem se gerens, hoc ut pretium daretur effectit, dominii jura donante rege. Omnibus tandem ad excipiendas moniales apparatus, translatio rite suam habuit exitum die 20. Sept. ejusdem anni, quo novum monasterium sub titulo abbatiz Vallis Gratiz beatæ Mariæ ad præsepe, quem vetus ab annis centum & amplius gerebat, Dionysius le Blanc vicarius generalis episcopi Parisiensis benedictione donavit, Margareta abbatissa quosdam mox ad vitam religiosam canones accommodante, quos a Johanne Francisco de Gondè primo Parisiensi archiepiscopo. approbari fecit 1623. & ab eminentissimo cardinali Barberino in Francia legato confirmari anno 1625. Supra diximus reginam Annam Austriacam haberi voluisse fundatricem, & quidem jure ac merito: hæc primum in structura claustrii lapidem posuit die 3. Julii 1624. Sexdecim vero post annos, die 8. Martii 1640. centum post destructum illud antiquum Vallis profundæ monasterium, venditus est locus Paulo Payen quæstori Franciæ in jurisdictione Aurelianensi, retentis feodo, censibus & ceteris clientelæ juribus. Optatum denique advenit tempus, quo regina Anna Austriaca regni moderatrix, ut quo fe obstrinxerat, si Delphinum pareret, Deo magnificam ædem extruendi votum adimpleret, proposuit ecclesiam & coenobium Vallis Gratiz regio vere apparatu reedificare. Inceptum opus a domo Dei, in cujus fundamentis primum lapidem posuit rex ipse adhuc puer, volente matre; prima die Aprilis 1645. remque divinam ritu solemnè fecit archiepiscopus Parisiensis, adstante regina cum toto principum & magnatum frequentissimo coetu. Hæc autem cum primo fundamenti lapide & numismate, de quo infra, inscriptio posita est:

D. O. M.

*Augustissimus ac potentissimus princeps Ludov. XIV. D. Gr. Fr. & Nav. rex christianissimus primum & angularem lapidem adificii ecclesiæ regalis abbatiz sanctimonialium Benedictin. Vallis Gratiz ab augustissima, potentissima & christianissima principessa Anna D. Gr. Fr. & Nav. regina regente, regis matre fundata & Deo sacrata sub auspiciis beatæ Mariæ posuit calendis Aprilis anno salut. rep. M. DCXLV. presente clarissimo viro Nicolao le Gras regi ab interioribus consiliis, & a sacris reginæ mandatis.*

**E** Numismatis autem aurei, quod huic primo lapidi inclusum est, inscriptio ex parte, qua regina cum rege puero exhibetur, sic habet in circuitu:

*Anna D. Gr. Fr. & Nav. regina Re. R. mater Ludov. XIV. D. Gr. Fr. & Nav. regis Christi.*

Et ex altera parte, quæ sacre frontem ædis præsert:

*Ob gratiam diu desiderati regii & secundi partus.*

Huic numismati simile monialibus dedit regina fundatrix, ut liquet ex hac, quam asservant, scheda:

O o

L'année 1645.

*La très-chrétienne & serenissime Reine de France Anne d'Autriche a donné à cet abbaye N. Dame du Val de Grace, une medaille pareille à celle qui a été mise dans la fondation de l'église de ce monastere, où le très-auguste Roy de France & de Navarre Louis XIV. du nom, mit la premiere pierre le 1. jour d'Avril 1645. entre la chapelle du S.<sup>t</sup> Sacrement, & la chapelle de la S.<sup>te</sup> Communion (qui est presentement celle où repose le corps de S.<sup>t</sup> Victor martyr, envoié par Madame Royale duchesse de Savoye le 8. Aoust 1695. & sous la table de l'autel, la B. Marguerite d'Arbouze reformatrice du monastere) dans laquelle pierre est enquadree ladite medaille du portait de leurs Majestés d'un coté, & de l'autre du portait & frontispice de l'église, pesant ladite medaille un marc 3. onces, moins demi-gros, frappée en l'année 1638. le cinq des calendes de Septembre.*

Servantur in eodem parthenone malleus & trulla ex argento, quibus usi sunt cum rex in primo ecclesie lapide ponendo 1645. tum ejus frater unicus Andium dux die 27. Apr. 1655. in primo lapide pro continuandis claustris & dormitorii ædificiis, ab Anna regina jam dudum inchoatis, quorum scilicet primum lapidem posuerat, ut diximus, die 3. Julii 1624. sub pila, quæ vetus ædificium cum novo conjungit a parte novæ ecclesie: quem vero posuit princeps Andium dux & post Aurelianensis, sub pila est in angulo claustris intra pratellum a parte horti Capucinatorum, cui bipedi circiter in quadrum legitur inscriptum:

*Philippe fils de France, frere unique du Roy. 1655.*

Cetera demum ædificia, quæ obiter dicam, præfidi Tubeuf summo reginæ domus præfecto, alteri testamenti ejusdem executori, & ab illa patri temporali, seu consilii Vallis Gratiæ præfidi nominato plurimum debent, pia regina perfecit, qualia hodie suspiciuntur, ad opus insumtis ab anno 1645. ad ultimam diem mensis Decembris anni 1667. 2931030. libris. Caverant rex Ludovicus XIV. & regina mater, ut moniales patrem temporalem, seu consilii sui præfidem semper haberent assumtum ex ordine sacri consistorii assessorum. Defuncto igitur N. Tubeuf, hanc successively qui sequuntur ex eodem ordine provinciam subierunt, electi singuli a conventu, & a rege probati: N. Voisin pater dominæ præfidis de Moignon; & hoc mortuo 1693. N. de la Moignon tunc advocatus generalis & postea præfens insulatus; post ejus obitum 1709. successit N. Boucher d'Orlay, & huic defuncto 1714. N. Amelot legatus regis & sacri consistorii assessor; ac denique N. de Guerchois e vivis ereptus 1740. Prosequor beneficia reginæ nostræ, quæ vere mater Vallis Gratiæ sacrarum virginum sollicita cultus, illis 22. Maii an. 1654. portionem valetudinarii siti in suburbio sancti Marcelli concessit, suisque precibus effecit ut rex huic regio parthenoni mensam abbatialem sancti Cornelii Compediensis rescripto primum die 30. Octob. 1656. & postea regio diplomate mensis Martio 1659. in perpetuum unierit, ea tamen conditione ut conventus duodecim nobiles

A puellas gratis exciperet; quod onus cum nimium esse regi Ludovico XV. confluisset, sex tantum excipiendas indulgit, Adjecto vero Anna regina jam datis foundationem unius perpetui capellani, qui missam quotidie absoluto Primæ officio pro illa celebrat, ad quam pulsantur quatuor cymbala; quorum omnium in gratiam quatuor fingulis annis a conventu pro illa & regia domo anniversaria solemnia celebrantur. Hinc porro non mirum addictam fuisse hanc domum, quemadmodum Sandionysiana basilica corporibus, regii sanguinis principum cordibus asservandis, quæ illuc post obitum deferuntur. Hactenus delata in capellam S. Annæ

B his destinatum excipiendis, hoc ordine recensentur, cum aliquot Aurelianensis domus corporibus: Cor Annæ Elisabethæ de France natu majoris filiz Ludovici XIV. & Mariæ Terefiz d'Autriche uxoris, ætatis 43. dies habentis, allatum ab ava Anna Austriaca regina matre anno 1662. 31. Decembris; Annæ Mariæ de France filiz Ludovici XIV. & Mariæ Terefiz, ætatis 41. diebus, 28. Decembris 1664. Domicellæ d'Orleans alterius filiz Philippi de France fratris unici regis ex Henrica Anna d'Angleterre, natæ & mortuæ 9. Junii, allatum die 24. ejusdem mensis an. 1665. Annæ d'Autriche sponse Ludovici XIII. defunctæ anno ætatis 64. hic allatum cor die 22. Januarii 1666. quod unum ex omnibus in honorario tumulo remanet, ceteris 17. Januarii 1696. in conditorio repositis, quod rex idcirco paraverat. Philippi Caroli d'Orleans ducis Valcisi, natu majoris filii Philippi a Francia fratris unici regis, ætatis anno 2. cum quatuor mensibus, 9. Decembris 1666. Henricæ Annæ d'Angleterre uxoris Philippi a Francia, ætatis anno 26. defunctæ, 2. Julii 1670. Philippi ducis Andium filii Ludovici XIV. & Mariæ Terefiz, ætatis anno tertio, die 3. Julii 1671. Mariæ Terefiz de France filiz Ludovici XIV. & Mariæ Terefiz, ætatis anno quinto, 3. Martii 1672. Ludovici Francisci ducis Andium Franciæ filii ætatis mense quarto, die 7. Novemb. 1672. Alexandri Ludovici d'Orleans ducis Valcisi, filii Philippi a Francia fratris unici regis ex Elisabetha Carola Palatina secunda conjuge, ætatis anno 2. cum decem mensibus, 18. Martii 1676. Mariæ Terefiz Hispaniz infantis, uxoris Ludovici XIV. Franciæ regis, ætatis anno 44. & octo mensibus, die 3. Augusti 1683. Mariæ Annæ Christianæ Victoriæ de Baviere sponse Ludovici Delphini Franciæ, ætatis anno 29. & quinque mensibus, 26. Aprilis 1693. Corpus domicellæ de Valois filiz natu majoris Philippi d'Orleans

E ducis Carnotensis ex Maria Anna de Bourbon, ætatis decem mensibus, 19. Octobris 1694. & depositum in conditorio supra laudato 17. Januarii 1696. ut liquet ex tabula exposita in præfida sanctæ Annæ capella, ubi ordinatim describuntur corda & corpora principum, his verbis: Le 17. Janvier 1696. ce corps & tous les caeurs furent transportés dans le caveau, qui est sous ladite chapelle, que le Roy avoit fait preparer pour cet effet, à la reserve du cœur d'Anne d'Autriche, qui est resté seul dans la representation: cette auguste Reine ayant ordonné par son testament, qu'il reposeroit dans ladite chapelle.

Cor Annæ Mariæ Ludovicæ d'Orleans filiz Ga-  
stonis ducis Aurelianensis, ætatis 66. die xi. Apr.  
1696. Philippi \* a Francia ducis Aurelianensis  
fratris unici regis Ludovici XIV. ætatis anno 61.  
die 13. Jun. 1701. qui missam perpetuam hoc in  
parthone fundaverat. Britanniz ducis filii natu  
majoris Ludovici a Francia Burgundiz ducis &  
Mariæ Adelaidis de Savoye, ætatis novem mensi-  
bus cum dimidio, 1705. die 16. Aprilis: Corda  
Ludovici Delphini filii Ludovici Delphini ex  
Maria Anna Christiana Victoria de Baviere de-  
functi 18. Februarii ætatis anno 29. cum dimidio,  
& Mariæ Adelaidis de Savoye ejus sponsæ mortuæ  
12. Febr. ætatis anno 26. cum duobus mensibus,  
1712. 19. Februarii. Ludovici Delphini filii  
Ludovici Delphini & Mariæ Adelaidis de Savoye,  
ætatis anno 5. cum duobus mensibus, 1712. die  
10. Martii. Caroli ducis Alenconii filii Caroli  
Biturigum ducis & Mariæ Ludovicæ Elisabethæ  
d'Orleans Biturigum ducissæ, ætatis 21. diebus,  
17. Aprilis 1713. Caroli a Francia Biturigum  
ducis, filii Ludovici Delphini ex Maria Anna  
Christiana Victoria de Baviere, ætatis anno 27.  
cum octo mensibus, 1714. die 10. Maii. Mariæ  
Ludovicæ Elisabethæ filiz Caroli a Francia Bitu-  
rigum ducis ex Maria Ludovica Elisabetha d'Or-  
leans, 18. Junii 1714. Mariæ Ludovicæ Elisa-  
bethæ d'Orleans filiz Philippi ducis Aurelianensis  
ex Maria Francisca de Bourbon, viduz Caroli a  
Francia Biturigum ducis, ætatis anno 23. & un-  
decim mensibus, 1719. die 22. Julii. Philippi  
ducis Aurelianensis filii Philippi a Francia ducis  
Aurelianensis, fratris unici Ludovici XIV. ætatis  
anno 49. die 9. Decembris 1723. Corpus Mariæ  
Johannæ Augustæ de Bade-Baden sponsæ Ludovi-  
ci ducis Aurelianensis, ætatis anno 22. die 8.  
Aug. 1726. Corpus Ludovicæ Magdalenz filiz  
Ludovici ducis Aurelianensis ex Maria Johanna  
Augusta de Bade-Baden, ætatis 21. mensibus, 14.  
Maii 1726. Cor Ludovicæ Mariæ a Francia ter-  
tiz filiz Ludovici XV. ex Maria principe Poloniz,  
ætatis anno quarto cum dimidio, 1733. die 24.  
Februarii. Cor ducis Andium alterius filii Ludovi-  
ci XV. ætatis anno 2. cum septem mensibus,  
10. Aprilis 1733. Corpus Elisabethæ Philippæ  
de Beaujolois d'Orleans filiz Philippi ducis Aure-  
lianensis ex Maria Francisca de Bourbon, ætatis  
anno 19. cum v. mensibus, 1734. die 21. Maii.  
Cor Ludovicæ Diane d'Orleans filiz Philippi ducis  
Aurelianensis ex Maria Francisca de Bourbon,  
sponsæ serenissimi principis de Conty, ætatis anno  
20. cum duobus mensibus, die 29. Sept. 1736.

Sunt & alia plurima cum vetera, tum recen-  
tiora, quæ ad historiam hujus monasterii perti-  
nent, atque eam illustrant: puta prioratus S. Annæ  
de *Nainvaux*, quasi dicas Nonnarum vallis, quem  
incolæ vocant abbatiam de *Nainvaux*. Is a mona-  
sterio Vallis Gratiæ dependens, de quo prioratu in  
litteris Henrici II. Francorum regis anni 1549.  
fit mentio, situs est in valle sinuosa parochiæ de  
Nanteau ad Elsonam diocesis Senonensis, duabus  
supra Milliicam in Vastinio leucis, rupe circum-

Ch. cccxi.  
col. 198.

\* Hujus cor juxta cor reginæ Annæ Austriacæ nostris ubi ca-  
petera testamentum, positum est.

Tomus VII.

datum per tria latera, in quibus adolefcent filia tou-  
sifilis, quam indigenæ *Laris* appellant, & quartum  
latus clauditur palindibus quas Elsonæ rivulus med-  
ius interfuit. Conventuale fuisse, præter no-  
men, in horto reperti muri ad modum claustrii  
probare videntur. Ejus antiquior priorissâ soror  
Agnes de Lavau innotescit ex initia compositione  
15. Augusti 1493. illam inter & ministros ma-  
rium præfeci N. de Graille domini de Milliicam,  
cujus auctoritate dominium prioratus invaserant.  
Dum regit Agnes, æmulam passa videtur Nico-  
laam de Cominges, quæ anno 1506. in transac-  
tione quadam se priorissam appellare dicitur.  
B Agnetis vero cessione, anno 1509. die 27. Nov.  
a Catharina de Torcy Vallis Gratiæ abbatissâ col-  
latus hic prioratus est forori Margarete de Mon-  
ceaux filiz dominorum de Villegrucelay prope  
Vallem profundam, & ea defuncta 1519. abbatissâ  
Vallis Gratiæ adjunctus, quippe qui bellorum tem-  
pore devastatus, sufficientibus ædificiis & rediti-  
bus necessariis ad fovendam disciplinam carebat.  
Confertur nihilominus forori Ursule Enjorant  
ex familia senatoria Parisiis, quæ postea fuit Vallis  
Gratiæ abbatissâ. Huic cedenti successit est soror  
Margareta le Jongheux 24. Octobris 1520. col-  
latione Annæ de Broys abbatissæ Vallis Gratiæ;  
post quam priorissam, non ab alia, sed a conventu  
Vallis Gratiæ redituum elocationes factæ leguntur,  
donec abolita trienniali abbatissarum electione;  
Ludovica de Reilhac abbatissâ perpetua nominata,  
& possessionem adeptâ 1576. die 4. Decembris,  
contulit hunc prioratum forori Helenæ Brunet;  
quæ illo posita est usque dum evasit abbatissâ  
1618. mense Augusto. Circa id tempus foror  
Maria de Chambray filia Egidii domini Castellani  
judicis de Ponfay ex Ludovica d'Alonville, mo-  
nialis professa sancti Remigii de Landis in diocesi  
Carnotensi, sub amita Susanna de Chambray ab-  
batissâ, & undecim post annos in sociam Vallis  
Gratiæ assumpta anno 1607. 21. Augusti, obtinuit  
hunc prioratum in curia Romana, quo vel, cum  
ex Valle Gratiæ transiit ad moniales Hospitalarias  
de Châtres ultima die Maii anno 1619. frui per-  
missa est, sub conditione tamen non resignandi,  
adeo ut post illius decessum Valli Gratiæ uniretur.  
Actum die & anno prædictis. Maria tamen eodem  
anno 24. Decembris in curia Romana resignavit  
in gratiam sororis Genovefæ Maillard monialis  
S. Coarentini diocesis Carnotensis, quæ illo quiete  
fruita est usque ad diem 2. Januarii 1627. Hoc  
autem anno 15. Febr. Genovefæ Maillard, dictâ  
postmodum de la Boissière cedente in gratiam  
E Magdalenz Salviatis monialis sanctæ Clare in  
cœnobio de la Garde diocesis Carnotensis, hæc  
pontificio munita rescripto 16. Februarii 1627.  
possessionem accepit 10. Martii 1628. cui mox  
Genovefæ significavit revocatum a se resignatio-  
nem, & an. 1629. resignavit Oudette de Clause  
abbatissâ Villarii, quæ die 4. Januarii ejusdem anni  
litteras pontificias impetravit, sed paulo post dictæ  
Genovefæ prioratum dimisit; iterumque Geno-  
vesa resignavit forori Agneti Guillemar incerti  
cœnobii moniali. Interim harumque resignationum  
cognita fraude, Margareta de Theronneau monialis

O o ij

Estivalii in diecesi Cenomaniensi die prima mensis Maii 1634. consecuta collati prioratus a pontifice diploma, tam acriter Genovefam Maillard dictam de la Boissiere, Mariam de Chambray & Mariam d'Aubourg Gaudii sanctimonialium, quibus per abdicationem aliarum possessio prioratus transscripta fuerat, infecuta est, ut ipsi senatusconsulto 4. Junii 1637. prioratus possessio adjudicata fuerit, sic tamen, ut non possit illam resignare, sed illa defuncta Senonensis archiepiscopus prioratum hunc abbacie Vallis Gratiae unire satageret; quod quidem ab eo praetium est die prima Sept. 1655. confirmatumque a senatu Parisi. 22. Jan. 1656.

Sed neque id praetermittere has est, quod tanto verit honoris Vallis Gratiae monasterio, tot scilicet varia coenobia, quibus ab isto invecia est reformatio: Montem pietatis apud Caritatem ad Ligerim, titulo prioratus institutum a Margareta d'Arbouze Vallis Gratiae abbatissa & reformatrix, cum jam a regimine soluta esset, cui adjunctae fuerant sorores Maria de Burges, Catharina de Compans, & Margareta du Four, & his duabus ad Vallem Gratiae reversis 1630. tres aliae illuc transmissae sunt anno 1637. Carentonium abbatiam in agro Borbonio, quam accita e Monte pietatis praedicta Margareta d'Arbouze reformandam adivit anno 1626. & inde rediens spiritum Deo reddidit apud Seriacum. Abbatiam sanctae Austrebertae apud Montrolium ad mare, illic delegatis ejusdem Vallis Gratiae sanctimonialibus Anna de Barry, Margareta de la Barre & Catharina Loiseau anno 1628. Abbatiam Putei orbis apud Castellonem ad Sequanam 1643. Abbatiam sancti Johannis Majoris Augustodunensis 1645. Abbatiam sancti Juliani Autiflodunensis 1646. Abbatiam Estivalii in diecesi Cenomaniensi 1648. Melodunense virginum Benedictinarum coenobium 1649. Coenobia Benedictinarum puellarum Ardrensis & Calesiensis urbium anno 1653. Prioratum beatae Magdalenae de Triangulo Parisiis 1656. Prioratum Cellae apud Aquas-Sextias in Provincia 1659. ac denique 1679. Abbatiam S. Andochii Augustodunensis.

Quidni etiam commemorare liceat ex pluribus nonnullas Vallis Gratiae sanctimoniales, quae ad alia regenda monasteria destinatae sunt: Elisabetham Barentin ad abbatiam sancti Amandi Rotomagensis, quae missam perpetuam in parthenone Vallis Gratiae fundavit. Mariam Magdalenam Margaretam d'Arrest ad abbatiam S. Mariae Trecentis: Mariam Annam Angelicam d'Estrades ad abbatiam Putei orbis in diecesi Lingonensi: Antoniam d'Estrades ad sancti Johannis Majoris Augustodunensis coadjutoriam dignitatem: Johannam de Chaumont dictam a sancta Aldegunde ad abbatiam beatae Mariae de Arcivis diecesis Carnotensis: Genovefam Ceciliam de Coigni de Breauté ad abbatiam Malenox: Luciam d'Artagnan hodie priorissam beatae Magdalenae de Triangulo, de Trainel, Parisiis, &c.

#### SERIES ABBATISSARUM.

I. **M**ARIA I. innotecit ex litteris Odonis episcopi Parisiensis datis anno 1204. mense Junio, quibus significat Rogerium de Baaliaco &

A Meiffendem ipsam conjugem dedisse in perpetuum elemosynam ecclesiae de Valle profunda quinquaginta tunc jugera sita apud vilam Elcoublay & triginta solidos censuales, minus duobus denariis, ea lege ut abbatissa ejusdem loci teneretur annis singulis in perpetuum aliquot modios bladi, quod in hac terra crescit, insinuatè comparandis velibus monialium. Hoc ipso anno fit ejusdem Mariae mentio in tabulario S. Martini Pontifarentis.

II. Stephana de Villeneuve.

III. Eduarda 1213. quae dum regit, vel sequens, Petrus episcopus Parisiensis anno 1218. abbacie Vallis profundae centum solidos pro annuo versario legavit.

IV. Maria II. 1232.

V. Agnes 1282.

VI. Johanna I. 1300. abbatissa S. Benedicti.

VII. Mabilia de Champatreux 1349. Non longe ab hoc tempore Johanna d'Evreux tertia conjux Caroli IV. cognomento Pulcri Franciae regis se munificam erga monasterium praebuit: quapropter quotannis mense Julio pro illa defuncta 1370. celebratur anniversarium.

VIII. Dionysia la Ninode sedebat abbatissa ecclesiae beatae Mariae Vallis profundae 1377. die 2. Octobris, 1383. 1387. prima Oct. 1388. C. 6. Januarii & 20. Novembris, quo perolutus proficitur quatuor libras Parisiensis sibi debitas ex parte civitatis Parisiensis a die prima Novembris, quae quatuor librae pars erant majoris summae debita. His litteris appendet sigillum effigiem, ut videtur, Deiparae Virginis exhibens, cui adhaerent duo secuta, quorum unum sex annulos continet. Reperitur anno sequenti prima Octobris & mense Novembris, quo curtim Rollandi dedit ad annum censum quatuor librarum Parisiensium. Occurrit adhuc 1390. prima Octobris & 1395. die 16. Octobris.

IX. Johanna II. la Ninode 1399. die 30. Maii in regello camerae Rouvray Parisiensis.

X. Margareta I. du Rouvray abbatissa beatae Mariae Vallis profundae recensetur 1401. die Veneris ultima mensis Septembris, & 1417. 18. Novembris, in regello camerae Rationum Parisiensis, & iterum eodem anno 26. Februarii in charta authentica collectionis D. de Gagneres.

XI. Margareta II. de Prez 1440. die 24. Octobris, 1443. die sancti Clementis, 1444. 22. Octobris, 1445. 13. Novembris, 1448. 26. Octobris, 1449. 21. Octobris, & 1450. 16. Octobris.

XII. Johanna III. Hemarde occurrit 1451. 14. Novembris, 1458. 16. Novembris, 1462. 16. Novembris, 1463. 11. Novemb. & 1464. 18. Novembris.

XIII. Guillelma de Sully 1469. & 1479. cujus tempore ex bellorum procella domus exhibetur ruinosa & sentibus plena. Quapropter Robertus S. Germaui de Pratis abbas (cognomento de Lospinasse) monialis de Valle profunda intuitu pietatis divinae & ad preces dilecti Johannis de Betesfort, de communi fratrum assensu & voluntate concessit tria jugera terrae juxta rivulum *Siton*, qui est in confinio terrae sancti Germani &

territorii Vallis profunde, & hoc pro ædificandis A  
tatis muris, quam aliis sibi necessariis. Sig. fratris  
Alexandri prioris: Fr. Clementis subprioris: Fr.  
Radulphi tertii prioris: Fr. Andree quarti prioris.  
Testes Rainaudus de Issiaco: Galterius Marecalus:  
Johannes de Theodasio, & Euvrardus Mordant.

XIV. Philippa de Rondon 1480. & 1481.

XV. Antonia de Conan reperitur annis 1481.

1486. 1489. 11. Februarii, 1490. 11. Febr.

1491. 16. Novembris, & 1492. 18. Febr.

XVI. Catharina de Torcy abbatissa Vallis pro-  
funde episcopo & ecclesie Parisiensi promisit obedi-  
entiam die 13. Novembris 1494. Memoratur  
1497. die 9. Novembris, 1498. 13. Novemb. B  
1507. 1508. & 1510. cujus tempore abbata  
nuncupatur beata Maria, seu Nostra Domina des  
Ardens.

XVII. Jacoba de Ballieu 1511. post cujus  
decessum reformatio inducta est a Stephano Pon-  
cher episcopo Parisiensi anno 1514. quo tempore  
viginti quatuor moniales in monasterio debebant  
ad extremam egestatem redacta.

#### ABBATISSÆ TRIENNALES.

I. ANNA de Broys 1515. & 1520. quo  
anno evocata Remos ad reformandum S.  
Petri parthenonem, litigavit postea cum aliis æmu-  
lis de eadem abbata obtinenda. Obiit in eodem  
parthenone ex necrologio domestico, cujus hæc  
sunt verba: 24. Junii 1534. obiit Anna de Broie,  
qua reformavit istud monasterium.

II. Ursula Enjorrant for Ludovici in camera  
libellorum supplicum præfidis, sedit ab anno  
1520. ad 1540. Anno 1521. die 3. Maii dicitur  
mater silarum Vallis Gratia, alter Vallis pro-  
funde. Ceteris docet hoc ipsius epitaphium: *Cy  
gist très-devote religieuse personne sœur Ursule An-  
jorant en son vivant abbesse de ceans, laquelle après  
avoir veçu religieusement au monastere de Montmartre  
lez Paris par l'espace de dix ans, fut translatee en la  
maison de ceans, pour faire la reformation d'icelle.  
Elle s'est vertueusement portée, & y a été chie & con-  
tinuée abbesse longtemps, & trespassa le v1111. jour  
de May mil v. LX. Priez Dieu pour elle.*

III. Margareta le Jongleux 1541. & 1543.  
Reliqua disce ex ejus epitaphio sequenti: *Cy gist  
très-devote & humble religieuse sœur Marguerite de  
Jongleux native de Paris, laquelle après avoir été  
transportée du monastere de Montmartre en la maison  
de ceans, pour la reformation d'icelle, elle y auroit si  
exemplairement veçu, que pour ses bonnes mœurs le  
convent d'icelle l'auroit chie abbesse, de laquelle charge  
elle se seroit desistée, & demeuré mere antique jus-  
qu'au 16. de Fevrier mil v. LXX. qu'elle rendit  
son esprit à Dieu l'an LXXII. de son age. Priez  
Dieu pour elle.*

IV. Isabellis Charles 1545. 9. Decembris,  
1546. 1552. & 1555. die 15. Novemb. sub  
cujus, aut superioris præfectura sanctimonialis  
aliquot ad reformandum parthenonem de la Pom-  
meraye prope Senonas emissa anno 1544. me-  
morantur.

V. Anna I. de Harville filia potentis domini  
Fiacrii de Harville baronis de Nainville & domini

de Palayscau, hujus loci alumna, sedebat abbatissa  
1558. 9. Januarii, 1560. 10. Julii ex charta  
authentica, 1561. 20. Octob. & 1563. Resxit  
ad annum 1565. quo defuncta est die 9. Januarii,  
ex epitaphio, quod sequitur: *Cy gist sœur Anne  
de Harville de la maison de Palayscau, jadis abbesse  
de ceans, qui trespassa le Mercredi 1x. jour de Jan-  
vier, hoc est 1566. quo anno regium diploma  
cernobino indulst Carolus IX. rex Francia.*

VI. Francisca Jabin 1568. die 2. Junii, &  
1571.

VII. Anna II. le Bret 1574. & 1576.

#### ABBATISSÆ TITULARES ex regia nominatione.

I. LUDOVICA de Reilhac hujus loci sancti-  
monialis litteris a rege datus 12. Februarii  
1576. & a Gregorio XIII. pontifice confirmatis  
eodem anno pontificatus quarto, ix. cal. Junii,  
in abbacie possessionem inducta est ab officiali Pa-  
risiensi 4. Decembris ejusdem anni; qua in pos-  
sessione notandum Annam le Bret ultimam trien-  
nalem abbatissam, cujus regimini adhuc unum de-  
erat annus, suum abbatissæ munus resignasse in ma-  
nibus Vallis Gratia conventus ad regiminis trien-  
nalis conservationem. Ludovica memoratur abba-  
tissa 1586. die Veneris 14. Februarii, & 1598.  
sed non continue toto hoc tempore pacifice abbat-  
tiam possedit, tamen semper æmulas vicerit. Pri-  
mum igitur ei discipendum fuit cum Francisca de  
S. Simon de Sandricourt promotâ bullis pontifici-  
cis ejusdem papæ Gregorii XIII. anno 1577. aut  
1578. ab hæc causa cecidit edicto majoris con-  
siliî anno 1582. & confirmata Ludovica, que  
novam eodem anno bullam accepit. Tertia interim  
supervenit Carola Feret renunciata 1581. que  
sub pensione cessit; Francisca vero de S. Simon  
obtinuit abbatiam sancti Corentini. Adhuc autem  
reperitur Ludovica de Reilhac 1604. 21. Januar.  
& 1609. mensis Januarii in chartis authenticis  
collectionis D. de Gagneres. Sub ejus regimine  
data sunt regia diplomata, anno 1587. ab Hen-  
rico III. & annis 1591. & 1600. ab Henrico IV.  
ac insuper anno 1597. 8. Novembris memoratur  
in charta authentica laudatæ collectionis Arnulfus  
du Melnil canonicus & archidiaconus Briz in ec-  
clesia Parisiensi vistorator & reformator abbacie  
Vallis Gratia. Obiit Ludovica de Reilhac abbatissa  
43. annis 8. Januarii 1618. quo ipso die Anna  
de Reilhac agnita fuit abbatissa, que dum expectat  
bullas, die 9. Februarii ejusdem anni deceffit, ut  
constat ex epitaphio, quod sequitur: *Ly repose le  
corps de très-noble & vertueuse dame & regretée mere  
abbesse sœur Loyse de Reilhac, laquelle après avoir  
regi & gouverné l'espace de quarante-trois ans très-  
vertueusement, pleine de jours & ornée de vertus, est  
allée à Dieu en son age de LXVIII. ans ce v1111.º  
Janvier mil six cens dix-huit. Anima ejus in pace re-  
quiescat, amen. Et vertueuse dame Anne de Reilhac  
abbesse du jour du décès de la R. dame Loyse de  
Reilhac, qui deceda le 9. de Fevrier 1618.*

II. Helena Brunet loci alumna, & aliquando  
priorissa de Naimaux, abbatissa a rege nominata  
die ultima Februarii 1618. & a Paulo V. summo  
O o iij

pontifice confirmata 12. Junii, atque adepta possessionem 16. Augusti, mortem oppetit 28. Octobris ejusdem anni. Unde legitur in codice ms. qui ad manum est, tres abbatissas octo intra menses defunctas esse.

III. Margareta de Veny d'Arbouze in abbata S. Petri Lugdunensis novennis educanda trahitur a parentibus, Gilberto de Veny d'Arbouze domino de Villemont, nobili ordinario regis Henrici III. cubiculario &c. & Johanna de Pinac. Inibi novitia & professa, inde Parisios accessit socianda monasterii Montis Martyrum, ubi novo expleto novitiatu novam emisit professionem 11. Augusti 1611. cognomen a sancta Gertrude sortita. Dein titulo priorissae regendum accepit prioratum Vallis Gratiae ruri adhuc positum renunciatur a rege Ludovico XIII. 31. Octobris 1618. bullisque a Paulo V. acceptis benedictur a Carolo Miron episcopo Andegavensi in ecclesia Carmelinarum vicus sancti Jacobi die 21. Martii sequentis, regina praesente, quae & biduo post, quo Margareta coenobii possessionem adivit, illum eam deduxit. Haec in praetio diximus coenobium ad primigenium disciplinae regularis statum revocasse, addere licet hoc in negotio adjutam fuisse a duabus, quas secum e Monte Martyrum adduxerat, sanctimonialibus Ludovica de Milley & Maria de Burges. Diximus etiam transfuisse conventum Parisios, & ad stabilendam reformationem obtinuisse a rege, ut in posterum a conventu eligeretur abbatissa. Non expectavit mortem, quod poterat ex regio diplomate, ut hoc suum sortiretur effectum. Cedendo praevinit 7. Januarii 1626. cessionem expiciente fratre Eustachio Asseline dicto a sancto Paulo, Fulienfimo monacho & visitatore Vallis Gratiae. Tandem plena meritis eodem anno 16. Augusti obdormivit in Domino apud Seriacum non longe a Duno Regis prope agrum Bellojocensem *le Beaujolois*, quo se contulerat ad reformanda quaedam monasteria. Inde Parisios relatum corpus die 22. ejusdem mensis sepelitur in choro, ex quo postea honoris gratia in capellam S. Scholasticae, nunc S. Victoris, de qua supra, translatum est. Scripsit ejus vitam D. Jacobus Ferraigne presbyter, doctor theologiae, & reginae a concionibus, qui fuit Margaretae nostrae a sacris confessionibus, anno 1628.

ABBATISSAE TRIENNALES  
ex indulto regio.

I. LUDOVICA de Milley a sancto Stephano dicta, quam ad Vallem Gratiae Margareta d'Arbouze secum adduxerat, eidem cedenti suffecta est a conventu 7. Januarii 1626. Rexit duodecim annis, singulari electa triennii; quo tempore Ludovicus XIII. anno 1636. sex frumenti modios in molendino de Gonessia percipiendos coenobio assignavit regio diplomate.

II. Maria de Burges a sancto Benedicto nuncupata, altera sociarum Margaretae d'Arbouze abdicanti Ludovicae successit electa 13. Aug. 1637. Quatuor in regimine triennia exegit.

A III. Anna I. de Compans a sancto Mauro dicta; cedente Maria, eligitur 14. Febr. 1650. Quatuor similiter triennia praesuit.

IV. Margareta du Four dicta a sancto Bernardo, post Annae de Compans cessionem electa fuit 13. Februarii 1662. Sedis annis duodecim.

V. Anna II. de Mangot ab Incarnatione cognominata, Parisios lucem aspexit die 14. mensis Aprilis 1626. parentibus Anna domino de Villarsceaux successu temporis decano libellorum supplicum magistrorum & Maria Phelypeaux, solemniter emisit vota 26. Julii 1644. zetas anno 18. Inde fuit magistra novitiarum, & postmodum praevia

B Margaretae du Four cessione abbatissa eligitur 12. Februarii anno 1674. Novem annis regimen tenuit.

VI. Margareta du Four secundum ad regimen evocata die 15. Februarii 1683. obtinuit unico triennio.

VII. Anna de Mangot jam abbatissa triennalis per duodecim annos, electa est iterum die 11. Februarii 1686. tribusque aliis trienniis, precata interim enixe 20. Januarii 1696. Parisiensem archiepiscopum, qui celebratum anniversarium reginae Annae Austriae ad monasterium accesserat, ut sibi regimen abdicare liceret, & alia iterum vice, sed aeque incassum, quod tandem tertia impetravit eodem anno.

VIII. Anna de Barry a sancto Josepho dicta; postquam Anna de Mangot die decima Maii an. 1696. regimen dimisit, electa eodem die illud assumpsit ad triennium sequens.

IX. Genovefa Perrault a sancto Paulo nuncupata, dimissam ab Anna de Barry praefecturam electa 16. Februarii 1699. gessit laudabiliter per duodecim annos.

X. Maria Francisca Billon a Passione dicta, cedente Genovefa, fuit electa die 16. Februarii 1711. bisque continuata, sed mors intercessit septimo regiminis anno.

XI. Genovefa Perrault iterum electa die 16. Februarii anni 1718. sex ab electione tertia mensibus defuncta est.

XII. Magdalena Langlois a sancto Hyacintho nuncupata, eligitur abbatissa die 19. Aug. 1724. exactum ante primum triennium decessit.

XIII. Nicolaa de Compans sanctae Mechthildis cognomen sortita, in abbatissam assumta 18. Apr. 1726. unico praesuit triennio.

XIV. Gabrielis de Migennes du Bourgneuf a sancta Sophia appellata, cedente Nicolaa, in ejus locum subrogatur die 14. Februarii 1729. qua sedente cum octoginta duae murorum, qui constructi 1640. hortum inferiorum claudunt secus vicum Burgundionum orgyiae cornuissent Dominica Palmarum anni 1740. eodemque ferme tempore quadraginta duae secus moniales Fulienfes, has omnes liberaliter refecit christianissimus rex Ludovicus XV. Praefuit haecenus Gabrielis plus exemplo, quam imperio; sub cujus beneplacito domina de Chauvirey, cui res temporales monasterii cure sunt, depositariam vocant, nullo perperit labori, nullam omisit urbanitatem, ut nobiscum documenta necessaria communicaret.



**D**icla olim beati Maria de Footel, & beata Maria de Nemore, seu de Bosco dominarum, abbatia seminarum ordinis sancti Benedicti, Malanoze nomen assumpsit post acquisitionem ejus nominis pradium. Quatuor circiter leucas posita est supra Lutetiam, fluvius inter Sequanam & Matronam, sed huic propior est. Præcipuam habet patronam beatam Virginem Mariam, cujus hoc in cœnobio festum solemnissimum est Annunciatio, quæ in sigillo abbatissæ impressa exhibetur. Alter patronus est S. Erasmus, *S. Erasme*, cujus festum die 2. Junii cum octava celebratur. Cœnobii origo, seu fundationis tempus ignoratur; at certe jam florebat i 129. quo anno sanctimonialium ex Argentolio pulsarum auctoritate concilii Parisiensis, pars cum Heloissa in monasterium Paraclitum dictum in diocesi Trecenti, invitante Abacardo se recepit, pars altera in cœnobium, de quo nunc agimus, commigravit. Caverat siquidem Honorius II. cum judicium synodi Parisiensis ratum habuit, ut antequam Argentolio expellerentur moniales, alia ipsis assignarentur cum ad vitam necessariis monasteria, ubi Deo servirent. Haud prius tamen quam sub Innocentio III. cujus data bulla est prima Julii 1201. pontificatus anno tertio, stipendia illa pro sustentandis, quas Footelenses susceperant, monialibus assignata sunt ab Henrico abbate sancti Dionysii, litteris datis an. 1207. quas ex Claudio Malingre Antiquitatum Parisiensium libro quarto pag. 108. cum Odonis Paris. episcopi litteris ejusdem anni hanc in eam compositionem confirmandam habes in appendice nostra reculas. Nullum hic auctor ex antiquis cœnobii monumentis superesse tradit antiquus illo, quo i 171. Theobaldus abbas sancti Mauri Fossatensis dedit in perpetuum huic parthenoni quicquid habebat in silva Manuifirmæ ad censum viginti solidorum monete Parisiæ, & iterum anno eodem monachorum decedentium annus præbendas, quæ duo refert loco citato pag. 110. cum proximo ab illis documento, bulla Alexandri III. pontificatus & possessionis anno 1175. pontificatus decimo septimo in sedis apostolicæ tutelam suscipientis. His addit pag. 111. Philippi Augusti privilegium, quo decimam totius panis & vini, quod expenderet, dum apud Montem sehericum versaretur, in perpetuum elemosynam donavit; ac denique litteras Mauricii episcopi Parisiensis, quibus anno 1190. significat Guidonem de Cociaco monialibus de Bosco in elemosynam tribuisse 60. solidos censuales super terra & censu de Ferraris apud Lenniacum, & duos hibernagii modios in campi parte ejusdem villæ singulis annis perpetuo possidendos; moniales vero ei se obligasse ad duos capellanos in monasterio perpetuo tenendos, servitio ipsius ecclesiæ jugiter ministraturos; quorum alter, quandiu Guido viveret, misam de sancto Spiritu, & post ipsius mortem, misam pro fidelibus defunctis in ipsarum ecclesiæ singulis in perpetuum diebus celebraret, ac totus ecclesiæ conventus in utroque officio pro eodem Guidone Domino devotus existeret. Cetera in abbatissæ proferemus. Interim observandum in

A proxima S. Nicolai capella fuisse olim *Redditus*, ut vocabant, seu oblatos, qui in habitu regulari exterioriora procurabant, qualis fuit quidam Rogerus de sancto Dionysio, qui anno 1205. in manu Guillelmi episcopi Parisiensis vota religionis emittit. Hoc autem beate Mariz de Nemore monasterium ad strictiorem normam cum aliis ejusdem diocesis reformavit Stephanus Poncherius episcopus Parisiensis, cujus institutio etiam nunc viget illibata.

## SERIES ABBATISSARUM.

**I. ADELAIS**, prima creditur abbatissa, cujus in pervetusto instrumento nomen occurrit, at sine ulla temporis nota.

**II. Odelina I.** seu Edelina innotebit ex chartis S. Dionysii 1207. & 1208. & ex aliis 1211. 1216. & 1218. de pia pro sororibus sollicitudine plurimum laudata.

**III. Helvidis I.** reperitur 1220. 1221. mense Junio, 1223. mensibus Februario & Aprili, ac 1231. mense Decembri; quo tempore Calensis sanctimoniales domna Petronilla & conventus, sororum B. Mariz de Nemore inopiam miserata, annualia sororum suarum decedentium liberaliter concesserunt.

**IV. Odelina II.** occurrit annis 1238. 1241. mense Aprili, & 1242. mense Junio.

**V. Mabilia** recensetur 1244. 28. Septembris, 1248. mense Junio, 1249. mense Aprili, & 1257. mense Novembri.

**VI. Aalipdis** 1260. mense Septembri.

**VII. Mathildis I.** 1264. mense Decembri.

**VIII. Leprosa** nominatur in compositione ab officiali Parisiensis facta moniales inter & presbyterum ecclesiæ de Berchere die Lunæ ante festum sancti Vincentii anno 1270. In recentiori tamen catalogo hæc abbatissa Mathildis appellatur.

**IX. Helvidis II.** memoratur anno 1274.

**X. Mathildis II.** abbatissa de Footello suo parthenoni traditas olim 1171. uti supra diximus, Fossatensium monachorum decedentium præbendas a Theobaldo abbate hujus loci, mense Martio anni 1275. apud Fossatum dimisit pro decem libris Parisiensibus singulis annis monasterio de Footello a Fossatensi reddendis in festo S. Remigii, ex tabulario Fossatensi.

**XI. Avelina** legitur abbatissa 1316. in charta authentica.

**XII. Jovia, Joye** reperitur eodem anno 1316. 1333. mense Februario, & 1334. in festo Johannis Baptiste.

**XIII. Margareta** de Chartres soror Johannis abbatis Fossatensis, abbatissa dicta de Footello, seu de Bosco dominarum anno 1360. die 26. Julii episcopo & ecclesiæ Parisiensi promissit obedientiam. Memoratur & 1371. die 8. Martii & 1380. 22. Martii.

**XIV. Johanna I.** d'Aumoy præerat 1389. 1394. die prima Aprilis, 1399. & 1400. die 7. Februarii: qua tempestate ob civilia bella superflites duntaxat septem, imo forsan, tres tantum, ut alibi legitimus, moniales ad summam redactæ inopiam erant. Quamobrem anno 1393. Johannes Pisseleu presbyter, seu rector ecclesiæ vicinæ

Chart. l. X.  
col. 936.

Chart. CIX.  
col. 84.

Ch. CIVG  
col. 116.

Camporum, de *Champs*, auctoritate regia legitur A habuisse monasterii administrationem, & anno 1398. Anselmus Boquet presbyter de Croissy non longe a monasterio.

XV. Maria I. du Souffroy electa 16. Maii 1406. occurrit in chartis 18. Novembris & 15. Decembris ejusdem anni.

XVI. Jacoba d'Anouy monialis professa sancti Antonii Parisiensis reperitur abbatissa de Footello in charta anni 1413. & in alia 18. Decembris 1418. dicitur soror abbatis Fossatenfis. Anno 1420. quatuor tantum supererant moniales, quae sepius cum abbatissa deserere coenobium coactae sunt, militum furorem & ludibria fugientes, bello B interim Gallos inter & Anglos defeviente. Certe anno 1423. abbatissa in Campaniam apud Calvomontium agri Bassiniaci se recepit, tandemque obiit anno 1438.

XVII. Petronilla Cochois, dicta la Chauvoise, cum antea loci priorissa pulchrum gregem, absente abbatissa rexisset, in ejus defunctae locum subrogata fuit anno 1438. seditque ad 1465. Vocatur Peretta abbatissa de Footel in *Bosco dominarum lez Malnoue* anno 1453. in tabulario Vallis beatae Marix. De illa legitur in necrologio: *vi. calendis Maii obiit Petronilla abbatissa hujus ecclesiae, cognominata la Chauvoise, quae hanc ecclesiam reparavit per 24. annos inhabitatam praetextu hostilitatum, scientes in reductione civitatis Parisiensis anno millesimo CCCCLXXVI. et postmodum induit religionem solam Johannam la Picarde.*

XVIII. Johanna II. la Pichonne anno 1467. die 7. Januarii promisit obedientiam episcopo & ecclesiae Parisiensi. Rexit usque ad annum 1487. quo, seu potius 1488. uti nunc computamus, abbatiam libere dimisit. Defuncta est 1490. iv. nonas Novembris, ex necrologio, ubi laudatur quod officium divinum propter hostium incursum per 24. annos intermissum restituerit, ecclesiam cum ceteris aedificiis reparaverit, redditus procuraverit, & jam dudum alienatam Fontis secreti, de *Segraye* domum cum pertinentiis recuperaverit. Jacet in capella S. Nicolai, quam de novo reparaverat ante parvum cancelli ostium.

XIX. Johanna III. Chauvet, seu la Chauvette filia mercatoris Parisiensis, ex moniali S. Antonii a Campis abbatissa de Footel promisit obedientiam episcopo & ecclesiae Parisiensi die 2. Martii 1487. hoc est 1488. Sedit usque ad 8. Februarii anni 1501. quo cedere coacta est, adhuc superstes post annos 17.

Maria de Savoisy, ex cuius genere fuerunt episcopi Bellovacensis & Cenomanensis, alumna Fontebrauldensis ordinis, accessit est ad reformandam abbatiam, cui operi Stephanus Poncher episcopus Parisiensis manum admovit per opportunam; nam egregia condidit statuta pro revocanda, stabiliendaque disciplina, quorum altero triennalem decernit abbatialem dignitatem. In charta anni 1504. die 25. Januarii *commissa* seu *commissaria* vocatur, quia videlicet abbatiam non possidebat in titulum; cuius tamen optime rem gessit; dormitorii squidem facta tecta habuit ex munificencia maxime Davidis Chambellan

decani ecclesiae Parisiensis, ac etiam opae aliorum benefactorum, quos inter emicit Carola Borbonica Johannis II. Borbonii, ducis Vindocinensis filia, uxor Engilberti de Cleves comitis Nivernensis, quae vetera aedificia reparavit, nova construxit, sedilibus chori fabricandis quadringentas libras infumisit, tandemque amisso viro velum sacrum in hoc parthenone accepit anno 1513. emisit vero professionem in Fontebrauldensi, cujus antistita erat ejus soror Renata Borbonica. Rexit Maria ad annum 1515. sacra interim suppellectile plurimum aucta & quarta parte Malanoensis praedii clientelis & ditione illustris comparata 1510. Posthac Ederam reformavit, cujus prima triennis fuit abbatissa.

#### ABBATISSAE TRIENNALES.

I. FRANCISCA Moniale fuit abbatissa triennalis annis 1515. & 1516. quo tempore multa coenobio acquirit. Migravit paulo post ad Avennacum in diocesi Remensi, quod reformatum abbatissa triennis rexit per quatuor triennia. Obiit 14. Novembris an. 1532. ut legitur in ejus epitaphio, ex quo fuisse illam primam reformatae abbatissam intelligitur.

II. Augustina de la Mauldaye ex priorissa praefuit abbatissa triennis ab an. 1517. ad 1520. C defuncta 1535.

III. Guillelma Allegrin Ederae sanctimonialis, & ibidem prius abbatissa per duos annos, eligitur Malanoensis die 1. Augusti an. 1520.

IV. Bertilla de Foulques ex parthenone Calensi assumta praerat 1523. & 1525. quo monasterio affidebat turba militum dictorum *Lansquenets*. Interim anno 1524. die 7. Septembris edictum tulit Senatus Parisiensis de reformandis parthenonibus Calae, Montis Martyrum, Malanoae, Ederae, Gersiaci & Giffi. Ceterum Bertilla recensetur die Jovis 30. Augusti anno 1526. quo Jacobae de Vieilchastel monialis effectae mater Ludovica de D Reilhac, vidua Matthaei de Vieilchastel domini de Bertilly, abbatissa & conventui praeter ducentas libras Turonenses pro filia jam datas, quartam aliam domini Malanoensis partem concessit. Regebat adhuc monasterium 1529. in quo 1531. tres tantum superfuissent sanctimonialis.

V. Benedicta Rouillard regimini adit 5. Novembris 1532. obtinuitque ad annum 1535. Obiit 1548. die 8. Decembris.

VI. Gabriels l'Huillier de Gironville administrationem suscipiata die 25. Julii 1535. decessit 27. Julii 1548.

VII. Bertilla de Foulques eadem quae supra numero IV. secundum praerat die 6. Februarii 1543. ex historia mss. cum domestica, tum coenobii Calensis. Notatur ejus obitus anno 1548.

#### ABBATISSAE TITULARES.

ex regia nominatione.

I. ANTONIA de Balfac orta ex illustri genere, filia scilicet Petri baronis d'Entragues &c. ex Anna Malet domina de Montagu, prioratus de Alta-brueria ordinis Fontebrauldensis alumna, prima a rege nominatur abbatissa anno 1544. Rexit

Malnoue  
Aniq. Paris.  
lib. 4. pag.  
112.

H. B. Paris.  
num. 4. pag.  
671.

Publ. B.  
cert. Gall.  
pag. 1219.

Malnoue  
Aniq. Paris.  
lib. 4. pag.  
119.

Rexit per annos 40. magna cum prudentia, nec minori disciplina regularis aut renovandæ aut conservandæ studio, cum ipsa fororibus exemplo præret. Repertur anno 1560. die ultima Junii in charta authentica. Ejus tempore anno 1568. monasterium expulsi sunt, penoque destruxerunt Calvinistæ, qui Latiniacum occupaverant. Hæc ruinas utcumque reparavit Antonia beneficio Caroli regis, qui jus illi concessit accipiendi singulis annis quatuor sextaria falis in regio apud Latiniacum horreo salario ab omni libera veltigali aut sumtu, excepto mercatoris pretio, jusque illud eidem continuatum est 26. Martii anno 1576. ab Henrico III. eujus litteris, dum in commentariis cameræ rationum relatæ sunt die 27. Novembris, apposita est restrictio ad novem annos, sicque annis subsequentibus 1587. die ultima Januarii, 1593. mense Octobri, 1603. 17. Octobris, & 1610. 25. Augusti. Obiit Antonia de Balsac 22. Septembris anno 1584. ætatis 68. sepulta in medio chori ecclesiæ sub tumba lapidea, cui hoc inscriptum est epitaphium: *Cy gist tres noble & tres vertueuse dame saeur Antoinette de Balsac abbesse de ceans, qui deceda le 22. jour de Septembre 1584. aagée de 68. ans. Dieu lui fasse paix.*

*Hæc quæ cum pietate dormitionem accepit, Optimam habet repositam gratiam.*

Non longe ab ejus sepulcro inhæret muro lamina cuprea cum hac inscriptione; quam certe mendosam corrigere penes nos non licet.

*Apostrophe des religieuses de Malnoüe a madame Antoinette de Balsac, laquelle apres avoir eté XXI. ans religieuse à Hautebruiere XL. ans leur abbesse deceda le XXI. Septembre M. DLXXVIII. aagée de LXVIII. ans.*

*Ta prudence, tes mœurs, ta douceur indicible,  
Nous sont te regrettant supplier l'Invincible  
Que celles qui seront établies en ta place  
Te veuillent imiter & ensuivre ta trace,  
Pour soigner comme toi & zeler nostre bien  
Plus ne chant du commun, chacun cherche le sien.*

In memoriam concessi & continuati juris prædicti quatuor sextariorum falis ob gratiam Antonizæ, cui nomen erat vulgare *speciosa & bona abbatissa*, ac fratris ejus N. d'Entragues, pro ea fit quotannis ipso die obitus ejus 22. Septemb. anniversarium solemne, cui omnes tam abbatissa, quam reliquæ sanctimonialia, ceteris omnibus posthabitis, adesse tenentur.

Post ipsius mortem sorores elegerunt in gremio Jacobam de Thou filiam principis Senatus Parisiensis; at reba electione relicta sequentem nominavit; Jacoba vero electa obiit in abbata sancti Antonii Parisiensis 1585. ibidemque sepulta fuit ante clathros ferreos ex historia m. sancti Antonii.

II. Johanna de Neuville filia notha Nicolai le Gendre de Neuville de Villeroy regii sanctiorique consilii commentariensis, equitis torquati, anno 1581. decens suscepto religionis habitu, atatis anno 13. abbatissa designatur schedula re-

*Tomus VII.*

gia, quæ anno infrequenti 1585. in possessionem dignitatis ab officiali Parisiensi inducta, benedictionem percepit a Guillelmo Rose episcopo Silvanectensi in ecclesia beate Mariæ regalis, seu de Maliduno anno 1596. die 24. Junii. Difficillimis temporibus laudabiliter gregem suum rexit & domum: neque tamen arctiorem regulæ praxim, quod maxime in votis habebat, inducere potuit, ob civilia bella, quibus frequenter et monasterio fuga se subripere cogebatur, ferro interim flammæque sedato, maxime ab exercitu cui Alexander Farnesius dux Parmensis imperabat. Repertur an. 1605. die 2. Maii, 1611. & 1612. 10. Februarii in charta authentica. Anno 1618. relicto breviario Fontebrauldensi Benedictinum substituit. Denique anno 1623. cum nimio abbatiz plenius reformandæ desiderio flagraret, accessit Catharinam Vivien Malidunensem virginem, quam sibi subrogandam curavit, accepto, quem illa possidebat prioratu *du Rojoly le vieil*. Verum dum iter ageret possessionis ejus in eundem gratia, animam exhalavit 19. Martii anno 1624. Relatum ad monasterium ejus cadaver, in crypta, ubi recondi solent abbatissæ, collocatum est. Ceterum quo certiora quæ diximus de Johanna de Neuville videri debent, ut pote scripta a Maria Clara de Bretagne, non ita multo post abbatissæ, eo minori fide dignum est quod legimus tomo quarto historię genealogicæ magnatum Franciæ pag. 640. ubi memorat auctor abbatissam Malenox sine ulla temporis nota N. de Neuville filiam Nicolai equitis domini de Villeroy ex legitimo cum Johanna Prudhomme matrimonio.

III. Catharina Vivien anno ætatis decimo octavo emisit professionem in cenobio beate Mariæ regalis die 26. Martii anno 1598. Successu temporis evasit priorissa *du Rojoly le vieil*; & inde facta permutatione abbatissa Malenox anno 1623. cujus cenobii possessionem accepit præsentem & volente Johanna superiore. Per sexdecim annos, quibus præfuit, multa utiliter gessit pro strictiori disciplina. Enim vero intra claustrum perpetuo continuavit sorores, quas voluit spreto gentilium nomine, præ summa modestia, nomina sanctorum sibi adaptare: statuis horis mentalem invexit orationem: vestes albas lineasque Fontebrauldensem in atras & laneas mutavit an. 1626. Ad tollendum omne proprium plurimum laboravit, sed frangere nequivit nonnullarum perviciam, quam patienter tolerare fatuus duxit, usâ in his omnibus opera dominz de Mornay Giffi coadjutricis. Denique post assumtam coadjutricem, quæ sequitur, e vivis excessit die 29. Januarii 1640. quatuor annis sexagenaria major, consuetoque loco sepulta est.

IV. Renata Hennequin filia Nicolai regi ab omnibus consiliis & in magno consilio præsidis, in prioratu sancti Johannis filiarum Dei prope Carnutum professa est sancti Augustini regulam die 9. Augusti anno 1620. Dein Malenox coadjutrix adscita, ut regulæ Benedictinæ praxim addiceret, quatuor annos continuos exegit in parthenone Vallis gratiæ apud Parisios. Adfuit Magdalenzæ de la Porte benedictæ in abbatissam

P P

*Malenox  
Annoy. Paris.  
1. 4. p. 112.*

Calensem die 1. Maii 1631. eodemque anno, A qua coadjutrix possessionem adivit 24. Novembris, qua vero abbatissa possessionem alteram apprehendit die 14. Februarii 1641. a Johanne Francisco de Gondi Parisiensi archiepiscopo deducta; quæ continuo prodesse potius, quam præesse sollicita, omnibus præluxit modestiæ, caritatis, patientiæ, ceterarumque virtutum exemplis. Anno 1650. ob civiles motus Parisios cum majori conventus parte se recepit, quo tempore D. de Choiseul episcopus Conveniens eam solemniter benedixit. Biennio post, 1652. cum iterum Parisios migrare coacta fuisset, facer locus desertus prædæ militum patuit, sedatisque hinc tumulibus clades altera successit, conflagratio scilicet dormitorii cum aliis pluribus ædificiis die 1. Septembris 1654. quæ tamen ab ipsa feliciter refarcita sunt. Denique cum Renata viginti sex puellas ad professionem admisisset, impatiens dignitatis, cessit anno 1664. in gratiam sequentis tunc abbatissæ sanctissimæ Trinitatis Cadomensis; ad quam ultimam præfecturam protinus designata est Henrica Gouffier de Rouanez filia sororis Renatæ; quæ cum illam sequi Cadomum proposuisset, Parisios adivit 27. Octobris, ubi biduo post scilicet 29. eorumdem mensis & anni mortem oppetiit. Corpus ejus reatum ad monasterium in conditorio abbatissarum sepultum est.

V. Maria Eleonora de Rohan filia Herculis de Rohan principis de Soubeze, ducis de Montbason, paris Franciæ, rei venatoriæ præpositi & urbis Luteciæ ac Insulæ Franciæ præfecti, ex Maria de Bretagne secunda conjuge filia Claudii Virtutum comitis, &c. in lucem edita est die 6. Jan. 1629. Tradita est anno 1636. monialibus Benedictinis Montisfargi educanda, quo in parthenone vestem religiosam accepit anno 1644. ab Octavio de Bellegarde Senonensi archiepiscopo, emisitque professionem 12. Aprilis 1646. Ab hoc tempore impatiens otii, horis subsecivis scriptitare cepit, D exorâ a piis de sanctissimo Sacramento meditationibus, & a vita Genovæse Grangier primæ priorissæ sanctimonialium Benedictinarum Montisfargi magistræ suæ. Die 23. Junii an. 1651. designata est abbatissa sanctissimæ Trinitatis apud Cadomum, & die 17. Decembris ejusdem anni Parisiis ab eminentissimo cardinali Bagny nuncio papæ benedicta fuit. Tredecim post annos hanc abbatiam permutavit cum Malanoensi, qua superior cessit, ut sua neptis Henrica Gouffier de Rouanez Cadomensis obtineret; & mox anno eodem 1664. die 13. Novembris Maria Eleonora possessionem adeptâ, ad stabilendam muniendamque E disciplinam regularem statuta plurima condidit. Eadem 1669. prioratui B. Mariæ Consolationis apud Parisios in suburbio sancti Germani, vico de Chassemy ad Cherchemy, fundando tota incubuit. Locum hunc jam ab anno 1632. aut 1634. ut scribit Sauvialus tomo primo Antiquit. Parisiensium pagina 687. Laudunenses congregationis Nostræ Domine ordinis sancti Augustini moniales a sancto Josepho nuncupatæ incolabant, sed cum ob res alienum dissolvendum decreta esset illius venditio, illum acquisivit Maria Eleonora,

in eoque anno 1669. tres posuit sanctimoniales Cadomenses, quas secum adduxerat, exinde appellatas moniales Benedictinas B. Mariæ Consolationis de Chassemy, ex quibus unam Franciscam de Longaunay de Franqueville priorissam constituit, ubi & ipsa Maria Eleonora sedem fixit, ut sollicitius novam foreveret plantationem. Quapropter ne apud Malannoani ex absentia sua detrimentum disciplina regularis pateretur, coadjutricem accersivit amitam suam Mariam Claram de Bretagne, cui Malanoze curam demandavit. Mira sunt, quæ virtutum omnium, paupertatis, contentus sui, patientiæ, in morbis maxime Maria B Eleonora specimina dedit. Hæc in abbata Cadomensis 31. puellas, undecim Malanoz, & duodecim in prioratu de Chassemy ad professionem admisit. Mortis veluti præcisa, per hiemem, quæ hanc præcessit, quæ de sapientiæ consiliis, paraphrasim in septem psalmos penitentitæ retractavit, necnon feria quinta in Cena Domini absolvit constitutiones beate Mariæ de Consolatione de Chassemy. Obiit tertio post die 8. Aprilis in solemnitate Paschali anno 1681. condita Parisiis in hocce nuper a se fundato prioratu; in quem jam non aliud abbatissa Malanoz jus habet præter novas confirmandi priorissas, quas nec mutare, nec C quibus intercedere potest. Ipsius laudes funebres & sacro suggestu recitavit D. Antonius Anselme postea factus abbas S. Severi in capite Vasconiæ; eique tumulum erexit Francica de Longaunay de Franqueville prima hujus domus priorissa, quem anonymus quidam Maria Eleonore viventis additæ hoc epitaphio exornavit.

*icy repose tres illustre & tres vertueuse princesse  
Marie Eleonor de Rohan,*

*Premierre abbesse de Coën, puis de Malnoïe:  
Seconde fondatrice de ce prieuré, qu'elle redonna  
a Dieu;*

*Et ou elle voulut finir ses jours.*

*Plus revercée par ses grandes qualités, que par sa  
haute naissance.*

*Le sang des Rois trouva en elle une ame royale,  
En sa personne, en son esprit, en toutes ses actions  
Eclata tout ce qui peut rendre la pieté & la vertu  
plus aimables.*

*Sa profession fut son choix, & non pas celui de ses  
parens :*

*Elle leur fit violence pour ravir le royaume des Cieux.  
Capable de gouverner des etats, autant que de grandes  
communautés,*

*Elle se reduisit volontairement a une petite pour y  
servir, avec le droit d'y commander.*

*Douce aux autres, severe a elle même:  
Ce ne fut qu'humanité au dehors, qu'austerité au  
dedans.*

*Elle joignit a la modestie de son sexe le savoir du nostre.  
Au siecle de Louis le Grand rien ne fut ni plus poli,  
ni plus elevé que ses écrits,*

*Salomon y vit, y regne encore,  
Et Salomon en toute sa gloire.*

*Les constitutions, qu'elle fit pour ce monastere, serviront A de modeles pour tous les autres.*

*Comme si elle n'eut vécu que pour sa sainte posterité, Le meme jour qu'elle acheva son travail,*

*Elle tomba dans une maladie courte & mortelle, Et y succomba le 8.<sup>me</sup> d'Avril 1681.*

*En la 53.<sup>me</sup> année de son âge,*

*Jusqu'en ces derniers momens & dans la mort meme, Bonne, tendre, vive & ardente pour tout ce qu'elle aimoit,*

*Et surtout pour son Dieu.*

*Tant que cette maison aura des vierges epouses d'un seul epoux,*

*Tant que le monde aura des chrestiens, & l'eglise des sables,*

*Sa memoire y sera en benediction.*

*Ceux qui l'ont vüe n'y pensent point sans douleur, Et n'en parlent point sans larmes.*

*Qui que vous soiez, priez pour elle,*

*Encore qu'il soit bien plus vray semblable que c'est maintenant a elle a prier pour nous.*

*Et ne vous contentez pas de la regretter ou de l'admirer ;*

*Mais tâchez de l'imiter & de la suivre.*

VI. Maria Clara de Bretagne e linea comitum de Vertus, filia Claudii baronis d'Avagour, Britannie primi baronis, comitis de Vertus, &c. ex Catharina Fouquet de la Varenne, decennis educanda traditur priorissæ monialium Benedictinarum Montisargi Genovesæ Grangier piissimæ ac sapientissimæ virginis, sub cujus disciplina, postquam inibi salutabitis undis ablata fuisset anno 1638. tantum profecit, ut virtutum omnium, contentus mundi, suique, modestiæ, paupertatis, obedientiæ in ætate immatura exemplar esset. Anno nata quatuordecim, die 12. Septemb. 1641. religiofam induta vestem, biennio post vota nuncupavit die 21. Novembris beatæ Mariæ virginis Præsentationi sacra, qua vota conventus renovare solet, statimque præposita est secundo loco instituendis novitiis. Inde a sorore sua Philippa Francisca de Bretagne Nidiavis abbatissa coadjutrix adscita, probante rege 30. Junii 1652. & anno sequenti 5. Februarii papa, possessionem adivit 2. Septemb. 1658. tandemque ad idem obeundum munus apud Malanmoam a filia sororis Maria Eleonora de Rohan allecta est anno 1669. a quo tempore ipsius humeris tota pene cura sacræ domus imposita est, dum scilicet abbatissa Parisiis debebat intenta penitus fundando & fovendo prioratui de *Chassemidy*. Præcipua interim vigilantissimæ coadjutricis sollicitudo fuit circa pauperes, & puellas religionem ambientes, in quibus admittendis nullo augendæ rei familiaris studio ducebatur : infirmarum sororum sedulam in tantum curam habebat, ut cum aliquis immineret periculi, ab eis die noctuque non recederet, quo promptius illis tum corporalia, tum spiritualia subsidia ministrarentur. Octavo demum die Aprilis anni 1681. abbatissa defuncta, in ejus locum successit Maria Clara, quæ nihilo ex novæ auctoritate immutata, ut erat assueta

*TOMUS VII.*

villioribus officiis & obsequiis, signa perextit colligere, ferre humeris, herbas lavare & purgare, valaquæ tum coquinæ, tum rectoriis detergere, Pompan exosa & omnem honoris speciem, diu benedictionem suscipere distulit; cessit tamen consuetudini, & anno 1693. Parisios ea de causa petiit ex hoc sacro ritu magnam sibi accensionem gratiæ pollicita, nec sane frustra: enim vero ab hoc tempore terrenis quasi exenta rebus, mortem assidue meditabatur, & promissa pie viventibus præmia. Inter hæc etiam de asciscenda sibi coadjutrice, quæ disciplinam regularem insepescere non sine-ret, cogitavit; qua obtenta, securus ad vite exitum festinavit. Anno 1711. mensis Martio cepit decumbere, ejusdemque mensis ultimo die ætatis 83. exactis in ordine sancti Benedicti annis 63. occubuit. Sepeliri voluit cum symbolo sancti Athanasii, & suis in charta descriptis votis.

VII. Maria Claudia Margareta de Rosmadec nata est 22. Decembris 1660. patre Sebastiano, & matre Anna de Goulaine, nobilissima juxta & vetulissima totius Armoricæ utroque parente familia. Enim vero ex gente de Rosmadec quatuor prodierunt episcopi, nempe Ivo de Rosmadec Redonenis per duos annos, Bertrandus Corisopitenis defunctus cum fama sanctitatis, & Sebastians Venetensis, cui successit Carolus de Rosmadec postea Turonensis archiepiscopus. Materna vero familia de Goulaine singulari regni nobilissimas, Borboniam, Luxemburgicam, de Montemorenciacio & de Britannia cognatione attingit: ex qua prodiiisse fertur Alphonfus de Goulaine, secundum vetus Britannicæ computum missus ad reges Franciæ & Angliæ, quos cum inter pacem reformasset, ambo, Franciæ scilicet Philippus I. & Angliæ Guillelmus Rufus sua illi dederunt insignia: unde hoc Abacæardus distichum scripsit:

*Arbiter hic ambos reges conjunxit amore;*

*Et tenet illustris stemma ab utroque domus.*

Ut clarior nihilominus Maria Claudia Margareta de Rosmadec pietate quam genere evaderet, instituenda teneris ab ætate tradita est a parentibus Mariæ Claræ de Bretagne abbatissæ Nidiavis coadjutrici, quæ post undecim circiter annos ad idem obeundum munus in abbatia Malanæ accersita huc Mariam Claudiam de Rosmadec secum adduxit. Hæc autem jam satis superque matura vestem inibi monasticam induit 22. Junii 1679. emisitque vota 30. Julii 1680. quo ipso die altera ejus soror Maria Carola de Rosmadec sumfit habitum religionis in eodem monasterio. Inde Maria Claudia facta est priorissa 1692. ætatis anno 31. & coadjutrix 1697. 24. Augusti, cujus possessionem nacla est dignitatis 2. Junii 1698. tandemque post obitum Mariæ Claræ de Bretagne evasit abbatissa. Benedictionem percepit in ecclesia sua x1. Maii 1713. ab Antonio cardinali de Noailles archiepiscopo Parisiensi, assentibus Susanna de Crusol d'Ufsez antiquæ Ederæ abbatissa, & Anna Iolende de Rosmadec dicta a S. Scholastica subpriorissa conventus B. Mariæ Consolationis de *Chassemidy* in suburbio S. Germani Parisiensis sorore sua, præter quam duas alias habuit,

P p ij

Catharinam de Rosmadec dictam a S. Dosithea, A hujusce Parisiensis conventus alumnam, & jam dictam Mariam Carolam de Rosmadec Malenoe professam, quæ hujus cœnobii major est priorissa ab anno 1698. ad hunc 1740. Vivere desit Maria Claudia Margareta die 10. Dec. an. 1719.

VIII. Genevesa Cecilia de Coigni de Breauyé Vallis gratie apud Parisios sanctimonialis, a Seraphinis nuncupata, schedula regia 26. Decembris 1719. abbatissa Malenoe renunciata, benedictionem percepit in ecclesia Vallis gratie die 7. Maii 1722. ab eminentissimo cardinali de Noailles Parisiensis archiepiscopo, assistentibus Agnete de Villars antiqua Calensi abbatissa & Maria Anna de la Vieville Gomerifontis abbatissa. Obiit xi. Septembris 1737. ætatis 63.

IX. Elisabetha Voisin altera filia Danielis Francisci Voisin Francie cancellarii, regionumque sigillorum custos ex Carola Trudaine, cum tunc effect monialis ordinis sancti Francisci apud sanctam Elisabetham Parisiis, facta rege volente abbatissa Malenoe, inijt possessionem 31. Januarii 1738. Defuncta est die 15. Septembris anni ejusdem ætatis annum agens 51.

X. Johanna Francica Rossignol patre ortu Albiensi, qui senator erat Tolosanus, nata, prius abbatissa de Arcissis in diocesi Carnotensi per duodecim annos, ad Malmenoeam evocatur schedula regia 1739.

G I F F U M.

## G I F F U M.

Vicus est agri Parisiaci ad Ivetaam rivulum situs, quinque a Lutecia leucis, ubi cœnobium ordinis sancti Benedicti, quod a Mauricio Parisiorum episcopo conditum volunt. Duplex illud ab origine, monialium scilicet ac fratrum, uti jam de pluribus aliis notavimus, beatæ Mariæ Vallem de Gisso dictum, legimus in quadam Lutecie Parisiorum historia cœnobium sanctæ Virginis d'Heffe vel d'Heffise antiquitus nuncupatum; quod quidem probare contendunt ex litteris Ludovici VII. Francorum regis anno regni sexto Christi 1138. sanctimonialibus d'Heffe & omnibus earum possessionibus omnimodam concedentis libertatem; idque, aliunt, confirmatur ex inquisitione juridica eo de nomine facta 28. Septembris 1518. qua ex antiquioribus indigenis quinque hanc abbatiam nunc appellatam Giffum, nomen d'Heffise fuisse olim sortitam affirmarunt. Hoc tamen merum esse commentum cum Mabilonio Annalium Bened. tomo sexto pagina 308. exillimus, ac etiam probamus ex eo quod laudatæ Ludovici VII. litteræ Hederense monasterium spectent, cujus brevium vocabulum Hede male interpretati sunt Heffe vel Heffise, litteram d in d vel d dividentes. Sane monasterium de Gif appellatur in diplomate Eugenii III. pro cœnobio Hederensi, cui subiectum illud dicitur, & in scripto Alexandri papæ III. dato circa 1180. Giffi nomen cœnobium præfert. Quoniam igitur pacto hi quinque veteres indigenæ tandiu post rescire potuerunt & affirmare nomen d'Heffise antiquitus habuisse? De nomine hæc sufficiant; ad rem venio, seu fundationis tempus. Giffum

Mabrigre  
Aniq. Paris.  
l. 4. p. 72.

antiquius Hedera esse evincere videtur hoc inscriptum Alexandri diploma Eremburgi abbatissæ & sororibus de Gif inscriptum: in eo quippe asserit pontifex sibi ex authentico scripto in auditorio suo perfecto innotuisse, Evam abbatissam & sorores de Hedera illarum inopie misericorditer condoluisse, ad cultum Dei & religionem inibi reformandam: *Et quia domus vestra (alioquitur Eremburgem, &c.) gravi debitorum onere premebatur, & edificiorum minabatur ruinam; cum per eas (Evam & sorores Hederæ) vestra non possit inopia relevari, quia ab initio fundationis ejusdem domus ibidem abbatia de benefactorum petitione fuerat statuenda, venerabili fratri nostro M. (Mauricio) Parisiensi episcopo concesserunt abbatiam in præscripta domo construere, ea conditione servata, ut quando-cumque contigerit abbatissam decedere, si vos, vel illa que volis successerint, in aliquam vestram acquiveritis convenire, abbatissam non abunde, sed de monasterio Hederæ regulariter eligatis, &c.* Ex hoc igitur patet instrumento restauratam quidem fuisse hanc abbatiam a Mauricio Parisiensi episcopo, at vero jam dudum conditam (beneficio reginæ Francie, uti verius opinantur, quam probant) evincunt hæc verba *gravi debitorum onere pressam, & cujus edificia minabantur ruinam*, quæ recentiori domui non conveniunt. Hoc quoque diploma erutum ex archivo Hederæ docet Giffi sororibus Hederensibus aliquandiu beneficias fuisse, quibus & grangiam Ununvillare, Omilliers, ad earum sustentationem in perpetuum contulerunt. Quinimo in diplomate Philippi Augusti dato 1190. regni XI. Hederensibus sanctimonialibus decem & octo annorum sextaria sibi a Ludovico VI. in molendino de Challiaco jure perpetuo tradita pro terra de Pratelto Hilluini, quam sui jure eisdem sanctimonialibus cœnobii Montis Martyrum sororibus, ejusdem Ludovici rogatu, donaverant, dedisse postmodum sororibus de Gif in separatione sua memorantur. Quod quidem haud obscure innuit sorores de Gif aliquando apud Hederam domicilium habuisse, dum scilicet earum cœnobium restaurabatur. Ceterum extat in archivis beatæ Mariæ de Saliceto, de la Saussaye, charta Ludovici VII. data Aurelianis an. 1161. qua decimanæ totius vini quod Parisiis transiens pro rege & regina in cellarium regium adveniret, induiget, partem scilicet pro infirmis de Salcia, & partem pro monialibus de Givo.

## SERIES ABBATISSARUM.

I. EREMBURGIS, prima innotescit ex laudato Alexandri papæ III. scripto circa annum 1180.

II. C. anno 1203. quasdam decimas Odoni Parisiensi episcopo cessit, seu duas minutas decimæ Fontenai partes illi restituit.

III. Isabellis de Saint-Aubin fratrem habuisse legitur Philippum le Grenne de Saint-Aubin militem. Occurrit abbatissa 1280.

IV. Johanna I. de Saint-Mars anno 1356. die 6. Maii apocham dedit pro acceptis a Michæle de Saint-Germain regio quæstore triginta libris & undecim denariis pro decima vini suo monasterio debita in ædibus regis, ex charta authentica collectionis D. de Gagnereis.

Chart.  
LXXXIX.  
col. 74.

V. Yfena Vicini abbatissa constituta promisit A obedientiam ecclesie Parisiensi anno 1362. die Dominica post *Sanctus*.

VI. Beatrix d'Argenteuil reperitur 1370. & 1373. die 8. Martii, quo se libras septem Parisienses cum decem solidis, a quatore, qui reditus & vectigalia regis apud Parisios curabat, accepisse profutur, ex regno camera rationum. Memoratur adhuc 1378. die 24. Julii.

VII. Johanna II. d'Aunoy occurrit 1383. die ultima Novembris in charta authentica memorate collectionis. Adhuc preerat 1386.

VIII. Jacoba la Salvareffe 1415.

IX. Margareta I. Carouffy 1423.

X. Margareta II. la Picarde 1452.

XI. Johanna III. de Rauville 1455.

XII. Margareta III. Dorouer 1467.

XIII. Johanna IV. de Sully anno 1476. die Jovis 13. Februarii, hoc est 1477. promisit obedientiam episcopo & ecclesie Parisiensi.

XIV. Johanna V. de la Roue 1479.

XV. Florentia de Forge 1493.

XVI. Johanna VI. de Francieres 1506.

#### ABBATISSÆ TRIENNALES.

I. ANTONIA I. Auger vel Augier Calensis alumna reperitur abbatissa Giffi 1517. & postea Montis Marturum, ut infra videbitur.

II. Margareta I. de Saint-Benoift virgo Calensis Gisso preerat 1527. Obiit 1534. cum jam dudum ad aliam transfisset praefecturam.

III. Margareta II. Gouge 1529. & 1537. sub qua 1535. sanctimonialibus num. 33. vel 34. & tribus fratribus cum 15. aut 16. famulis contabatur domus.

IV. Helena Brulard monialis Calensis, erat abbatissa Giffi an. 1537. mense Octobri, 1540. & 1541. Private addicta vitae mortem oppetiit 1556.

V. Johanna Boullard 1543.

#### ABBATISSÆ TITULARES.

I. JOHANNA de Blosset monialis Piffiacensis sedit ab anno 1543. ad 1571. quo decessit die 13. Julii. Anno interim 1548. cum duabus ejusdem loci monialibus Maria de la Rosiere, & Magdalena Bouchet ob dissimulationem detenta legitur ab episcopo Parisiensi, in probationibus liberata ecclesie Gallicanae pag. 1175. Recensetur nihilominus anno 1560. die 6. Julii in charta authentica laudata collectionis. In ipsius epitaphium: *Cy gist reverende dame & mere en Dieu seur Jehanne de Blosset religieuse professe de Poissy par l'espace de xxviii. ans, & depuis abbesse de ceans l'espace de xxvii. ans & demi, laquelle deceda le xiiii. de Juillet mil v. lxxi. agee de lxx. ans. Priez Dieu pour son ame.*

II. Johanna II. de Carnazet monialis sancte Crucis Pictaviensis, Gisso praefecta 1571. obiit 1584. 23. Januarii, ex epitaphio sequenti: *Cy gist reverende dame seur Jeanne de Carnazet religieuse de S.<sup>te</sup> Croix de Poitiers, & 12. ans abbesse de l'abbaye de Notre-Dame de Giff, qui deceda le 23. Janvier 1584. Requiescat in pace.*

III. Antonia de la Beraudiere monialis Fontebrauldensis accitur ad regendum Giffum 1584. Postremum diem clausit 13. Octob. 1599. aetatis anno 55. sepulta in choro sub tumba, cum hoc epitaphio: *Cy gist reverende mere en Dieu seur Antoinette de la Beraudiere professe de Fontevraud par l'espace de xxv. & depuis abbesse de ceans l'espace de xv. ans, laquelle deceda le 13. d'Octobre 1599. agee de lv. ans. Priez pour son ame.*

IV. Francisca I. Micee de Guefpre sanctimonialis professa apud Paciacum, tum sub amita Susanna de Chambray abbatissa S. Remigii de Landis ord. sancti Benedicti in dioecesi Carnotensi alumna,

B renunciatur abbatissa Giffi an. 1600. Memoratur abbatissa beate Mariae in valle de Gif hoc anno 18. Septembris, 1603. die 22. Decemb. 1604. 9. Augulli cognominata de Micee de Guefpre, & 1609. 12. Dec. in chartis authenticis laudata collectionis. Insequenti 1610. transit ad abbatiam sancti Juliani de Prato in urbe Cenomansensi.

V. Magdalena I. de Montenay sanctimonialis professa S. Salvatoris Ebroicensis in Normannia per cessionem praecedentis in ejus gratiam, annuente rege, obtinuit abbatiam Giffi an. 1610. 19. Jan. Maxime tum laborabat domus, sive in spiritalibus, sive in temporalibus. Huic utriusque malo mederi studuit adjuva in primis quoad temporalia a barone de Villarceaux consanguineo, qui ingentes pecuniae summas mutuo dedit pro dissolvendo aere alieno, & equos ad excolendos agros, aliaque pecora ad accurandam rem familiarem campestrem necessaria illuc transmissit. Magnopere interim ad meliorem frugem revocare sanctimoniales exoptabat, idque suis tandem continuis precibus effectus anno 1619. quo ipsa duce totus conventus, quatuor exceptis monialibus, quae ad alia monasteria transmigrarunt, de quibus infra, libellum supplicem obtulit eminentissimo cardinali de Retz episcopo Parisiensi, ut sibi pro albo nigrum habitum ordini S. Benedicti congruentiorem assumere liceret. Eapropter hic praeful N. Billaud doctorem theologum ac primum in conventu Dominicanorum Parisiensium professorem tunc hujus abbatiae visitatorem delegavit, qui hanc adimplet provinciam, & cetera ad primævum spiritum statumque pristinum disciplinae revocandum spectantia secundum regulam sancti Benedicti, & statuta Stephani Poncher episcopi Parisiensis ordinaret. Id vero executioni demandatum est 21. Maii ejusdem anni 1619. quo sanctimoniales pro veste alba, quam pro more eorum temporum gerebant, nigram induerunt, insequentibus diebus intra

E monasterii claustra, sese perpetuo continendi, & omnia bona in commune reponendi, strictamque disciplinam observandi inposita felix necessitas est: quod haecsum magna cum cura & ferventi diligentia, a die 27. Decembris 1676. addita continua a carnibus abstinentia, retinetur. Denique Magdalena cum a reformato monasterio decem adhuc annis verbo & exemplo fororibus praevixeret, e vivis excessit 17. Aug. 1629. anno aetatis 57. Porro quatuor illae, de quibus supra, sanctimoniales, quae non habuere partem in oblato libello supplicii memorato, fuerunt Johanna de la Salle,

quæ parvum hospitale de *Chapelles* subtus Montem Aethericum anno 1609. obtinuerat gubernandum, & post aliquot annos ibidem decessit: Catharina Guy translata 1609. in conventum Filiarum Dei apud Parisios, & inde in abbatiam Gerfiaci, cujus priorissa ibidem 1624. ætatis anno 71. defuncta est: Martha Cofart translata quoque in abbatiam Gerfiaci rogatu Johanne de Puyvatan abbatissæ ibidem prioriffa occubuit 1634. anno ætatis 63. ac denique Catharina de Bussy translata ad monasterium Vallis gratiæ, tunc temporis extra Parisios, seu Vallis profundæ, ibidem aliquandiu commorata est, posteaque ad suum primarium reversa, inibi vitam absolvit.

VI. Magdalena II. de Mornay Villardeaux filia Ludovici domini de Villardeaux &c. ex Magdalena de Grouches, votis in hoc parthenone anno 1612. emissis in coadjutricem adsciscitur 1614. ætatis anno 18. Suam, dum vixit, abbatissam imitandi studiosa, nihil non egit ut disciplinam regularem promoveret: quin & annos 1626. & 1627. exegit in Portu regis apud Paris. ut ipsius modum reformationis addiceret; hinc ferventior in dies effecta, tantam sibi conciliavit exultationem, ut eam elegerit episcopus Parisiensis, quæ in abbatiam de Malanoa de consensu Catharinæ Vivier abbatissæ strictiorem disciplinam induceret. Moritur inter hæc Magdalena de Montenay: quare ad suum reversa monasterium, novo visu est succensa zelo erga sibi commissas oves, adeo ut fama ipsius volante, abbatissa de Pratellis ordinis S. Benedicti in Normannia ex familia Desche, odore virtutum ejus attracta ad illam accesserit edocenda rationem rite suam instituendi monasterium, quam cum duabus ejusdem loci fororibus Magdalena pro veste alba solemniter nigra donavit in choro. Anno 1635. Claudiam de Mornay forem & alumnam, jamque novitiarum magistram & priorissam in coadjutricem allegit; at hæc post biennium non plus carne, quam spiritu foror efflavit animam 24. Julii 1637. Magdalena vero abbatissa die 12. Septembris 1638. Sub hoc tempus tanta erat cenobii fama, ut plures ex eo sanctimonialia et alia ejusdem instituti fundanda monasteria prodierint, in quibus Magdalena de Montenay neptis abbatissæ cognominis, patre & matre fundatoribus prioratum ordinis S. Benedicti in urbe de *Pont-Tanche* diocesis Ebroicensis instituit anno 1636. sub titulo sancti Antonii, qua in re adjutricem habuit Martiam Cousin sanctimonialiam Giffi, & post illam 1639. Johannam Frontin, quæ post aliquot annos ad suam primariam reversa est domum. Martha vero Cousin socia primum Magdalene de Montenay in prædicto prioratu instituendo ibi mansit duos annos, quibus exactis, adiit possessionem hospitalis domus d'Elbeuf in Normannia, quam in prioratum conventualem ord. sancti Benedicti sub arciori disciplina convertit, transulitque postmodum in urbem Rotomagum sub vocabulo parvæ Vallis gratiæ, adjuncta maxime in sua administratione a Ludovica Renard sanctimoniali & Antonia Riquier conversâ Giffi, quarum ultima ibidem defuncta, & Ludovica ad suum reversa locum, Martha in eodem prioratu decessit anno 1656.

VII. Magdalena III. de Mornay Villardeaux filia Petri ex Anna Olivier de Leuille, Giffi alumna sub amita, ejusdem pietatis æmula, nominatur a rege abbatissa 1638. ætatis anno 21. Tam aliena fuit a cupiditate, ut plurimas in suo monasterio dote vel pensione destitutas, modo firmas in proposito vovendi cerneret, admiserit moniales. Ad eam accessit abbatissa Andecavorum ordinis sancti Benedicti in diocesi Catalaunensi, filia domini vicecomitis de Saint-Vincent, causâ discendi qua suum ratione gubernare monasterium deberet. Fato furgiur Magdalena celeberrimæ memoriæ antistita, foror abbatissæ sancti Quintini Bellovacensis 21. Octobris 1651. annos nata circiter 33. Sub illius præfectura, Francisca Coignet alumna Giffi hinc educitur anno 1643. aditura possessionem domus hospitalis de *Montfort l'Amaury* diocesis Carnotensis, quam in prioratum conventualem ordinis sancti Benedicti secundum Stephani Poncher episcopi Parisiensis constitutiones erexit.

VIII. Catharina Morant filia Thomæ libellorum supplicum magistris ex Johanna Cauchon prima conjuge, monialis beate Mariæ de Thesaurio in Normannia Cisterciensis ordinis, a rege nominata exeunte anno 1651. possessionem accepit 1652. Abdicavit in gratiam sequentis amente rege mense Julio 1654. seseque in Parisiense monasterium de Portu regis recepit.

IX. Francisca II. de Courtiz de Boyon hujus loci alumna & priorissa, cedente Catharina obtinuit abbatiam, cujus possessionem accepit idem mense Julio & anno 1654. Obiit die prima Novembris 1669. ætatis anno 63. spectata virtute conspicua, sed & maxime erga pauperes caritate, quorum levandæ inopie causa pedum argenteum vendidit.

X. Magdalena IV. Hurault de Cheverny ex alumna & priorissa Giffi regio diplomate renuntiatur abbatissa 12. Novembris 1669. quæ bullis munita pontificiis mense Junio anni 1670. dignitatis possessionem iniiit 13. Augusti ejusdem anni. Cessit anno 1675. 20. Aprilis; at nihilominus presuit ad primam diem Maii anni sequentis, donec scilicet ea, quæ sequitur, bullas accepisset. Vixit a cessione viginti duos annos, defuncta 1702. ætatis 83. Sub hæc tempora Anna le Blanc ortu Massiliensis, nupta nobili viro conterraneo suo, prima nuptiarum nocte votum servandæ castitatis una cum sponso emisit, a quo mox, utriusque consensu, separata Italiam petiit, ubi piis adjuncta matronis monasterium sanctæ Clare secundum primigenium ejusdem ordinis spiritum influere cogitavit, sed papa confirmare novum monasterium recusante, Parisios accessit, sollicita quæ religiosa domus vellet eam gratis admittere. Ex tribus oblati, Maloduno, Carnatis apud Pontisaram, & Gisso, hanc elegit, in qua omni virtutum genere exercitata spiritum Deo reddidit anno 1676.

XI. Anna Victoria de Clermont de Monglat alumna Giffi amite Magdalene præfecturam abdicansi regia scheda successit anno 1675. dignitatis affecta possessionem 7. Maii 1676. anno



ætatis circiter tricesimo; quam cum digne per decem & amplius annos gessisset, vite private desiderio dimisit in manibus regis. Obiit priorissa quatuordecim annis 1701.

XII. Anna Eleonora Maria de Bethune d'Orval filia Francisci comitis & postea ducis d'Orval equitis torquati, primi reginæ Annæ d'Autriche deductoris, &c. ex Anna de Harville de Palaifere secunda conjugæ, annum ætatis tertium agens, apud Regalem locum prope Compendium educanda sub oculis amite N. de Vaucelas hujus loci abbatissæ collocatur. Novitiatum ingressa post undecim annos, & insequenti religionem induta vestem, etsi ante probationis annum expletum amita ejus ad aliam translata fuisset abbatium, quam ut sequeretur haud pauca suadebant rationum momenta, mansit tamen ubi Deus illum in suis benedictionibus prævenerat, emisitque vota anno ætatis 16. intra manus novæ abbatissæ. Deinde vero inducta secedere in abbatiam sancti Petri Remensis, cujus soror abbatissa erat, inde post annos quinque, ætatis anno 29. cedente Anna Victoria de Clermont, & ipsi quodammodo eligendi quæ succederet, facta potestate, ad hanc abbatiam regendam accita est, rege nominante 14. Augusti 1686. cujus adit possessionem 28. Februarii 1687. Obiit 28. Novembris 1733. anno ætatis 76. professionis 60. & regiminis 47. Ceterum hæc una eademque est abbatissa, ex qua duas constat auctor historię genealogicæ magnatum Franciæ tomo quarto paginis 220. & 221. alteram nempe natam, inquit, parentibus Francisco duce d'Orval & Jacoba de Caumont prima conjugæ, alteram vero anonymam, filiam alterius conjugis Annæ de Harville, quam abbatissam superstitem facit anno 1728. Hæc autem ipsa est nostra, cujus obitus refertur tomo primo Mercurii Franciæ mense Decembris anni 1733. pagina 274. & elogium tomo Febr. 1734. pag. 203.

XIII. Maria Anna de Segur de Põnchat hujus parthenonis alumna die 2. Mart. 1719. designata coadjutrix, per obitum præcedentis facta est abbatissa, superstes anno 1740. modestiæ ac pietatis exemplar.

HIERNE.

E D E R A.

EDERA, seu Hedera nomen est vici & parthenonis ordinis sancti Benedicti in Bria, ad fluvium cognominem, quatuor fere supra Leuteciam leucis prope Grossum boscum. Cœnobii auctorem necrologium docet his verbis: *111. calendis Februarii obiit Eustachia venerabilis matrona, quæ fundavit ecclesiam Ederensem anno Domini 1132. & omnia fere ædificia monasterii suis propriis sumptibus ædificavit.* Non dissimulabo tamen Mabilionium nostrum, & D. de Gagneres tabularii domestici exploratores, post Claudium Malingre Antiqu. Paris. libro quarto pag. 68. laudare chartam anni M. CXXII. mense Augusto, qua Philippus Aniani & uxor Eremburgis huic loco suam de Mesnilio hospitiam tradunt cum appendicibus, & totam terram arabilem, quam tenebant de eadem abbatia & de canonicis Carnotensibus, & quintam partem pedegii de Broviaco, &c. Sed huic notæ chronice

detritum aliquid Mabilionio videtur, ita ut legendum putet M. CXXIII. Ceterum illa est Eustachia de Corbolio, quam assensu mariti Johannis de Stampis & Federici filii, ac Balduini de Corbolio generi, necnon Avelinæ filiz Stephanus episcopus Parisiensis significat quatuor jugera terræ desilisse sanctimonialibus ecclesiæ beatæ Mariæ Ederensis, ubi abbatia constructa est, ac præterea hujus ecclesiæ contulisse apud Locum sanctum duas partes decimæ, & apud Brayam tertiam partem decimarum, terram de Rariaco, quæ est a nemore Ardeno, sicut via Munaria dirigitur, ac Plessifium, quod emit de proprio suo, & super domum suam de Edera quinque solidos censuales, apud Villam abbatissæ medietatem decimæ cum patronatu ecclesiæ, & ad opus infirmariæ Ederensis quicquid habebat apud Cantum lupi. Ipsum tamen quoque Stephanum episcopum Parisiensem huic loco inprimis favisse probat ipsius charta tomo secundo hist. ecclesiæ Parisiensis pagina 151. nostra in appendice recusa: *Quam, inquit, abbatiam a fundamentis exfruximus, & sanctimoniales feminas certis constitutionibus maxima ex parte de ordine monachorum Cisterciensium, partim etiam de observantiis aliarum religionum collectis, consilio Hugonis Pontiacensis abbatissæ, necnon industria fratris nostri Willelmi, consilio etiam & voluntate Helduardis ejusdem ecclesiæ abbatissæ, totiusque conventus perpetuo adstrinximus. . . . Hoc etiam notum fieri volumus, quod eandem ecclesiam ab omni exactione temporalium, quantum ad nos & successores nostros spectat, liberam omnino & quietam fore concedimus, &c. Actum Incarnationis Domini anno M. CXXV. VIII.* Insuper adhuc circa id tempus Stephanus idem partem memoris, quod apud Moissiacum habebat, eidem ecclesiæ in perpetuum possidendam concessit. Jam vero post fundatum conventum biennio Ludovicus VI. rex terram de Amaro-bosco, *Merbois*, & olim *Amerbois*, quam Ludovicus buticularius & Adam nepos ejus, & Godefridus Silvestris tenebant, sanctimonialibus Ederæ liberam ab omni consuetudine largitus est anno 1134. regni XXXVII. concedente Ludovico Juniore filio in regem sublimato anno tertio. Eodem pro terra de Pratello Hilduini, quam sui juris Ederenses moniales sacris Montis Martyrum virginibus, consilio Ludovici VI. delectant, hic annonæ sextaria decem & octo in molendino suo de Chaliaco iisdem Ederensibus jure perpetuo donavit. *Actum Parisius publice anno Incarnati Verbi 1134. regni nostri XXXVII. concedente Ludovico Juniore filio nostro in regem sublimato anno tertio. Data per manum Stephani cancellarii.* Sed neque minus erga Ederenses liberalis fuit Ludovicus VII. solus jam, defuncto patre, rerum potitus anno 1138. quo huic cœnobio ejusdemque possessionibus omnimodam concessit libertatem. *Datum per manum Algrini cancellarii.* Idem anno sequenti Francorum rex & dux Aquitanorum nuncupatus significat Ansellum filium Johannis de Stampis desilisse huic ecclesiæ terram de Mansionello Ricuini, & quicquid ibi habebat, tam sedum, quam dominium, itemque Theodericum de Bovilla feodum suum, quod ab eodem Ansello hæc in terra tenebat, pari modo contulisse. Voluit ipse rex &

Chart.  
LXXIV  
col. 60.

\* Id est monachi, qui prior in literis Theobaldi Paris. episcopi vocatur.

*Spicil. 1.  
x. p. 647.*

*Ch. LXXVI.  
col. 62.*

*Spicil. 1. x.  
pag. 648.*

*Chert.  
LXXVI.  
col. 70.*

immobili lege constituit, ut panis, ait, qui ad curiam nostram & successorum nostrorum, quotiescumque Parisius fuerimus, deferretur, totus ex integro decimetur, atque eadem decima sanctimonialibus sanctæ Mariæ de Edera ob remedium animarum nostrarum in perpetuum præbeatur. Id etiam regibus posteris nostris denunciamus, quatinus hanc elemosinam nostram acceptam habeant, manu teneant, & in nullo inquam minui permittant. Actum Parisius publice anno Incarnati Verbi 1143. regni nostri v11. Datum per manum Cadurci cancellarii. Sub eodem cancellario prænominatus rex Ludovicus VII. huic ecclesiæ dedit apud Pomerofam in Hivelina tantum terræ, quantum unius carrucæ culturæ sufficiat; ac denique anno 1161 post obitum Theobaldi episcopi Parisiensis, cum episcopatus regalæ jure & capiceriæ reditus in manus regis devenissent, nolens rex oblationes & reditum altaris in usus regios assumere, pro sua & antecessorum regum Francie animabus, quidquid capiebat in capiceria ecclesiæ Parisiensis, vacante sede & episcopatu exsistente in manu regia, conventui fororum de Edera, quoties vacaverit episcopatus, donavit habendum usque ad ipsam diem, qua fieret episcopi electio; ita tamen, ut dum capiceriam tenerint moniales, ipsius & altaris tam de luminariis, quam de ceteris necessariis, sicut est consuetudo ecclesiæ, expensas faciant. Actum Parisius anno ab Incarnatione Domini 1161. Datum per manum Hugonis cancellarii & episcopi Sueffoniensis. Hoc autem instrumentum eo notatu dignius est, quod primum esse videatur, in quo fiat expresse juris regalæ mentio. Ita D. Fleury hist. eccles. tomo xv. pag. 64. Eo jure potita est abbatissa, vacante sede Parisiensi usque ad annum 1598. quo de illo pepigit cum B. Mariæ Parisiensis capitulo. Ad hæc constat ex pluribus instrumentis hoc in cœnobio præter sanctimoniales, aliquot etiam fuisse fratres tam sacerdotum, quam laicos, in claustris scilicet separato. Talis est charta Theobaldi Parisiensis episcopi anni 1143. Testes affuerunt Bernardus archidiaconus & Fr. Guillelmus de Stampis; & iterum absque nota temporis, testes Bernardus archidiaconus, & fratres abbatiæ Salomon sacerdos, & Petrus laicus, &c. Tales in primis chartæ plurimæ Mauricii episcopi Parisiensis, anni 1169. ubi frater Ogerus de Edera, & frater Odo testes nominantur ante Elisabeth priorissam de Edera; annorum 1172. & 1178. testes frater Ogerius, frater Odo, &c. an. 1182. testes Hamo capellanus, Odo conversus; an. 1186. testes frater Ogerus, frater Odo, frater Herveus, frater Gaurfridus, &c. Denique an. 1188. testes fratres Daniel, Nicolaus & Ph. Actum Cabrofiæ in claustris monachorum, &c. Tot vero ac tantis bonis hic episcopus Mauricius de Sully Ederensium monasterium auxit, ut Rigordus in historia Philippo Augusti ad annum 1196. eum appellet fundatorem & dotatorem hujus sancti loci. Vix adoleverat Ederensis ecclesiæ & tamen sic clarescebat, ut Petrus Silvanectensis episcopus de ecclesiâ S. Remigii sita in suburbio Silvanectensi a sanctimonialibus, quæ tam rebus, quam spiritu pauperem inibi vitam trahebant, requisitus, ut illam ad meliorem frugem revocaret, communicato cum discretis & religiosis

A viris consilio hanc Remigianam ecclesiâ cum omnibus ad eam pertinentibus Hederensium in perpetuum possidendam concesserit. *Signum Amalrici abbatis Carolioci, Baldvini abbatis sancti Vincentii, &c.* Deest nota temporis, sed utrumque colligitur ex altera Samsonis archiepiscopi Remensis inscripta Hildiardi Ederensium abbatissæ, qua monasterium beati Remigii situm in suburbio Silvanectensi, monasterio & juri ejus, sicut & ipse Petrus episcopus Silvanectensis concessit, eo tenore confirmat, ut monasterium sancti Remigii in subjectione abbatissæ Ederensium per omnia permaneat, & ordo ejusdem monasterii Ederensium in monasterio sancti Remigii sub prioratu a sanctimonialibus teneatur, & tam spiritalia, quam temporalia ad monasterium illud pertinentia per manum abbatissæ & prioris inibi constituta rationaliter disponantur, &c. Actum Remis anno Incarnati Verbi 1146. *indictione x. regnante gloriosissimo rege Ludovico nono decimo, archiepiscopatus autem domini Samsonis anno septimo. Drago cancellarius recognovit, scripsit & subscripsit.* Confirmatur & hæc subjectionis parthenonis sancti Remigii erga ecclesiâ Ederensem ex charta Garini Silvanectensis episcopi significantis sanctimoniales sancti Remigii Silvanectensis abbatissam de gremio Ederensium ecclesiæ communi assensu elegisse, abbatissam vero & conventum Ederensium benigne annuisse, ita tamen, ut si contigerit hanc sancti Remigii abbatissam cedere vel decedere, moniales sancti Remigii unam de gremio ecclesiæ suæ, si inter se concordare poterint, eligant & assumant; quod si discordare existerint, de gremio Ederensium ecclesiæ eligere & assumere teneantur. Hac in charta temporis nota desideratur, sed ultra annum 1230. quo Garinus episcopus obiit, differri non potest. Ceterum hæc S. Remigii abbatissa non amplius Ederensium subiecta est, & que primum in suburbio Silvanectensi posita erat, subinde in urbem translata est; ac denique sub Gregorio papa XV. ad dioccesim Sueffoniensem transmigravit. Abbatissarum Ederensium liabetur indiculus libro quarto Antiquitatum Parisiensium auctore Claudio Malingre historico regio pagina 71. sed mutilus, auctiorem damus, sed nec etiam numeris omnibus absolutum.

#### ABBATISSARUM SERIES.

**I.** HILDEARDIS, quæ & Hildiardiis & Odiardiis ex parthenone Vallis profundæ, qui nunc audit Vallis Gratæ anno 1138. prima in abbatissam Ederensem assumpta dicitur, que jam aliquot annis sub alio titulo rexerat, ut videtur. Sane hoc anno reperitur abbatissa in charta laudata Stephani Parisiensis episcopi, qui & anno incerto insignis domum ab Eustachia de Corbolio assensu mariti Johannis de Stampis, Federici filii, Baldvini de Corbolio generi & Avelinæ filiæ huic cœnobio factum confirmavit. Eisdem abbatissæ laudavit Henricus Senonensis archiepiscopus decem d'Amerbois anno 1139. Existat sub hoc tempus in tabulario Ederæ charta Afelini abbatis & conventus S. Petri Foslatensis tradentium certis conditionibus rogatu Stephani Parisiensis episcopi quibusdam sanctimonialibus feminis venientibus a loco,

*Ch. LXXVI.  
col. 60.*

loco, qui *Maisferias* nominatur, locum qui *ad Alzaria* dicitur. Numquid hic locus *Maisferias* ad locum Vallis profundæ accedit? Ut ut est, Hildeardis hac ætate Erenburgem filiam Hugonis de Valentonio sanctimonialiæ admisit, idemque præstitit duabus Odonis Briardi filiabus, Theobaldo existente Parisiensi episcopo, & vidente Eustachia Friderici matre, cœnobii fundatrice, quæ sepulta est in Hederensii ecclesia, ubi nuper ejus tumulus super quatuor columellas erectus vifebatur. Theobaldus vero Parisiensis præful anno 1142.

*lege* 1143. quasdam decimas in manu Stephani decessoris restituit, rogatu domnæ Hildeardis ejusdem loci abbatissæ, & fratris nostri W. prioris, ait Stephanus, Hederensii monasterio concessit. Huic etiam abbatissæ inscribuntur pontificia diploma, Innocentii II. anno 1141. & Eugenii III. 1146. quo anno Samson archiepiscopus Remensis Hildeardi abbatissæ & toti ejus conventui subjectum a Petro Silvanectensi episcopo monasterium S. Remigii in suburbio Silvanectensi confirmavit. Denique sub hoc tempus Manasses episcopus Aurelianensis ovium Domini sanctimonialium de Edera attendens humilitatem, de earum precibus & oratione confidens, decimam de Olonis villa, quam de suo feodo Balduinus de Corbolio tenebat, in spem retribuit æternæ concessit. De Hildearde necrologium sic habet: *Idibus Julii obiit Hildearde annos 25. nata electa, rexit 23. aunis.*

II. Clementia I. soror Hugonis Lupi præerat tempore Balduini abbatis S. Maglorii Parisiensis, qui quoddam molendinum sanctimonialibus de Edera concessit sub annuo censu trium solidorum &c. Testes Girelmus prior, abbatissa Clementia, Petronilla, Odolina, frater Odo, frater Ogerus, &c. Balduinus autem reg. bat 1157. nec amplius 1159. Hugo Senonensis archiepiscopus totam minutam decimam de Barberuvillis Clementiæ abbatissæ confirmavit anno 1163. præfulatus vicesimo tertio. Assensu ejusdem abbatissæ sanctimonialibus B. Remigii Silvanectensis vendiderunt Odoni le Pot sex jugera terræ apud sanctum Nicolaum sita, id attestante Henrico Silvanectensi episcopo, ex tabulario Silvanectensi excerpto per D. de Gagneres. Significat Mauricius episcopus Parisiensis Hugonem Lupum quandam vendidisse domum Willelmo Fufelier & Heclino de Porta sub annuo censu, quem postea idem Hugo ad religionem transfrens, pro remedio animæ suæ & pro affectu dilectionis erga sororem suam abbatissam de Edera huic cœnobio contulerit, anno 1171. episcopatus undecimo. Dedit quoque Hugo Lupus forori suæ Clementiæ centum solid. quos in censu D. regis annuatim habebat, anno 1173. idque frater eorum Guido buticularius regis laudavit. Guido Senonensis archiepiscopus quæ Hugo antecessor Clementiæ abbatissæ laudaverat, iterum ejusdem precibus confirmavit anno 1177. pontificatus primo. Cum Petro de Cantu lupi Clementia pepigit anno sequenti super decima memoris monialium, quæ sanctimonialibus cessit. *Obiit calendis Maii, quæ in anno 19. electa gubernavit 26. aunis, ex necrologio.*

III. Eva in rescripto Alexandri papæ III. ad *Tomus VII.*

A Erenburgensem Gissi abbatissam circa 1177. laudatur benefica in hanc & ipsius fores. Anno 1182. donum unam ad portam Parisensem statim a Ricardo Villano sub annuo censu quinquaginta solidorum venditam pretio 25. librarum Parisiensium Evam Ederæ abbatissam de suo proprio comparasse & statuisse, ut ejusdem proventus in integrum sanctimonialibus cederent in usus pelliciarum testatur & laudat Mauricius episcopus Parisiensis, statuens ut si quis piaz huic institutioni contraire tentaret, eadem ecclesia tam a pulsanis campanis, quam a divinis officiis celebrandis cessaret. Testes post alios Hamo capellanus, Odo

B conversus. *Actum coram nobis Parisius anno 1182. episcopatus nostri XXXI.* Mense Jan. anni 1200. Odo episc. Parisiensis nonam decimæ de Gragi partem sibi a Simone de Gragi & Regina ipsius conjuge derelictam tradidit ecclesiæ monialium de Edera per manum Evæ abbatissæ. Simon dominus Montisfortis assensu Adelidis uxoris & liberorum Amaurici & Guidonis statuit anno 1207. ut annuatim Ederensii ecclesiæ sexaginta solidi Parisiensis censuales apud Gomez redderentur per manum ejus præpositi inibi constituti, in cujus doni compensationem Eva abbatissa & conventus Simoni domum suam, quæ Pomeria dicitur, tradiderunt. Denique Eva abbatissa & conventus de

C Edera molendinum suum de Gaceran pro sex modis siliginis ad mensuram Sparnonensem anno 1209. Mainerio de Gaceran militi possidendum dimiserunt. Circa id tempus octogenarium numerum monialium, seu etiam conversarum hoc in parthone de consilio & assensu Philippi Francorum regis & episcopi Parisiensis statutum huic dilectus ex epistola 44. Innocentii papa III. hanc institutionem ratam habentis calendis Aprilis anno pontificatus undecimo. Commemoratur Eva in necrologio his verbis: *111. idus Martii obiit Eva tertio Hederensii abbatissa, quæ annos 34. nata electa est & gubernavit 30. aunis.* Cum vero jam dudum obiisset Eva, Rogerus Pica dominus de Villapicla legavit in perpetuum abbatia de Edera pro salute animæ suæ & Adeluæ uxoris defunctæ, & Evæ abbatissæ defunctæ septem libras Parisiensis in portu suo de Conflans, ea lege ut abbatia de Edera debeat tenere ac stabilire quartum presbyterum, qui quotidie missam celebret pro cunctis fidelibus defunctis, & nominatim pro animabus dictorum Rogeri, Adeluæ & Evæ abbatissæ. Quod Lupus Rogeri filius confirmat. Et ego Hugo Lupus rogatu, inquit, Guidonis fratris mei, qui de me tenet terram suam, in qua hoc legatum stabilitur, quoniam sigillum non habebat, sigilli mei munimine seci roborati. *Actum anno Domini 1234. mense Aprilii.*

D IV. Eustachia I. occurrit abbatissa an. 1213. quo Johannes abbas sancti Germani a Pratis & conventus scripto testantur, Eustachiam abbatissam & conventum ecclesiæ sanctæ Mariæ de Edera dedisse Hugoni Rogeri de Villanova, & Johanni filio Roberti sextam partem quam habebant in portu Villenovæ, quamque a cœnobio Sangermanensi tenebant sub annuo censu trium solidorum, vel, ut alibi legitimus, undecim solidorum &

quatuor denariorum, salvo ejusdem abbatissæ & A conventus possessione. Hæc est haud dubie E. abbatissa de Edera, quæ hominibus de Grenvilla *hospitas* apud Bonum locum anno 1225. concessit; ac proinde sub ejus præfectura Amalricus dux Narbonensis, comes Tolosæ & dominus Montisfortis ballivus suis de Monteforti & de Sparnon mandavit, ut sanctimonialis de Edera ab omni injuria & gravamine pro viribus defenderent, & si decimas de Pomeria, de quibus eas trahit in causum abbas sancti Maglorii Parisiensis, de jure amiserint, ipsi quantum amiserint, de blado nostro, inquit, in annis redditibus assignarent, & si arpentum terra eisdem non est assignatum, sicut per suas litteras carissimus pater noster inclita recordationis præcepit, illud penitus assignetis eisdem. Datum in obsequio Tolosæ anno Domini 1219. Rexisse Eustachia legitur in necrologio annis 17. ubi notatur quarta abbatissa pridie calendas Martii.

V. Avelina reperitur annis 1237. & 1241. die Sabbati proxima ante Ramos Palmarum. Hæc est A. abbatissa Ederensis, quæ anno 1248. vendidit capitulo Maglunensi domum sitam in claustrum canonicorum. De ea sic habet necrologium: *1v. calendas Octobris obiit Avelina V. abbatissa, quæ 18. annis rexit.*

VI. Ermengardis solum innotescit ex necrologio, ubi sic habetur: *Pridie nonas Aprilis obiit Ermengardis abbatissa sexta: undecim annis administravit.*

VII. Eustachia II. laudata in necrologio Ederensis abbatissa septima, ibidem cœnobium annis quinque legitur gubernasse, cui plurima interim bona contulerit, pro quibus anniversarium eidem constitutum. Hæc est fortasse Eustachia, cujus in gratiam solummodo tunc sanctimonialis de Edera anno 1213. Agnes domina de Andefello mater ejus cœnobio dedit in perpetuum elemosynam sexaginta solidos Parisiensis monetæ, ex quibus amodo in perpetuum viginti solidos ipsum cœnobium possideret, & Eustachia quamdiu viveret, alios quadraginta, qui post decessum ejus ad cœnobium revertentur. *Actum anno 1213. mense Aprilis, præfulatus Petri episcopi Parisiensis anno quinto.* Huic adhuc solum moniali eadem Agnes viginti solidos tradit in augmentum redditus ejus quoad vixerit, laudantibus Johanne de Andefello & Auberto filii Agnetis, & Anselmo de Garlanda ejus nepote, in cujus feodo dicti redditus siti erant, nempe in villa de Cons, anno Domini 1224.

VIII. Isabellus I. anno 1260. mense Decemb. cum ecclesiæ suæ hominibus paciscitur, ex tabulario Campaniæ. Sex annis rexit ex necrologio, ubi notatur obitus ejus XII. vel XIII. calendas Maii.

IX. Margareta I. compositionem inivit cum capitulo ecclesiæ Parisiensis pro portione decimæ de Braia, quam obtinebant canonici ex donatione bonæ memoriæ Radulphi de Capricio episcopi Ebroicensis, litteris datis mense Februarii anni 1273. ex codice magni Pastoralis ecclesiæ Parisiensis. Constat in necrologio v. nonas Martii octava Ederensis abbatissa, quæ septem annis administravit. Nona dici debuit, altera haud dubie omissa.

X. Johanna I. annis sex & duobus circiter mensibus rexisse memoratur in necrologio ad diem XIV. calendas Maii.

XI. Agnes I. fedit ex necrologio annis novemdecim, ubi mortua dicitur XI. calendas Maii.

XII. Margareta II. reperitur anno 1291. in chartulario sancti Dionysii tomo primo pag. 343. testante D. Stephanotio nostro.

XIII. Elisabeth I. præfuisse dicitur annis undecim.

XIV. Margareta III. de Courtenay filia Johannis II. domini d'Hiere ex Isabella de Corbeil rexit abbatissa duodecim annis & quinque mensibus, defuncta 1312. Ita, omisso ipsius genere, catalogus Claudii Malingre loco citato, quam auctor historiæ genealog. magnatum Franciæ tomo primo pagina 518. mortuam scribit die 7. Junii 1312. postquam uno tantum anno, tribus mensibus & sex diebus præfuisse; cui ultra assenserim, vix enim tot anni regiminis huic abbatissæ tribuisset præcedentibus attribui conciliari possum.

XV. Agnes II. procuratores constituit, qui peterent & reciperent decimam aut valorem decimæ panis delati ad curiam regis, quoties Parisiis commoratur. *Datum 1312. die Veneris post Purificationem B. Mariæ.*

XVI. Clementia II. soror Petri de Gressibus Autissiodorensis episcopi memoratur in necrologio vi. idus Junii.

XVII. Elisabeth II. seu Isabellis de Versailles exactis in præfectura sex annis mortem oppetiit 1338. xv. calendas Augusti.

XVIII. Agnes III. decem annis gubernavit ex necrologio ad III. nonas Februarii.

XIX. Agnes IV. de la Charterrette, al. de Chartreze ita memoratur in necrologio: *xii. calendas Augusti obiit Agnes de Charterrete, quæ rexit decem annis & novem mensibus, die Mercurii\* in vigilia sanctæ Magdalena 1360.*

D XX. Petronilla de Machello, de Machau, promisit obedientiam episcopo & ecclesiæ Parisiensis 1360. in vigilia S. Bartholomæi. De ea sic habet necrologium: *111. calendas Aprilis obiit Petronilla de Machau, 33. annis & octo mensibus rexit.*

XXI. Margareta III. obiit vi. idus Octobris, quæ 23. annos rexit ex necrologio.

XXII. Margareta IV. de Quercubus defuncta est viii. calendas Novembris, quæ fedit annis 12. & quinque mensibus, ex necrologio.

XXIII. Margareta V. obiit ix. cal. Jan. quæ rexit tribus annis & octo mensibus, ex necrologio.

XXIV. Margareta VI. de Montaglant tribus tantum hebdomadibus præfuit.

XXV. Huguetta de Chacy tribus annis regimen tenuisse dicitur, cujus certe anno 1447. die prima Decembris habentur litteræ de summa duodecim librarum Parisiensium annui & perpetui redditus, ratione foundationis, seu donationis Ederensis monasterii ab abbate & conventu sancti Germani a Pratis debita, & per ipsam abbatissam, seu certum ejus mandatum annuatim recipi solita a pitancario dicti sancti Germani monasterii, dum hic census recipit in Villa nova sancti Georgii & in Valentone, prout hæc & alia in litteris sub sigillo

Summarh.  
Tom. 2. vet.  
Gall. Christ.  
pag. 175.

\*vig. Martii.

curie Castellæ Parisiensis super hoc consecutus, & A contra dictos abbatem & conventum impetratis an. 1440. die Sabbati 7. Januarii, hoc est 1441. latius continentur.

XXVI. Margareta VII. de Guaculs septem annis administravit.

XXVII. Guillelma I. le Camus e Calensi cenobio assumta, rexit annis octo, defuncta 10. Aprilis anno 1459. uti docet ipsius epitaphium.

XXVIII. Johanna II. de Rauville obiit XI. calendas Januarii, quæ rexit annis 30. ex necrol.

XXIX. Johanna III. Allegrin promisit obedientiam episcopo & ecclesie Parisiensis 1488. die 18. Februarii. Memoratur anno sequenti die 26. B Decembris in charta authentica collectionis D. de Gagneres. Post belli calamitates domum instauravit; de qua sic habet necrologium: *IV. nonas Maii 1513. obiit Johanna Algrini e monialia sancti Antonii de Campis electa abbatissa a summo pontifice. Rexit 26. annos.*

XXX. Guillelma II. Allegrin fedit duobus annis; inde abbatissa Malznoæ 1520.

#### ABBATISSÆ TRIENNALES.

I. **M**ARIA I. de Savoisy prima cenobii reformatrix & abbatissa triennalis, rexit per annos sex.

II. Maria II. d'Estouteville filia Caroli domini de Villebon ex Helena de Beauvau, soror Magdalene abbatissæ sancti Salvatoris Ebroicensis, rexit abbatissa Elerensis triennalis quatuordecim annis. Constat illam hujusce domus alteram quasi fundatricem existitisse, cujus omnia pene loca renovavit, uti ejus insignia produunt. Ipsius gratia & auctoritate conventus obtinuit, ut pro decima regi debita octo duntaxat solveret libras; eademque, ut videtur, fatagente, pro decima panis, qui deferabatur ad curiam regis, dum Parisiis, aut in locis una leuca vicinis degeret, olim, ut diximus, indulta monialibus, quotidianæ quindecim libræ Turonenses, quoadiu inibi rex commoraretur, assignatæ sunt. Obiit Maria XI. Januarii 1537. die Veneris, hoc est 1538. cum eximie sanctitatis fama, cujus idcirco meminit Andreas du Saultay in supplemento martyrologii Gallicani ad diem 10. Januarii. Ejus tempore *VI. idus Junii obiit soror Ludovica de la Baume coadjutrix pro reformatione hujus conventus facienda anno 1531. ex necrologio. Exstat vero in probationibus libertatum ecclesie Gallicanæ pag. 1219. ea de reformatione senatus Parisiensis edictum die 7. Septembris anni 1524.*

III. Margareta le Grand post tres annos regiminis defuncta legitur 1544. die 6. Januarii, de qua posttridie necrologium his verbis: *VII. idus Januarii obiit pia recordationis soror Margareta le Grand, qua divina providentia tribus annis hujus domus fuit abbatissa, & septemdecim annis priorissa, & una quo primo acceptaverat reformationem sub voto clausurae anno Domini 1543.*

IV. Anna de Rainville rexit annis tribus cum dimidio.

V. Stephana de Guaigny mensibus octo gubernavit.

VI. Maria de Piffleu præfuit annis duodecim. *Tomus VII.*

#### ABBATISSÆ TITULARES ex regia nominatione.

I. **A**NTONIA de Luxembourg Caroli comitis de Brienne Picardie progubernatoris ex Carola d'Estouteville filia, & soror Mariæ abbatissæ beate Mariæ Trecentis, reperitur abbatissa Ederæ 1557. mense Aprilii, 1560. 17. Junii, & 1562. 26. Decembris in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Ipsius ita meminit necrologium: *Antonia de Luxembourg abbatissa obiit ultima mensis Septembris 1603. ætatis anno 78, qua per annos 55. abbatissa Ederensæ monasterium etiam inter bella civilia, qua passim per Galliam grassabantur, pie & laudabiliter rexit. Hujus tumbe lapidex in choro primum, nunc in ecclesia exteriori positæ adjecta est tabula marmorea nigri coloris, oblonga circiter duos pedes, in qua sic legitur:*

*D. O. M.*

*Antoniz a Luxemburgo Caroli, F. Antonii in imperiali Augusta Romandorum ducum familia clara, clariori sanctitate, qua postquam florebat adhuc ætate renunçasset seculo, ut Christo serviret, & quinquaginta quinque annis officio assiduo huic monasterio sanctissimis ab ea institutis reformato præfuisse, devotæque mente erga Deum, liberalitate in pauperes, benignitate in omnes, morum sinceritate, veteris & illustrius gentis decus auxisset, tandem senio confecta reversa est ad Dominum. Francisca a Luxemburgo Pinax ministerii illius hæres patrona bene de se, bene de hac domo merita hoc amoris & observantie monumentum M. P. Vixit annos LXXVIII. A. 1603. D. Septembris ultima obiit.*

II. Catharina Alfonso de Ursinis filia Christophori baronis de Trainel, domini de la Chapelle &c. ex Magdalena de Luxembourg nepte Antoniz superioris, regebat anno 1612. Vivere desit 29. Dec. 1636. cujus tumbe lapidex in choro D primum, nunc in ecclesia exteriori prope tumbam Antoniz præcedentis adjecta est tabula marmorea nigra cum hac inscriptione:

*D. O. M.*

*Eternæque memoria.*

*Catharina Alfonso de Ursinis Luxemburgica, qua altam utriusque stemmatis nobilitatem præclaris virtutum insigniis longe superans, hunc parthenonem annis circiter XXXIII. eximia pietate, singulari prudentia, admirabili modestia, raroque admodum mansuetudine gubernavit, eamque de squalida nitidam, de inculta florentem, perenni religionis ardore succensa reddidit: demum, cum adhuc majora, augendo domus Dei decorem, tam circa mores, quam muros meditaretur, iis potius fracta curis, quam annis confecta, spiritum æterna sentientem ad Christum vitam fontem piissimo essatu remisit in ipsiis puerpera Virginis (quam religiosissimo affectu semper coluerat) feris, ætatis suæ anno LXIV. salutis partæ M. DC. XXXVI. IV. calendas Januarii.*

*Credo, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.*

*Jesu fili David miserere mei.*

*Amen.*

Q q ij

*Evang. S.  
Johan. c. XI.  
v. 27.  
Marc. x.  
47. 48.*

III. Clara Diana d'Angennes de Rambouillet filia Caroli marchionis de Rambouillet regiorum ordinum equitis, ex Catharina de Vivonne, foror Isabella Ludovicæ d'Angennes de Rambouillet, seu Ludovicæ Elisabethæ, quæ ex alumna hujus parthenonis facta S. Stephani Remensis abbatissa obiit 1707. 14. Januarii, regiminis anno 53. ætatis 90. antea Pontis dominarum ab an. 1628. sanctimonialis, Ederensi cœnobio præerat anno 1636. & adhuc 1652. Obiisse legitur die 19. mensis Martii anno 1669. tomo secundo historię genealogicæ magnatum Franciæ pag. 427.

IV. Catharina Carola d'Angennes forori successit eodem anno 1669. die 29. Julii. Mortua est 20. Maii 1691. ætatis anno 69. & professionis 53. tomo secundo historię genealogicæ magnatum Franciæ pagina 427.

V. Susanna de Crussol d'Ulez filia Francisci ducis d'Ulez regiorum ordinum equitis ex Margareta d'Apchier secunda conjuge, alumna hujus monasterii inater ejusdem effecta est die 6. Nov. 1691. Abdicavit 1709. uti habetur tomo tertio historię genealogicæ magnatum Franciæ pagina 772. Tum in Portum regium Parisiensem abcessit & inde in parthenonem Pretiosi sanguinis in eadem urbe, ubi decessit 12. Januarii 1730. ætatis anno 73. professionis 51.

VI. Maria Teresa Desmarest filia Nicolai regii ærarii inspectoris, regni administri, ex Magdalena de Bechamel, & foror domini de Maillebois regiorum ordinum equitis ac Petri abbatis sancti Benigni Divionensis & sancti Nicolai de Nemore, ex alumna Montis Martyrum Ederam beneficio regis suscepti regendam 14. Aug. 1709. Adhuc præest exemplo magis, quam imperio.

MONT-  
MARTYR.

### MONS MARTYRUM.

**P**ercelebris est in toto Francorum imperio Mons Martyrum prope Luteciam Parisiorum, sic dictus a martyrio sancti Dionysii primi Parisiorum episcopi & sociorum ejus Rustici & Eleutherii, quod ibi perulisse, & ut verisimile est, plurimos alios christianos, qui delitecebant in cryptis, fama est. Hic autem locus devenerat in potestatem laicorum, quando *vir quidam egregius & miles strenuus, Paganus appellatus, a baptisimo comitissa nuncupata, ecclesiam, quæ sita est in hujus montis cacumine, altare videlicet & capsam, sepulcrum, & tantum atrii, ubi fierent officina fratrum, decima tertiam partem, & tertiam partem hospitum, terræque medietatem curaçæ ad possidendum ecclesiæ sancti Martini de Campis contulerunt.* Actum publice in eadem sancti Martini basilica, & super sacrosanctum altare donum est positum a memoratis Pagano Walterio & Hodierna conjugibus anno 1096. indictione iv. Nulla tamen suppetunt argumenta ibi aliquando fuisse conventum monachorum. Hujusce donationis chartam ex historia edita sancti Martini de Campis pag. 317. auctore D. Marrier ejusdem loci monacho erutam damus in appendice, ubi & alteram reperies de minore sita in colle ejusdem Montis Martyrum ecclesia, quam vulgus appellat *Sanctum Martyrum*, quæ sub

Ch. XLVI.  
& XLVII.  
coll. 39. &  
40.

hoc tempus a potestate laicorum hominum in jus transit Campenium monachorum, *Ursone priore, qui assensu seniorum, & rogatu laicorum totam, quæ in eam afferretur, oblationem Bernardo laico in vita concessit ad censum decem solidorum, &c.* Cum vero non ita multo post pius rex Ludovicus VI. cognomento Crassus prece & consilio Adelaidis uxoris istam Montis Martyrum ecclesiam in puellarum ac virginum cœtum convertere in votis haberet, nec tamen Campensibus monachis quidpiam vellet ex fidelium largitione imminui, sed augeri potius, in compensationem, seu commutationem ejusdem Montis Martyrum ecclesiæ, & ejus, quæ ad radicem erat, capelle sibi traditarum anno 1133. a Theobaldo priore sancti Martini, cum assensu Petri Venerabilis Cluniacensis abbatis, ecclesiam sancti Dionysii de Carcere apud Parisios, quæ tum ad manus regis redacta erat, iisdem monachis munificentissime largitus est anno 1134. Hæc sunt initia celebrissimi virginum Benedictinarum ætioris disciplinae monasterii, quod mox idem rex a se constructum anno eodem 1134. novis donationibus cumulavit, quarum una fuit lignorum usus in bosco Vincennarum, quem cum postea Philippus Augustus venationi destinasset, compensationis gratia domum concessit in pago de Ruvery. Anno 1147. Eugenius papa III. die sancto Pasche apud sanctum Dionysium celebrato, feria secunda insequenti ad monasterium Montis Martyrum se contulit novam sacri illius loci basilicam in summo monte positam consecraturus; tum sacra missarum solemnia in ea celebravit, cui duo præstantissima illius temporis lumina Bernardus abbas Clarevalensis, & Venerabilis Petrus Cluniacensis abbas, alter diaconi, subdiaconi alter officium exhibuisse perhibentur. Ecclesia hæc duas habet partes: una, quæ infimam navis regionem occupabat, & erat parochialis, dedicata fuit in honorem be-

Ch. LXIX.  
coll. 55.

**D**istimæ Dei genitricis & sancti Dionysii episcopi & martyris; altera, quæ superiorem navis partem & absidem continebat, eratque sanctimonialium propria, sancto Petro apostolo sacra fuit. Exstat quoque in ejusdem montis dejectu sacra beatis martyribus Dionysio & sociis ejus adicula, cujus altare majus idem pontifex calendis Junii dedicavit, ut ipse testatur in bulla data Meldis idibus Jun. qua iis, qui hæc ecclesiam in anniversaria ejus dedicationis die inviserent, aut aliquid de suis facultatibus largirentur sanctimonialibus, multorum dierum indulgentiam concedit. Sub ea vero adicula, quæ hodie principalis est monasterii ecclesia, visitur profundissima specus, in qua sanctus Dionysius tempore persecutionis sacra fecisse traditur. Hujus sancti loci tanto captus amore fertur sanctus Bernardus, ut suam illi tunicam argento contextam reliquerit, quæ inibi tandiu reverenter asseverata fuit, donec sub Catharina de Clermont abbatisa incendio perit an. 1559. Non ita pridem sanctimonialium cœtus duas in turmas distinctus erat, quarum una in superiori ecclesia, altera in inferiori divina officia celebrabat: at nuper utraque turma in inferiorem ecclesiam se recepit, relicta superiori in usus parochianorum. Ceterum viget

Annal. nov.  
6. P. 47.

Hist. Paris.  
2. P. 63.

Annal. 1. 6.  
P. 249.

hactenus in hac sancta domo disciplina regularis, A  
& quidem strictior, quam aliquando labefactam  
Maria de Beauvillier abbatissa restituit. Dicendum  
supereft de abbatiffis, quarum catalogus cum histo-  
ria monasterii ad calcem tonci fecundi Yezepiani  
novæ editionis Gallicæ editus est.

SERIES ABBATISSARUM.

I. **A**DELAIS ex Remensi parthenone sancti  
Petri assumta est, cujus obitus dies nonis  
Aprilis notatur in necrologio sancti Dionysii apud  
Remos, his verbis: *Obiit Adelais prima abbatissa  
Montis Martyrum, monialis sancti Petri.* Omittitur  
in novo abbatissarum catalogo mox laudato, ubi  
primus locus datur Christinæ, quæ sequitur.

II. **C**hristina de Courtebrone, seu Christiana,  
hoc ultimo nomine donatur in litteris summorum  
pontificum Innocentii II. calendis Octobris indi-  
ctione xv. anno 1137. pontificatus septimo cœ-  
nobii fundationem confirmantis, Lucii II. idibus  
Aprilis indictione vii. pontificatus anno primo,  
Christi 1144. Eugenii III. septimo idus Junii in-  
dictione x. anno 1147. pontificatus tertio. Chri-  
stina vero nuncupatur in instrumento Eustachii  
domini de Courtebrone fratris & sororum ejus  
Cecilie & Hildeburgis, quo nonnulla prædia huic  
parthenoni a se in gratiam Christianæ abbatissæ fo-  
roris sue concessa, a conventu recipiunt ad censum  
anno 1147.

III. **A**dela, quam secundam Montis Martyrum  
abbatissam vulgati catalogi appellant, ipsa est A.  
abbatissa, cujus exstat in archivo ejus loci vetus  
instrumentum, quo plateam quandam Paris. cedit  
&c. an. 1154. Sub ejusdem præfectura hoc anno  
sepulchuram illic accepit memorata Ludovici VI.  
regis fundatoris conjux Adelaïs, quæ mortuo rege  
nupta Matthæo I. de Montemorenciaco comiti  
stabuli Franciæ, uno postquam & hoc defuncto  
illuc se receperat anno 1154. mortem oppetiit.  
Adela vero abbatissa bullam tuitionis obtinuit ab  
Alexandro III. datam Senonis sexto calendis Febr.  
indictione x. anno 1163. pontificatus quinto.  
Vitam & regimen ultra annum 1174. produxisse  
dicitur.

IV. **E**lisabeth reperitur 1179. & 1182. quo  
anno cum rege Philippo Augusto nonnulla com-  
mutavit, ex regefto 31. regii thesauri. Ea sedente,  
in quadam charta memorantur testes Henricus  
presbyter, Salomon & Mauricius capellani, cum  
Guillelmo & Pagano monachis. Circa id tem-  
pus Constantia comitissa Tolosana dedit cxi. v.  
libras equitibus sancti Johannis Jerosolymitani ad  
fundandum & instituendum in capella Martyrum  
sub annuo centum solidorum reditu capellanum,  
qui preces Deo funderet pro animabus regis &  
reginæ parentum, & fratris Ludovici Junioris re-  
gis; utque prædicam summam fundaret & con-  
stitueret, domum in Magno ponte, qui nunc dicitur  
*Pont aux Change*, comparavit eo pacto, ut post  
obitum Constantiæ institutio capellani ad abbatissam  
pertineret: quod Mauricius de Sully episcopus  
Parisiensis ratum habuit anno 1181. Eadem Con-  
stantia datis centum libris & annui reditus viginti  
solidis die S. Laurentii ad refectionem conventus,

terram de Chaumontel, ad quam Deo & sibi va-  
catura confugeret, accepit ab Elisabeth abbatissa,  
hoc in primis pacto, ut pro filio Guillelmo con-  
ventus anniversarium celebraret, illicque capella-  
num instituere, cujus nominatio post ipsius mortem  
ad abbatissam spectaret. *Actum præsentibus Beatrice,  
& ex monialibus Matilda priorissa, Rocalina sub-  
priorissa, Sibilla & Clementia;* idque probavit Hen-  
ricus episcopus Silvanectensis. Obtinuit Eligibeth  
diploma pontificum post Innocentio III. datum  
anno 1199. Eodem exstat elocationis censualis  
charta, cui subscribitur priorissa, &c. nulla mona-  
chorum facta mentione. Cessit e vita Elisabeth  
tertio nonas Januarii, ex antiquo sancti Dionysii  
necrologio.

V. **H**elisenfis I. occurrit 1218. & 1231. quo  
anno mense Martio statutum edidit, quo singulis  
monialibus ad ocreas comparandas darentur tres  
solidi in festo Omnium sanctorum. Vide Jacobum  
Dubreuil in Antiquitatibus Parisiensibus ad vocem  
*Botte* tit. de sancto Martino.

VI. **P**etronilla memoratur anno 1239.

VII. **A**gnes I. reperitur anno 1247. Septimo  
post anno 1254. Innocentius papa IV. conventum  
exoneravit a suscipiendis monialibus vi litterarum  
apostolicarum aut sedis apostolicæ legatorum,  
nisi specialiter huic privilegio derogationem  
præ se ferrent.

VIII. **E**melina 1260.

IX. **H**elisenfis II. legitur abbatissa anno 1260.  
mense Junio; cujus, aut Helisenfis primæ habetur  
memoria xv. cal. Aprilis in calendario Calensi.

X. **M**athildis du Fresnoy 1270. obiit 1280.  
mense Januario; quo anno sanctimoniales faculta-  
tem eligendæ abbatissæ postularunt a rege, ex the-  
sauro chartarum. Epitaphium habet Mathildis  
ante majus altare.

XI. **A**lips, habita prius eligendi facultate oc-  
currit abbatissa 1280. & 1284. quo anno decessit  
prima die Quadragesimæ. Ejus epitaphium legitur  
ante principem aram. Eodem anno petierunt a  
rege sanctimoniales, ut sibi abbatissam eligere lice-  
ret, ex thesauro chartarum.

XII. **A**dalina d'Aucilly anno 1285. acquisita  
bona recensuit regi. Sub idem tempus duas domos  
in platea nova sancti Mederici apud Parisios dimisit  
pro viduarum suarum congregatione instituenda. Ex  
inscriptione ipsius tumbe, quam dicunt lectu diffi-  
cilem, Adelinam obiisse voluit anno 1300.  
Cesserat ergo uno saltem ante obitum anno; nam

XIII. **P**hilippa sedebat anno 1299. ex schedis  
viri clarissimi D. de Clairembault.

XIV. **A**da de Mincy factam anno 1305.  
alterius capellani pro superiore capella fundationem,  
primo capellam subterraneam administrante,  
ratam habuit anno 1306. die Dominica *Quasi-  
modo*, ea lege, ut si quando vellet abbatissa pri-  
oratum in capella Martyrum exstruere, duo capel-  
lani suis ædibus cederent, aliis acceptis. Anno  
1309. mense Februario morienti Margareta de  
Mincy ter viduæ religionis habitum dedit, ut  
liquet ex ejusdem Margareta epitaphio. Obiit Ada  
die sancti Cosmæ 1317. condita sub tumba ante  
majus altare.

XV. Johanna I. de Repentino, *de Repenti*, A occurrit abbatissa 1317. & 1320. quo anno Dominica post Ascensionem civis Parisini, qui peregrinationem ad sanctam Mariam Boloniensem ad Mare susceperant, obtinuerunt abbatissa Montis Martyrum facultatem exstruendæ ecclesiæ beatæ Mariæ Bolonienfis ad Sequanam, & in ea sodalitati erigendi; quam postmodum ecclesiam Johannes XXII. pontifex maximus anno 1329. parochialem esse permisit, indulgentisque ditavit.

XVI. Johanna II. de Valengoujart regere cepit 1328. Concessit anno 1330. fundationi hospitalis domus sancti Juliani paganorum tibicinum, *des Menestriers*. Reperitur die 13. Januarii 1335. hoc est 1336. in thesauro chartarum, & 1348. 10. Januarii in charta authentica collectionis D. de Gagneres. Cognominatur autem *de Valaugarvart* 1347. in Antiquitatibus Parisiensibus Claudii Malingre pag. 48.

XVII. Johanna III. de Morteri vel de Morten abbatissa legitur anno 1354. in registro cameræ Rationum Parisiensis, 1358. ac temporibus Caroli V. Francorum regis & Urbani V. summi pontificis, a quibus litteras tuitionis obtinuisse memoratur. Regimen produxit ad annum saltem 1371.

XVIII. Isabella de Rieux primum occurrit 1376. Rotberga vero de Nantilly 1377. 12. Augusti, quam utramque de abbata contendisse, & hanc quidem Isabellæ cedere coactam fuisse autumamus. Enim vero abdicasse colligitur ex rationibus redditus anno 1395. coram Isabella de Rieux *super abbatissa*. Sub ejusdem regimine anno 1392. Monti Martyrum & beatæ Mariæ Carnotensis votum fecisse Carolum VI. regem pro fanitate recuperanda, quam reapse recepit, auctor est Juvenalis des Ursins, qui tradit etiam processionem factam esse ad Montem Martyrum, & inde ad ecclesiam cathedralen Parisiensem, in qua solus equitabat rex, ceteri vero, etiam principes nudis pedibus incedebant.

XIX. Johanna IV. du Coudray præerat 1398. sub qua 1403. sex tantum supererant moniales. Reperitur anno 1411. die 26. Maii in charta authentica collectionis D. de Gagneres, & adhuc 1426. quo anno defuncta, conventus eligendæ abbatissæ facultatem ab Henrico Angliæ rege, qui Franciæ se dicebat regem, postulavit ex thesauro chartarum.

XX. Simona d'Herville memoratur 1429. & 1434. per cujus obitum

XXI. Agnes II. des Jardins priorissa, cui & aliis duabus sanctimonialibus, nempe Johannæ la Bourguignote subpriorissa & Guillelmæ la Servante chori præfectæ credita ex compromisso fuerat electio, ab hisce duabus in abbatissam cooptatur anno 1438. ut liquet ex charta, quæ ad manum est, decani, capituli & archidiaconorum ecclesiæ Parisiensis, sede vacante, data die Mercurii 24. mensis Octobris (lege Decembris) ad omnes & singulos presbyteros, curatos & non curatos, vicarios, ac notarios & tabelliones publicos per civitatem & diocesim Parisiensem constitutos, qua, *cum*, inquit, *monasterium B. Dionysii Montis Martyrum ordinis sancti Benedicti prope*

*Parisus super pastriaci caretet solatio per obitum sive mortem bona memoria venerabilis & religiosæ defunctæ dominæ de Heaulle (lege d'Herville) novissimæ & ultimæ dicti monasterii abbatissæ, Agnetis factam, ut supra, electionem significant, mandantes, ut citent peremptorie coram se in parqueto superiori curiæ episcopalis Parisiensis ad diem primam juridicam post instans festum Circumcisionis Domini hora expeditionis causarum in eadem curia de mane, omnes & singulos sua in hac parte interesse credentes, quos & ipsi decanos, &c. præsentium tenore citant, dicturos, proposituros & allegaturos totum & quicquid dicere, proponere & allegare voluerint in & contra personas electæ & eligentium, seu dictam earum electionem; dictumque mandatum executioni demandari volunt per assensionem præsentium in vabis ecclesiæ Parisiensis & monasterii prædicti hora magnarum missarum in eisdem; tandemque idem decanus, capitulum & archidiaconi, sede aliquid vacante, Johanni episcopo Silvanensensi permittunt die 7. Maii 1439. ut eidem Agneti benedictionis munus impendat in ecclesiâ, seu monasterio S. Maglorii apud Parisios, vel alibi. Sub Agnetis præfectura ad tantam monasterium ex bellis continuis devenerat egestatem, ut in eo non habitaret abbatissa, sed in refugio Parisiensi. Rexit ad annum 1462.*

XXII. Petrosilla II. la Harasse laudatur abbatissa circa 1463. Obiit anno 1477. sub qua proinde anno 1468. regi Ludovico XI. supplex libellus oblati est pro sublevanda conventus inopia.

XXIII. Margareta I. Langlesche *al.* Langlois anno 1477. die Veneris 9. Maji promissit obedientiam ecclesiæ Parisiensi, cuius episcopus Johannes Simon labentem in cœnobio disciplinam ad primigenia inlittu revocavit. Qua de reformatione scribit quidem Sauvalius tomo primo Antiquitatum Parisiensium pagina 354. sed non probat, forem hujus episcopi fuisse tunc abbatissam, quam sua negligenter munia obeuntem dignitate privavit ad tempus, alia, quam judicavit optimam, in ejus locum substituta. Obiit Margareta XI. Junii 1503. cum paulo ante rem divinam pro se quasi mortua decantari fecisset.

Sequuntur aliquot Abbatissæ triennales.

I. **M**ARIA I. Cornu alumna parthenonis de Fontanis ordinis Fontebraidentis prope Meldas, e Calensi cœnobio, ad quod reformandum cum aliis sui ordinis fororibus accesserat, cum aliquot ejusdem familiæ ad Montem Martyrum evocatur a Stephano Poncher episcopo Parisiensi, cujus pia sollicitudine eligitur abbatissa 1503. restituendæ causâ disciplinæ regularis secundum ejusdem præsulis constitutiones, quas a legato sedis apostolicæ delegati approbarunt. Inde post septem annos præfecturæ ad Calensem 1510. acceritur, & inde ad Faramonasterium, ubi plura de ea.

II. Martina du Moulin Calensis sanctimonialis fit abbatissa Montis Martyrum anno 1510. Illic tunc erant monachi ac etiam conversi: priorum eadem erat formula professionis, qua legitur in constitutionibus Stephani Poncher episcopi



Parisiensis pagina 65. demta voce *sub clausura*, & his additis, in *praesentia vestra*, pater *visitator mihi observande, reverenda matris abbatissa, totiusque devoti Montis hujus facerrimi conventus*. Gallica erat professionis formula fratrum conversorum, quorum in hoc monasterio a fundatione occurrit mentio, & adhuc 1522. Hic Martina desijt regere 1515. quae dein abbatissa Geraciaci, defuncta tandem est 1535.

III. Claudia Mayelle aut Mahielle sanctimonialis Calensis, abbatissa Montis Martyrum eligitur 1515. Rexit hoc monasterium quatuor annis.

IV. Antonia Augier vel Auger antea Calensis sanctimonialis, tum abbatissa Giffi 1517. solum dicitur monialis reformata & reformatrix Montis Martyrum in instrumento ejus ad hanc abbatiam electionis die Sabbati 6. Novembris anno 1518. praesente visitatore, ipso die significatae dominabus Calensibus & aliis. Vixit ad annum 1526. sub qua senatusconsulto die 7. Septembris 1524. Julia est reformatio coenobiorum Montis Martyrum, Malennoe, Ederae, Geraciaci & Giffi.

V. Catharina de Charan eligitur an. 1526. Circa id tempus electus erat visitator pro sex abbatibus reformatis, nempe Montis Martyrum, Calae, Malennoe, Vallis Gratiae, Giffi & Geraciaci.

VI. Antonia Augier secundum fratri Florentino Marchand professo 8. Julii 1532. permisit die 5. Junii 1533. ut ad presbyteratus ordinem accederet. Ea sedente, sanctum Ignatium fundatorem Societatis Jesu cum novem sociis die festo Assumptae in caelos B. Mariae Virginis an. 1534. ad Montem Martyrum se contulisse, illicque prima emisisse vota in inferiori sacra aedicula, fidem facit opus marmoreum juxta pilam, cum inserta lamina aenea inaurata, in qua haec incisa est inscriptio:

*Siste, spectator, atque in hoc Martyrum  
Sepulcro probati ordinis cunas lege  
Societatis Jesu,*

*Qua sanctum Ignatium Lioiolum patrem  
Agnoscit, Luteciam matrem anno salutis  
M. DXXXIV. Aug. XV.*

*Hic nata est,*

*Cum Ignatius ipse & socii votis sub sacram  
Synaxim religiose conceptis se Deo in perpetuum  
Consecrarunt.*

In superiori parte columellae fabrefactae, quae capellam occludit, visitur haec inscriptio:

*Sacra & pia Societatis Jesu incunabula  
Parentibus optimis filii posuere.*

Altaris ejusdem capellae tabula picta exhibet sanctum Ignatium sacram Eucharistiam sociis administrantem, quorum primus votorum syngrapham legens conspicitur. Obiit Antonia Augier abbatissa anno 1539.

VII. Maria II. Cathin pedum abbatiale gerebat an. 1540. die 22. Julii, ut constat ex rationibus coram ipsa iisdem die & anno redditus.

VIII. Johanna le Lievre solum innotevit ex

tumba & epitaphio, quae cum Antonia Augier habet communiam, anno 1541. die Martii penultima.

IX. Margareta de Havard ex dominis de Senantes in pago Carnotensi procreata rationes exceptit die 20. Martii 1542. quae reperitur adhuc 1545. At cum post biennium, 1547. die Martis sexta Septembris de reformando monasterio senatus Parisiensis decretum tulisset, Parisios ad domum Filiarum Dei ablegata fuit Margareta, ubi fato funeta 1552. 18. Julii in medio chori sepulturam accepit, & ipsius loco subrogata regio diplomate, quae sequitur

#### ABBATISSAE TITULARES ex regia nominatione.

I. CATHARINA I. de Clermont filia Antonii II. baronis & vicecomitis de Clermont consiliarii & cambellani regis ex Anna de Poitiers, sororque Margaretae sancti Petri Lugdunensis abbatissae, & Annae primo nuptae Renato de Beauvillier comiti de S. Aignan, cum tunc adstricta esset Dominicano instituto apud Montem Floridum in urbe Gratianopolitana, anno 1548. ab Henrico II. rege designata fuit abbatissa Montis Martyrum; quapropter habitum Benedictinum Cassinense Remis in parthenone sancti Petri sub Renata Catharina de Lorraine abbatissa, statimque novae dignitatis possessionem accepit. Memoratur 1560. die ultima Julii in charta authentica collectionis D. de Gaguieres. Anno 1587. coadjutricem adiecit neptem Elisabetham de Crussol, cui sacrum velamen contulit. Sed cum anno 1589. die xi. Septembris obiisset Catharina, paulo post Elisabeth, necdum votis constricta, tametsi hoc ipso anno prima Decembris regio diplomate munita, ad seculum rediit.

II. Claudia de Beauvillier eodem anno 1589. fororum calculis abbatissa renunciat, at insequenti 1590. regia Henrici IV. nominatione transfertur ad abbatiam Pontis dominarum.

III. Catharina II. de Havard electa fuit eodem anno 1590.

IV. N. de Cenante innotevit ex vita Mariae de Beauvillier, quae sequitur, scripta ab N. de Mernur tomo secundo elogiorum monialium Benedictinarum religione praestantium pagina 164. ubi legitur ante Mariam gessisse munus abbatissae.

V. Maria de Beauvillier nata 1574. septennis instituenta traditur a parentibus Claudio comite de S. Aignan & Maria Babou de la Bourdaisiere in coenobio Porretti ordinis Cisterciensis dioecesis Andegavensis, cujus abbatissa erat matertera; & haec defuncta tertio post anno, alteri marterterae Bellimontis prope Turones abbatissae committitur. Hic duodennis habitu sumto religionis, & post tres annos novitatum ingressa professionem emisit 1590. die festo sancti Bartholomaei. Inde annum aetatis agens 24. 1598. accepta schedula regia ad abbatiam Montis Martyrum regendam accessit, ubi tunc erant 33. moniales, die 7. Februarii primo Quadragesimae Sabbato. Anno 1601. benedictionem percepit ab eminentissimo cardinali de Sourdis consanguineo Dominica postridie

*Hist. Parif.  
tom. 4. pag.  
713.*

*Epiph. Paris.  
t. 4. p. 24.*

Epiphania. Mensis Octobri anni sequentis obtinuit a rege, ut si cederet aut decederet, abbatissa deinceps ad tres annos eligeretur a conventu. Memoratur 1604. 28. Maii & 1608. xi. Februarii in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Anno 1609. reliquias sancti Dionysii Claudio Potier monacho Benedictino indulgit, ex tabulario sancti Vitoni. Sub eius regimine centenaria decessit Peretta Boudlard sanctimonialis anno 1612. die 14. Januarii tanto divini cultus exaltans zelo, ut octo annis octogenaria major nocturnis horis nunquam desierit, una ex primis monialibus, quæ tum, cum reformatio suscepta est, vestem albam & certam velandi capitis rationem assumerunt. Maria interim abbatissa adfiscitur a matera coadjutrix Bellimontis, quod nomen gessit quinque annis, tandemque illa defuncta, mensis Aprilis 1614. adivit hanc abbatiam, qua sexto post mensis, Octobris die 25. confobravit N. de la Bourdaifere resignata, Montem Martyrum repetit continuandæ ipsius reformationis sollicita. Obtinuit hæc anno 1633. coadjutricem Henricam Catharinam de Beauvillier neptem a se ab anno ætatis sexto nutritam, quæ possessionem affecta die 13. Augusti 1637. obiit anno sequenti die 15. Septembris. Alteram sibi allegit anno 1639. Mariam Catharinam Henricam d'Escoubleau Lorraineam suam, quam pariter instituerat, filiam Caroli marchionis de Sourdis & d'Alluye equitis torquati, ex Johanna de Montluc; sed hæc etiam præmatura morte subacta est anno 1643. ætatis 22. Tertiam denique assumit coadjutricem Franciscam Renatam de Lorraine a teneris annis in abbatia S. Petri Remensis educatam ab amita Renata de Lorraine abbatissa. Hinc anno 1646. domina de Chevreuse filia principis de Lorraine ducis de Chevreuse, Romarici montis coadjutrix, hoc abjecto munere religiosam amplexa est vitam in cenobio Montis Martyrum, quam professæ 5. Junii 1647. evasit abbatissa Pontis dominarum 1651. at infrequenti, quo confugerat, Parisiis defuncta est. Eiusdem soror Henrica professa quoque 1647. in eodem Montis Martyrum cenobio, in locum sororis abbatissæ Pontis dominarum successit anno 1652. ex qua deinde præfectura ad Jotrensem migravit. Ceterum Maria de Beauvillier diutissime ac sanctissime profuit, sacras virgines ad meliorem frugem revocavit, jugiter illis verbo & exemplo præluocens; viginti septem supra ducentas ad professionem admisit, ex quibus ad alia regenda monasteria evocate sunt quadraginta\*, dicente rege, nihil se a conscientia metuere, quando puellam a domina de Beauvillier institutam ad præfecturam nominabat. Cultuorem domum reddidit; inferiorum basilicam reedificavit anno 1611. erexitque in prioratum sub eisdem ac prius invocatione ac titulo sancti Dionysii martyris & sociorum, cuius, cum vacaret, collatio & alia quævis dispositio ad abbatissam monasterii de Monte Martyrum pertinetet. Huic etiam univit, annexitque duas capellas, sex capellanas, & antiquam ædiculam olim fundatam, Anna de Beauvillier relicta Petri Forget domini de Fresnes christianissimo regi ab intus consiliis & mandatis,

\* ad 50.

& primo eisdem in re æraria secretarii, fundum suppediantem per contractum initium 10. Martii 1622. ut eo nomine fundatrix & benefica domina hujusce prioratus haberetur. Idque probatur eodem anno 1622. die 7. Junii vicarii generales episcopi Parisiensis ea lege, ut abbatissa Montis Martyrum hoc in prioratu sanctimonialia acta residentes numero decem ad divinum tam diurnum, quam nocturnum officium in perpetuum persolvendum habere teneretur. Hæc porro ecclesia ipsissima est, quam altera pars conventus ab ipsamet Maria duas in turmas divisit, ut supra diximus in præmio, incolebat, & in qua totus paulo post adunatus est; uno verbo ipsa est hodie monasterii sedes principalis. Alterum ibi eadem Maria de Beauvillier fundaverat conventum de Villa episcopi dictum 1613. Catharina d'Orleans princeps de Longueville & Margareta eius soror, quem & Anna de Beauvillier laudata superius mille ducentis annui redditus libris dotavit, ipsamque Montis Martyrum cenobio contulere, parum idcirco Montem Martyrum appellatum, cui mox instituendo Mariam præfexit Margaretam de Veni d'Arbouze eisdem monasterii alumnam, & post abbatissam Vallis Gratiæ, ubi de illa plura, cum octo vel decem sociabus. Hæc quidem unio non exessit annum 1647. sed locus etiamnum per se stat sub titulo prioratus Nostræ Dominiæ de Gratia Villæ episcopi. Denique Maria de Beauvillier annis & virutibus gravis mortalem hæc cum æterna vitam commutavit die 21. Aprilis anno 1657. ætatis 83. de qua qui plura desideraverit consulat elogium ejus insertum toto secundo egiogium virginum Benedictinarum, quæ recentioribus temporibus virtutum-omnium laude floruerunt, opera & studio N. de Blemur pagina 164.

VI. Francisca Renata de Lorraine de Guise filia Caroli de Lorraine ducis de Guise torquati equitis, & Henricæ Catharinæ de Joyeuse, in abbatia S. Petri Remensis a teneris annis educata, ut diximus, ab amita Renata de Lorraine abbatissa, illic habitum religionis accepit antum agens ætatis decimum tertium cum novem mensibus a Margareta Kirkaldi abbatissa sancti Petri, ipsius vero excepit vota Johanna de Lorraine abbatissa Jotri 1637. sequenti a laudata sancti Petri abbatissa, ut ejus esset coadjutrix, repetita, eodem 10. Decembris novæ dignitatis possessionem adivit, integrumque paulo post per obitum Margarete Kirkaldi regimen affecta est ad annos quinque cum dimidio, hoc est ad annum 1643. E quo cum Parisios visura matrem ducifam de Guise & Florentia cum liberis reducen accessisset, abbatissamque Montis Martyrum invisisset, hæc illam prius ad servandam incolumem disciplinam regularem feliciter institutam obnixè rogavit, ut ipsius dignaretur esse coadjutrix. Assensit tandem Francisca Renata de Lorraine, nec multo post auspice regina matre obtinuit schedulam regiam 31. Julii 1644. abdicata prius abbatia S. Petri Remensis, cumque bullas accepisset die 4. Octobris, novæ dignitatis possessionem apprehendit 15. Decembris eisdem anni. Sed non nisi post obitum Mariæ benedictionis

*Samuel An.  
reg. Paris. L.  
3. p. 131.*

*Mallieu.  
Anny Paris.  
L. 3. p. 264.*

benedictionis munus accepit in antiqua martyrum A  
ecclesia ab Antonio cardinali Barberino majore  
Francie electorio & archiepiscopo Remensi  
24. Maii 1657. assistentibus abbatibus Fontebra-  
lensis & Jotrensi, coram novem episcopis & ma-  
gna aulicorum, illustriumque virorum ac femina-  
rum frequentia. Obiit 1682. die 4. vel 5. Dec.  
etatis anno 63: suo in parthenone sepulta.

VII. Maria Anna de Lorraine d'Harcourt, non  
Francica, uti tomo tertio historiae genealogicae  
magnatum Francie legitur, filia Francisci comitis  
de Rieux, d'Harcourt, &c. ex Anna d'Ornano,  
quarto etatis anno inflitenda hoc in monasterio  
traditur, ubi deinde facta novita 28. Julii 1675. B  
& post annum professa, tandemque abbatissa desi-  
gnata 26. Februarii 1683. etatis anno 25. pos-  
sessionem accepit 26. Novembris ejusdem anni,  
benedictionem vero in ecclesia sua nominis circa  
1697. sine ullo apparatu. Mortem oppetiit 29.  
Octob. 1699. etatis 42. laudata funebri oratione,  
ex qua virtutum omnium genere, quæ maxime  
abbatissam decent, emicuisse manifestum est.

VIII. Maria Eleonor Gigault de Bellefonds  
nata Parisiis 26. Decembris 1658. parentibus  
Bernardino marchione de Bellefonds Francie mar-  
rescalco, regionum ordinum equite, &c. & Mag-  
dalena Fouquet, etatis annum agens quartum &  
dimidium amicitæ Eleonore de Bellefonds abbatissæ  
Monasterii villaris, *Montvilliers*, educanda com-  
mittitur. Sarcò dein amicta velo die 28. Octobris  
1674. votisque nuncupatis 1675. die festo Om-  
nium sanctorum, sit inde 1684. priorissa cœnobii  
beate Mariæ de Angelis virginum Benedicinarum  
apud Rotomagum a Bellofontana gente inflituti,  
in quo licet mitior disciplina esset, strictiorem ipsa  
restituìt. Demum anno 1699. 24. Decembris a  
rege traducitur ad abbatiam Montis Martyrum,  
quam ingressa est die 13. Julii anno 1700. Vivere  
desiit 28. Augusti 1717. etatis anno 58.

IX. Margareta de Rochehouart de Montpi-  
peau, quam auctor historiae genealog. magnatum  
Francie tomo quarto pag. 683. Renatam Ludovi-  
cam vocat, ab anno etatis octavo emissa in  
monasterio Fontebralesensis curiæ Mariæ Magdalene  
Gabrielidis de Rochehouart de Mortemar abbatissæ  
conspanguine, Græcæ & Latine doctæ, reli-  
gionis habitum ibidem suscepit an. 1689. seque  
votis obstrinxit 26. Novembris 1690. etatis 25.  
Tum fuit ejusdem loci major priorissa tredecim  
annis, tandemque invita, nedum occupata sedem,  
abbatissa Montis Martyrum renunciatur 29. Aug.  
1717. adepta possessionem insequenti 14. Febr.  
Reni cœnobii familiarem utiliter administravit,  
solicita inprimis, ut quo prægrevatum erat, res  
alienum dissolveretur, ad quod obtinuit a rege  
12000. libras annuales, donec omnino credito-  
ribus factum esset satis. Desineta est 22. Octob.  
1727. etatis anno 62.

X. Ludovica Emilia de la Tour d'Auvergne  
filia Frederici Mauricii de la Tour comitis d'Au-  
vergne, &c. ex Henrica Francica de Hohenzol-  
lern vota religionis emisit in abbatia beate Mariæ  
Suessionensis, inde fuit abbatissa sancti Remigii  
Villeriarum ad Cotium, *de Villers-côte-Rés*, anno

Tomus VII.

1707. mensè Februario, ex qua præfectura ad  
abbatiam Montis Martyrum translata est mensè  
Novembri 1727. Hanc vero afflictâ paralyti ab-  
dicavit mensè Februar. anni 1735. secessitque in  
prioratum *de Chassemy* in suburbio S. Germani  
Parisiensis, ubi deceduit die prima Junii 1737.  
etatis anno 70. posttridie in choro sepulta, fune-  
ris ceremonias peragentè D. Petro Dubiez majore  
sancti Germani priore cum aliquot ejusdem loci  
monachis.

XI. Catharina de la Rochefoucault Coustage  
monialis abbatissæ sancti Johannis B. de Buxo juxta  
Aurillacum in Arvernia, filia Henrici ex Maria  
de S. Marfal de Cenros, nominatur abbatissa  
Montis Martyrum mensè Martio anni 1735.  
cujus dignitatis possessionem accepit 8. Julii ejus-  
dem anni. Regit hæctenus.

### G E R C I A C U M.

G E R C I

IN ipsam ecclesiam parocchiali de Gerciacio ad  
fluviolum Ederam prope villam Cumbas fundat-  
ur in honorem B. Mariæ monasterium puellær  
ordinis sancti Augulini ex inflitudo sancti Victoris  
Parisiensis anno 1269. mensè Augusto ab Alfonso  
comite Tolosano & Piclavenfi sancti Ludovici  
regis fratre, & Johanna de Tolosa uxore, cujus  
mausoleum in choro sanctimonialium eminus, C  
cum ejusdem statua desuper jacente & hoc circum  
epitaphio cernitur; *Cy gist le corps de haute &  
puissante dame madame Jehanne comtesse de Toulouse  
& de Poitiers, épouse de haut & très-puissant prince  
messigneur Alphonse frere du bon roy S. Louis fon-  
dateurs de ceans, laquelle dame deceda l'an 1270.  
jour de l'Assomption Notre Dame. Priez Dieu pour  
son ame.* Cujus proinde obitus male consignatur  
anno 1261. tomo primo historiae genealogicae  
magnatum Francie pagina 83. aut anno 1271.  
ibidem tom. secundo pag. 692. Accessere eodem  
fundationis anno 1269. Stephani Parisiensis epi-  
scopi auctoritas & consensus, statuentis, ut hæc  
abbatia ipsius sedi subjecla esset, necnon decani &  
capituli Parisiensis approbatio. Hæc constant ex  
documentis, quæ jam edita tomo secundo historiz  
ecclesiæ Parisiensis pag. 470. & seq. in appendice  
nostra recudimus. Habetur & alterum ejusdem  
Alfonsi præceptum datum anno sequenti 1270.  
mensè Julio apud Armazanicas prope Aquas-mor-  
tuas, antequam ipse & Johanna conjux transma-  
rinum iter arripere, quo præpositum Tolosanum  
Sicardum Alanani militem & Egidium Cannelini  
canonicum ecclesiæ beati Quiriaci de Pruvino cle-  
ricum suum procuratores constituit ad alienandum  
ex bonis suis immobilibus usque ad summam mille  
librarum Turonensium annui redditus pro funda-  
tione monasterii B. Mariæ de Jenciaco (Gerciacio)  
quousque de redditibus huic monasterio concessis,  
hoc est de quingentis libris, eidem factum sit satis,  
residua pecunia ex ea venditione sibi, vel iis, qui-  
bus in absentia suas vices commiserat, integre assi-  
gnata. Elapso biennio traditas sibi a Stephano Pa-  
riensi episcopo duas originales chartas super dote  
monasterio in prima sui fundacione constituta  
alteram videlicet Alfonsi regis Francorum filii, &  
alteram Johanne ipsius conjugis testatur Auda

R r

Tom. II.  
Gall. Christ.  
vol. 1332.

al. 13.

Ch. et II.

col. 113.

Ch. CIII.

col. 114.

Caet. hist.

con. Tab. I.

3. p. 393.

Hist. eccl. fra.

Paris. t. 2.

pag. 470.

Ch. CLV.  
col. 116.

Malgre  
Aniq. Parf.  
14 p. 117.  
& hif. Parif.  
tom. 3. pag.  
292.

Ch. CLXII.  
col. 121.

Ch. CLVIII.  
col. 119.

\*al. Grenier.

abbatiffa, & sub Sacramento spondet illas se eidem A  
epifcopo infra octo dies reddituram. Testis inter  
alios *frater Petrus ordinis noſtri*, ex qua ſubſcriptione  
colligimus initio fuiſſe monaſterium duplex, viro-  
rum & mulierum, uti jam plures de aliis obſer-  
vavimus cœnobiiis. Eodem anno 1272. ſeu potius  
1273. menſe Februario Philippus Francorum rex,  
cum, inquit, claræ memoriæ cariffimus patruſ  
Alfonſus monaſterium ſanctimonialium ordinis  
ſancti Auguſtini in loco, qui dicitur *eccleſia beatae  
Marie de Gerçaco*, Pariſienſis diœceſis, incepiſſet  
conſtruere, & de quingentis libris Pariſienſibus  
annui reditus in perpetuum propoſuiſſet dotare,  
quas ordinavit percipi terra ſua Alvernæ, B  
douce eas alibi assignaſſet, prædictuſque patruſ  
noſter morte præventus quod propoluerat nequi-  
verit conſummare, ad fundationem ejusdem mona-  
ſterii in perpetuum conceſſit quingentas libras  
Pariſienſes annui reditus percipiendas in *coſtis* ſuis,  
&c. hæque litteras Philippus rex cognomento Pul-  
cher receiſit & confirmavit anno 1296. Cum  
vero iterum crecubii facultates in tantum excre-  
viſſent, ut ad quadraginta moniales inibi congrue  
ſuſtentandas ſufficere poſſent, laudata ſuperius  
Auda ſive Euda abbatiffa numerum triginta moni-  
cialium, qui ab initio fuerat in eodem monaſterio  
conſtitutus, uſque ad quadragenarium ampliatum  
litteris datis an. 1282. die Dominica poſt feſtum  
S. Barnabæ apoſtoli, quas vide inter inſtrumenta.  
Hic porro ſancti Auguſtini ordo, ſub quo primum  
inſtitutus eſt parthenon, in Benediſtinum, qui hæ-  
cenus ſubſiſtit, mutatus eſt ſeculo decimo ſexto,  
ut patet ex ſequentibus litteris.

*Notre mere de Montmartre, nous vous enjoignons  
& veantmoins en vertu de S.<sup>re</sup> obediẽce commandons,  
qu'ayez à partir demain duſdit lieu, pour aller à Notre  
Dame de Gerçy, pour en icelui lieu mettre & introduire  
ſainte reformation & vraye obſervance reguliere, ac-  
compagnée des ſœurs, qui s'enjoyvent, aufquelles com-  
mandons partir & aller auſdit lieu de Gerçy en votre  
compagnie; ſçavoir, ſœur Deniſe de Landres, ſœur  
Martine Boucher, ſœur Marguerite Garnier\*, ſœur  
Catherine Duchefſe, ſœur Catherine Coigneux, ſœur  
Magdelaine Bureau, ſœur Jeanne Moineſſe, ſœur  
Helene de Larche, ſœur Jeanne Bauchon, ſœur  
Magdelaine de Chauvigny, ſœur Anne des Hoyes,  
ſœur Colette le Febvre. Fait ce 22. Juillet l'an mil  
cing cens quinze, de par frere Martin des Champs  
humble abbé de Clury voſtre viſiteur indigne; quem  
obiter dicam omiſſum in catalogo noſtro Clunia-  
cenſium abbatum tom. quarto col. 1159. electum  
quidem, ut videtur, a fratribus eſſe, ſed ad poſſeſ-  
ſionem non perveniſſe, uti pluribus aliis ſimiliter  
electis contigit, obſtantibus commendatariis hoc  
tempore ſuperinductis. Ceterum inter reliquias  
hoc in cœnobio aſſervatas facile præſtat brachium  
S. Bartholomæi apoſtoli incluſum in pretioſa theca  
ex argento inaurato, impenſis maxime D. Nicolai  
Gouffette antiqui monachi S. Germani Pratenſis  
fabricata. Nunc primum catalogus abbatiffarum in  
lucem prodit, beneficio potiſſimum hodiernæ  
abbatiffæ, quæ ſua nobiſcum perhumaniter docu-  
menta communicavit.*

ABBATISSÆ ORD. S. AUGUSTINI.

I. AUDA, Euda, Oda & Odetta de Gerçy,  
A primum innotecit an. 1272. quo litteris  
datis, de quibus ſupra, duas fe chartas originales  
de monaſterii fundacione a Stephano Pariſienſi  
epiſcopo acceptiſſe ſignificat, quas eidem infra octo  
dies reddendas ſub ſacramento proſtitit. Decen-  
nio poſt, uti jam quocum diximus, Dominica poſt  
feſtum S. Barnabæ, adauſtis monaſterii facultati-  
bus, tricenarium numerum ſanctimonialium ad  
quadragenarium adauxit. Denique fato ſanctæ die  
4. Martii anno 1294. ſepulta eſt in choro ſub  
tumba plana cum hoc epitaphio: *Hic jacet omni-  
moda virtute nitens ſoror Oda de Gerçy, prima genitrix  
& paſtor optima, nunquam dedignans ſubjici, ſponte  
reſignans, inſundens mores alii docuitque ſorores.  
Stirpe fuit clara, & clarior hoc, quia cara Chriſto.  
Nunc in ejus ſuaſiſſima pace quieſcat; amo mileno  
ducenteno nonageſimo quarto vincentis tranſiit. Eſto huic  
pius, Domine Deus regnans ſine fine, amen.*

II. Anelina, ſpontanea Ode ſuperioris, ex  
hujus epitaphio, ceſſione, ſecunda abbatiffa obiit  
craftina die S. Michaelis 1304. in choro ſepulta, *Bidem.*  
ſub tumba plana cum epitaphio ſequenti:

*L'an mil trois cent & quatre  
Me vient la mort du tout albatre,  
Lendemain de S.<sup>r</sup> Michel l'Archange  
Fut niſc en ce lieu eſtrange,  
Aneline fuſje appellée,  
Des premieres nones velée,  
Secunde abbeſſe de Gerçy,  
O roy Jeſus, demande mercy.*

III. Aclloyſis an. 1349. promiſit obediẽtiam  
epiſcopo & eccleſiæ Pariſienſi.

IV. Egidia de Limage reperiunt anno 1356.  
die 7. Maii in charta authentica colleccionis D. de  
D Gagneres. Inſequenti 1357. die Dominica xi.  
Junii intuitu devotionis & amicitia Arturi de  
Pomeur militis, ei poſt obitum conceſſit Egidia  
ſepulturam prope majus altare ad lavam illuc aſ-  
cendentium, & exſequias magno quidem apparatu,  
ſed omni ex parte profano: nam adituſores conſti-  
tuitur equites intra eccleſiam inſidentes equis, or-  
natos armis & inſignis deſuncti tam pro certami-  
nibus, quam pro torneamentis, ex authentico aſ-  
ſervato in tabulario ſancti Dionyſii. Quomobrem  
datæ ab illo ſunt conveniunt triginte libras annui  
reditus, iſque revera inibi ſepultus eſt ſub tumba  
eminente muro inſerta cum effigie deſuper lapidea  
E & circa illam hoc epitaphio: *Cy giſt monſieur  
Artus chevalier, ſire de Pomeur & de Belle aſſize,  
qui treſpaſſa l'an de Grace 1371. le 26. jour de  
Mars. Priez Dieu pour lui. Hunc vero e domo  
Franciæ prognatum fuiſſe probat ſcutum appen-  
ſum brachio liſiſi ſine numero & ordine conſer-  
ſum. Interea 1362. 18. Februarii & 1363. feria  
tertia 2. Maii in chartis authenticis laudatæ colle-  
ccionis Egidia cognomen habet de Limage, & in  
epitaphio, quod habetur ad portam qua ingreſſus  
eſt in chorum, muro inſertum his verbis: *Cy giſt  
ſuer Gille de Limage jaũtis abbeſſe de cette egiſe**

Malgre  
Aniq. Parf.  
1.4 p. 118.

Bidem.

Bidem.

par l'espace de XXX. ans, laquelle trespassa l'an de Grace mil trois cent l'IIII. huit le XX. jour de Juillet. Priez Dieu pour ly.

V. Petronilla d'Este abbatissa beate Mariæ de Jarizaco ordinis sancti Augustini, per cessionem precede utis, promisit obedientiam & reverentiam nutri ecclesie Parisiensi anno 1383. die Dominica 7. Junii ex libro nigro capituli Parisiensis. Cognominatur d'Este 19. Junii 1397. in historia genealogica magnatum Francie.

VI. Johanna I. la Boudelle al. la Badine occurrunt anno 1425. in regesto Parisiensi folio 1. versus finem. Ea forsan est Johanna, quæ memoratur 1451. die ultima Junii in charta authentica B laudate collectionis.

Anno 1484. die Martis 29. Martii de abbatia fuit contentio forores inter Robinam la Picarde & Johannam Langlois al. Langlais, diclam de Renty, ex regestis senatus Parisiensis. Hanc autem vicissile par est credere, ipsa enim esse videtur

VII. Johanna II. de Renty, quæ mensis Junio anni 1487. promisit obedientiam episcopo & ecclesie Parisiensi.

VIII. Magdalena de Montmignon an. 1500. mensis Januarii reverentiam episcopo & ecclesie Parisiensi spondit.

#### ABBATISSÆ ORDINIS S. BENEDICTI TRIENNALES.

I. MARTINA du Moulin Calensis alumna, deinde abbatissa triennis Montis Martyrum, hinc, uti supra diximus, Gerciacum missa est anno 1515. ut monasterium reformaret. Rexit annos septemdecim, mortua 1535. 19. Octob. ex epitaphio ejus, quod infernum est muro intra portam chori & altare beate Mariæ virginis, in hæc verba:

*Cy gist l'abbesse Martine du Moulin  
D'age portant quatre vingt & six ans  
Les dix & sept sans appetit malin  
A preside au logis de ceans.  
Mil trente cinq, ne laissez cinq cens ans  
Octobre l'eut pour son dixneufieme,  
Près du soper, quand du cheur on revient  
L'heure du soir environ la cuissesme  
Trente six tint reformation  
Et trente fut sans en voir la maniere,  
Les trois premiers sous cavillation  
Chelles La vit d'une grande lumiere:  
Montmartre l'eut pour estre sa baniere  
Dontz complets dontz reigna les six ans,  
Pour reformer vint icy la premiere.  
L'ame est au Ciel, & le corps est ceans.  
Requiescat in pace.*

II. Margareta Grenier una ex duodecim Montis Martyrum sanctimonialibus, quæ Martinam superiorem secuta sunt pro reformando Gerciacio, eidem in regimine successit, quæ mortua 1540. sepulchrum accepit in choro cum hoc epitaphio:

*Cy gist reverende mere seur Marguerite Grenier, en son vivant deuixieme abbesse de la reformation de Tomus VII.*

Malherbe  
Aniq. Per.  
1.4 p. 118.

A ceans, humble, devote & vertueuse, laquelle trespassa le quatorzieme jour du mois d'Avril mil cinq cent quarante. Priez Dieu pour son ame. En & alterum ejusdem epitaphium:

*Arrestez vous, cheres seurs pitoyables,  
Esprits du Ciel vifs & charitables,  
Contemplez affectueusement  
De votre abbesse le nouveau monument.  
Cy gist le corps, dont l'esprit est vetu  
De toute bonne & loüable vertu.  
Vingt & cinq ans & davantage en somme  
Avec vous devant que prendre somme  
A demouré, puis par droit de nature  
A cy laissé son corps en sepulture.  
L'an mil cinq cens & quarante en Janvier;  
Cy donc gist Marguerite Grenier  
Fleur de bonté, qui n'est jamais faillie  
Sinon depuis que la mort l'a cueillie  
Grenier garry de grain tres fructueux,  
Que Dieu envoie aux esprits vertueux,  
Qui a toujours aussi fructifié,  
Tant que celui qui fut crucifié,  
Et vainquit mort pour nous donner la vie  
A la noble ame avecques lui ravie.*

C

III. Johanna III. Baudichon, altera quoque illarum duodecim Montis Martyrum sanctimonialium, quæ cum abbatissa Martina du Moulin Gerciacum reformavere, Margareta in locum suscepta sororum electione memoratur abbatissa Gerciaci in Bria 1544. in charta Fontebaldensis. Electioni paulo post accessit nominatio Francisce I. regis, qua ex abbatissa triennis facta est Johanna titularis & perpetua. Rexit annos 35. defuncta 15. Maii 1576. & in choro sepulta cum hoc epitaphio: *Cy gist devote & religieuse personne madame D Jeanne Baudichon, laquelle a ete par l'espace de trente cinq ans abbesse du convent de ceans, qui deceda le quinzime jour de May 1576. Priez Dieu pour elle.*

Malherbe  
Aniq. Pers.  
lib. 4. pag.  
118.

#### PERPETUÆ ABBATISSÆ.

I. MAGDALENA I. de Montmorency filia Annæ ducis de Montmorenciaci, stabuli Francie comitis, &c. ex Magdalena de Savoie, monialis erat Fontebaldensis, quando pater ei testamento legavit quingentos nummos die 21. Jan. anno 1563. Hinceducta, post ablegatum auctoritate regia, ut in Johanna superiore diximus, E triennale domus Gerciaci regimen, prima ejusdem cœnobii fuit abbatissa bullis donata. Hæc domum in vico Galli apud Parisios, ad quam bellorum tempore Gerciaci moniales confugiebant, & ideo vocatum hospitium Gerciaci vendidit. Inde transit ad abbatiam sanctissimæ Trinitatis Cadomensis vacante pro obitu Annæ de Montmorency sororis, qui contigit 29. Julii 1588. & alterius sororis Ludovicæ nomine, coadjutricis defunctæ 7. Julii ejusdem anni, verumtamen obstricta regio diplomate annua sexcentarum librarum erga Magdalenam Delbene, quæ sequitur, pensione.

Prob. hist.  
écrits de  
Montmorency  
pag. 293.

R ij

Denique obiit Magdalena de Montmorency abbatissa Cadomenfis per decem annos 1598. 10. Decembris, cujus ibidem & ambarum fororum ac fratris Henrici effigies in anteriore choro spectabili maufoleo cernuntur impreffa.

II. Magdalena II. d'Elbene, quam legimus fanctimoniale Piffiaci & beate Magdalene Aurelianenfis, tranflata Magdalena de Montmorency ad abbatiam Cadomenfem e Geraciensif, hanc a rege obtinuit 1588. cum annua fequentiarum librarum penfione fibi per abbatiffam Cadomenfem folvenda. Rexit Geraciacum undecim annis defuncta 1599. cujus mentio fit in epitaphio fequenti, quod in choro legitur his verbis :

*Mimoria*

*Margarita Heflein nobilis & cafta virginis, multis ingenii & corporis dotibus, erga majores obfervantia, minore comitate, egente caritate, & omnes morum probitate & fide ornata : in profperis non elati, in adverfis non demiffi animi, & ultra fezum conftantia; qua poft annos xxxviii. & aliquanto amplius fancte cuftoditum in Dei omnipotentis adyto immortalium virginum ignem cum fpiritu deponitum reddidit: Ludovicus Heflein regius confiliarius & rationum magifter defuncta frater Archimandritus Magdalena Delbene fuaja, volens tamen, mærens & memor monumentum hoc de fuo poftit.*

*Vixit annos xlv. menses vii. dies xxvi. & in hac eremo, cui nomen Gery, annos xxxviii. menses ii. dies xiiii. & in voto annos xxxi. menses iiii. dies xxxiii.*

*Obiit vii. cal. Decemb. cix. ix. Anagramma*

*Margarita Heflein.*

*Res eft ignara mali.*

III. Johanna du Puy filia Vincentii domini de Vatan ex Ludovica Robertet, Piffiacenfis fanctimonialis, primum fuit abbatiffa fancti Antonii Parisienfis, & poftea Geraciaci ab anno 1600. ad 1640. quo deceffit die 2. Decembris, cum aliquot ante obitum annis moniales intra clauftra continuiffet, pro vefta alba nigram induxiffet, omne proprium fuftuliffet, fuamque ac fororum argenteam fupellectilem in vafa ad ufum ecclefie convertiffet.

IV. Anna I. de Lufignan de S.<sup>t</sup> Gelais abbatiffa 12. annis & feptem menfibus, defecit 24. Junii 1652. ætatis anno 30. ut liquet ex ipfius epitaphio mox referendo.

V. Francisca I. de Lufignan de S.<sup>t</sup> Gelais Urfulina Nivernenfis, & inde abbatiffa de Bellovilla ordinis Cifterciensif, poft defunctam fororem Annam, Geraciaci poffeffionem accepit 8. Aprilis anno 1653. Hanc die 21. Martii anno 1667. Parisienfis archiepifcopus folemni benedictione donavit in ecclefia Fulientium Parisienfium, affiftentibus abbatiffa & coadjudrice fancti Antonii Parisienfis. Rexit annos 19. mortua 17. Februarii 1671. ætatis anno 49. & oratione funebri laudata. Jacet in choro prope clathros ferreos fub tumba lapidea albi coloris, quam fieri pro forore fibidem condita curaverat. Ambe, inquam, fub eadem tumba cum fua quaque effigie Benedictinum habitum referente, & insignis communibus

A in infima parte, ac epitaphio circum, in hæc verba: *Cy giffent hautes & très-vertueufes dames, madame Anne de Lufignan de S.<sup>t</sup> Gelais abbeffe de ce lieu l'efpace de xii. ans & vii. mois, qui deceda le xxiv. Juin M. dclii. âgée de xxx. ans, & madame Françoife de Lufignan de S.<sup>t</sup> Gelais fa fœur, auffi abbeffe de ce lieu l'efpace de xix. ans, qui a fait faire cette tombe, & qui deceda le 17. Fevrier M. dclxxi. âgée de xlix. ans.*

Exftat infuper non longe a tumba niuro affixa tabella lapidea, in qua infcriptio fuifor, quam ambarum fororum neptis Ludovica Carola du Tillet eufdem loci fanctimonialis erigendam curavit.

VI. Francisca II. de Perexixe de Beaumont antea B. M. de Calvario fanctimonialis, abbatiffa Geraciaci poffeffionem accepit 16. Junii 1671. Defuncta prima die hujus anni Harluini de Perexixe de Beaumont fratris, archiepifcopi Parisienfis cor obtentum in choro condidit, cui affixit in tabella ad pilam chori proximam portæ fequens epitaphium: *Icy eft le depeft du cœur de meffire Harlouin de Perexixe de Beaumont archevefque de Paris, docteur & provifeur de Sorbonne, precepteur de Louis le Grand, chancelier & commandeur des ordres de Sa Majefté: cœur véritablement digne du bonheur éternel, puisqu'il l'a tout donné à Dieu durant fa vie, & genereufement facrifcé pour fa gloire & pour les intereffs de fon eglife. Il a été mis entre les mains de madame Françoife de Perexixe de Beaumont fa fœur, abbeffe de cette maifon, laquelle a fait elever ce monument à fa memoire avec une tendreflé & des larmes chretiennes. Paiffans, priez Dieu pour le frere & la fœur. Abdicaffe Franciscam ante obitum liquet ex epitaphio Claudie fequentis. Obiit autem 18. Junii 1686. ætatis anno 82.*

VII. Claudia Foucault filia Jofepfi fanctiori confilio a fecretis quam perfectiffime innotefcit ex epitaphio, quod in choro ipfius tumbæ marmoris albi infcriptum eft his verbis:

*A la memoire de madame Claude Foucault cy devant abbeffe de cette abbaye Royale de Jarcy.*

*Elle naquit le xxvii. Novembre 1645. & receut les premieres iuftructions des vertus religieufes à Maubuilfon fous la fage conduite de fœur Efhabeth Foucault fa tante: après une grande efpree de fa vocation, elle fe confacra à Dieu par fa profeflion au monaftere de l'Affomption le xxviii. Avril 1659. Elle y fit durant 15. années un fi merveillex progresz dans toutes les vertus, qu'en étant devenu un parfait modelle, la providence voulut qu'elle en donnaff l'exemple & les leçons en cette abbaye, dont M. Françoife de Beaumont lui remit la conduite. Elle en prit poffeffion le xxi. Decembre 1673. Alors elle s'appliqua parfaitement à remplir tous les devoirs d'une figne abbeffe. Son amour & fa pieté envers Dieu attirerent fur fa conduite les benedictions du Ciel. Son zele ardent & fage pour la regularité foutenu de fon exemple maintint le bon ordre dans fon monaftere. Sa charité definterreffée, civile & genereufe lui gaigna tous les cœurs, qu'elle mefme gaignoit à Dieu & par l'auction de fes vertus, & par la grace de fes paroles. Enfin après avoir gouverné cette maifon deux ans feule-*

en qualité d'abbesse avec l'édification & l'amour de A ses sœurs, elle mourut épuisée de forces par ses fatigues continues à l'âge de *xxix* ans le *xvi*. Décembre 1675.

Madame Anne Foucault sa sœur lui a succédé à l'âge de *xxi* an.

Priez Dieu pour le repos de son ame.

VIII. Anna II. Foucault Claudie sorori succedit, de qua omnia dicenda ipsius epitaphium tabellæ in choro ad pilam mediam inscriptum ad latus Evangelii docet his verbis : *ky repose noble & vertueuse dame Anne Foucault abbesse de l'abbaye de Cergy en Brie. Elle naquit le 20. Aoust 1655. & n'avoit qu'un an de profession quand elle succeda en l'année 1675. a madame Claude Foucault sa sœur abbesse de cette abbaye. Elle l'a gouvernée pendant près de 54. ans avec une regularité de mœurs, une exactitude à ses devoirs & un amour pour la retraite, qui ne se démentirent jamais. Elle travailla sans relâche au bien spirituel & temporel de ce monastere, aidée par les bontez dont l'honoroit son Eminence monseigneur le cardinal de Noailles archevesque de Paris, qui venoit chaque année dans cette solitude, la soutenir dans ses serueurs & dans la pratique des vertus de notre saint institut. Elle est decedée entre les bras de ses cheres filles agée de 73. ans 5. mois, le 27. de Janvier 1729. le jour même, auquel elle s'estoit offerte à Dieu par les vœux solennels de sa consecration. Priez Dieu pour elle.*

Dame Marie Foucault grande prieure de cette abbaye sa niece, a fait elever ce monument pour témoignage de sa pieté & de sa tendresse.

IX. Francisca Carola Castell de S.<sup>t</sup> Pierre, cujus beneficio haclenus dicta collegium, nominata fuit a rege 1729. mense Februario. Regit hoc anno 1740. rem domesticam tam in spiritualibus, quam in temporalibus curare sollicita.

1887.

## ISSIACUM.

TAlia hujus initia fuere parthenonis. Fundari ceptus est in urbe de Magny diocesis Rotomagensis a Ludovica Charreton moniali professâ 1637. in abbatiâ Arcifiss ordinis S. Benedicti diocesis Carnotensis, prioratus ejusdem ordinis sub titulo sanctæ Annæ, faventibus fratre Ludovico & Antonia sorore, qui fundum suppeditarunt, & abbatisâ de Arcifiss, quæ 22. Septembris 1639. huic fundationi consensum præbuit. Prima ejusdem erat priorissâ Ludovica prædictâ 12. Aug. 1642. per cuius abitum paucis post diebus, Francisca Henrica de la Fontaine comobii Montis Martyrum alumna nominata fuit priorissâ. Hæc anno sequenti 1643. die 20. Julii parem initæ 12. Augusti 1642. conventionem inivit cum domino Renouard, & illi non ita pridem nupta Antonia Charreton, qua isti de novo sibi necessitatem imposuere summam 8000. librarum subministrandi pro onendis fundis & ædibus dotando prioratu ordinis sancti Benedicti seminarum sub titulo sanctæ Annæ congruis, in loco ubi constitueretur, sed ex lege adjecta (quæ idcirco die 6. Augusti 1650. senatusconsulto abrogata fuit conventio) ut loci fundatores audirent, nominarent

priorissam, & liberum in hunc ingressum haberent. Anno 1645. permittente Rotomagensi archiepiscopo hæc prioratus S. Annæ de Magny in vicum Issiacum prope Parisos translatus est, ut patet ex litteris R. patris Morin ab archiepiscopo Rotomagensi ad hoc delegati datis prima Septembris ejusdem anni. Die vero 4. ejusdem mensis foror Maria de la Fontaine ab Incarnatione nuncupata, monialis Benedictina prioratus Belli montis in diocesi Turonensi ab archiepiscopo Rotomagensi obtenta novi conventus in urbe de Magny statuenti facultate, relictam a sanctimonialibus Issiacum translatis comparavit certis conditionibus datum 6. Octobris ejusdem anni 1645. De hoc recentiori conventu plura dicere non est hic locus, Quare ad priorem Issiacum translatum revertor. Quæ quidem translatio confirmata fuit decreto Parisiensis archiepiscopi 13. Aprilis 1646. regio diplomate 1647. mense Martio, & senatusconsulto 3. Septembris ejusdem anni. Hunc postea rex litteris datis ad summum pontificem Alexandrum VII. 19. Januarii 1657. deprecatus est ut in abbatiam erigere dignaretur, cujus abbatissâ esset Francisca Henrica de la Fontaine tunc priorissâ, Anxuit papa bullis concessis mense Octob. 1659. Accessit regium diploma mensis Aprilis 1662. quo ista firmatur erectio, & huic novellæ abbatie prorsus eadem jura & privilegia, quibus antiquæ regales ordinis sancti Benedicti gaudebant, conceduntur; idque tandem Senatus Parisiensis die prima Februarii 1663. recognovit & approbavit.

Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
193.

## SERIES ABBATISSARUM.

I. FRANCISCA Henrica de la Fontaine Victorj Bouthillier Turonensi archiepisc. sanguine proxima, parentibus nata est Ludovico de la Fontaine equite domino de Bessancour & Anna de Bouton de Chantemesse. Assumta ex parthenone Montis Martyrum, post decessum primæ hujus conventus in urbe de Magny constituti priorissæ Ludovicæ Charreton, cujus consobrina dicitur, nominata fuit secunda anno saltem 1643. quæ anno, ut diximus, 1645. Issiacum transferri conventum curavit. In codice instrumentorum capitularium unum exstat anni 1657. 9. Augusti, quo prædictus Victor Bouthillier a Francisca Henrica & conventu, hujus abbatie primus benefactor agnoscitur, ob gratiam ejus & auctoritatem apud regem & Aurelianensem ducem, cui primus ab elemosynis erat, necnon ob impensa huic domui beneficia, & propositum ære suo juvandi ecclesie principis aræ constructionem, quæ spatio duorum insequentium annorum absoluta est. Rex Francisca Henrica priorissâ usque ad annum 1659. quo ad regis preces bullis acceptis ab Alexandro papa VII. mense Octobri, abbatissæ titulo rexit usque ad obitum, qui contigit die 13. Decembris 1678.

II. Julia Bouthillier, quem dicitur superioris consanguineam, filia certe Leonis comitis de Chavigny, &c. commendatoris & magni thesaurarii regiorum ordinum, ac rei publicæ administratoris, ex Anna Phelypeaux, foror autem Dionysii Francisca episcopi Trecensis, monialis sancti Antonij

R iij

de Campis, a rege nominata 24. Decemb. 1678. A bullisque donata idibus Februarii ejusdem anni, seu potius 1679. promulgatis hoc anno 13. Apr. per Johannem Formaget presbyterum, jurium doctorem, in curia archiepiscopali Parisiensi D. de Harlay archiepiscopi vices gerentem, qui hanc in possessionem induxit die 27. eorundem mensis & anni hora secunda post meridiem. Benedictionem percepit hoc ipso anno 22. Aprilis a Francisco Trecenti episcopo de licentia Parisiensis archiepiscopi in ecclesia beate Mariæ Magdalene du Trainel, assistentibus Francisca Molé de Champlastreux coadjutrice sancti Antonii, & Carola de Veny d'Arbouze priorissa beate Magdalene du Trainel. Obiit 22. Januarii 1694.

III. Elisabetha Bouthillier germana Julii præcedentis, abbatissa renunciata die Paschatis 11. Aprilis 1694. in hoc ipso parthenone benedictionis munus accepit a suo fratre episcopo Trecenti, assistentibus abbatissis S. Antonii de Campis & de Villechaston mensè Februarii 1696. Defecit 1714. die 8. Junii.

IV. Carola de Caumont de la Force filia Henrici Jacobi Nomp de Caumont ducis de la Force paris Franciæ, &c. ex Susanna de Beringhen secunda conjuge, cum tunc esset monialis S. Salvatoris Ebroicensis, abbatiam Iffiaci nominatione regia obtinuit 15. Augusti 1714. Bullas accepit eodem anno XIII. calend. Octobris, promulgatas ab Antonio Dorfanne officiali Parisiensi 14. Febr. 1715. qua die ab eodem Antonio inducta est in possessionem, & 15. Febr. benedictionem abbatialem accepit ab archiepiscopo Parisiensi cardinali Noallio, assistentibus priorissis de Bono auxilio, & de Præsentatione beate Mariæ in majori sacello archiepiscopali. Præfuit hæcenus summa cum modestia & prudentia, utinam ad plures annos! Ceterum coadjutricem habuit Mariam Anglicam de Verue d'Hermance, quæ subinde per obitum Mariæ Annæ de Harlay Liberæ abbatissæ ordinis Cisterciensis, vulgo *l'Abbaye au Bois*, schedula regia donum accepit mensè Octobri 1722.

#### B. MARIA DE VALLE ONÆ.

Perpetuus est prioratus ordinis S. Benedicti femininarum, fundatus primum in Campania & Lotharingæ finibus diocesis Catalaunensis a Gaufrido III. de Joinville nuncupato Senæ, Felicitate de Brienne conjuge & filio Gaufrido; & quidem sub tutela Molismensis ecclesiæ, Girardo tunc abbate, qui sedit ab anno saltem 1142. ad 1148. ex quo potissimum intelligas tempus fundati prioratus, quod & distinctius colligitur ex bulla Eugenii papæ III. data Viterbii 18. Novembris anno 1145. in qua Girardo inscripta ceteras inter Molismi possessiones, quas pontifex recenset & confirmat, legitur: *In Catalaunensi episcopatu monasteria sanctimonialium de Audescis & Vallis Oniæ cum omnibus possessionibus ad eadem monasteria pertinentibus.* Jam tum igitur exstabat hic prioratus, proindeque huic anno saltem ejus adscribi potest fundatio, ad non ante 1140. quo, non prius, sedere cepit Girardus abbas primario fundatorum instrumento in appendice relato subscriptus cum

N. DAME  
DU VAL  
D'ONÆ.

Ch. CCIV.  
ed. 192.

A Roberto primo sanctimonialium priore. Ab initio enim duo monachi Molismenses hoc in parthenone debebant tam pro spiritualibus, quam temporalibus administrandis. *Scholam virtutis* appellatum fuisse hunc prioratum vetus epitaphium docet; quem deinde post diutinas cum Molismensibus concertationes Gregorius XIII. bulla data idibus Novembris 1582. ad prioritatem & conventum, permisit in spiritualibus gubernari per quos vellent a diocesano episcopo approbatos sacerdotes. Sub regimine tamen Molismensium perstitit conventus ad annum 1683. quo, cum a monachis, utpote paucioribus vix ullum subsidium seu spirituale, seu

B temporalis percipere moniales possent, libello supplici diocesano episcopi inclamarunt, qui tunc Ludovicus Antonius de Noailles, dein archiepiscopus Parisiensis & cardinalis, libenter annuit pacto inito ultima die Maii; cumque primum præsul monasterium visitaret anno sequenti 1684. monialibus consilium dedit, ut alio se transferrent, ubi ab incommodis, quæ toties expertæ fuerant magno cum spiritualium, tum temporalium detrimento, tutiores essent. Proposuit Valliacum diocesis Catalaunensis urbiculum, in qua non ita pridem dirutum fuerat heterodoxorum templum; jamque rex dato diplomate mensè Nov. 1692.

C huicæ translationi consenserat. At quominus hæc moniales uterentur indulgentia, cum rerum temporalium penuria obstitisset, opportuniorum, quæ brevi se obtulit, inspicere vitium et occasionem, his pene verbis Gallico Latine redditis expressam in regio diplomate. Famoso illo Carentonii prope Parisios per duellum hæreticorum exciso templo pietate christianissimi regis Ludovici XIV. & fidei catholice zelo 1685. divino afflante Spiritu, pie matrone, non nisi post obitum notæ, Elisabethæ le Lievre præfidi d'Orieux in mentem venit hoc ipso in loco, ubi quasi thronum diu fixerat error, parthenonem construere, cui sacræ virgines adlitteræ jugiter & continuo Jesum Christum in sanctissimo Eucharistice sacramento adorantes, illas eidem injurias utcumque repararent. Id consilium anno 1696. a R. P. de la Motte Barnabium superiore propositum est Antonio de Noailles nuper & sede Catalaunensi ad Parisiensem translato, qui hoc approbavit, moxque in sanctimonialia Vallis Onæ conjecit oculos, accitæque induxit, annuente fratre in episcopatu Catalaunensi successore, ut hoc pium opus susciperent. Ille statim Deum ita velle non dubitantes, obsecræ sunt, ac tandem post renovatum de transferendo Carentonium monasterio diploma regium anno 1700. mensè Octobris, ceteris omnibus ad hanc ritè dispositis & apparatus translationem, eodem anno novum incolere monasterium ceperunt, ac rem divinam auspicate sunt Dominica secunda Octobris die decima ejusdem mensis, qua decantat ecclesia in primis Matutinorum sectionibus ex capite quarto libri primi Machabæorum hæc verba: *Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendant nunc mundare sancta & renovare.* &c. Ceterum ad annum 1694. quo adhuc in diocesi Catalaunensi 40. erant moniales, certa caruerunt vivendi norma, seu certis constitutionibus, quæ præscribi solent ab auctoritate

Ch. CCXXI.  
ed. 115.



superiori. Eo usque videlicet solum hoc sibi propositum habebant, ut quantum poterant ad sancti Benedicti regulam accederent, aliis tamen mitigatis, & aliis diutina consuetudine inductis cum tacita superiorum approbatione. Hoc igitur anno Maria Henrica de Chauvirey priorissa certius vivendi genus sororibus propoluit; quod tamen opus nonnisi hac in novissima domo suis omnibus expletem esse numeris, accedente archiepiscopi auctoritate.

SERIES PRIORISSARUM.

- I.** UCIA 1232. prima est nota priorissa.  
**II.** Elisabeth de Varnecourt 1307.  
**III.** Alix I. Dengente 1331.  
**IV.** Alixendis de Sommeron 1343.  
**V.** Alix II. de Nanteuil 1413.  
**VI.** Guillelma I. de Villiere 1441.  
**VII.** Idotta de Nice 1460.  
**VIII.** Anna de Juillit 1479.  
**IX.** Johanna I. de S.<sup>t</sup> Jean 1505.  
**X.** Johanna II. du Tartre 1520.  
**XI.** Claudia du Tartre 1540.  
**XII.** Guillelma II. de Grand de Briaucourt

1594.

**XIII.** Edmunda Teflard 1599.  
**XIV.** Maria de Mallabarbe de Borromée 1619. sub qua, scilicet bello, sapius exulare coactus est conventus non solum apud Jonvillam, sed etiam apud Parisios, ubi & Mariam priorissam sollicitudine per annos integros retinuit, dum interim apud Vallem Onze sex ad summum degerent sanctimonialis nullo sese intra claustra continendi obstrictæ voto. Maria cessit ante obitum in gratiam sequentis.

**XV.** Maria Henrica de Chauvirey Marie superioris, cujus erat proneptis, a patre barone de Chauvirey tradita teneris ab annis hoc in parthenone instituenda, ac demum ætate congrua in eodem professæ, Mariæ postea cedenti successit anno saltem 1661. ætatis circiter vigesimo secundo. Ipsius mox vigilantia novam conventus induit formam, sublati cum e claustro exeundi facultate, tum peculio, sollicita cuique sorori necessaria omnia ex ipso conventu suppeditari; tandemque usæ præsertim consilio celeberrimi patris de Breux congregationis Doctrinæ Christianæ alumni saluberrimis legibus constitutis, his in observandis toti conventui præluxit exemplo. Hinc illam & sorores tanti faciebat Ludovicus Antonius de Noailles, cui notæ fuerant, tum cum esset illarum dioecesanus episcopus, ut oblata novi conventus apud Carentonium fundatione anno 1700. hæc ad illum inhabitandum accesserit. Rexit annis 49. priorissa titularis, vere dicenda restauratrix, & antiqua priorissa post abdicatum regimen duobus annis cum dimidio; ac denique virtutibus & annis gravis obdormivit in Domino feria secunda 16. Aprilis 1714. ætatis anno circiter 73.

**XVI.** Henrica Teresca de Chauvirey amita in locum successa regit feliciter ab anno 1711. ad hunc 1740.

**A B. MARIA DE SALICETO, seu DE SALCEIA.**

**F**uit ab initio extra suburbium Parisiense sancti Marcelli, non longe a Villa Judæa, *Villejuif*, nosocomium pro lepra infectis mulieribus, maxime de domo regia, quapropter Francorum reges illud quamplurimis bonis & juribus dotarunt. Horum primus occurrit Ludovicus VII. Junior dictus, qui privilegio anni 1161. Aurelianis doto, decimam indulget totius vini, quod per Luteciam transiens pro rege & regina in cellarium regium deferretur, partem scilicet pro infirmis de Salceia & partem pro monialibus de Givo. Primus quoque summus pontifex Clemens III. anno 1189. pontificatus primo, bulla inscripta dilectis in Christo filiabus mulieribus leprosis de Saliceto communem vitam ducenibus, &c. Quanto manus Domini super vos amplius nocitur aggravata, &c. illas in sedis apostolicæ tutelam suscipit. Item Cælestinus III. an. 1191. pontificatus primo bulla inscripta dilectis in Christo filiabus priorissa & sororibus domus leproforum de Saliceto, quæ sic incipit: *Cum ex oculo suo iudicio gravi vas Dominus lepra morbo affligerit, &c.* Tum subdit pontifex: *Quidam sunt, qui volis querunt offensiones inducere, intendentes vires lepra percussos in domum vestram inducere, per quorum habitationem & vestra possit impediri religio, & paupertatis onera non modicum aggravari; volens igitur paci vestræ paternæ sollicitudine providere, presentis scripti pagina duximus statuendum, ut nulla unquam persona infirma, nisi femine sexus, in domo vestra ultra ponatur, &c.* Hactenus incertum, cujus illæ sorores ordinis essent; at vero tandem Nicolaus IV. pontifex fuisse ordinis sancti Augustini significat bulla anni 1289. pontificatus primi inscripta dilectis in Christo filiabus priorissa & conventui monialium monasterii de Salceia per priorissam soliti gubernari, ordinis S. Augustini Parisiensis diocesis, &c. Interim adjecto dono prædicto Ludovicus VII. rex an. 1163. tres libras cum octodecim solidis annui & perpetui redditus in pedagio Parvi pontis Parisiensis percipiendas duobus terminis, media scilicet Quadragesima partem & alteram die festo Omnium sanctorum, loco 18. denariorum, quos illis constituerat, singulis hebdomadis pro scutella sua; itemque anno 1177. decimam panis & vini ad firmitatem Aaleis pro servitio regis & reginæ, eorumque filii Philippi deportandorum concessit, ac insuper *summaris recreantis*, hoc est equos farcinarios labori impares, fatiscientes & enectos. Hæc omnia laudavit anno 1182. Ludovici filius Philippus Augustus, qui & præcepit an. 1208. regni 39. ut post decem suum aurea sigilla moniales haberent & omnem ceram, in qua, ait, *litteræ ad nos veniant sigillatæ.* Rex sanctus Ludovicus anno 1245. mensis Septembris dedit in mandatis priorissæ & sororibus leprofarie de Salceia, ut nullam omnino mulierem sanam reciperent ultra numerum tredecim; idque ab Innocentio IV. summo pontifice 1246. & a Philippo Audace filio sancti Ludovici 1274. die Martis post Pascha confirmatum est. Exstat insuper S. Ludovici præceptum tomo 12. Spicilegii pagina 179. datum Parisius

N. DAME DE LA SAULSATE

anno 1260. seu 1262. mense Maio datum apud Vicennas, ut habet Claudius Malingre Antiquitatum Parisiensium libro quarto pagina 98. quo postquam confirmavit in perpetuum quæ prædictis monialibus tam proavus Ludovicus, quam avus Philippus reges elargiti fuerant, inter alia scilicet, decimam vini quod bibitur in hospitio regis apud Vicennas; item omnimodum pannum lineum veterem camerarum suæ, reginæ, ac liberorum, necnon residuum candelarum camerarum suæ, & reginæ, veteresque arcas cameræ suæ, hospitii reginæ, capellæ suæ, scriptorum suorum & omnes alias veteres arcas emtas de denariis regis in hospitio regio, addit plus rex residuum candelæ quod superfluit in camera primogeniti sui ac primogenitorum successorum Franciæ regum cum decima vini quod bibitur in hospitio reginæ apud Vicennas\*; quodque de reginis superius dixit, vult intelligi de regum uxoris constante matrimonio inter ipsos, & de primogenitis, aliisque regum liberis, qui minores ætate, in familia regum constituti, necdum habent terrarum portiones. Ad hæc Philippus IV. rex cognomento Pulcher anno 1280. dat omnes palafredos & omnes equos recreantos suos, reginæ & liberorum, quique trahunt currus & machinas, adjecta vini decima, quod rex & regina, futuri reges & reginæ tam apud sanctum Marcellum expenderent, quam & in aliis banleuce locis, hoc est una leuca circum Parisios a majori Castello: cumque idem rex aliquandiu apud Canticantum in parochia Arcolii commoratus fuisset, hanc vini decimam postulantis monialibus, quanquam hic locus in banleuca Parisiorum non esset, indulsit tamen his verbis: *Quotiens nos, aut successores nostri reges Franciæ erimus apud Canticantum, solvatur dictis priorissæ & fororibus eodem modo, quo eis solvitur, nobis in banleuca manentibus, ante dicta decima, etiam si appareat, quod dicta villa de Canticantu non esset de banleuca. Datum Parisius mense Januario anno 1309.* Sed neque omittendum Ludovici X. regis, Huttini appellati præceptum, quo 1316. mense Februario omnia præcedentium regum dona confirmat, addens aureis argentea sigilla, linteamina regia, equos non solum fatiscientes, verum & validos, quando regem, reginam, aut liberos obire contingeret. *Nos igitur, inquit, a prædecessorum nostrorum vestigiis deviare nolentes, &c. confirmamus, &c. ad dentes cum sigillis aureis superius contentis argentea, & in panno lineo superius contento omnia linteamina, mapps, manstergia, camisas, brachas, omniaque linei genera nova & vetera sub prædicto panno lineo contineri, volentes nihilominus, ubi superius equi palafredis & aliis recreanti exprimuntur, ibi consuevit modo sanos equos, quocumque vocentur nomine, ad ipsarum mulierum commodum comprehendi; ad dentes etiam & volentes, quod jam dicta mulieres exinde & perpetuo decimam vini apud Carrieras & Canticantum percipiant, &c.* Mito ejusdem anni a Philippo Longo simile concessum privilegium; cui Philippus VI. Valerius dictus hoc adjecit, ut dictæ moniales gratuito possent centum mittere porcos ad pascedum in silva de Bievre, quæ nunc Fontis Bellaquæ vocatur, 1331. & 4. Octobris

\* Defant  
hæc sono  
ra. Spicil.  
pagina last-  
data.

A ejusdem anni dat illis certum numerum stipitum in eadem silva capiendorum, ac denique 1342. illas commentales declaratas in causam adduci non posse nisi coram rege aut ipsius cambellano significat. Extant adhuc similia privilegia regum, Johannis 1350. Caroli V. 1364. mense Julio, quo insuper vini decima conceditur, quod Parisiis in hospitio sancti Pauli, residente curia, expenderetur, & 1373. mense Maio; Caroli VI. 23 Jul. 1420. Caroli VII. 1437. mense Novembri; Ludovici XI. 1461. mense Decembri; Caroli VIII. 1492. mense Aprili, & 1493. die 15. Aprilis, ubi de vini decima expenti apud sanctum Autoënum quando inibi curia resideret, monialibus concessa: Ludovici XII. mense Julio 1498. Francisci I. mense Aprili 1514. Henrici II. mense Junio anni 1547. & Henrici III. regis Franciæ & Poloniæ mense Januario anni 1578. Ex quibus omnibus & inde secutus plurimis senatus decretis contra summos equis regii præfectos, aliosque colligit Johannes du Tillet in commentario regum Franciæ capite de exsequis regum & reginarum parte prima pagina 345. ad moniales de Salectia prope Villam Judezam primum ut nosocomium curarent fundatas, pertinere linteamina tam corporum, quam mensarum, sigilla aurea & argentea, omnes mulos & nulas, palafredos, equos honorarios, officiorum & alios, tam eos, qui currus dictorum regum & reginarum duxerint, quam qui ad eorum exsequias portaverint sarcinas, cum ornativis. Et certe sic se Claudius Malingre Antiquitatum Parisiensium libro quarto pag. 99. meminit legere in fragmento codicis ms. prioratus de la Saullaye: *Quando rex Johannes Londini in Anglia decessit, data sunt illis monialibus (pro regis equis per compositionem) octingente libra Parisienses, & quando Carolus V. rex obiit anno 1380. ejus filius Carolus VI. ab isdem monialibus patris sui coëmit equos pretio 2500. librarum.* Sic se res habuerunt ad diem 14. Octobris anni 1581. quo dictus Henricus III. rex suadentibus monialibus ad evitandas lites & habendum fundum solidum ac perpetuum, pro dictis in regia domo juribus assignavit illis nongentas annui relictas libras, & iterum mense Aprili 1585. ceteris juribus ac libertatibus salvis; quæ mense Januario anni 1599. Henricus IV. rex & Ludovicus XIV. mense Novembri 1644. monialibus confirmarunt. Hæc vero sunt intacta hucusque servata monialibus jura, seu privilegia. Solum spectat regem nominatio priorissæ, quæ nec opus habet vel a summo pontifice aut ab archiepiscopo confirmari. Quin & illam non archiepiscopus, aut archidiaconus, sed aliquis a rege deputatus consiliarius solet inducere in possessionem dignitatis: cuius & hoc est singulare privilegium, ut ejus seu domus capellanus parochialis gaudet juribus, omnia nempe tam famulis, quam toti familie villici intra septa monasterii commorantibus sacramenta conferat, præter baptismum & matrimonium, quæ vulgo percipiunt a parcho de Chevilly, intra quam parochiam sita domus est: qua de re, dicta utriusque causa, latum est contra hunc parochum judicium anno 1606. & iterum 1652. contra Julianum Regnault

Regnault parochum. Hanc porro libertatem omnimodam ab episcopo Parisiensi & aliis testatam reliquit Clemens VII. papa concessa bulla 1382. pontificatus anno quarto, quam officialis Parisiensis anno sequenti recognovit & publicavit. Jacet in appendice nostra. Hanc ipsemet Johannes Simon episcopus Parisiensis a sua jurisdictione immunitatem concessit est apud Gentiliacum anno 1501. Cujus & executioni demandatæ exemplum habes inferius in secunda prioriffa ad annum 1349. Ceterum hoc quod prius fuisse ordinis sancti Augustini monasterium diximus, & adhuc erat 1533. inter hunc annum & 1544. evasit ordinis sancti Benedicti, uti mox videbitur in B catalogo prioriffarum.

SERIES PRIORISSARUM.

I. ALIS prioriffa B. Marie de la Sauffaye *lez Ville Juif*, obiit die sancti Sulpicii anno 1308. ex epitaphio ejus quod habetur in tumba jacente in ecclesia juxta chorum. Hæc forsan est prioriffa domus profepiarie de Salceia, sub qua 1305. cum nequid dedicata esset ecclesia, aut forte de novo reedificata esset, Clemens V. pontifex ad petitionem conventus illum dedicari cupientis in honorem beate Marie, his, qui adessent huic cæremoniæ & ad ejusdem anniversariam memoriam convenirent, quasdam indulgentias impertiri fecit.

II. Isabellis anno 1349. reverendo in Christo patri & domino fratri Johanni de Trevis Dragoonianensi episcopo, reverendi in Christo patris ac domini Fulconis episcopi Parisiensis in spiritualibus vices gerenti, qui venerat ad domum de Salceia, primum restitit, quasi hoc ecclesie sue libertati detrimentum afferret; sed cum ille dixisset se ad dictam domum non venisse, nec eandem ecclesiam intrare velle causa visitationis, nec alias maliciose, seu nomine officii vicariatus dicti domini episcopi Parisiensis, sed tantummodo ratione devotionis & peregrinationis, & non ut episcopum, sed solum tanquam humilem fratrem ordinis Eremitarum sancti Augustini, & quasi advena petisset in dicta domo recipi & hospitari intuitu pietatis, ac etiam caritatis, in signum cujus annulum suum deposuerit in manibus dictæ prioriffæ ob causam prædictam & ad dubium removendum, acquievit tandem debitis protestationibus præmissis dicta prioriffa illum recipi, qui similiter hisce consentiens, cum sciret ecclesiam dictæ domus non esse consecratam, & affectum humilem, quem habebant ad hoc dicta domina prioriffa & omnes alie sanctimoniales, ob reverentiam & honorem D. N. J. C. & beatissimæ Mariæ virginis, & beati Justini martyris, beaticæ Ludovici confessoris, quondam illustrissimi Francie regis & dictæ domus præcipui fundatoris, &c. ipsam ecclesiam de Salceia die Maii decima anno 1349. Deo dicavit & consecravit. Eodem anno recognovit Isabellis prioriffa se recepisse omnes equos ex equili reginæ Johanneæ Burgundia defunctæ 1348. præter tredecim, quos retinuit rex octingentis libris æstimatos.

III. Endelina du Marchié innotebit ex hoc *Tomus VII.*

ipfius epitaphio in tumba lapidea quæ juxta chororum in ecclesia cernitur: *Cy gist très-religieuse & honneste Endelina du Marchié prieure de ceans, qui trespassa l'an de Grace 1377. le premier de Juin.*

IV. Nicolaus de Lievilla fedebat die 13. Nov. 1380. & 1382. quo laudatur gubernatrix prioriffa nuncupata in bulla Clementis papæ VII. de qua supra.

V. Nicolaus II. de Lantilly præerat an. 1515. ut liquet ex hac epigraphe ad pilam portæ majoris ecclesie a parte monialium: *Madame Nicole de Lantilly prieure de l'eglise de ceans sit faire ce monstier l'an 1515. Priez pour elle.*

VI. Egidia de la Croix prioriffa dicitur ordinis sancti Augustini, per cujus obitum, uti legitur in diplomate Francisci I. regis,

VII. Gabriels I. de Villiers S.<sup>r</sup> Paul nominata a rege Francico I. prioriffa ordinis sancti Augustini die 21. Februarii anno 1533. & hac fato functa,

VIII. Gabriels II. de Villiers S.<sup>r</sup> Paul ab eodem rege Francico I. renunciat abbatiffa ordinis S. Benedicti die 24. Febr. 1544. Mortem oppetit 14. Maii anno 1557. conditaque est in ecclesia juxta chorum sub tumba cum hoc epitaphio: *Cy gist très-religieuse & sage dame madame Gabrielle de Villiers S.<sup>r</sup> Paul la jeune, jadis prieure de ceans, laquelle trespassa le 14. jour de May 1557.*

IX. Barbara de Reilhac professa in parthenone de Churmis in dicecesi Suestionensi, nominatur prioriffa de Salceia ab Henrico II. rege 15. Maii 1557. per cujus obitum

X. Maria I. de Picart Salceia alumna professa die 7. Augusti 1543. prioriffa nominatur 10. Martii 1576. Hæc & cetera quæ ad illam spectant docet epitaphium in tumba lapidea jacente in ecclesia juxta chorum: *Cy gist religieuse & sage dame Marie de Picart vivante religieuse professe en ce Prieuré dès le 7. Aoust 1543. & prieure d'icelui depuis le 10. Mars 1576. jusqu'au 27. Novembre mil V.<sup>ts</sup> XLIII. laquelle deceda le 25. Novembre 1617. âgée de 88. ans & deux mois. Priez Dieu pour son ame.* In infima parte ejusdem tumbæ hæc leguntur: *Dame Catherine Charlet religieuse & prieure de ceans par la resignation de ladite dame le Picart sa tante, lui a fait faire cette tombe.*

XI. Catharina Charlet professa domus de Salceia, a sancta Trinitate nuncupata, per cessionem materatæ Mariæ de Picart superioris prioriffa evasit a rege Ludovico XIII. nominata 1611. & iterum 1613. renovato diplomate propter nondum obtentam possessionem. Sub ejus regimine Johannes de Thoulouze prior vicarius abbatiæ sancti Victoris Parisiensis & visitator regalis monasterii beate Mariæ de Salceia cæmeterium ad sepelienda corpora famulorum & advenarum qui forte intra exteriora dictæ domus septa decederent erigi curatum loco veteris, quod quia locus esset latronum occultator & receptor, jam a longo tempore pars erat septorum monialium, cumque illarum hortis commune factum, itemque alterum pro sanctimonialibus eo quo utebantur amplius & commodius, obtenta prius a Dionysio le Blanc officiali & vicario generali archiepiscopi Parisiensis

abfentis, benedixit die Jovis 4. Julii anno 1641. A  
dum tunc monafterium vifitaret, quod confiare  
dicitur triginta monialibus, nempe novemdecim  
profefsis de choro, tribus novitiis & octo fororibus  
laicis feu converfis.

XII. Maria II. de Froulay de Teflé profeffa  
fancti Pauli Bellovacenfis, volente superiore Catharina  
Charlet, & approbante rege facta eft co-  
adjutrix 1642. die 6. Januarii, cujus dignitatis  
obtinuit poffeffionem 21. Maii ejuſdem anni.

XIII. Magdalena de Froulay de Teflé profeffa  
Bellimontis prope Turones fuſceffit, qua cedente,  
feu permutante pro abbata fanctæ Margaretæ de  
Vignats ordinis S. Benediſti in diceceſi Sagienſi, B  
1672. 20. Novembris

XIV. Maria Franciſca de Rouxel de Medavy  
filia Jacobi comitis de Grancey Franciæ mareſcalli  
& Catharinæ de Monchy, nata 1630. ex abbatiffa  
de Vignats, regalem de Salceia prioratum obtinuit  
26. Decembris 1672. in cujus poffeffionem in-  
ducta eſt a D. de la Vrilliere ſenatore clerico Pari-  
ſienſi 27. Junii 1673. Obiit 1692. apud Ma-  
lamnoani, œconomio dehinc per quatuor annos  
prioratu commiſſa.

XV. Sufanna de Navailles filia Philippi de  
Montault de Benac ducis de Navailles parif Franci-  
ciæ & mareſcalli neonon equitis torquati ex Su-  
fanna de Baudean, Urfulina monialis apud Valet-  
tani in agro Inculmefnſi, regia ſchedula prioratum  
beatæ Mariæ de Saliceto aſſecuta 1696. die 15.  
Septembris, ejuſdem adiit poffeffionem 29. Mart.  
1697. Vivit hæcenus & regit non plus clara no-  
bilitate, quam pietate, quæ illam impulit, ut aram  
principem elegantiffimi operis ex albo marmore  
& ære, cui ſupereminet iſignis tabula picta beatæ  
virginis Mariæ in cœlum aſſuntæ, a fundamentis  
exædificaret.

TRAINEL. B. MAGDALENA DE TRIAGNELLO,  
ſeu TRIANGULO.

Virginum ordinis fancti Benediſti prioratus  
perpetuus ſub inſtituto mitiori ab origine &  
uſibus abbatie Paracliti diceceſis Trecentis, a quo  
dependet, cognomen de Triangulo retinet a primo  
ſuæ foundationis loco in Campania leucis aliquot  
ab urbe Trevis ad Occidentem, marchionatus ti-  
tulo inſigni, fundatore Gundrico ſacerdote, ut  
patet ex necrologio ad IV. idus Decembris. Charta  
quidem fundationis deſideratur; ſed jam coſtitutum  
fuiffe duodecimo ſaltem ſeculo innotecit ex bulla  
Alexandri papæ III. data anno 1163. qua ponti-  
ſex, ſicuti deſceſores, illum abbatie de Paraclito  
diceceſis Trecentis confirmat, ex tomo quarto E  
veteris Galliæ Chriſtianæ pag. 707. Hunc dici-  
pline ſtrictiori alligavit anno 1622. Claudia Phi-  
lippa de Veny d'Arbouze prioriffa conſilio amite  
Margaretæ de Veny d'Arbouze abbatiffæ & refor-  
matricis abbatie regaliſ Vallis Gratiz. Cum e loco  
Trianguli bellis deſolato ſanctimonialia coactæ  
fuiffent abſcederent. 1629. inſequenti, permiſſa  
Oclavii de Bellegarde archiepiſcopi Senonenſis,  
regiſque Ludovici XIII. favore in urbem Melo-  
dulunum ſe receperunt, ubi cum nec tute ſatis eſſent  
anno 1652. Pariſios conſugerunt annuente Ludo-

vico Henrico de Gondrin Senonenſi archiepiſc.  
15. Septembris 1653. quo tempore conſtabat  
conventus novemdecim choro addiſtis moniali-  
bus, tribus novitiis, & quatuor ſororibus converſis,  
quæ dum inhabitant donum ſecularium per duos  
& amplius annos, regulariter nihilominus viven-  
tes, & alienæ proſus a ſeculo, ex multis quæ in ea  
paſſæ ſunt incommodis, ſibi ſex fatio ereptas ſoro-  
res & apud Vallem Gratiz conditas ingemerunt.  
Vendita dehinc Melodunenſi domo, & mutuatis  
duodecim librarum millibus, domos & hortum  
compararunt anno 1654. in vico de Charonne  
ſuburbii fancti Antonii, contentientibus archiepi-  
ſcopis Senonenſi & Pariſienſi, ita tamen ut hujus  
& ſucceſſorum juridiſtioni eſſent obnoxia; quod  
& rex approbavit regio diplomate a ſenatu Pari-  
ſienſi recognito eodem anno. Denique an. 1664.  
regina mater Anna Auſtriaca noyæ domus eo in  
loco primum lapidem poſuit. Sequuntur prioriffæ,  
quarum nomina cum ſupra dictis hodierna prioriffa  
nobilifcum perhumaniter communicavit.

SERIES PRIORISSARUM.

I. SABELLA de l'Éſpant 1416.

II. Stephana 1468.

III. Catharina le Grand 1475.

IV. Helena de Tourgvilleray bona quædam  
in emphyteuſim elocavit anno 1492.

V. Eleonora de Coquilleray rexit ab anno  
1496. ad 1512.

VI. Jacoba de Dye 1512.

VII. Michaelis de Beguin 1544.

VIII. Antonia de Couffay 1564.

IX. Ludovica de Couffay 1567. & 1572.

X. Philippa de la Fin 1584.

XI. Claudia Philippa de Veny d'Arbouze  
1621. & 1622. quo, ut diximus, anno ſtrictio-  
rem diſciplinam conſilio amite Margaretæ de  
Veny d'Arbouze abbatiffæ Vallis Gratiz, ſuum in  
monaſterium induxit. Hæc etiam eſt quæ Tri-  
angulo Melodunum 1630. & inde Pariſios 1653.  
tranſtulit conventum. Poſtea ceſſit in gratiam  
neptis, quæ ſequitur.

XII. Carola de Veny d'Arbouze 1667.

XIII. Gilberta Franciſca de Veny d'Arbouze  
de Villemont ex coadjutrice Carolæ ſuperioris  
amite, ab anno 1700. 18. Julii, quo dignitatis  
hujus accepit poffeffionem, evaſit prioriffa 1714.  
Vivere deſiit 1724. die 24. Decembris.

XIV. Lucia d'Artagnan de Montefquiou ſan-  
ctimonialia profefſa Vallis Gratiz die feſto ſancto-  
rum Innocentium 1724. nominata prioriffa,  
iniit poffeffionem 8. Januarii 1725. præſente  
prima ſanguinis regii principe Adelaïde d'Orleans  
Calenſi abbatiffa.

S. THOMAS DE VALLE.

LAVAL

Se appellatus eſt prioratus perpetuus ordinis  
fancti Benediſti ſeminarum mitioris inſtituti  
a loco de Laval prope Domnam Mariam, Dame  
Marie in Bria diceceſis Senonenſis, ubi primum  
conditus eſt ante annum 1163. quo Alexander  
papa III. ſicuti deſceſores, Paraclitiſ abbatie  
diceceſis Trecentis donationem monaſterii de

Pomerio in diocesi Senonensi, sanctæ Magdalene de Triagnello, & de Levalle in Trecentis, lege Senonensi, &c. confirmat. Anno 1194. Maria Trecentis committissa donationes huic prioratui factas significat & confirmat. Cum autem saviente bello devastatus esset conventus, non longe hinc ad Domnam Mariam translatus est, & inde paulo post Latinicum, ut liquet ex regio Ludovici XIV. diplomate dato mense Octob. 1647. regni anno quinto, quod Senatus Parisiensis 20. Dec. ejusdem anni & Rationum camera 14. Februarii 1648. in suos commentarios retulere; cum jam anno 1642. 24. Martii Anna Maria de la Rochefoucault abbatissa Paracleti, a quo cœnobio hic prioratus dependet, Senonensis archiepisc. 20. Junii 1647. Parisiensis archiepiscopus iisdem mense & anno, necnon Camillus de Neufville de Villeroy quo Latiniacensis abbas die prima Julii 1647. huic translationi consentissent. Hæc porro præmissis Andreæ du Saussey presbyter, jurium doctor, sedis apost. protonotarius, officialis Paris. & vicarius generalis Johannis Francisci de Gondi Parisiensis archiepiscopi tam in spiritualibus, quam in temporalibus moniales prædictas die Dominica 21. Junii 1648. induxit in possessionem domus Latiniaci, quam in dotem filiz Margarete Thierfaut futuræ brevi sanctimonialis hujus loci parens tradiderat Petrus Thierfaut dominus de Conches libellorum supplicum magister 18. Junii 1647.

SERIES PRIORISSARUM.

I. ELISSENDIS monialis Paracleti, prima nobis occurrit priorissa S. Thomæ de Valle anno 1265. mense Novembri.

II. Stephana le Grand 1453. 20. Februarii.

III. Jacoba de la Riviere sanctimonialis Paracleti, reperitur S. Thomæ de Valle priorissa die 28. Junii 1486. & 1494. 27. Julii, quo dicitur priorissa prioratus domini sancti Martini de Laval, membri a Paracloio dependentis. Adhuc præerat 26. Junii 1497.

IV. Felicia Bourgerie al. Bourgelles, monialis Paracleti, erat priorissa S. Thomæ de Valle 1532. 21. Februarii.

V. Heberda de Melun ex priorissa Montis S. Dionysii diocesis Meldensis, a Carola de Coligny abbatissa Paracleti 1531. nominata, promovetur ad prioratum S. Thomæ de Valle a Maria de Melun priorissa Paracleti, sede abbatiæ vacante, signatum de Bonneval, forte Antonia de Bonneval tunc solum electa Paracleti abbatissa, quæ dein confirmata, iterum Heberdam nominavit 6. Nov. 1533. Præerat 1540. 24. Martii ante Pascha & XI. Septembris, ac 1543. 26. Januarii.

VI. Margareta I. de Masserat priorissa 13. Aprilis 1553.

VII. Johanna de Sallazar monialis Paracleti, memoratur priorissa S. Thomæ de Valle die 9. Jun. 1556. præsentē sorore Bernarda de Turenne abbatissa Paracleti.

VIII. Antonia du Verger priorissa 1557. 18. Julii, 1559. 1566. die prima Decembris, & 1567. 20. Aprilis, adhuc superstes, sed non amplius priorissa 1581.

Tomus VII.

IX. Alienor de Blondel dicta de Joigny, seu Alleonor, uti seipsa inscribit, priorissa occurrit 18. Aprilis 1581. quo anno nescio quid egit, præsentē Antonia du Verger antiqua priorissa. Memoratur adhuc 1589. 24. Martii, 1591. 1595. prima Febr. & 1597. 28. Martii.

X. Catharina de Joigny priorissa 1607. die 28. Aprilis, 1610. feria 1v. prima Septembris & 30. ejusdem mensis, 1615. 18. Januarii, 1618. 19. Decembris, 1622. 23. Aprilis & 22. Julii, ac denique 1625. 13. Martii.

XI. Claudia Perry monialis Paracleti dicta a S. Trinitate, memoratur priorissa S. Thomæ de Valle anno 1632.

XII. Carola le Bret monialis Farzmonasterii, prioratus S. Thomæ de Laval possessionem accepit die prima Julii anno 1633. Regebat adhuc 29. Decembris 1636. primum in loco de Laval, & posthac in loco Domnæ Mariæ, *Dame Marie en Montois*. Dein abdicavit in gratiam sequentis, hincque tandem permittente archiepiscopo Senonensi 27. Junii 1640. cum Elisabetha le Breto-lore subpriorissa & aliis duabus monialibus egressa est ad instituendum monasterium in urbe Latiniaci, ubi jam die 21. Julii anni 1639. domum cum appenditiis idcirco acquiserat, Parisiensis archiepiscopo consentiente.

XIII. Magdalena I. Miron Malenoæ sanctimonialis, tum regebat hospitalē domum Latiniacensem, ubi cum Margareta Thierfaut artificio amicitiz foedere se colligavit, quando cessione præcedentis obtinuit prioratum S. Thomæ de Valle, cujus possessionem accepit 1641. 30. Octobris, prævio consensu Annæ Mariæ de la Rochefoucault abbatissæ Paracleti dato 3. Augusti ejusdem anni. Cogitavit paulo post de prioratu in alium locum transferendo. Annuit, ut diximus, Anna Maria de la Rochefoucault abbatissa Paracleti 1642. 24. Martii, &c. favitque prædicta Margareta Thierfaut, vovendi si quidem desiderio succensa, pater ejus obtulit fundum apud Latiniacum, quo transferretur prioratus, ut propior esset filiz. Quapropter hæc facta est translatio 1647. uti supra dictum est, & capta possessio domus Latiniacensis 1648. quo Maria Miron subpriorissa laudatur. Postea cecit Magdalena Miron in gratiam sequentis, regressaque ad suæ professionis locum Malamoam, ibidem e vivis excessit.

XIV. Magdalena II. Lallemand Assumtionis apud Parisios (les Haudriettes) sanctimonialis, abdicante Magdalena Miron evasit priorissa, qua postmodum similiter cecit dignitate in gratiam sequentis.

XV. Catharina II. Violle cœnobii Jotrensii alumna, dicta a Nativitate, prioratus sancti Thomæ de Valle apud Latiniacum accepit possessionem 1663. die 7. Febr. Reperitur 1670. & 1677. die 7. Julii. Obiit 1680. die 16. Junii in festo SS. Trinitatis, antea dimissa prioratu in gratiam neptis, quæ sequitur.

XVI. Margareta II. Violle e Pontis dominarum sanctimonialis, per amite resignationem bullas accepit Romæ datas 1680. nonis Aprilis, pontificatus Innocentii XI. papæ anno quarto, quibus

S f ij

promulgatis per Nicolaum Cheron doctorem A theologum, in curia episcopali & metropolitana vices gerentem & iudicem ordinarium, atque hac in parte a Francisco de Harlay Parisensi archiepiscopo delegatum, ab eodem Nicolao in possessionem inducta est eodem anno 1680. 29. Augusti. Emulam quidem passa est Margareta Franciscam Petitjean dictam a S. Carolo, doctus professam, quæ ideo litem intendit, propterea quod Margareta non esset Benedictina monialis; verumtamen vicit Margareta, obtento a Senatu edicto 31. Dec. ejusdem anni. Obiit anno 1694.

XVII. Maria de Bermondet Doradour Causensis sanctimonialis, ex coadjutrice per decem annos, reperit priorissa 1701. 8. Septembris. Deceffit die undecima Augusti anno 1711.

XVIII. Elisabethe de Coq dicta a sancta Maria, per resignationem precedentis facta priorissa, bullas accepit 1713. anno pontificatus Clementis XI. decimo tertio, in possessionem inducta a D. Dorfanne 29. Augusti ejusdem anni. Abdicato prioratu in manibus Marie de Roye de la Rochefoucault abbatisse Paracleti 25. Julii 1727. se recepit in parthenonem Malanox usque ad annum 1729. quo monasterium beate Magdalene de Triangulo, de Trainel, apud Parisos, ubi vota emiserat, reperiit, inibi que defuncta est 29. Dec. 1732.

XIX. Maria Anna Jabin de Lavaud antea monialis Malanox, nominata priorissa a Paracleti abbatisse, possessionem accepit die prima Aprilis anno 1728. Regit hoc anno 1741.

N. DAME  
DES PRIZ.

#### B. MARIA DE PRATIS.

**H**ENRICA de la Vieuville baronissa de Chalance S. Jean testamento condito die prima Novembris 1627. fundavit parthenonem, quæ condendi in dicecesi Remensi facultatem obtinuit 10. Decembris 1628. ab archiepiscopo Remensi, alteroque testamento 2. Januarii 1629. locum elegit urbem Mosomum, in qua nomine filie sue Catharinæ de Joyeuse Benedictinæ monialis professæ in cenobio sancti Petri Remensis, acquisivit aream ædificandi gratia hujus conventus, quam eidem largita est cum septingentis annui redditus libris ad victum & cetera conventui necessaria suppeditanda, pro quibus obligavit dominium suum Mosomense & alia bona, eo tamen pacto, ut filia sua Catharina de Joyeuse ejuſdem conventus foret ad vitam priorissa. *Datum 21. Februarii anno 1629.* Hinc archiepiscopus Remensis die 29. Augusti ejusdem anni permisit Catharinæ, tribusque aliis S. Petri Remensis monialibus, ut Mosomum peterent ad prioratum hunc administrandum, quando excitatus esset, ac interim congruum domum inhabitarent. Anno 1634. die 2. Martii Petrus Doyen prebiter, doctor theologus, officialis & vicarius generalis archiepiscopi Remensis servandas leges dictis monialibus præscripsit, quibus consenserunt. Accessit ad primam conventus dotationem unio monasterii Guillelmitarum monachorum fundati a Johanne Retelli comite in loco ipsius comitatus, qui dicebatur *Prata Nostræ Domine*, in parochia de Louvergny dicecesis Remensis anno 1248. & actuæ a successore Gau-

cherio 1260. Cum enim de hac unione monachi egissent anno 1641. cum Henrica de la Vieuville baronissa de Chalance S. Jean, & monialibus Mosomi, Innocentius X. papa ratam illam unionem habuit die 5. Augusti 1649. bulla, quæ promulgata fuit ab officiali Remensi die 3. Junii 1653. Hanc quoque rex approbavit diplomate relato die 5. Novembris 1654. in commentarios senatus Parisiensis, qui & altero edicto 15. Jan. 1669. dictam unionem, donationes, bullas pontificias & regia diplomata confirmavit. Insuper officialis Remensis vi bullæ pontificiæ datæ 20. Julii 1645. uniri dicto beate Mariæ conventui B Mosomensi unum, ut plura beneficia simplicia a Mosomensi abbata dependentia permisit. Tura vero die 4. Julii anni sequentis 1646. rogavit papam rex, ut dictum conventum in abbatiam, aut saltem prioratum erigeret, sub titulo Assumptionis beate Mariæ & illi præficeret forem Catharinam de Joyeuse; cujus consanguinea Margareta de Joyeuse vidua defuncti comitis Grandis prati conventui adhuc plurima dedit. Conventione siquidem inita cum sanctimonialibus ad modum fundationis, institutionis & donationis, molendina de Verpel, terras, prata, domum & appendices largita est, ex quibus conventui provenient quincentæ aut sexcentæ annui redditus libris in augmentum primæ fundationis factæ ab Henrica de la Vieuville; quam ob gratiam conventus genti de Joyeuse jus indulget nominationis, & præsentationis, jusque patronatus confirmat. Actum & confectum 15. Maii 1647. coram duobus notariis regis. Eodem anno die ultima Augusti litteris in commentarios publicos Remensis ecclesiæ relatis, archiepiscopus Remensis dictum conventum erigit in prioratum, & annuit, dummodo papæ libuerit, ut soror Catharina de Joyeuse prima ejusdem sub titulo Assumptionis sanctæ Mariæ Mosomensis fiat priorissa. Placuit id summo pontifici bullis Catharinæ indultis, quibus ab officiali visis & approbatis, eadem prioratus adepta est possessionem. Hæc autem omnia in tabulis publicis Remensis ecclesiæ relata sunt anno 1653.

Inter hæc jam diu agebatur de hoc parthenone in urbem Parisos transferendo, propter incommoda belli, Mosomo tunc in confinio regni existente, idque jam permulserat Remensis archiepiscopus Roberto de Joyeuse, quando die 8. Martii 1638. Franciscus de Gondi Parisiensis archiepiscopus eidem Roberto & matri ejus dominæ de la Vieuville comitis de Grandpré fundatrici prioratus Mosomensis concessit facultatem emendi E aream qualem vellent apud *Pixpæ* ad illum transferendum monasterium sanctæ Mariæ Mosomensis, modo dictæ moniales obnoxie forent jurisdictioni, visitationi & correctioni Parisensium archiepiscoporum. Annuit etiam rex dato diplomate 20. Julii 1638. quod isdem die & anno in commentarios Parlamenti relatum est. Finito bello redire moniales ad pristinum locum, sed cum anno 1673. urbis Mosomi diruta fuissent munitiones, ubi situm erat monasterium, alteram die 2. Februarii 1674. transferendi monasterium beate Mariæ Mosomensis in urbem Parisos sub obedientia

Registe de  
insinuations

Parisiensis archiepiscopi licentiam concessit archiepiscopus Remensis, & anno sequenti 3. Dec. archiepiscopus Parisiensis priorissæ & monialibus insulit, sub iisdem conditionibus, quibus supra 8. Martii 1638. ut in platea du Bacq suburbii S. Germani domum inhabitarent, donec locum ubi figerent sedes, comparavissent. Domus tandem acquiritur in vico de Vaugirard ejusdem S. Germani suburbii die 28. Maii 1675. ad inflitendum inibi monasterium beate Mariæ Mosomensis, translatum Parisios vii regii diplomatis & facultatis concessæ ab archiepiscopo laudatis. Haud prius tamen quam 19. Aug. 1689. post datum novum diploma regium mente Julio ejusdem anni, quod B relatum in commentarios Senatus Parisiensis 5. Augusti 1695. & cameræ Rationum die 12. eorundem mensis & anni vide-*f*is apud Sauvalium tomo primo Antiquitatum Parisiensium pag. 660. conventus in eam domum concessit, pro qua jure morticiniæ donata 12. Maii 1698. apocham accepit. Comparatur item altera domus vicina pro dictis monialibus tunc a B. Maria de Pratis nuncupatis, nomine Ludovici Roberti Carnot, qua emtione ab ipso declarata, rerum temporalium abbatis sancti Germani moderatores die 7. Februarii 1708. hujusce domus accipiendi possessionem fecerunt potestatem.

## PRIORISSARUM INDICULUS.

I. CATHARINA de Joyeuse filia fundatrix Henrice de la Vieuville baronissæ de Chalance S. Jean, antea monialis S. Petri Remensis, prima fuit priorissa cœnobii Mosomensis, omnibus, quorum intererat, conspirantibus, matre, archiepiscopo Remensi, rege, ac summo pontifice.

II. Claudia Gabriels de Coucy prius in abbacia beate Mariæ Sueffionensis novitia, & in prioratu Mosomensi professa, per obitum superioris, ejusdem obtinuit præfecturam beneficio Caroli Francisci de Joyeuse, qui præsentavit illum Remensi archiepiscopo die prima Decembris 1678. Nominatur in regio diplomate anni 1689. quo cœnobii translatio in vicum de Vaugirard confirmatur. Obiit 6. Maii anno 1708. post acceptam coadjutricem, quæ sequitur, die 4. Maii 1703.

III. Anna de Scorailles de Rouffille soror Catharinæ abbatissæ Calensis, ex moniali Calensi facta coadjutrix priorissæ beate Mariæ de Pratis die 4. Maii 1703. & muneris adepta possessionem 10. Novembris 1708. rexit ad annum 1739. quo, ob inopiam extinctæ domo, ablegata est Carentonium in Vallem Onz. ceteraque moniales superstites numero novem in alia monasteria sunt dispersæ.

B. MARIA A CONCEPTIONE, ET S. JOSEPH ad Confluentem Matronæ & Sequanz.

Prioratus perpetuus & conventualis B. Mariæ a Conceptione & S. Josephi, ordinis sancti Benedicti parentem agnoscit Carolam le Bret monialem Faremonasterii, & an. 1633. priorissam sancti Thomæ de Laval in diocesi Senonensi, quæ cum abdicasset hunc prioratum, permittente archiepiscopo Senonensi 27. Junii 1640. hinc egressa

cum Elisabetha le Bret sorore subpriorissæ, aliiq; duabus monialibus monasterium ejusdem ordinis excitavit in urbe Latiniao, prius inibi acquisita domo cum appenditiis 21. Julii 1639. probante archiepiscopo Paris. qui hanc die 31. Jan. 1641. priorissam hujus loci constituit; & hoc ipso anno mense Junio diploma regium obtinuit Carola datum Peronz, quo hic parthenon confirmatur. Hic substitit ad annum 1653. quo bellis urgentibus eadem Carola transferre conventum statuit; quapropter a ducissâ d'Angoulesme palatium a Burgundia dictum ad Confluentem Matronæ & Sequanz prope Parisios situm acquisivit die 6. Decembris 1653. illucque mense Martio 1654. translulit conventum; ex quo sequentes sanctimoniales ad alias præfecturas destinatæ leguntur: Carola de Bernieres renunciata 18. Maii 1709. priorissâ Novi burgi ordinis sancti Benedicti in dioc. Ebroicensi, ubi hæctenus præst: Elisabetha de Lorge die 7. Januarii 1717. abbatissâ de Andecifis ordinis sancti Benedicti diocesis Catalaunensis, inibi mortua mense Decembris 1727. Ludovica Carola Duplessis Chastillon de Nonant mense Maio 1720. abbatissâ de Vignaz ordinis S. Benedicti diocesis Sagienfis, defuncta ibidem 10. Maii 1739. Claudia de Lorge mense Junio 1721. abbatissâ S. Amandi ordinis S. Benedicti in urbe Rotomagensi, adhuc superstes. Maria de Duras 14. Novembris 1725. abbatissâ B. Mariæ Santonenfis ordinis S. Benedicti ad hunc annum 1740. Maria Catharina Bettisy de Mezieres 5. Octobris 1738. abbatissâ S. Remigii de Landis ordinis sancti Benedicti diocesis Carnotensis, ad annum 1740. Maria Johanna Chaumont mense Martio 1730. coadjutrix abbatis de Vergavilla ordinis sancti Benedicti diocesis Metensis bullas exspectat ut adeat dignitatis possessionem.

## SERIES PRIORISSARUM.

I. CAROLA le Bret, antea, ut diximus, Faremonasterii alumna, de qua vide hist. eccles. Meld. a pag. 433. ad 438. & postea S. Thomæ de Laval in diocesi Senon. priorissa, ac tandem fundatrix & prima hujus loci priorissa per annos novemdecim, præfecturam abdicavit sororis in gratiam, defuncta 23. Decembris anno 1662.

II. Elisabetha le Bret cedente sorore, inducta in possessionem 5. Martii 1660. præfuit duodecim annis cum duobus mensibus, mortua 19. Maii 1672.

III. Claudia Diamond professa Gerfici, prioratum hunc obtinuit a D. de Harlay Parisiensis archiepiscopo, cujus possessionem adepta 20. Maii 1672. post regimen annorum 25. & septem mensium vivere desit 21. Decembris 1697.

IV. Maria Armada Agnes Gigault de Bellefonds filia marecalli hujus nominis, monialis professa monasterii B. Mariæ de Angelis dicti Bellefonds apud Rotomagum, ab eminentissimo cardinali de Noailles nominata priorissa 24. Decembris 1697. ab eodem inducta est in possessionem 18. Januarii 1698. Regit hæctenus feliciter.

BON  
SECOURS.

## B. MARIA DE BONO AUXILIO.

**P**rioratus perpetuus beate Mariæ de Bono Auxilio ordinis sancti Benedicti puellarum mitioris instituti, in suburbio sancti Antonii, vico Charonæ & parochia S. Margarete initia sumit beneficio Claudiæ de Bouchavanne viduæ Jacobi Vignier regi a consiliis & rei ærariæ administræ, quæ ad hunc institutum sororem suam Magdalenam Emmanuelæ de Bouchavanne, Magdalenam de Vertus & Olivam Durand ex abbatiæ beate Mariæ Sueffionensis evocatas illuc induxit die prima Septembris 1648. & 8. ejusdem mensis lex illis posita intra monasterii claustra sese perpetuo continendi. Ita Sauvius tomo primo Antiquitatum Parisiensium pag. 663. cum tamen nonnisi mensè Julio anni 1667. id scripto diplomate rex probaverit, assenserit Parisiensis archiepiscopus 23. Januarii 1669. eodemque anno præpositus mercatorum cum ædilibus 16. Martii & 18. Julii, ac tandem Senatus Parisiensis die 16. Maii 1670. totum illud in commentarios retulerit.

Hist. Paris.  
tom. 1. pag.  
216.

## PRIORISSARUM SERIES.

**I. M**AGDALENA Emmanuelis de Bouchavanne fundatrix foror, prius alumna B. Mariæ Sueffionensis, ab eadem fundatrice pro jure quod sibi retinuerat nominandi quandiu viveret priorissam, dein transituro ad archiepiscopos Parisienses, prima fuit destinata, quæ post regimen annorum viginti vivere desit 1668. anno ætatis 63. die 28. Augusti.

**II.** Laurentia de S.<sup>t</sup> Simon Sandricourt, de qua consule tommum quartum historiæ genealogicæ magnatum Franciæ pag. 405. prima hujus parthenonis novitiæ per aliumtum habitum 27. Dec. 1648. & profecta prima Febr. 1650. ab eadem fundatrice post obitum fororis nominatur priorissa, eoque functa munere per annos 27. & menses decem illic decessit 10. Julii 1696. ætatis 63. cum tribus mensibus.

**III.** Jacoba Margareta de S.<sup>t</sup> Simon Sandricourt ex abbatiæ Parci Dominarum, cujus alumna erat, a forore sua Laurentia precedente accersita, ex ordine Cillercienti ad Benedictinum mitiorem transeundi a summo pontifice obenta facultate, fororis evasit coadjutrix 15. Martii 1694. annuente Francisco de Harlay Parisiensi archiepiscopo, cujus erat a fundatrix obitu priorissam nominare. Tum bullis acceptis prioratus adit possessionem, sed nonnisi post obitum fororis rexit per novem annos & quinque menses. Defuncta liquidem est 18. Decembris 1705. anno ætatis 55. cum uno mensè.

**IV.** Magdalena de Longueval beate Mariæ Sueffionensis sanctimonialis profecta, prævia eminentissimi cardinalis Noallii Parisiensis archiepiscopi nominatione 31. Decembris 1705. prioratus accepit possessionem 12. Jan. 1706. Obiit prima Martii 1710. ætatis anno 71.

**V.** Mariæ Bazii de Bezons foror marescalli de Bezons, de qua vide tommum septimum historiæ genealogicæ magnatum Franciæ pagina 683. ex

moniali Nostre Domine de Grata Villæ episcopi prope Parisios nominata priorissa ab eodem cardinali Noalio die 21. Martii 1710. possessionem prioratus adipiscitur 19. ejusdem mensis. Obiit 17. Aprilis 1729.

**VI.** Mariæ Armandæ de Rohan Chabot nata parentibus illustrissimis Ludovico duce de Rohan Chabot & Catharina du Bec Crespin Grimaldi comitissa de Vardes, primum fuit sanctimonialis sancti Antonii Senonensis, tum in sociam Montis Martyrum cooptata, tandemque ipso die obitus Mariæ Bazin de Besons nominata priorissa ab eminentissimo cardinali Ludovico Antonio de Noailles Parisiensi archiepiscopo, possessionem assecuta est die 3. Maii ejusdem anni 1729. Regi hæc tenus exemplo magis quam imperio.

## PRÆSENTATIO B. MARIÆ.

L A  
PRIELX  
TATION.

**P**rioratus perpetui ordinis S. Benedicti puellarum sub instituto mitiori, ac titulo B. Mariæ virginis in templo præsentatæ origo primum dignoscitur ex litteris Johannis Francisci de Gondy archiepiscopi Parisiensis, quibus fundationem ejus ex nongentis libris annuatim a Mariæ Courtin vidua nobilis viri Nicolai Billard domini de Carouge constitutis anno 1649. in gratiam Magdalene de Valles, Margarete de Fromont, Michaelæ Richou, & Catharinæ Rondeau monialium Benedictinarum, quæ tunc debebant, ejusdem archiepiscopi permisso, in suburbio sancti Marcelli, vico des Postes & parochia sancti Stephani de Monte, necdum tamen stabilitæ, certis conditionibus approbat 2. Januarii 1650. iterumque 9. Dec. ejusdem anni occasione libelli supplicis Catharinæ Bachelier beate Mariæ de Arcifis prope Nogentum ordinis sancti Benedicti monialis, laudatæ cum Barbara Regnault in prioribus litteris tanquam futuræ ad vitam priorissæ, in quo hæc meminit cum prædictæ dotationis, tum ipsi & aliis quatuor monialibus illic condendi monasterium indultæ ad archiepiscopo facultatis, quam iterum præsul elargitur ea lege, ut inibi fundatrix, quamdiu vellet, seculari habitu cum debitis honoribus permaneret, utque neptis Catharina Bachelier loci hujus priorissa esset ad vitam, & ipsi defunctæ quæ succederet ad triennium a conventu electa confirmaretur ad archiepiscopo Parisiensi. Sed cum illas inter supra nominatas quatuor moniales, quæ ibidem vocantur antiquæ, & Catharinam priorissam orta esset dissensio modis omnibus incallum tentata conciliari, & insuper Catharina Bachelier & foror Barbara Regnault rite sibi datas ab episcopo Carnotensi dimissorias litteras haberent, ab his duabus quatuor illas separavit archiepiscopus, indulta nihilominus licentia primam illam inhabitantem domum excepta stabilitate, donec aliter statueretur; duabus vero frui permisit fundatione, ac ubi vellet, stabilire conventum, cujus Catharina esset ad vitam priorissa, & post illius decessum, si fundatrix supertes, hæc prima tantum vice quam vellet dicti prioratus sanctimonialium conventui præsentare posset ad hunc prioratum, cujus regimen haud ultra vitam fundatricis excederet, adeo ut in posterum Parisienses archiepiscopi

Chart.  
CCXVIII.  
col. 211.



plenam & integram ejusdem haberent nominationem. Habentur & aliae Francisci archiepiscopi litterae datæ 18. Decembris anno 1653. quibus Catharinæ & socia Barbare dat licentiam relicta domo sita in suburbio S. Victoris alteram incolendi in vico novo sancti Eustachii: sed hoc effectum sortitum fuisse non videtur. Tertio post anno 1656. die 20. Septembris Maria Courtin fundatrix nongentis annis reditus libris adjecit mille centum annuatim, adeo ut hæc fundatio esset bis mille librarum, quibus in litteris memorantur præter Catharinam priorissam tres sanctimoniales ab ea receptæ, Maria de Moully ab Incarnatione nuncupata, Elisabeth de Fevvre a sancta Maria, & Francisca Roufseau a Cruce dicta. Accessit eodem anno mense Novembris regium Ludovici XIV. fundationem approbantis diploma, quod videtur in appendice; & rursus aliud 20. Febr. 1661. Conseruerunt & vicarii generales vacantis archiepiscopatus 7. Februarii 1664. necnon mercatorum præpositus, ædilectus urbis Parisiensis die ultima Aprilis ejusdem anni; tandemque regium diploma suos in commentarios retulere Senatus Parisiensis 12. Jan. 1667. & Rationum camera die 7. Februarii ejusdem anni. Quibus omnibus adde hæc monialibus in suburbio sancti Marcelli, vico Aurelianensi & parochia S. Medardi degentibus concessam a Francisco archiepiscopo facultatem incolendi domum quam emerant a domino Olivier in vico des Postes, die prima Januarii 1671.

## PRIORISSARUM SERIES.

I. CATHARINA Bachelier monialis B. Mariæ de Arcifis ordinis sancti Benedicti prope Nogentum, vi fundationis admisse ab archiepiscopo Parisiensi 1650. prima fuit priorissa, donec abdicavit in manibus Ludovici Antonii cardinalis Noallii archiepiscopi Parisiensis. Dein secessit in parthenonem B. Mariæ Consolationis de Chasse-**D**midy, & inde in Portum regis, ubi defuncta est 2. Novembris anno 1708.

II. Maria Teresa Bertha de Clermont monialis sancti Corentini dioecesis Carnotensis, cessit etiam regimine anno incerto. Vivere desit in parthenone Salceiz, de la Sauffaye, die 4. Decemb. 1723. ætatis anno 66.

III. Maria Carola du Chalar monialis professa Piffiaci, post absolutum novitium, novamque initam professionem in parthenone Præsentationis, hunc priorissam rexit, dormitorio instructum. Obiit 10. Maii 1703. ætatis annum agens 50.

IV. Carola d'Argouges de Ranne monialis Villarii ordinis Cisterciensis in dioecesi Senonensi, decessit 4. Novembris 1709. ætatis 42.

V. N. de Riberolles monialis Hederæ, cessit 1712. Dehinc Trecaz se recepit, ubi ab episcopo nominata fuit priorissa perpetua sanctæ Scholasticæ in suburbio Trecazi.

VI. Margareta Elisabetha Armanda de Richefieu nata parentibus Johanne Armanda duce Richefii & Anna Margareta d'Acigne, ex moniali sancti Remigii de Landis in dioecesi Carnotensi, possessionem accepit prioratus Præsentationis B.

A Mariæ 1712. die 30. Aprilis. Regit hæctenus, cujus beneficio hæc historia debetur.

## B. MARIA CONSOLATIONIS.

CHASSE-  
MIDY.

Prioratus perpetuus virginum Benedictinarum sub titulo beatae Mariæ Consolationis in vico de Chassemidy suburbii sancti Germani Parisiensis incepit a parthenone pro Laudunensibus congregationis Nostræ Dominae ordinis sancti Augustini monialibus a sancto Josepho nuncupatis instituto 17. Julii 1634. ut scribit Sauvalius tomo primo Antiquitatum Parisiensium pag. 687. Cum enim harum incuria post octo incolatos annos domus B ære alieno prægravata venditio decreta fuisset, hanc illustrissima princeps Maria Eleonora de Rohan recens Malanoe abbatissa acquisitam mutavit in prioratum perpetuum ordinis S. Benedicti, quem e sua pristina sanctissimæ Trinitatis Cadomenfis abbatia tribus ductis monialibus Francisca & Carola de Longunay de Franqueville germanis & Eleonora de Palvoisin, necnon aliquot e Malanoe instruxit, pacto cum antiquis Laudunensibus monialibus inito, ut illis indulto anno 1634. mense Septembri Benedictinæ regio fruerentur diplomate. Floret hæctenus cum religione tum sacrarum virginum copia.

## SERIES PRIORISSARUM.

I. FRANCISCA de Longunay de Franqueville una e tribus monialibus, quas ex abbata SS. Trinitatis Cadomenfis Maria Eleonora de Rohan ejusdem loci abbatissa secum adduxit, quando, illa relicta, Malanoe regimen capessivit, huic novo prioratui ab eadem titulo priorissæ perpetuæ præfecta est; quem cum adjecta fundatricis exemplo & sollicitudine pie ac profere ufque ad obitum ejus gubernasset, sola postmodum quamdiu vixit æquo pede moderata est. Obiit 18. Junii 1695. ætatis 75. hoc epitaphio decorata:

## Icy repose

*Très-reverende mere Françoisse de Longunay de Franqueville, religieuse professe de l'abbaye de la S.<sup>te</sup> Trinité de Caën, première prieure de cette maison de Notre Dame de Consolation, sous la regle de S.<sup>t</sup> Benoist. Elle seconda les soins de très-illustre princesse madame Marie Eleonor de Rohan abbesse de Malnoüe, pour y former une communauté sainte par des constitutions sages & regulieres. La mort les ayant separées, elle la gouverna seule pendant les dernieres quatorze années de sa vie, la soutenant par ses rares qualitez, par ses instructions & par son exemple. La confiance en Dieu, l'amour des pauvres, l'observation exacte de la regle furent ses vertus particulieres, qu'elle inspira à toutes ses filles, & les laissa comme un fond de grace & de benediction à sa chere seur Charlotte de Longunay, qui lui a succedé. Elle passa de cette vie à une meilleure le 18. Juin 1695. âgée de 75. ans.*

II. Carola de Longunay de Franqueville soror & socia præcedentis, ut diximus, atque virtutum heres, demortuæ in locum successit ex fundatricis, dum viveret, constitutione. Vivere desit 9. Februarii anni 1712. ætatis 68. ac religiozæ

professionis 55. Nihil aliud præter virtutes quibus A  
enituit, ejus epitaphium continet.

III. Maria de Walmesley Angligena, una ex  
primis hac in domo professis, dicta a S. Benedicto,  
a conventu suis juribus & privilegiis uso electa  
priorissa 22. Februarii 1712. obiit die 13. Oct.  
anni 1724. ætatis 68. & 51. professionis. Hoc  
illi appositum est epitaphium:

*ley repose*

*Très-reverende mere Marie de Walmesley reli-  
gieuse professe & troisieme prieure de ce monastere.  
Son seul merite la rendit digne du suffrage unanime  
de cette communauté pour la mettre à leur teste. La  
sagesse de son gouvernement a fait connoître l'équité  
& la justice de ce choix; & un heurenx assemblage  
de toutes les qualités surnaturelles & acquises, &  
de toutes les vertus propres à former une parfaite  
religieuse & une supérieure accomplie, en a fait  
un modèle de conduite pour toutes ses filles, un juste sujet  
de leurs larmes & un motif éternel de leur reconnoi-  
sance. Elle deceda le 13. Octobre, &c. ut supra.*

IV. Anna Valeria Meraut electa die S. Lucae  
ejusdem anni 1724. mortem petiit 30. Sept.  
1735. ætatis 68. & professionis 49. ut habet  
ipsius epitaphium, in quo a teneris annis jugo sub-  
dita religionis, & omnibus rite perfuncta mun-  
deribus exhibetur.

V. Ludovica Stephana de la Jarrie Rationum  
auditoris soror, electa die 5. Oct. 1735. hætenus  
precedentium inhæret vestigiis, sub qua nunc  
puellæ duodecim tyrocinia ponunt religionis.

TORCY. S. LUDOVICUS DE TORCIACO.

Prioratum perpetuum sanctæ Mariæ & sancti  
Ludovici de Torciaco fundavit Ludovicus  
Berrier abbas beate Mariæ de Troncheto ordinis  
sancti Benedicti, prior & comes de Perrecy, &c.  
necon canonicis ecclesiæ Parisiensis consilio pa-  
tris sui cognominis regi ab omnibus consiliis, &  
quidem a secretis in sanctioris consilio, & re-  
araria, qui beneficia ecclesiastica converti in luxum non  
debere optime ratus, ex illorum quæ possidebat  
filius sepositis redditibus feudum ac dominium Vi-  
varii cum appendicibus situm in burgo de Torciaco  
in Bria comparavit die 7. Septembris 1674. ad  
inibi fundandum parthenonem ordinis sancti Be-  
nedicti sub disciplina mitiori, maxime vero pro  
sue familiæ puellis quas Dominus revocare a se-  
culo dignaretur, & retento in familia, quamdiu  
superstes erit jure priorissam nominandi, quod  
postea pertineret ad archiepiscopos, aut sede va-  
cante ad vicarios generales. Actum anno 1674.  
28. Aprilis. Fundationem confirmavit archiepisc.  
Parisienfis 13. Junii ejusdem anni, uti legitur in  
regio diplomate ea de re concessio mensis Augusto  
anni ejusdem 1674. quod Senatus Parisiensis 25.  
Maii 1675. & Rationum camera die 20. Junii  
1685. suos in commentario retulerunt, cum  
jam anno 1682. die 22. Decembris fundator  
Ludovicus Berrier portiuicula brachii sancti Be-  
nedicti, quam a celebri domino de Rancé Trap-  
pensi abbate acceperat, Torciaci conventum ditavi-  
isset.

Chart.  
CXCVIII.  
col. 183.

Ch. CXCVIII.  
col. 186.

SERIES PRIORISSARUM.

I. ANNA Hameau soror Renatae domine  
Berrier matris Ludovici ex cujus benefi-  
cium redditibus collectis fundatus conventus,  
monasticen professæ est in monasterio B. Mariæ  
de Lacé ordinis sancti Benedicti, a sancta Maria  
nuncupata. Inde fuit priorissa Benedictini conventus  
apud sanctum Carilesum, ex quo a fundato-  
ribus accita huc accessit cum quinque ejusdem loci  
monialibus, ad novum hunc inslituendum parthe-  
nonem, cui præfuit ad diem 21. Apr. anni 1691.  
quo decessit hac in domo ætatis anno 63. profes-  
sionis 39.

II. Jacoba Gerberon una e quinque prædicta-  
rum monialium, quæ cum Anna Hameau huc  
accesserant, eidem successit nominata priorissa a  
Ludovico Berrier fundatore. Sex autem annis in  
regimine exactis abdicavit in gratiam sequentis.

III. Maria Ludovica d'Albert de Luynes nata  
est nobilissimis parentibus Carolo Honorio d'Al-  
bert de Luynes pare Franciæ, regionum ordinum  
torquato equite, cujus pater Stabuli comes exilit,  
& Maria Ludovica Seguier, quæ filiam inslituen-  
dam tradidit Jacobæ Angelicæ Arnaud abbatissæ  
Portus regis Campensis. Ætatis anno 18. se totam  
Deo consecravit in abbata Jotrensi, sub abbatissa

C Henrica de Lorraine matertera sua. Latine docta  
plures sancti Augustini Gallicæ verti epistolas;  
unde arcuissima ejus cum viris doctissimis con-  
suetudo, puta domino de Rancé abbate Trap-  
pensi, quem frequenter consulebat de præcipuis  
vitæ religiois officiis, & cum Benigno Bosluet  
episcopo Meldensi, quorum plures ad eam ex-  
stant epistolæ typis mandari dignissimæ. Nominata  
fuerat priorissa de Villarceaux diocesis Rotoma-  
gensis, at sui Jotrensis conventus amore noluit  
hunc derelcere, Deo se volente, qui eam des-  
tinabat novellæ apud Torciacum fovendæ planta-  
tionis. Motus siquidem ejus meritis Ludovicus  
Berrier nominavit eam priorissam, cujus digni-  
tatis possessionem accepit die S. Thomæ apostoli  
1697. Rexit 31. annis defuncta 13. Febr. 1728.  
ætatis 82. cum dimidio, & professionis 63.

IV. Andrea Elisabeth Berrier de la Ferrière a  
patre suum & patruo fratribus nominata posses-  
sionem adit die prima Apr. 1728. Pater ejus est  
N. Berrier de la Ferrière decanorum a libellis de-  
canus, & eo nomine consistorianus assessor: mater  
Catharina de Novion, ex cujus latere atavum &  
avunculum Paris. senatus principes habuit, quæ  
gens togatas inter clarissimam etiamnum fulget in-  
fulato præfide. Regit hætenus cum magna sollicitu-  
dine, & in domum affectu singulari.

BEATÆ MARIÆ DE CALVARIO  
BENEDICTINA CONGREGATIO.

Historiam monasteriorum ordinis sancti Be-  
nedicti in diocesi Parisiensis feliciter claudo  
puellari quam maxime reformata ejusdem inslituti  
congregatione. Hujus Antonia d'Orleans filia  
Leonori duci de Longueville, &c. ex Maria de  
Bourbon ducissa d'Estouteville & comitissa de  
S. Pol vulgo audit fundatrix, & præceptrix pater  
Josephus Capucinus, ejus inslitutor: illa, quod  
parthenonem

parthenonem apud Piclavos pro virginibus, quæ ipsius exemplo strictiorem S. Benedicti regulam profiteri vellent, condiderit sub titulo B. Mariæ de Calvario, qui postea novellæ incunabula præbuit congregationi; hic autem, quod opus fuerit, curaverit & promoverit, primumque dicti parthenonis sub finem anni 1614. lapidem posuerit nomine Antonie, quæ cum aliquando nupta Carolo de Gondi marchioni de Belle-Isle, conjugæ mortuo 1596. ex quo generat Henricum de Gondi ducem de Retz, in Fulgentino apud Tolosam parthenone, post quatuor viduitatis annos, vota emisisset die 6. Januarii 1601. & invita dein bis renunciata fuisset Fontebraldensis abbatiæ coadjutrix, magno hujus ordinis fructu, uti tomo 2. col. 1327. diximus, majoris demum perfectionis gratia cùm præfectura, tum ordine abdicatis, novi apud Piclavos strictioris disciplina cœnobii, de quo supra, suadente patre Josepho Capucino fundamenta jecit, ejusque necdum absoluti, vi diplomatum, pontifici mense Augusto, ac regii 4. Octobris 1617. indultorum, die 25. ejusdem mensis cum viginti quatuor monialibuseductis e cœnobio de l'Enclotre ordinis Fontebraldensis, permittente abbatiâ, possessionem apprehendit. Sed heu! mortua est Antonia 25. Aprilis anni sequentis. Quapropter consilii fautor pater Josephus, prius in seculo dictus baro de Maffée, & post obitum patris dominus du Tremblay, inceptum opus prosequi ardentius cepit, favente inprimis regina matre Maria de Medicis, cujus fretus auctoritate sanctimoniales ablegare habitum & præcætor Fontebraldensium iussus, habituque donatas, quem Antonia fundatrix excogitaverat, filias a B. Maria de Calvario nuncupavit, siquæ initium dedit congregationi hujus nominis, auctæ non multo post altera apud Andegavum domo, cujus ipsa regina fundatrix nomen ac titulum assumpsit, in hanc tam bene affecta congregationem, ut alteram Parisiis in ipsam regiam domo de Luxemburgo appellata condiderit anno 1621. Interim pater Josephus edidit constitutiones summo pontifici Gregorio XV. duabus probatas bullis, quarum altera data 20. Julii 1622. superiores majores hujusce congregationis voluit esse Henricum de Gondi cardinalem de Retz episcopum Parisiensem, Victorem le Bouthillier præsulem Adurensem, & postea Turonensem archiepiscopum, ac reformatæ nuper congregationis sancti Mauri præpositum generalem; quibus & posteris permisit, ut alterutri defuncto duo superflites alium subrogarent, vel si duo defungerentur, superiores eligeret unum, & ambo tertium, ita tamen ut a præposita generali cum assistentium consilio eligendus, aut eligendi proponerentur, imo & a singulis priorissis, si præposita & assistentes non concordarent. At vero tandem si tres simul morerentur superiores majores, alii nominarentur a summo pontifice, vel ab ejus nuncio, ex constitutionum capite 78. Alterum Parisiis promovit pater Josephus ejusdem instituti in regione Paludis, *du Marais*, monasterium, quod emta ex ipso congregationis fundo area, cum regis, tum cardinalis Richelii & ipsius neptis N. de Combalet postea ducissæ d'Aiguillon

*Tonus VII.*

A beneficiis ædificatum, nomen Crucifixionis adeptum est. Exiit ea de re diploma regium datum in castris ante Nanceyem mense Sept. anni 1633. quod suprema curia in commentarios retulit die 7. eorundem mensis & anni. Hoc autem in cœnobio degere solet præposita generalis congregationis, quæ hodie viginti monasteriis constat: nempe duobus Piclavis, in quibus primum beate Mariæ de Calvario appellatum, originem congregationi dedit, alterum vetus abbatia SS. Trinitatis, quæ ad illam accessit anno 1634. duobus Parisiis, duobus Redonis, ceteris apud Rotonum, sanctum Maclovium, sanctum Briocum, Corisopium, B. Nannetes, Machicollum, Moricium, Turones, Andegavum, Aurelianum, Vindocinum, Meduannam, Cainonem, & Juliodunum. Hanc a propriis episcopis exentam congregationem regunt tres superiores majores, qui vulgo cardinales & prælati, suntque ad vitam, visitator regularis ad secularis ad triennium, quo singula tenetur visitare monasteria, & illo exacto continuari potest ad tria alia triennia, imo ad vitam; quoties tamen eligitur, toties sistendus est superioribus majoribus, qui jus habent illum vel approbandi, vel recusandi, præposita quoque generalis, quam directricem constitutiones vocant, quæ haud prius eligi potest, quam ætatis annum trigimum tertium attigerit, & professionis decimum inchoatum. Eligitur singulis trienniis in capitulo generali posttridie Assumptionis B. Mariæ habendo Parisiis in monasterio, ubi residere solet. Ad hujus & visitatoris electionem singula priorissæ, & a singulis conventibus una soror electa, quam eligentem vocant, jus habent suffragii scripti, quarum omnium litteris expensis a visitatore & a tribus scrutatricibus electis a conventu in quo habetur capitulum generale, qui & quæ suffragiorum pluralitate gaudet, visitator & præposita generalis declarantur. Hæc vero non ad plures quam ad duodecim annos continuatur, quibus expletis, prima vulgo fit assistens, aut certe cum nova præposita remanet illam consilii adiutur, si consulatur; eligi quidem ante tres annos priorissa non valet, at si nova præposita intra primum triennium decesserit, in ejus locum subrogari potest. Ceterum quatuor, dum regit, assistentes habet simili ratione delectas, nisi quod præposita generalis minime teneatur admittere, quæ plura obtinuerint suffragia, sed illi ut admitti queant sufficiat, si verbi gratia sex habuerint suffragia ex viginti. Possunt esse priorissæ & alibi residere, quam ubi degit præposita generalis. Hanc munus illarum est juvare consiliis, quam una semper comitatur in visitandis monasteriis, quæ singula per se, vel unam, duæve assistentes quadriennio lustrat eadem præposita, duæque singulis trienniis renovantur. Denique priorissæ, quarum ætas triginta annos, & octo professio debet excedere, eliguntur a singulis conventibus, vel ex propria domo, vel ex altera ejusdem congregationis, quomodolibet a præposita generali confirmandæ; quæ si ex altera domo, proponuntur a præposita generali, tamque his, quam illis necessarius est suffragiorum numerus supra medietatem, quo deficiente post tria scrutinia, præposita generalis cum visitatoribus &

*Fig. Perf.  
t. 5. p. 57.*

T t

assistentium consilio qualem voluerit priorissam delegat, quam admittere conventus tenetur. Hæc sunt quæ collegium & congregationis B. Mariæ de Calvario constitutionibus: nunc dicendum de præpositis generalibus, quæ hæctenus congregationem rexerunt; illas nobiscum perhumaniter communicarunt sanctimoniales cœnobii Parisiensis in regione paludis, *du Marais*.

PRÆPOSITÆ GENERALES.

I. GABRIELIS de Lespreoniere rexit ad annum 1629.

II. Maria Magdalena de Rieux a Passione dicta, primùm electa 1629. gubernavit duodecim annis.

III. Maria Michelle, a S. Spiritu nuncupata, præfuit ab anno 1641. ad 1653.

IV. Maria Magdalena de Rieux secundum, ab anno 1653. usque ad obitum, qui contigit die 15. Aprilis 1663.

V. Maria Michelle secundum, electa 6. Junii 1663. obiit 22. Januarii 1664.

VI. Francisca Renata Gravé, a sancto Spiritu dicta, regimini admota 19. Maii 1664. tenuit ad annum 1676. quo vivere desit 27. Octobris.

VII. Gabriëlis de la Troche Savoniere, ab Annunciatione dicta, cum prius abbatissa triennalis sanctissimæ Trinitatis Pictaviensis die 30. Sept. 1668. exlisset, electa est præposita generalis 21. Decembris 1676. fato præcepta 9. Augusti 1678.

VIII. Maria Catharina Antonia de Gondi S. Scholasticæ nomen sortita, electa 27. Septemb. 1678. & iterum prima Septembris 1680. duodecim annis gubernavit; quæ interim cor patris Johannis Francisci Pauli de Gondi vulgo coadjutoris Parisiensis & abbatis sancti Dionysii defuncti 1679. obtinuit deponendum in sacello Calvarie domus *du Marais* apud Parisios.

IX. Maria Magdalena Mauricet de Perrien de Crenan, a Passione dicta, eligitur 1692. Rexit duodecim annis.

X. Maria Catharina Antonia de Gondi secundum, electa 1704. obiit 31. Julii 1713. exeunte quarto regiminis triennio.

XI. Maria Magdalena Mauricet de Perrien de Crenan secundum, eligitur die 16. Septembris 1716. post quinque annos & tres menses defuncta 24. Novembris 1721.

XII. Margareta Francisca Maria Catharina de Coetquen, a sancto Augustino nuncupata, regit ab electione facta die 14. Martii 1722. ad hunc annum 1740.

S. VICTOR

S. VICTOR PARIENSIS.

Celeberrimum apud Parisios sancti Victoris ordinis sancti Augustini cœnobium conditur a Ludovico VI. Francorum rege anno 1113. in loco cellæ veteris non longe ab urbe remotæ, cui adjuncta erat capella quædam subterranea, nunc appellata *Nostri Domina de Bono nuncio*. Locum huic inhabitabat reclusa quædam femina nomine Basilla, quæ inibi sepulta est cum hæc inscriptione adhuc superlittere anno 1452.

*Hic jacet ante piam Basilla reclusa Mariam.*

Fundatum in honorem sancti Victoris monasterium liquet ex epitaphio ejusdem Ludovici regis, quod etiamnum ætæ laminæ incisum legitur in claustris secus portam dormitorii, his verbis:

*Illustris genitor Ludovici rex Ludovicus,  
Vir clemens, Christi fervoribus semper amicus,  
Iustitiam fecit passorem canonicorum  
In cella veteri trans flumen Parisiorum.*

*Hanc vir magnanimis almi Victoris amore;  
Auro, reliquiis ornavit, rebus, honore.*

*Sanctæ Dionysii, qui servas corpus humatum;  
Martyr & autistes, Ludovici solum reatum.*

*Christi centeno cum mille, decem & tribus anno  
Templum hoc Victoris struxit regalibus honoris.*

Id quoque docet ejusdem Ludovici foundationis charta, quam passim editam nostris ad calcem instrumentis adjuicimus. Albericus quidem Cisterciensis ordinis scriptor in chronico sub annum 1129. fuisse olim tradit cellam monachorum Massiliensium, quorum in locum successisse memorat canonicos regulares de sancto Rufo de Valentia, quos ait ab Hugone accitos esse. *Domus, inquit, S. Victoris, quæ erat prioria nigrorum monachorum de Massilia, ejectis prædictis monachis, adhaerens est conventus regularium de S. Rufo de Valentia per M. Hugonem, qui dictus est de S. Victore, & de regis auctoritate: & ita multiplicata religione habet ordo iste bene triginta abbatibus & plus quam octoginta prioribus.* Dubia nihilominus est, ne dicam falsa, hæc Alberici sententia, quæ nullis veteribus monumentis comprobatur. Et certe liquet aliunde, non ab Hugone inductos in eum locum canonicos regulares, sed a Guillelmo Campellensi, qui anno 1108. religionis amore succensus, severiore disciplinam instituit, & relicto archidiaconatu Parisiensis, regularium canonicorum instituta sectari cepit. Id Abaelardus in historia suarum calamitatum aperte significat his verbis: *Elapsus autem paucis annis, cum ex infirmitate jam dudum convalescens, præceptor meus ille Guillelmus Parisiensis archidiaconus, habitu pristino commutato, ad regularium canonicorum ordinem se convertit. . . . Nec tamen hic suæ conversationis habitus aut ab urbe Parisiaca, aut a consueto philosophia studio eum revocavit, sed in ipso quoque monasterio ad quod se causa religionis commiserat, statim more solito publicas exercuit scholas, &c.* His consona sunt quæ scribit Robertus de Monte ex quodam chronico abbatiæ Gemmeticensis, tractatu de immutatione ordinis monachorum cap. 5. sic enim loquitur de monasterio sancti Victoris Parisiensis: *Magister Guillelmus de Campellis, qui fuerat archidiaconus Parisiensis, vir admodum litteratus & religiosus, habitum canonici regularis assumens, cum aliquibus discipulis suis extra urbem Parisiensem, in loco, ubi erat quædam capella S. Victoris martyris, cepit monasterium edificare clericorum. Assumto autem illo ad episcopatum Catalaunensem, venerabilis Gilduinus discipulus ejus primus abbas ibi factus est.*

Porro quia de Roberti Montensis discipulatur ætate, operæ pretium est probare medio illum circiter seculo XII. floruisse. Sane cap. 9. loquens de

Chart. 179  
col. 48.  
\* T. 1. hist.  
Paris. ecclæ.  
p. 795. tom.  
3. hist. Pa-  
ris. pag. 162.  
Antiq. url.  
Paris. Cl.  
Malingre p.  
537. 6. tom.  
6. Amplif.  
collectionis  
D. Marten.  
col. 218.

Germeticensibus abbatibus, hoc ipsemet probat, Adum dicit: *Uſque ad annum M. cly. Dominica Incarnationis, quo iste catalogus abbatiarum Normannia factus est a nobis, &c.* Maneat ergo inconcussus ordinis canonici in hac ecclesia S. Victoris fuisse institutorem Guillelmum de Campellis, non alium quemlibet, fundatorem vero ac dotatorem Ludovicum VI. Francofum regem, cujus quoque precibus Paschalis II. papa fundationis litteras pontificio diplomate dato Laterani calendis Decemb. indictione VIII. Dom. Incarnationis anno 1114. pontificatus XVI. confirmavit, addita conventui libera abbatibus eligendi potestate, non requisito regis, alteriusve consensu. Eiusdem fundationis ita meminit Ludovicus VII. rex Junior dictus: *Notum fieri volo quod bona & illustris memoria Dei gratia rex Francorum praedecessor & pater meus Ludovicus ob anima sua & antecessorum remedium, B. Victoris Parisiensis ecclesiam religionis ordine insignitam a fundamentis extruxit, & sicut in privilegio eius auctoritate confirmato continetur, regis muneribus dotavit & ditavit. Nos itaque ejusdem patris nostri exemplo provocati & precibus exhortati, praefatum B. Victoris ecclesiam speciali amore fovendam ac tuendam suscipimus, &c. Parisii anno 1137. regni nostri sexto.* In veteri codice Victorino sic habetur: *Anno 1138. clarebat ordo canonico S. Victoris Parisiensis, celebrisque per orbem fama habebatur, propter insignes personas moribus & in scientiis ornatas, quas in diversis mundi ecclesiis sparsit, velut vitis facunda palmites profertens transplantandas. Ex eo nimirum ordine prodire cardinales sex, archiepiscopi duo, episcopi 17. abbates per diversa loca constituti 54. olimque primo & altero a fundatione seculo caput erat congregationis quae 44. abbatibus & prioratus, cum 80. praepositis complectebatur; qua de re Jacobus Vitriacus libro secundo capite 24. hist. occident. August. Ticensis libro de propagatione ordinis canonici, Johannes Mauburnus Bruxellensis de viris illustribus sui ordinis, Aubertus Miræus & alii historici. Cetera quae spectant ad hujus nobilissimos aceteri decorem, in abbatibus, ut sese occasio dederit, prosequemur. Ex annalibus Victorinis, qui publicam lucem nondum aspexere, auctore viro religioso & erudito Johanne de Toulouse priore vicario perpetuo, Sammarthani abbatum seriem exhibere se profitentur, ex eisdem nos & aliis monumentis emendatorem & locupletiore subjicimus.*

#### ABBATUM SERIES.

**G**UILLELMUS Campellensis, de Champeaux, anno 1108. relicto, ut diximus, archidiaconatus Parisiensi, auctor fuit & conditor hujus domus, quam primum solo prioris titulo rexit, & quidem paucis annis, electus enim est an. 1113. episcopus Catalaunensis, ubi de illo plura. Antequam vero in episcopum assumeretur, Hildebertus Cenomanensis praesul illum epistola prima hortatus est, ut in religione, sicuti quondam in ecclesia Parisiensi, more solito publicas exerceret scholas, quod quidem praestitisse supra diximus, ex Abaërdi ejus discipuli epistola prima.

I. Gilduinus Parisiis natus sese Guillelmo Cam-  
Tonus VII.

pellensi magistro canonicos regulares instituit focium adjuvit, eidemque assumto ad insulas Catalaunenſis in regimine domus Victorinae sub eodem prioris titulo subrogatus fuit, ut constat ex inscripta huic priori bulla Paschalis II. papae cal. Dec. indict. VIII. Incarnationis Dominicae anno M. cxiv. pontificatus XVI. qua monasterii possessiones confirmantur, & libera Victorinis canonicis conceditur eligendi abbatibus facultas. Quare mox illum primum abbatem constituerunt. Multos annos hanc provinciam gessit, quo tempore, uti narrat Robertus de Monte, multi nobiles & eruditi juvenes hac in congregatione adsciti sunt; quos inter Hugonem laudat, a S. Victore postea cognominatum, natione Saxonem & dioecesi Halberstadensis, qui natus 1097. nomen huic familiae dedit, ac deinde in omni litterarum sacrarum genere peritissimus effloruit. Ei fuit avunculus ejusdem nominis Hugo, & in conversione focius, cujus praecleara est memoria in martyrologio hujus domus ad III. non. Maii his verbis: *Anniversarium solenne bonae memoriae Hugonis sacerdotis Alberstadiensis ecclesiae archidiaconi, qui de Saxonia ad nos venit, magistrum Hugonem nepotem suum secutus ecclesiam nostram canonicum, quique habitum regularem in nostra ecclesia suscipiens, in eodem laudabiliter vitam consummavit.* Hic rebus suis magnifice satis locum nostrum ampliatum in auro & argento & vestibus pretiosis, tapetibus & cortinis & alia suppellectili varia: de quo hoc specialiter commendare & memoria tradere volumus, quod ejus sumptibus & impensis hujus nostrae ecclesiae aedificium factum & constructum est. Gilduinus interim ad abbatem Victorinae ornatum tantum contulit, ut quemadmodum Guillelmus de Campellis fuit regularis disciplinae in ea domo institutor, Ludovicus Crassus rex fundator, atque praediorum temporalium largus dispensator, & Girbertus episcopus Parisiensis fundi temporalis largitor, sic & Gilduinus cœnobii hujus sedulus fuerit amplifactor, ex munificentia complurium, & maxime Berneri decani, totiusque Parisiensis ecclesiae conventus, qui anno 1122. canonicis S. Victoris terram arabilem unius carrucae apud Civilicum villam, tam felicitate de territorio Civiliaci, quam Orliaci de suo proprio, assensu episcopi contulerunt; centum enim & viginti jugera terrae arabilis excolenda & olchiam cum omnibus consuetudinibus & redditibus eis concesserunt. Anno 1125. Ludovicus rex, cui Gilduinus a confessionibus erat, in ecclesiis, quas antecessores fundaverant, vel fundatas acquirerant, annualia canonicorum, hoc est redditum anni primi vacantium praebendarum, ad B. Victoris ecclesiam regularium canonicorum ordine insignitam transtulit de consensu abbatum & canonicorum inibi Deo deservientium, cum post mortem singulis diebus usque ad annum in remissionem peccatorum, mediatorum sequantur sacrificium. Haec sunt ecclesiae: Apud Castrum Nantonis, sancti Severini & sancti Tudualdis, S. Ugal, dein prioratus, uti etiam apud Melodunum ecclesia S. Salvatoris annexa sancto Severino, quando haec in abbatiam regularem conversa fuit: Meloduni sanctae Mariae & sancti Salvatoris; apud Stampas sanctae Mariae: apud Piffacum S. Mariae: apud Pontifaram sancti Mellonis: apud

T ij

Flit. Paris.  
l. 1. pag.  
277.

Malingre  
pag. 414.

Sammarthani

Malingre  
pag. 414.

Flit. ecclesia  
Paris. l. 2.  
pag. 80.

Montem Lethericum S. Petri; apud Corboilum sanctæ Mariæ, in qua undecim erant annualia designata, & sancti Guenaili. Harum omnium ecclesiarum annualia comuni abbati & canonicorum assensu Ludovicus rex ecclesiæ sancti Victoris concessit, ita ut per annum reditus præbendarum post mortem canonicorum ex integro haberet, & nullum ob hanc rem, aut ecclesiæ, aut defuncto præter anniversaria obsequium exsolveret. Huic dono adjecit rex, quod si quilibet ex his canonicis præbendam relinquere, eadem S. Victoris ecclesia illius præbende reditus possideret. *Ut autem hæc beneficentia legitimo dono, legitimo possideantur ordine, data eidem ecclesiæ & confirmata sunt per manum Henrici Senonensis archiepiscopi, Gaufridi Carnotensis episcopi, & Stephani Parisiensis, qui jam anno superiore annualia præbendarum B. Mariæ matris ecclesiæ, beati Marcelli, beati Germani, beati Clodoaldi & beati Martini de Campellis, assensu regis eidem sancti Victoris ecclesiæ contulerat. Actum Parisius publice anno Incarnati Verbi M. C. X. V. regni nostri XIX. Adelaide uxore nostra & Philippo filio nostro ammentibus. Signum Henrici archiepiscopi; signum Gaufridi Carnotensis episcopi; signum Stephani Parisiensis episcopi; signum Berneri Corboilensis abbatis; signum Stephani Meledunensis abbatis; signum Berardi abbatis Castri Nantonis; signum Pagani Stampensis abbatis; signum Stephani abbatis Montis Letherici; signum Samsonis Meduntensis abbatis; signum Henrici abbatis Piffiaci & Pontifara, adstantibus, &c.* Hæc insuper annualia scriptis etiam peculiaribus litteris confirmantur episcopi ad quos ea res pertinebat; Henricus scilicet archiepiscopus Senonensis, Hugo Rotomag. archiepiscopus, Stephanus Parisiensis & Gaufridus Carnot. episcopi, ac demum Honorius II. papa, cujus litteræ descriptæ sunt in annalibus Victorinis ad annum 1125. Tanta vero inclaruit fama Gilduini abbas, ut Stephani Parisiensis episcopi vicarium generale an. 1132. ageret, quo nomine Stephani de Garlanda Parisiensis archidiaconi bona omnia interdictio supposuit. Eodem anno Innocentius II. papa cuncta hujus ecclesiæ privilegia firmavit, & insequenti probavit donum ecclesiæ de Floriaco in Bicia per manum Alberici cardinalis & cancellarii. Hujus quoque pontificis precibus eo ipso anno 1133. Stephanus episcopus Parisiensis præbendam unam in ecclesia B. Mariæ Parisiensis, & in ecclesiis S. Germani Autissiodorensis, sancti Marcelli, S. Clodoaldi & sancti Martini de Campellis in Bria, S. Victori concessit. Qua de re sic habet charta Bartholomæi decani & capituli Parisiensis hoc donum confirmantium, ita scilicet, quod canonici S. Victoris in singulis prædictis ecclesiis singulos vicarios ponant: dein quod ad ipsos spectat, sciendum est, quod ecclesia B. Victoris, quæ in nostra ecclesia præbendam habet, nullum omnino aliud servitium in eadem ecclesia nostra per se facere debet, nisi hoc tantum, quod in septimana S. Victoris missam majorem cantat canonicus, missam vero matutinalem, & totum ex integro aliud servitium vicarius facere habet. Vide chartam integram toto sexto apostolicæ collectionis D. Martenne col. 223. Anno 1134. toties laudatus Ludovicus

A Crassus rex & fundator propensiori semper in Victorinos animo, iis ecclesiæ S. Guenaili apud Corboilum, in qua rex abbatem ponebat, tradidit, adeo ut quouomodo abbas, qui nunc erat, abbatiam relinquere, eandem perpetuo jure ecclesiæ B. Victoris possideret; sed & interim decedentibus canonicis, qui in illa sancti Guenaili ecclesia præbendas obtinebant, eadem ad jus & potestatem beati Victoris ecclesiæ libere venirent. Hoc autem desiderium nostrum, inquit rex, ut legitimo ad effectum ordine duceretur, potestatem illam & jus omne, quod in supra dicta tenuimus ecclesiæ, in manus domini Stephani Parisiensis episcopi, in cujus hæcæ eadem ecclesia sita est, reddidimus, illeque secundum voluntatem & petitionem nostram eadem potestate & jure Gilduini abbatem ecclesiæ B. Victoris, ipsamque ecclesiæ reuertit: hoc etiam adjecto, quod abbas S. Guenaldi, quando videlicet ipsam abbatiam tenuerit, ceterique canonici ejusdem ecclesiæ de cetero, sicut hæcenus nobis fecerunt, de omnibus ad illam ecclesiæ pertinentibus abbati S. Victoris respondeant, & rationem reddant & obediant. Huic dono revera Stephanus episcopus Parisiensis assensum præbuit litteris propriis. Et ad hoc, pergit rex, præstatum S. Guenaldi ecclesiæ plena libertate canonicis sancti Victoris emancipavimus, quatenus ipsi aliquos de fratribus quos & quot vellent in eadem ecclesia ponerent, & de rebus ecclesiæ, prout ratio dicitur, & utilitas ecclesiæ S. Victoris expetere, ordinarent. Algrinus cancellarius subscripsit. Successu temporis extinctis canonicis, evasit hæc ecclesia prioratus a mensa conventuali S. Victoris dependens. Anno eodem 1134. Gilduini precibus a Ludovico rege Victorinis datur locus de Amberto, qui postea cessit Patribus Cælestinis, ex dono Philippi IV. regis, qui compensationis gratia sancto Victori quadraginta libras Parisienfes annui reditus in thesauro regio percipiendas assignavit. Idem Gilduinus occurrit 1135. in tabulario Cagiæ, ejusque temporibus cenobium sancti Bartholomæi Noviomensis accessit ad congregationem Victorinam, ex hist. ms. S. Bartholomæi auctore Christophoro Labbé. Id ipsum quoque asserit auctor historiæ urbis & Universit. Paris. in quarto tomo primo pag. 372. de monasteriis B. Mariæ de Augo in Normannia, Cagiæ in urbe Meldenfi, S. Euvrtii Aurelianensis, S. Genevæ Parisiensis & de ecclesia cathedrali Sagiensis. Certe de monasterio B. Mariæ de Augo extat epistola Johannis comitis Augi ad Guarinum abbatem V. S. Victoris, ut canonici, quos Augum direxit, consuetudines Araoziæ observent, alioquin abcedant. Plures eo tempore, uti jam diximus, viri doctrina & pietate clari domum Victorinam illustrarunt, & maxime Hugo a S. Victore, cujus opera tribus tomis sæpius edita sunt. Mortuus est anno Domini 1140. 111. idus Februarii, cum necdum ætatis annum 44. adimplevisset. Corpus ejus in aditu claustrum conditum est cum inciso lapidi sepulcrali epitaphio his verbis:

*Condatur hoc tumulo doctor celeberrimus Hugo,  
Quem brevis exinivum continet urna virum.  
Dogmate præcipuus, nullique secundus in orbe,  
Claruit ingenio, moribus, ore, stylo.*

*Hist. eccl. Paris. t. 2. pag. 82.*

*Summar.*

*Duchefne tom. 4. 156. 763.*

Inde anno 1335, Hugoni translato hæc altera inscriptio apposita est, ubi pro tribus in secundo versu legendum quinis:

*Hugo sub saxo jacuit vir origine Saxo  
Annis ducentis, tribus tamen inde retentis.  
In claustro primo se poni fecit in imo,  
Et pede calcari nolens mundo decorari.*

*Luce sub undena Februi, tolluntur arena  
Ossa, chori latere lavo translata fuere.*

*Anno millesimo ter centum, ter quoque deno  
Christi cum quinque, fratrum chorus astat utrimque.*

Tom. IV.  
Duchefne  
pag. 220.

Circa ejusdem Hugonis tempora floruit excellens & celebris doctor magister Adam S. Victoris canonicus, natione Brito, conversatione humilis & gratus, doctrina & eruditione utilis & præclarus, adeo ut sine operibus ejus vix posset homo in prologis sancti Hieronymi super Biblia pedem figere, vel expositionem rationabilem difficultium invenire, &c. Ex his quoque præstantibus viris memorare libet Ivonem, quem Innocentius II. papa cardinalem creavit. Is in Galliam missus legatus 1141. biennio post in Galliis obiit 20. Junii 1143. cujus sic meminit necrologium Victorinum ad XII. calendas Julii: *Amiversarium magistri Ivonis nostri canonici, sanctæ Romanæ ecclesie presbyteri cardinalis & apostolicæ sedis legati.* Exstat in scriptis monasterii bulla Innocentii II. rata habentis omnia privilegia regalia S. Victoris, collata per manum Aimerici cancellarii an. 1137. Ludovicus VII. rex confirmans anno seq. donum præbendam sancto Victori anno 1133. concessarum notat, *quod Stephanus decanus S. Genovesæ de Monte & canonici ejusdem loci omnes communi assensu præbendam unam in sua B. Genovesæ ecclesia B. Victoris ecclesie possidendam libere dono perpetuo concesserunt:* qua de præbenda multæ postmodum initæ sunt inter utrumque collegium transactiones, ex quo Genovesanum factum est regulare. In eundem modum Mattheus de Montemorencio Francie stabuli comes in sua sancti Martini de Montemorencio ecclesia dedit unam præbendam sancto Victori; quod & præstitit Johannes cognomento de Cathena abbas secularis S. Petri Montis Letherici de hac ecclesia, que cum postea data esset monachis de Longo ponte in prioratum convertenda, hos inter & sancti Victoris canonicos inita est compositio, de qua inferius. Anno prædicto 1138. abbas & conventus sancti Vincentii Silvanectensis Gilduino profiterentur illum se caput ordinis agnoscere, quem Sugerius abbas S. Dionysii in vita Ludovici Crassi virum pietatis operibus approbatum celebrat. Henricus frater Ludovici VII. Dei permissione abbas regularum abbatiarum canonicis S. Victoris, in ecclesia sancti Exuperii de Corbollo præbendam unam assensu canonicorum ejusdem ecclesie donavit 1146. & in perpetuum habere concessit; nec illud, inquit, latere volumus, quod huic dono prædictus frater meus non solum assensum præbuit, sed etiam ut hoc faceremus & voluit & rogavit. Hujus donationis chartæ notanda præsertim hæc verba: *Jam ad multorum*

T. 6. amplif.  
collect. Mar.  
tan. c. 222.

*A devenit notitiam, quod illisfrs memoria pater meus Dei gratia rex Francorum Ludovicus B. Victoris ecclesiam de povere paupertatis erexit, eamque canonicorum regularium ordine insignitum abbatiam instituit: cui etiam juxta regalem munificentiam plurima beneficia contulit, & in argumentum vere dilectionis quosdam de filiis & fratribus nostris, cum ex hac vita decederent, in eadem religionis domo sepelire mandavit, nempe in capitulo. Habetur insuper epistola Ludovici VII. regis ad Henricum fratrem suum & Ith. & Jal. archidiaconos, ut ecclesiam sancti Martini de Campellis canonicis sancti Victoris tradant, ad inibi canonicos regulares instituendos.*

T. 6. amplif.  
collect. Mar.  
tan. c. 227.

ib. col. 228.

**B** Denique Philippus frater Ludovici VII. regis, abbas post Henricum fratrem regularem ecclesiarum, nempe B. Mariz de Stampis, S. Mariz de Corbollo, S. Mariz de Medunta, S. Mariz de Pissiac & S. Mellonis de Pontifara monasterio S. Victoris confirmat annualia canonicorum decedentium in his ecclesiis. Gilduini quoque temporibus habebat, ut diximus, Victorina domus præbendam unam & integram atque aliarum præbendarum annualia in ecclesia seculari S. Petri de Monte Letherico, pro quibus, quando hæc ecclesia monachis de Longo ponte tradita est, pactione cum eisdem inbit, G. abbas sancti Victoris in compensationem habuit terras, vineas, decimam, & quidquid omnino ecclesia de Longo ponte habebat apud Athegias, itemque duos in eadem villa solidos census, quos prædicta sancti Petri ecclesia ibidem percipiebat. Scripsit Gilduino S. Bernardus epistola modo 410. quam lege cum notis ad eam in novissima operum sancti Bernardi editione. Certe hic sanctus amicitia conjunctissimus erat cum Victorinis, quibus ab Odone abbate & conventu S. Genovesæ licentiam obtinuit deducendi fluviolum Beverim ad suum monasterium, inibique molendinum extruendi circa 1150. Quin & Sugerio commendavit sanctus Bernardus epistola 369. abbatiam

ib. col. 229.

**D** Victorinam, cujus in thesauro culla ejusdem sancti asservatur, ipsius perenne in illam amoris monumentum, cum charta ex qua dependet sancti Bernardi sigillum. Ceterum vel ad Gilduinum, vel ad Guntherum uno intermedio successorem abbatem spectare videtur epistola Gilduini Fontis Johannis abbatis ad G. abbatem S. Victoris, qui sibi ab illo commodari annonam postulaverat. Gilduinus tandem, postquam Victorinæ domus annos quadraginta & quatuor ferme menses familiam egregie rexisset, mortem grandævus oppetiit idib. Apr. anno 1155. quo ipso die notatur ejus obitus in excerpto veteris necrologii Silvæ majoris. Eodem die seu 13. Aprilis mortuus cum titulo beati refertur in catalogo Ferrarii, sed in supplemento martyrologii Gallicani solum dicitur *pia memorie abbas*. Corpus ejus choro in medio ad pedes Stephani Parisiensis episcopi positum est cum inscriptione, cui renovata tumba, præmissus est titulus hic:

Duchefne  
tom. 4. 148.  
718.

*R. patris Gilduini primi abbatis hujus ecclesie & Ludovico Crasso Francorum regi a confessionibus religiosus epitaphium, ex msj. restitutum.*

*Gilduinus abit de castris victor ad aulam  
Idibus Aprilis, rege vocante suo.*

Malingre  
Aniq. Parisie  
lan. 2. p. 481

*Prima columna domus, custos gregis, ordinis auctor, A*  
*Hic jacet aeterno dignus amore loci.*

Gilduinus die obitus sui ita memoratur in necrologio Victorino: *Anniverſarium ſolemne venerabilis patris noſtri Gilduini, primi hujus eccleſiae abbat̄is, magnae auctoritatis atque ſanctitatis viri. Hic zelum Dei & ordinis habens, canonicum ordinem, qui pene totus deſecerat, reparavit. In diebus ejus domus noſtra ſupra ceteras noſtri ordinis domos primatum tenuit, & religionis prerogativa longe lateque velus ſyſtus clariffimum emicuit. Eccleſiam & ceteras officinas a fundamentis inchoavit & conſummavit, & excepta oſte regia, praebendis atque annualibus & multis aliis redditibus amplavit. Proinde ſtatutum eſt, ut tanti patris memoria per ſingulos annos praeter ceteris ſolemnius celebretur, & ante miſſam commendatio fiat, & pro ejus anima per ſingulos dies praebenda integra ad eleemoſynam in perpetuum tribuatur. Mitto plures ex diſcipulis Gilduini inſignes viros, Guarinum, primum ſancti Victoris priorem regularem, qui 1131. decanum agebat in eccleſia cathedrali Sagenſi; Odonem, ex priore ſimiliter ſancti Victoris primum ſanctae Genoveſae abbatem, uti docet hoc diſtichum :*

*At, Genoveſa, tuus abbas Odo gemma pudori*  
*Poſt Thomam ſedit in claſtro ſede prioris.*

Sed hunc B. Thomam praeterire non poſſum, qui ſecundus ſancti Victoris prior anno 1133. ut pluribus probat Mabillonius in notis ad episto- lam ſancti Bernardi 158. per nepotes Theobaldi archidiaconi Pariſienſis, quem ſumoniae redargue- rat, crudeliter occiſus eſt intra manus Stephani Pariſienſis epiſcopi, cujus Thomas erat poenitentiarus & major vicarius; qua de re Petrus Venerabilis epiſt. 17. libro primo & ſanctus Bernardus episto- la laudata 158. & quorundam ſequentibus ad Innocentium II. papam, de quibus vide notae Mabillonii. Primum ſub claſtro conditus eſt Thomas, unde translatus in capellam S. Dionyſii pone chorum, & inde anno 1667. ad latus ſummi altaris, ubi loco veteris inſcriptionis, qua ſequitur, altera mox ſubjungenda eodem anno poſita eſt:

*Hic jacet egregius prior & poſt ſanguine tinctus*  
*Thomas, vir ſobrius, equitatis tramite cinctus,*  
*In pietate pater, in judicio bene reſtus.*  
*Nec fuit hic ſrater donorum turbine ſteſus*  
*Martyrium ſitiens, inopam damnis miſeratus,*  
*Nec fraudes patiens curarum preſtyteratus.*  
*Juſtitiae zelo dum militat, euſe ſeruitur.*  
*Spiritus in caelo, corpus terra ſepelitur.*  
*Hunc pie deplorat Stephanus tunc Pariſienſis,*  
*Hunc ſcriptis decorat Bernardus Clarevalenſis.*  
*Summi pontificis juſſu locus hunc capite iſte.*  
*Catibus angelicis nos Thomae jungito, Chriſte.*

Novam ſubjicimus inſcriptionem.

*Hic jacet B. Thomae a S. Victore oſſa veneranda,*  
*qui inter Stephani epiſcopi Pariſienſis manus pro eccle-  
 ſiaſtici juris deſenſione martyri occubuit anno Domini*  
*1130. \* Devoti poſuere ſynononici Victorini aetate*  
*ann. 1667. pridie cal. Januarii.*

\* *ſup. 1133.*  
*ut ſupra, ex*  
*Mabillonio.*

Exſtant tomo ſexto ampliffimae collectionis D. Martenne col. 220. litterae Stephani epiſcopi Pariſienſis ad ſuos archipreſbyteros, ut latam ab le excommunicationis ſententiam in Thomae prioris ſancti Victoris interfectores promulgent, cujus ſibi ſoli ſervat abſolutionem & poenitentiam.

Burchardus epiſcopus Meldenſis in domo Victorina deſunctus anno 1134. pridie noxas Jan. ſepulturam accepit in capella ſanctae Crucis juxta B. Thomam priorem, quibus olim hoc epitaphium erat commune :

*Præſul hic, iſte prior, conſeſſor hic, iſteque martyr,*

*Hic minor eſt meritis ordinis, iſte gradu.*

*Burchardus Meldis pater exſtitit, at prior hujus*

*Eccleſiae Thomas, moribus ambo pares.*

*Juris amatores, morumque fuere maſtři,*

*Cum pietate graves, cum gravitate pili.*

*Quos ratio, quos religio, quos jungit honeſtas;*

*Hos tumulus jungit & ſitus ipſe loci.*

II. Achardus patria nobilis Normannus e comitatu Domnifrontis, ut Samarthani tradunt & Claudius Malingre in Antiquitatibus Pariſ. vel Angligena, uti vult auctor hitoriae Univerſitatis Pariſienſis tomo ſecundo pag. 299. vir cum eruditione, tum pietate clarus, altera poſt obitum Gilduini die renunciat abbas S. Victoris. Hujus habetur episto- la ad Arnulphum Lexovienſem epiſcopum, qua illi gratias agit, quod ſancti Victoris domum miro coluerit affectu, & amplis ſibi obligaverit beneficiis, ac iſtanſiſſime ſupplicat, ne veſter, inquit, ille teſpiciat affectus, quem vivente pia memoriae patre & praedeceſſore meo Gilduino abbate veſtra erga nos habuit pietas. Hic eſt, ut videtur, A. caenobii ſancti Victoris abbas, cujus exſtant tomo quarto Duchefnii pag. 762. litterae ad Henricum Angliae regem & Normannorum ducem, illi ſupplicantis, ut ejus theſaurarius Ricardus de Eli nutuo acceptas a quodam Pariſienſi canonico viginti libras Pariſienſis monetae reddat pauperibus erogandas, quos ille canonicus moriens bonorum fecerat heredes. Duo diplomata pontificia obtinuit Achardus ab Adriano IV. alterum pro eccleſiae ſancti Briccii & Villariſbelli, & alterum, quo prohibetur laicis decimas ad parochias Victorinas pertinentes uſurpare. Idem quoque pontifex in ſacrum purpurationum patrum collegium adſcivit Johannem Pinzatum al. Pizutum canonicum Victorinum, cujus meminere Onuphrius & Ciaconius. Eo ferme tempore Bernardus archidiaconus Pariſienſis amore ſolitariae vitae incenſus, ab hoc munere diſceſſit, abundeque facta ſibi poteſtate a Theobaldo Pariſienſi archiepiſcopo, qui & oratoria duo, ſanctae Mariae & ſancti Pauli haud procul a Caproſia illi contulit, hunc in locum ſeceſſit, ut ſoli Deo vacaret; ſubindeque hac oratoria Victorinis dedit, cum apud illos canonicam vitam profeſſus eſt. Dum interim Achardus monitis & exemplis ſuos probe inſtituerit Victorinos, & jam ſex annos & menſes noveni prepoſituram geſſiſſet, in demortui Abrincenſis epiſcopi locum aſſumtus eſt ſub initium anni 1162.

*Amplif. col.*  
*loci. Marten.*  
*tom. 6. col.*  
*291.*



Quoniam vero hæc ecclesia ad regis Angliæ dominium pertinebat, Ludovicus VII. Francorum rex sequentem ad canonicos S. Victoris Parisiensis epistolam scripsit. *Ludovicus Dei gratia Francorum rex priori & universis fratribus S. Victoris salutem & dilectionem. Ecclesia ista ex beneficio prædecessorum nostrorum & ecclesie Parisiensis fundata est, unde & specialius eam diligimus. Vocatus est abbas vester ad aliam ecclesiam, non volumus, quod res ecclesie; cuius cura ad nos principaliter spectat, in aliquo minorentur, sed crescant. Unde & regia auctoritate vobis præcipimus, quod abbas A. de cetero nullam alienandi vel accipiendi res ecclesie istius habeat facultatem, neque eo præsentem verbum aliquod de electione incipiat. Valete.* Talis est Achardi memoria in S. Victoris necrologio: *111. cal. Aprilis anniversarium solenne magistri Achardi hujus ecclesie abbatis & postmodum Abrincensis episcopi. De ipsius præclare gestis in episcopatu, de morte ac sepultura dicemus in episcopio Abrincensibus, cuius interim vide elogium breve tomo secundo historiæ Universitatis Parisiæ pagina 715.* Vetus autem inscriptio metrica in codice m. sancti Victoris sic habet:

*Hujus oliva domus, Anglorum gloria cleri,  
Jam pridem dignus celestis luce foveri,  
Felix Achardus florens ætate senili,  
Præsul Abrincensis ex hoc signatur ovili.*

III. Guntherus senio gravi Achardo subrogatus, paucis mensibus præfuisse dicitur. Illius meminit necrologium Victorinum his verbis: *v111. calendas Augusti anniversarium Gunteri hujus ecclesie abbatis. Antea fuisse canonicum ecclesie S. Quintini Bellovacensis constat ex necrologio ejusdem ecclesie, quod sic habet in archivis ecclesie Bellovacensis: v1. cal. Augusti obiit Gunterius hujus ecclesie canonicus & abbas S. Victoris Parisiensis.* Is est Guntherus, a quo Rogerium sancti Victoris canonicum una cum sociis missum fuisse ad monasterium sancti Evertii Aurelianis, ut ibi collapsam regularem disciplinam instauraret, tradit Claudius Molinet in nota ad epistolam xv11. Stephani Tornacensis pagina 26. qui tamen sibi non constat, dum in vita ejusdem Stephani præfixa ejus epistolæ ait Gruisium (haud dubie Ervifium, qui sequitur) abbatem S. Victoris nonnullos e suis Aureliam misisse anno Dom. 1158. qui disciplinam ecclesiasticam in monasterio S. Evertii penitus collapsam restituerent, quique freti auspiciis celeberrimi viri Rogerii, primi hujusce domus abbatis pium vivendi morem jam in urbibus Balgentiacensi & Blesensi stabilium sequerentur. At certe in utroque falsus est Molinetus: jam enim 1140. ad S. Evertium acciti sunt canonici S. Victoris, ut inibi dicitur. Sed Guntherus idem videtur esse ac Walterius abbas Victorinus apud Parisios, qui scripsit quatuor libros contra quatuor labyrinthos Franc. id est Abælardum, Petrum Lombardum, Petrum Piclaviensem & Gilbertum Porretanum. Vide Mabillonium tomo tertio Analæctorum pag. 450. Sub eo Nanterus prior decessit 12. Junii 1162. de quo sic habet vetus codex m.

*Nanterusque prior vir dignus glorificari  
A claustris meruit in caluum virgo levati.*

IV. Ervifius, seu Erveus, & aliquando Erneis, aut Ernifius & Erneftus natione Anglus, successit abbas, de cujus electione Alexandri III. nomine gratulatur Petrus canonicus sancti Victoris, qui ejusdem papæ capellanus erat, & post ab ipso creatus est cardinalis. Recensent abbas in charta emtionis terræ Villapeutei a rege confirmata 1162. per manum Hugonis cancellarii. Circa id tempus scripsit Alexander papa ad abbatem Castris Nantoniis, ut annualia, quæ abbas & fratres S. Victoris Parisiensis in ecclesia S. Salvatoris jam ex longo tempore canonicè possedisse noscuntur, quiete eos & pacifice possidere permittat, donec cum eis super his componatur. Ad Ervifium exstat epistola Gerberti Herefordiensis episcopi petentis aliquem ex ipsius grege, qui ecclesie Wigorniensis pastore viduatæ præficiatur; uti etiam Hugonis Rotomagensis archipræfulus pro ecclesia & conventu Augustini. Plures etiam ad eum leguntur litteræ Jonæ canonici S. Victoris in causa domus Ambertinæ, ex Sammarthanis, qui quidem Jonas missus aliquando Cæsaribus burgum rogat Ervifium ut ipsum revocet ad S. Victorem. Ad eundem abbatem, B. col. 2334. priorem & subpriorem S. Victoris, abbatem Pratensem, & Odonem quondam abbatem S. Genovefæ scripsit Alexander papa III. ut inquirent de pœnis in illis Guillelmo canonico sanctæ Genovefæ, anno 1164. Successor & sponsor fuit Ervifius cum Hugone sancti Germani Pratenfis abbate & Odone quondam sanctæ Genovefæ in sacro baptismo Philippi filii Ludovici VII. qui postea fuit rex dictus Philippus Augustus, quod legitimum factum die Dominica 22. Augusti in octava Assumptionis beate Mariæ anno 1165. Rogatus idem abbas ab O. cardinali sedis apostolicæ legato, ut regem inclinaret ad concedendam sibi liberam facultatem revertendi ad suos fratres cardinales, eidem respondit se hæc de re secretum ac satis familiare cum ipso rege colloquium habuisse, bonoque animo concedere, ut ad fratres suos cardinales accedat, ubicumque fuerint, &c. Eiusdem H. (Hervifii) patrociniū ambivit apud regem Henricus Renensis archiepiscopus, frater ipsius regis, rogans, ut quas regi destinabat litteras pro Hugone Sueffionensi episcopo & cancellario reconciliando cum rege, si vere, ut dicebatur, ab ejus gratia excidisset, regi præsentaret fidus earum interpres, si vero falsa relatio, aut jam Hugo in gratiam reddisset, sigillumque suum rex ei restituisset, non præsentaret, ex tomo quarto Duchesnij pag. 570. Præsentate vero leguntur ibidem pag. 569. Hic etiam est, ut videtur, E. abbas sancti Victoris, ad quem & capitulum exstat eodem tomo Duchesnij pag. 765. epistola B. de Montemorenciaco deprecantis, ut quoniam locus, qui vocatur Némus S. Petri a patre suo datus ecclesie S. Victoris ea conditione, ut inibi divinum quotidie celebraretur officium, tunc vacabat, & spoliaverant illum, ut fama erat, calice, vestimentis, equo & quibusdam aliis, suas eidem loco restituerent res, & Radulfum, quem diligebat ob sibi & fratri ægrotantibus impensa ab eo servitia, aut alium quempiam boni testimonii virum illum restituerent. Sub Ervifii præfectura anno 1167. Johannes Paleadis urbis

episcopus et Palaestina in Galliam venit, qui defunctus Parisiis, in basilica Victorina sepultus est. Intertuit Ervilius anno 1170. pactis iniitis Ivonem inter sancti Dionysii abbatem & canonicos sancti Pauli ejusdem Urbis. Testatur eodem anno Mauricius episcopus Parisiensis se de Willelmi clerici decima ex patrimonio suis in manibus reddita investivisse dom. Hugonem Suevionensem episcopum & D. Hervium abbatem S. Victoris, ex tabulario Victorino. Accusatur interim Ervilius, quod disciplinam regularem relaxasset: qua de restituenda scripsit epistolam Alexander pontifex ad Ludovicum VII. regem, dolens non modicum ita tepescere sacram religionem in ecclesia S. Victoris, ut quæ multis manum in via salutis currentibus porrigebat, nunc auxilio alieno indigeat, & non inveniat, qui sublevet eam. . . . Non quod non sint ibi plures, qui notitiam religionis habeant & amorem; sed quibusdam cum suo capite membris languentibus, in eadem ecclesia fervor religionis noscitur tepuisse. Quocirca mandat idem pontifex 1169. Willelmo Senonensi archiepiscopo, Stephano episcopo Meldensi, & Nicolao abbati Vallis secretæ, ut huic malo medicinam, quam viderint necessariam, apponant. Vide plurimas hujus pontificis e de re litteras in appendice altera tomii x. concil. Labb. col. 1319. & seq. & tomii quarti scriptorum historiae Franciæ pag. 602. & seq. Ex epistola vero XLV. scripta Victorinis acetis, qua pontifex gaudet, gratulaturque restitutum disciplinam, intelligimus hoc fuisse adimpletum ab archiepisc. Bituricensi Stephano, qui prius fuerat Meldensis presul, & Senonensi, cujus exstat epistola ad E. abbatem sancti Victoris, tomo quarto Duchesnii pag. 747. Nulla tamen habita discussione, submonitus tantum Ervilius dignitatem abdicasse legitur mense Aprili tempore Quadragesimæ anno 1172. relegatque ad tempus in prioratum sancti Pauli de Alnetis prope Caprosiam a sancto Victore dependentem, quem cum retinere conaretur, Alexander & Theodericus cardinales scripsere ad Willelmum Senonensem & Stephanum Bituricensem archiepiscopos, ut obstitent. Ervilius memoria talis est in necrologio Victorino: 111. idus Maii anniversarium domini Hervisi quondam hujus ecclesie abbatis: quem Claudius Malingre in Antiquitatibus Parisiensibus pag. 449. defunctum scribit tribus aut quatuor post abdicatum regimen annis, non tamen profecto ante 1177. si certa esset Martenii nota in epistola Alexandri papæ III. ad Robertum priorem & capitulum S. Victoris, qua Ervilius abbatem se monuisse dicit, ut negotia ecclesie S. Victoris tam intrinseca, quam extrinseca cum consilio majoris & sanioris partis capituli dirigat. Nempè accusabatur Ervilius, quod omnia vellet in domo S. Victoris pro libito & absque consilio seniorum & capituli definire: unde abbates successores solemnii juramento adstricti fuere, ut consilium seniorum de camera conservarent, nec quidquam sine illorum assensu molirentur, prout ex authenticis chartis apud sanctum Victorem asservatis constat: quibus accessit capituli generalis die 3. mensis Aprilis anno 1138. decretum, partitionis bonorum abbatem inter & conventum factæ codicillis

A roboratum. Quoniam igitur, ait Alexander epistola laudata, eundem abbatem iuxta communionem & mandatum nostrum libenter facturum credimus, & speramus, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, atque precipimus, quantum eidem abbati debitam obedientiam & reverentiam impendentes, in ordinandis & disponendis negotiis ecclesie vestrae provide & efficaciter assistatis. Datum Venetiis 111. idus Maii. Verum nemo non videt hanc epistolam præcessisse ipsam Ervilius cessionem, alioquin duo simul abbates fuissent, quod implicat.

V. Guarinus post Ervilius abdicationem, præside Richardo priore, assumtus e Cægia in abbatem, benedictus fuit a Mauricio Parisiensis antistite, qui, quod Ervilius ecclesie thesaurum retinere tentaret, scripsit ad Willelmum archiepiscopum Senonensem, ut ad sanctum Victorem accedens illum Guarino restitueret. Scripsit & viciflum W. Senonensis archiepiscopus ad M. episcopum Parisiensem, ut quantum ad ecclesiam sancti Victoris accedens sub testimonio G. abbatis & fratrum memorata ecclesie ethicas & repositoriola prænominati Fr. scrutari curaret, & calcem auream & alia quæ ad jus ecclesie B. Victoris spectantia ibidem inveniret, abbati & fratribus assignaret. Exstat ibidem pagina 569. Alexandri papæ ad Simonem archidiaconum Parisiensem epistola, quæ spectare videtur ad hunc abbatem, pro quo in abbatie possessionem ab eodem posito, hunc archidiaconum centum solidos exigentem reprehendit. Abbati Guarino de ipsius promotione gratulatur Alexander \* & Theodericus cardinales, gratulatur & frater Fredericus a S. Victore capellanus Alexandri papæ III. qui & ipsi gratulatus est epist. XLVI. appendice 2. tomii x. concil. Labb. necnon Ervilius cessionem & Guarini promotionem confirmavit: quin etiam hunc idem pontifex & cardinalis Johannes Piuatus Neapolitanus, sancti Victoris canonicus scriptis litteris D obsecravit, ut bivos ad se Victorinos canonicos cum aliis ejusdem congregationis transmitteret; quod tandem Guarinus præstitit, postquam primum se excusavit de morte plurimorum suæ domus præstantium virorum primo sui regimini defunctorum anno: nempe Richardi a S. Victore nuncupati, ecclesie Victorine canonici & prioris, viri pietate & doctrina præstantissimi, doctrinæque libris notissimi, qui morte sublati est an. 1173. vi. idus Martii feria sexta. Conditus est in claustro juxta portam abbatialem cum hoc epitaphio:

Moribus, ingenio, doctrina clarus & aste  
Pulchro hic tegeris, docte Richarde, situ.  
Quem tellus genuit felici Scotica partu,  
Te fovet in gremio Gallicæ terra suo.  
Nil tibi parca serox nocuit, qua flamma parvo  
Tempore tracta gravi rupta acerba manu.  
Plurima namque tui superant monumenta laboris,  
Quæ tibi perpetuum sunt paritura decus.  
Sægnior ut leno sicleratas mors petiit aedas,  
Sic propro nimis it sub pia tecla gradu.

Guarini luctum de hisce mortibus utcumque mitigavit nunciis de Hugone Petri Leonis canonico sancti Victoris ad cardinalatum promotio hoc ipso

T. 6. amplif.  
collect. Mart.  
tom. c. 249.  
250. & seq.

Malingre  
pag. 449.

T. 6. amplif.  
collect. Mart.  
tom. c. 252.

ib. col. 264.

T. 6. amplif.  
collect. Mart.  
tom. c. 253.

Duchesne  
t. 4. p. 644.

\* Alexius,  
Duchesne  
tom. 4. pag.  
604.  
T. 6. amplif.  
collect. Mart.  
tom. c. 253.

Duchesne  
tom. 4. pag.  
749. &  
750.

T. 6. amplif.  
collect. Mart.  
tom. c. 260.

ipso anno 1173. qui mox epistola scripta ad Guarinum & capitulum S. Victoris condidit ipsi de facto Ervifii quondam abbatis, suaque illis obtulit obsequia. Sub eodem Guarino decessit Adamus a sancto Victore dictus ex professionis loco, oriundus ex Britannia minore, scriptis clarus, & maxime quodam bibliorum vocabulario, quod vulgo *summa Britonis* dicunt, VIII. idus Julii 1177. ex Sammarthanis, & 1192. ex tomo primo hist. Parisiensis pag. 197. Nihil porro Victorinorum famam hac ætate dilucidius probat, quam virorum episcopali etiam præfulgentium dignitate apud illos secessit. In his fuit Stephanus primum eccles. Parisiensis canonicus, dein episcopus Meldensis, ac tandem Bituricensis archiepiscopus, qui biennio exacto secessit ad Victorinos anno 1174. inbique mortuus pridie idus Januarii 1181. seu 1182. jacet in choro ad lavam Parisiensis episcopi. Legenda circa id tempus Stephani Tornacensis tunc abbatis sanctæ Genovefæ ad summum pontificem Alexandrum III. epistola 155. pro ecclesia sancti Victoris: *Prudentes, ait, & potentes in generatione sua viri, qui tunc temporis in ecclesia Parisiensi titulati præerant, ecclesiam S. Victoris tanto dilectionis ac devotionis affectu prosecuti sunt, ut in ea sacræ religionis odore tacti pariter ac tracti, plerique ipsorum non solum conferrent sua, sed & se ipsos offerrent; quales, ut notat Claudius du Molinet, fuere Stephanus, & ut placet nonnullis, Odo episcopi, Bernerus decanus, Adam præcentor, &c. Neque vero solum in proximo, sed & ad longinqua Victorinorum bona conversatio diffundebatur. Testis Arnulfus Lexoviensis episcopus, qui anno 1181. episcopatu abjecto ad Victorinam domum confugit, ubi & canonicus regularis effectus est, ut notatur in necrologio die obitus ejus, qui fuit 31. Augusti 1184. his verbis: *Anniversarium solemne patris nostri piæ recordationis Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui magnæ devotionis affectu, quam a multis retro annis erga ecclesiam nostram habuerat, de episcopatu suo ad nos veniens, canonicus noster effectus est, quietisque ac sepultura locum eandem ecclesiam inter omnes alias prælegit: multis & magnis beneficiis dignum & perpetuum sui nominis & amoris memoriale posteris derelinquens. Conditus jacebat in capella veteris ecclesie, a sancta Cruce nuncupata, unde post novam extructam ecclesiam translatus est ad latus dextrum capellæ sancti Dionysii ubi hoc epitaphium legitur: *Epitaphium domni Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui postquam quadraginta annis potens verbo & opere præfuit, frater noster effectus, mortuus demum in veteri basilica sepultus est, nunc vero translatus hic quiescit:***

*Tu qui dives eras & magnus episcopus, ob quid Sortem multasti pauperie statu!*

*Imo pauperiem mutavi favore magno:*

*Mundo dives eram, plus fuit esse Deo:*

Floruit sub ejusdem Guarini præfectura Leonius insignis poeta, qui primum in æde sancti Benedicti apud Parisios canonicus, subinde ad domum Victorinam se cepit, ubi excitatus Guarini abbatis consiliis stricta oratione scripsit sacræ legis histo-

Tomus VII.

riam, quam Moyles quinque voluminibus tradidit, & Judicum libros, quos duodecim libris versa contexuit, qui exstant mss. in bibliotheca Victorina. Obiit 1187. mensis Decembris, seu v. cal. Januarii tomo secundo historia: Parisiensis pagina 197. Præterea id Victorinæ domui & Guarino abbati non mediocri vertit honori, quod ex illo cœnobio acciti fuerint canonici, qui Sueslionenses sancti Johannis de Vineis suos edocerent mores, & ad rectam vite canonicæ rationem informarent. Hic est G. abbas S. Victoris memoratus 1185. in charta sancti Maglorii, quique una cum H. sancti Dionysii, F. S. Germani, & S. sanctæ Genovefæ

abbatibus, eorum, quæ in negotio Grandimontensium statuerant, summo pontifici rationem reddidit. Scripsit etiam Guarinus solus ad Philippum regem Francorum, ut huic dissidio finem imponeret & summoque pontifici creato Cælestino III. gratulatus est de ipsius electione. Denique postquam Guarinus abbas hoc in munere unum & viginti annos insumsit, & multam operam referendis damnis, quæ sanctissimæ familie intulerat Ervifus, collocavit, supremum diem obiit XIV. calend. Novembris 1192. ex additis nuper veteri ad tumulum inscriptioni infra subscribente verbis: legitur autem annus 1193. tomo secundo historia: ecclesie Parisiensis pagina 176. & 1194. tomo primo hist. Parisiensis pag. 197. ac tomo primo amplissimæ collectionis Martenii col. 1013. ubi & pro XIV. calendis Novembris legitur mense Novembri. Ceterum quo longius distat ab hisce annis, annus quem assignat Claudius du Molinet 1180. in nota ad epistolam XLII. Stephani Tornacensis pag. 58. eo a veritate plus aberrat. Diplomaticæ pagina 371. habetur ex codice sancti Germani Patensis mmm. 66. quod cum quidam clericus nomine Nicolaus apud sanctum Victorem moriens res suas commississet hujus ecclesie abbati, videlicet domno Garino viro religiosissimo, ut eas vicinis ecclesiis post obitum suum ut sapiens dispensator prudenter erogaret, hic, quoniam nostram (S. Germani) ecclesiam plus ceteris tenebatur diligere, ex rebus sibi commissis platerium pro remedio animæ jam dicti clerici, huic ecclesie proposuit erogare. Sepultus est Guarinus in choro ecclesie ad latus Gilduini abbatis, cum hoc disticho, cui nova in tumba præmissa sunt hæc verba: *Eloquentis pariter ac religiosi patris Guarini, quinti in ordine hujus ecclesie abbatis elogium ex mss. hic repositum:*

*Guarimus abbas Romani lucifer orbis;*

*Siderea fulget vixit in urbe lapis.*

Adjuncta sunt & hæc verba: *Obiit XIV. calend. Novemb. an. 1192.* ad quam diem sic habetur in necrologio sancti Victoris: *Anniversarium solemne felicitis memorie domni Guarini hujus ecclesie abbatis;* & in necrologio Cagie: *XX. Octobris anniversarium venerabilis Garini abbatis S. Victoris & canonici nostri;* quod quidem anno M. CXCIV. eura fundasse lego super juribus Ivernici. In bibliotheca Victorina sermonum mss. codices ab eo elaborati asservari dicuntur.

VI. Robertus Victorinæ domus prior in locum

V. 4

Epist. 143:  
Sup. Tornac.  
pag. 209.

T. d. amplif.  
collect. Mart.  
m. c. 206.

Id. m. c. 63.

*Hist. eccl. Paris. tom. 2. pag. 292. Duchesne. 4. p. 264.*

Guarini abbas subrogatus est XIII. cal. Novemb. postriede obitus Guarini decessit. Roberto abbati & canonicis sancti Victoris gratias agit Gratianus Petri Leonis Romanorum consul, quod ipsius fratrem Hugonem Placentiæ episcopum in suo collegio suscepit, atque doctrina & ordinis sui honestate informaverit. Ad eundem Robertum exlat rescriptum Cælestini papæ III. confirmantis anno 1195. privilegium concessum abbati Gilduino a summis pontificibus Honorio II. & Innocentio II. quo nulli sancti Victoris canonico licet qualibet ex causa transire ad alium ordinem. Testis est Robertus in charta Mauricii episcopi Parisiensis pro capitulo sancti Clodoaldi anno 1196. episcopatus 36. qui & ab eodem episcopo in extremis posito delegatus est cum Reginaldo sancti Marcelli decano, ut si quos episcopus in vita læsisset, iis ambo facerent satis. Mauricius frequenter invisebat Victorinos, quin & illic in fine dierum factum esse canonicum prodit commentarius historiarum. At certe inibi diem clausit ultimum XI. Septemb. an. 1196. sepultus in choro ad dextram Stephani de Senlis episcopi Parisiensis. Ea tempestate Robertus abbas una cum Roberto priore S. Martini de Campis electus arbiter in causa Calensis abbatis super archidiaconi procuratore illam definivit 1197. Eodem anno Odo episcopus Parisi. pontificatus primo, sicut olim Stephanus ejusdem antistes ecclesie, annualia præbendarum, quas vacare contingeret, Victorinis dederat, sic etiam illis concessit annualia semiprebendarum ecclesie Parisiensis. Decessit hoc anno Robertus abbas XVI. calendas Decembris, sepultusque est in choro ecclesie ad lævam Gilduini abbatis, cujus alumnus fuerat. Inscriptum ejus tumbe hoc distichum est, præviis hodie hisce verbis: *Piissimi Roberti sexti hujus ecclesie abbatis elogium ex ms. hic restitutum:*

*Robertus abbas illustri dignus honore  
Comentum claustris sincero rexit amore.*

VII. Bernardus I. ex secundo priore sancti Guenaili Corboliensis reperitur abbas S. Victoris in charta de decima canonicorum S. Victoris apud Villam Parisiaci 1198. quo ipso anno 28. Maii e vivis ereptus dicitur a Sammarthanis post Claudium Malingre, qui sex illi tantum menses cum duodecim diebus regiminis tradit. Memoratur eodem die, seu v. cal. Junii cum in necrologio Victorino, tum in veteri sancti Guenaili obituario libro his verbis: *Anniversarium sollempne domini Bernardi hujus ecclesie prioris, & postea sancti Victoris abbatis.*

VIII. Abfalon antea Victorinæ domus hospitalarius Bernardum excepit in regimine, cujus statim ab exordio Innocentius III. Odoni Parisiensi episcopo hunc adjunxit, quorum ex consilio Felix Valesius & Johannes de Matha Trinitarium fratrum institutores scriberent regulam, quam pontifex nonnihil auctam approbavit anno 1198. al. 1199. pontificatus secundo, ubi notandum fratres illos conformare se debere ad modum Victorinorum in servitio divino & horarum canonicarum cantu. Sub id tempus ejusdem Abfalonis consilio quatuor scholares Parisienses oriundi e-

A dicecei Lingonenſi in eadem cœnobium Vallis ſcholarium dictum, poſtea caput ordinis, excitaverunt, aſſumtis cum habitu, tum breviario ſancti Victoris; qua in fundatione a Guillelmo Eduenti episcopo approbata 1215. obſervandum, quod loci fratres certam vivendi formam eligentes, propoſuerunt ſub regula B. Auguſtini militare, &c. more fratrum B. Victoris Parisienſis vacabunt laboribus, horis & temporibus conſtitutis, more quo decet ſilentium ſervaturi. Sani carnis non veſcentur, &c. Notatur nihilominus ſub Abfalonis præpoſitura, abſtinentiam ab eſu carniæ, quæ in domo Victorina exactius obſervata fuerat, cepiſſe paulo remiſſioreſſe eſſe. Huic Odo Parisienſis episcopus poteſtatem fecit anno 1202. præfulatus ſexto, ſuorum quælibet præbyterorum et parochiis amovendi, quas hæc domus in diceceſi Parisienſi obtinebat, & alterum quindecim poſt dies canonicum ſubſtituendi, quem prius episcopo liſteret, adeo ut viciffim, ſi quis alicui præpoſitus eccleſiæ, huic reſpondere haud ſatis idoneus episcopo Parisienſi videretur, hunc abbas a cura animarum removeret, & alium quem vellet, ſubrogare teneretur. Pacifficatur anno 1203. cum abbate S. Severini caſtri Nantonis de partitione hoſpitum atque terrarum villæ Vriaci. Eodem anno Mauricius archidiaconus Parisienſis ad Victorinos ſecedens, regularem vitam in ea familia profeſſus eſt. Reperiuntur Abfalonis ſermones in codice ms. bibliothecæ Victorinæ, qui Colonie editi ſunt anno 1534. ſub nomine alterius Abfalonis Sprinkirſbacenſis abbatis, qui & ipſe fuerat Victorinæ domus alumnus. Deceſſit Abfalon abbas Victorinus xv. calendas Octobris anno 1203. Hoc ipſius epitaphium legitur in codice manu ſcripto bibliothecæ Victorinæ:

*Abfalon hic, fratres, ſinem ſuſcepit amœnum,  
Ad ſolium raptus æterna luce ſerenum.*

D *Illuſtris ſenior, cui mundi gloria vilis,  
Septimus a primo paſtor fuit hujus ovilis.*

IX. Johannes I. quem vulgo Teutonicum dicunt, natus quippe erat in diceceſi Trevirenſi, inde juvenis Luteciam Parifiorum acceſſit, ut diſciplinam addiſceret, ubi poſt aliquod tempus Victorinæ familie nomen dedit ſub Guarino abbate, tandemque poſt obitum Abfalonis dictus eſt abbas. Anno 1204. Innocentius III. eodem, quo monaſterii poſſeſſioneſ confirmat diplomate, præcipit abbati & conventui, ut quas habent in variis eccleſiis præbendas, faciant per vicarios adminiſtrari, ita ſcilicet, ut, quod nos in ſingulari prædicis eccleſiis ad ſervitium earundem eccleſiarum vicarios ponatis. Ad eundem abbatem primo regiminis anno, & Johannem S. Genoveſe, exſtat epiftola ejusdem papæ CLXVIII. qua illis præcipit, ut Augi comitem ad excommunicationem quem incurerat abſtinerent crucem aſſumere, obſervant. Scripſit idem pontifex ad Johannem Victorinum abbatem in c. 90. de teſtibus, ex Sammarthanis. Hic eſt J. abbas ſancti Victoris, qui 1206. menſe Octobri judex auctoritate apoſtolica delegatur Nicolæum inter abbatem S. Johannis in Valle & Guillelmu

*Præfat. 1. p. 2. Spud p. 4.*

*Chart. ca. col. 80.*

*T. 1. amplif. collectionis Marten. col. 1013.*

*Hist. rom. 6. col. 267.*

*Malingre pag. 412.*

de Leugis, ex chartario sancti Johannis in Valle; quique Johannes appellatus, una cum Joberto sancti Maglorii, Odone Hegivallis, Thoma Hermeriarum, Nicolao Montis-estivi & Achone, seu Athone Livriaci abbatibus circa annum 1207. exemplar precepti Roberti regis pro monialibus Argentolii cum ipso authentico contulisse legitur. Memoratur Johannes 1207. & 1208. in chartis sancti Dionysii. Idem una cum Petro Pulverello Parisiensi canonico delectus arbiter & judex inter P. Parisiensem episcopum & sancti Clodoaldi canonicos super ecclesia sancti Johannis, quae est infra ambitum adium episcopi apud sanctum Clodoaldum, eam canonicis adjudicavit anno 1209. mense Junio, sabbato primo ante festum sancti Johannis Baptistae. Reperitur J. abbas S. Victoris, 1210. 1218. & 1221. in chartis Barbelli, & iterum 1216. in tabulario sancti Martini Pontifacensis. Ex illa portione capituli sancti Victoris, quam urbe Constantinopoli subjugata, Garnerius episcopus Trecentis in ecclesia beati Victoris, ubi erat conventus monachorum, acceptam dederat Petro suo capellano, & hic Petro de Corbolio Senonensi archiepiscopo, Johannes abbas ab hocce praefate parchiepiscopi anno 1210. Eodem facta est compositio inter capitulum Meduatae & canonicos sancti Victoris super duobus modis bladi.

*quos singuli vicarii in corpore praebendarum singulis annis percipiunt, & super denariis communitatis & anaiversaliorum, quos canonici S. Victoris dicebant ad eos pertinere, quos in nostra (Meduatae) ecclesia annuale percipiunt.* In cellam B. Mariae Pictaviensis, fato crudeli sublati abbate, inducti sunt canonici sancti Victoris anno 1211. jubente Innocentio III. epistola cxxxiii. inscripta Turonensi archiepiscopo, Engolismensi praesuli, & abbati Gratiae Dei ordinis Cisterciensis. Pacificiter Johannes anno sequenti cum praeposito, cantore & canonicis de Campellis in Bria, de jure vacantium praebendarum & distributionum vicarii S. Victoris. Eodem anno 1212. cum J. Chartier episcopo Parisiensi inita pacta inter abbatissam Farzenonasterii & G. de Chastillon confirmavit, ex thesauro chartarum, & tomo secundo inventarii ejusdem fol. 184. ubi & alia similiter regem inter & Guillelmum Pictaviensem comitem facta pacta eodem anno approbasse legitur. Insequenti Gaufridus Meldensis episcopus abdicato praesulatu ad Victorinos se contulit, cujus anniversaria memoria est in necrolog. Victorino pridie nonas Februarii. Querelam habuit Johannes abbas sancti Victoris Parisiensis cum abbate Fossatensi super hospitibus suis de Ferreolis, qua de re compromisit in arbitros anno 1215. Eodem anno 1220. mense Februario prior sancti Guenaili Corboilenis commutationem fecit cum priore sancti Johannis Corboilenis. Reperitur Johannes abbas 1221. in chartario Miciacensis, & 1222. in tabulario Vallis beatae Mariae. Fuit hic Absolone indulgentior de carnisu esu, quem tribus hebdomadae diebus permisit. Ad eum extat Honorii III. decretalis. *Ex infirmatione 36. de rescriptis.* Rex Philippus Augustus in memoriam Victoriae Bovinensis, die 8. Martii anno 1222. haud procul Silvanectio

fundamenta jecit ecclesiae de Victoria, haecque dotata Victorinis canonicis dedit, cui mos edificandae praeposuit est Menendus, seu Menandus canonicus sancti Victoris & poenitentarius Universalitatis in abbata sancti Victoris, & post duos annos omnibus apparatus misit illuc Johannes abbas duodecim canonicos, quorum alterum nomine Johannem constituit abbatem, qui scia 14. Cinerum 1224. loci possessionem adierunt. Laudatus vero Menandus hic est, ad quem extat epistola Radulphi Honorii papae poenitentiarum, qua definitionem quarundam quaestionum, de quibus illum Meiandus consuluerat, ab Honorio papa de consilio cardinalium prolata ad eum mittit. Eo tempore Victorina domus mater erat aliarum familiarum, quarum abbates volebant ad domum Victorinam singulis annis convenire. Certe anno 1224. illic adlitterunt Fr. Johannes S. Victoris Paris. dictus abbas, & S. Genovefae, S. Evertii Aurelianensis, sanctae Mariae Augensis, S. Mariae Herivallensis, S. Mariae Livriacensis, S. Mariae Juliacensis, S. Mariae Aincurtensis, S. Johannis de Jardo, & sanctae Mariae de Cantiprato abbates, qui omnes hoc insigne condiderunt statutum, quod si canonicus egressus una sola nocte absque abbatis licentia extra monasterium dormiat, in transgressione sua memoriale perpetuum, stallum pristinum nunquam de cetero obtinebit. Actum anno Gratiae 1224. Dom. IV. qua cantatur, Cantate Domino. Longe vero plures ad Victorinam congregationem abbas pertinuisse jam diximus, & iterum discimus ex Ludovici VIII. regis testamento condito 1225. mense Junio, quo legat pro anniversario quadraginta sancti Victoris abbatibus quatuor millia librarum, nempe quilibet centum libras, sed speciatim abbatae sancti Victoris, cujus abbas Johannes inter ejusdem testamenti executores nominatur, quadringentas libras, ex tomo secundo historiae ecclesiae Parisiensis pag. 299. non autem quadraginta, ut habet historia Parisiensis urbis tomo primo pag. 271. & abbatae de Victoria prope Silvanectum mille libras. Quod autem addit rex, notatu maxime dignum est: *Prateerea volumus, ut omnes lapides nostri pretiosi, qui sunt in coronis nostris, vel extra coronas, vendantur, & de pretio eorum construat nova abbata de ordine S. Victoris in honore B. Mariae semper Virginis, & omnis aurum, quod est in coronis, vel annulis, vel in aliis jocalibus, similiter vendatur ad opus praedictae abbatae; quam alii volunt Regalis Montis ordinis Cisterciensis a Ludovico IX. ejus filio in diocesi Bellovacensi extructam anno 1230. Alii vero existimant Ivernetum seu Ibernale in Bria prope Liciniacum. Ceterum J. sancti Victoris abbas occurrit 1224. mense Februario, hoc est 1225. in regesto 31. regii thesauri. Johannes anno sequenti 1226. misit Thomam a sancto Victore, qui primus esset sancti Andreae Vercellensis in Pedemonto abbas. Memoratur 1228. in veteri charta sancti Dionysii. Sex & viginti annos Victorinae domus administrationem gessit, cujus obitum annales Victorini consignant anno 1229. cum paulo ante magistratu sponte abiisset. Ejus meminit necrologium domesticum IV. cal. Decembris, id est 28. Novemb.*

Vu ij

T. 6. amplif. collect. Mart. c. 271.

T. 6. amplif. collect. Mart. c. 271.

Il. col. 269.

T. 7. invent. def. chert. f. 156. vers. Melanges. Or. Duvosjeu n. v. p. 253.

Summaris.

\* 41. 23

Tonus VII.

his verbis: *Anniversarium solemne bonæ memoriæ A*  
*Johannis quondam hujus ecclesiæ abbatis.* Sepultus  
 est in ea Victorinæ basilicæ parte, quæ prope est  
 altare sancti Johannis, cum hoc epitaphio:

*Indicat hic titulus quod continet ossa Johannis,*

*Iste brevis tumulus, qui multis exstitit annis*

*Sancti Victoris abbas, sed culmen honoris*

*Sperans, ut pacatam posset ducere vitam,*

*Officio cessâ, qui cum Christo requiescit. Amen.*

Servantur in bibliotheca Victorina illius aliquot  
 mss. sermones haud inculti pro ratione illorum  
 temporum. Laudatur vir admodum spiritualis a  
 Caesario libro vi. hist. cap. 12. De Johannis matre  
 sic habet necrologium vetus sancti Guenaili Cor-  
 bolicensis die 26. Junii. *Comms. Helewigis matris*  
*abbatis Johannis Teutonici & parentum ejus.*

X. Petrus I. cedenti Johanni successit, anno  
 1230. mense Apr. assentiente conventu, petenti  
 Guillelmo Parisiensi episcopo dedit quamdam  
 terræ portionem in Cardoneto sitam, quinque  
*quarteros* continentem ad inibi capellam extruen-  
 dam, cui & censum & quidquid in ea terræ por-  
 tione juris habebat, liberum dimisit; ita tamen ut  
 illa capella & locus alium in statum sine assensu  
 donatoris mutari non posset. Gregorius IX. sum-  
 mus pontifex scripta ad abbatem & canonicos S.  
 Victoris Parisiensi epistola v. idus Aprilis ponti-  
 ficatus anno quinto, vetat ne quisquam e Victorina  
 familia, qui extra domum sit & moretur in cella,  
 aliam ab ea, qua uti solet in domo matre Victo-  
 rini canonici, cum in victu, tum in vestitu ineat  
 rationem; idque ut observetur Guillelmus Parisi-  
 ensis episcopus anno 1232. ab eodem pontifice  
 delegatur. Unde postea Petrus abbas retexit has  
 leges, præcipiens ut cum morarentur in cellis,  
 abstinere, ut moris erat, ab usu carniû, jejunia  
 non solum quæ jubet ecclesiæ, sed etiam quæ domus  
 præcipit, observarent; voluitque ut hæc litteræ in  
 acta domus referrentur. Obiit Petrus abbas 6. Oct.  
 1234. qua die sic habet necrologium: *Pridie non.*  
*Octobris anniversarium solemne domni Petri quondam*  
*hujus ecclesiæ abbatis, ac etiam patris & matris ejus*  
*& fratris Johannis dicti Paterni avunculi ejus.* Tu-  
 mulus Petri in veteri ecclesiâ hoc disilio exor-  
 natus erat:

*Est abbas Petrus tumulo præsentè reclusus,*

*Qui vitæ tempus sanctos expendit in usus.*

Illo regente, Guillelmus episcopus Parisiensis  
 asseruit se vidisse aliquorum abbatum, quorum  
 Genevæanus secundus, S. Vincentii Silvanecten-  
 sis, sancti Evertii Aurelianensis, & S. Laurentii  
 Augustini, professionem, qua recognoscere mat-  
 ricem ecclesiæ S. Victoris a qua omnes ordinem &  
 habitum susceperunt.

XI. Radulfus ex subpriori abbas reperitur  
 anno 1233. in ejus dignitatis ineunda posse-  
 sione ortam controversiam cum archidiacono Pari-  
 sienti Gregorio IX. pontifex maximus bulla  
 Perusii data III. calendis Febr. anno pontificatus  
 octavo diremit, prohibens scilicet, ne quis præter  
 antiquam & laudabilem consuetudinem nostram de

intronisatione abbatis ecclesiæ nostræ se aliquatenus  
 intronittat, sed per priorem & subpriorem perpetuis  
 temporibus celebretur. Anno 1234. memoratur  
 Radulfus abbas in charta thesauri regii Parisiensis;  
 anno sequenti mense Aprilis initiali tantum littera  
 nominis R. in regeslo 31. regii thesauri & in char-  
 tario Barbelli, atque integro nomine in chartario  
 Livriaci 1236. mense Mart. Anno 1241. mense  
 Aprilis una cum Adamo de Chambly episcopo  
 Silvanectensi & Odone sancti Dionysii abbate  
 verum esse sacramentum reginæ Margaritæ sancti  
 Ludovici sponse de testamenti ejusdem regis ex-  
 ecutione affirmavit. Pepigit anno 1243. cum Guil-  
 lelmo episcopo Parisiensi de loco, ubi conderetur  
 ecclesiæ S. Nicolai de Cardoneto occasione plateæ  
 Bernardinorum; seu ambo, episcopus & abbas  
 nonnulla terrarum spatia inter se commutarunt ad  
 ecclesiam parochialem S. Nicolai de Cardoneto,  
 ubi jam erat capella, excitandam. Se ipse Radulfus  
 quondam abbatem dicit in charta, qua cum Rai-  
 mundo & Henrico Tubeuf canonicis Parisiensibus  
 executor testamenti Guillelmi quondam Parisien-  
 sis episcopi assignat capitulo Parisiensi tres modios  
 bladi percipiendos in decima de Maciaco pro ejus-  
 dem præsulis anniversario an. 1249. mense Aprilis.  
 Nimirum Radulfus jam anno 1244. ex Sammar-  
 thanis post Claudium Malingre Antiquat. Paris.  
 pag. 454. suo se munere abdicaverat, aut 1245.  
 ex Gerardo Dubois tomo secundo historiæ ecclesiæ  
 Parisiensis pagina 388. cujus certe auctoris mani-  
 festus error est in assignanda Radulfi morte anno  
 1247. ex charta modo laudata, quam præ mani-  
 bus habemus, & ex ipsius subscriptione sententiæ  
 latæ in quosdam Judæorum libros mense Maio  
 1248. ubi quondam abbas dicitur. Celebratur  
 ejus memoria vi. idus Novembris in necrologio  
 Victorino.

XII. Ascelinus male Anselmus dicitur tomo  
 secundo historiæ Universitatis Parisiensis pagina  
 39. ubi & prava inductio ex pravo fundamento,  
 uti supra diximus in sancti Maglorii abbate xviii.  
 Andrea col. 316. Antea quoque subprior Asce-  
 linus in locum Radulfi subrogatus habuit sub se  
 anno 1246. quinquaginta profectos canonicos in  
 domo residentes, totidemque in beneficiis ab ab-  
 batia dependentibus. Vendidit eodem anno mense  
 Novembri abbati Claravallensi pro collegio sancti  
 Bernardi Paris. extruendo quinque jugera terræ  
 contigua, in loco qui Cardonetum dicitur, a bonum  
 onere & exactione vel censu libera, sive, ut legitur  
 in Antiquitatibus Parisiensibus Claudii Malingre  
 pag. 454. commutavit sex jugera terræ in Cardo-  
 neto ad constructionem collegii Cisterciensis pro  
 sex aliis jugeribus & tribus *quartieris* sitis intra  
 portas sancti Victoris, sancti Marcelli, & abbatiam  
 S. Victoris. Adstitit morientium apud S. Victorem  
 Guillelmo Parisiensi episcopo 30. Martii 1248.  
 Eodem anno S. Ludovicus in prociunctu itineris ad  
 Terram sanctam pro voto admittus est ad precum  
 & suffragiorum Victorinæ domus participationem,  
 cum Regina Blanca ipsius matris & Roberto fratre  
 Atrebatium regionis comite. Subscriptis eodem  
 anno mense Maio ante Radulfum quondam abba-  
 tem, & Lucam Parisiensem decanum, sententiæ

T. 1. immo,  
 def. chart.  
 fol. 1. v. 107  
 Mélanges.

Ffif. Post.  
 tom. 1. p. 168  
 169.

T. 6. amplif.  
 edit. A. 12  
 tom. 1. p. 172.

Al. Inq.  
 Aniq. Paris.  
 l. 2. p. 433.

Ch. CXLII.  
sol. 106.

late in quosdam Judæorum libros. Exstat in appendice nostra Guidonis buticularii donum factum hoc anno sancto Victori Parisiensi ad fundandam abbatiam ejusdem ordinis apud Braium, cujus executores nominat episcopum Parisi. Adam Silvanectensem episcopum, Acelinum abbatem S. Victoris Parisiensis, & magistrum Hubertum de Retel Ebriocensis ecclesiæ archidiaconum. Haud dubie is est A. sancti Victoris abbas, qui compositionem initam abbatem inter & conventum Fofatenfis monasterii ex una parte & Thomam presbyterum de Vignolio ex altera, præsentem bonæ memoriæ Guillelmo quondam Parisiensi episcopo super medietatis majorum decimarum & super decimis novarum ejusdem parochiæ ratam esse voluit mense Julio anni 1249. Denique cum Acelinus domum Victorinam religiose & laudabiliter circa decennium rexit, præfecturam abiecit an. 1254. qui nihilominus cum episcopis Parisiensi & Silvanectensi, quibus eum 1248. Guido buticularius Silvanectensis, antequam cum sancto Ludovico iter ad Terram sanctam susciperet, in quo & Damiatæ mortuus est mense Augusto 1249. in sui testamenti executione sociaverat, eidem vacabat 1258.\* ubi cum in primis statuisset Guido, ut quinta pars bonorum, quæ sibi ex paterna hereditate obtigerant, infunderetur dotandæ abbatii canonicorum regularium apud Braium juxta montes Pilloer, & hæc quasi membrum a domo Victorina dependeret, executoribus visum est, quoniam ex his bonis haud satis erat ad abbatiam duodecim canonicorum dotandam, erigere collegium canonicorum sub nomine prioratus, quod abbati Victorino subisset, statuiturque ut sex canonici & Victorinis mitterentur, qui eo in loco sancto Victori sacro permanerent, & inibi suæ domus instituta servarent. Hic litteris si subscribitur Acelinus: *Stg. fratris Acelini condam abbatis S. Victoris. Vixit Acelinus ad annum saltem 1262. ex tabulario sancti Maglorii, ubi quondam abbas nuncupatus, alter executorum testamenti Guidonis de Caprosia legitur anno 1262. mense Januario. Imo vero in donatione Petri Ruffi canonici Parisiensis scripta per officialem Parisiensem, de Fontaneto haud procul a Vincennarum saltu anno 1276. die 23. Martii, eos inter, qui & domo Victorina sunt, hi recensentur, Petrus abbas, Garnerus prior, Petrus subprior, & Acelinus quondam abbas. Ergo defunctus perperam dicitur a Claudio Malingre Antiquit. Parisi. anno 1262. xi. Januarii.*

XIII. Robertus II. de Meloduno a patria sic dictus, cœnobii erat subprior, quando abdicanti Acelino subrogatus fuit anno 1254. quo memoratur abbas in commentario historiarum. Statim ab initio regiminis obtinuit a rege S. Ludovico, ut reditus triginta modiorum frumenti, seu quindecim mensurarum Parisiensium, quas Victorina domus in molendinis Stamparum percipiebat, in primis acciperetur in regio Stamparum dominio. Pepigit anno incerto cum monachis Caroliloci, ex tabul. hujus abbatii. Reperitur 1257. mense Dec. in chartario Livriaci, qui & anno 1258. quod canonici Campellenses de annualibus Victo-

rinæ domus in capitulo stauerant, & litteris mandaverant, id suis Robertus abbas confirmavit. Anno eodem rex sanctus Ludovicus pro fundatione trium canonicorum in prioratu S. Guenaili Corboliensis dedit in perpetuum quadraginta libr. annui reditus in dominio Corboliensi percipiendis. Insuper hoc anno 1258. mense Febr. ut judex electus fuit a disceptantibus inter se abbatibus S. Dionysii & S. Germani, ex authentico aservato in tabulario sancti Dionysii. Mense Julio anni 1260. controversiæ Reginaldum inter episcopum Parisiensem ex una parte, & Petrum de Bruxellis cum Sedilia conjuge, necnon Anchero ejusdem Sediliæ fratre ex altera, de bonis mobilibus defuncti Anelli quondam cantoris sancti Exuperii Corboliensis, fratris quondam Ancheri & Sediliæ, & de conquestibus ab eodem Anello factis, arbiter a partibus una cum magistro Garnero officiali Parisiensi delectus est. Eodem anno facultatem obtinuit a Reginaldo episcopo erigendi altaris in suo dominicali hospitio Montrolii prope Vincennas, & in eo celebrandi. Cum Trinitarii fratres, quos vulgo Maturinenses vocant, vix ferrent regulæ severitatem, quam illis 1198. de mandato Innocentii pape III. scripserat Odo Parisiensem episcopum cum Abbatone abbate Victorino, adiiissent anno 1263. Urbanum IV. pontificem, ut aliquid de severitate legum remitteret, is provinciam illam dedit Reginaldo Parisiensi episcopo & abbatibus Roberto Victorino, & Theobaldo S. Genovefæ, qui quod gravius & acerbius erat ita temperarent, ut summus pontifex eorum statuta confirmare non dubitaret. Scriptæ sunt litteræ anno 1263. mense Maio; quo & mense Augusto reperitur in chartario sancti Dionysii. Adhuc memoratur Robertus in quibusdam conventis de juribus prioratus Floriaci *en Biere* mense Octobri 1264. Decessit eodem anno xv. calendas Januarii, ad quam diem ita ejus meminit necrologium Victorinum. *Anniversarium solemne pie memoriæ domini Roberti de Meloduno hujus ecclesiæ abbatis.*

XIV. Theobaldus ex præbendario (is erat, qui præbendas seu in basilica beate Mariæ Parisiensis, seu in ecclesia sancti Germani Autissiodorensis apud Parisos, &c. quibus abbatia Victorina gaudet, delegatus administrabat; vide infra epitaphium Johannis numero xxxvii. abbatis: *Inus præbendas pie rexit*) in Roberti locum cooptatur abbas, quem notant donatum titulo magistri theologie eo ferme tempore, quo sanctus Thomas Aquinas & sanctus Bonaventura ejusdem magistræ titulum consecuti sunt. Ab officiali Parisiensi lata sententia 21. Dec. 1264. obtinuit Theobaldus abbas, ut distributiones, quæ sunt in ecclesia sancti Martini de Campellis, æque reciperet ecclesia sancti Victoris, ac ceteri canonici residentes. Transegit anno 1267. cum capitulo sancti Germani Autissiodorensis de præbendæ suæ hac in ecclesia Victoris. Adiit anno sequenti morienti apud sanctum Victorem die 8. Junii Reginaldo episcopo Parisiensi. Necrologium Victorinum Theobaldi mentionem facit xi. cal. Julii his verbis: *Anniversarium solemne domini Theobaldi hujus ecclesiæ abbatis.* Mortuum volunt Samarthani post Claudium Malingre 1274. 21.

Junii, & Gerardus Dubois 1275. sed utrobique A & in multam solveret curiæ viginti libras Turonenses, & alias decem ad emendam calicem in usum monasterii. Cessit Odo e vita anno 1300.

XV. Petrus II. de Ferreris a natali loco in Vastinio sic dictus, erat prior curatus ecclesiæ de Spinolio a S. Genovefa dependentis anno 1269. qui dein abbas S. Victoris, jam anno M. CCLXXI. nisi forte legendum M. CCLXXXI. mense Junio permutationem fecit cum abbate & conventu Vallis beatæ Mariæ, ex tabulario hujus monasterii. Memoratur 1276. 23. Martii in charta superius laudata in Alceclino abbate num. XII. Eodem anno dedit ad emphyteusim dominiã quædam sita in territorio sancti Marcelli. Scripsit ad eum bullam Martinus papa IV. undecimo calendis Februarii pontificatus anno primo, quo indulget, ut possessiones, & alia bona mobilia & immobilia, quæ fratribus in monasterio S. Victoris profitentibus, si remansissent in seculo, hereditatis ratione, aut alio quocumque justo titulo obvisissent, & ipsi dare aliis potuissent, feudilibus dumtaxat exceptis, petere, recipere ac retinere valeant salvo jure alieno.

Vendit anno 1285. fratri Juvenali de Narnia procuratori generali Heremitarum S. Augustini domum cum appenditiis sitam in Cardoneto in platea sancti Victoris, censu, alia justitia & viginti quatuor annui redditus libris Parisiensibus retentis. Nunc ibi cernitur collegium cardinalis le Moine. Haud dubie hic est P. memoratus 1288. mense Aprilii in tabulario S. Clodoaldi. Septuagenarius decessit anno sequenti 24. Octobris ex annalibus Victorinis. Ejus corpus sepultum est ad lavam altaris ante \* capellam SS. Apostolorum, cum hoc epitaphio: *Hic jacet Petrus de Ferreris quondam abbas hujus ecclesiæ. De eo sic habet necrologium: 1X. cal. Novemb. anniversarium solemne dotavi Petri hujus ecclesiæ abbas.*

XVI. Andreæ de Galles ex priore successit Petro in abbatiali regimine, sub quo Adenulfus de Anagnia electus Parisiensis anno 1283. abdicato jure ad episcopatum, factus est canonicus S. D. Victoris, inbique mortuus 2. April. anno 1290. sub pulpito conditus est. Moritur Andreæ anno 1294. IV. nonas Aprilis, quo die sic legitur in necrolog. Victorino: *Anniversarium solemne fratris Andreæ hujus ecclesiæ abbas.*

XVII. Odo in Andreæ locum substitutus, scripsit litteras anno 1295. idibus Septembris, quibus assignat cellerario redditus pro solemnibus anniversariis. Anno sequenti mense Martio canonicis Belli redditus ordinis Præmonstratensis in urbe Leodio concessit, quicquid juris in quodam urbis loco, quem ad habitandum elegerant, sibi a Valdardo quondam archidiacono Leodiensi traditum fuerat. Cessit etiam monasterii nomine die 16. Augusti anno 1300. Philippo IV. regi prioratum de Amberto in silva Aurelianensi tradendum monachis Cœlestinis, eique rex vicissim quadraginta Parisiensis annui redditus libras in thesauro regio percipiendas rependit. Petrus de Challiaco, qui Odoni abbati multa contumeliose dixerat apud Orgeniacum, quod oppidum est agri Melodanensis, & juris domus Victorinæ, anno 1299. a curia regis justus est, ut ad emendam injuriam ad Orgeniacum accedens sibi veniam deprecaretur,

in multam solveret curiæ viginti libras Turonenses, & alias decem ad emendam calicem in usum monasterii. Cessit Odo e vita anno 1300. VII. idus Septembris, quo die anniversarium ejus memoriam celebrat Victorinum necrologium his verbis: *Anniversarium solemne Odonis quondam hujus ecclesiæ abbas, & parentum ipsius, de cujus beneficio habuimus quadraginta solidos pro pœnitentiâ fratrum in die obitus sui.*

XVIII. Guido Victorinus canonicus reperitur abbas 1301. mense Martio, quo senatusconsultum obtinuit adversus sancti Genovefæ canonicos, qui vel intra *horten* sancti Victoris altam justitiam ambabant. Hæc est illius mentio in necrologio Victorino: *111. calendis Decembris anniversarium solemne fratris Guidonis quondam hujus ecclesiæ abbas. Corpus ejus terræ mandatum est in choro juxta pulpitem, seu aquilam cum hac epigraphic: Hic jacet frater Guido quondam abbas hujus ecclesiæ, qui obiit anno 1302. in vigilia S. Andreæ.*

XIX. Guillelmus I. de Rebasco, seu de Rebasco, de Rebez, sic dictus a Briæ oppido, unde ortus erat, transiit anno 1302. cum cenobio sancti Genovefæ pro justitia & viaria in suburbio Victorino. Anno sequenti die Veneris in festo S. Lucæ frater Guillelmus abbas sancti Victoris & conventus vendiderunt monacho præposito Valentie sextarium frumenti, ex authentico in tabulario sancti Dionysii. Occurrit 1304. in chartario Domus Dei Parisiensis, & iterum eodem anno mense Octobris in archivo sancti Martini Pontifacensis. Ejus tempore an. 1311. erant apud S. Victorem quadraginta sex canonici professi. E vivis excessit eodem anno, postquam novem fere annos Victorinum domum difficillimis temporibus sapienter & moderate rexerat. Dies obitus ejus notatur 4. Novembris, quo necrologium sic habet: *Anniversarium solemne fratris Guillelmi quondam hujus ecclesiæ abbas.*

XX. Johannes II. de Palatiolo, de Palatiseu, oriundus e vico hujusce nominis in agro Parisiensi, vix abbas salutatus est, cum definivit numerum scholarium canonicorum, qui ad studia destinarentur, eis necessaria subministravit, sociavitque Universitati, permittentibus rectore & magistrorum universitate anno 1312. Transiit anno 1324. Dominica ante festum S. Thomæ apostoli cum abbate & conventu sancti Maglorii. Insigne patrum est anno sequenti ad tumulum Hugonis a sancto Victore miraculum, sic fere descriptum a Claudio Malingre Antiquitatum Parisiensium pag. 457. Desperata a medicis salute Caroli comitis Valcisi patris Philippi VI. Francorum regis, cum in variis ecclesiis pro ipso sanitati restitendo ejus elemosynarius Johannes l'Aigle e diocesi Santonenſi oriundus preces suscipisset, tandemque sancti Victoris ecclesiam adiisset, sciscitavit locum tumuli Hugonis a sancto Victore, tanta fide ac devotione domini sui sanitatem illic poposcit, ut reversus domum latenter audierit, ipsomet hujus orationis tempore infirmum habuisse crisi, ex quo nectus habuerit, & paulo post demum convalescerit. Sub eodem abbate Petrus de Condé canonicus Parisiensis & archidiaconus Laudunensis,

\* in capella  
S. Martini,  
Alainger.



necon clericus regis Philippi Pulcri & liberorum, canonicum regularem professus apud S. Victorem, ibidem moritur 28. Octobris 1329. Johannes vero abbas vivere desit in vigilia sancti Andree ejusdem anni. Visitur epitaphium ejus in capella Apostolorum, seu prope, eo tenore: *Hic jacet Johannes de Palacolo . . . qui obiit die Mercurii vigilia S. Andree apostoli, orate pro eo. Meminit ejusdem necrolog. Victorinum his verbis: 111. calend. Decembris anniversarium solemne bone memoriae Johannis quondam hujus ecclesie abbatis.*

XXI. Aubertus de Mailly Picardus, in theologia licentiatuS, ex priore creatur abbas sodalium suffragii die prima Decembris 1329. Johannes papa XXII. executionem bullae de concordia Parisiensem episcopum inter & Universitatem demandat Guillelmo de Trie archiepisc. Remensi, Petro de Corpoly abbati PratenSI & Auberto de Mailly sancti Victoris, qui postea doctoris laurea insignitus est. Curavit is sex columnas cupreas majoris arae fabricari. Eiusdem tempore fundatores collegii Longobardorum anno 1333. hujusce protectores ac praecipuos defensores constituere abbatem sancti Victoris & cancellarium B. Mariz virginis. Anno 1335. permisso Benedicti XII. papae corpus Hugonis a sancto Victore & claustris translatus ad dextrum latus principis arae, ubi certis diebus ad offertorium majoris sacri ei thus adhibetur in testimonium ipsius sanctitatis. De mandato ejusdem summi pontificis convocavit Aubertus capitulum provinciale ordinis canonicorum regularium ex provinciis Remensi & Senonensi apud sanctum Vincentium de Silvanecio Dominica IV. post Pascha anno 1340. eique praesedit. Forsan idem est ac Albericus, seu potius Albertus abbas S. Victoris, cujus in manibus titulo sequeltri abbas & monachi sancti Germani PratenSI vasa argentea valoris trecentarum librarum & amplius pro quatuordecim annis reditus libris & nonnullis sumptibus Universitati perfolvendis, secundum inlita-  
D mentum anno 1292. cum eadem Universitate compositionem, crediderunt. Mortuus est Aubertus seu Albertus pridie idus Aprilis anno 1345. de quo sic habet necrologium: *Pridie idus Aprilis anniversarium solemne pie memoriae R. P. Auberti de Maillico hujus ecclesie abbatis.*

XXII. Guillelmus II. de St. Lo ex inferiori Neustria oriundus, theologiae doctor, an. 1346. cum abbate sancti Geremari Flaviacensis concordiam fecit de quibusdam litigiosis. Alebat Victorina domus 57. canonicos professos anno 1347. Insequenti Fulco de Chanac episcopus Parisiensis nonnulla dissidia Victorinos inter & Campellenses  
E canonicos de prebenda, quam illi habebant in ecclesia S. Martini de Campellis, sedavit. Eodem anno scripsit idem episcopus litteras, quibus ad dissipandam pestem grassantem suos hortatur fideles, ut sancti Sebastiani reliquias in ecclesia sancti Victoris existerentes visitent. Obiit Guillelmus abbas VI. idus Junii 1349. qua die memoratur in necrologio his verbis: *VI. idus Junii anniversarium bone memoriae domni Guillelmi hujus ecclesie abbatis, ac doctoris in theologia.*

XXIII. Johannes III. de Bruyeres ex subpriore

A nominatur abbas postridie festi SS. Trinitatis anno 1349. Privilegia domus a summis pontificibus obtinuit confirmari. Tribus interfuit provincialibus capitulis annis 1352. 55. & 58. Sententiam obtinuit ab officiali Parisiensi 1356. adversus parochum S. Nicolai de Cardoneto, qui jus parochiale in famulos Victorinae domus, praeter illud quod statutum erat cum erecta est parochia, volebat extendere. Cessit Johannes in manibus papae an. 1360. acceptis pro mansione ad vitam aedibus Arnulphi Lexoviensis episcopi. Fato functus est non 18. Maii 1360. ut voluit Sammarthani, sed die 3. Aprilis circa 1364. ex Antiquitibus  
B Parisiensibus Claudii Malingre, qui necrologium citat, ubi & de illo sic habetur: *X. calend. Junii anniversarium solemne fratris Johannis de Brutiis hujus ecclesie abbatis, parentum, amicorum & benefactorum suorum, qui nobis dederunt quinqueaginta solidos Parisenses annui redditus.*

XXIV. Bernardus II. cognomento de Mezo; ortus e loco de Lindry, primus a summo pontifice ad abbatiale munus bulla data 25. Augusti 1360. promotus est. Eodem anno Johannem regem pro recuperata libertate Deo in ecclesia sancti Victoris gratias acturum die 20. Novembris excepit, ejusdemque postea exsequiis apud sanctum Dionysium  
C 1364. cum mitra & baculo interfuit. Misit ad illum mense Martio ejusdem anni Johannes de Pignu, seu de Pinu prior S. Martini de Campis os brachii sancti Victoris, quod obtinuerat ab Urbano V. pontifice, quando hujus sancti in abbatia eidem sacra apud Massiliam translationem corporis celebravit. Obiit Bernardus 20. Maii 1367. ut scribitur in tumba prope aequalem chori, die vero 21. seu XII. cal. Junii sic habet necrologium: *Anniversarium solemne Fr. Bernardi quondam abbatis hujus ecclesie.*

XXV. Petrus III. e Salicibus, de Saulx, oriundus, ex priore post obitum Bernardi electione fratrum subrogatus, adfuit baptismo Caroli Delphini in aede sancti Pauli apud Parisios 1368. 3. Decembris, necnon 1373. exsequiis reginae Franciae Johanna Borbonicae. Chorum peristromate passionis S. Victoris exornavit. Desunxit die 7. Octobris 1383. aetatis anno 75. & professionis 57. quiescit in claustris secus januam basilicae cum hoc epitaphio:

*Hic jacet in tumba simplex humilisque columba,  
Utique fluens unda, sua mors fuit hic gemebunda.  
Salicibus natus abbas Petrus est vocitatus:  
Moribus ornatus, pius, omnibus & bene gratus  
Petrus erat petra, lachrymosaque dira pharetra.  
Tu super hunc plora, frater, Dominum simul ora,  
Omnibus absque mora det ut atria felicitata.  
Mille trecenteno, tribus auctis, octuagena,  
Papa Petrum Marce tibi hunc jungis in arca.*

De eo sic habet necrologium: *Nonis Octobris anniversarium solemne bone memoriae Fr. Petri de Salicibus, qui per decem & octo annos prior claustralis hujus ecclesie existit, & per sexdecim annos abbas ecclesiam nostram rexit, & tam vivens, quam moriens exemplum nobis magnae humilitatis semper ostendit.*

Vim. 4. hif.  
Univ. Paris.  
pag. 228.

1111. Paris.  
ann. 3. pag.  
410.

T. 6. amplif.  
coll. Mar-  
m. c. 279.

ib. col. 278.

XXVI. Petrus IV. Ducis, *le Duc*, e Rossiaco in Francia praefectura ortus, baccalaureus in theologia, eligitur abbas 1383. circa festum S. Dionysii, ut fert notitia de contentione cum episcopo Parisiensi, hujus electionis occasione, qua tandem agnita canonica, promissit Petrus episcopo & ecclesiae Parisiensi obedientiam die Dominica 13. Martii 1383. qui nunc 1384. Instituit diebus Sabbati solenne sacrum sub invocatione Deiparae Virginis, ut constat ex litteris Petri episcopi Parisiensis hanc institutionem probantis 1385. die 15. Julii. Eodem anno dedicatur ecclesia subterranea in honorem beatae Mariae virginis. Hic abbas 1386. licentiatu in theologia, & 1388. doctoris laurea insignitus, ad habitum & professionem admittit Johannem Pastoureau praefidem in camera Rationum Parisiensi, qui obiit mense Novembri 1395. Insequenti Petrus festum sancti Johannis Baptistae solemniter quotannis per abbatem celebrandum constituit; qui tandem scriptis duobus libris quaestionum scholasticarum in primum & secundum libros sententiarum, & aliquot sermonibus, qui manu exarati asservantur in bibliotheca, extinctus est 12. Junii anno 1400. Jacet in claustrum juxta decessorem, cum epitaphio sequenti:

*Petra coit petrae, mihi Petro jungere Petre,  
Quos dedit abbates Dominus, cui perfero gratas.  
Heic me vestisti juvenum pater, & stabilisti  
Obsequio Christi, cui longo tempore fisti,  
Praea post acie superata theologia.  
Hosia Christe crucis, meritorum praemia tu scis.  
Petrus postea Ducis, nos duc ad gaudia lucis.*

De eo quoque sic habetur in necrologio: *Pridie idus Junii anniversarium bonae memoriae Fr. Petri Ducis de Rossiaco doctoris in theologia, quondam abbatis hujus ecclesiae.*

XXVII. Johannes IV. le Boiteux ex Puteolis, Praefectus, in Vastinio, cum esset praebendarius, successit Petro, sed per aliquot tantum praefuit menses, nempe a die 13. Junii ad 29. Octobris 1400. quo defunctus sepulturam accepit in capella SS. Trinitatis, dicta olim capella Prioris, quae nunc est parvum altare capella beatae Mariae, ante quod cernitur ejus tumulus, cum his circum versibus:

*M. c. quater claudis heic Claudi membra Johannis,  
Qui dignis laudibus vernantibus occidit annis.  
Intus praebendas pie rexit, post fuit abbas,  
Consilians cum Johe, zelans legem ut Helias.  
Simplicitas vite qua noscitur esse columbae,  
Simonis & Juda, pie pastor, cras rapuit te.  
Omnem patrum Christum purgandum reatum;  
Nobis solum te numeret his sociatum.*

Ejusdem ita meminit necrologium v. calendas Novembris: *Eodem die anniversarium solenne Fr. Johannis de Puteolis sac. can. nostri prof. quondam abbatis hujus ecclesiae.*

XXVIII. Gofridus Pellegay Parisinus, Johannes peracto funere, statim in ipsius locum suffectus, anno 1402. se nihil absque consilio senio-

rum sacrum jurejurando promissit. Die 23. Julii ejusdem anni Johannes Biturigum dux dedit abbatiae sancti Victoris pedem ejusdem sancti ab illo abscessum, quando statuae Jovis thus adolere jussus cum projecit in terram; quo de sacro pignore suffcepto hac ipsa die quotannis recurrente agitur officium secundae classis. Societatem precum renovavit Gofridus cum abbate Castellionis in dicecesi Lingonenfi anno 1402. quae abbatia olim Victorinae fuerat congregationis. Decoris domus Dei sollicitus, aquila cuprea, variisque ornamentis ecclesiam adauxit. Misit ad concilium Constantiense anno 1415. fratrem Henricum le Boullenger B doctorem theologum & Victorinum priorem; eodemque anno precum instauravit societatem cum abbate & conventu Cisterciensi. Denique morbis plus quam annis gravatus Gofridus in manibus papae, annuente conventu, dignitatem exiit 30. Martii 1423. in gratiam sequentis. Obiit 9. Augusti 1432. sepultus in dextra parte basilicae, ubi secus altare Transfigurationis epitaphio sequenti decoratur, cujus duo primi versus in tumba, ceteri circum:

*Cum tumulus cernis, cur non mortalia speris?  
Tali namque demo clauditur omnis homo.*

C *Hac sunt sub petra G. Pellegay condita membra.*

• *Pastorem grex hunc, arctique dederit magistrum.*

*Cessit aethur vivens debile corpus habens,*

*Vigintique tribus solerter praefuit annis,*

*Post sex atque tribus vixit in his domibus;*

*Rerum Victoris custos fuit hic & honoris.*

*Anni mille, quater centum, dum transit illi,*

*Trigintaque duo contigerunt numero,*

*Augusti nonas, cui regna Jesu tua dona,*

*Virginis auxilio subveniente pio.*

Legitur in necrologio: *v. idus Augusti obiit F. Gofridus Pellegay sac. canon. noster professus, quondam abbas hujus ecclesiae.*

XXIX. Andreas Barré e Villaribello, antea monasterii cellerarius, Gofridi cessione, ut diximus, Romae promotus est 21. Mali 1423. Difficillimis temporibus rexit abbatiam viginti quinque annis, cujus interim privilegia firmavit Basiliensie concilium 20. Junii 1455. Diem suum obiit Andreas 25. Octobris 1448. sepultus in dextra parte chori, ubi tumulo insculpti sunt hi duo versus:

*Quis fuit, est, & erit, cur non homo discere querit?  
Spuma fuit, fumus est, putrida fiet humus.*

E In circuitu vero haec leguntur: *Hic jacet F. Andreas Barré quondam abbas hujus ecclesiae, qui obiit anno Dom. 1448. 25. mensis Octobris: de quo & sic habetur in necrologio: 1111. cal. Nov. anniversarium solenne F. Andreae Barré sac. canon. nostri profissi, quondam abbatis hujus ecclesiae.*

XXX. Johannes V. Lamalle Parisinus, ex priore successit via Spiritus sancti die 26. Octob. 1448. Repertur 1456. 15. Decemb. in charta authentica collectionis D. de Gagneres. Bibliothecam variis codicibus miss. locupletavit, necnon basilicam

Malogre  
pag. 461.

basilicam & capitulum vetustate fatifcentia inflau-  
ravit, acceptis a rege Carolo VII. ducentis num-  
mis aureis. Mortuus tandem Johannes 1458. die  
Maii ultima, tumulatur sub ingressum chori ad  
laevam, ubi postea Nicasius de Lorme successorum  
alter num. xxxiiii. tumbam utrique communem  
apponi fecit. Sic ejus meminit necrologium: *An-  
niversarium solemne bonae memoriae fratris Johannis  
la Masse sac. canon. nostri professi, quondam abbatis  
hujus ecclesiae. De eodem ita legitur in necrologio  
sancti Germani a Pratis: Johannes Masse abbas  
S. Victoris obiit 111. cal. Junii, hoc est 30. Maii.*

XXXI. Johannes VI. Nicolai, Parisinus, ipso  
die obitus decessoris mensis Maii ultimo delectus  
a fratribus via Spiritus sancti, benedicitur in eccle-  
sia cathedrali Parisiensi a Guillelmo Chartier Parisi-  
ensi episcopo die sancti Barnabae apostoli ejusdem  
anni. Interfuit exsequis Caroli VII. regis anno  
1461. Grassante Parisiis peste 1467. rogatu ci-  
vium permisit, ut brachium sancti Sebastiani ritu  
supplicantium agmine composito ad ecclesiam S.  
Genovefae a canonicis Victorinis deferretur paro-  
chiarum omnium clero praecedente. Factam a  
Johanne Dunensi comite fundationem prioris &  
canonicorum tredecim, qui ex abbacia S. Victoris  
Parisiensis in perpetuum accerferentur, pro sacra  
capella, quam in urbe Castriduno exerax, &  
vicina S. Sebastiani capella administrandis exceptit  
anno 1468. ex charta in archivo Victorino aser-  
vata, quae tamen effectu caruit, incertum qua ra-  
tione. Decessit 28. Novembris 1474. humatus  
in capella beatae Virginis sub tumba plana, cui hoc  
distichum incisum est, & circum alii versus:

*Prudens, districtus fuit hic & semper honestus,  
Justitia fretus, morum gravitate modestus.*

*Ante Johannes F. Nicolai, sed modo pulvis:*

*Abbas, pulverem transferor in cinerem.*

*A puero professus ibi veteranus olivae*

*Magnificatus eram: vermibus exstis cibis:*

*M. c. quater, decies septem cum quatuor addas,*

*Extremi mensis quarto de nocte calendas:*

*Corpus terra rapit, spiritus alta capit.*

*Caelibus angelicis ut jungar jugiter ora,*

*Quisque cupis fieri tibi sic, dum venerit hora.*

De illo necrologium sic habet: *111. calendas  
Decembris anniversarium solemne fratris Johannis  
Nicolai hujus ecclesiae abbatis: cujus iterum die  
22. Julii fit mentio his verbis: XI. cal. Augusti  
anniversarium solemne fratris Johannis Nicolai quon-  
dam abbatis hujus ecclesiae, ac etiam parentum &  
benefactorum ipsius, qui dederunt nobis reliquiam ar-  
genteam deauratam ponderis circiter duodecim mar-  
charum argenti, partem brachii B. Mariae Magda-  
lenae continentem, &c.*

XXXII. Germanus le Moyne Parisinus, ex  
priori de Braio electus abbas Victorinus vigilia  
S. Andree anno 1474. benedictionem percepit  
in ecclesia cathedrali Parisiensi a Ludovico Raguer  
Trecensi antistite vices agente Ludovici de Bello-  
monte Parisiensis praesulis, cui & ecclesiae Parisi-  
ensis promisit reverentiam & honorem XI. Decembris  
Tomus VII.

ejusdem anni. Sub eo 1478. 10. Oct. Johannes  
Rolin cardinalis & episcopus Eduenensis concessit  
indulgentias omnibus qui visitarent ecclesias sancti  
Victoris & prioratum ejus, nempe, S. Dionysii  
de Athis, sancti Pauli de Alnetis, sancti Guenaldi  
de Corbollo, sancti Nicolai de Vallejofoa, sancti  
Desiderii de Villaribello, B. Mariae de Nemore,  
sancti Petri dicecesis Parisiensis, beatae Mariae de  
Puteolis, B. Mariae de Floriaco, beatae Mariae de  
Faronvilla, beatae Mariae de Monte Beonis dicec.  
Senonensis, sancti Victoris de Braio dicecesis Sil-  
vaneftensis, & S. Petri de Buciaco regis Aurelia-  
nenfis dicecesis, & ad reparanda aedificia confer-  
rent subsidium. Vocat hunc abbatem Ludovicus  
de Bellomonte Parisiensis episcopus Germanum  
Medericum in charta anni 1481. de pace inter  
ipsum & conventum reformata, quam vide inter  
instrumenta. Germanus moriens sepeliri voluit  
in capella Deiparæ, ubi revera defunctus ultima  
Septembris 1488. tumulum habuit hac inscrip-  
tione donatum:

*Solve tui famuli Germani Virgo reatum;  
Nam semper colui te, quo stat corpus humatum.*

Circum vero tumbam hi versus leguntur:

*Firma columna donus hic parva clauditor urna,*

*Germanus Monachus ordine canonicus,*

*Cui fuit a puero vitium deprehendere virtus.*

*Annis sexquedecem praesuit. ac obiit*

*M. centum quater, Septembris luce suprema,*

*Cum decies octo si tu copulaveris octo.*

De eo sic habet necrologium: *Pridie calendas  
Octobris anniversarium solemne fratris Germani Mo-  
nachi sac. can. nostri professi, quondam abbatis hujus  
ecclesiae.*

XXXIII. Nicasius de Lorme Picardus, filius  
Florentii Noviomii gubernatoris, ex priore de  
Buciaco regis, & postea de Floriaco in Biere,  
electus abbas 1488. die prima Octobris, benedi-  
ctione donatur in ecclesia Parisiensi ab episcopo  
dioecesano die Dominica 13. (lege 12.) ejusdem  
mensis, cui & ecclesiae Parisiensi spondidit rever-  
entiam die 6. mensis sequentis. Sacramentum novo  
construxit opere 1496. principem aram sex col-  
umnis, varisque sacrarum locupletavit peristro-  
matibus, & aliis id genus ornamentis, ac insuper  
aedem adornandae bibliothecae aedificavit. Ad-  
fuit in pontificalibus exsequis Caroli VIII. regis  
1498. Fit ejus mentio 1507. in charta sancti  
Severini castri Nantonis. Morbis fractus Nicasius  
praefectura cessit 1514. superstes ad 6. Januarii  
1516. quo defunctus aetatis 78. & professionis  
60. sepulturam accepit ad laevam chori sub tumba,  
cui hoc epitaphium insculptum praeteritum  
pedibus pene oblitteratum est:

*Hic pater & natus tumulo clauduntur eodem;*

*Eximius nostri pastor uterque gregis.*

*Sidereis placida caelis in pace quiescant*

*Hæc quondam populi lumina clara sui*

*Pastor quinquæ senex, sexdena Nicasius olim*

*Lustra sua bis ter religionis agens.*

a Johannes Lemaire xxx. abbas dicitur pater, qui Nicasium  
ad professionem admiserat, qui autem idcirco vocatur.

X x

Chart.  
CLXXVI  
col. 131.

Nicasii memoria talis est in necrologio: *VIII. A* idus Jan. anniversarium solemne bonae memoriae domini Nicasii de Ulmo quondam abbatis hujus ecclesiae.

XXXIV. Johannes VII. Bordier Parisinus, ex priore S. Dionysii de Athis ad abbatiam sancti Victoris promotus Nicasii cessione firmata Romae 5. Julii 1514. adeptusque possessionem 30. Julii ejusdem anni, a Stephano Poncher episcopo Parisiensis in aede primariae beatae Mariae inauguratus 17. Septembris, ac post bidden eidem episcopo & ecclesiae reverentiam pollicitus est, qua de re scriptum dedit consuetum die 4. Decembris ejusdem anni. Hujus abbatis assiduum mox fuit studium revocandae congregationi Victorinae ad meliorem normam, quod ut efficacius exsequeretur, approbante episcopo Parisiensis anno 1515. quorundam ordinis sancti Augustini monasteriorum generale capitulum celebravit die Dominica 6. Maii ejusdem anni. Quamobrem etiam obtinuit a Francisco I. rege Francorum, ut abbatia sancti Victoris electionis deinceps jure frueretur; quod & probavit summus pontifex Clemens VII. die 8. Martii 1523. ab eoque tempore abstinuit a mitra & baculo. Inter haec adfuit Johannes 1518. benedictioni abbatis castri Nantonis. Domum suam variis aedificiis adauit. Novam basilicam inchoavit ea forma, qua nunc spectatur, Michaele

*Hist. Paris.  
ann. 4. pag.  
687.*

*Hist. Paris.  
1. 1. p. 592.*

Lingonenfium praefule primarium lapidem impo-  
nente 1517. 18. Decembris. Dormitorium re-  
fecit, seu in varias cellulas separavit 1522. Muris  
cenobium circum 1528. Infirmarium 1531.  
Refectorium 1535. ceteraque claustra reparavit.  
Cymbala fudit 1534. refecitque 1542. Opera  
Hugonis a sancto Victore tribus edita tomis sua  
industria nonis Octobris 1526. dicavit Michaeli  
Boudet episcopo Lingonenfi. In supplicatione cum  
sanctissimo sacramento, cui rex aderat 1533. S.  
Victoris canonici cum Genovesanis proximi ante  
cathedralis ecclesiae canonici incedebant. Admisit  
ad professionem Johannem de Montholon fratrem  
figillorum Franciae custodis, vocatum *nominatissi-*  
*imum* a concilio provinciali habito Parisiis 1528.  
cujus erat secretarius; & Petrum Desboves cantore  
& canonicum ecclesiae cathedralis Trecentis  
mortuum 1530. Delegatus hic abbas legitur cum  
aliis nonnullis a senatu Parisiensi 1535. 10. Sept.  
ad reformandam Domum Dei Parisiensem: qua-  
mobrem in eam induciti sunt octo canonici regula-  
res ordinis S. Augustini, duo scilicet ex abbatia  
S. Victoris, duo ex Cagia, duo ex castro Nantonis,  
unus ex abbatia Livriaci, & alter ex prioratu  
sancti Lazari. Eodem tempore summam in hac  
Domo Dei praefecturam sub capitulo B. Mariae  
Parisiensis obtinebat Antonius de la Fontaine  
canonicus sancti Victoris; cujus demum familiae  
Victorinae habitus & disciplina regularis senatus-  
consulto Parisi. 18. Augusti 1540. in Domo Dei  
constituta fuisse. Inter haec anno superiore 1539.  
Nicolaus Grenierus canonicus Sanvictorinus Jo-  
hanni abbati renupavit libellum, quem in biblio-  
theca domestica repertum typis edidit sub hoc  
titulo: *Theaurus praeciorum Desiparae Virginis  
Mariae ex dictis authenticis contextus*: de quo vide  
sancti Thomae summam suo vindictam auctori a

Jacobo Echard Dominicano pag. 508. Denique  
Johannes abbas morbis & senio confectus cum  
Antonium Caracciolum, quem anno 1538. ro-  
gatu Margaretae de Valois reginae Navarrae, foro-  
ris unicae Francisci I. Francorum regis ad pro-  
fessionem admiserat, sentiret velle in abbatis  
locum succedere, resignavit fratri Johanni Bardin  
priori de Puteolis, defuncto ante bullas acceptas  
mense Septembri 1541. per cujus obitum resi-  
gnavit iterum fratri Roberto Berthe priori de  
Braio, sed frustra, intercedente regia auctoritate.  
Quare 18. Decembris 1542. transcripsit abba-  
tium Ludovico cardinali de Bourbon archiepi-  
scopo Senonensi, qui quidem consensit, sed pru-  
dentia usus noluit huic cessioni manum ultimam  
apponere nisi post mortem abbatis Johannis Bor-  
dier, quae contigit 16. Novembris 1543. cum  
suae professionis jubileum annum celebrasset 28.  
Julii 1536. Obiit autem anno tricensi 76. pro-  
fessionis 57. bis superior generalis triennalis con-  
gregationis S. Victoris electus 1524. & 1533.  
Sepultus est in capella S. Dionysii sub epitaphio,  
quod aeneae laminae ad parietem incisum profert  
his verbis:

*En tibi substratus tumulo celeberrimus abbas;*

*Hoc qui tendis aedes, pauca precatus abi.*

*Ingeme, dic miserans, facilem merearis olympum,*

*Borderi, facilis quomodo vivus eras.*

*Commemorant omnes morum ornamenta tuorum:*

*Quis modus in factis, quantus in ore pudor?*

*Immortale tuum decus est, haec gloria templi,*

*Et novus instructa religiosis honos.*

*Stirpe dolet tenui genuisse Lutetia, pro quam*

*Victorina domus nobilitata fuit.*

*Quod nihil humanis perfectum in rebus utrimque,*

*Est vitii extremum rarus utrimque caret.*

*Nimen habe placidum, ne vindex damnata requirat,*

*Signior errati quod reprehensor eras.*

*Sicut enim velle nonnumquam fervida fragem,*

*Sic lolium cumulat desideriosa manus.*

*Sed bonus hoc damnatum pro te jam praestes Iesus,*

*Maturetque tibi conciliare Deum.*

*Hinc tu jam felix & divum sede receptus,*

*O pastor pecoris sis memor usque tui.*

In tumulo haec leguntur Gallico idiomate: *Cy-  
gisl F. Jehan Bordier en son vivant abbe de ceans,  
qui trepassa le Veadredy 16. jour de Novembre  
1543. Requiescat in pace.*

De eodem Johanne sic habet necrologium:  
*XVI. cal. Decembris obiit reverendus pater domus  
Johannes Bordier abbas hujus monasterii, qui posteris  
magnum suae humilitatis, patientiae & mansuetudinis  
exemplum dereliquit; cujus temporibus ecclesia, ac  
tota domus insaurata est, atque tunc in temporalibus,  
tunc in spiritualibus locupletata.*

XXXV. Antonius Caraccioli, filius Johannis  
Neapolitani, Messiae principis, Franciae mar-  
calli & Pedemontii proregis, cum jam dudum ab-  
batiam ambiret, pro cujus bullis obtinendis pro-  
crastinabat cardinalis de Bourbon, caute proposuit

conventui ut illum deputaret ad obtinendam a rege abbatis electionem, dummodo, si obtineret, ipsi prioratus d'Atthis conferretur. Verum id ore tenuis proponerat, & revera pro se ipso nominationem regis, oeconomicusque litteras impetravit, unde mox omnia bona temporalia invasit 10. Decemb. 1543. cumque bullis donatus esset, possessionem accepit 22. Februarii 1544. ac demum benedictionem in aede cathedrali Dominica prima Quadragesimae 2. Martii, ministerio Caroli Boucher episcopi Megarensis & abbatis sancti Maglorii, suffraganei cardinalis du Bellay episcopi Parisiensis. Tum vero solus absque consilio seniorum statueret voluit de spiritualibus & temporalibus, ac beneficia conferre, quo de tanquam de alienae jurisdictionis usurpatione conventus appellavit. Causam commisit regium consilium cardinali de Tournon, cum facultate subdelegandi; qui quidem Jacobum Spifame praefidem in prima inquisitionum camera, Eustachium du Bellay senatorem & archidiaconum Parisiensem nepotem cardinalis episcopi Parisiensis & Nicolaum Bardin senatorem quoque ante litem decisam defunctum, cum Germano Nicolao priore sancti Martini a Campis, Placido Leger priore sancti Germani a Pratis & Christiano de Hert priore sancti Salvatoris Melodunensis praefecto generali triennali congregationis sancti Victoris, vice sua iudices nominavit. Hi porro faciendam bonorum partitionem abbatem inter & conventum decreverunt die 4. Maii 1545. quorum sententiam probavit cardinalis de Tournon 23. Maii, in commentariis retulit privatum consilium die 4. Junii, Parlamentum Parisiense 22. Septembris, majus consilium 5. Januarii 1546. ac denique Romana curia vi bullae Pauli III. date 4. Augusti ejusdem anni, quae promulgata fuit in abbacie capitulo coram abbate & conventu, per Petrum le Clerc majorem archidiaconum Ambianensem, deputatum a D. Spifame tunc episcopo Nivernensi, 2. Junii 1547. stante nihilominus appellatione conventus a collatione prioratus beatae Mariae de Amponvilla a solo abbate facta, quae nulla & irrita declarata fuit senatusconsulto die 4. Aprilis ante Pascha 1548. Haec autem omnia sic Antonio displicerent, ut abbacia cesserit, seu permutaverit cum Ludovico de Lorraine pro episcopatu Trecentis, quem nuper ab Henrico II. rege Ludovico obtinuerat. De Antonio sic legitur in registro Vaticanici: *Antonius Caracciolus olim abbas S. Victoris Parisiensis, electus Trecentis 5. Octobris 1551.* Antonius tamen haud alibi voluit inaugurari, quam in capella infirmariae sancti Victoris, ubi sacram inunctionem accepit die Dominica 15. Novembris 1551. Dein cum apparatu in urbem suam invehctus est 13. Dec. insequentis, tandemque in hircum proplausum inire occubuit anno 1570.\* apud Castrum novum diocesis Aurelianensis oppidum.

XXXVI. Petrus V. Lizet Arvernus, senatus Parisiensis princeps, lapsus in offensam regis, quemadmodum refert Thuanus libro sexto histor. pag. 165. quem & consule libro 25. pag. 691. idcirco dignitatem deserere operae pretium ratus, in hujus qualemcumque compensationem abba-

Tonus VII.

tiam sancti Victoris cessione Ludovici de Lorraine ante acceptam possessionem obtinuit. Romae confirmatus 8. Augusti 1550. possessionem apprehendit die prima Septembris insequentis. Sacerdotio initiatur in capella infirmariae S. Victoris ab Eustachio du Bellay episcopo Parisiensi mense Septembris 1553. non diu posthac superflus; mortuus enim est in suis aedibus prope sanctum Ivonem die 7. Junii 1554. cuius posthac funus deductum est a conventu S. Victoris, praesidente episcopo Parisiensi, qui corpus extulit & sacro chori coram senatu, terrae mandavit in medio chori ad aquilam, ubi haec inscriptio sepulcralis benee laminae insculpta:

ΧΡΙΣΤΩ ΣΩΤΗΡΙ sacrum 1555.

*Justitia custos, fidei defensor et aequi,*

*Janua pauperibus semper aperta fuit.*

*Siste gradum viator tantisper dum haec perlegeris. Hoc tumulo Petri Lizeti ΣΩΜΑ, anima quondam ΣΗΜΑ jacet. Qui olim ob hereticas animi sui dotes, vir singulari memoria, & summa jurisprudentia in supremum Parisiensis curia senatum a rege Ludovico XII. ascitus, senatoris munere triennio functus est. Deinde triumviratus regii advocati munus 12. annis duce Francisco I. feliciter obivit: ac demum ob sua vitae integritatem, in summum curiae magistratum evectus, justitiae habens xx. annorum curiculo ita moderatus est, ut qui religiose domus abbas volente Henrico II. fieret, dignus omnium calculo videretur. Cujus spiritus terram linquent, caelum tandem conscendit 1554. septimo idus Junii annos natus 72. Ceterum in Christo dormientibus lucem precare & quietem, amen.*

XXXVII. Ludovicus de Lorraine cardinalis Guisus per clausulam regressus suae in gratiam Petri Lizet insertam cessione, abbacie possessionem accepit 25. Octobris 1554. cum tunc esset episcopus Albiensis, qui postea fuit archiepiscopus Senonensis & episcopus Metensis, inauguratus in capella infirmariae S. Victoris Dominica Passionis prima Aprilis 1571. a Carolo cardinali de Lorraine archiepiscopo Remensi suo fratre. Mire affectus in abbatiam obiit 29. Martii nocte feria sextae majoris hebdomadae ad Sabbatum sanctum vergente 1578. in suo abbatiali palatio, sepultus in sanctuario a parte Evangelii, in conditorio de industria factu, ubi modo sic legitur: *Hi jacet illustrissimus princeps Ludovicus de Lorraine cardinalis, episcopus Metensis, & hujus ecclesiae abbas. Obiit 29. Martii 1578.* De quo sic etiam habet necrologium iv. calendis Aprilis: *Eodem die obiit illustrissimus princeps ac reverendissimus dominus dominus Ludovicus Lotharingus cardinalis a Guisa, episcopus & comes Metensis, & abbas commendatarius hujus domus, cujus corpus in sinistra majoris altaris parte quiescit 1578.*

XXXVIII. Carolus de Lorraine filius Caroli Lotharingi ducis & Claudiae a Francia, aetatis anno undecimo nominatur abbas ab Henrico III. rege 1578. Bullis acceptis 23. Julii possessionem adiit per procuratorem 15. Octob. ejusdem anni. Fuit canonicus Trevirensis, episcopus Metensis &

X x ij

Argenterotensis, quas episcopales sedes nunquam per se administravit, cum non nisi ad diaconatus ordinem ascenderit, quo ne prius eisdem initiatus est, quam creatus cardinalis diaconi tituli S. Agathe a Sixto V. pontifice 1589. mense Dec. Cum post Henrici III. regis mortem praevideret inopiam conventus tempore bellorum civilium, vicarium specialem nominavit Carolus Johannem Heurtak priorem domus ad regendam mensam abbatialem, cujus administrationis cum pacato regno rationes redderentur, dicebat sibi alicui, quod nihil ex abbatia perciperet, hoc pium & magnificum responsum dedisse memoratur, *nullo se remanere omnibus abbatia redditibus procelloso tempore, quam conventus divino servitio addictus privatere auxilio, quod ab illo in suis necessitatibus sperare poterat.* Abdicavit nimia pressus agritudine, qua tandem occubuit 24. Novembris 1607. apud Nancyum, ubi sepultus est in sacra aede primaria.

XXXIX. Franciscus L. de Harlay ex familia Harlaesum Parisiis utantium, cessione Caroli de Lorraine aetatis anno circiter 17. obtinuit abbatiam sancti Victoris, pro qua bullis acceptis die prima Maii 1603. possessionem nactus est die sancti Victoris 21. Julii ejusdem anni. Postea fuit ex coadjutore Rotomagensis archiepiscopus, ubi de illo plura. Anno 1614. viginti Pentecostes solemnem ingressum fecit in ecclesiam abbatialem, ubi sacris operatus est ad utraque vespersa festi & majus sacrum. Sub eo prioris sancti Victoris anno 1642. feria 3. die 3. Junii litteris regis a suprema curia confirmati facti sunt triennales. Sequenti anno mense Septembris permutavit abbatiam Franciscus cum successore pro abbatia Gemeticensi; tandemque mortuus est in suo castro de Gaillon 22. Martii 1653. aetatis 68.

XL. Petrus VI. de Cambout de Coislin filius Caesaris marchionis de Coislin Helveticarum turmarum praefecti, &c. ex Maria Segueria Petri cancellarii nata, prius abbas Gemeticensis, Sanvictorinam affectus abbatiam ex permutacione, ut diximus, hujus possessionem accepit die 2. Januarii 1644. Fuit etiam canonicus Parisiensis, abbas S. Johannis Ambianensis, S. Gildasii in Nemore, prior Argentolii, Longipontis & sancti Petri de Abbativilla. Consecratus avunculi Meldensis episcopi primus evasit elemosynarius regis, cui pro hac dignitate sacramentum praestitit 4. Augusti 1653. Inungitur episcopus Aurelianensis in capella infirmariae sancti Victoris anno 1666. Regionum ordinum commendator efficitur 31. Dec. 1688. Cardinalis a rege designatus 1695. creatur ab Innocentio XII. 27. Julii 1697. quo nomine interfuit electioni Clementis XI. anno 1700. & hoc ipso anno ad summam majoris Franciae elemosynarii evectus est dignitatem, pro qua regi fidem obtinuit suam 4. Aprilis 1701. Denique mortuus Versaliis die 5. Februarii 1706. aetatis anno 70. jacet in sua Aurelianensis ecclesiae cathedrali.

XLI. Philippus Antonius cardinalis Gualterio, patre Gualterio Gualterii d'Orviete & matre Anna Maria Cioli de Tuderte natus, vicelegatus Avenionensis a die 7. Junii 1696. ad 1700. quo

nunciatus in Franciam missus est, tum cardinalis presbyter 17. Maii 1706. & abbas sancti Remigii Remensis, cum abbatia Victorina ab hoc anno 1706. vacasset, illam obtinuit schedata regia Ludovici XV. anno 1716. mense Martio, cujus in possessionem missus est per procuratorem N. Tamisier. Idem quoque regionum ordinum commendator creatus 20. Maii 1724. necnon honorarius alienigena fr. academia regali apud Parisios inscriptionum & studiorum liberalium. Romae decessit 20. Apr. 1728. aetatis annum agens 69.

XLII. Franciscus H. dux de Fitzjames filius Jacobi ducis de Berwik de Fitzjames apud Bellocvacos paris Franciae & marecalli, superioris & inferioris provinciae Lemovicensis praefecti, ac regionum ordinum equitis torquati, necnon perfeldis apud Arglos ordinis, & Velleris auri apud Hispanos, quorum inter magnates fuit utros et prima classe, fratrem habuit ex patre Jacobum Franciscum Fitzjames unum et primae classis magnatum Hispaniae; cuius prima parentis conjux Honorata de Borek vidua patricii Sarisfeld comitis de Lucan occisi 1691. in praelio apud Nerwindas lucem dederat, e vivis erepto Neapoli 1738. ubi legatum Hispaniarum regis agebat apud Carolum utriusque Siciliae regem. Noster vero Franciscus ex altera patris conjuge Anna Butkley natus est die 9. Jan. 1709. qui mense Maio anni 1728. a rege nominatus abbas sancti Victoris, dignitatis possessionem cepitvicit 3. Augusti ejusdem anni. Tum anno 1733. presbyter inauguratus, ritu solemni Deo libavit sacerdotii primitias in abbatia S. Victoris die 25. Martii Annunciationi beatae Mariae virginis sacro; doctorique laurea in sacra facultate Parisiensi decoratus est 23. Mart. 1734. cum deinde in ecclesia Rotomagensi, vocatus a Nicolao de Saulx de Tavannes archiepiscopo, pietate, modestia, zelo & nativa in cultum Domini propensione, omniumque virtutum illustriori compage, quam generis claritate, vicarii generalis partes adimplevisset, a rege nominatus est episcopus Suesionensis, ubi de eo plura.

#### DE PRIORIBUS VICARIIS PERPETUIS.

EX sententia constituta legis Antonium Ca-raccioli abbatem inter & conventum sancti Victoris lata die 4. Maii 1545. expresse jubetur libertatem permanentem in abbatia disciplinam, quam si servare abbas praesens, aut futurus detre-taverit, uni ex aetatis regularibus a sodalibus eligendo & abbatibus in conspectum adducendo dare tenebitur litteras vicarii generalis immutabilis hoc tenore:

Antonius Dei & sanctae sedis apostolicae gratia inchoi monasterii sancti Victoris Parisiensis, ordinis sancti Augustini abbas. Dilecto fratri N. presbytero religioso ejusdem monasterii, salutem in Domino Jesu. Cum sacra nuper inter nos & conventum nostrum mensae bonorumque divisione viri pro necessariam censuissent, ut dicto nostro conventui vicarium genera-lem per nos irrevocabilem forma, quae sequitur, praeficeremus, qui nostro munere fungens disciplina regulari & legibus ordinis observandis praesert. Nos igitur dicti nostri conventus quieti, paci & religionis bono

consulere cupientes, atque id imprimis curare, ut in A  
*dicta sancti Victoris domo, ex qua congregatio refor-*  
*matorum in regno Franciæ denominatur, a disciplina*  
*regulari & ordinis statutis in minimo quidem puncto*  
*discedatur, te, quem summo zelo, caritate sociâ, multis*  
*jam amâs periculum virtutis & dexterioris eximia*  
*in hac spiritali militia fecisse compertum habemus,*  
*vicarium nostrum in spiritualibus generalem & specia-*  
*lem creavimus, nominavimus, & instituimus, prout*  
*nunc creamus, nominamus & instituimus, specialiter*  
*& expresse præsumimus regimini dicti nostri monasterii,*  
*tibi que licet volumus quovis idoneis ad probationem*  
*& professionem dicti canonici instituti admittere, atque*  
*consilio & auctoritate patrum capituli congregationis*  
*sancti Victoris, quovis ejusdem monasterii religiosos*  
*alio transferre, si ita faciendum pro commodo, pace*  
*& tranquillitate monasterii videbitur: excessus dicto-*  
*rum religiosorum coercere, atque durioris censura &*  
*excommunicationis, aut etiam carceris sententia, ubi*  
*cerivias suas induraverint, plectere. Confessores dictis*  
*religiosis deputare, qui possint a casibus absolvere, a*  
*quibus de jure, consuetudine vel privilegio possemus*  
*absolvere. Ad hæc omnia & singula officia claustralia*  
*prædictis religiosis committere, commissa quoque revo-*  
*care, & aliis assignare, & omnia prorsus alia, que*  
*incumbant officio vicarii generalis in spiritalibus,*  
*sive etiam in temporalibus, in his dumtaxat, que sunt*  
*& erunt mensa conventualis, facere, dicere, gerere &*  
*exercere, & quæcumque facere, dicere, gerere &*  
*exercere possemus, etiam si ita forent, qua mandatum*  
*exigerent specialius, quam presentibus est expressum,*  
*quarum tenore facultatem tibi & auctoritatem imper-*  
*timur. Hoc tamen abs te diligenter in omnibus supra-*  
*dictis observando, ut nihil sine consilio & assensu*  
*capituli, seu etiam capituli, cum res exegerit, facias,*  
*aut facere attentas, prout in statutis & privilegiis*  
*dicti monasterii nostri continetur, & antehac obser-*  
*vatum est. Datum sub sigillo & signo nostro die N.*  
*mensis N. anno Domini millesimo quingentesimo qua-*  
*dragesimo N. presentibus N. & N. testibus ad præ-*  
*missa vocatis.*

Ut primum igitur hæc sententia cum regis, E  
 tum pontificis munita fuit decretis, convocati a  
 Jacobo Spifame tunc episcopo Nivernensi præ-  
 cipuo ad promulgandas & executioni demandan-  
 das in hanc rem Pauli III. bullas ministro, omnes  
 tan in abbata residentes canonici, quam qui suis  
 in beneficiis commorabantur numero quadraginta,  
 præter fratrem Jacobum Bourfier tunc absentem,  
 & qui solum erant subdiaconi ad diem 2. Junii  
 feriam v. octavæ Pentecostes anni 1547. prius eo  
 ipso die a Nicolao Beauquesne facta cessione prio-  
 ratus, elegerunt in priorem vicarium, qui sequitur.

I. Nicolaus Grenier Parisius natus an. 1505.  
 canonici regularis tyrocinium posuit in abbata  
 Victorina die 22. Aprilis 1522. & insequenti  
 professionem emisit, tantum brevi in pietate iter  
 emensus, ut necdum sacerdos juniorum fratrum  
 a senioribus moderator fuerit institutus. Statim  
 post adeptum sacerdotii gradum, regulam sancti  
 Augustini explanavit, quod opus theologie facul-  
 tatis probatum dignum quod vulgaretur censuit  
 anno 1535. Librum etiam, cui titulus *Theaurus*  
*preconiorum Deiparæ virginis Mariæ* ex diversis

collectum patribus edidit anno 1539. pro junio-  
 ribus, quibus præerat, fratribus; & hoc ipso anno  
 una cum Victorinæ domus priore Johanne Simon-  
 deo ad visitandum abbatiam de Victorina delegatus  
 est a congregationis præposito generali. Postulatus a  
 Johanne Bouffier priore Atheniensi senescente locum  
 datur a senioribus anno 1540. & successit 1541.  
 die 23. Augusti, quo in munere cum sex annos  
 exegisset, suffragii communibus primus abbatie  
 Victorinæ prior vicarius electus fuit die & anno  
 superius dictis. Hac in dignitate, qui prius fuerat,  
 idem permansit, mitis, modestus, simplex, de-  
 votus, regi Francorum Henrico II. & optimatibus

regni vite integritate & scriptorum venustate notus  
 & carus, terrori & odio hæreticis, quos variis in-  
 sectatus est scriptis, *chypo fidei*, quem Henrico  
 regi nuncupavit, *euse fidei*, quem Annæ de Monte-  
 morencio comiti stabuli dicitur anno 1551. &  
*armatura fidei*, que sub auspiciis marium præflecti  
 in lucem prodit anno 1566. unde ab hæreticis  
 Elymas magus dicebatur, qui Sergium Paulum  
 (sic Henricum regem appellabant) adversus falsâ  
 eorum dogmata præmuniebat. Alii quoque plures  
 vulgati sunt ab eo libri anno 1563. *Pie hominis*  
*christiani Deum timentis meditationes* dicatæ D.  
 Lescot abbati Clarimontis, & in gratiam Victori-  
 norum alectorum *viduarum spiritalium & catholica*  
*institutio ad felicem mortem*. Scripsit etiam tum ex  
 senatus Parisiensis, tum ex pontificum Senonen-  
 sium, Parisiensium, Meldensium & Silvanecten-  
 sium decretis, reformandis monasteriis vacavit,  
 ex quibus tria solum celebraria nominare sufficiat,  
 Cagienæ apud Meldas, Victoriam Silvanecti, &  
 Montis Martyrum parthenonem prope Parisios,  
 quibus adde illum a comitiis generalibus bis elec-  
 tum fuisse præsidem Victorinæ congregationis,  
 nempe annis 1550. & 1563. Denique ex tot  
 laboribus pro religione viribus exhaustis, post 22.  
 regiminis annos prioris vicarii munitus abdicavit  
 29. Martii 1569. superstes ad initium sequentis  
 anni, quo & vivis excessit die festo Epiphaniæ.  
 Sepultus est in capella sancti Dionysii ad dextram  
 Borderii abbatis cum epitaphio sequenti aeneæ  
 laminae ad parietem appositæ inciso:

*Epitaphium R. P. Nicolai Grenier quondam prioris*  
*& primi vicarii hujus domus.*  
*Seu consecuta fuit senio, seu floruit aetas,*  
*Hunc tenuit quovis tempore cura triplex.*  
*Fundere vota Deo, scripturæ incumbere sacrae,*  
*Imbuere hanc sacra religione domum.*

Sic hodie legitur in tumulo:

*Cy gist R. P. Nicolas Grenier en son vivant grand*  
*prieur & premier vicaire de ceans, qui deceda le 6.*  
*de Janvier 1570. Dieu en ait l'ame & de tous les*  
*fideles catholiques trespasser. Amen.*

II. Guillelmus de Bourglabbe Parisinus religi-  
 onis habitum apud sanctum Vicatorem suscepit  
 a Nicolao Grenier primo priore vicario 8. Julii  
 1549. & anni sequentis die 9. Julii vota emisit  
 sua. Annos natus 21. die 26. Octobris Dominicæ  
 Incarnationis 1553. primum missæ sacrificium  
 obtulit. Quarto post anno 1557. 28. Septembris

post obitum Davidis de Courteville subprioris, in A  
ejus locum successit est a priore vicario & senioribus. Anno 1565. una cum Petro Blondel priore sanctæ Mariæ de Cagia Meldensis urbis delegatus ex senatusconsulto, assistente clarissimo viro D. Theobaldo de Sueur senatore a curia deputato, Sylvanectenfe sancti Vincentii monasterium ad meliorem frugem revocavit, adlaboravitque partitioni bonorum temporalium abbatem inter & canonicos. Cum denique se dignum in inferiori gradu ministrum exhibuisset, ad superiorem unanimi fratrum consensu ascendit, secundus prior vicarius per cessionem Nicolai effectus die 29. Martii 1569. qui hoc in munere constitutus, ita B  
fidelis & assiduis discipline regularis cultor exstitit, ut diceret *se malle mori, quam instituta regularia infringere*. Hinc an. 1573. congregationis electus præses hanc per triennium provinciam sapienter administravit; tandemque ex diutina pulmonis ægritudine vivere desit anno 1585. 24. Maii, sepultusque est a latere Nicolai Grenier cum incisæ æneæ laminæ ad parietem appositæ epitaphio sequenti:

*Epitaphium R. P. Guillelmi Burglabbæi  
quondam prioris vicarii hujus cœnobii.*

*Nativus pudor atque usu prudentia parta,  
Doctrina ex studiis, pietas insula supernæ,  
Et pietatis opus, sacri observatio jugis  
Officii, dotes Guillelmo in patre fuerunt.*

*Vixit annos 52. menses 11. proprior 12. prior  
16. Obiit 24. Maii 1585.*

Hodie sic legitur: *Cy gist Reverend Pere Guillaume de Bourglabbé en son vivant grand prieur & vicaire de ceans, lequel deceda le 24. jour de May 1585. Dieu en ait l'ame & de tous les fidelles catholiques trespassés.*

III. Johannes Heurtault Lavallæus in Cenomanis anno ætatis 22. Domini 1565. die 25. Februarii ad habitum religiosum a Nicolao Grenier, & anno sequenti 2. Martii ad professionem ab eodem admissus, ac 1568. vigilia sanctissimæ Trinitatis in sacerdotem cooptatus, anno sequenti die prima Apr. Burglabbæo ex subpriori in priorem electo in ejus locum subrogatur annos natus 27. & iterum post ejusdem Burglabbæi mortem, in prioris munere illi successit die 4. Junii 1585. Laudatur in primis, quod difficillimis temporibus per 18. annos summa cum pietate & prudentia domum Victorinam rexit, nunquam a rege decesserit, nec quidquam adversus religionem catholicam passus sit. Ad comitia regni publica Blefis ab Henrico III. rege convocata 1588. pro regularibus a clero Parisiensi deputatus, tantam sibi apud regem gratiam peperit, ut ab eo Cagiæ abbas renunciatus sit, sed hic ne dignitatem acciperet deprecatus est; quem demum ad propria remeantem sic allocutus est rex: *Sic te Dei & meum esse fidelissimum subditum, queso ut apud Parisienses reversus quæ mihi simulatus & obsequit ab eis desiderantur & debentur secretis tractes*. Ludovicæ de Lorraine de Vaudemont reginæ fuit a sacris confessionibus: ab eminentissimo cardinali Gondio

Parisiensi episcopo assumtus in vicarium generalem totius diocesis, per annos undecim provinciam illam rite administravit. Idem quoque ab eminentissimo cardinali Carolo de Lorraine abbate Victorino vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus, quæ juris ipsius erant, renunciatus, per omnia votis ejus satisfecit. Electus insuper Victorinæ congregationis caput, per 17. annos, bello- rum occasione, eo munere claruit. Pace tandem composita post deditam urbem Parisios, celebris Fontebrauldensis monasterii visitatoris partes sex annis continuis digne & laudabiliter sustinuit. Ad hæc, variis tum virorum, tum mulierum cœnobii reformandis invigilavit, plurimisque, ex senatusconsultis, visitationis munus impendit tanta cum prudentia, ut primus regni prælatus regularis in hisce tractandis negotiis ac definiendis palam diceretur. Obiit ex cholera morbo 1603. 27. Maii, postridie sepultus in sacello sancti Dionysii, rem divinam peragente abbate Cistercii, presente & dolente inter alios plures curiæ & variarum conditionum spectabiles viros DD. Achille de Harlay Parisiensis princeps, qui omnes dicebant, *primum illius ævi regularem & domus Victorinæ splendorem exstinctam*. Jacet, ut diximus, in capella sancti Dionysii juxta tumulum magistri Hugonis C a sancto Victore, cum hoc epitaphio ad parietem apposto a Johanne Picardo ejus discipulo:

*D. O. M.*

*Et perpetua memoria R. P. D. Johannis Hurtaldi  
Hujus cœnobii prioris vigilantissimi, necnon R. D.  
D. Episcopi Parisiensis a sacris vicibus præflecti.*

*Hurtaldus celebri fama super æthera notus,  
Hoc charitum triplici clarus honore fuit.  
Se dare persacilem, discorsiles pace juvare,  
Prudenterque sui fræna tenere gregis.*

*Vixit annos 61. proprior 16. prior 18. Moritur  
D autem anno Domini 1603. mensis Maii 27. Lu-  
gentes sibi posuere.*

IV. Dionysius I. Coulomp Parisiis natus 27. Martii 1548. allectus est in novicium Victorinum 1566. & anno sequenti professionem emisit. Sacrum primum confecti Dominica in Albis 13. Aprilis 1572. eodemque anno in vigilia sancti Johannis Baptistæ electus camerarius, & 1585. prior sancti Petri de Nemore, demum in quartum priorem vicarium abbatissæ S. Victoris assumitur die 4. Junii anno 1603. Frequenter dum regit, visitator insitutus est variorum monasteriorum, vel ad ipsorum preces, vel ex decretis supremæ curiæ Parisiensis, puta præter Fontebrauldense, cujus per novem annos visitator exstitit, Clairfontis in dioc. Carnotensi anno 1609. quo anno tanquam vicarius generalis Ludovici de Vornay de Brechinville abbatis Magnæ Vallis Schol. visitavit monasterium sanctæ Catharinæ Parisiensis, S. Mariæ de Rota in Andibus 1610. sancti Petri Catalaunensis 1613. & sancti Jacobi Pruviniensis 1619. quibus provinciis adde generalem totius congregationis ab anno 1612. ad 1621. In comitiis regni generalibus Luteciæ Parisiorum a rege Ludovico XIII. coactis sedit pro regularibus, ubi ab episcopis &



aliis ordinis ecclesiastici selectis viris, cum abbatibus Cistercii, & Claravallis ac priore Carthusiæ deputatus plurimas leges pro regularibus sanxit. Duos edidit Gallico idiomate libros, calendarium sanctorum ad utilitatem parochorum vulgatum an. 1601. & de novo typis excusum an. 1609. & adhortationes piæ in septem verba a Christo in cruce prolata 1615. Denique abdicato prioris officio 1620. e vivis sublatus est 1626. die 14. Novemb. postridie sepultus ad pedes Burgabbæi in sacello S. Dionysii, cum epitaphio sequenti:

*Epitaphium R. P. Dionysii Colombæi quondam prioris & quarti vicarii hujus ecclesiæ.*

*Magna Colombæi pars vitæ impensa labori,  
Quem penes emicuit præpositura domus.*

*Viribus exhaustis rerum dimisit habenas,  
Ut curæ immunis viveret ipse sibi.*

*Sponte sua vitam, non illum vita reliquit.  
Vivat apud superos, mors ubi nulla metit.*

*Moritur XVIIII. cal. Decembris 1626. ætatis 79. canonicæ professionis sexagesimo.*

V. Dionysius II. de S.<sup>i</sup> Germain natus die 5. Septembris 1567. & canonicum regularem professus in abbacia sancti Victoris 17. Julii 1586. Cacerdotii primitias Deo libavit die Dominica 5. Januarii 1592. Tum ex priore de Villaribello post Francicum Grin nominato 1596. cum Dionysius Coulomp majorem abbatiæ prioratum abdicasset, canonicorum omnium calculus quintus prior vicarius electus fuit 23. Julii 1620. de quo hæc notanda eminentissimus cardinalis de Retz Parisiensis archiepiscopus testatus est: *In frequentando divino officio & aliis regularibus observantiis semper præbuit exemplum bonorum operum. Rector positus non extollitur, sed inter fratres sicut unus ex ipsis est, & quam viam adolescens tenuit, etiam senescens ab ea non recessit.* Anno 1622. 10. Octob. D a capitulo generali apud sanctam Genovefam congregato ab eminentissimo cardinali de la Rochefoucault, quem summus pontifex & christianissimus rex ordinis sancti Augustini reformatorem declaraverant, eligitur præses congregationis, ab eodem cardinali confirmatus, ac postridie in capitulo sancti Victoris coram dictæ congregationis patribus renunciatur. Senatus quoque Parisiensis decreto reformatior adhibetur anno 1625. abbatie sancti Martini de Sparnac in diocesi Remensi; quo anno duodecim aquæ lineas e fontibus Rungiacis in Victorinam domum deduci a præposito & ædilibus Parisiorum impetravit. Ecclesiæ sancti Victoris majus altare & alia minora elegantioribus ornamentis & sculpturis decoravit, claustrum, infirmariam, hortos & ceteras officinas convenientius adaptavit. Tandem propriæ salutis sollicitus, cum per annos fere sexdecim munus prioris obiisset, an. 1636. ætatis 70. sponte se illo abdicavit, superstes ad annum 1652. patris interim antiqui, adinstar Nicolai Grenier & Dionysii Coulomp titulo decoratus. Obiit hoc anno die 2. Novembris postridie sepultus in capella sancti Dionysii juxta decessorem.

VI. Johannes de Thoulouze Parisinus omnibus rite officii rite perfunctus, administrationi prioratus Athiensis præficitur an. 1628. indeque subprior factus 29. Augusti 1635. Dionysio de S.<sup>i</sup> Germain abdicanti prioratum subrogatus est 10. Aprilis 1636. anno ætatis 46. In bibliothecam codicibus mss. ditavit, ornavitque iconibus illustrium hujusce domus virorum, cujus & historiæ compendium Gallico idiomate conscripsit & dicavit clarissimo D. D. de Bullion summo ærarii tribuno: quod opus infernum est Antiquitatibus urbis Parisiensis anno 1640. editis opera & studio Claudii Malingre a pagina 431. B ad 484. & libro 4. a pagina 73. ad 96. Exinde Johannes ut pietati ac studio liberius vacaret, prioratu cessit anno 1641. 18. Decembris dum agerentur comitia generalia, regressusque est ad regimen Athiensis ecclesiæ, qui demum ad ecclesiam matrem reverfus obiit 18. Decembris 1659. & in capella sancti Dionysii sepultus est. Fuit autem Johannes de Thoulouze ultimus prior vicarius perpetuus S. Victoris: enimvero postquam abdicavit, statutum est in capitulo generali congregato 17. & 18. Decembris 1641. probatumque regi & senatui Parisiensi 1642. ut in posterum electio prioris vicarii fieret singulis trienniis, ita tamen ut electus altero triennio continuari posset, sed non ultra: cui legi statim ab electione subprioris omnes solemnium juramento adstringuntur.

Lubet hic addere grati animi causâ hæc historiam plurimum debere N. Conet sancti Victoris canonico & ejusdem bibliothecæ tunc præfecto, nunc subpriori.

S. GENOVEFA PARIENSIS, S. GENÈVEVE,  
CAPUT CONGREGATIONIS  
CANONICORUM REGULARIUM IN FRANCIA:

Nemini mirum videri debet, quod omnium diocesis Parisiensis regularium ecclesiarum facile principem Sangenovefam hoc ordine reponamus. Si permansisset in statu primævo monastico, primas ei dare æquum fuisset, sed cum a seculari ad canonicum ordinem accesserit, a qua hunc hausit, Victorinæ domui postponere decet. His præmissis aggredimur historiam, qua fere totam curis indefessis N. Prevot sanctæ Genovefæ canonici regularis & ejusdem insignis bibliothecæ eruditissimi ac diligentissimi præfecti debere nos libenti & grato animo profitemur.

Antequam Clodoveus Magnus primus regum Francorum christianus, & ex oranibus sue ætatis catholicis eo in loco basilicam conderet, cœmeterium erat, cujus ex rudericibus famosus ille tumulus marmoreus erutus est, quem describit Bergierus in historia viarum publicarum, quo subinde marmore cardinalis de la Rochefoucault usus est ad varia ecclesiæ sanctæ Genovefæ altaria decoranda. Hoc in cœmeterio longe ante natam S. Genovefam Prudentius episcopus Parisiensis sepultus est. In eodem post sanctam Genovefam, a qua dictum est *crypta S. Genovefæ*, conditi sunt sancta Alda socia sanctæ Genovefæ, & sanctus Ceraunius episcopus Parisiensis, quorum capse argenteæ postea repositæ sunt super altare capellæ sanctæ Clotildis.

*Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
110.*

*S. GENÈVEVE,*

vulgarius dictæ reliquiarum capellæ, qua ratione restituitur illi nomen, quod jam habebat tempore Stephani Tornacensis *novum oratorium reliquiarum*, novum, inquam, quod seculo XII. recens ab eodem Stephano ædificatum est. Inibi vero Clodovæus paulo ante annum 511. petente Clotilde conjugè ædificavit ecclesiam in honorem sanctorum apostolorum Petri & Pauli, ubi religio monastici ordinis viget, ut habet auctor perantiquus libelli de vita sanctæ Bathildis reginæ: ex quibus verbis, ait Mabillonius tomo primo Annalium pagina 111. huic Parifacæ sancti Petri basilicæ monachos non longe a principio adhasisse intelligimus, quos & in eadem perseverasse usque ad annum 856. exâlimat, utpote cujus fratres communi cum aliis monachorum cœnobii vocabulo appellantur in litteris a Lupo abbate scriptis ad Wenilonem Senonum metropolitam, &c. de electo Anea in episcopum Parifensem. Clericos autem ex monasterio sancti Petri & S. Genovefæ nuncupat Aimoinus, ubi agit de reversione corporis sancti Germani ex villa Novigento in suum Pratenfè monasterium ad annum 863. Unde colligas paulo post incensum a Normannis monasterium Sanguenovefanum, quod contigit anno 856. aut 857. conversum fuisse in canonicorum secularium collegium, ut in sexcentis aliis ejusmodi locis. Gregorius Turonicus lib. 2. hist. cap. 43. ita fundatorum meminit: *Sepultus est* (Chlodoveus) *in basilica SS. apostolorum, quam cum Chrotilde regina ipse construxerat: & iterum libro 4. cap. 1. Chrotildis regina pleua dierum apud urbem Turonicam obiit, quæ Parisius cum magno psallentium præconio deportata, in sacratio basilicæ sancti Petri ad latus Chlodovei regis sepulta est a filiis suis Childeberto & Chlotario regibus: nam basilicam illam ipsa construxerat, in qua & Genovefa beatissima est sepulta.* Idem asserit Fredegarius scholasticus in chronico capite 29. Natæ quoque fundatorum, Chrotildis Amalarici regis Gothorum uxoris, ac principum Theobaldi & Guntherii Chlodomeris regis filiorum sepulchris nobilitatur hæc basilica; quæ a Gregorio Turonico sancti Petri appellata, postea S. Petri & sanctæ Genovefæ conjunctim, nunc vero simpliciter sanctæ Genovefæ nomen obtinet, ob sanctissimam virginem Parisiorum patronam, cujus opem adversus febres aut nimios imbres, aut fitcitatem implorantes sæpius experiuntur. Obiit beatissima virgo circa annum 500. die 3. Januarii, conditaque fuit in cœmeterio laudato, cui mox impositum oratorium ligneum, ac paulo post extructa illa percelebris sanctorum apostolorum Petri & Pauli, modo S. Genovefæ basilica, in qua retro principem aram spectantur ab anno 1625. beneficio cardinalis de la Rochefoucault columnæ quatuor exquisitè marmoris, quarum in summitate quatuor eminent angeli ænei, qui manibus ossa ejusdem sanctæ loculo pretioso inclusa sustinent, ad quem quotidie frequentissimus est utriusque sexus civium Parisiensium & aliorum concursus. Habita sunt hac in basilica plura concilia, nempe annis 573. 577. & 615. quod ultimum eorum omnium, quæ in Francia hæc usque coacta fuerant frequentissimum,

Flory hist. eccl. tom. 7. pag. 148.

Flory hist. eccl. tom. 7. pag. 148.

& ideo *synodus generalis* appellatum, in concilio Remensi anni 630. habitum fuisse dicitur in basilica S. Petri, cujus & canonum observationem commendat: Itemque an. 1290. ibi celebrata synodus est a Gerardo & Benedicto legatis, ex chronico sancti Dionysii. Maximo semper in honore fuit hic locus, quem amplificare certatim studuerunt largitionibus & beneficiis posteri reges a Clodoveo; in quibus Dagobertus terram Dravertum, seu Dravetum, in qua *Champrosay*, contulit: eorumque ad exemplum toparchæ plures illi se munificos exhibuerunt, puta Ermogaldus octavo seculo, qui terram Marifacem, in qua forsitan territorium de Moloy & Firmittus Milonis continetur, donavit. De eo sic habet necrologium: *vi. calendis Novembris obiit Ermogaldus vir magnus, qui ad æternam sui memoriam villa Marifacem hanc ditavit ecclesiam: in hoc anniversario debet fieri commendatio, & missa ad mojus altare celebrari, & camerarius sicut in præcipuis solemnitatibus debet providere.* Pia quoque femina Ermentrudis, a qua vicus de *Charmentré* nomen habet, nonnulla dedit basilicæ S. Petri Parisius. S. Ansegisus abbas Fontanelensis defunctus an. 831. in testamento meminit hujus basilicæ: *Ad S. Genovefam Parisius libras duas:* Incertum, ait Mabillonius, an monasterium S. Genovefæ tunc monachos retinuerit; constat vero profanatum fuisse ab impiis Normannis, devastatumque anno circiter 856. qua de re audiendus Stephanus ex abbate hujus ecclesiæ Tornacensis præsul epist. cxlvi. *Inter alias, ait, quod sine suspirio & singultu referre non possumus aut debemus, ecclesiam apostolorum Petri & Pauli, in qua beata virgo Genovefa requiescit in corpore, regali ope & opera constructam, misivo intus & extra, sicut reliquæ adhuc testantur, ornata & depictam, miserabili concremarunt incendio, nec sacro loco parentes, nec beata virginis, alijsve sanctis, qui ibi requiescunt, venerantiam exhibentes. . . . .*

D *In illa persecutione parietes ecclesiæ nostræ combusti & exesi, vetustate nimia & corruptione minantur ruinam, & suspirant succiri sustentaculo, & operiuntur operiri tecto. Comparata est lignorum maceries superponenda refectis parietibus, & laminis plumbeis superponenda.*

Restaurare igitur ecclesiam proponebat Stephanus abbas; sed operis executio in aliud tempus differabatur, ut infra dicemus. Longe vero anea Robertum regem filium Hugonis Capeti munifici experti fuerant canonici, quibus scilicet liberam præbendam collationem, & e gremio suo eligendi decanum indulist facultatem, ut liquet ex ipsius integra charta excusa in appendice. Unde sic habet martyrologium S. Genovefæ: *x111. cal. Augusti obiit Robertus rex, qui claustrum hujus ecclesiæ dedit, & præbendas quædam arbitrio canonicorum dandas eis in posterum dimisit, & tabulam ante altare apostolorum Petri & Pauli auro & argento decoravit.* Henricus I. rex postulantibus canonicis, ut sibi & posteris sub dominatione & patrocinio regum, vel principis Parisiensium urbem tenentis degere liceret, benigne annuit, statuens & regali auctoritate præcipiens, ut nullus succedentium regum, vel principum Paris. urbem tenentium illum

Chart. II. col. 221.

Chart. III. col. 221.

illam canonicorum congregationem ulli unquam jure benefici traderet, vel aliquo commutationis genere a suo patrocinio vel procuracione alienaret. Actum Parisius anno regni quarto, Christi 1035. Ludovicus VII. rex epistola ad conventum sanctæ Genovefæ basilicam istam ab antiquis temporibus magni nominis extitisse dicit, & regalem ecclesiam, sicut magnifice bonis exterioribus ampliatam, ita ordinis observantia debere esse decoram. Non igitur unquam illam a jure primatus & cujuscumque antistitis potestate omnimode fuisse excintam, quam Eugenius III. confirmavit prerogativam: subsecuti quoque summi pontifices Alexander III. Lucius III. Gregorius VIII. Clemens III. & Honorius III. aliis privilegiis S. Genovefam cumularunt. Testem adduco Rigordum in vita Philippi Augusti. Quidam, ait, ex ipsis (Francorum regibus) in ecclesiis, quas fundaverat, sibi sepulturas viventes elegerunt, omnimoda immunitate eas donantes, ut Clodoveus, qui primus omnium regum Francorum fidem christianorum suscepit, cum venerabili regina Clotilde uxore sua in ecclesia B. Petri Parisius, quæ modo mutato nomine S. Genovefæ ecclesia dicitur, quam ipse fundaverat, sepultus est. Ad hæc Sangenovefanus abbas singulari prerogativa judicis & conservatoris privilegiorum apostolicorum gaudet, in cujus camera, apostolica dicta & conservatoria, de quibuscumque causis tam ecclesiasticis, quam civilibus agitur. Renatus Chopinus tractatu de sacra politia lib. 2. tit. 5. edito anno 1609. in folio, de hoc abbas S. Genovefæ tribunali pluribus disserit, eorumque textit catalogum, qui suas ad hanc cameram causas deferbant. *Edis sanctæ Genovefæ antistes*, ait Chopinus, non infimum in ecclesia obtinet dignitatis locum, cui proinde mandata olim juris dicendi potestas sacris pontificum codicibus. Abbatis vero S. Genovefæ & prioratum ab ea dependentium cause referuntur, aut certe referantur olim ad iudicium S. Petri in Valle & Josophati abbatum. Multis quoque a seculis ecclesia S. Genov. cancellarii juridiciali prætorio in academia Parisi. condecoratur. Sane in supplicii academiæ libello ad senatum Parisiensem anno 1381. ubi Carolus Magnus fundatorem suum agnoscit, jam tunc addit academia suam habuisse cancellarium Sangenovefanum; adeo hallucinatus est Stephanus Pasquier libro mono Franciæ indagationum, quem recentior variorum ex variis auctoribus collector secutus est, scribens, crescentis in dies Universitatis sedem, quam nunc occupat, muris clausisse Philippum Augustum, intra quam comprehensa est ecclesia S. Genovefæ, cui paulo post cancellarius datus est, tanquam novellæ coloniz sancti Victoris ecclesiæ, quæ hac dignitate caruit, quod extra murus esset. Imo vero jam anno 1140. octo annis ante inductus in ecclesiam sanctæ Genovefæ canonicus S. Victoris, memoratur *Albericus cancellarius*, qui haud alius videtur esse a *magistro Alberico*, cujus in vita sancti Guillelmi memoria est, qui que antea dialectices professor suos inter discipulos habuit in *Monte sanctæ Genovefæ*, celeberrimum illum Johannem Sarelberiensem. Et certe cum Universitas sedem in territorio dependente a dominio sanctæ Genovefæ fixisset, hujus ecclesiæ cancellarius simul

*Tonus VII.*

evalit Universitatis. Eius erat munus prævio sufficienti examine, scripto testari, qui docendo pares essent; quo ex usi sumit anam celebris ille Abacardus appellandi montem sanctæ Genovefæ *Parvum sanctæ Genovefæ . . . . . cujus in clastro*, uti legitur in vita Gosvini abbatis Aquicincini, *Abacardus multis sibi secularibus aggregatis schola publica utebatur*. Denique de jure & antiquitate cancellarii sanctæ Genovefæ jurat audire historicum Univ. citatus tomo primo pagina 273. sic loquentem: *Postquam Universitas se transfudit partim ad atrium & loca basilicæ episcopalis vicina, partim ad montem Sangenovefanum, vallengue subiectam, tum diuonem esse cepit episcopalis & Sangenovefana, ac proinde ab episcopo & abbate, seu decano Genovefiano licentias accipere, aut ab iis, qui eorum nominibus scholastico muneris erant prapostiti; nec alia profecto, si bene attendatur, quaerenda est hujus instituti origo, & qui altam fingunt, omnino fingunt: migrantibus Musis ad ea loca, quæ diximus, æquum erat, ut episcopus in atrio, alijque locis sibi subiectis, & decanus, seu abbas Sangenovefanus, qui in suo fundo antistes erat, seu vicarii ipsorum nominibus licentias imperirentur, atque ita uterque antistes, seu cancellarius in magistris & scholares, qui in suum fundum migraverant, licentiam diu extendit quod habebant in suas uterque subditos. Idem auctor tomo secundo pagina 248. sic habet: *Sucesserunt (anno 1147. vel 1148.) canonici regulares S. Genovefæ omnibus juribus secularium (canonicorum) ac proinde servarunt totam ditonem temporalem, atque spiritalem: nec aliunde certe cancellariatus Universitatis huic domui advenit, quam ex veteri secularium jure & exercitio scholarum. Nam illi, quemadmodum canonicis cathedralium, suas scholas in clastris habebant, ut exemplo Hubolki probavimus, qui rickis Leodensibus scholis Parisios venerat, & canonicis Sangenovefanis ad hauriendas disciplinam adhaeserit. Habebant illi magistrum scholarum, seu cancellarium, qui omnibus magistris docere volentibus in monte & valle subiecta, licentias imperiebat. His ecclesiæ sanctæ Genovefæ titulus adde, quod præbendam haberit in cathedrali beate Mariæ, ex dono Theobaldi sacerdotis & præcentoris, de quo sic habetur in martyrologio sanctæ Genovefæ: *x. calendis Apr. obiit Theobaldus sacerdos & præcentor, qui præbendam sanctæ Mariæ tribuit huic ecclesiæ, & turrin usque primum solium erexit, baculumque præcentoris argento atque lapidibus decoravit*. Ceterum quo pacto e statu seculari ad regularem transferit, dicemus infra, postquam de rectoribus ejus tam in statu monastico, quam post hunc ad seculares canonicos prolapsam dixerimus.**

#### ALIQUOT ABBATES.

**D**Um inibi religio viguit monastici ordinis, ut scribit perantiquus auctor libelli de vita sanctæ Bathildis reginæ, pauci occurrunt abbates, quorum nec ætas propria innotescit, adeo ut quo sint ordine ponendi, profus ignoretur.

**I.** Optatus ex codice miraculorum, quæ proxime ab obitu S. Genovefæ patrata sunt ad ejus tumulum, dignoscitur abbas. Extat hic codex *onymo ad S. Genovefam Parisijs religiofo adscriptus*

Y y

tomo primo Bolland. pagina 147. ubi jam in secundo miraculo de muto ab origine sanato *abbas canobii Optatus* nomine sanatum illum interrogasse dicitur. Hunc esse conjiciunt Optatum Autiflodorensem subinde præfulem, qui beatæ Clotildi reginæ Autiflodorum pergenti ad excitandam abbatiæ sancti Germani Autiflodorensis basilicam comes forsan ab ipsamet adjuncus, illic postmodo electus fuerit episcopus, & vitam sancto fine clausit circa annum 533.

II. Frobandus in codice miraculorum sancti Hilarii Piclavensis, quem primo tomo Bollandus inseruit pag. 796. ita laudatur: *Frotbandus monasterii S. Genovefæ Parisiensis abbas . . . . . miserat S. Hilarii reliquias ad propinquum quempiam vicum altari inferendas.* In veteri autem codice ms. bibliothecæ regie vicus iste dicitur Dravernum, *Dravet*, ab antiquo dependens a S. Genovefæ monasterio.

III. Herbertus, seu Egbertus abbas sanctæ Genovefæ, qui & comes dictus, sanctæ Genovefæ corpus, adventibus Normannis, ad locum Athegiam, *Athis*, quinque Lutecia leucis, olim a monasterio dependentem, & postea Dravernum, anno 846. transferri curavit, quo, ut videtur, tempore dentem unum sanctæ virginis secreto evulfit, quem privatim coleret: quamobrem pœnas dedit, quæ locum poenitentis dederunt, ut videre est apud Bollandum tomo primo pagina 149. numero 11. Eodem, ut conjicimus, abbate, in charta anni 840. nonnulla sanctæ Genovefæ prædia vicina prædiis abbatium seu sancti Germani, seu sancti Dionysii, *terra S. Petri* appellatur, ita Mabillonio in Diplomatica interpretante.

Sunt & alii nonnulli abbates, *Parisenses veteribus* in monumentis dicti, quos æque sibi vindicare potest sancta Genovefa, ac alia, quibus eos alibi attribuimus, tacito quippe monasteriorum, quibus præfuerunt, nomine, puta

Amphilochius abbas vice Amelii Parisiensis episcopi præfens in concilio IV. Aurelianensi anno 541. quem in serie abbatum S. Dionysii primum conjecimus, non affirmavimus, æquo saltem jure attribui potest S. Genovefæ, maxime cum noster Mabillonius, cujus nos auctoritas movit, in postrema editione Diplomaticæ recognita & emendata, hunc inter abbates S. Dionysii omittat.

Germoaldus abbas *Parisensis*, quem ipse Mabillonius nulli monasterio adscripsit, Audeberti Parisiensis episcopi loco subscriptus concilio Cabilonensi circa 550.

Dodo abbas missus Romam anno 767. a Pipino rege ex Mabillonio, & iterum a Carolo Magno secundum Bosium in historia ecclesiæ Parisiensis, quem & idem Mabillonius non alium censet a Dodone comite anno 761. cum Heriberto abbate Morbacensi a Pipino rege Romam delegato.

Denique *venerabilis Magnardus*, de quo liber miraculorum S. Genovefæ de bacchante Normanorum procella, monasterii abbas videtur. Consule Bollandum loco citato pagina 149. col. 2. num. 15.

## DECANI.

Postquam diruto a Normannis monasterio ecclesia in secularium canonicorum collegium conversa fuit, rectores cepit habere decanos, quibus annuerandum conjuncti Bernerium, de quo sic habet necrologium sanctæ Genovefæ: *XVI. cal. Decembris obiit Bernerius hujus ecclesiæ episcopus.* Non longe ab his temporibus Hugo Capetus rex chartam de immunitate ecclesiarum dedit *ad aram beatorum apostolorum Petri & Pauli Parisius*, hoc est S. Genovefæ. Hanc in appendice retulimus, cum alia Roberti regis filii Hugonis, inter alia concedentis canonicis, ut ex propria congregatione decanum habent.

Ch. I. & II. col. 219. & 221.

I. Felix ecclesiæ sanctæ Genovefæ decanus innotebit ex apographo vite sanctæ Genovefæ scripto saltem undecimo seculo, ubi tres hi versus leguntur:

*Virginis Angelicæ cernis, lector, Genovefæ  
Virtutes, vitis Felix levita piavit,  
Nobilitate illic fulgens & honore decanus.*

II. Ulricus decani titulo exornatur in charta Henrici regis significantis Theudonem de Firmatis super Urcam fluvium, *l'Ourg*, quæ nunc Firmatis Milonis in diocesi Suesionensi vocatur, consuetudines malas, quas injuste in villa sanctæ Genovefæ, Marifiaco nuncupata, tenuerat, dimississe. Ad ejusdem Ulrici tempus referenda est charta ejusdem Henrici I. anno regni quarto, Christi 1035. postulantibus canonicis concedentis, ut ecclesia S. Genovefæ Parisiensis nulli unquam in beneficium daretur. Illam habes in appendice, uti & chartam Gaurdii Martelli Andegavensium comitis, precibus eorumdem canonicorum largientis totam viariam in villa de Borreto circa ann. 1040. Quod autem Ulrici temporibus studia litterarum non solum in territorio S. Genovefæ

Chart. III. col. 211.

florarent, verum etiam in ipso capituli gremio, hæc auctoris æqualis verba testantur: *Hucboldus Parisios veniens S. Genovefæ canonicis adhaesit, ubi multorum scholarium instructor fuit . . . tandem compulsus est redire (Leodium) pluribus relictis studiorum ac moralitatis insignibus.* Quin etiam licet amor litterarum vigeat adhuc apud S. Genovefam, quando huc inducta est Victorina disciplina. *Inter eos non pauci litterati*, inquit auctor vite sancti Guillelmi.

Chart. IV. col. 222.

III. Stephanus I. recensetur in præcepto Henrici regis anno regni decimo septimo declarantis ab eo manumissum ab omni servituti jugo liberum filium Johannis majoris Vanvarum.

IV. Hilgotus ecclesiæ B. Genovefæ alumnus & decanum se ipse dicit in charta anni 1085. quo episcopus Suesionensis duo hinc diocesis altaria eidem ecclesiæ concessit. Hæc sunt Marifiacum & B. Vedastus juxta Firmitatem super Urcam fluvium, quod nunc altare licet ad urbe diffinit vere parochia audit Firmitatis Milonis tanquam locus principalis, altera vero, quæ est in urbe, stricte non nisi ecclesiæ succursalis est.

Mabius nos, in ep. CXII. Steph. Tor. nat. p. 163

V. Sevinus, non Servinus, hic est decanus ecclesiæ sanctæ Genovefæ, cujus precibus modo

Idem.

laudatus episcopus Suesionensis Hilgotus altaria duo memorata largitus est. Is erga suam ecclesiam studiosus predicatur in necrologio his verbis: *Obiit Severus decanus, qui huic ecclesie uream dedit argenteam, & prebendam suam ad luminaria ecclesie & ad restauranda ejusdem aedificia in perpetuum dimisit.* Eodem Sevino decanum agente, itudiose in ecclesia sancte Genovefe servabatur casula, qua credebatur usus S. Petrus. Sane S. Hugo Cluniacensis abbas dum Parisiis anno circiter 1080. versaretur, remque divinam facturus ad sanctam Genovefam accessisset, petente illic ab eo sanitate paralytico, nihil Hugo, ait historicus, de suis proficiens meritis, totus ad apostolorum principem convertitur; sumam ergo ipsius planetam, quae veterum relatione in praefata creditur esse ecclesia, super prostratum elevat agrum, qui continuo sanatus est. Hujus autem casulae, de qua furtim sublata Sugerius episc. XLVII. ad Eugenium papam, seculares canonicos & S. Genovefa pulso anno 1147. accusat, fragmentum superest.

VI. Lisiardus sancte Genovefe decanus memoratur anno 1088. in charta Gothofridi Paris. episcopi de cura, seu vicaria perpetua sancti Petri de Bungeis. Ejus temporibus anno 1107. chartam Galo episcopus Parisiensis dedit in capitulo beate Mariae, a canonicis subscriptam, his verbis: *Ego Galo Parisiorum episcopus & Stephanus archidiaconus famulos canonicorum S. Genovefa Parisiensis, quas & quotquot uniusquisque canonicus de suo victu percipens in sua domo vel familia habuerit, excepto femineo sexu, cujuscumque aetatis, ita liberos & quietos esse concedimus, ut neque nos, neque successores nostri aliquam illis dominationis inferant molestiam, nullamque christianitatis in eis exercent justitiam. . . Ad hoc etiam quicumque fuerit canonicorum communis cellerarius, sub hoc maneat privilegio libertatis, nequaquam responsurus iustitia nostra potestatis.* Habetur & bulla Paschalis II. papae in scripta canonicis ecclesiae sanctorum apostolorum Petri & Pauli & S. Genovefae, qua, rogatu Philippi I. Francorum regis, ecclesiam illorum suam in tutelam suscipit, praebendas in ea fundatas a Roberto rege Franciae, & cetera bona, quae legitime possidebant, confirmat, & facultatem de ipsa saepe congregatione decanum eligendi, qui ecclesiam ipsam & fratres illic Domino servientes canonicam religionem custodiat; prohibet, ne quis rex Franciae, aut alius princeps urbis Parisiensis dominus hanc ecclesiam cuiuslibet in beneficium tradat, ita ut in canonicali religione permanentes tuitione regis & sedis apostolicae perfruatur; quorum & claustrum servare libertatem, quam haecenus habuit, expressius mandat. Data Meldis per manus Johannis cardinalis & bibliothecarii S. R. E. III. idus Maii, indictione xv. anno Incarnationis 1108. octavo pontificatus Paschalis II. Denique circa hunc annum Bernardus praetor ecclesiae S. Genovefe Jerosolynam profectus inibi Ansellum vidit, qui antea canonicus Parisiensis, & inde praetor ecclesiae sancti Sepulcri effectus, Bernardo munus creditur deferendum Parisios episcopo & capitulo cum epistola, ubi sic de Bernardo loquitur: *Crucem unam de lapide Domini Sepulcri per Bernardum*

Tomus VII.

A S. Genovefa praetorem testimonio vestro viram honestum vobis devotus transmisit.

VII. Stephanus II. bonorum permutationem fecit 10. Januarii anno 1109. qui nunc 1110. cum Willelmo abbate Becceni. Hanc describimus chartam, quia brevis est: *Stephanus decanus & universus canonicorum conventus, &c. quidquid habebant, & quidquid alii de illis tenebant, seu in feodo seu alio aliquo modo apud Vernon castrom, & apud villam Gamiliacum, al. Carmiliacum, vel etiam quidquid vi, aut fraude fuit illis inde ablatum monasterio sanctae Mariae Becci concesserunt perpetuo jure possidendum. Similiter abbas Willelmus & universa congregatio Beccensis monasterii quidquid habebant, &c. apud Altolium villam & apud civitatem Parisium in servis & ancillis, in censu, & in vineis, & terra arabili, cum justitia & cum omnibus consuetudinibus, quas ibi habebant, &c. ecclesiae sanctae Genovefae & canonicis in ea Deo servientibus concesserunt perpetuo jure possidendum. Acta sunt haec publice in capitulo sanctae Genovefae anno 1109. IV. idus Januarii regnantibus, atque haec eadem confirmantibus Ludovico rege Francorum anno regni 2. & Henrico rege Anglorum & duce Normannorum anno regni 10. praesentibus Stephano decano, Bernardo praetore (de quo supra) Gilberto thesaurario, &c. Erat tunc temporis inducenda recens consuetudo in ecclesia sanctae Genovefae plurimum gravis canonicis, ut scilicet de quacumque re accusati ad curiam regis accederent responduri: hanc ademit rex Ludovicus VI. pro anima patris sui piz memoriae Philippi & rogatu cujusdam familiaris domini Stephani ejusdem ecclesiae tunc decani, statuens, ut ab hodierno die nullus neque praetor, neque canonicus de quaelibet culpa, vel clamore accusati, de ecclesia, vel eorum capitulo exeant, sed regis, vel regio legato in capitulo juxta sacra instituta respondeant, & singuli accusati decanum & universos canonicos secum ecclesiae traditiones consiliarios habeant & judices, & in eorum judicio justa permittatur discretio. Solus vero decanus de proprio commissio personaliter accusatus, juxta morem praecedentium ad curiam regis praesentetur: de communis vero negotio, sicut ceteri canonicis, audiatur in capitulo.*

Actum publice Parisiis in palatio nostro anno Incarnationis Verbi 1111. anno vero consecrationis nostrae tertio. Ego Stephanus cancellarius relegendo subscripsi. Subscriperunt & plures episcopi, in quibus Ivo Carnotensis, & Galo Parisiensis. Eam in rem sic habetur in necrologio: *Cal. Augusti obiit Ludovicus rex Francorum, qui consuetudinem illam, quam in canonicis beatorum apostolorum Petri & Pauli & S. Genovefae habuerat, enndi ad curiam suam causa placitandi, in perpetuum dimisit.* Ab eodem rege Ludovico VI. Stephanus decanus litteras accepit anno regni ejus decimo, hic est 1118. quibus illi & canonicis, qui quotidiano servitio sunt assidui, conceditur facultas in omnibus ecclesiae suae actibus ordinandi, operandi, & irrefragabiliter definiendi, inconsultis, vel etiam invitis omnibus extra manentibus canonicis: *Dignum est enim, ait rex, ut illi, qui seculi sunt ad Dei servitium, potioris obtineant dignitatis virtutem, quam illi, qui sine servitio possident ecclesiastici beneficii portione.* Memoratur

Y y ij

Bolland. 2. p.  
Aprilis pag.  
641. n. 3.

Duchese  
l. 4. script.  
hij. Francia  
pag. 109.

Hist. sancti  
Marini a  
Campis pag.  
471.

Hist. ecclesiae  
Paris. t. 2.  
pag. 17.

Hist. ecclesiae  
Paris. t. 2.  
pag. 18.

Cl. de Mab.  
not. in ep.  
CLXXVII.  
Steph. Tar.  
nac. p. 282.

Hist. eccles.  
Paris. t. 2.  
pag. 18.

idem Stephanus in charta ejusdem regis confirmantis consuetudinem *Befeth*, in eo sitam, quod mulieres trium villarum, nempe Villanovæ, Moraii *al.* Moncii & Caloii, quæ non essent conditionis servilis, licet nubent viris servituti obnoxii, ab ea non solum essent liberae, sed etiam illorum filii & filiae. *Actam publice Parisius anno Incarn. Verbi 1124. regni decimo sexto. Datum per manum Stephani cancellarii.* Vide Glossarium Cangii in voce *Befeth*. Anno eodem viariam de Rungiac villa dari sibi vicibus alternis obtinuit a laudato rege Ludovico VI. Fundatur 1136. in vicinia de Borrest abbatia Carolloici, de *Chals*, in territorio, cujus pars donata fuit a capitulo S. Genovefæ; cumque primus ejusdem loci abbas Andreas de Baldimento iterum ad Stephanum decanum confugisset, ligna cadere in sua silva, & ex illis edificare huic idem capitulo permisit. Ludovicus VII. rex in litteris anni 1138. quibus sancto Victori datas in variis ecclesiis præbendas confirmat, *Stephanum decanum S. Genovefæ de Monte & canonicos ejusdem loci omnes communi assensu observat præbendam unam in sua B. Genovefæ ecclesia sancto Victori possidendam libere dono perpetuo contulisse.* Biennio post, 1140. Gaufridus Sangenovefanus canonicus fundavit capellam, qui sacrum in ecclesia subterranea faceret, probantibus Stephano decano, præcentore quoque Stephano, Petro episcopo Silvanectensi, qui se canonicum sanctæ Genovefæ nuncupat, aliisque octodecim canonicis, in quibus S. Guillelmus, solum adhuc subdiaconus, dein abbas Roschildensis in Dania, & Henricus, postea canonicus regularis S. Quintini Bellovacensis, tandemque præful Silvanectensis.

Subjicio factum celebre, quod ante decennium accidit. Grassabatur eo tempore per Gallias morbus acerbissimus, qui facer ignis dicebatur. Post humana cuncta, divinaque adhibita remedia, Stephano episcopo Parisiensi venit in mentem sancta Genovefæ, cujus auxilium in asperis rebus sæpius nostrates experti sunt. Publicis ergo supplicationibus & deportatione ejus capite explorare statuit, an hac religione flecteret Omnipotentem. Rem cum decano & canonicis illius basilicæ communicat, qui communi periculo incitati, ultro votis episcopi assentiuntur. Inde jejunium indicitur, dieisque statuitur ad solemnes supplicationes. Episcopus cum canonicis B. Mariæ & reliquo clero ad basilicam sanctæ Genovefæ se transfert, imponitur capsa humeris virorum, qui jejunio & jugi precatione, aliisque sanctis operibus animi noxas purgaverant. Jacebant interim ante aras prostrati plures, quos ardor luis lethiferæ adurebat. Illi occurrunt feretro, capsam manu contingunt, statimque convalescunt; imo vero quotquot per Gallias hoc morbo affligebantur, brevi omnes sanati sunt, paucis exceptis. Hinc papa Innocentius II. qui se eo tempore in Gallias receperat, anno 1131. in memoriam luis divinitus sanatæ festum miraculorum instituit, & in vico beatæ Mariæ haud procul a majore basilica extructa est, aut restituta ecclesia sanctæ Genovefæ Arduntium, quæ hoc nomen sumit ab ægris, qui ope sanctæ virginis curati

A sunt, Ardeutes vero dicebantur, quod igne raro quasi ardere & consumi viderentur. Hac modo in ea regione urbis, quæ civitas dicitur, baptismalis est ecclesia. Inde profecto sancta Genovefæ debuit ferventius coli, nec incongruum erat, ipsius præcipue addictos servitio canonicos amplius honorari; paulo post tamen, anno scilicet 1132. uti legitur tomo secundo hitorie Universitatis Parisiensis pag. 128. cui totus Mons Sangenovefanus a Stephano episcopo suppositus est, interdictum passa est ipsa S. Genovefæ basilica. Huic autem præbuisse occasionem conjicit auctor Algrinum tum ecclesiæ & Universitatis Parisiensis cancellarium, cui propterea quod nonnihil pretii & honorarii exigeret ab iis, quibus docendi licentiam impertiebatur, Galo & ceteri magistri cum scholaribus comminati fuerant, ac etiam forte injurias, aut contumelias intulerant: quamobrem episcopus quia cancellarii sui causam tuebatur, ut suo fe judicio sifteret, compellere voluit Galonem, quo præfulis in propria causa judicium declinante, mox episcopus totum, ut diximus, Sangenovefanum Montem, in quo jam tota fere scholarium universitas, exceptis forsan theologis, habitabat, interdicto subjecit. Verumtamen haud multo post Innocentius II. ut illud tolleret, Stephano episcopo

C præcepit. Sedebat inter hæc Stephanus decanus, num idem, qui de Garlanda cognominatus, tandiu fuit cancellarius regni, simulque decanus S. Crucis Aurelianensis, & ecclesiarum S. Samsonis & S. Aniani in eadem urbe: Putat eundem hitoricus ecclesiæ Parisiensis tomo 2. pagina 58. Sane cancellarius non excessit annum 1148. neque etiam Stephanus S. Genov. decanus: Ut ut est, hoc denum anno consilium superiore captum de hac ecclesia seculari in regularem convertenda ad optatum finem perductum est. Totam rei seriem narrat Bollandus tomo primo Aprilis ad diem 6. in actis sancti Guillelmi pagina 623. Cum, inquit, anno 1147. Parisios veniens Eugenius pontifex, ad ecclesiam sancta Genovefæ sanctis Petro & Paulo dicatam, atque apostolice sedis immediate subjectam divertisset causa sacri duntaxat celebrandi, ita tam ipse, quam Ludovicus rex commoti sunt insolentia canonicorum ibidem consissentium, ut de mutando ordine consilium ceperint, & pontifex cum esset Lingonis in Italiam rediturus, Sugerio mandavit, ut priorem Abbatilleum ordinis Cluniacensis cum octo monachis S. Martini a Campis immitteret in ecclesiam sanctæ Genovefæ, qui locum canonicorum secularium ibidem acciperent. Ipsismet Eugenii papæ ad Sugerium abbatem subjicere litteras non gravabor: Officii

E nostri nos hortatur auctoritas ad religionem statendam diligenter intendere, stabilitam vero exacta diligentia conservare. Inde est, sicut via novit dilectio, quod cum carissimo filio nostro Ludovico illustri Francorum rege contulimus, ut in ecclesia sancta Genovefæ religiofos fratres ad Dei servitium poneremus. Quod brevitate temporis prohibente, secundum ipsius & nostrum propositum nequivimus effectui mancipare. Verum, quia vices regis in Galliarum partibus dignosceris exercere, & quia plurimum de tua discretione confidimus, per presentia tibi scripta mandamus, quatinus priorem Abbativilla in abbatem liberum &

Duchefe  
tom. 4. hist.  
script. Franc.

absolutum ibi statueret, & octo fratres ecclesie sancti Martini de Campis ejus societati sive deparare; ut exemplo bonæ conversationis eorum, qui minus honeste sapiunt, ad divinum officium provocentur. Nos vero priori sancti Martini de Campis per apostolica scripta mandavimus, quatinus prædictum numerum fratrum, cum tibi placeret, exhibeat & concedat: sustentationi quorum beneficium decanatus, & præbendas venerabilis fratris nostri Silvanectensis episcopi, Gregorii diaconi cardinalis, & Autissiodorensis thesaurarii filiorum nostrorum auctoritate apostolica deputamus. Ad ipsorum quoque usum omnia beneficia decedentium canonicorum assignari volumus & jubemus. Datum Lingonis 111. calendis Maii. Eugenius præterea scripsit ad canonicos sanctæ Genovesæ, datam Sugerio provinciam præponendi & instituendi in eorum ecclesia priorem Abbativille & octo monachos Martinianos, mandatque ut illos honeste recipiant, nec ullam molestiam, aut injuriam illis inferant: sin aliter egerint, pollicetur id ratum habiturum quod in eos pronunciaverit Sugerius abbas S. Dionysii. Ægre tulerunt canonici basilicam sanctæ Genovesæ, omnesque suas possessiones ad alienos transferri, indignati maxime, se in claustrum, in basilicam, in choro monachis admiserunt. Quapropter miserunt canonicos ad summum pontificem, qui illos supplices orarent, ut quoniam statutum esset immutatum statum basilicæ S. Genovesæ, ne hanc traderet monachis; esse canonicos regulares, qui morum disciplina & vite honestate omnibus essent exemplo, eos posse induci in basilicam; æquum videri ut quod auferatur canonicis, non monachis deitur, sed canonicis. Summo pontifici Eugenio honesta visa est oratio: dedit itaque illis has ad Sugerium litteras: Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Sugerio abbati sancti Dionysii salutem & apostolicam benedictionem, &c. Quia igitur in apostolica sedis specula a Domino constituti, B. Petri apostolorum principis existimus successores; præceptum quod pro religione monastica in ecclesia sanctæ Genovesæ dedisse meminimus, pro bono pacis, si regulares canonicos ejusdem ecclesiæ canonici, suisve eorum præbendis, receperint, immutamus, præcipientes ut beneficia, quæ monachis si in præfata ecclesia fuissent suscepti, duximus deputanda, canonicis ipsis per te auctoritate apostolica deputentur. Quod si facere noluerint, præceptum de monachis inibi statuendis inviolabiliter præcipimus observari. Datum Vercellis XVI. calendis Julii anno 1148. ex breviario gestorum pontificum Romanorum, auctore Francico Pagi Minorita tom. 3. pag. 25. Agebat interim Sugerius rem sibi primum demandatam graviter, ut patet ex ipsis ad Eugenium papam litteris in appendice relatis charta LXXIX. col. 63. ubi loco anni 1147. in margine adscripti legendum 1148. Suscepit, ait, apostolica præceptionis venerandis apicibus de monastica religionis positione in ecclesia beata Genovesæ Parisiensis totis animi viribus effectui mancipare elaboravimus. Quamvis enim occasione querulorum canonicorum ad vos proficiscentium, eo quod curia Romana consuevit aliquando, quod turpe non est, cum re mutare consuevit, discrete distulimus, nulla tamen contradicentium nobilitum, aut inuobilitum clericorum, seu

laicorum oppositio tepescere, aut in aliquo super hoc ipso remissius habere decreveramus; cum subito proxima die, fere tertia, aut quarta, qua desiquatum abbatem & monachos in ecclesia eadem ponere proposueramus, ecce præfati canonici, videlicet cantor & alii a facie vestra redeuntes, mutatam pro bono pacis sententiam in canonicorum regularium positione nobis reddiderunt. Nos autem æque devote ac grateranter secundam ac primam recipientes sententiam, assumtis nobiscum venerabilibus & sapientibus viris, abbate sancti Germani, sancti Petri Fossatensis, S. Maglorii, sancti Petri de Ferrariis, &c. ad eumdem sanctæ Genovesæ locum acceleravimus, & in capitulo eorum quid super hoc extremo, quid super primo capitulo, secundum tenorem litterarum, quas nobis detulerunt, profegui vellent, consulte convenimus; qui ut erant diversi, diversa sentientes, cum aut utram, aut neutram concorditer profegui nolent sententiam, multa & morosa reprehensione, quod etiam postulata, quod etiam misericorditer concessa resutarent, instabant: donec qui senioris erant consilii & filii lucis canonicos regulares se suscepturos pacifice promiserunt. Nos autem super hoc ipso exultarati, quoniam quidam de melioribus abbatem sibi constitui & canonicos de sancto Victore postulabant, communicato cum assistentibus consilio, tum quia nullum penes nos religioforum in suo statu novimus ecclesiam, tum quia propinquitate loci ad omnem eorum sive anteriorem, sive posteriorem commodior existit necessitatem, ad eos divertimus, virumque venerabilem abbatem sancti Victoris modo forsum, modo in conventu suo, ut his opem ferret in nomine Domini suppliciter efflagitabamus: qui ut emeritius pater, & ejusdem loci providus procurator, cum hoc ipsum constanter recusaret, ut priorem suum abbatem fieri postularet nos comperit, obortis lachrymis cum fleu & angustia cordis seivum defectumque suum opponens, ejusdemque prioris consilium & auxilium, si eo careret, deplorans, fere per totam diem recusando & quod nunquam ferret detestando, usque ad proximam nonam detinuit. Tandem vero victis precibus multorum, imo auctoritate vestra, qua cum importante, opportune adjurabamus, tam misericordia, quam pietate, pro alieno commodo suum sustinere incommodum, eundem venerabilem priorem cum duodecim fratribus viris religiosus & honestis, nobis contradidit, quos in festo sancti Bartholomæi ad eandem ecclesiam solemniter cum clero & populo civitatis induximus, & a venerabili episcopo Meldensi M. quem nobiscum his agendis susceperamus, eadem die coram altari ejusdem S. Genovesæ abbatem benedicti solemniter optulante sanctitate vestra fecimus. Apposite hanc ad rem de papa, de rege, & de Sugerio sic habet martyrologium sanctæ Genovesæ: Nonis Julii anniversarium sanctæ memorie D. Eugenii papæ III. qui ecclesiam nostram, amuente rege Ludovico, de statu seculari canonicorum ad ordinem regularium commutavit. Item: XIII. calendis Octobris anniversarium piæ recordationis christianissimi regis Ludovici Junioris, qui cum esset dominus & patronus hujus ecclesiæ, religiose & opera sua per D. papam Eugenium ecclesiam istam de statu secularium canonicorum in regularem conversationem & disciplinam commutavit. Hoc anniversarium sub eadem solemnitate & devotione debet a fratribus celebrari, sub qua & anniversarium magni

regis *Claudovi*, qui fundator fuit hujus ecclesie. De-  
 nique *idibus Januarii anniversarium Sugerii abbatis*  
*sancti Dionysii*, &c. ut supra in abbacia Sandionys-  
 siana col. 377. B. Ex hisce porro Sanvictorinis  
 duodecim canonicis primum accitis ad reforman-  
 dum sancte Genovefe collegium, tres aliorum  
 postea monasteriorum facti sunt abbates: Guiber-  
 tus scilicet, qui primum fuit Odone primo abbate,  
 & forte sub ejus successore prior sancte Gene-  
 vefae, anno 1187. abbas erat Aquarcurte dice-  
 cesis Atrebatensis: Theobaldus, qui presbyter,  
 cum accessit ad sanctam Genovefam, circa 1174.  
 primus evasit abbas Herivaldis dioecesis Parisien-  
 sis, & Odo, qui solum tunc diaconus, inde fuit  
 abbas Cagie apud Meldas post Simonem. Alii  
 novem ex actis domo Victorinæ fuere Guillel-  
 mus subprior, Henricus, Guillelmus, Andreas,  
 Stephanus Aurelianensis, Gaufridus presbyteri,  
 Odo & Guillelmus diaconi, Fulcardus & Lud-  
 ovicus subdiaconi; quos inter eminent Andreas,  
 cujus in Isaiam alioque plures sacre scripturæ  
 libros commentaria manuscripta commendantur:  
 Gaufridus presbyter, postea successitve subprior &  
 prior S. Barbaræ in Augia dioecesis Lexoviensis,  
 cujus habentur tomo primo Anecdotorum Mar-  
 ternii eximie litteræ, in quibus una inscribitur  
 Nicolao subpriori sancti Victoris: Henricus, seu  
 Erricus junior tunc presbyter, qui deinde archi-  
 episcopus Nidrosiensis, de *Drontheim* in Norvegia  
 ab anno 1186. ad 1203. favore, ut videtur,  
 sancti Guillelmi de Dania dicti, quicum fortasse  
 in Daniam missus fuerat, ad sanctum Victorem  
 misit reliquias sancti Olavi regis & martyris, sue  
 metropolitane ecclesie patroni, cujus in abbacia  
 sancti Victoris cultus viguit quingentis & amplius  
 annis; Henricus cum anniversario die 3. Maii me-  
 moratur *scivis* in necrologio sancti Victoris. His  
 adde Theodericum, seu Thororum sancti Guil-  
 lelmi socium, deinde episcopum Hammarensem,  
 d'Hammer, suffraganeum Nidrosiensis archiepi-  
 scopi ab anno 1194. ad 1214. notatum in ne-  
 crologio sancti Victoris 31. Augusti: qui plane  
 diversus est ab alio cognomine, Henrici supradicti  
 Nidrosiensis archiepiscopi proximo successore,  
 cujus fratris, seu canonici congregationis dicte  
 sancti Victoris memoria est in necrologio sancti  
 Victoris sexto idus Augusti.

#### ABBATUM SERIES.

I. Odo I. antea prior sancti Victoris, post  
 egressum Eugenium III. pontificem e Gal-  
 liis & profectum in Palaestinam regem Ludovicum  
 Juniozem, anno 1148. ægre licet annuente Gil-  
 duino abbate sancti Victoris, accitus est a Sugerio,  
 qui sancte Genovefe monasterium regulariter ad-  
 ministraret, ipsoque die, quo cœnobium ingressus  
 est, a Manasse episcopo Meldensis, quem secum  
 his agendis, ut dictum est, Sugerius assumerat,  
 coram altari sancte Genovefe solemniter abbas  
 benedictus fuit, eique postmodum Sugerius nomine  
 regis regalia concessit. Dura fuere initia novis S.  
 Genovefe incolis, cum nihil haberent præter be-  
 neficium decanatus, quod tunc vacabat, tresque  
 præbendas totidem canonicorum secularium, Gre-

gorii scilicet cardinalis S. Anselmi, Petri episcopi  
 Silvanectensis, & Autissiodorensis thesaurarii,  
 quem exultimant Guillelmum de Toucy mortuum  
 episcopum Autissiodorensis, quibus ultro dimit-  
 tentibus illas Eugenius pontifex sustentationi San-  
 victorinorum deputavit; hiique brevi suam ad-  
 junxit præbendam sanctus Guillelmus de Dania  
 dictus, ceteris nonnisi paulatim accedentibus. An-  
 circiter 1150. sanctus Bernardus, qui Parisios  
 veniens apud sanctum Victorem excipiebatur,  
 rogavit novos sancte Genovefe canonicos, ut  
 Gilduino abbati sancti Victoris concederent facul-  
 tatem novi aquæ ductus excitandi subtus molend-  
 inum *de Cupels* ad aquam deducendam e fluviolo  
 Biberi, *Bievre*, vulgo *des Gobelins*, intra S. Victoris  
 monasterium, & inde versus Parisios in Sequanam,  
 dato idoneo pretio hominibus pro terris, per quas  
 fratres ecclesie sancti Victoris aquam ducerent:  
 & ut præfate ecclesie S. Victoris liceret in eadem  
 aqua infra muros suos molendinum facere ad suos  
 usus, ut quantumcumque utilitatis aquæ ductu  
 illo infra eosdem muros & extra propriis expensis  
 extrahere valeant. Idem etiam sollicitè rogabant  
 Godefridus episcopus Lingonensis & maxime B.  
 Johannes episcopus Maclovensis, qui prius Bur-  
 gimedii apud Blesas canonicus regularis & inde  
 abbas sancte Crucis juxta oppidum *de Gueukamp*  
 in Aremorica, laudare novam sancte Genovefe  
 disciplinam non cessabat. His ergo viris eximii  
 in capitulo præsentibus, Odo abbas, ait Bernardus,  
*omnia communi fratrurn suorum assensu, nostro inter-  
 ventu, benigne concessit; ita tamen ut molendinum  
 S. Genovefa, quod superius est nominatum, nullis operis  
 S. Victoris machinatione, aut aqua elevatione impe-  
 diatur.* Ita charta ipsius sancti Bernardi ad calcem  
 operum ejus editionis anni 1160. in nota ad epi-  
 stolam CCCXX. pagina XCI. charta vero capituli  
 S. Genovefe authentica hanc subdit conditionem;  
 ut scilicet ecclesia S. Victoris singulis annis in festo  
 S. Genovefae duos solidos census det nobis, ne forte  
 inter duas sorores ecclesias aliqua super hoc in poste-  
 riorum oriarum contentio, vel etiam contentionis occasio.  
 Subortam nihilominus paulo post rex Ludovicus  
 VII. hanc abbatibus Vallis B. Marie & Caroliloci  
 examinandam commisit. Circa id tempus que-  
 relam fuisse inter Odonem abbatem & D. Drogo-  
 nem de Petrasfonte discimus ex litteris sequenti-  
 bus: *Notum sit omnibus, &c. quod querela ventilata  
 est inter Odonem abbatem B. Genovefae & dominum  
 Drogonem de Petrasfonte de hominibus quibusdam  
 præfati monasterii, qui in castellaria præfati Odonis  
 erant, quos idem Drogo in manu cujusdam militis  
 E. posuerat, sicut abbas assererat, qui eos in substantiis  
 & bonis suis omnino destruebat. Quod quia a domino  
 Drogone negari non potuit, in curia Nevelonis præ-  
 positus & archidiaconi (Suesslovensis) adjuvatum  
 est, quod dominus Drogo cogere debebat militem, qui  
 homines illos de dono ipsius Drogonis habebat, qua-  
 tenus eos in eadem pace & quiete, in qua erant, an-  
 tequam dominus Drogo eos daret & teneret; quod  
 si facere contemneret, ipsi homines ad manum domini  
 Drogonis redire debebant. Ne ergo judicium istud  
 oblivioni tradatur, ego Nevelo præpositus & archi-  
 diaconus, & Guillelmus decanus sigillum ecclesie*



\* ad Ingra-  
nu.

beatorum Gervasii & Protasii presbiteri scripto appo-  
situs. Præfato iudicio interfuerunt abbates Ingra-  
nuus \* S. Medardi, Ernuulfus S. Crispini Majoris,  
Guido S. Johannis de Vineis, Petrus S. Leodegarii.  
Amicam inter se Hugonem sancti Germani Pa-  
riensis & Odonem S. Genovefæ abbates com-  
mutationem fecisse constat ex chartula sequenti,  
scripta haud serius anno 1152. cum eo ipso de-  
cessisset Hugo. Ego Hugo abbas monasterii sancti  
Vincentii sanctique Germani Parisiensis, amore &  
gratia domini Odonis venerabilis sanctæ Genovefæ  
abbatis simulque canonicorum in eadem ecclesia sub  
ejus regimine Christo deservientium, communi fratrum  
nostrarum assensu, concessi, quod quadam ancilla de B  
familia nostra ecclesiæ progenita, nomine Benedicta,  
cuiusdam servo sanctæ Genovefæ de Fontaneto, nomine  
Ingelberto, lege matrimonii jungetur, quam videlicet  
Benedictam ab omni iugo servitutis, qua nobis astrin-  
gebatur, absolvimus, & ut fieret ancilla S. Genovefæ,  
& in eam legem servitutis, in qua maritus suus tenet-  
ur, transfret, unanimiter concessimus: memoratus vera  
abbas S. Genovefæ & ejusdem ecclesiæ venerabilis  
conventus mutua vicissitudine concesserunt, quod que-  
dam ancilla S. Genovefæ, nomine Ermeniardis, filia  
silket Guidonis majoris de Fontaneto, cuiusdam servo  
S. Germani, nomine Euvardo, desponsaretur, & ut  
fieret ancilla S. Germani unanimiter concesserunt, & c.  
C Erat eras Odo regi Ludovico VII. quippe quem  
cum aliis duobus delegit rex, qui filium suum,  
postea Philippum Augustum anno 1165. die  
Dominica 22. Augusti e sacro fonte levaret. Sed  
jam tum Odo fe abdicaverat regimine, & ad pri-  
stinam domum Victoriam secesserat, relicta apud  
sanctam Genovefam multis religione conspicuis,  
in quibus fuit ille sanctus Guillelmus, antea sanctæ  
Genovefæ canonicus secularis, cujus habetur vita  
apud Bollandum tomo primo Aprilis ad diem 6.  
Sane ante obitum cessisse Odonem liquet ex epi-  
stola Alexandri pape III. data Senonis an. 1164.  
xv. cal. Septembris ad abbates sancti Germani a  
Pratis, & sancti Victoris, ac Odonem quandam  
abbatem S. Genovefæ, ut inquirerent de Garini  
tunc abbatis S. Genovefæ agendi ratione, qua de  
re plura inferius in ipso Garino. Odonem porro  
jam an. 1153. Bollandus credit abdicasse, quem-  
admodum, ait, in sui monasterii monumentis haberi  
scripsit nobis Claudius du Mohnet. Credimus & nos  
virum, de quo S. Bernardus ita Sugerium compel-  
lat epistol. cccclxx. Dignemini consolari (Odonem)  
abbatem illius loci (S. Genovefæ) quia pusillanimitas  
est; defunctis, qui favebant illi, Sugerio, Eugenio  
papa III. & sancto Bernardo, statim private vite  
desiderio, ac indubie optimi senis Gilduini abbatis  
S. Victoris, a quo ægre abstractus fuerat, instantia  
quotidiana pulsatum curæ pastoralis renunciasse  
anno filtem 1154. maxime cum ipse tanquam  
abbas ultra annum 1152. nulla ullibi memoria  
sit. Mortuus Odo apud sanctum Victorem III.  
nonas Maii anno 1173. sepultus est in capella  
beate Marie de Bono Nuncio. De eo sic habet  
martyrologium S. Genovefæ: 111. nonas Maii  
anniversarium bone memorie Odonis, primi in ordine  
canonicorum regularium hujus ecclesiæ abbatis. Hic  
itaque inter cetera beneficia nobis per eum collata tam

Anstif. cat.  
ic3. Alarve,  
no. 6. col.  
222.

A pro suo, quam patris & matris ejus & parentum  
suorum amiverfario faciendo, vestimenta sacerdotalia  
festiva, & unum calicem argenteum & duo missalia  
ecclesiæ nostræ dari fecit. Consignatur eodem die  
in necrologio Fontis-ebaldi. Hoc ipseus epita-  
phium legitur in cænobio Victorino:

Martyris Odo prior prius, & post Virgini abbas,

Martyrium didicit virginitate sequi.

A Vitore rosas certaminis, a Genovefa

Lilia perpetui plena pudoris habens.

Intulit hos flores Paradiso tempore florum,

A puero senior, in sene virgo puer.

Mitis cum Moysse, cum Nathale fidelis,

Cum Samuele sacer, cum Simeone timens.

Ne pereas, per eum te Parisus Paradiso

Orba parente para non paritura parem.

Tomo secundo Spicilegii pagina 525. editæ  
sunt septem eximie Odonis litteræ quas Ant. Pagi  
tomo quarto Criticorum in Baronium ad annum  
1109. num. 11. adscribit Odoni episcopo Came-  
racensi, qui successive fuit canonicus regularis &  
monachus Benedictinus. Quo vero contra hunc  
Odonem adducuntur rationes, eadem militans  
adversus Odonem, primum S. Petri Autiflodo-  
rensis abbatem, cui has litteras aliquot ab annis  
quidam anonymus vindicavit.

II. Albertus, qui & Aubertus, ex priore in  
Odonis locum successit est. Ejus temporibus,  
anno 1161. ex anonymo apud Bollandum die  
3. Januarii p. 152. aut circiter hunc annum, ex  
auctore vite sancti Guillelmi Rochildensis abbas  
apud eundem Bollandum die 6. Aprilis pagina  
629. num. 22. divulgatus per urbem rumor est  
caput sanctæ Genovefæ, quod inter ejus reliquias  
habebatur, sublatum esse. Rex nuncio turbatus est,  
& si id verum, dirissima queque minitatus est.  
Jubet fieri inquisitionem per Hugonem archiepi-  
scopum Senonensem & ejus provinciales episco-  
pos, qui continuo Parisios venerunt. Dies ad aperi-  
endam capsam statuitur; rex ipse adfuit cum  
archiepiscopo & episcopis, capsâ referatur, caput-  
que sanctæ Genovefæ cum sanctis ejus reliquiis  
reperturn est. Anno 1163. VIII. cal. Maii indict.  
xi. bullam obtinuit Albertus ab Alexandro III.  
pontificatus anno quarto, qua in appendice relata  
inter alia confirmat summus pontifex burgum S.  
Genovefæ a domo Bartholomæi usque ad pontem  
sancti Medardi, & magnam viam, que adhaeret  
ecclesiæ sancti Stephani, cum omnimodis liberta-  
tibus, villam S. Medardi cum ecclesiâ & juribus  
omnibus, Rungiacum, Spinolium, &c. Diffidium  
habuit anno eodem cum nobili viro Hugone de  
Monte Guillonis, quod quædam sit & quo pacto  
finitum, docent litteræ sequentes: Ego Albertus  
S. Genovefæ vocatus abbas, & totus ejusdem ecclesiæ  
conventus notum facimus, &c. quod quærela quadam  
versabatur inter nos & Hugonem de Monte Guillonis  
in curia domini Stephani Meldenfis episcopi pro uxore  
Turpini Bona-filia nuncupata, que ancilla nostra  
erat, quam tamen prædictus Hugo dicebat esse suam,  
et quod homini suo Turpino data fuerat in uxorem  
pro libera; denique tam nobis quam Hugoni placuit,

Ch. xxviii.  
col. 241.

ut rem in arbitrio domini Meldensis & ejus curiæ poneremus. Pavis ergo intuitu, a domino Meldensi & ejus curia consideratum est, ut de quatuor filiabus prædictæ femina, pro qua controversia erat, suspensus Hugo duas tantum haberet, ipsa vero suspensæ uxor Turpini cum reliquis filiabus & omni securitate posteritate ecclesiæ nostræ remaneret. Actum anno 1163. regni piissimi regis Ludovici Junioris anno .xxvi. qui prima die Aug. vigesimum septimum inchoare debebat. Præfentes fuerunt Ricardus Meldensis archidiaconus, Radulfus ecclesiæ archidiaconus, &c. Non ultra hunc annum 1163. regimini protendit Albericus ex dicendis. Ejus anniversarium notatur die 29. Novembris. Jacet ex veteri codice ms. in ecclesiâ sanctæ Genovefæ in parva navi, quam alii putant esse porticum ecclesiæ, qui non minus extlat; alii vero infima ecclesiæ latera.

III. Garinus a Sammarthanis ommissus & a Gerardo Dubois historiæ ecclesiæ Parisiensis tomo secundo pagina 155. rejectus, quasi auctor vitæ S. Guillelmi Rochildensis, ex qua sola innotebit, male Garinum vocaverit, quem placet Albertum, nulla data ratione appellare. Hæc sunt vitæ ipsius verba tomo primo Aprilis Bollandiani pag. 618. num 20. *Abbas Odo in senectute bona migravit ad Dominum: quo defuncto dominus Garinus ejustem monasterii prior, quia vir honestus & litteratus & providus in agendis habebatur, in abbatem eligitur: ubi mendose, quod probamus, irrepit vox Odo pro Albertus; adeo ut legendum sit: Abbas Albertus in senectute bona, &c. neque enim per obitum Odonis, sed per abdicationem datus illi successor est diu ante, ut diximus, Albertus, quo defuncto, dominus Garinus, &c. Agitur siquidem hic de novo abbate, ut vitæ laudatæ contextus evincit. Postquam, inquit auctor ejus, Garinus, qui prior erat, abbas renunciatus est, priorem sibi substituere statuit canonicum, quicum conjunctissime vivebat. Cum conventus haud abnueret, petiit canonicus, ut prior a rege diceretur; quoniam, inquit, in regia domo a rege dici deberent, qui officia domus gererent: continuoque ductus ab abbate ad palatium, a rege munus accepit. Reverfus domum, collegio canonicorum coacto, renunciavit abbas hunc a rege dictum priorem: quod canonici ægre tulerunt. Ille pro more priorum campanam ad prandium cepit pulsare; Guillelmus vero haud canonicam ejus electionem esse existimans, cum a campana summovit, substituitque subpriorem. Abbas audaciam ejus haud tulit, conventuque habito punire factum instituit, justitque, ut singulis septimanis tribus diebus pane & aqua vesceretur, & prostratus in terra cibum sumeret. Omnes quidem hæc pœna cominovit, sed unus aliquis imprimis percussus ad Alexandrum summum pontificem, qui tum Senonis agebat, venit, & cum eo injurias exposulavit. Accitus est ab Alexandro abbas cum Guillelmo; illum verbis emendavit, hunc vero a noxa & pœna absolvit. Litteræ Alexandri papæ III. tomo sexto amplissimæ collectæ Martenii col. 234. leguntur, ex quibus rem alio modo gestam esse comperimus. Dicit Alexander papa Guillelmum non impetrata venia ad se venisse, & cum eo ob eam causam male actum esse,*

A exutum vestibus ab abbate acriter verberatum, justumque per septem dies humi jacentem cum canibus sumere cibum, mandatque abbatibus S. Victoris & sancti Germani, Odoni olim abbati sanctæ Genovefæ, priori & subpriori Victorinæ domus, ut in factum inquirant, quoniam, inquit, de viro tam honesto & religioso aliquid finistrum non debemus tam facile credere, & rem ipsi significent. Datum Senonis xv. calendas Septembris, anno haud dubie 1164. quo solo mensem Augustum Senonis exegit Alexander. Res erat nimium divulgata, quam ut rex ignoraret, qui quidem conscius huic se occasionem præbuisse dando postulatam

B prioratum, hæc litteras dedit conventui S. Genovefæ de Monte: *Ecclesiæ vestra, quæ ab antiquis temporibus magni nominis existit, & regalis est ecclesiæ, sicut magnifice bonis exterioribus est ampliatæ, ita interioris ordinis observantia debet esse decora. Eapropter universitati vestræ mandamus & precamur, ut dum in hac titubatione & sine pastore estis, oves errabunde non sitis, &c.* Hortatur denique, ut se gerant secundum ordinis regulam & disciplinam S. Victoris. De Garino nihil amplius dicendum superest, nisi conjiciamus hunc esse Garinum anno 1172. sancti Victoris abbatem, qui S. Genovefæ regimen abdicare coactus, ad Cagiam fecerit, & inde cum vir honestus, litteratus & providus in agendis haberetur, a Sanvictorinis canonicis tali viro post Ernium defectum opus habentibus, assumtus fuerit in abbatem. Sane de eo sic habet necrologium Cagiæ ad diem 20. Octobris: *Anniversarium Garini abbatis S. Victoris & canonici nostri.*

IV. Hugo, quem opinantur esse Hugonem illum canonicum S. Victoris, cui vult Eugenius papa III. ut Sugerius dari fatagat viginti quinque libras Provenientium ex redditibus decanatus sanctæ Genovefæ novo monasterio annexi pro sumibus itineris, quod ad papam iturus suscipiebat, primum reperitur abbas in bulla papæ Alexandri III. data Beneventi v. idus Novemb. anno 1167. vel 1168. cum his solum duobus annis ea in civitate comoratus sit Alexander fugiens ac metuens Fredericum imperatorem. *Hugoni abbati sanctæ Genovefæ inscriptæ bullæ hæc lumina est: Parochiales ecclesias, quas in Carnotensi, Parisiensi, Meldensi & Sueffionensi episcopatibus habetis: videlicet capellam de Monte, capellam sanctæ Genovefæ de civitate, ecclesiam S. Medardi, ecclesiam de Vannis, ecclesiam de Nannetodoro, ecclesiam de Rodonico, ecclesiam de Marischa, ecclesiam de Firmitate Milonis, ecclesiam de Jausignico, ecclesiam de Spinolio, &c. salvo jure & debita justitia ipsorum, in quorum diocesis sunt constitutæ, vobis & ecclesiæ vestræ confirmamus, statuentes, ut liceat vobis in eisdem ecclesiis quatuor, aut tres ad minus ex fratribus vestris instituire, ita quod unus coram a te, sibi abbas, diocesano episcopo representetur, qui de manu ejus curam recipiat animarum; cum autem res exegerit & fuerit oportunitum, liberum vobis sit eos revocare ad claustrum, & alios in eis loco eorum substituere, dummodo qui præesse deleverit, a diocesano episcopo spiritualium curam recipiat. Nunquid etiam hic ipse forsitan est novus abbas, cujus rogatu idem*

T. d. amplif. collect. Marten. c. 234.

Tom. II. Hist. scrip. Franc. episc. 68 p. 116.

Alexander papa scripsit Senonis ad regem die 19. Decembris, ne Guido de Senlis buticularius certum quid exigeret quod solebat in omnibus abbatibus regalibus! Abbas sancta Genovefa sicut novus pastor & diligens procurator circa ecclesiam suam commoda satagit omnimodis, &c. Ut ut est, interfuit Hugo inita pactioni anno 1170. inter abbatem & conventum sancti Dionysii in Francia & sancti Pauli canonicos in eadem civitate. Eiusdem anni charta haec est: *Ego Agnes comitissa Melleusis notum esse volo, &c. quod Garinum, seu Garnerum de Marguaco & uxorem ejus, qui mei servi de meo matrimonio erant, & fructum, quem habebant & habituri erant, ecclesiam sanctorum apostolorum Petri & Pauli sanctaeque virginis Genovefae in elemosynam delegavi, tum pro salute anime meae, tum in cujusdam voti, quod vir meus Galeranus comes Melleusis sancto Cerauno, qui in eadem ecclesia jacet, fecerat, nec solerat, recompensationem. Huic elemosyna Radulphus filius meus interfuit & approbavit. Ne vero haec elemosyna possit in posterum infirmari, literas sigilli mei impressione roboratas abbas & ecclesiae tradidi. Actum Incarnati Verbi anno 1170. Testes hujus rei sunt Hugo abbas & prior sancti Vincentii Silvanectensis, Aseleinus decanus sancti Marcelli, &c. Qua ex charta liquet expungendum Anselmum, quem sive Martenium amplissimae collectionis tomo 6. col. 247. inter decanos sancti Marcelli num. v. inferimus col. 303. quippe qui alius non est ab Aseleino, qui decanus 1170. adhuc erat 1171. 1177. &c. Subscripsit Hugo 1171. amplissimae Alberici comitis de Domino Martino factae Carolienseis monachis donationi, ex tabulario ejusdem loci. Exstat in nota ad epistolam cxviii. Stephani Tornacensis pag. 172. charta Guillelmi Senonenis archiepiscopi ecclesiam de Soisaco, qua illi iurisdictioni Carnotensis ecclesiae commissa erat, Hugoni abbati & fratribus S. Genovefae restituentis, maxime ex Odonis ecclesiae S. Genovefae quondam abbatis testimonio. Data est haec charta intra annos 1169. & 1171. Sub hoc tempus S. Guillelmus, ipsem quem male actum diximus a Garino superiore abbate, in Daniam, invitante Absalone Ripensi episcopo, ad collapsum illis in regionibus canonicum ordinem restituentium, profectus, & ibidem Roschildensis abbas creatus, plurimos inibi ad virtutem discipulos instituit, in quibus S. Ketilus praepositus & canonicus regularis ecclesiae cathedralis de Vibourg, cultu martyris decoratus, & S. Thorlacus episcopus de Scallholt in Islandia, &c. Occasione vero in Daniam missi sancti Guillelmi, ad inveniendam inter utramque gentem societatem, Parisiis in vicinia & dominio sanctae Genovefae excitatum fuit collegium Daniae, quod exeunte seculo decimo quarto desit. Ingens superest manuscriptum volumen epistolarum S. Guillelmi, quae, ut aiunt, ad historiam ecclesiasticam plurimum utiles, proxime praesentem spectant. Die 29. Januarii anno 1172. qui nunc 1173. Hugo abbas permutationem fecit cum Lamberto abbate sancti Faronis apud Meldas: huic chartae subscribit Raimundus prior S. Genovefae, qui postea fuit abbas sancti Johannis Vinearum, Bernardus sanctae Genovefae canonicus, tunc solum diaconus, qui deinde fuit*

Tomus VII.

Abbas Vallis in diecepsi Bajocensi. Testes fuerunt Isembertus & Petrus canonici regulares B. Mariae de Caglia. Transegit Hugo abbas anno 1173. cum Hugone de Monte Guillonis fratre Reginaldi abbatis S. Jacobi Pruvinentis de torculari apud Ebeliacum, sequestro Petro Meldensi episcopo. Sub ejusdem Hugonis praefectura cum illo subscribit chartae an. 1172. junior presbyter nomine Hugo, qui filius Guidonis de Anneto clericus ante fuerat quam esset canonicus regularis; quo tempore cum quibusdam fructus esset decimis, quas patri Guidoni, utpote laico, possidere religioni fuit, Mauricius episcopus Parisiensis ratus se illas cui liberet, dare posse, tribuit abbatibus S. Genovefae: in hunc modum: *Ego Mauricius Dei gratia ecclesiae Parisiensis episcopus, notum fieri volo, quod Guido de Anneto minutus decimas parochiae Odonisville \* & parochiae Verisnuagni \* multo tempore iniuste possedit, & ob hoc excommunicationis sententia diu subjacuisse dicitur, super hoc a venerabili episcopo Theobaldo, qui tunc temporis hinc, cui, Deo permitte, deservio, Parisiensi ecclesiae praesuit antistes, crebris conventus & communibus eisdem minutis decimas in manu jam dicti episcopi dimisit, & sic ab excommunicationis est absolutus sententia: tandem vero dictus episcopus praedictus jam dicti Guidonis pium praebens assensum, eandem decimas cuidam filio suo clerico, Hugoni nomine dedit, quas & ipse Hugo, antequam habitum religionis assumeret, diu possedit; quia vero postquam ad regularem vitam transiit, iam dictas decimas dare in nostra erat potestate, eas ecclesiae beatae virginis Genovefae, cujus ipse Hugo canonicus factus est, ob devotionem, quam erga ipsam beatam virginem semper habuimus, in perpetuum habere concessimus, &c.* Has quoque decimas eidem abbati Alexander papa III. confirmavit bulla data Anagninae idibus Julii. Monitus idem pontifex ab Hugone abbate monachos S. Martini Campensis praebende in ecclesia sanctae Genovefae fructus percipere, cujus ab onere se eximebant, scripsit ad illos, ut pro dicta praebenda debitum & consuetum servitium impenderent. *Datum Anagninae xvi. cal. Augusti.* Testis Hugo sanctatur anno 1175. in litteris G. vicecomitis de Domino Martino. Sub eo vivebat Guido canonicus presbyter sanctae Genovefae, qui anno 1186. factus est abbas Sparnaci. Eiusdem Hugonis tempore inita est precum societas hospitalitatis inter, qui Templarii, & abbatem conventumque sanctae Genovefae, ut liquet ex his litteris nota chronica destitutis: *Hugoni Dei gratia ecclesiae sanctae virginis Genovefae venerabili abbati; totique ejusdem ecclesiae capitulo, Guido eadem gratia E preceptor domum hospitalitatis, qua sunt citra mare, totumque capitulum de Cesaris salutem. Vestra, reverendissime pater, clementiae, omnique canonicorum vestrorum, sive fratrum ecclesiae vestrae venerabili collegio gratias & laudes referimus, quod nos beneficiorum, atque orationum vestrarum participes constituistis; &c.* idemque se pari ratelurum spondet. Ad hoc etiam tempus referenda est charta Guidonis comitis Autissiodorensis & Nivernensis, ejusque matris Idae scripta Autissiodori in gratiam ecclesiae sanctae Genovefae, de feodo, quem hi apud Marillacum in dominio sanctae Genovefae possidebant. Is autem Guido fratrem habebat natu majorem;

Z z

Prob. hist.  
sancti Dion.  
num. c. 135.

T. d. amplif.  
collect. Mart.  
num. c. 239.

\* L'Eucler  
ville.  
\* Valgrand.

nomine Guillelmo, qui Alienordem Viromandensem, S. Genovefæ benefactricem, uxorem duxerat. Hugonem abbatem S. Genovefæ fuisse usque ad annum M. CLXXVII. constat, inquit Gerardus Dubois historiæ ecclesiæ Parisiensis tomo secundo pag. 156. ex litteris Alexandri papæ III. quibus confirmat ad petitionem illius abbatis aliquot consuetudines in villa Marifiaco sibi remissas a Guidone de Firmitate, quas scripto aliquo jam Henricus Francorum rex confirmaverat. De Hugone sic habet necrologium sanctæ Genovefæ ad VIII. calendas Decembris: *Anniversarium solemne bonæ memoriæ Hugonis hujus ecclesiæ abbatis, patris & matris ejus & fratris ejus Manasse. Statutum est autem, ut pro collatis ecclesiæ nostræ ab eodem abbate beneficiis in die sui anniversarii commendationem faciamus.* Ejusdem meminit necrologium sancti Dionysii in Francia die 22. Novembris.

V. Stephanus I. ortu Aurelianensis, *Tornacensis* cognomen sortitus est a Tornaco, cujus postea fuit episcopus. Primum in scholis Aurelianensis ecclesiæ nutritus, fuit inde canonicus regularis ecclesiæ sancti Evurtii in eadem civitate, dein abbas ejusdem, tandemque sanctæ Genovefæ Parisiensis jam anno M. CLXXV. si chartulario S. Genovefæ fides, in quo E. Jotrensis abbatissa Stephano abbati sanctæ Genovefæ concecit hoc anno Ricaldum filium Petri de Pratis & Rembergis pro Ricaldi filia Roberti de Atroffe & Retaldis: sed nullus dubito, quin omnia sit littera numerali X. & loco M. CLXXV. legendum sit M. CLXXXV. 1.<sup>o</sup> enim Stephanus erat adhuc abbas S. Evurtii anno 1176. ex chartis Aurelianensibus: 2.<sup>o</sup> A. abbatissa Jotrensis, cui successit E. reperitur adhuc in chartis monasterii anno 1180. 3.<sup>o</sup> E. quæ est Eustachia, inibi memoratur primum anno 1183. 4.<sup>o</sup> Stephanus, qui ecclesiam sanctæ Genovefæ quindecim annis & amplius, ut ipse loquitur, rexit, adhuc officio abbatis fungebatur an. 1192. ineunte, ex chartulario Meldensi. 5.<sup>o</sup> qui ei successit Johannes, benedictus est anno 1192. ut dicemus. Stephanus ergo vel exeunte 1176. vel ineunte 1177. apud S. Genovefam occipit; quo circiter anno memoratur præfens judicio lato a Mauricio Parisiensi episcopo pro ecclesia sancti Evurtii Aurelianensis: quam dum regeret instauravit, ut liquet ex ipsius epistola VIII. ad decanum sancti Martini Turonensis, & ex IX. ad amicum. Privilegio donatur ab Alexandro III. pontificatus anno XVIII. sexto idus Julii indictione XI. hic est annus Christi 1178. Subscripsit anno sequenti 1179. nono calendas Septembris judicio Henrici episcopi Silvanæcentis pro abbata sancti Dionysii in Francia adversus Matheum Bellimontis comitem, lato Silvanæci; cui & subscribunt Hugo abbas sancti Vincentii Silvanæcentis & Hubertus episcopus; hic ipse est Hubertus canonicus regularis, pro quo in gratiam episcopi Henrici reducendo Stephanus nosse ad hunc præfens scripta epistolam XCIV. Anno eodem 1179. regale præceptum accepit a Ludovico VII. rege super hominibus de Rodoniaco, *Rosny*, qui cum se non servos, sed colonos tantum & hospites ecclesiæ B. Genovefæ assererent, utraque parte ante regem constituta, *judicavimus*, inquit rex,

*A secundum consuetudinem regni Francorum, ut homines . . . in curiam abbatis, cujus erant hospites, irent, & ibi ecclesiæ. si eos habere vellet, per duellum servos esse suos approbaret, idque eis sapius offerret . . . . Nos itaque ex testimonio multorum & magnorum virorum fidelium nostrorum, qui ad hoc audiendum ex parte nostra missi fuerant, rem ita fuisse, & homines in defensione servitutis sibi obiectæ penitus defecisse cognoscentes, etiam baronum nostrorum, comitis scilicet Theobaldi dapiferi nostri, & comitis Roberti fratris nostri, & aliorum plurimum, juramenta eorum, qui defectum hominum & injustitiam eorum viderant, & quorum auctoritati in majoribus credendum esset, suscepimus, & ut deceps homines de Rodoniaco ecclesiæ S. Genovefæ subjecti sint, sicut servi dominis suis, præcepimus. Hi autem, qui tactis sacrosanctis Evangelis coram nobis juraverunt, sunt: Hugo abbas S. Germani de Pratis, Barbadaurus decanus S. Mariae Parisiensis, Philippus archidiaconus sanctæ Mariae Parisiensis, Simon de S. Dionysio, Ascelinus decanus S. Marcelli, Petrus decanus S. Germani Autissiodorensis, &c. Actum Parisius anno ab incarnatione Verbi 1179. Datum per manum eorum; vacante cancellaria. Vide chartam integram apud Cangium in voce *hospites*, quam rex Philippus Augustus anno 1182. regni quarto, & Lucius papa III. 1184. confirmavit. Anno 1180. Stephanus Caroliloco dedit ad censum quinque solidorum Parisiensem nemus quoddam & nemoris solum, quod est ante abbatiam Caroliloci. Circa finem pontificatus Alexandri III. qui obiit 1181. Stephanus una cum archiepiscopo Senonensi, episcopo & decano Bajocensis ecclesiæ ab hoc papa delegatur in illa famosa controversia, quæ inerat Turonensem inter archiepiscopum & episcopum Dolensem de juribus metropolitani, quæ hic ambiebat. Sub idem tempus Stephanus a Philippo rege missus est legatus ad Alexandrum papam, ut probat epistola regis ad papam inter Stephanianas Num. CI. pag. 145. Quin & colligitur ex epistola Stephani CXXXVII. pagina 183. prope fuisse, ut iterum legatus Romam mitteretur, at paulo post mutatam esse regis voluntatem. Anno 1182. cum fratres hospitalis Jerosolymitani emissent *granchiam in terra sancta Genovefæ prope ulmum de Laorcinis*, hac de re Stephanus; *Nos, inquit, fraterna caritate, qua sese inimicæ ecclesiæ debent diligere, ut fratres hospitalis Jerosolymitani emissent granchiam illam in perpetuum possident, concessimus, &c.* Eodem anno Simonis de sancto Dionysio, qui præbendam S. Genovefæ, cujus canonicus erat, apud Autolium habebat, donum omnium, quæ in eadem villa, sive in terris ejusdem ecclesiæ, sive in aliis quolibet modo acquisitis factum ecclesiæ prædicte sanctæ Genovefæ, Philippus rex Francorum in manu Stephani abbatis confirmavit litteris datis Parisiis anno regni IV. quas habes in append. Permutationem Stephanus fecit anno 1184. cum Isembardo priore S. Eligii nixo Theobaldi abbatis S. Mauri Fossatensis auctoritate. Eodem compositionem a Stephano factam cum vassallis Roberti comitis fratris Ludovici Francorum regis super brenagio de Jausignaco ratam habuit idem Robertus. Hoc etiam tempore de mandato Lucii papæ III. motam inter Gaufredum*

Chart. V. col. 322.

Chart. VI. col. 223.

S. Martini Pontifarenfis abbatem & Hilduinum A  
 presbyterum de Arumvilla controversiam de  
 censu solidorum centum sopiuit. Abbati Stephano  
 idem pontifex bullam concessit pontificatus anno  
 quarto. Eodem circiter anno scripsere ad hunc  
 papam M. (Mauricius) episcopus Parisiensis, &  
 S. (Stephanus) abbas S. Genovefæ ab eo delegati  
 se controversiam Trecentis inter canonicos & Bal-  
 duinum uxoremque sententia lata terminasse. Sub-  
 ortum quoque dissidium inter canobium sancti  
 Luciani Bellovacensis, & ecclesiam B. Mariæ de  
 Augo composuit Stephanus cum aliis duobus ar-  
 bitris, ut liquet ex hac brevi charta: *Ego Stephanus  
 sanctæ Genovefæ dictus abbas, & Petrus cantor Pa-  
 risiensis, & Robertus prior de Fulcardi monte, notum  
 fieri volumus, quod cum inter monasterium S. Luciani  
 Behacensis & ecclesiam Angensem contentio maxima  
 ex longo tempore agitata veritetur super parrochiagio  
 Calceia de Augo . . . tandem de consensu com-  
 muni utriusque partis, in nostrum conuenerunt dictum,  
 ut quicquid nos stauerimus, ipsi firmiter obseruarent.  
 Vallatum etiam fuit hoc compromissum sacramento  
 corporaliter præstito, hinc a Galtero abbate sancti  
 Luciani, inde ab abbate Augensi, &c. Lata dein  
 sententia est & a partibus accepta. Actum Parisius  
 anno 1185. Stephanum biennio post Philippus  
 Augustus Francorum rex unum esse voluit, qui e  
 sacro fonte susceperit filium suum Ludovicum,  
 qui post ipsum regnavit, ut probat ejusdem Ste-  
 phani epistola CXXXVII. pag. 335. sic inscripta:  
*Illustri & carissimo domino suo, & si audeamus dicere,  
 de sacro fonte suscepto filio, Ludovico domini regis  
 primogenito. Hoc ipso anno 1187. cum nonnulli  
 negotii ortum esset abbatias inter S. Genovefæ  
 & sancti Germani a Pratis occasione duorum mo-  
 lendorum, quorum hæc suum habebat in Parvo  
 ponte vicinum alteri, hoc ita sopitum est a San-  
 germanensi abbate, ut, pace salva, duo molendina  
 subliterent. Id liquet ex ipsius litteris, quas, ut  
 exemplo sint in simili casu, referre non piget:  
 Ego Fulco sancti Germani de Pratis abbas, totisque  
 ipsius ecclesie conventus, &c. Cum ædificaremus do-  
 mum quandam super molendinum nostrum, quod est  
 in Parvo ponte, dilecti nobis fratres & amici viri  
 Stephanus abbas sanctæ Genovefæ & canonici ipsius  
 ecclesie conquesti sunt, &c. Nos autem paci & con-  
 cordiæ duarum ecclesiarum, quæ sibi ab antiquo spi-  
 rituali fraternitate invicem conjunctæ sunt, providentes,  
 & temporibus nostris eam sincere & firmiter observare  
 volentes, pari assensu & voluntate concordati concessimus,  
 &c. Bullas duas Stephano abbati concessit Clemens  
 III. anno pontificatus tertio, Christi 1190. Ste-  
 phanus eodem anno hospitibus ville de Soiffiaco  
 has litteras dedit: *Ego Stephanus sanctæ Genovefæ  
 abbas, totisque ipsius ecclesie humilis conventus, notum  
 fieri volumus, quod concessimus hospitibus nostris ma-  
 nentibus in villa de Soiffiaco usuarium tantummodo  
 in mortuo memore nostro extra Plefficum . . . .  
 Nos autem sicut domini ubique sine contradictione  
 tam vivum, quam mortuum ad usus nostros & fratrum  
 nostrorum poterimus accipere, & vivum vendere, si  
 necesse fuerit, salvo eorum usuario. Actum anno  
 1190. Quod ne aliqua possit oblivione deleri, sigillo  
 nostro cum præfenti scripto fecimus consignari. Signum  
 Tomus VII.***

Guillelmi prioris, signum Johannis subprioris: signum  
 Marcelli & Johannis presbyterorum, &c. Circa hunc  
 annum capellam claustrum B. Mariæ de Misericordia  
 a se constructam dedicari Stephanus curavit. In  
 historia Stampensi bulla Coelestini papæ III. legi-  
 tur data 7. Novemb. anno 1191. ex qua constat  
 Stephanum una cum episcopo & decano Parisiensis  
 ecclesie delegatum fuisse ad statuendum de dissidio  
 capituli B. Mariæ Stampensis; pepigitque 1191.  
 cum sancto Guillelmo Caroliloci abbate, postea  
 Bituricensi archiepiscopo, de jure pascuorum pro  
 incolis de Borranch, & de bosco, quem Stephanus  
 Guillelmo abbati venderat: aduerunt quatuor  
 monachi Caroliloci nomine conventus, & ex parte  
 abbatis sanctæ Genovefæ Hugo quondam abbas  
 S. Euvræii Aurelianensis, Gregorius canonicus ejus, &  
 de canonicis sanctæ Genovefæ Hugo Forratus (al.  
 Fulredus) Fulco, Amalricus, Johannes de Tocy. Ste-  
 phani abbatis texere laudes superfluum videtur,  
 cum ex monumentis ab eo relictis constat illum  
 fuisse sui temporis doctissimum, religiosissimum,  
 regie inprimis & summis pontificibus amicissi-  
 mum, ita ut ipsi principes viri ab eo commenda-  
 tias ad pontifices postulare epistolas. Prudentia  
 ejus enituit in compedienda Grandimontensium  
 fratrum hæcorum aduersus clericos rebellionem, ut  
 ejus docent epistola CXXXIV. CXXXV. & maxime  
 CXLIII. in qua de iis, quæ hoc in negotio egerunt  
 & stauerunt, H. sancti Dionysii, F. S. Germani,  
 G. sancti Victoris & S. sanctæ Genovefæ abbates  
 summo pontifici rationem reddunt. Testatur idem  
 Stephanus epistolis LXXIII. & LXXIV. se missum  
 ad partes Tolosanæ, ut hæreticos tunc temporis  
 enascentes, qui post dicti sunt Albigenes, per-  
 vinceret, inter quos multa se discrimina vitæ adiisse  
 significat. Illic vero dum commoratur, precum  
 init societatem cum canonicis regularibus celeberris  
 ecclesie S. Saturnini Tolosani, quæ hodie capitu-  
 lum est seculare: unde sic habetur in necrologio  
 S. Genovefæ ad diem 28. Aprilis: *Commemoratio  
 fratrum sancti Saturnini Tolosani, qui similiter pro  
 nobis faciunt: eodem die eleemosynarius noster tres  
 pauperes procurabit, nam & ipsi similiter faciunt pro  
 nobis. Significat Stephanus abbas epistola LXXIX.  
 Abfaloni Londensi archiepiscopo, nepotem ejus  
 Petrum apud sanctam Genovefam professionem  
 canonicam emisisse; quem deinde infirmum epist.  
 LXXX. ad eundem Abfalonem, ad natale solum  
 censet remittendum, ut melius habeat, & epistola  
 CXXXVI. eundem rogat, ut Petrum gaudere be-  
 neficio curet. Annuit Abfaloni, qui cum duplici  
 pontificatus insula, Roschildensis kilicet & Lon-  
 densis esset insignitus, illam nepoti Petro sanctæ  
 Genovefæ canonico dimisit; quo de sibi gratulatur  
 Stephanus epist. CXLVI. ad eundem Abfalonem  
 Londensem archiepiscopum Suecic primatem.  
 Subinde vero Petrum Daciæ regis constitutum  
 fuisse cancellarium, discimus ex necrologio sanctæ  
 Genovefæ, quod sic habet ad v. cal. Decembris:  
*Anniversarium pie memoriæ Petri Roschildensis epis-  
 scopi, cancellarii regis Daciæ, canonici nostri professi.*  
 Idem Stephanus epistola CXI. ad eundem archi-  
 episcopum Londensem, ubi de Petro ipsius nepote,  
 mentionem obiter facit de archiepiscopo Mamer-  
 Z z ij*

*tino, Mopueste, Antiocheni patriarcha suffraganeo, canconico & amico nostro.* Constat etiam ex epist. Stephani CLII. ad Canutum regem Danie, fratrem ejus Valdemarum S. Genovefe canonicum ad succurrendum ibidem mortuum & conditum fuisse; sicuti etiam ex ejusdem epistola XXXIV. ad B. Hungarie regem, nobilem Hungarum Parisiis studentem, in ecclesia S. Genovefe sepulcro illatum, cujus ita notatur obitus in necrologio domestico: *Calendis Decembris obiit Bethlehem clericus quidam de Hungaria, pro quo pater ejus & mater dederunt ecclesie nostrae pretiosa ornamenta.* Hanc autem basilicam necdum a tempore Normannorum relevatam renovare quidem Stephanus B voluit & conatus est, ut ipse testatur epist. CXLV. *Incapimus, inquit, renovare sartatecta ecclesie nostrae stititudo profusa, veteri pervia, vestustate consumta: novam lignorum materiam comparamus superimpendendam parietibus & tecto plumbo supponendam. . . . parietes etiam innovamus scilicet & politis lapidibus exterius fulcientes, &c.* Idipsum probant ejusdem epistole CXLVI. CXLVII. CXLVIII. & CLIII. Verumtamen magna illa molitio tempus aliud spectabat. Stephanus tantummodo quadam aedificia sat firmiter & laute construxit, de quibus sibi applaudit in epistola laudata CXLVIII. ad sanctum Guillelmum Roschildensem abbatem in Dania: *Spiritualibus, ait, occurrunt temporalia, peractis ferme spatiosis & speciosis regularibus officinis, & per villas rusticis aedificis spatio simul & specie certantibus cum urbanis. . . . sollicitudinem curamque nostram convertimus in renovandis & fulcendis antiquis ecclesie parietibus, &c.* Quamquam Stephanus sua maxime curabat, aliena tamen non negligebat, omnibus semper benefacere paratus; unde & omnibus gratus atque acceptus. Hinc tot ejus epistole ad prelatos, ut pro aliis gratias obtineret: ad Guillelmum Remensem archiepiscopum epist. CXLVI. ut benigne susciperet ac tueretur abbatem sancti Vincentii Silvanectensis: CLXV. ad Guillelmum D Cistercii abbatem an. 1191. ne in Syriam redire compelleret abbatem Vallium Sernaii: CLXXXIV. ad Henricum II. Anglie regem, de nepote Alexandri papae III. nomine Gentile, qui clericus, seu elemosynarius principis hujus Parisiis defunctus annos intra 1181. & 1185. conditus apud sanctam Genovefam fuerat. Ejus sic meminit necrologium: *x. calendas Decembris obiit Gentilis acolythus sancte Romanae ecclesie, nepos bone memorie Alexandri papae III. Gentilem alter ejusdem Alexandri papae nepos Alexius, qui proinde Gentilis frater, ut consobrinus, canonicus regularis sancte Genovefe, aut sancti Victoris & cardinalis, E dum in Hibernia legatione fungeretur, ministerio regis, uti videtur, devinxerat. Non ergo mirum, si Stephanus, quemadmodum Paulus apostolus omnibus omnia factus, participes cum illo factus est apostolicæ dignitatis. Hanc obtinuit apud Tornacenses 1191. non tamen factus ante annum 1192. quo Dei patientia Tornacensis electus, dum adhuc in ecclesia B. Genovefe Parisiensis officio fungeretur, chartam dedit Meldis in domo pontificali, ex chartulario Meldensi. Factus autem episcopus priorem nunquam exiit affectum seu*

• Cr. 22.

erga sanctam Genovefam, seu erga S. Evurium, quibus in palatio episcopali capellam erexit, haud dubie propterea quod parum successive fuisset ecclesiarum abbas. Id patet ex ipsius epist. CXXII. ad Johannem abbatem in abbata S. Genovefe succellorem, quem invitat ad hujus capelle dedicationem: *Proposui, inquit, dedicare capellam nostram novam, non minus gloriosam materia, quam gratiosam forma. Delectabiliter occurrent tibi & aliis tecum intuentibus pari decore & emulatione sancta contendentes in singulis fenestris vitreis Evurium & Genovefa; quorum insuper sanctorum in ecclesia cathedrali Tornacensi fundavit festum & officium sub ritu duplici novem lectionum. Cetera, quæ fecit episcopus, require tomo tertio col. 215. Rexit autem ecclesiam S. Genovefe quindecim & amplius annis, ut ipse loquitur epist. CCV. pagina 309. cujus ex discipulis, præter Johannem succellorem, ipso adhuc vivente, plures facti sunt abbates aliorum monasteriorum: Godefridus, ad quem plurimæ Stephani epistole, abbas sancti Ambrosii Bituricensis, & postea S. Satyri ante 1186. quorum ex mutua societate, mutua pariter prodiit inter abbatias sancte Genovefe & sancti Satyri ante annum 1193. quo, ut videtur, extinctus est Godefridus. Bernardus solum diaconus anno 1172. jam anno 1191. abbas erat beate Marie de Valle diocesis Bajocensis, de quo necrologium ad diem 5. Decembris: *Obiit Bernardus abbas sancte Marie de Valle canonicus nostræ professus.* Raimundus, qui prior sub Hugone fuerat & sub Stephano, cujus ad illum tres sunt epistole LXXXIII. CIV. & CXII. abbas S. Johannis de Vineis. Marcellus 1190. presbyter, postquam aliquandiu in diocesi Tornacensi, cum Gerardo, altero sancte Genovefe canonico ministraverat, volente Stephano episcopo, qui Gerardo ecclesie suæ præbendam dedit, factus est abbas S. Calixti de Cisionio ejusdem dioc. qui Parisiis aliquando degens, cuidam chartæ post Johannem abbatem & Fulconem priorem S. Genovefe subscriptis, abbas Marcellus canonicus S. Genovefe Parisiensis. Hic Ingelburgen Francie reginam consilio Stephani episcopi Tornacensis, usi opera S. Guillelmi abbatis in Dania, ejusque discipulorum canonicorum regularium Philippo Augusto nuptam, & post ab eo repudiatam, recepitavit, suasi ejusdem Stephani, in terris a Cisioniensi monasterio dependentibus. Hanc Petrus episcopus Roschildensis canonicus professus S. Genovefe, in Franciam adduxerat, cujus reginæ frater Canutus rex suscipiens partes anno 1195. Roman delegavit unum ex præcipuis regni abbatibus, qui regularis canonicus erat S. Genovefe. Guillelmus alter Stephani discipulus, qui subprior S. Genovefe sub Hugone abbate annis 1172. & 1173. & prior sub abbate Stephano 1190. abbas erat Belliloci prope Dinantium in diocesi Macloviensi an. 1200. quem Stephanus egregie laudat epistola CXXVI. ad Rolandum de Dinanto. Johannes subprior sancte Genovefe 1190. sub Stephano abbate, viginti post circiter annos fuit abbas S. Severini Castri Nantonis in diocesi Senonensi. Nicolaus abbas sancti Petri Neapolitani, & alter Nicolaus abbas*

Burgimediū Blesensis, cuius in gratiam Stephanus duas scripsit epistolas lxxvi. & lxxvii. ad Alexandrum III. papam. His addere licet Johannem canonicum regularem sanctæ Genovefæ, ad quem spectat epistola Stephani xcviij. Hunc tantummodo subdiaconum, eundi cupidum ad abbatiam sancti Satyri sub abbate Godefrido, de quo supra, Stephanus Godefrido scribit, ut diaconatus ordine insigniendum curet ab archiepiscopo Bituricensi, aut ab alio catholico episcopo ad ecclesiam sanctæ Genovefæ: processu temporis, pergit Stephanus, per ecclesiam vestram in gradum superiorem poterit promoveri: quod contigit, Johannes enim ad abbatie vicinæ Plenipedis regimen transiit circa 1230. Stephano Gaufrido canonico regularis dicavit librum, cui titulus *Fons philosophiæ libris quatuor metricis*: prævia epistola nuncupatoria domino Stephano Montis sanctæ Genovefæ abbati, viro totius virtutis & scientiæ gratiis insigni, G. quidam pauper Christi. Probat is hoc in libro, veram esse philosophiam illam, quæ non speculationi, nec argumentorum ac rationum veltationi incumbit, sed quæ vitii evellendis, inferendisque virtutibus occupatur. Totum opus rhythmicum pro usu temporis, tum cum agit de philosophis modernis, singularæ est. Exstat mss. in bibliotheca S. Victoris cum aliis nonnullis ejusdem auctoris operibus, quibus præcellit inscriptum de microcosmo, quod agit de morum disciplina. Hic autem Gaufridus ex subpriori S. Victoris prior fuerat sanctæ Genovefæ sub Stephano abbate, & adhuc erat anno 1200. Egidius Parisinus celebris poëta sub finem seculi xii. suasu Stephani poëma scripsit quinque libris, quod inscriptum *Carolinum* dedicavit natu majori filio Philippo Augusti, postea regi Ludovico VIII. quem ad virtutem incitat Caroli Magni exemplo: unde poëma titulum hunc præfert: *Incipit Carolinus Egidii ad instructionem illustris pueri Ludovici, Franciæ regis filii*, quem, ut diximus, & sacro fonte Stephanus levaverat, & epistola ccxxvii. hortatur, ut imprimis studiis serio incumbat. Habetur mss. hoc poëma in bibliotheca regis. Anniversarium Stephani notatur die xi. Septembris. Vitam & epistolas Claudius du Molinet canonicus regularis anno 1679. cum notis evulgavit.

VI. Johannes I. de Tociaco, de Tocy, vel de Toucy, successit, quem & gremio suo Victorini canonici gloriantur electum, ut aiant Sammarth. & asserit tomo secundo historię Universitatis Parisiensis pag. 482. jure an injuria, ipsi viderint. Sane contrarium innuere videtur epist. clxxvi. Stephani superioris ad abbatem Altivillaris de Johannis ejus nepotis electione: *Vocatus, inquit, E*

*A* mica, qua repræsentat ecclesia Dominicum in Jerosolymis ingressum & puerorum cantantium Ozanna applausum (anno 1192. ineunte) me præsentante, a domino Anf. (melius S. apud Papyrium Massonum) Meldensi episcopo munus benedictionis accepit, & ad ecclesiam sibi commissam necum reversus, gregem sibi creditum custodire & regere secundum gratiam a Deo sibi collatam humiliter est aggressus. Tum idem Stephanus epistola ccxi. ad ipsum Johannem abbatem sic habet: *Inter alia divina gratiæ beneficia nobis a Deo concessa, plurimum gloriamur in Domino, quia promotionis tuæ, frater carissime, cooperatores existimus & nãistri, & in recessu nostro talem nobis reliquisse meruimus successorem . . . . . commendamus honestatem tuam, laudamus sobrietatem, parcimoniam, approbamus & in exterioribus prudentiam & in interioribus disciplinam.* Hactenus Stephanus antecessor Johannis de Tociaco, ejusdem scilicet, qui supra chartæ Stephani anno 1191. subscript. Hic forem habuit, de qua inferius ad annum 1221. dominam insignis terre pagi Autissiodorensis, in quo etiam situm est Tociacum, prædium honorificum, a quo nomen accepit gens nobilissima, quæ protulit Guillelmum de Toucy episcopum Autissiodorensis. Ex eadem prodierat, cujus hæc chartula: *Ego Iterus dominus de Tociaco, notum facio tani præsentibus, quam futuris, quod de ballivia de Nevey, quam teneo ab ecclesia sanctæ Genovefæ Parisiensis, singulis annis debeo reddere eidem ecclesiæ viginti solidos de moneta illius terre in nudis sancti Lazari, & hoc idem heredes mei pro me annuatim persolvere tenebuntur. Quod ut magis ratum sit & stabile, præsentem chartam sigilli mei impressione scâ confirmari. Actum anno Incarnationis Dominicæ 1207. mense Februarii.* Neveyum autem videtur esse Neuvoy prope Gieum diocesis Autissiodorensis, cujus Johannes de Tociaco ballivus erat militaris. Inter hæc Johannes abbas anno 1193. commutatione facta cum S. Martini Campensis monachis, quam hi in ecclesia sanctæ Genovefæ præbendam obtinebant, decimis apud Anetum, villam sancti Martini prope Meldas compenavit, salva spiritali societate habita inter prædictas ecclesias: in eo sita, quod uno fratre in alteruto monasterio defuncto, in altero missa conventualis de defunctis pro illo cantaretur, & unam singuli sacerdotes missam submissa voce dicerent. An. 1194. Matthæus dominus Marliaci cum uxore Mathilde pacem inter ecclesias sanctæ Genovefæ & Gernerium de Roquencort super decima de Malonido promovit & confirmavit. Robertus comes, dominus Drocarum quandam terrarum commutationem fecit cum ecclesia sanctæ Genovefæ anno 1195. quo & venditionem terræ factam eidem ecclesiæ ab Odone de Maignaco ratam habuit. Bullam obtinuit a Cœlestino III. qua, sicuti prius ab Alexandro III. Lucio III. & Clemente III. summis pontificibus, abbatie bona & privilegia confirmantur pontificatus anno quarto, hic est 1195. Cessit Johannes, anuente conventu, T. 2. Inveni. Anst. chart. folio 183. Mâlagues.

Maignac  
Anst. chart.  
pag. 114.

Chart. vitæ  
col. 223.

Ch. viii.  
col. 124.

T. 2. Inveni.  
Anst. chart.  
folio 183.  
Mâlagues.

Chart. IX.  
col. 224.

vicissim Galcherii & uxor Elisabeth, consentientibus Aleide comitissa Sueffionensi Galcherii matre & Aleide sorore, Guillelmi de Garlanda conjugis, omnia, que habebat jura & dominia in territorio Rodoniaci, Magniaci & Sauffigniaci dimiserunt anno 1196. quam cessionem mutuan laudavit Innocentius III. quarto idus Junii anno pontificatus secundo, hic est 1199. isdemque die & anno Johannem abbatem usu mitræ *personaliter* decoravit. Anno sequenti 1200. Anselmus episc. Meldensis factam ecclesie sancte Genovefe de Buffo, *du Bus*, dependenti ab abbata S. Genovefe Parisiensis donationem Johanni abbati confirmavit. Alienor comitissa sancti Quintini & domina Valensie anno 1201. testatur Johannem abbatem factam cuidam *hospitali pauperum* donationem confirmasse. Eodem anno laudatam superius prebendam monachorum Campendum in ecclesia S. Genovefe commutationem pro decimis apud Anetum ratam habuit Innocentius III. octavo idus Februarii anno pontificatus quarto. Matthus de Montemorenciaco dominus Marliaci, cum uxore Mathilde se munificum prebet erga sanctam Genovefam anno 1202. Supra diximus, a Stephano Tornacensi episcopo invitatum fuisse Johannem abbatem ad dedicationem capelle, quam in palatio episcopali crexerat, hic fe præ negotiis excusavit episcopo inter Stephanianas cccxiii. Huic certe abbati negotium accessit Odo Parisiensis episcopus de jure parochialis in parochia sancti Stephani de Monte, & de procuratoribus in parochialibus ecclesiis in diocesi Parisiensi ad ecclesiam sancte Genovefe de Monte spectantibus. Sic initio negotii compellat Johannem abbatem Innocentius papa III. *Specialis prerogativa dilectionis & gratie, quam ad ecclesiam tibi commissam, & personam tuam habuimus, dum essemus in minori officio constituti, nos admonet & hortatur, ut honori & commodis tuis solliciti intendere debeamus. Cum igitur operis exhibitio probatio dilectionis existat, in signum gratie, quam olim in oculis nostris invenisti, &c.* Causa hæc Romam delata bis est, discussaque interim in Francia per delegatos a sede apostolica H. Vezeliacensem & Arnulfum sancti Petri Autissiodorensis abbates, ac F. decanum Aurelianensem, qui præfente Johanne abbate apud Autissiodorum congregati, in proximo causam definituri erant, cum justis sunt ordinatam litem Romam transmittere. Huc etiam Johannes noster cum episcopo commendatitia Stephani Tornacensis cclxx. profectus est ad Innocentium III. cujus eo de negotio videnda epist. tomo primo editionis Baluz. pag. 667. ceteraque ad illud acta spectantia ibid. pag. 680. in quibus non obstant sententia pontificis, habetur compromissum anno 1202. v. calendas Junii, de quo vide ad calcem litteras Johannis abbatis, & mox inita compositio mense Junio ejusdem anni, secundum quam eximuntur a jurisdictione tam episcopi, quam archidiaconi viginti sex servitores abbatiæ servientes, viginti scilicet intra septa manentes & extra sex, aut quos eorum loco subrogare placeret abbati: *Nullam episcopus, vel archidiaconus potestatem habebit, nisi de eorum matrimonio separando agatur.* Statim quo-

Chart. X.  
col. 225.

que ab illa facta compositione, nempe isdem mense & anno, Johannes abbas Odoni episcopo designavit Theobaldum S. Genovefe canonicum, qui curam ab illo parochie S. Stephani de Monte susciperet. Sunt & alia quedam, de quibus simul inter Odonem & Johannem litteris supra laudatis conventum est. Episcopus enim Paris. dedit in augmentum parochie ad arces ædificandas vineam suam de Brunello, & canonicis S. Genovefe ecclesiam de Boissiac, cum additamento villæ, que dicitur Vallis Bellandi, quibus liceret capellam eo in loco exædificare, sed ex jurisdictione episcopi Parisiensis. Similiter canonici dederunt episcopo ejusque successoribus capellam S. Genovefe sitam in civitate Parisiensi, nullo jure sibi retento, remiseruntque episcopo Parisiensi præbendam, quam habebant in ecclesia cathedrali. Hanc vero compositionem primum nomine pape confirmarunt mense Jan. anni 1202. qui nunc 1203. Helias abbas S. Columbe Senonensis, & Jovinus scholarius Aurelianensium magister ad hoc a sede apost. delegati, tandemque ipsemet Innocentius III. litteris ad episcopum & abbatem utriusque communibus datis vii. calendas Aprilis pontificatus anno sexto comprobavit, isdem mense Martii & anno Gaucherium de Castellione & Elisabetham conjugem beneficos experitur Johannes abbas, qui rursum isdem anno & mense cum A. Meldensi episcopo & Philippo Bellovacensi a sede apostolica delegatus, quam mense Jan. præcedenti Baiensem ecclesiam Nicolaus ipse decanus & capitulum indulserant Blanchæ Trecenti comitissæ, huic ejusdem ecclesie personatum collationem laudaverunt Parisiis. isdem quoque anno & mense, fe xviii. calendas Aprilis 1202. eadem auctoritate judex fuit constitutus inter fratres hospitalis Jerusalemitani & Gausfridum Gode militem. Adstitit Johannes 1203. mense Maio Odoni episcopo Parisiensi visitanti monasterium sancti Medardi Sueffionensis de mandato Innocentii III. ex tabulario sancti Medardi. Idem ex veteri documento chartularii Sandionysiani controversie canonice terminandæ abbatem inter S. Dionysii & liberos defuncti Petri de Levis militis eorumque matrem judex a summo pontifice delegatur mense Martio anni 1203. qui nunc 1204. Concessit illi sunt litteræ ab eodem pontifice Innocentio III. pontificatus anno septimo, ut possent corrigere quod visum foret circa subditos & domum cum consilio abbatum sancti Germani de Pratis & S. Dionysii. Johannis quoque abbatis habentur litteræ datæ anno 1206. *de majoria S. Germani super Soalam.* Eodem anno una cum priore sancte Genovefe a sancta sede delegatus nonnulla diffidia inter abbatiam sancti Dionysii & equites Templi secundum abbatiam terminavit. Vide ad hunc annum inter instrumenta relationem insignis miraculi meritis beate Genovefe patrati super exundatione Sequanz; que tanta fuit, ait Rigordus in gestis Philippi Augusti regis, *quanta ab hominibus illius temporis nunquam visa vel audita a prædecessoribus fuerat Parisius. Tres arcus Parvi pontis fregit, & quamplures domos ibidem everit, & infinita damna multis in locis intulit.* Inseq. 1207. in episcopum

Chart. XI.  
col. 225.Chart. XII.  
col. 226.

que ab illa facta compositione, nempe isdem mense & anno, Johannes abbas Odoni episcopo designavit Theobaldum S. Genovefe canonicum, qui curam ab illo parochie S. Stephani de Monte susciperet. Sunt & alia quedam, de quibus simul inter Odonem & Johannem litteris supra laudatis conventum est. Episcopus enim Paris. dedit in augmentum parochie ad arces ædificandas vineam suam de Brunello, & canonicis S. Genovefe ecclesiam de Boissiac, cum additamento villæ, que dicitur Vallis Bellandi, quibus liceret capellam eo in loco exædificare, sed ex jurisdictione episcopi Parisiensis. Similiter canonici dederunt episcopo ejusque successoribus capellam S. Genovefe sitam in civitate Parisiensi, nullo jure sibi retento, remiseruntque episcopo Parisiensi præbendam, quam habebant in ecclesia cathedrali. Hanc vero compositionem primum nomine pape confirmarunt mense Jan. anni 1202. qui nunc 1203. Helias abbas S. Columbe Senonensis, & Jovinus scholarius Aurelianensium magister ad hoc a sede apost. delegati, tandemque ipsemet Innocentius III. litteris ad episcopum & abbatem utriusque communibus datis vii. calendas Aprilis pontificatus anno sexto comprobavit, isdem mense Martii & anno Gaucherium de Castellione & Elisabetham conjugem beneficos experitur Johannes abbas, qui rursum isdem anno & mense cum A. Meldensi episcopo & Philippo Bellovacensi a sede apostolica delegatus, quam mense Jan. præcedenti Baiensem ecclesiam Nicolaus ipse decanus & capitulum indulserant Blanchæ Trecenti comitissæ, huic ejusdem ecclesie personatum collationem laudaverunt Parisiis. isdem quoque anno & mense, fe xviii. calendas Aprilis 1202. eadem auctoritate judex fuit constitutus inter fratres hospitalis Jerusalemitani & Gausfridum Gode militem. Adstitit Johannes 1203. mense Maio Odoni episcopo Parisiensi visitanti monasterium sancti Medardi Sueffionensis de mandato Innocentii III. ex tabulario sancti Medardi. Idem ex veteri documento chartularii Sandionysiani controversie canonice terminandæ abbatem inter S. Dionysii & liberos defuncti Petri de Levis militis eorumque matrem judex a summo pontifice delegatur mense Martio anni 1203. qui nunc 1204. Concessit illi sunt litteræ ab eodem pontifice Innocentio III. pontificatus anno septimo, ut possent corrigere quod visum foret circa subditos & domum cum consilio abbatum sancti Germani de Pratis & S. Dionysii. Johannis quoque abbatis habentur litteræ datæ anno 1206. *de majoria S. Germani super Soalam.* Eodem anno una cum priore sancte Genovefe a sancta sede delegatus nonnulla diffidia inter abbatiam sancti Dionysii & equites Templi secundum abbatiam terminavit. Vide ad hunc annum inter instrumenta relationem insignis miraculi meritis beate Genovefe patrati super exundatione Sequanz; que tanta fuit, ait Rigordus in gestis Philippi Augusti regis, *quanta ab hominibus illius temporis nunquam visa vel audita a prædecessoribus fuerat Parisius. Tres arcus Parvi pontis fregit, & quamplures domos ibidem everit, & infinita damna multis in locis intulit.* Inseq. 1207. in episcopum

Chart. XII.  
col. 228.Chart. XIII.  
col. 228.Chart. XIV.  
col. 228.Tab. comp.  
& inven.  
thes. chart.  
fol. 147.  
Champagne



Meldensium postulat Johannes post obitum Anfelli, ut infra dicemus in historia episcoporum illius ecclesiae. Exstant in tabulario Arremarenfi litterae archidiaconi Trecentis ad O. Parisiensem episcopum, proindeque haud posteriores anno 1208. quo defunctus est Odo, & ad J. abbatem sanctae Genovefae, quibus significat, quo pacto motam inter Arremarenfes monachos & Nicolaum reatorem ecclesiae de Cappis litem composuerit. Anno 1210. mense Junio quorundam Rolandum inter Arremarensem abbatem & Johannem presbyterum de Chaorfa litigiosorum iudex a sancta sede Johannes perhibetur delegatus, ex tabulario ejusdem monasterii. Hac tempestate tam celebris erat in cenobio sanctae Genovefae fama religionis, ut ad illud Innocentius papa III. anno Dominicæ Incarnationis 1211. miserit canonicum Regularem ex abbata sancti Stephani Divionensis, *quatenus in eo, inquit pontifex, regularia quae nondum plane novit, disceret instituta.* Infinitus sim si recensere veluero quot & quantis in rebus delegatus sit iudex cum ab Innocentio III. tum ab Honorio III. summis pontificibus: ab illo scilicet pontificatus anno decimo xv. calendas Augusti, una cum abbate sancti Germani a Pratis & priore sanctae Genovefae, *ut de malefactoribus ecclesiae sancti Aniani Aurelianensis exhibeat iustitiae complementum,* epistola 94. editionis Baluzianæ pagina 53. Epistola ejusdem 129. pag. 200. v. 111. idus Augusti pontificatus anno undecimo, ut cum aliis beati Martini Turonensis capitulum cogat ad magistrum Willelmum in canonicum recipiendum. Epistola 226. pagina 256. iv. calendas Februarii anno pontificatus xi. una cum archidiacono Parisiensi & P. Peverel canonico ejusdem ecclesiae, *de electione episcopi Morinensis.* Epistola 261. pag. 269. x. calendas Martii anno pontificatus xi. una cum Gaufrido de Treffy electo Meldensi & Guillelmo archidiacono Parisiensi, *de electione episcopi Viridunensis.* Epist. 265. pag. 277. pontificatus anno xii. una cum episcopis Parisiensi & Trecentis, *de causa monasterii Vercliac. contra comitem Autissiodorensis.* Epistola 147. pag. 389. xiiii. calendas Jan. pontificatus anno xii. cum Guillelmo archidiacono Parisiensi & decano Meldensi, ad examinandam chartam, quae locum dabat controversiae monachos inter sancti Martini de Campis, & curionem S. Jacobi de Carnificeria vocatum archipresbyterum. Epist. 132. pagina 569. pontificatus anno xiv. de controversia inter abbatiam sancti Germani a Pratis, & Guillelmum de Nongento militem, una cum priore S. Martini a Campis, quorum a Guillelmo recusantem sententiam, quasi familiares essent abbati S. Germani, alii delegati abbates sancti Lupi & sancti Martini & R. de S. Quintino canonicos Trecentis confirmantur. Honorius quoque III. Johannem abbatem sanctae Genovefae, una cum episcopo Silvanectensi, & priore sancti Martini de Campis anno 1217. iudicem delegavit contra Erardum de Brena, de *Brienne*, & Philippam filiam comitis Henrici, qui matrimonium indebitum contraxerant; qua de re vide Baluzium lib. xvi. epistolae Innocentii III. pagina 840. Exortam interea decanum inter & canonicos S. Germani

Hist. Paris.  
t. 3. p. 86.

A Autissiodorensis questionem de iustitia seculari terrae sancti Germani Johannes abbas S. Genovefae una cum decano Carnotensi electus arbiter defrenit. Anno 1212. enatam hunc inter abbatem & Gaufridum Tironiensem de censu quarundam vinearum sitarum in *valle Parisiensi*, querelam electi utrinque arbitri Fulco prior sanctae Genovefae & Drogo prior Tironii amice composuerunt, ansamque praeberunt inite societati precum duo haec inter monasteria mense Maio anni 1214. *Statuimus, ait Gaufridus, quod in vigilia B. Lucae pro fratribus vestris, qui viam universae carnis ingressi sunt, singulis annis faciemus commemorationem solemnem cum solenni pulsatione campanarum, cum vigiliis novem lectionum, commendatione & missa solemnibus postea subsequente. Singuli etiam fratrum nostrorum presbyterorum missam unam eadem die celebrabunt pro eisdem; & ut vivi qui hoc faciunt parte sua priventur hujus beneficii spiritualis, nullam unam de sancto Spiritu eodem die injungemus in capitulo uni fratrum nostrorum pro vestra ecclesia specialiter celebrandam.* Idem Tironiensibus prouinit abbas & conventus S. Genovefae. Anno superiore 1213. xiv. calendas Julii, ut legimus in chronico abbatiae Longi pontis dioecesis Suesionensis, *suborta gravi controversia inter Robertum de Aissovilla, & Ouardum de S. Simone canonicos & burgeses sancti Quintini in Viromandua, in qua etiam a seditionibus quibusdam in personas ecclesiasticas & res eorum manus violenter injecta, Alienor comitissa S. Quintini hoc fereus graviter, quamprimum pacari civilem commotionem curat, & de reis constitui quod aequitate consentaneum videretur. Gacherus abbas Longi pontis; B. de Ronquerolle archidiaconus Bellouacensis, magister Radulfus de Remis canonicus Parisiensis de consensu partium iudices delecti, praesente Eleonora praesata comitissa apud S. Genovefam, praesentibus etiam Johanne abbate S. Genovefae, Ivone canonico Carnotensi, Alberto de Hangesto, Guillelmo de Castellario militibus sententiam prouolere in gratiam ecclesiasticorum & vindictam eorum.* Obiit Alienor comitissa 1214. quae dum viveret, anno 1195. in perpetuum ecclesiae S. Genovefae Parisiensi largita fuerat duos modios segetis ad molendum de *Choi & panes de Haramoute & de Lergoy in grangia de Firmitate*, ut habet charta relata tomo primo amplissimae collect. Martenii col. 1009. & iterum in chronico Longi pontis, ubi etiam memoratur dedisse S. Vedasto *vinarium quod est prope.* Hic est prioratus Firmitatis Milonis a sancta Genovefa dependens. Anno 1214. Johannes abbas una cum Hermeriarum abbate & M. sancti E. Marcelli Parisiensis decano controversiam inter ecclesiam Parisiensem & monachos Sacri portus, seu Barbelli de quadam decima in territorio de Verno apud *Malangi* auctoritate summi pontificis composuit. Arbitri quoque munus obivit ex eadem auctoritate cum Fulcone priore sanctae Genovefae & Thoma priore sancti Victoris Parisiensis in controversia, quae inerat capitulum inter sancti Clodoaldi & capitulum beatae Mariae Piffiacensis anno 1218. mense Febuario, ex chartario sancti Clodoaldi. Johannes autem fratero semper affectu profecutus est domum sancti Victoris, cuius cum abbate Abbaloue de mulis, quae Victorinis

Ch. XIII.  
col. 244.

\* *Agnes*  
vicus dicec.  
Autifiodor.  
tribus aut  
quatuor ab  
urbis prima-  
ria locis.  
\* *Pueria*  
vicus dicec.  
Autifiodor.

canonicis commoda erant e fundo & dominio sanctæ Genovefæ, retentis solum decima & censu, pactionem fecit. In rebus gravissimis & difficultatibus ingruentibus consulore usus est episcopo Tornacensi, quando superflui. Testes inter alias sunt epistole Stephani Tornacensis CXCIX. & CCL. Memoratur adhuc Johannes in bulla Honorii III. data IX. cal. Nov. anno pontificatus quinto, hic est 1220. Memoratur eodem anno in charta Guidonis Sylvanectensis buticularii de commutatione unius femine pro alia femina cum ecclesia S. Genovefæ facta, cujus femine postea loco dedit eidem ecclesiæ unum ex suis hominibus. Eodem anno Guillelmus de Seignelay Parisiensis episcopus ecclesiæ suæ possessionem initurus, ad sanctam Genovefam accessit, unde ad ecclesiam cathedralem ab abbate & canonicis S. Genovefæ deductus, decano & capitulo est presentatus. Guillelmus autem, ut diximus, claro in Autofiodorensibus erat ortus genere, affinisque gentis Tociacæ, unde prodit Johannes abbas. Hinc forte nata consuetudo, quam secuti sunt successores episcopi. Primus enim est qui id egisse reperitur Guillelmus in commentariis sanctæ Genovefæ. Johannes vero commutationem fecit cum S. Mariæ capitulo de quibusdam vineis, subscribitur Alardo priore, mense Januario anni 1220. qui nunc 1221. ex tabula magni pastoralis Parisiensis. Adhuc præter mense Dec. anni 1221. ut patet ex hac charta: *Ego Johannes abbas sanctæ Genovefæ Parisiensis notum facio, quod domina Agnes de Oenna \* soror mea & Itherius filius ejus laudant & quittant ecclesiæ Autofiodorensis capitulo salvamentum, quod bone memorie Galteri cantoris ejusdem ecclesiæ apud Putteremum \* possidebat, & de hoc ratum habet quidquid Nivelæ canonici Autofiodorensis erga prædictum capitulum fecit. Has autem literas ad petitionem ipsarum Agnetis & Itherii in testimonium sigillavi. Actum anno Gratie millesimo ducentesimo vicesimo primo, die Mercurii ante Nativitatem Domini. Notatur Johannes anniversarium XVI. calendis Maii, seu 16. Aprilis anni haud dubie 1222. quem non excessit ex mox dicendis; ac proinde Claudius du Molinet perperam nomen Johannis ad sanctam Genovefam alligavit in instrumento anni 1224. mense Maio, quod in nota ad epistolam cxi. pag. 163. Stephani Tornacensis transcripsit. Rectius tegere debuisset, ut diximus in abbatibus S. Victoris: *Fr. Johannes sancti Victoris Parisiensis abbas, & sanctæ Genovefæ, sancti Evarii, &c.* Ceterum in codice ms. sancti Victoris habetur sermo Johannis abbatis in laudem S. Genovefæ, cujus & sacundia elucet in aliquot reliquis ejusdem epistolis. Illi quoque ascribitur tractatus contra pluralitatem beneficiorum, quem alii vindicant Johanni abbati sancti Victoris equali. Sub eodem Johanne abbate sanctæ Genovefæ Bernardus ex cancellario ecclesiæ Parisiensis episcopus Genevensis memoratur in antiquo sanctæ Genovefæ necrologio canonicus noster ad succurrendum: cujus & meminit necrologium sancti Victoris.*

VII. Galo regi sacramentum dixit jam anno 1222. mense Aprilis, ut constat ex litteris sequentibus: *Philippus Dei gratia Francorum rex, univ[er]sis, &c. Noveritis, quod nos electionem, quam prior, to-*

*Atumque capitulum B. Genovefæ Parisiensis unanimiter fecerunt de fratre Galone, quem in pastorem & abbatem suum ceperunt, gratiam habemus & acceptamus, & ab ipso sacramentum, sicut vobis est, recepimus; inde est, quod vobis mandamus, quatenus visis litteris presentibus, univ[er]sas res de regibus suis in potestatis vestris eidem electo, aut nuncio suo latiori presentium deliberetis. Actum apud sanctam Germanam in Laya anno Domini 1222. mense Aprilis.* Vacantis scilicet abbacie per obitum Johannis in bona omnia vel partem ministri regiam manum iniecerant. Eo abbate parochia de Monte, quæ & S. Genovefæ dicebatur, eratque in majori sanctæ Genovefæ basilica, propter angustias loci, concedente Honorio III. pontifice translata in locum, ubi nunc est, juxta eandem sanctæ Genovefæ ecclesiam, incepit sub invocatione S. Stephani, communi ostio relicto utriusque templo, quod suum nunc habet peculiare. Dux tunc hanc in rem Honorii bullæ, altera Parisiensis episcopo inscripta XII. calendis Julii pontificatus anno sexto; altera fidelibus omnibus data VIII. idus Julii ejusdem anni, quibus ad ecclesiam sanctæ Genovefæ de Monte in festo & infra octavas dedicationis ejusdem singulis annis accedentibus, eamdemque ad reparandum suppetias conferentibus viginti dies indulgentiam elargitur. Eodem anno 1222.

mensis Augusto contulit Galo majoriam de Borranh, subscribitur Alardo priore & Richardo subpriore. Mense Novembri ejusdem anni, die S. Marcelli Simon dominus & castellanus Nealse dedit abbacie S. Genovefæ innum bladi modium in terra de Chavenel singulis annis percipiendum. Exstat ejusdem Galonis charta de majoria de Draveno & de Soysaco mense Februario ejusdem anni 1222. qui nunc 1223. Ad eundem, uti vetus habet ms. codex destinata decretalis est Honorii III. libro 3. tit. 2. *Ut Ebroicensis archidiacono in sacra theologia studere volenti proventus ecclesiastici integre ministrentur.* Hoc anno 1223. decessit Galo ex dicendis.

VIII. Herbertus e gremio delectus abbas, petentibus ad curiam Romanam delegatis Rogero, Matthæo & Richardo canonicis & procuratoribus ecclesiæ S. Genovefæ nullo medio ad ecclesiam Romanam spectantis, confirmatur ab Honorio III. bulla data priori & conventui S. Genovefæ VIII. idus Maii pontificatus anno septimo, hic est 1223. in qua & Galo mortuus & Herbertus ejusdem loci canonicus memorantur, huicque facultas conceditur, ut ab episcopo Sylvanectensi percipiat benedictionem. Mense Septembri ejusdem anni Stephanus archidiaconus Parisiensis distincte significat abbatem & conventum sanctæ Genovefæ pietatis obtentu concessisse domui de S. Alceia medietatem duarum domorum, quæ sunt in curia sanctæ Genovefæ, sub quadam erga monasterium clientela. Eodem anno mense Decembri Adam de Baërna quoddam nemus Herberto elargitus est, qui postmodum anno 1232. priori & monachis sancti Nicolaj juxta Sylvanectum illud vendidit ex eorumdem chartularia, his verbis: *Univ[er]ses presentes litteras inspecturis F. Herbertus abbas sanctæ Genovefæ Parisiensis & ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Notum facimus, quod nos vendidimus*

Chart. XVI.  
col. 130.

priori

Ch. xvii.  
col. 210.

priori & monachis sancti Nicolai juxta Silvanectum nemus quod habebamus ex donatione defuncti Ade de Baerna, &c. Mense Martio anni 1223. qui nunc 1224. inita compositionem hunc inter abbatem & nobilitem feminam Carcaffonam, ejusque filios Balduinum de Corbolio militem & Milonem canonicum Parisiensem ratam habuit Ludovicus VIII. rex Francie. Honorius III. summus pontifex rogatu abbatis & conventus sancte Genovefe jus decimarum, quo suas intra parochias fruebantur, extendit ad terras novales 111. nonas Januarii anno pontificatus octavo, Christi 1224. uti modo computamus. Mitto plures alias ejusdem papae bullas in gratiam coenobii sancte Genovefe; quarum una haec est data Herberto pridie calend. Februarii pontificatus anno octavo: *Intellecto ex relatione vestra, quod servientes regis Francorum Parisiis decedentes consueverunt apud ecclesiam (S. Genovefe) sepulturam eligere, ac etiam sepeliri, nos districtius inhibemus ne quis eligentes apud eandem ecclesiam sepulturam, contra ejusdem ecclesie approbatam consuetudinem & antiquam in vestrum praedictum ad sepulturam admittat. De Domo Dei Parisiensi sic habet charta capituli ecclesie Parisiensis anno 1224. mense Julio: Cum magister & fratres Domus Dei Parisiensis medietatem duarum domorum habent in fundo terra sancte Genovefe de Monte in elemosynam, quam praedicta Domo Dei sine consensu & voluntate abbatis & conventus sancte Genovefe tenere non poterat, praefati abbas & conventus concesserunt pietatis intuitu quod Domo Dei Parisiensis praedictam elemosynam in perpetuum teneret, &c.* Cum rege Ludovico pacificiter Herbertus eodem anno 1224. pro iustitia hominum suorum de Rodoniaco. Anno 1225. Hugonis de Castellione & Bochari militis domini Malliaci liberalitatem expertus est. Eo abbate Vulgrinus sancti Evruti Aurelianensis abbas & prior ejusdem loci cum Bartholomaeo caonico Aurelianensi ortum dissidium inter abbatem sancte Genovefe & civem Parisiensem Philippum de Riis, de arclatione via publica in claufo Malivici & in vico de Bievre auctoritate apostolica desinerunt anno 1225. mense Augusto die festo sancti Augustini. Dicam obiter hac in charta fieri mentionem plateae Mauberti; unde vana fit & caduca quorundam opinio recentiorum, qui hujus etymologiam nominis Maubert ducunt a magistro Alberto celebri doctore Dominicano, cum is non nisi decem, duodecimve post hunc annum docuerit. Quidni vero duxerint potius ab Auberto, seu Alberto abbate sancte Genovefe, eoque nomine hujus loci domino, qui in bulla Alexandri III. ad ipsum data 1163. vir doctus appellatur! Ceterum sub Herberto finita demum est causa Rodoniacensium abbatie S. Genovefe non servos se, sed hospites tantum dicentium, qui cum jam an. 1179. uti supra diximus, damnati essent peremptorio edicto Ludovici VII. regis, causam nihilominus Romam detulerant, quae pluribus commissis delegatis in longum protracta, finem haud prius habuit, quam anno 1226. iterumque secundum abbatem & conventum. Eidem Herberto Gregorius IX. usum mitrae, chirotecarum & annuli,

Tomus VII.

Ch. xviii.  
& xix. col.  
211.

specialis gratiae causa indulisit bulla data idibus Decemb. anno pontificatus primo, hic est 1227. Insequenti rogavit abbas eundem papam, ut vel sibi vel sancte Genovefe cancellario assereret possessionem dandi alumnis Universitatis, qui ipsos adirent, ac idonei viderentur, licentiam docendi theologiam, decreta & artes liberales intra parochiae & territorii S. Genovefe limites, pro jure quo potiebantur, ut doctores theologiae & decretorum ac liberalium artium de ipsorum licentia libere regere valerent in parochia & terra eorum infra Parisiensem muros ambitum constitutis. Annuisse Gregorium plus nimio probat imperturbata cancellarii S. Genovefe possessio; quam & asserunt nonnullae summorum pontificum bullae annorum 1255. 1259. 1289. 1301. &c. Herbertus eodem anno 1228. litteras dedit de censu in terra sua canonicis S. Mederici concessio: iterumque mense Aprilii ejusdem anni de inita compositione inter se & abbatem Fossatensem mediis arbitris prioribus sancti Martini de Campis & sancti Eligii Parisiensis ac Petro de Bulcheria clerico Parisiensi, de furno, qui dicitur *Vetus auris Parisiis* in poteria apud S. Medericum sito. Mense Maio ejusdem anni cum Hugone de Castellione, qui vivarium in pascuis de Estheliaco villa sancte Genovefe facere proponebat, compromisit in officialem Parisiensem & J. praepositum Montis Gaii de damnis quae emergere possent. En tibi alias ejusdem abbatis litteras: *Viris religiosis in Christo carissimis R. priori Dunelmensis ecclesie & ejusdem ecclesie conventui, Herbertus abbas & Alardus prior, totusque conventus sancte Genovefe Parisiensis, salutem in Domino. In vestram volumus venire notitiam, quod nos in deposito recipimus trecentas marcas bonorum, novorum & legalium stellingorum nomine vestro de pecunia domini papae per manum Stephani de Sorcy burgenfis Aurelianensis; pro qua etiam pecunia mandavit nobis dominus Stephanus capellanus domini papae per litteras suas patentes in litteris vestris reclusas, quod ipsam pecuniam in deposito recipemus, & ipsam tamdiu penes vos custodiremus, donec de ipsa pecunia mandatum aliud haberemus: in cuius rei testimonium praesentes litteras sigillis abbatis & prioris pro se & conventu sancte Genovefe vobis transmittimus sigillatas. Actum anno 1230. in die nativitatis sancti Johannis Baptiste.* Id porro negotii aliud sat grave excepit, ut inter Gregorii IX. decretales habere locum mererit. Exstat ibidem libro primo tit. 29. de potestate deleg. capite 40. rescriptum ad abbatem sancte Genovefe (Herbertum) ubi agitur de causa pecuniaria contra Londinensem episcopum. Querele fuit anno 1233. inter abbatem sancti Victoris Parisiensis & Herbertum S. Genovefe de censu, aut morticino, quae amice composita est, ut patet ex his litteris: *F. R. sancti Victoris Parisiensis abbas, &c. Noverit universitas vestra, quod nos constitutum procuratorem nostrum fratrem Michaelen concanonicum nostrum latorem praesentium quantum ad totum processum habitum super domo sita in Garlandia, quam elemosyna nostra legitur magister Baribolomaeus de Mledano, ratum & gratum habituri quidquid idem Michael fecerit, die Dominica proxima*

A 2 a

Maligge  
Anst. Paris.  
l. 2. p. 164.Savrol. t. 2.  
Anst. Paris.  
pag. 221.Chert. xxv  
col. 231.Vide decretales ediciones  
de Pison in  
folio rom. 2.  
pag. 76.

post octavam Epiphaniæ super prædicto processu coram venerabilibus & religioso viro Herberto abbate S. Genovefæ Parisiensis. Actum anno Domini 1233. Scripto testatur eodem anno Evrardus Suelfontenis archidiaconus in Tardenois, quod Ermosendis de Mariaco S. Genovefæ Parisiensis femina in præsentia, inquit, nostra constituta, præseente & consentiente Gualtero marito suo recognovit & confessæ est omnia que habebat tam in hereditate, quam in acquisitionibus, habita & habenda, præsentia & futura, spontanea, non coacta, adhibita solemnitate consueta & solita, ecclesie S. Genovefæ Parisi. in perpetuum condonasse, & investivit conventum ipsius ecclesie de omnibus prædictis in ecclesia memorata per librum evangeliorum ad majus altare apostolorum Petri & Pauli; quæ omnia bona prædicta Ermosendis præfata recognovit, & confessæ est coram nobis a prædicta ecclesia ad totam vitam suam possidere; ita quod post decessum suum ad prænominatam ecclesiam omnia libere revertantur, exceptis duobus sextariis terræ de minoribus pietatis, de quibus, annuatibus præfatis abbate & conventu potest disponere testamentum, &c. An. 1234. die 4. Julii una cum abbate sancti Germani a Pratis sententiam ulit Herbertus pro abbata S. Dionysii in Francia contra Gilonem de Papeleu de patronatu de Vigneheis & aliquot prædiis ejusdem loci in diocesi Camerac. Factam inter ecclesiam sanctæ Genovefæ & Portus regis commutationem Matthæus de Mariaco miles laudavit anno 1234. & mensis Maio anni sequentis venditionem quatuor jugerum & dimidii terræ sitæ in territorio de Bosier apud Laiaicum a Guillelmo de Pissaco factam ecclesie S. Genovefæ comprobavit. Ejusdem Herberti tempore orta est contentio de facinorosis animadvertendis in terra pendente a dominio sanctæ Genovefæ. Consensus omnium erat multum non esse fori iustitiæ sanctæ Genovefæ, sed regie; difficultas autem in hoc posita erat, quid per multum intelligeretur. Hæc ita enodata est quaestio: *Quid sit multum, & quid debeat multum appellari. Tempore abbatis Herberti, cum inter ipsam (sanctæ Genovefæ) ecclesiam ex una parte, & præpositum regis ex altera, suborta esset contentio super quodam casu homicidii, in domo regia Silvanectensi, in præsentia Blanca reginae, obstantibus in consilio magnis viris & nobilibus, post examen iudicii sui declaratum: Erat autem casus illius homicidii, quod præpositus Silvanectensis multum dicebat, quod quaedam mulier laqueo se suspendens sibi vitam extorsit; & hunc casum judicaverunt unanimi assensu barones, non esse multum: quod in similibus casibus pro iudicato debet haberi.* Ingens quoque Herbertum inter & archiepiscopum Senonensem orta est dissensio de beneficio S. Genovefæ sito in diocesi Senonensi, in quo procuracionem exigente archiepiscopo & recusante abbate, alter iudicium fuit prior sancti Vincentii Silvanectensis, Hoc autem beneficium putatur esse sanctæ Genovefæ de Boleis prioratus insignis cum animarum cura hodie dependens a S. Johanne Senonensi. Nunc abbata S. Genovefæ nullum omnino beneficium habet in diocesi Senonensi. Anno 1237. Guillelmus episcopus Parisiensis meminit gratiæ, quam concesserunt venerabiles viri abbas & conventus sanctæ

Ch. XXI. &  
XXII. col.  
232.

A Genovefæ Parisiensis ad preces bonorum virorum, ministro & fratribus S. Maturini Parisiensis ordinis S. Trinitatis, ut eis liceat acquirere & in manu mortua possidere duas domos sitas Parisi in vico de Thermis & in parochia sanctæ Genovefæ, contiguas domui prædictæ S. Maturini ex parte palatii de Thermis, &c. Absit autem, ut omittamus quod anno 1239. contigit in susceptione sanctæ coronæ spinæ apud Vincennas. Cum scilicet rex sanctus Ludovicus iussisset, ut supplicationes solemnes fierent, & honoris causâ capitula & collegia canonicorum, monasteriaque obviam sancto pignori cum sanctorum reliquiis procederent, alioque inter sanctæ B Genovefæ canonici, ut capiam ejusdem sanctæ in occursum sancti feretri deferrent, admoniti fuissent, tres ex suo collegio canonicos miserunt Lambertum de Verreris subpriorem, Thomam de Roletto, & Guillelmum de Amponvilla, qui regem ad castrum Vincennarum adirent, dicerentque, quod beata virgo Genovefæ nunquam de ecclesia efferretur, nisi processio Parisiensis cum corpore B. Marcelli eam requireret: generatim enim dicitur, quod beata virgo Genovefæ nunquam de ecclesia sua se moveret, nisi eam beatus Marcellus requireret. Quod quidem verum attestantibus, qui aderant, præsulibus Senonensi Galtero Comuto, & Silvanectensi Adamo C de Chamby, assentiri rex, delatumque est a Genovefensis corpus sanctæ Aldæ. Anno 1239. in festo B. Mariæ Magdalene Petrum dominum Mariaci benevolum expertus est. Herbertus scriptis anno 1240. mensis Julio litteras de custodia terrarum & hominum de Lisaco. Sanctæ Genovefæ capiam inchoaverat idem abbas, concessit ad eam instaurandum pluribus ornamentis & pretiosissimis donariis, quam fato præteritis successori perficiendam reliquit. Plurima supersunt monumenta, quibus constat illum sanctæ Genovefæ patrimonium contra omnes adversarios assertuisse. Obiit anno 1240. ex dicendis, sepultus cum hoc epitaphio:

Ch. XXIII.  
col. 232.

Ch. XXX.  
col. 244.

D Quisquis es, abbas Herberti congeme satis.

Tot pro peccatis mors fit & una satis.

Semen est hominis causa, esula tinea fias.

Flos est, cito cinis, philosophis in his.

Ejus anniversarium notatur die 8. Septembris; eodemque annunciat obitus Mariæ sororis ejus, & altera soror Aales Doladi 18. Julii. Fuerunt & illi duo fratres Petrus & Bartholomæus superstites, qui bona in dominio sanctæ Genovefæ possidebant.

IX. Robertus I. de la Ferté Milon a natali solo sic dictus, jam erat abbas an. 1240. quo recensio bonorum & onerum abbatiæ sanctæ Genovefæ facta est ex hujus titulo recensitionis in hæc verba: *In anno Domini 1240. tempore abbatis Roberti, fratre Simone de Bacchalle priore, & fratre Lamberto de Verreris subpriore, fratre Laurentio camerario, & fratre Thoma cellerario, innovatio possessio- num & reddituum ecclesie S. Genovefæ Parisiensis Plurima vero ex illic recensitis bonis ad alienas manus successu temporis transierunt; tale hoc est: Ab antiquis temporibus habet ecclesia S. Genovefæ apud Boscum regis in provincia & diocesi Senonensi;*

*in villa de Brijolis decimam & bladi & vini; tractus A*  
*& omne dominium decimam est ecclesie B. Genovesae:*  
*in decima ista participes sunt cum canonicis B. Geno-*  
*vesa prior de Gres canonicus S. Johannis Senonensis,*  
*prior de Loya ordinis de Flotens, seu de Flotein:*  
 quae forsitan decima communis inter canonicos  
 sanctae Genovesae & priores sancti Johannis Seno-  
 nensis & de Loya origo fuit mutuae precum veteris  
 sanctam Genovesam inter & sanctum Johannem  
 Senonensem societatis. Per ordinem *de Flotein*  
 intellige prioratum ab abbacia sancti Johannis  
 Senonensis dependentem, qui & sub se prioratus  
 habebat, in quibus agebant vitam austeriorem &  
 eremiticam canonici regulares; qualis propemodum  
 erat eremus de Francart, in quam se rece-  
 perat Guillelmus de Bieria discipulus Stephani  
 Tornacensis, & antiquus prior sancti Evurtii,  
 cui Stephani epistola CLIX. inscribitur. Anno  
 1241. mense Julio Robertus abbas cum monachis  
 S. Dionysii enatam quaestiuiculam de rebus  
 mobilibus defunctae cujusdam Agnetis arbitrio  
 Simonis de Manueris militis commisit. Iisdem  
 anno & mense litteras dedit de quadam proven-  
 tuum domini *sancti Germani super Scholam* con-  
 ductione. Hoc ipso anno sanctus Theobaldus de  
 Marliaco abbas Vallium Sernaii fidem suam ob-  
 strinxit solumque se abbacie sanctae Genovesae  
 redditum annuum viginti solidorum Parisiensium  
 pro terris ab ea dimissis Vallium Sernaii mona-  
 sterio in territorio *capud sanctum Nonnum*. Mense  
 Novembri ejusdem anni Roberti abbatis habentur  
 litterae de *majoria de Rum*. Idem erga Universita-  
 tem beneficis ejus male habitae querelas detulit  
 ad summum pontificem. Eo selesente, mense Jun.  
 anni 1241. cum *Petrus de sancto Ypolito clericus*  
*abbatis Cluniacensis* pro emta domo in censiva S.  
 Genovesae abbati Roberto jura consueta solveret,  
*confessus fuit, quod non poterat, nec debebat ibidem*  
*oratorium cum altari, vel capellam adificare, nisi de*  
*abbatis & conventus praecedente voluntate*. Anno se-  
 quente 1242. ossa beatae Genovesae ex lignea &  
 vetere capsula in novam ex argento translata sunt.  
 Jam, ut diximus, ab Herberto abbate propositum  
 fuerat novam capsulam construere, ligneam quidem,  
 ut prius erat, sed eam auro argentoque, pretio-  
 sissimisque lapidibus decorare. Genovesani cano-  
 nici multa ad expensas contulerant tam ex bene-  
 ficis suae ecclesiae, quae obtinebant, quam ex ami-  
 corum donis. Verum nescio quibus negotiis im-  
 pedita res est, & in aliud tempus dilata. Demum  
 sub auspicijs Roberti abbatis, postquam omnia  
 comparata sunt, opus ad exitum perductum est &  
 penitus absolutum. Dies igitur dictus ad transla-  
 tionem est, statutuque ut ageretur v. cal. Nov.  
 seu 28. Octobris, quo die translatio sanctae vir-  
 ginis memoratur. Sed ne quid turbarum eveniret,  
 canonicis placuit neminem omnino ad solemnita-  
 tem convocare. Cum dies destinatus advenisset,  
 ecce abbas & canonici discaleari sanctuarium  
 descendunt, & toto corpore humi prostrati, ut  
 moris est, quando capsula loco movetur, recitant  
 septem psalmos, quo penitentiales vocant, &  
 titania, praecedunt Deo & orationes fundunt ut  
 sibi dexter propitiisque sit. Tum accensis circum-  
 Tomus VII.

quaque cereis, quatuor amicii albis capsam loco-  
 movent, deponuntque super altare sanctorum apo-  
 stolorum Petri & Pauli. Abbas aliique canonici  
 seram ferream excuti jubent, atque ita reclusa est  
 capsula; sed ecce illis scrinium valida clausum fera.  
 Aliquando accipites dubique haesitant quid  
 agerent. Visum est & ipsum recludere, ut sanctae  
 virginis ossa omnes cernerent oculis & veneren-  
 tur. Aperto magna vi scrinio inventa sunt ossa  
 sanctae virginis, caput scilicet, ceteraque sacri  
 corporis reliquiae panis mundis & albeni famita  
 involutae. Tum omnes ad conspectum sanctorum  
 reliquiarum interius moti & in lacrymas effusi  
 Deo & sanctae virgini gratias corde & animo refe-  
 rebant. Postquam aliquandiu spectatum est, abbas  
 & canonici reliquias reverenter deosculati sunt  
 & scrinium de novo clauserunt. In nullius mentem  
 venerat scrinium capsula includi; necum ad ejus  
 mensuram artifex novam capsulam elaboraverat. Ad  
 justam nihilominus magnitudinem novam capsam  
 confectam esse compertum est, ita ut tam in latum,  
 quam in longum aequis partibus novam capsulam  
 scrinium impleret. Ubi reliquiae in nova capsula  
 reconditae sunt, & omnia feliciter confecta, hym-  
 nus laetitiae & exultationis decantatus est, capsam-  
 que canonici super secundum altare die sequenti  
 posuerunt, ibique per duodecim dies permansit,  
 dum paratur alius locus, in quo decenter deponatur,  
 quod die 13. peractum est. Huic translationi  
 adfuerunt domnus Robertus de Firmitate Milonia  
 abbas, Simon de Bachivale prior, Girardus de  
 Yarratris, *al. de Baratris* subprior, &c. qui omnes  
 erant numero 47. beneficiatis non comprehensis.  
 Haec sunt desumpta ex historia hujusce translationis  
 scripta eo ipso tempore quo facta est, a Jacobo  
 de Dinanto, cui amicissimo canonici S. Genovesae  
 jam anno 1231. dederant aream, in qua domum  
 exaedificaret; quique 1240. *archidiaconus Mori-*  
*nenfis & regens Parisii in theologia*, anno 1247.  
 evaluit episcopus Atrebatensis. Servatur manu-  
 scripta in bibliotheca regis, in qua haec verba  
 notanda leguntur: *Tractatus de translatione beatae*  
*Genovesae virginis, quem composuit magister Jacobus*  
*de Dinanti, & legitur ad mensam in die ejusdem*  
*translationis, quae est v. calendas Novembris*. Anni-  
 versarium Jacobi de Dinant notatur die 7. Aprilis.  
 Translationis hujus litteras ipsas describo ex char-  
 tulario Genovesano, unde perspicere licet, quan-  
 tum in conficienda capsula impensum sit: *Sciunt*  
*omnes tam praesentes, quam futuri, quod in opere*  
*capsae S. Genovesae, de quo superius sermo habetur,*  
*continetur 1x<sup>ss</sup>. & xiiii. marcha & dimidium*  
*marcha argenti, quae confluxerunt cccc. & xxxv.*  
*libr. ad rationem xlv. solidorum Parisiensium pro*  
*marcha. Continentur & in dicto opere vii. marcha*  
*& dimidium marcha auri, quae confluxerunt vi<sup>ss</sup>. &*  
*vi. libr. Paris. ad rationem xvi. libr. Paris. pro*  
*marcha. Bonardus autem, qui construxit dictum opus,*  
*percepit pro labore suo & pro lapidibus pretiosis in*  
*dicto opere contentis, per manum fratris Thome tunc*  
*temporis cellerarii cc. lib. Parisienses, excepto taber-*  
*naculo & canibus de cupro, qui sustinent dictam cap-*  
*sam, quae confluxerunt xl. lib. & amplius. Necro-*  
*logium Genovesanum Bonardi aurifabri & uxoris*

ejus ita meminit: *11. nonas Julii obiit Bonardus abbas Girardus clericus domini abbatris, & plures alii, quos inter Jacobus de Dinant supra memoratus, qui hoc anno, ut diximus, ad episcopatum Atrabatensem promotus est. Summus pontifex Innocentius IV. litteris datis anno pontificatus sexto, hic est 1249. abbati S. Genovefæ commendat Martinum scholarem cardinalis S. Sabine nepotem, qui studebat Parisiis. Idem quoque papa & regina Theobaldo pariter commendarunt duas feminas Judæas recens conversas, qui de studio illis impenso litteras dedit anno 1250. Cum hoc anno quod iniquilini, censibus obnoxii, vel etiam anti-qui possessores debebant super quadam domo adjuncta recens patrimonio regio, solvere abbatiæ sanctæ Genovefæ gravarentur, jussit rex litteris, quæ sequuntur, solvere: Philippus Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Adam Sivanædensis, Reginaldus Parisiensis & Johannes Ebroicensis eadem gratia episcopi, dilectis præpositis Parisiensibus salutem. Ex parte domini regis & domine reginæ vobis præcipiendo mandamus, quotenus omnes redemptivitas, quas debebat domus quæ fuit magistri Johannis de Sancto Quintino, antequam veniret ad marium domini regis, viris venerabilibus & religiosis abbati & conventui S. Genovefæ Parisiensis haberi faciatis. Datum Pontifara die Mercurii post festum sancti Martini hyemalis anno Domini 1250. Eodem Petronilla Portus regis abbatissa suo datas monasterio ab Isabella de Pyrodo terras sitas in dominio abbatæ S. Genovefæ apud Curiam petram, Couprière, in parochia Giffi Theobaldo abbati dimisit. Anno 1252. 30. Maii obiit Hispali sancti Ludovici confobrinus S. Ferdinando Castellæ & Legionis rex, cujus anniversarium eodem die notatur in necrologio. Die 25. Novembris anno 1255. summus pontifex Alexander IV. rescriptum S. Genovefæ cancellario dedit, ex quo, inquit, inquit historicus Universitatis Parisiensis & D. Fleury hist. ecclesiasticæ libro 84. probatur hunc quatuor in facultatibus tribuisse tunc licentias. Ab eodem Alexandro pontifice Theobaldus mitræ usum & annuli aliorumque pontificalium sibi & successoribus obtinuit bulla data Laterani vi. cal. Aprilis anno pontificatus secundo, hic est 1256. Itemque altera ejusdem Alexandri bulla data iv. idus April. hoc ipso anno Theobaldo indulta est facultas, ut fratribus de ordine Prædicatorum, quando cum illo ad ejus mensam comederent, licentiam loquendi inter epulas concedere valerent, statuto ipsius ordinis nequaquam obstante, ex charta authentica in appendice rehta; ubi & alia sancti Ludovici abbati & conventui sanctæ Genovefæ*

beneficentis mensæ Januarii 1257. qui nunc 1258. Insequenti 1259. pro fratribus Carnecellis ab eodem sancto Ludovico in Franciam adductis, quasdam in dominio sanctæ Genovefæ terras, ubi suum exædificarent cœnobium, jure morticiniæ donavit. Nunc ibi cœnobium est Cœlestinum. Idem una cum Reginaldo episcopo Parisiensi, & Roberto abbate sancti Victoris anno 1260. mensæ Decembris provinciam accepit ab Urbano IV. summo pontifice recognoscendi regulam & constitutiones fratrum S. Trinitatis;

abbatiæ, Petrus S. Genovefæ præfectus politicus, Girardus clericus domini abbatris, & plures alii, quos inter Jacobus de Dinant supra memoratus, qui hoc anno, ut diximus, ad episcopatum Atrabatensem promotus est. Summus pontifex Innocentius IV. litteris datis anno pontificatus sexto, hic est 1249. abbati S. Genovefæ commendat Martinum scholarem cardinalis S. Sabine nepotem, qui studebat Parisiis. Idem quoque papa & regina Theobaldo pariter commendarunt duas feminas Judæas recens conversas, qui de studio illis impenso litteras dedit anno 1250. Cum hoc anno quod iniquilini, censibus obnoxii, vel etiam anti-qui possessores debebant super quadam domo adjuncta recens patrimonio regio, solvere abbatiæ sanctæ Genovefæ gravarentur, jussit rex litteris, quæ sequuntur, solvere: Philippus Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Adam Sivanædensis, Reginaldus Parisiensis & Johannes Ebroicensis eadem gratia episcopi, dilectis præpositis Parisiensibus salutem. Ex parte domini regis & domine reginæ vobis præcipiendo mandamus, quotenus omnes redemptivitas, quas debebat domus quæ fuit magistri Johannis de Sancto Quintino, antequam veniret ad marium domini regis, viris venerabilibus & religiosis abbati & conventui S. Genovefæ Parisiensis haberi faciatis. Datum Pontifara die Mercurii post festum sancti Martini hyemalis anno Domini 1250. Eodem Petronilla Portus regis abbatissa suo datas monasterio ab Isabella de Pyrodo terras sitas in dominio abbatæ S. Genovefæ apud Curiam petram, Couprière, in parochia Giffi Theobaldo abbati dimisit. Anno 1252. 30. Maii obiit Hispali sancti Ludovici confobrinus S. Ferdinando Castellæ & Legionis rex, cujus anniversarium eodem die notatur in necrologio. Die 25. Novembris anno 1255. summus pontifex Alexander IV. rescriptum S. Genovefæ cancellario dedit, ex quo, inquit, inquit historicus Universitatis Parisiensis & D. Fleury hist. ecclesiasticæ libro 84. probatur hunc quatuor in facultatibus tribuisse tunc licentias. Ab eodem Alexandro pontifice Theobaldus mitræ usum & annuli aliorumque pontificalium sibi & successoribus obtinuit bulla data Laterani vi. cal. Aprilis anno pontificatus secundo, hic est 1256. Itemque altera ejusdem Alexandri bulla data iv. idus April. hoc ipso anno Theobaldo indulta est facultas, ut fratribus de ordine Prædicatorum, quando cum illo ad ejus mensam comederent, licentiam loquendi inter epulas concedere valerent, statuto ipsius ordinis nequaquam obstante, ex charta authentica in appendice rehta; ubi & alia sancti Ludovici abbati & conventui sanctæ Genovefæ

beneficentis mensæ Januarii 1257. qui nunc 1258. Insequenti 1259. pro fratribus Carnecellis ab eodem sancto Ludovico in Franciam adductis, quasdam in dominio sanctæ Genovefæ terras, ubi suum exædificarent cœnobium, jure morticiniæ donavit. Nunc ibi cœnobium est Cœlestinum. Idem una cum Reginaldo episcopo Parisiensi, & Roberto abbate sancti Victoris anno 1260. mensæ Decembris provinciam accepit ab Urbano IV. summo pontifice recognoscendi regulam & constitutiones fratrum S. Trinitatis;

Ch. xxxv. col. 245.

Ch. xxxvi. col. 246.

\* Maire.

feu Maturinorum. Ethelmarus, seu Haimarus A  
Henrici III. Angliæ regis frater ex matre, episcopus Vintoniensis, dum Roma rediret, ubi sacra-  
tus fuerat ab Alexandro IV. pontifice, obiit Parisiis anno 1261. sepultusque est ad S. Genovefam a Theobaldo abbate. Ejus meminit necrologium die 6. Decembris. Anno 1265. rescripto dato Perusii vii. calendis Decembris pontificatus anno primo Clementis IV. Theobaldo abbati mandat, ut bona Guillelmi Olenensis episcopi tunc defuncti, per maiores ablata, monasterio Cluniacensi, cujus ante pontificatum præfecturam gesserat, faciat restitui. De hoc episcopo vide tomum quartum in abbatibus Cluniaci num. xxiv. col. 1147. Defunctum hoc anno Theobaldum Sammarthani scribunt, quem certe in curia Romana obiisse discimus ex epistola 284. Clementis IV. liberam conventui abbatibus electionem concedentis. Datum Viterbii 111. idus Maii pontificatus anno secundo, hic est 1266. Anniversarium Theobaldi notatur die 9. Maii.

XI. Odo II. anno 1266. a Clemente IV. summo pontifice privilegium obtinuit minores ordines conferendi. Adfuit anno sequenti reliquiarum sancti Amandi in abbata sancti Germaini a Pratis revelationi. Ejus tempore Johannes de Poincy episcopus Meldensis tradens abbatiæ sanctæ Genovefæ curam de Lisisco, eximie pastores inde accessit laudat his verbis: *Singularis opinio vite laudabilis & honesta conversationis fratrum & canonicorum regularium sanctæ Genovefæ, quibus non solum Parisiis in monasterio suo, verum etiam in aliis locis & parochialibus ecclesiis, in quibus per diversas dioceses degunt, & resistentes deserunt, velut quedam in firmamento luminaria resurgent . . . . . jocundum præbet intuentibus spectaculum, &c. Datum die Veneris ante Brundones anno 1268. qui nunc 1269. Obiit hoc anno Matheus miles de Montmirabili, filius B. Johannis de Montmirel, patris ad instar in sanctam Genovefam beneficus. Anno sequenti Petri de Vemarco militis donationem partim, partimque venditionem factam ecclesiæ S. Genovefæ laudavit Matheus miles dominus Montisflorenciaci, mensis Aprilis. Interfuit Odo parlamento habito die festo Assumptionis beate Mariæ anno 1270. in quo inter alia decretum est, nullam regem imposuissent talliam in terra S. Genovefæ; sed cum biennio post rex Philippus ad bellum contra comitem Fuxensem pecunia opus haberet, talliam in subditos imposuit conventus, sicuti jam fecerat, quando sanctus Ludovicus anno 1248. primum iter ad Terram sanctam aggressus est. Reperit Odo 1273. in tabulario communie Meldensis ex Parisiensi rationum camera, ut liquet ex literis sequentibus: *Nos Henricus Dei gratia rex Navarra, Bria & Campanie comes Palatinus, &c. Cum contentio verteretur inter majorem & scabini Meldenses vice & nomine nostre communie Meldensis ex una parte, & abbate conventus sanctæ Genovefæ Parisiensis ex altera, super eo videlicet, quod ipsi major & scabini volebant talliare & justitare quosdam homines & feminas de corpore ecclesiæ dictæ Genovefæ memoratæ, &c. dictos homines & feminas superius nominatas cum tota posteritate earundem carne propria proceanda, eme-**

runt major & scabini Communie nomine a dictis abbate & conventu pro mille libris Tironensibus jam eisdem abbati & conventu a majore & scabini solutis in pecunia numerata. Et ne hac de re lites reciderent, conventum est inter partes, quod si deinceps quispiam homo vel femina de corpore ecclesiæ sanctæ Genovefæ Meldis, aut in alio Communie Meldensis loco domicilium figeret, statim ac major & scabini Meldenses moti ab abbate & conventu S. Genovefæ id rescirent, non possent dictos homines aut feminas admittere, aut retinere, neque ullam in eos exercere jurisdictionem, dummodo tamen dicti homines aut femina se faterentur sanctæ Genovefæ homines; si vero hoc negarent, concordatum est & etiam ordinatum, quod hoc probetur de pluro sine strepitu iudicii coram priore seu custode domus de Sauffiguaco & majore Communie antedictæ, qui pro tempore faciant, & hoc per tres, aut duos istos testes idoneos, quos ad hoc probandum dicti abbas & conventus duxerint producendas, &c. hancque transactionem memoratus rex Navarre sigillo suo probavit. Datum Parisiis anno Gratia 1273. in vigilia sancti Johannis Baptistæ. Sub hoc, inquit, abbate defunctus est celebris sanctæ Genovefæ canonicus regularis, cujus ita meminit necrolog. scriptum intra annos 1270. & 1297. *xviii. calendis Julii obiit frater Stephanus Berout quondam decanus Laudunensis, sacerdos & canonicus noster, qui inter cetera bona, quæ nobis contulit, dedit nobis psalterium glossatum, & quatuor Evangelistas glossatos in duobus voluminibus. Hic fuisse videtur confanguineus alterius Berout, cujus ibidem memoria die 2. Augusti, in hæc verba: Obiit magister Bartholomæus dictus Berout, qui dedit nobis unum psalterium glossatum. Recensetur ibidem primus die 10. Septembris Henricus Berout duorum forsan præcedentium pater, aut certe ex eadem familia, sicuti etiam frater Nicolaus Parisiensis cognominis Berout, qui in charta anni 1242. de translatione sanctæ Genovefæ relictus & veteri capsâ in aliam novam subscripsit proximus a subpriori. Eodem propemodum tempore obiit magister Robertus diaconus canonicus noster, qui dedit psalterium glossatum & quatuor Evangelistas, & historias, & sententias, & quinque libros Salomonis. Denique hoc tempore Johannes & Nicolaus de Dania largiti sunt libros. Certe de Johanne, qui die 5. Octobris laudatur canonicus noster ad succurrendum, legimus in commentariis S. Genovefæ: *Magister Johannes Dacus dedit nobis Avicennam cum quibusdam aliis libris medicinalibus ad valorem quadraginta librarum Parisiensium; qui & pro scholaribus regni Danie studentibus Parisiis novam concessit domum sitam in dominio S. Genovefæ, diversam tamen ab ea quam incolebant Dani, quando ipsorum exstinctum est collegium circa 1380. Odo etiam abbas exemplo decessorum abbatum provocatus scholares Danos tuitus est. Dare suos medicinas libros conventui sollicitus fuit, ex quibus & supra memoratis bibliotheca plurimum accrevit. Anno 1275. mensis Augusto Matheus dominus Malliaci acquisita plurima bona ab abbate & conventu sanctæ Genovefæ jure morticini donavit. Jacet Odo abbas in claustrum e regione ingressus capituli sub tumba lapidea**

T. a. Anecd. Martini. col. 222.

Ch. xxiv. col. 233.

Ch. xxv. col. 233.

abbatem pontificalibus indutum exhibente, circa A  
quam hoc epitaphium legitur:

*Sacra doctrina doctor bonus & medicina,  
Ac Logices methodo pollens jacet hic pater Odo,*

*Cujus anima requiescat in pace, amen.* Et circum  
capit: Anno Domini M. CCLXXV. idus Novembris  
obit Odo quondam notus hujus ecclesie abbas, quo die  
anniversarium ejus notatur in necrologio.

Hic ille forsan est *Odo medicus*, cujus habentur  
opera manuscripta jam a tempore sancti Ludovici;  
quem auctorem nonnulli recentiores a variis cum  
nominis, tum ætatis scriptoribus minime distin-  
xerunt. Id opus habet dissertatione, sicuti etiam  
sincera Odonis I. aſcetica scripta. His adlaboratur  
Gallico idiomate, quo & nova Stephani Tornacensis  
reciditur vita, in qua ejusdem recognoscuntur  
scripta. Et quidem ad hujus operis perfectionem  
sola desideratur editio epistolarum sancti  
Guillelmi de Dania amici Stephani, quam brevi  
aspecturam lucem pollicentur.

XII. Arnulfus de Romanavilla, de *Romainville*,  
sic a loco natali cognominatus, præfens fuit anno  
1242. translationi corporis sanctæ Genovefæ in  
capsam novam subscriptus ordine quadragesimus  
quintus. Eliigendi novi abbatis per mortem bonæ me-  
moræ Odonis quondam abbatis, prius a rege petita  
facultate 1275. die Jovis post festum B. Martini  
hiemalis, uno ex oratoribus seu procuratoribus  
existente Fromondo de Bacchivalle, qui præfens  
quoque translationi memoratæ videtur nepos Simo-  
nis de Bacchivalle tunc prioris, jam erat abbas  
die Lunæ post Dominicam qua cantatur *Remi-  
niscere*, anni 1275. nunc 1276. quo, ait, conce-  
dimus Natali quondam presbytero de Edera victum  
satis sufficientem sicut uni de nostris, et etiam cum  
sibi placuerit morari in domo nostra de Spinollo  
(Epinay) non longe ab Edera, sufficientem victum,  
sicut priori sine socio, &c. Idem die Veneris sequentis  
tradidit ad firmam terram de Curtipetra. Die quo-  
que 6. Aprilis ejusdem anni 1276. annuente  
conventu munificam se præbuit erga Guillelmum  
archidiaconum Ambianensem: Nos, inquit, pen-  
sata utilitate monasterii nostri, attendentes, quod vir  
venerabilis magister Guillelmus de Matifcon\* archi-  
diaconus Ambianensis nobis & ecclesie nostræ nunc  
& in posterum potest existere multipliciter fructuosus,  
eidem nobis pronuntianti dare consilium suum & auxi-  
lium nobis & ecclesie nostræ, quando super hoc fuerit  
requisitus, quoad omnes, rege, regina & ecclesie, in  
quibus beneficiatus est, dimittat exceptis, eidem cla-  
mus, &c. Anno eodem mensis Novembris omni  
proventu abbatiæ debito exonerat duas domos  
Johannis de Brocia prepositi de Chalastre in ec-  
clesia sancti Martini Turonensis, propterea quod  
Petrus de Brocia pater dicti Johannis curialitates  
non modicas, & servitia quæ plurima nobis & ecclesie  
nostræ fecit; propter quod nos volentes existere inme-  
mores accepti beneficii, prædictas domos, &c. Petrus  
autem de Brocia hic est ille celeberrimus major  
Francie canibellanus, qui 1277. capite damnatus  
est. Quaniobrem, ut videtur, cum jam an. 1277.  
hæ domus in publicum addictæ essent, jusque in  
illas abbatiæ receperit, Arnulfus abbas an. 1279.

Prob. Et.  
eccl. Gallie.  
pag. 542.

\* Canonici  
Matifcon.  
anno 1261.

unam ex his domibus dedit ad vitam Guidoni  
episcopo Lingonenſi, attendentes, inquit abbas,  
devotionem quam ad nos & ad monasterium nostrum  
habet & habuit ab antiquo reverentem in Christo  
pater Guido episcopus Lingonenſis. Anno eodem  
mensis Aprilis le pluribus obligavit Arnulfus erga  
Galienum de Pisis, quandiu hic vita spiraret sua,  
qui consilium suum nobis, ait abbas, & ecclesie nostræ  
tenebitur impertiri. Jam dudum abbatiæ familiaris  
Galienus ipsius bona temporalia curabat, sed collata  
gratis parvo tempore superſtes, anno 1280.  
fundo non modico ad instituendas Minorissas  
suburbii S. Marcelli assignato, mortuus est eodem  
anno, sepultus ad sanctam Genovefam, ubi dicitur  
in tumba *Magnus Galienus de Pisis canonicus  
sancti Audomari*: cujus ad latus sepulta mater est  
*Vapſinga* caritate erga pauperes & agros com-  
mendata. Præfectura cessit Arnulfus in manibus  
papæ anno 1280. non ante sublatæ et vivis, quam  
1286. vi. idus Octobris. Jacet in claustro a parte  
capituli versus ecclesie portam cum hoc epitaphio  
circum lapideam tumbam, quæ pontificali orna-  
tum habitu exhibet abbatem.

*Abbas Arnulphus, qui moribus hæsit ut ulphus  
Subjacet huic tumba par simplicitate columba,  
Dum fuit, hac vita finita, sine perita,  
Amis millenis centum bis & octuagenis,  
Adjunctis senis delentis crimina penis,  
Idus Octobris festo, multis quoque probis.*

Anniversarium ejus notatur in necrologio S.  
Genovefæ ipſo die obitus 10. Octobris: Jardi  
vero necrologio sic habet ad 2. cal. Octobris,  
seu 30. Septembris: *Anniversarium fratris Arnulphi  
quondam abbatis sanctæ Genovefæ & canonici nostri.*

XIII. Guillelmus I. de Antifiodoro professor  
apud sanctum Victorem, fuit inde camerarius  
S. Genovefæ anno 1254. posteaque parochus  
D Athegie, d' Athies, parochiæ pendennis a sancto  
Victore, ut liquet ex tabulario episcopatus Parisienſis  
asservato in bibliotheca regia, ubi fol. 125.  
sic legere est: *Anno 1269. XIV. calendæ Martii  
apud sanctum Victorem in aula episcopi aimisti  
(Stephanus episcopus Paris.) fratrem Guillelmum de  
Antifiodoro canonicum sancti Victoris Parisienſis ad  
curam ecclesie de Aties sub forma prædictæ, intellige  
sævo jure archidiaconi, quibus verbis nuper ulus  
fuerat dictus episcopus in collatione duarum eccle-  
siarum a sancta Genovefâ dependentium. Hanc  
vero Guillelmus parochiam haud diu tenuisse vi-  
detur, qui simpliciter de Antifiodoro dictus, cano-  
nicus S. Victoris anno 1275. interfuisse legitur  
hominio, quod Robinus de Neulpha fecit episcopo  
de matricularia Parisienſi in domo episcopali ad  
sanctum Victorem; iterumque ibidem isdemque  
anno & modo tellis est hominii episcopo præfuit.  
a Johanne de Frumont beneficiato in ecclesia  
S. Eustachii Parisienſis pro redditibus sui beneficii  
fundato a Guillelmo Pungense asinum. Item anno  
1276. pro feodo de Cala testis cum Hugone de  
Hermanto canonico Antifiodorenſi: qui ambo  
iterum testes anno 1277. hominii episcopo exhi-  
biti in aula episcopali pro feodo de Gourmay per*



Petrum comitem Alenconii fratrem regis (Philippi Audacis) tandemque iidem fuere testes anno 1278. in domo episcopali, ex tabulario laudato. Idem porro Guillelmus de Autiffiodoro Arnulfi cessione creatus abbas a Martino IV. pontificatus anno primo, hic est 1281. qui nunc 1282. hoc ipso die Jovis in Cena Domini, videlicet v. 111. cal. Aprilis (lege vii. cal.) frater Guillelmus dictus de Autiffiodoro abbas S. Genovefe Parisiensis per provisionem summi pontificis comparuit coram domino nostro rege Francia Philippo apud Montem-argi in camera ipsius regis, & obtulit dicto regi, quod paratus erat eis facere ex parte nostra praeclara ecclesia quod debebat. Ad qua respondit consilium regis, quod homagium facere debebat dictus abbas & fidelitatem jurare, & prior & conventus dicti loci per litteras pendentes regalata petere. Dicitur vero abbas juramentum fidelitatis statim obtulit facere; quod & fecit sub hac forma: allatum fuit missale & datum in manibus ejus & stola collo ejus apposita, & tunc juravit & quod regi bonum & fidele consilium daret, si super hoc requireretur. De homagio autem faciendo & regalibus petendis dilationem petiit, donec hoc in conventu suo deliberasset; qua dilatio concessa est ei. Ad haec praesentes fuerunt decanus sancti Martini Turonensis, tunc cancellarius regis, & Guillelmus de Crespy notarius regis, dominus dictus Granche miles, frater Gausfridus cancellarius & Ligerius canonici sanctae Genovefe. In Parlamento sequenti circa festum Ascensionis Domini venit dictus abbas ad regem in camera sua & fecit homagium Gallice: Sire, je deivens votre homme lige, & vous promets seauté jusqu'à la mort. De regalibus petendis dixit abbas, quod papa suppleverat per litteram, quam miserat ei super provisione sua, quod conventus & prior facere debuissent, quod rex graterat acceptavit. Pro dicitur curiae regis super praemissis solvit dictus abbas in omnibus ad domum magistri Gausfridi de Templo, & magistri Petri de Conde clericorum regis xxv. libras Parisienses, videlicet ipsi regi pro se, pro buticularia, & senescalcia, decem libras Parisienses domino Johanni de Acon, centum solidos Parisienses domino Johanni dicto Poucin, decem libras Parisienses pro cambellanis. Obtinuit idem Guillelmus a laudato pontifice Martino IV. xi. calendas Februarii anno pontificatus primo facultatem petendi, accipiendi & retinendi bona mobilia & immobilia (feudalibus duntaxat exceptis) quae ad professionem venientes vere ad se pertinentia tradere monasterio vellem. Per biennium solummodo rexisse dicitur; cujus mentio est in necrologiis sanctae Genovefe & S. Victoris xiv. calendas Maii.

XIV. Guerinus de Andeliaco inter sanctae Genovefe canonicos, qui anno 1242. translationi corporis sanctae Genovefe in capsam novam adfuerunt, subscriptus penultimus, anno 1268. camerarii officio fungebatur, cujus erat tunc non solum abbatie temporalia curare, verum etiam politici judicis obire munus in toto S. Genovefe dominio & appenditiis, ad quod speciali utebatur sigillo. Ex priore demum per viam compromissi subrogatus est abbas, annuente Matthaeo sancti Dionysii abbate, qui in Francia vices agebat regis, anno 1283. quo Johannes cardinalis & epi-

A scopus Bellovacensis missus in Franciam legatus ad declarandum Aragoniae regem nomine papae Martini IV. Carolum a Valesia fratrem Philippi Pulcri Franciae regis, Guerinum electionem confirmavit. Reperitur anno sequenti, die Lunae post octavas Purificationis. Obiit 1285. Martinus IV. pontifex e vicino Parisiensi oriundus loco, qui 200. libras dimisit abbatiae S. Genovefe, in qua solum adhuc cardinalis, Simon de Brie appellatus, & legatus, cum Parisiis moraretur, debebat. Inibi certe data leguntur illa famosa statuta, quae pro Univeritate condidit anno 1275. precumque inivit societatem cum abbatibus sancti Victoris & sanctae Genovefe, qui denique creatus pontifex huic abbatiae privilegium indulsit, de quo in superiori abbate. Adjuvit Guerinus Philippum regem bellantem adversus comitem Fuxenlem & Aragoniae regem. Sub eodem abbate 1290. missi Roma legati duo in Franciam habuere concilium in ecclesia sanctae Genovefe, ubi decretum est, antequam bellum adversus infideles susciperetur, pacem inter christianos principes conciliandam. Transegit anno 1296. cum abbate Caroliloci, ex tabulario hujus monasterii. Eodem anno mense Maio scripsit chartulam sequentem: Univeris, &c. Guerinus permissione divina monasterii S. Genovefe Parisiensis abbas, totiusque ejusdem loci conventus humilis, notum facimus, quod in nostra praesentia Richerius Palart, Hen . . . Rousselli, Guillelmus Gerel & Johannes de Barberi hospites nostri de Borreto electi procuratores a tota communitate dictae villa recognoverunt, quod concesserunt per excambium abbati & conventui Karol. omne jus, usagium, & saisnam pasturagii quod habebant pro animalibus in cunctis nemoribus dictorum religiosorum retro & circa domum eorumdem, quae capella appellatur, &c. Et dicti abbas & conventus concesserunt, ut possint pasturare in omnia prata eorum inter pontem de Rameyo & fontem de Chambor, &c. Ejus temporibus obiit Johanna de Chailillon comitissa Blesensis & Alenconensis uxor Petri comitis Alenconii tertii filii sancti Ludovici, cujus pietas & in ecclesiam liberalitas entuit in Sangeiovesana. Ipsi necrologium meminit die 9. Februarii. Sepultus est Guerinus in porticu Eleemosyna: cujus anniversarium notatur in necrologio 28. Febr. ubi & 28. Jan. legitur: Obiit Isabellae de Rohiole neptis abbatis Guerini, qua nobis contulit, &c. Ejusdem consanguineus videtur Adam d'Andely ejus aequalis, notatus in antiquo necrologio die 3. Febr.

XV. Johannes II. de Viaco, de Vi, prius a rege petita eligendi abbas licentia, ex abbate S. Bartholomaei Noviomensis jam anno 1290. & adhuc 1294. quo pepigit cum Odone milite domino d'Auxi, simul abbas erat S. Genovefe anno 1292. qui 1296. in gratiam Johannis cardinalis collegium Choletorum, & adjacentia loca jure morticinii donavit. Eodem anno Johannes abbas seu administrator S. Bartholomaei Noviom. abbasque sanctae Genovefe transegit cum Andrea Arroasensi abbate. Finita lis est hoc ipso anno de feodis S. Genovefe senatusconsulto, quod vide in appendice. Obiit 1298. 25. Augusti sepultus in eo latere claustris, ubi capitulum est, sub-

T. 3. Gall.  
Christ. pag.  
427.

Chart.  
XXXV 134.  
cal. 250.  
sub. num. 1.

tumba lapidea abbatem exhibente pontificalibus indutum, circa quam legitur hoc epitaphium: *Cy gist frere Jehan de Vi jadis abbé de S<sup>t</sup> Barthelémy de Noyon, après abbé de S<sup>t</sup> Genevieve, qui trespasja Van de Grace M. cc I<sup>er</sup>; l' & xviii. le xxv. Aougl.* Hoc circiter tempore, non vero sub Galone abbate, ut apud Sammarth. rhythmicis Gallicis descripta est vita sanctæ Genovefæ. Justa enim est, inquit ipsi, a domina Valefiæ. Eleonora autem comitissa Viromanduenfis, quam volunt, nusquam dicta fuit simpliciter domina Valefiæ, sed Margareta Siciliæ, uxor prima Caroli comitis Valefiæ, parenteque Philippi VI. regis, Valefiæ dicti, quæ obiit anno 1299. æque ac Eleonora sanctæ Genovefæ devota. Scripta vero vita a Renato, qui tractatum de poësi Gallica a Cangio memoratum composuit. Is autem erat magister, id est in arte aliqua licentiatas, priorque sanctæ Genovefæ de Marifaco, non anno 1222. sed 1296. posteaque fuit camerarius S. Genovefæ Parisiensis anno 1306. & cum tribus concanonice electus Guernum abbatem elegit. Denique vitæ stylus non initium, sed finem seculi decimi tertii redolet, ut cuique legenti facile palam fiet.

XVI. Johannes III. de Rosfiaco, de Rosfiaco, sic appellatus a natali solo, vico non ignobili in vicinia Parisiorum, cujus parochia & decima ad abbatiam sanctæ Genovefæ pertinent, ejusdem sanctæ Genovefæ subprior mense Januario anni 1287. qui nunc 1288. scissis in contraria studia eligentium votis, & prævia illorum, quibus faverant suffragatores, juris sui cessione, abbas renunciavit a summo pontifice Bonifacio VIII. cujus ea de re litteris annuit rex Philippus cognomento Pulcher. Sub eo legitur in quarto regesto olim parlamenti Omnium sanctorum anni 1301. *Judicatum est abbatem & conventum S. Genovefæ Parisiensis habere proprietatem justitiae clausi sancti Victoris, prout se comportat, usque ad clausum Tironis, & non ad religiosos sancti Victoris pertinere.* Anno 1303. die 13. Junii præfens in castro Luparæ cum pluribus prælatis & abbatibus adhaerit convocando concilio de concertationibus inter Philippum Pulchrum & Bonifacium VIII. folius officii & politici regimini habita ratione, quæ sui suam Bonifacio inprimis præfecturam debebat; nec multo post de illa concilii convocazione rex & regina scripsere litteras ad Johannem abbatem. Eodem anno die Mercurii post festum S. Magdalene plurimas lites cum canonicis sancti Victoris transactione solemniter utriusque conventus munita sigillis composuit. Inter hæc cum Gerardo Nicosiensis archiepiscopo in insula Cypria, qui Roma in Franciam negotiorum causa accesserat, junxit amicitiam; sed cum Gerardum regi favere papa revivisset, illum ab administratione & fructuum archiepiscopatus perceptione amovit eodem an. 1303. quem, electa apud sanctam Genovefam sepultura & anniversario fundato, mortuum anno 1304. sepelivit Johannes de Rosfiaco ad Clodovei pedes sub tumba cuprea cum inscriptione nunc pene obliterata. Sic autem in necrologio notatur anniversarium ejus ad 28. Februarii: *Oblit pie ac venerabilis memoria dominus Gerardus Nicosiensis archiepiscopus, qui inter*

*cetera bona quæ nobis contulit, dedit nobis 300. libras Parisenses, &c.* In parlamento Omnium SS. anni 1307. senatusconsultum obtinuit Johannes, quo abbatia in toto suo dominio jus in caduca bona & filios nothos asseruit. Anno eodem una cum Gaufrido du Pleffis cancellario Turonensi delegatur a Clemente V. pontifice, qui Bajocensis ecclesiæ cancellarium nominaret. Circa id tempus de trecentis auri florenis, quos abbas Filcanensis papæ ministris debebat, indemnitas ab hoc abbate factus, pro illo spondidit Johannes, qui mortem oppetiit anno 1307. Conditus est in claustrum a parte capituli sui tumba, cujus hæc est inscriptio: *Hic jacet mitissimus bona memoria frater Johannes de Rosfiaco quondam abbas hujus ecclesiæ, qui obiit anno 1307.* Die 20. Septemb. ejusdem anni defecit Petrus de Alliac, Gallice d'Alliac secundum vernaculam Aquitanorum linguam (creditur enim esse nobilis Petragoricensis) qui scholarum magister erat, al. thesaurarius in ecclesia S. Hilarii Pictaviensis & prætor ecclesiæ sanctæ Radegundis in eadem civitate, quando S. Genovefæ canonicus effectus, huic se monasterio munificum præbuit, in coque fundavit officium sanctæ Radegundis, quod hæctenus celebratur, *vir magnæ religionis* in epitaphio dicitur.

XVII. Johannes IV. de Saint-Leu, ortus vel oriundus e loco de S<sup>t</sup>. Leu-Taverny, ex priore, post longum, dissidentibus animis, interstitium, electus tandem est sub finem anni 1308. & confirmatus a Clemente V. pontifice, qui hunc regi commendavit anno pontificatus quarto. Ipsius tempore Johannes Chaumette canonicus ecclesiæ cathedralis Meldensis testamentum jussit edificari capellam in sua domo sita in vico de S<sup>t</sup>. Leu-Taverny; & administrari a canonicis regularibus sanctæ Genovefæ, ad quam extruendam, ingentem pecunie summam legavit, pluresque domos adiecit & prædia tam pro reparandis ædibus, quam pro sustentandis canonicis, quibus Johannes de Saint-Leu præfedit Johannem de Borreto. Idem abbas obtinuit anno 1312. a castelleto Parisiensis sententiam adversus procuratorem regium, qua perceptio certi juris in merces omnes adcentes ad portum Biberis in dominio sanctæ Genovefæ, ubi nunc sunt Majores gradus, assera illi est. Dissidium habuit cum Amedeo comite Sabaudie de horto in vico sancti Marcelli, quem quondam episcopo Vintoniensis traditum ad vitam obtinuerat princeps Amedeus, quamquam ad abbatiam reverti hortus deberet. Cessit tamen comiti anno 1315. *consideratis curialitatibus ab eodem comite nobis factis, ac etiam faciendis*, ea lege, ut post obitum principis ad abbatiam dominium rediret. Transegit eodem anno 1315. cum incolis Nannetodori de furno communi. Fundationem unius capellanie in ecclesia sua hoc anno factam accepit, ex litteris sequentibus: *Universis presentes litteras inspecturis. Frater Johannes permissione divina monasterii S. Genovefæ Parisiensis abbas, &c. Notum facimus quod cum Genovefa dicta la Paonnierre civis Parisiensis, in dominio nostro Parisiensis haberet & possideret decem & octo libras annui census seu redditus, quas quædam decem & octo libras prædictas intendit applicare perpetuo*

Chart.  
XXXVIII.  
col. 150.  
num. 110.

Chart.  
XXXIX.  
col. 246.

perpetua ad augmentum cultus divini ob remedium animæ suæ, parentum, amicorum & benefactorum, nobis humiliter supplicavit ut prædictos redditus vellemus recipere ad fundandam unam capellaniam in altari S. Nicolai sito in magna ecclesia vestra, quod altare elemosynarii communiter nuncupatur; nos ejus devotæ supplicationi ammentes, concedimus & promittimus prædictæ Genovefæ, quod qualibet die ibi celebrabitur una missa ob remedium animæ suæ, &c. & volumus quod frater Johannes dictus Bonnard canonicus noster & filius dictæ Genovefæ, dictæ capellaniam deferriat. Datum anno 1315. die Veneris post Brandozes, qui nunc 1316. Nonnulla hoc anno feria tertia post Assumptionem B. Mariæ Johannes comparavit. Interfuit anno sequenti 1317. parlamento habito Parisiis postriedie festi S. Andreae, ubi inter alia decretum fuit abbatem S. Vincentii Silvanectensis alta, media & infima fructuum justitia intra suæ domus scripta: itemque arresto, quo judicatum est majorem laicum seu commissarium curiæ seculari ecclesiæ S. Mederici Parisiensis, ratione quarundam domorum sitarum in vico dicto *Vicus novus S. Mederici* male pronunciasse. Utrique judicio adfuit abbas sanctæ Genovefæ & suffragium tulit cum abbate sancti Germani de Pratis. Idem anno 1318. feria quarta ante festum sanctorum Simonis & Judæ a summo pontifice delegatus, iis, qui non jurati comitiis Universitatis interfuerunt, comminatus est excommunicationem, aut alias penas de jure, scriptis litteris, quas ideoque publicari fecit in monasteriis & scholis. Abbas & canonicus S. Vincentii Silvanectensis permittit anno 1320. sitam Parisiis domum juxta parvum pontem jure morticinii possidere, cujus beneficii gratia iidem vicissim sancti Vincentii abbas & canonicus concesserunt Genovefanis, ut eodem morticinii jure bona tenerent, quæ in dominio S. Vincentii acquirere possent. Ex libro arrestorum curiæ parlamenti 26. Febr. 1320. *Abbas & conventus S. Genovefæ Parisiensis* (contra magnum Franciæ camerarium) *conqueruntur, quod cum ipsi fuissent ab antiquo & essent in possessione habendi omnimodam, altam & bassam justitiam in terris suis, cognitionem & punitionem omnium ministrorum, maxime Cordubanariorum & Rafunariorum commorantium in eisdem, nihilominus camerarius Franciæ & ejus gentes super possessione hujusmodi impediabant.* Rex vero secundum abbatiam judicavit. Conquestus Carmelitis, quod ubi primum habitabant, remotiores essent ab studiis Universitatis, Philippus rex cognomento Pulcher locum propinquorem, ubi nunc sunt, ad radices montis sanctæ Genovefæ, concessit: ecclesiamque inibi ac cenobium edificare illis quidem permittit Bonifacius VIII. sed ea lege, ut cujus esset domini dictus locus, seu alius, ad quem ædificia deinceps extendere possent, illam debite compensarent ecclesiam arbitrio Parisiensis episcopi. Contra nihilominus dominorum voluntatem, nempe rectoris ecclesiæ parochialis in monte Parisiensi & abbatis S. Genovefæ oratorium & officinas construere præsumserunt in ipsorum dominorum non modicum præjudicium & gravamen. Quapropter delata causa est ad Johannem XXII. summum

Tomus VII.

pontificem, qui delegatis N. decano, magistro Alfonso de Hispania archidiacono & Anibaldo de Cea canonico ecclesiæ Parisiensis mandata, quatenus præfatis abbati & conventui ac rectori pro causa videlicet, quem de dicto loco aut constructionem hujusmodi dicti abbas & conventus recipere consueverant, seu pro subjectione loci prædicti, vel alias quacunque de causa, necnon & emolumento, quod eidem rectori & dicto fundo ante constructionem eandem consueverat forsitan pervenire . . . . . recompensationem juxta suæ circumspicionis arbitrium faciendam fieri congruentem. Datum Avenione v. 1111. calendis Junii anno quinto pontificatus, Christi 1321. Cum anno 1322. aut 1323. Gaufridus du Pleffis pape Johanni XXII. & postea regi Philippo a secretis in domibus a se acquisitis in vico Parisiensi sancti Jacobi, & a Johanne abbate S. Genovefæ jure morticinii donatis collegium a cognomento suo Pleffaxum dictum erexit, ac deinde in Majori monasterio factus monachus huic partem domorum, quas dederat collegio Pleffæo, destinasset, in his fundatum est collegium alterum pro monachis Majoris monasterii, annuente abbate sanctæ Genovefæ anno 1328. Interim mense Februario an. 1323. qui nunc 1324. obiit cardinalis Nicolaus de Freauville, de quo sic habet necrologium S. Genovefæ: *Obiit bona memoria dominus Fr. Nicolaus de Freauville tituli sancti Eusebii presbyter cardinalis, qui multa bona fecit nobis ultra valorem ducentarum librarum Parisiensium.* Considerat is testamentum, cujus explicandi gratia, exsecutores confugerunt ad Johannem XXII. pontificem, qui litteris Avenione datis anno pontificatus XII. hic est 1328. id negotii abbati sanctæ Genovefæ demandavit cum licentia censuras ecclesiasticas adhibendi. Edite sunt a Baluzio tomo 2. Collect. ad vitas Paparum Avenion. pagina 422. Johannes abbas anno 1325. die Lunæ sancto Johanni ante Portam Latinam sacro 6. Maii duas ex Jauffignaco monasterii feminas de corpore manumissit, cujus abbatibus sigillum minus ex adverso majori appositum sancti Johannis effigiem gerebat cum his in circuitu verbis: *Johannes est nomen ejus.* Adliit anno 1330. reliquiarum sanctorum Cosmæ & Damiani translationi factæ in ecclesia collegiata de Luzarchiis. Anno eodem una cum abbate S. Genovefæ cancellario delegatur a summo pontifice, qui certam pecuniæ summam domibus & scholaribus Universitatis impositam persolvi curent, a qua liberi declarantur, qui beneficia possident in ecclesia cathedrali. Obiit Johannes de Saint-Léu an. 1334. cujus anniversarium notatur in necrologio E. xvi. calendis Augusti.

XVIII. Johannes V. de Borreto, sic dictus a loco natali una leuca Silvanecto, qui quondam urbs cincta mœnibus, & majore scabinique prædita, modo vicus est antiqui sanctæ Genovefæ domini, ex superiore canonicorum sanctæ Genovefæ in loco de *Saint-Léu-Taverny*, ut supra diximus, anno 1334.eductus est, ut abbatiam sanctæ Genovefæ Parisiensis gubernaret. Is una cum Philippo de Melun canonico Remensi, & Johanne de Meudon Noviomensis canonico delegatur eodem anno a Johanne XXII. summo

Bbb

pontifice, qui Longi-campi moniales ad Isabellam & Hervientum filias nobilis viri D. de Sully suo in conventum recipiendas cogant. Sub eo 1335. ex veteri ms. codice, *Petrus abbas Cluniacensis emittit Parisius duo maneria, seu hospitia pro se, suisque successoribus, videlicet hospitium situatum apud Palatium Thermarum, quod emittit a Philippo de Triamilitie, & hospitium, quod fuit Gerardus de Castellone militis domini de Rupe de Miloy, quod Johannes de Castronillani & ejus uxor venderunt eidem abbati, quæ hospitia contiguantur religiosi sancti Maturini & vallis de Senay, ac vico, per quem itur de sancto Maturino predicto ad vicum Cytharæ, ante domum domini de Haricuria ex una parte, & hospitio Guillelmi de Nangis, alias dicti de Palatio Thermarum & hospitii vicemontis de Bellomonte & de Bersillo, ac vico Cytharæ ex altera, in censiva ecclesie sanctæ Genovefæ; quod quidem territorium ad eandem censivam etiamnum pertinens, morticinii jure tunc temporis Johannes abbas donavit. Idem anno 1336. die 17. Julii a summo pontifice cum provinciam accepisset inquirendi in institutiones & agendi modum fratrum a Caritate beate Mariæ ordinis Hospitalarii, primum in diocesi Catalaunensi instituit, deinde cogniti Parisii sub nomine fratrum Billetarum, nunc vero extincti, die 3. Septembris ejusdem anni edixit nullam eos excommunicationem incurrisse; quam sententiam decimo post anno Clemens VI. pontifex approbavit. Editæ sunt et de re litteræ in libro Gallico, cui titulus: *Remarques historiques données à l'occasion de la S.<sup>te</sup> Hostie miraculeuse conservée pendant plus de 400. ans dans l'église paroissiale de Saint-Jean-en-Greve à Paris*, pagina 223. & seq. Anno 1339. mense Jan. cum abbate S. Maglorii adluit benedictioni Reginaldi du Quessny abbatis sancti Audoeni Parisii ab archiepiscopo Rotomagensi peractæ. A Johanne abbatē acceptam refert Galbertus archiepiscopus Arelatensis Benedicti papæ XII. camerarius sumum ducentorum auri florinorum, &c. cameræ apostolicæ debitam, itemque aliam 34. auri florinorum, &c. ad servitium quatuor papæ ministrorum distribuendam per manus discreti viri Druyni de Sibaneio domicelli sui. Datum Avinionē anno eodem 1339. die Sabbati sancta post benedictionem cerei. Johannes abbas gratam habuit fundationem eximiam, quam fecit in ecclesia S. Genovefæ magister Johannes Beatus domini regis clericus, cujus popularis & familiarior amicus Johannes de Hubant fenator Parisiensis, & inde præses Inquisitionum, haud satis habens collegium de l'Ave Maria instituisse sub dominio S. Genovefæ, nonnihil etiam contulit ad sustentationem canonicorum S. Genovefæ, qui student. Qua de re 1340. die 5. Januarii scripsit hanc chartulam Johannes abbas sanctæ Genovefæ: *Venerabilis vir magister Johannes de Hubanto domini regis clericus & consiliarius habens specialem affectionem ad nos & nostram ecclesiam, supplicavit, quatenus vellemus exnunc ordinare, tenere & habere perpetuo tres scholares de nostris canonicis studentes Parisii, una cum duobus scholaribus jam ordinatis, & quos secundum numerum canonicorum nostræ ecclesie habemus tenere ex ordinatione D. D.**

*Benedicti papæ XII. modo & forma, quibus iidem duo scholares habent studere, offerens nobis certam pecuniam summam pro emendis redditibus, predictis tribus & duobus scholaribus, maxime ad usus scholasticos necessarios, &c.* Hic innuit Johannes abbas studiorum caput infernum novis institutionibus ordinatis a Benedicto XII. pro canonicis regularibus, quibus non solum obsecutus est primus, verum & ab aliis recipi fuisse in capitulo provinciali canonicorum regularium ex provinciis Senonensi & Remensi habito Meldis anno 1342. in abbata B. Mariæ de Gagia. Collegium Navarræ aut Campaniæ jam ante Johannem de Borreto constitutum anno 1340. jure morticinii donavit, ea lege, ut quos ipse & conventus vellet, duo inibi scholares tanquam burfarii sustentarentur ad annum ætatis decimum sextum. Enati 1341. diffidii rectorem inter Universitatis & decanum theologie facultatis, judicum alter a Benedicto XII. pontifice delegatus, cum collegis igni addidit totam litis seriem, quod executioni demandatum fuisse 20. Apr. apud Maturinos attestatus est notarius apostolicus. Transiit Johannes anno 1342. cum incolis de Vannes pro cæremonia singularis annis habita die festo S. Trinitatis, appellata *Enfe solennitate*, in eo sita, quod famuli notabilium incolarum de Vannes & aliorum burgensium ensen non modici valoris in præmium illi proponerent, qui citius a porta vici inferioris, *ruë d'Esfer*, cureret ad portam de Vannes. Huic præstidendi cæremoniæ, seu dandi signi ad incipiendum cursum jus obtendebant ut domini, abbas & canonici S. Genovefæ, seu potius camerarius; quin & ab anno 1340. habere de jure hujus possessionem contendebant, et contra vero incolæ, qui demum post varias hinc inde rixas & contentiones abstinere ab hac cæremonia. Produxisse vitam Johannem ad annum sequentem 1343. ut scribit Summarthani, probat apocha illi tradita hoc anno a supra-  
D laudato Benedicto XII. papæ camerario, tunc archiepiscopo Narbonensi.

XIX. Robertus II. de Varena, *de la Garene*, Johannis de Varena fenescalli Tolofani sepulti an. 1304. in claustrum S. Genovefæ a parte capituli consanguineus, ut videtur, camerarius erat 1312. mense Decembri, quo ratione captus, quam *Oudians* apparitor & saltuarius luorum de Dravet justus a domino Adam le Bouteillier præter æquum fecerat in domo Petri Bonnier tunc ex parte sanctæ Genovefæ, majoris terræ de *Dravet & Champrose*, ab Adamo le Bouteillier capturæ dictæ restitutionem accepit; qui dein abbas, bulla Clementis  
E papæ VI. pontificatus anno secundo constituitur privilegiorum ordinis Cluniacensis conservator, ad petitionem regis Philippi Valefi. Die 4. Aprilis 1345. collegii de Hubanto, seu de l'Ave Maria fundationem confirmans, terras ab eo dependentes jure morticinii donat. Hoc autem inter alia ejusdem collegii statuta, quæ a fundatore Johanne de Hubanto digesta probavit abbas sanctæ Genovefæ, notandum est: *Tenebuntur pueri, seu burfarii & magister in magnis festis & solennitatibus interesse cum canonicis sanctæ Genovefæ in choro in missis & vesperis. si dicti religiosi patiuntur, necnon, cum*

caplam beatæ Genovefæ ex aliqua causa extra monasterium portari contingeret, nudi pedes incedere ante dictam caplam unus post alium, portantes quilibet in manu sua unum ceruum unius quarteroni cere virginæ ob reverentiam, &c. Hujus quoque collegii burlarum nominationem abbati sanctæ Genovefæ & collegii Navarrei moderatori attribuit fundator. Adfuit Robertus eodem anno 1345. 17. Aprilis capitulo generali in coenobio sancti Bartholomæi Noviomensis celebrato. Biennio post liberanda causa urbis Caleti, cujus decem ab hinc mensibus obfessæ ab Eduardo III. rege Anglorum ad extremam civem redacti erant famem, Parisiis habitæ est processio generalis, in qua Robertus abbas, pontificalibus indutus in ecclesiam cathedralis permittis episcopi & ejusdem ecclesiæ capituli ingressus est; qua de re has litteras dedit: *Novirunt universi, quod nos Robertus humilis abbas monasterii sanctæ Genovefæ in Monte Parisius ordinis sancti Augustini ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis recognoscimus & fatentur, quod reverendus in Christo pater dominus episcopus & venerabilis decanus & capitulum Parisiense permiserunt, & nobis concesserunt quod intraremus hodie in ecclesia Parisiensi in pontificalibus, hac vice duntaxat de gratia specialis, ob reverentiam sanctarum reliquiarum, quæ ibidem processionaliter deferuntur, & contemplatione illustrissima dominæ domine reginæ Franciæ pro necessitate guerrarum, quæ nunc emergunt, ad dictam ecclesiam processionaliter cum multitudine populi accessimus. In cujus rei testimonium, sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum. Datum Parisius anno Domini 1347. die Dominica in festo beate Mariæ Magdalene.*

XX. Johannes VI. de Viriaco, de Viry, anno 1349. apud sanctam Genovefam de Nannetodoro Johannam Arvernici & Bononiæ comitissam matrimonio rite conjunxit cum Johanne duce Normanniæ, qui uno post anno rex Franciæ inauguratus est Remis cum sponsa, quæ pietati erga sanctam Genovefam dedita, Johannem abbatem plurimi faciebat, uti præsertim visa est an. 1357. ipsiusque similiter patris cardinalis Bononiensis. Anno 1351. bulla Clementis VII. judex & conservator abbatiæ Cisterciæ totiusque ordinis ad preces Johannis regis constitutus est. Spicilegii tomo tertio novæ editionis in-folio pag. 730. habetur bulla Clementis VI. anni 1351. 20. Aprilis in scriptis episcopo Parisiensi, sanctæ Genovefæ Parisiensis & sancti Dionysii in Francia monasteriorum abbatibus, qua curandi provinciam accipiunt, ut capellani regis & reginæ certis privilegiis ab eodem papa illis ad preces regis & reginæ concessis perfruantur. Anno 1352. Johannes abbas in solemnem capitulo tam abbatiarum, quam prioratum ordinis canonici ex provinciis Senonensi & Remensi in monasterio sancti Vincentii apud Silvanectum congregato pro reformando canonico ordine, qui a pristino fervore multum exciderat, præsentibus locum tenuit cum abbatibus sancti Johannis de Vineis & sancti Auberti Cameracensis. Inibi vero conclusum est omnium conspirantibus sententia, ut quæ juvenis esset in coenobio quocumque ad eruditionem & pietatem pro regule dignitate educanda, illa in

Tonus VII.

A. scholam sanctæ Genovefæ Parisiensi, vel S. Evrasti Aurelianensis, ad amplioremes neminem doctrinæ sanctimonieque regularis, ubi per ætatem liceret, mitteretur. Johannem abbatem Stephanus archiepiscopus Tolosanus papæ camerarius sedem apostolicam visitasse per procuratorem magistrum Petrum de l'Aigle canonicum ecclesiæ de Roseto in diocesi Laudunensi, recognovit Avenione 6. Maji anno 1354. indictione VII. pontificatus anno secundo. Defunctus est hoc anno 18. Maii celebris sanctæ Genovefæ canonicus Guillelmus de Foulqueuse, cujus ita meminit necrologium: *Obiit magister Guillelmus de Fulkosa sacerdos & doctor in decretis, quondam canonicus & archidiaconus Balgentiaci in ecclesia Aurelianensi, clericus & consiliarius domini regis & postmodum canonicus hujus ecclesiæ.* Anno 1355. Johannes abbas in capitulo apud beatam Mariam de Cagia prope Meldas coacto, præsentibus sancti Victorii Parisiensis, sancti Jacobi Pruviniensis, & sancti Eligii de Monte abbatibus, provinciam accepit omnia visitandi monasteria Parisiensis, Meldensis & Carnotensis dioceseon, abbas vero Caltri Nantoniis visitandi sanctæ Genovefæ monasterium. Obiit Johannes anno circiter 1358. de quo sic habet martyrologium domesticum: *VII. calendis Februarii anniversarium bonæ memoriæ magistri Johannis de Viriaco, quondam hujus ecclesiæ abbatis, magistri in artibus & in sacra theologia eximii doctoris.*

XXI. Johannes VII. de Ardena hic esse creditur Johannes abbas S. Genovefæ, qui transiit anno 1358. cum abbate & monachis S. Mauri Foslatensis de jure domini in loco, ubi nunc sunt Cœlestini, qui sanctæ Genovefæ cessit a muris hospitii des Borreaux ad Sequanam secundum quatuor tunc temporis, vel jam antea pactos terminos, & ab his ad fossatæ regis. Anno 1362. obtinuit edictum contra præpositum mercatorum adulesque civitatis Parisiensis, quo restitutum est abbatiæ jus \* ponderum & mensurarum in platea Mambri, & in aliis locis, quæ cum ad S. Genovefæ dominium pertinerent, ab illis usurpata fuerant. Ad hunc quoque spectat quod legitur in histor. cardinalium Gallorum in Audoino Aubert, qui antea Parisiensis episcopus & inde cardinalis Ostiensis, paucis ante obitum diebus notatum Aven. 9. Maji 1363. testamento condito, ubi de transferendis, si fieri posset, ossibus fratris sui Galterii Aubert apud Sanvictoribus Parisiensis sepulti ad Carthusiam Glanderiensem: *oneravi, ait, venerabilem patrem & socium meum (studiorum) fratrem Johannem abbatem sanctæ Genovefæ.* Eodem anno mortuus Johannes de Ardena sepultus est in claustro ante caputulum cum hoc epitaphio: *Hic jacet bonæ memoriæ dominus Johannes de Ardena abbas hujus ecclesiæ, magister in artibus & licentiat, doctor doctorum præcipuus, in omni scientiâ & pietate præclarus, qui obiit anno Domini 1363. Ejus anniversarium notatur in necrologio X. cal. Junii his verbis: Anniversarium bonæ memoriæ magistri Johannis de Ardena eximii doctoris in jure canonico, quondam hujus ecclesiæ abbatis.*

Bernardus de Rupella abbas quondam post Johannem electus est, sed antequam benediceretur,

B b b ij

excessit e vita 1364. 20. Julii, ut constat ex hoc ipsius epitaphio: *Hic jacet venerabilis magister Bernardus de la Rochelle canonicus regularis hujus ecclesie, quondam electus in abbatem, qui post electionem non diu vivens, migravit a seculo anno 1364. 20. Julii.*

XXII. Johannes VIII. de Bassemain ab Urbano V. summo pontifice iudex conservator bonorum & privilegiorum regalis ecclesie collegiate sancti Aniani Aurelianensis, una cum decano Cenomanensi & cantore sancti Martini Turonensis constitutus est anno 1366. Quod ab eodem papa sancti Thomae Aquinatis brachium Dominicani Parisienses obtinerent, allatum Parisiis an. 1369. depositum est primum & aservatum in ecclesia sancte Genevefe, ubi statuto translationis ejus die, cardinalis de Dormans episcopus Bellocacensis, Francie cancellarius brachium illud recognovit, assistentibus Remensi & Senonensi archiepiscopis, Parisiensi, Lexoviensi, Autissiodorensi, Noviomensi, Ambianensi & Laudunensi episcopis, necnon plurimis abbatibus, in quibus Sangenovifanus & Filsannensis, qui omnes induti pontificalibus sacrum pignus usque ad Dominicanos conventus S. Jacobi comitatus sunt, quo antequam accederent, deducta est processio ad locum regionis sancte Genevefe, quem tunc, sæviente bello, Dominicane Piffiacenses incolabant. Huic celebritati præibat rex Carolus V. cujus frater dux Burgundie quæ sacrum feretrum cooperiebatur umbellam una parte sustentabat. Aderat etiam Helias ordinis Fratrum Prædicatorum minister generalis, qui data opera hanc ad caeremoniam accesserat, quæ nulla hucusque celebrior visa fuerat, a populo festa, jubente magistratu, habita. Anno 1369. munusit Johannes Guillelmum Mahueti hominem de corpore ecclesie B. Genevefe certis conditionibus appositis chartæ, quam vide in appendice. De contentione suburbana inter Nicolaum de Veris Senonenfem archidiaconum, & Nicolaum d'Arcis episcopum Autissiodorensis super juribus illi ab hoc debitis pro sua in possessionem inductione, latæ adversus episcopum ab ipso Gregorio papa, qui prius fuerat Senonenfis archidiaconus, sententiæ Johannes abbas executor ab eodem Gregorio dictus est, qui & illum una cum abbate sancti Germani Autissiodorensis eodem circiter tempore iudicem conservatorem bonorum & privilegiorum S. Urbani Trecentis ecclesie collegiate ab Urbano V. fundatæ renuntiavit. Anno 1377. die 13. Februarii ecclesiam cathedralem, annuentibus decano & canonicis, in pontificalibus cum mitra & baculo ingressus est. Item cum aliis viginti septem abbatibus in pontificio schemate Johannes interfuit anno 1380. exsequiis Caroli V. regis apud sanctum Dionysium in Francia. Sub eodem abbate, schisma illud, quo tunc ecclesia laborabat, Francia Clementem VII. Italia vero, Germania & Flandria Urbanum VI. pro vero pontifice habentibus, nonnihil molestie speciatim intulit Sangenovifano conventui, contra quem Clementi VII. adhaerentem stans ab Urbano VI. Judocus Ghisli ejusdem conventus sodalis, Universitatis cancellarius perpetuo invehatur.

Hinc rixæ non modicæ, quibus sedandis plures ex eadem Universitate insignes viri operam posuerunt, adeo ut Judocus pertinacia suis in dies sancte Genevefe fodalibus gravior, in Flandriam se recipere, patriam, ut videtur, coactus fuerit. Hunc læti receperunt Urbani VI. fautores, quem & Varnefontii creari abbatem curarunt, tandemque anno 1382. cœnobio S. Genevefe redditus est tranquillitas. Quarto post anno 1386. mense Novembri Johannes abbas contulit Johanni Soudry Aurelianensi clerico capellaniam perpetuam ad altare B. Mariæ in naviecclesie S. Genevefe, ex charta authentica collectionis D. de Gagneres volum. 7. abbatiarum. Mense Dec. ejusdem anni Johanne Morame electo Universitatis rectore, Johannes abbas sancte Genevefe & Petrus de Alliaco actu regens in theologia, & magnus magister collegii Navarrae statuta quædam pro collegio de Hubanto, vulgo *de l'ave Maria*, cujus erant primarii moderatores, condiderunt. Num iste est Petrus de Alliaco, Gallicæ *d'Ailly*, more Bolonienfium, qui æqualis hujus abbas & sancte Genevefe canonicus, postea fuit abbas B. Mariæ de Bolonia ad Marc, quæ hodie cathedralis est ecclesia? Obitus Johannis notatur in necrologio vi. calendis Novembris in hæc verba: *Oblit bona memoria D. Johannes de Bassamano hujus ecclesie abbas, qui multa reliquaria huic ecclesie donavit. Prædie vero idus Febr. sic legitur in martyrologio: Oblit Eustocius de Bassamano & Oda uxor ejus bona vita pater & mater bona memoria D. Johannis de Bassamano abbatis nostri, pro quorum anniversario, necnon & pro anniversario bona memoria fratris Petri d'Ailly quondam abbatis Bolonie, ac parentum & amicorum prædicti domini abbatis Johannis habuimus de bonis dictorum patris & matris quamdam domum cum pertinentiis, pro quibus habetur aditus ad vineam claustrii nostri prope muros Parisienses, &c.*

XXIII. Stephanus de Petra ortus ex agro Borbonio, jam anno 1389. pro abbata senatusconsultum obtinuit de jure caduci in bona jussum defuncti in abbate dominio, contra quemdam Dominicanum ejus se dicentem consanguineum, qui bullam pontificiam protulerat, quæ Dominicanis hereditatem adire permittebat. Stephanus tamen nonnisi 12. Martii anni 1390. secundum morem, usum & computationem ecclesie Gallicane, inductione XIV. quæ respondet anno 1391. abbatiæ possessionem accepit per procuratorem Guillelmum Danguel decanum Ambianensem, libellorum supplicum hospitii regis Caroli VI. magistrum, qui tunc litteras dedit præsentibus venerabilibus & circumspèctis viris D. Guillelmo de Petra milite cambellano illustrissimi principis domini ducis Borbonii, &c. quibus pollicebatur abbatem, quando per se adiret possessionem, sacramenta consueta præstiturum. Rogatus Clemens VII. papa a Fulcone recens beati Martini Canipensis priore, ut contra bonorum prioratus invasores protectionem indulgeret, omnimodum ea de re abbi sancte Genevefe commisit potestatem anno pontificatus duodecimo, hic est 1390. aut 1391. Chartam habes in appendice. Franciscus archiepiscopus Narbonensis Clementis VII. papæ camerarius,

Tom. 4. 1. ff. Univ. Paris. pag. 614.

Ch. xxxiv. col. 146.

Chart. xxxviii. col. 150. num. 111.

Ch. xxxv. col. 147.

*intellecta, inquit, mole gravaminum pro parte venerabilis in Christo patris Domini. Fr. Stephani abbatis monasterii sanctæ Genovefæ Parisiensis ordinis sancti Augustini caram nobis exposita, ab eo debitam cameræ apostolicæ pro quatuor papæ ministris solutionem differri ad diem natalem sancti Johannis Baptistæ eidem indulsit* 18. Decembris 1392. indictione xv. anno pontificatus Clementis VII. decimo quinto. Anno 1399. die 16. Julii datum est senatusconsultum memorabile, quo dudum inita compositio inter episcopum Parisiensem & sanctæ Genovefæ conventum, de hujus, familiarium, matriculariorum & aliorum ejusdem ministrorum ab omni prorsus jurisdictione episcopi & exemptione confirmatur. Exstat in appendice nostrâ. Stephanus una cum aliis a concilio, seu cætu ecclesiæ Gallicanæ die 21. Octob. 1404. judex est constitutus ad terminandas lites exortorum omni causæ tam agendo, quam defendendo, etiamsi prius pendebant in curia Romana, quæ per iudices eorum citra sedem apostolicam terminari non solent; hæcque prerogativa extendebatur ad successores, quoties ecclesia Gallicana in simili statu esset. Eundem Stephanum una cum cantore Parisiensi delegavit Innocentius VII. papa, qui ambo dissidium exortum inter Campaniæ comitem & archiepiscopum Senonensem de pedagio Braii ad Sequanam definirent, anno 1404. vel 1405. Obiit hoc anno Stephanus, sepultusque est in choro ex epitaphio sequenti, quod ejus patriam agrum Borbonium docet, unde continua ejus societas cum canonicis regularibus sancti Martini Nivernensis, quorum in ecclesia fundationem fecit; qui & acceptam trecentarum librarum summam, quam rex abbatia debet, campanili reficiendo insunxit.

*Hic jacet inferius de Petra Stephanus hujus*

*Abbas ecclesiæ pastor & egregius.*

*Hic fuit editus ortu ex oris Borboniorum,*

*Moribus & vita laudandus ut Israëlita.*

*Duke dum vixit, ades & claustra refecit,*

*Ad sursum congressus & alta tendere jussus,*

*Vitam suavitatis amnis Domini numeratis*

*Bis septem centum, bis binos jungas & unum.*

Et sedente, obiit 26. Martii 1403. nunc 1404. Thomas Benedicti oriundus ex sancto Laudo in Normannia, prior sanctæ Genovefæ, qui 1381. veteres usus ecclesiæ & abbatia sanctæ Genovefæ collegit, illique titulum hunc præfixit: *Cy s'ensuit l'ordonnance du statut de l'eglise sainte Genevieve de Paris en la forme & maniere qu'on en use pour le present, translate de Latin en François par religieux personne Fr. Thomas Benoist jadis prieur cloistrier de cette dite sainte eglise au profit & honestet de ses freres l'an 1381.* Idem stricta oratione Gallica reddidit sancti Augustini regulam, cujus pariter eadem oratione collegit glossas, quas vocat doctorum glossas; hisque commentariis adjecti metricis preceps, quæ omnia servantur in bibliothecis sanctæ Genovefæ & sancti Victoris. Eidem vindicantur epitaphia metrica seu Latina, seu Gallica, in quibus epitaphium ipsius Latine scriptum a Cangio laudatur.

**A** XXIV. Franciscus I. de Nyons doctor in decretis die 16. Junii anno 1406. Carolo VI. regi anno regni vicefimo sexto sacramentum pro temporalibus dixit. Ejus tempore anno 1408. die Lunæ 6. Februarii & die Mercurii 8. ejusdem mensis Parlamentum, seu regis consilium habitum est apud sanctam Genovefam, præsidente Jacobo de Reully. Adfuit Franciscus anno 1409. concilio Pisano ex ipsius actis Spicilegii tomo sexto pagina 355. Infirmabatur Avenione die 4. Julii 1414. quo data summa pro itinere curiosis S. Medardi, ut inquireret utrum defunctus esset abbas. Nepotem ex fratre habuit Helectorem de Nyons virum nobilem, qui cum uxore domicella *Maria de Mahngre* obitum fundaverat apud sanctam Genovefam notatum 111. idus Decembris. Francisci autem abbas ita meminit necrologium ad diem 6. Julii: *Obiit dominus Franciscus de Nyons decretorum doctor, abbas hujus ecclesiæ.* Obiit, inquam, in urbe Avenionensi, ex qua deportatum ad sanctam Genovefam corpus in claustrum sepultum est.

**XXV.** Radulfus Marechal ex nobilissima in agro Borbonio exortu gente, quæ hodieque insignis est cum cognomine de *Franchoe*, ceteris ejusdem ramis cum aliis cognominibus, æque præclaris, primum fuit canonicus sanctæ Genovefæ Parisiensis, licentiatius in theologia 1406. tum conventualis prior sancti Vincentii de Chantelle in agro Borbonio, quod monasterium canonicorum regularium prognatus ex gente Marechal agnoscit benefactores. Postea doctor & professor sacre theologiæ celeberrimus, interfuit concilio Pisano an. 1409. cum tunc abbas esset Omnium sanctorum apud Andegavos. Postremo factus abbas sanctæ Genovefæ, plurimas ob temporum difficultatem reliquiarum thecas pignori dare coactus est. Hic nempe futor Armaniæcentium, qui Delphinio Carolo VII. & vere Carolo VI. regi adharebant,

**D**a Burgundis plurima perpeffus est incommoda. Inter hæc anno 1414. admittit ad professionem Guillelmum Cofset, qui postea fuit abbas sancti Crispini in cavea *Swyssonens* vir spectabilis. Singulari federe junctus Radulfus cum illo celeberrimo Tanaquillo du Chatel præposito Parisiensi, una cum illo Delphini fugæ consuluit. Meloduni debebat princeps 1418. mensis Jun. cujus mensis die 4. Radulfus abbas Parisi ad prandium excepit cardinalem sancti Marci, episcopum Parisiensem, magnates complures ac cives, qui omnes hac ipsa die Melodunum profecti sunt ad Delphinium. Hunc mitigasse sua presentia visi fuerant, cum de casis comite stabuli, cancellario, fidiisimisque illius ministris allatum esset nuncium. Constant nihilominus persistit abbas, quem mensis Januario anni 1422. nunc 1423. ab Anglis detentum in carcere, abbatia bona dilapidata, eandemque ob causam fratrem Martinum priorem de Vanves S. Genovefæ canonicum regularem interceptum docent regesta sanctæ Genovefæ. Hic autem paulo post solutus viginti aureis nummis liber abire permittitur, sed abbas quandiu captivus existit, ignoratur. Cessit e vita 1426. die 5. Augusti, de quo sic habetur in necrologio: *Obiit bone memoria*

*D. Radulfus Marefchalli doctor in facra theologia, A abbas hujus ecclefiæ.*

XXVI. Robertus II. Michon oriundus e Maritimo, villa sanctæ Genovefæ prope Firmatium Milonis, anno 1410. die Dominica 13. Aprilis Deo sacerdotii primitias libavit ad aram. Abbatiam pitanciarius erat, quando circa 1415. exscriptum est exemplar necrologii, in quo notatur die 15. Octobris: *Obierunt Stephanus Michon & Coleta ejus uxor, pro quorum anima remedio frater Robertus Michon filius eorum, quondam pitanciarius hujus ecclefiæ dedit nobis feptuaginta libras Parisienses.* Idem adhuc pitanciarius munus exercebat Robertus anno 1419. qui demum prævia eligendi abbatibus facultate, die 5. Catharine sacra 1426. electus est, cui anno sequenti Jacobus du Chastelier episcopus Parisiensis in ecclesia S. Genovefæ sacratu, statimque suam solemniter ingressus ecclesiam, chartam reliquit pergamenam, in qua scriptum erat . . . . *declaramusque per præfentes, quod nolumus libertatibus & privilegiis ejusdem monasterii in aliquo derogare, &c.* De hac autem Jacobi in basilica sanctæ Genovefæ consecratione vide ad calcem regestæ Parliamenti. Robertus anno sequente 4. Januarii 1427. ad sacramentum Henrico regi Angliæ, qui & Franciæ se dicebat, præstandum in manibus Bedfordiæ ducis pro nepote regnum Franciæ regentis, admissus est. An. 1430. die 20. Junii una cum summo collegii Navarrai magistro statutum edidit pro collegio de l'Ave Maria: *Statuimus, aiunt, & ordinamus, quod deinceps, quousque bona & redditus collegii meliorentur, qui pro dolor! . . . . ob malitiam temporum diminuti sunt, nullus burfariorum dicti collegii suas recipiet burfas; scilicet convertentur omnes redditus, proveniunt, fructus & emolumenta ejusdem ad reparationem & sustentamentum ipsius collegii, & ad solutionem eorum, qua debet, &c.* De candelis cereis, quæ ad valvas ecclesiarum vendebantur, conquestus capicero sanctæ Genovefæ & Luteciæ parochiæ senatusconsulto nomine regis Angliæ factum est satis anno 1432. Sex annis præfuisse videtur Robertus, qui fratrem habuit Guillelmum ita memoratum in martyrologio: *VI. nonas Martii obiit Guillelmus Michon frater quondam bonæ memoriæ fratris Roberti Michon hujus ecclefiæ abbatibus, qui dedit, &c.* Dies autem obitus Roberti notatur ibidem IX. calendis Novembris anno 1432. quo legitimum conventum eligendi abbatibus postulasse facultatem a rege. In ecclesia sepultus est ritu solemniori, utpote cujus servitio, expensarum testante libro, apposita sunt scuta gentilitia, quod pro solis magnatibus fieri consueverat. Ejus tumbe talis est inscriptio:

*Nomine Robertus vir prudens atque discretus,  
Et dignus titulo clauditur hoc tumulo.*

XXVII. Petrus Caillou, Callou, Caillon & Caillot anno 1389. religionem ingressus, erat curatus Soffigniaci anno 1414. dein cellerarius, qui claustrali fruebatur capicervii dignitate 1430. quando Robertus de Andegavia, al. de Dangeul episcopus Nivernensis & antea Parisiensis archidiaconus obiit, & adhuc 1431. quando Milo

decanus ecclefiæ Carnotensis & canonicus Parisiensis frater dicti episcopi Roberti defunctus est: quorum fratrum legata capicervii facta acceptavit Petrus capicervius, illique ad ecclesiam usus est. Eorundem anniversarium notatur in necrologio VIII. calendis Decembris. Camerarius erat Petrus quando abbas electus est, infelicissimo tempore, discordantibus inter se concilii Basileensis episcopis & papa Eugenio IV. inde non parum turbata ecclesia, & Angliis regnum devastantibus, adeo ut curatos rurales venire se non posse ad electionem causatos consilii edictum coegerit. Electus tandem est Petrus, qui tametsi ab Univerfitate commendatus papa, cardinalibus & concilio, in idemque conspirarent duo legati canonici regulares, Romam alter, alter ad concilium, bullas tamen haud prius accepit, quam mense Junio anni 1435. Idem 13. Octob. ejusdem anni pontificio habitu rem divinam in ecclesia B. Mariæ Parisiensis fecit pro Isabella regina vidua Caroli VI. defunctæ 30. Septembris præcedentis, cuius inde corpus ad sanctum Dionysium in Francia delatum est. Anno 1448. die 12. April. adfuit cum abbatibus sancti Dionysii, sancti Germani a Pratis, & sancti Victoris benedictionis abbatibus S. Maglorii Johannis Hamelin (non Tamelin, ut supra col. 323. num. xxx. diximus) Parisini & S. Maglorii monachi, peractæ ab episcopo Meldensi, assistentibus abbate Fossatensi & priore sancti Eligii, ex codice ms. sanctæ Genovefæ. Eodem anno die 4. Augusti Guillelmum Chartier episcopum Parisiensem pro solemnî in ecclesiam suam ingressu & sancto Victoris, alio insidentem equo egressum ad sanctam Genovefam excepit de more, indeque ad ecclesiam cathedrali deduxit. Insequenti an. 1449. cum vix posset per statum & infirmam valetudinem prioratus & alia hæc jurisdictionis beneficia visitare, delegavit ad hoc Johannem Bouvier, qui ei postea successit: *Vobis, inquit, omnes & singulas domos, prioratus, capellas, grangias, & quacumque alia loca a monasterio nostro dependentia visitandi facultatem concedimus, nihilominus singulis & omnibus religiosis nobis subditis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub penis suspensionis & excommunicationis firmiter injungimus, ut in præmissis vobis pareant, quemadmodum nobis, &c.* Petrum & successores abbates privilegiorum, ac bonorum ordinis SS. Trinitatis, dicti Maturinorum anno 1458. & ordinis Vallis Scholarium 1463. conservatores instituit Pius II. papa, qui & 1464. bullam eidem Petro inscripsit, qua constituitur locus, quem inter se magistri artium & doctores Univerfitalis tenere in conventibus publicis deberent. Defuncta interim 1462. Catharina d'Alençon, sepulta est in ultima capella navis ecclefiæ S. Genovefæ cum hoc epitaphio: *Cy gist noble & puissante dame madame Catherine d'Alençon duchesse de Baviere, comtesse de Mortagne, dame d'Esme, de S. Sylvain & de Thuit en Normandie, laquelle trespassa l'an 1462. le vingt-neufieme jour du mois de Juin. Dieu face à l'ame mercy.* Cessit grandævus Petrus Guillelmus Broyle Noviomensi decano procuratore usus in manibus Pauli II. pape, qui pensionem annuam centum auri scutorum super dicti monasterii fructibus illi, quoad

*T. 2. invent.  
shif. chert.  
fol. 10. vers.  
Mélanges.*

*Charta  
XXXVIII.  
col. 150.  
num. IV.*



videret, concessit. Datum Romæ vi. calend. Maii anno incarnationis Verbi 1465. pontificatus primo. Defunctus est anno sequenti 27. Augusti, quo die memoratur in necrologio his verbis: *v. i. calend. Septembris obiit V. M. D. Petrus Caillon hujus ecclesie abbas.* Sepultus est in ima parte capituli ad lavam sub tumba lapidea abbatem pontificalibus indutum exhibente, quæ, dum an. 1721. novum extructum est capitulum, anno translata est. Hæc est inscriptio tumbe: *Hic jacet vir vite laudabilis bonæ memoriæ reverendus in Christo pater dominus Petrus Caillon abbas quondam hujus venerabilis monasterii sanctæ Genovefæ, qui anno 1389. religionem dicti monasterii ingressus, quamplurima officiorum genera exercendo in finem usque laudabiliter perseverans, post multos labores hujus vite diem clausit extremum anno ejusdem Domini 1466. 27. Aug. Anima ejus cum beatis requiescat. Amen.*

XXVIII. Johannes IX. Bouvier habitum canonici regularis die sancti Gregorii anno 1425. induit. Tum camerarii & elemosynarii muneribus perfunctus, & post Guillelmum Fourquois Nannetodorensis parochus, hinc accitus est, ut in locum Petri Caillon abbatis cedentis succederet, ut patet ex bulla Pauli II. inscripta dilecto filio Petro Caillon canonico monasterii sanctæ Genovefæ Parisiensis ordinis sancti Augustini, &c.

Cum itaque . . . per dilectum filium Guillelmum Boyle decanum ecclesie Noviomensis in theologia professorem procuratorem tuum . . . in manibus nostris sponte cesseris, nosque cessionem ipsam admittentes, de persona dilecti filii Johannis Bouvier moderni ejusdem monasterii abbatis nobis & fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus providendum, preficendo ipsum eilem monasterio in abbatem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, nos tibi personam, &c. ut supra in Petro superiore ad annum 1465. Attamen Johannes non nisi die 3. Octobr. 1467. regi sacramentum dixit. Sic autem ad hunc annum legitur in quibusdam Gallicis commentariis: *Fuit dicitur celebrata messe solennelle de madame sainte Genevieve le Dimanche jour de saint Jean l'Evangeliste, après que le receveur de Paris avoit fait mettre la representation du seigneur roy (Louis XI.) faite de vive devant l'image de sainte Genevieve, ou elle est de present.* Sixtus IV. Pauli II. successori Johanni abbati bullam inscripsit anno 1471. qua privilegia monasterii confirmantur, & iterum aliam 1475. simul inscriptam decano Lingonensi, de parochia sancti Johannis de Calvomonte in agro Bassiniaco erigenda in ecclesiam collegiatam; quod revera factum est, instituto capitulo constante decano, thesaurario, cantore, & duodecim canonicis. Anno 1476. die 7. Septemb. senatusconsultum obtinuit quo firmatur in possessione juris constituendi lanios juratos ad visitandam carnem lanienæ Montis sanctæ Genovefæ. Insequenti 1477. organa ecclesiæ refici curavit Johannes admistræ eorum, quæ Ludovicus XI. Rex dederat ecclesiæ Cleriaci prope Aurelianens. Eodem, Sabbato 3. Januarii seu potius 1478. parlamenti curia decrevit, diem

natalem sanctæ Genovefæ, qui ab omni vivo in omnibus ecclesiis & a populo perinde ac Dominica festus haberi consuevit, a se pariter in postquam tanquam festum de precepto habendum, & ideo reponendum in suo calendario. Inter hæc cum emisset medicinæ facultas domum & parietinas in vico de la Bucherie Parvi pontis an. 1472. ad erigendam scholam pro actibus aliusque medicinæ exercitiis, Johannes abbas simul & camerarius fundum jure morticini donavit. Sub eodem abbate, quem juvit consiliis Petrus Caros decanus Nivernensis, subcancellarius sanctæ Genovefæ obiit 1478. die Veneris 23. Januarii sepultus eadem die in navi ecclesiæ sanctæ Genovefæ in capella sancti Christophori. Huic subcancellarius successit celeberrimus ille Johannes Standon eruditus in domo sanctæ Genovefæ. Johannes demum prefectura cessit in manibus Sixti IV. pontificis, pensione non retenta, ex quo pietatem ejus intelligas & studium discipline, quam revera temporum iniquitate remissam in suo monasterio redintegravit. Sepultus est in claustro ante lavacrum prope sacristiam sub tumba lapidea, in qua abbas effigies, cum hoc epitaphio: *Hic jacet monastica vite zelator maximus & auctor religionis & forma commendatissimus reverendus in Christo pater dominus D. Johannes Bouvier hujus venerabilis monasterii abbas meritissimus. Obiit mensis Novembris die XVII. anno Domini M. CCCCLXXIX.* Dies tamen obitus ejus consignatur in martyrologio domestico XIV. calend. Decembris, hoc est XVIII. Novembris.

XXIX. Philippus I. Langlois dictus Anglica a summis pontificibus Sixto IV. & Innocentio VIII. cum die 3. Januarii sanctæ Genovefæ sacro anno 1438. novicius admittus est, Universitatis Parisiensis cancellarius erat, vir doctrina præstant, & magistri Johannis Standon collegii pauperum Montilacuti restauratoris patronus. Vacanti abbatiæ per resignationem Johannis Bouvier abbatis prefectus est anno 1479. pridie nonas Augusti a Sixto IV. anno pontificatus octavo, & alio ejusdem pontificis diplomate dato posttridie, seu nonis Augusti facultatem obtinuit accipiendi benedictionem a quocumque vellet episcopo catholico, qui vice papæ fidei sacramentum ab illo reciperet. Die tandem 25. septembris ejusdem anni, qui Sixti IV. pontificatus dicitur nonus, in abbatiæ possessionem inductus est a priore & superiore per assignationem sedis pratorii, in quo solet exerceri jurisdictione auctoritate apostolica abbati sanctæ Genovefæ attributa, & etiam per ingressum domus abbatialis & ipsius apprehensionem, traditionemque clavium & sigillorum cameræ, &c. In regesto cameræ negotiorum sanctæ Genovefæ id Gallice ab ipsemet Philippo scriptum legitimus, quod latine de verbo ad verbum reddimus: *Sabbato 15. Januarii 1479. qui nunc 1480. exhibitum est hominum fidelitatis pro ecclesia presentis a nobis Philippo humili abbate ecclesiæ & abbatiæ domine sanctæ Genovefæ in Monte Parisorum, in Capella sancta palatii nostri domini, honorabili & discretio D. D. Johanni le Boulanger equiti & protoprefidi parlamenti vice regis nostri dicti*

*domini hac in parte, vi regii diplomatis obsequati a sigillo majori in flavâ cera, tanquam ad hoc delegato a rege nostro dicto domino; & accessit secretarius nomine Jacobus de Hacville; cui datum est diploma, ostentans D. Michoel le Boulanger filio dicti domini presidis, magistro Johanne du Friesnoy ipsius genero, & pluribus aliis, qui omnes in hospitio nostro sanctæ Genovefæ præserant.* Die 3. Febr. 1479. seu 1480. idem abbas simul & cancellarius in Universitate Paris. obtinuit edictum a parlamenti curia, quo jubetur ut illi sacramentum præstent quatuor artium magistri clerti tentatores, seu examinatores, & examen illud seu tentamentum fieri solum ab artium facultate, hodie aperiat ab laudato abbate quatenus abbate sanctæ Genovefæ, de quo cum illo altercabatur Universitas. Anno 1482. die 23. Junii capellaniam perpetuam ad altare sancti Blasii in monasterio sanctæ Genovefæ fundatam, vacantem per liberam ultimi possessoris resignationem contulit discreti viro & nobili magistro Johanni Vaulart seniori, clerico Meldensis diocesis, in legibus licentiat. De mortuo 1483. Johanne Rolin cardinali episcopo Eduensi sic legitur in necrologio sanctæ Genovefæ ad diem 6. Maii: *Inter cetera bona, quæ nobis contulit, dedit nobis 2000. libras pro suo quotannis celebrando anniversario.* Cum vero die Veneris 6. mensis Junii anni 1483. tonitru delapso in ecclesiam sanctæ Genovefæ campanile, quod plumbo tegebatur, combustum, plumbumque & campanarum metallum liquefactum, quin & majori ex parte perditum fuisset, ac turris ejusdem campanilis & ecclesie, & monasterii dormitorium, aliaque circum adjacentia ædificia igne consumta non modicam patenter ruinam, ad quorum refectionem nullo modo etiam per multa tempora monasterii facultates sufficerent, uti loquitur Sixtus IV. pontifex in bulla hoc anno data nonis Novembris ad preces inelytæ memoriæ Ludovici Francorum regis, primum Philippus abbas, antequam ad indulgentias recurreret, de quibus in bulla laudata, emendicari utiliter fecit in urbe Parisensi, mistique ad complures regni civitates unum e suis canonicis nomine Johannem de la Chapelle, qui fidelium elemosynas colligeret; ad quod etiam pium opus senatus Parisiensis contulit opem, huic pluribus applicatis multis; cumque tandem concessit a Sixto IV. pontifice prædicarentur indulgentiæ, quas subinde Innocentius VIII. data bulla 1487. v. calendis Augusti precibus Caroli VIII. regis, abbas & conventus, præpositi mercatorum, urbisque & universitatis Parisiensium prorogavit ad quatuor annos, temere quidam ex ordine mendicantium adversus illas insurrexerit, qui propterea interdicto ab officiali Parisiensis suppósitos est. Horum igitur omnium ope relictis quatuor campanis altera superaddita est anno 1611. sexque anno 1732. Inter hæc Philippus abbas præbuit assensum ut profectores & scholares nationis Picardæ capellani erigerent in honorem Dei, beatæ Virginis Mariæ, sanctorumque Nicolai & Catharinæ die 16. Julii anni 1487. eodemque anno, seu tertio pontificatus Innocentius VIII. die 4. Septembris Philippo

Hid. n. VII.

B. n. VIII.

Hist. Univ. s. p. 779.

bullam inscripsit in gratiam capituli sancti Aniani Aurelianensis. Abbatia Philippus cessit anno sequenti 1488. in manibus pontificis decimo calendis Augusti; de quo sic habet martyrologium domesticum: *IV. calendis Novembris obiit pie memoria venerabilis in D. pater D. Philippus Langley quondam abbas hujus insignis ecclesie.*

XXX. Philippus II. Cousin religionis nomen dedit 27. Aprilis 1466. posteaque fuit sancti Medardi curio. Qua Innocentius VIII. bulla Philippi Langlois cessionem admisit, eadem regi Carolo inscripta 1488. x. calendis Aug. Philippum Cousin subrogavit, regique commendavit. Dnas alias ab eodem pontifice iidem præditas notis chronicis Philippus accepit, alteram scilicet *motu proprio* datam, qua sibi retinendi officium elemosynarii facultas conceditur; alteram, qua, licet dudum *volverimus*, ait pontifex, *quod si quis in infirmitate constitutus resignaret aliquod beneficium, & postea infra viginti dies de ipsa infirmitate decederet, collatio hujusmodi nulla esset, ipsumque beneficium nihilominus per obitum vacare censeretur*, speciali gratia huic derogat legi, adeo ut si qui resignavit Philippus Langlois infra viginti dies post cessionem hujusmodi decedere contingeret, provisio & præfectio prædictæ valide & efficaces existerent in omnibus & per omnia, perinde ac si dictus Philippus per hujusmodi viginti dies superviveret, &c. Denique Philippum Cousin die 23. Sept. ejusdem anni Sagienus episcopus benedictione donavit. Pepigit anno 1491. cum aditus parochiæ sancti Stephani de Monte pro amplificanda ecclesia. Die 15. Febr. 1494. qui nunc 1495. Johannem Simon episcopum Parisiensem comitantem abbate sancti Victoris a suo monasterio ad sanctam Genovefam, illicque ab eodem abbate præsentatum Sagenovafano, hic cum suo conventu deduxit ad sanctam Genovefam Ardentium, ubi cum beatæ Mariæ capitulum occurrisset illi præsentavit episcopum, dicens: *Colendissime cætus, insequendo laudabiles consuetudines olim per prædecessores nostros conditas & inviolabiliter observatas, vobis reverendum in Christo patrem & dominum Johannem divina miseratione Parisiensem episcopum præsentamus, ut ipsum tanquam vestrum & verum pontificem recipere dignemini: ad quæ verba retulit decanus: Venerabilis pater, libenter illum recipimus, &c.* Consule caeremoniale Franciæ in folio tomo secundo pag. 866. ubi de solemnibus Parisiensium episcoporum ingressibus, & eorumdem in possessionem inductione, a Stephano Poncher proximo Johannis Simon successore anno 1503. 21. Maii ad annum 1598. Interea Philippus a rege Ludovico XII. nominatus abbas B. Mariæ de Victoria prope Silvanectum, aut ab ipso electus conventu, regi fidem juravit Parisi die 12. Junii anni 1499. præsente duce Nemorosii. Utrum tamen hanc vere abbatiam obtinuerit, incertum. Anno 1504. Stephano Poncher episcopo Parisiensi & Philippo abbate sanctæ Genovefæ annuentibus, intra septa collegii Choletorum edificata est capella. Philippus multorum in alma facultate alumnorum patronus munificus liberum illis permittebat ingressum in suæ abbatie hortos, quos auctor æqualis speciosus

Chart. CLXXXIII. col. 138.

speciosus juxta & spatiosus describit. Defunctæ anno 1508. Agnetis de Sabaudia condita sunt in tellina a parte sinistra ecclesiæ S. Genovefæ non longe a gradibus sanctuarii, sub tumulo, cujus hæc est inscriptio: *Exiguo clauduntur hoc saxo intestina nobilis dominæ Agnetis de Sabaudia, uxoris quondam illustrissimi viri Francisci comitis Dugueys. Molem autem corporis exiit sexto decimo Martii anno Incarnati Verbi millesimo quingentesimo octavo.* Obtinuit Philippus eodem anno 30. Apr. senatusconsultum adversus præpositum mercatorum adilefque urbis Parisiensis de jure ponderum & mensurarum. Adstitit anno 1511. 8. Martii cœtui habito in Castelleto Parisiensis, in quo præfecturæ & vicecomitatus Parisiensis publicatæ sunt consuetudines. Mensis Decembris anni 1512. Petrus de Pontecacus Brugensis dicitur Philippo Cognato Genovefæ adis in Parrhysio colle moderatori vigilantissimo poemâ epicum de historia sanctæ Genovefæ novem distinctum libris ad instar Æneidos Virgilii, quod primum hæctenus notum monumentum est, in quo patrona Parisiorum puella gregis custos exhibetur: idque postea imitati sunt pictores. Ceterum poëta in epistola nuncupatoria se ad hoc suscipiendum opus inductum fuisse declarat, quod ex morbo acerbissimo ipsius sanctæ merius & intercessionem subito convalescit. Ipsemet vero Philippus abbas testis fuerat octodecim antea circiter annis, celebrem illum Erasum in collegio Montisacuti ejusdem sanctæ patrocinio mirabiliter sanatum fuisse, qui propterea in ejus laudes carmen composuit. Quæ etiam de sanitate obventa ejusdem Erasmi videnda epistola ad amicum Nicolaum Venerum inter ipsius opera edita Londini 1642. ipsorummet curis Novatorum. Sub eodem abbate suos jugiter ad studia provocante juniores canonicos, alter eorum Alexius de Renuilly laurea doctoris anno 1514. insignitus est. Sed neque minus disciplinæ regularis studiosum fuisse probant eximia, quæ condidit & in capitulo generali 29. Augusti 1514. statuta publicavit. Abbatiam dimisit in gratiam sequentis, a quo vicissim accepit prioratum sancti Eligii de Rosfiaco ordinis sancti Augustini diocesis Parisiensis, probante Leone X. papa, qui & *motu proprio* Philippo concedit præposituras de Spinolio & de Borreto a monasterio dependentes, villasque seu loca de Rungiac & de Autholio Silvanect. & Parisiensis dioceseon, ad monasterium ipsum legitime pertinentia; necnon abbatialem domum & illi hortos aliaque adjacentia, quæ omnia tertiam partem fructuum, reddituum & proventuum dicti monasterii, ut accepimus, ait papa, non excedant, per illum quoad vixerit, tenenda; qui & addit collationem, provisionem, presentationem, seu quamvis aliam dispositionem omnium & singulorum beneficiorum ecclesiasticorum . . . ad collationem . . . ac omnimodam dispositionem abbatis dicti monasterii pro tempore existentis pertinentium, per obitum duntaxat vacaturorum habendam. *Datum Roma anno 1517. quarto idus Augusti anno pontificatus quinto.* Idem quoque pontifex bulla data eisdem die & anno decanum sancti Marcelli Parisiensis, Nicolaum d'Origny canonicum Trecentem

Tomus VII.

& Gervasium Corbeau Tervanensem canonicum delegavit, qui Philippum Coufin priorem sancti Eligii de Rosfiaco, præmissis omnibus eidem causi pensionis attributis de consensu abbatis Guillelmi, cujus in gratiam, ut dictum est, abbatia sanctæ Genovefæ cesserat, quiete potiri fatagerent. Vivere tandem Philippus desit xv. calendis Maii 1521. sepultus in extremo graduu sanctuarii a parte Evangelii. Cœnotaphium ejus hæc epigraphæ decoratur:

*Nomine Cognatum tumulus tenet ille Philippum,  
Quo pastore diu clauvit ista domus.*

**B** *Rexerat ille prius delubra gregisque Medardi,  
Paverat exemplis, ut bonus opibos.*

*Jure igitur vehementis elegit & ardua virtus*

*Ex ove pastorem, qui bene pavit oves.*

*Jam magna radiat splendor virtutis in illo,*

*Ut fuerit tanto dignus honore peti.*

*Nunc Deus ignoscat, si quid peccavit, & ipse*

*Qui legis hæc, fundas commiserando preces.*

XXXI. Guillelmus le Duc natus apud Rosfiacum, Rosffy, vicum insignem in diocesi Parisiensis, cujus parochia ad S. Genovefæ patronatum spectat, consanguineus Petri le Duc abbatis S. Victoris C desuñcti anno 1400. ingressus est sanctam Genovefam 28. Decembris 1488. Primum fuit superior, tum prior Rosfiaci, loci natalis, tandemque abbas per liberam Philippi resignationem, & Francisci I. regis nominationem, approbante Leone X. papa, bulla data Guillelmo 1517. 1v. idus Augusti pontificatus anno quinto. Alia ejusdem pontificis eorundemque diei & anni & ad eundem Guillelmum bulla, vicaria Philippi Coufin & Guillelmi le Duc beneficiorum permutatio, abbatia ab illo, & ab hoc prioratus de Rosfiaco, *forſan conventualis*, facta comprobatur. Eodem tempore Leo X. papa commendat regi Francico **D** I. Guillelmum le Duc, cui & a quocumque voluerit episcopo catholico benedictionem percipiendi, postquam eidem vice pæfidei sacramentum præstiterit, facultatem concedit. Integrum adhuc 1518. perſtabat apud sanctam Genovefam tribunal conservatorium, utpote ad quod hoc anno papa remisit sacularum a quibusdam sanctæ Crucis Parisiensis alumnis appellationum cognitionem. Quo etiam tempore senatus delegavit *Johannem le Clerc cancellarium & canonicum Ambianensis ecclesiæ, vices sanctæ Genovefæ conservatoris gerentem*, qui una cum sancti Johannis in Gravia & sancti Nicolai de Campis curionibus dictum S. Crucis monasterium vilitaret & reformaret. Hi porro statutum eiderunt 18. Decembris 1518. cui adjectum est, *ordinis præpositum generalem modis omnibus debitis & rationabilibus coactum iri ad huc obtinendum.* Eo in munere vicegerentis Johannem le Clerc excepit Johannes de Gouy senator & postea præses Inquisitionum desuñctus anno 1549. Ad Guillelmum abbatem revertor, quem & fratrem Johannem Chopin priorem curatum ecclesiæ sancti Stephani de Monte cum episcopo Parisiensis ad impositam a rege decimam specialiter cogere voluisset, etiam intentatis censuris,

Ccc

Charta  
XXXVIII.  
n. x. c. 151.

hi vero a Parlamenti curia, ut citaretur episcopus libello supplici oblato postulassent, monente curia episcopum feria vi. 30. Martii 1519. hoc est 1520. ut a proposito discederet, maxime de abstinentia a processione, que Dominica Palmarum fieri consuevit ab ecclesia cathedrali ad Sanguenensiam, acquievit episcopus, uti legere est in excerptis regestorum Parlamenti. Anno 1525. cum quidam Dominicanus haresi Lutheriana infectus ex Anglia Parisios accedens, Parlamento denunciatus esset, captus & ductus ad sanctam Genovesam, inibi ex juris formulis ab abbate & Nicolao d'Origny cancellario ecclesie Parisiensis & in Parlamenti curia fenatore interrogatus est. Die 7. Martii ejusdem anni fuit presens Guillelmus abbas in comera consilii post prandium, ubi perfectis nominum & cognominum familiis ordinum Mendicantium addictorum & adveuarum scholarium, qui tunc in urbe Parisiensis degebant, indicibus, decretum est illis in presens extra urbem ejiendos non esse, sed monendos tantum priores Carmelitarum, Augustinianorum & Dominicanorum, guardianumque Fratrum Minorum & hujusce urbis collegiorum moderatores, ne dictis scholaribus permitterent extra urbem divagari & extra regnum scribere, quin prius de hisce monerent senatum, aut prescriptum mercatorum; de cetero autem tales in posterum hanc in urbem non esse admittendos. Eodem anno 1525. tribus interfuit conventibus habitis in curia Parlamenti definiendi causa, quid agendum esset intercepto rege Francisco I. Cum per obitum prioris curati de Roissaco, qui contigit intra feriam 14. Cinerum & Dominicam SS. Trinitatis, Philippo le Bel successori archidiacono Parisiensis favente episcopo de *deportu* intendisset, hi ambo causa ceciderunt tam in Castelleto, quam in Parlamenti curia an. 1527. ut liquet ex arresto in appendice relato. Guillelmum abbatem Clemens VII. papa ecclesie Bellinensis in partem *insidelium* in episcopum & D

Charta  
XXXVIII.  
n. XI. XII.  
& XIII. col.  
852.

Charta  
XXXVIII.  
col. 149.

pallorem presfecit, ipsimet inscripta bulla 14. cal. Martii anno pontificatus vi. hic est 1528. iisdemque die & anno Guillelmo electo episcopo Bellinensi, quem hanc adire diocesim non posse didicit, in urbe Riminensi commorari permittit, ut inibi, postquam inauguratus fuerit, episcopalia obeat munia, quando id ab eo requisierit N. Franciotti diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin, Riminensis ecclesie perpetuus administrator, aut qui pro tempore fuerit episcopus. Tertiam denique bullam ab eodem pontifice, iisdemque die & anno Guillelmus electus Bellinensis accepit, qua sibi facultas indulgetur inaugurationem accipiendi a quocumque vellet episcopo catholico, qui ab eo recipiat fidei sacramentum. An. 1530. die 12. Nov. senatus Parisiensis sessiones repetenti adfuit cum archiepiscopis Lugdunensis & Aquisfentensis, ex regestis Parlamenti in appendice. Mense Novembri anni 1532. quo Johannes du Bellay episcopus Parisiensis suam solemnitatem ingressus est ecclesiam, quod in talibus fecerat occasionibus abbas decessores, Guillelmus & ipse quatenus abbas præsilit, uti legere est tomo secundo Cæremonialis Francie pag. 868. Guillelmo abbatiam

Charta  
XXXVIII.  
num. XIV.  
col. 152.

A regente, ut produnt tabularia sancte Genovesie, in ejusdem ecclesia S. Franciscus Xaverius die 15. Martii 1529. hodie 1530. & sanctus Ignatius Societatis Jesu fundator, 13. Martii 1532. nunc 1533. laurea magistrerii artium donati fuit per cancellarium Sanguenensem fratrem Jacobum Aimery sacre theologie doctorem, qui postea factus est episcopus Chalcedonensis, anno scilicet 1536. Inter hæc abbatia Guillelmus cessit anno 1534. pluribus tamen sibi retentis ad vitam, que Paulus III. bulla ejusdem anni pontificatus primi vi. idus Martii probavit. Hæc autem fuit pensio annua centum auri scutorum in auro solis super omnibus & singulis prioratibus sancti Stephani fructibus, &c. necnon uberioris annue pensionis loco, domus abbatialis ejusdem monasterii, horti & alia adjacentia in ipso monasterio consistentia; ac de Borreto & de Spinolio nuncupate præposituræ, que membra ipsius monasterii existunt; necnon ad ipsum monasterium legitime pertinentia de Autholio, & de Grenellis nuncupata loca Silvaneensis & Parisiensis dioceseon, cum omnibus & singulis eorum fructibus, &c. una cum ecclesia Bellinensi, cui præsefe dinoscitur, ac prioratu sancti Mauri de Bello saltu ordinis sancti Benedicti Rotomagensis diocesis, &c. necnon collatio, provisio, præsentatio, nominatio, & quævis alia dispositio omnium & singulorum beneficiorum & officiorum ecclesiasticarum, etiam claustralium ac temporalium ad abbatem dicti monasterii pro tempore existentis collationem & provisionem spectantium, &c. Ad quorum omnium firmiter executionem idem papa eorundem diei & anni bulla delegavit abbatem sancti Maglorii Parisiensis & Johannem de Gouy decanum ecclesie sancti Juliani Laudunensis & officialem Parisiensem. Tertio post anno 1537. die 3. Julii cessit e vita Guillelmus, conditus in ala dextra ecclesie ante portam claustrii. Hujus ita meminit necrologium domesticum: *v. monas Julii obiit D. Guillelmus le Duc quondam abbas hujus ecclesie, deinde sanctæ sedis apostolica gratia episcopus Bellinensis.*

XXXII. Philippus III. le Bel Lusarchia ortus in Insula Francie, canonicorum regularium apud sanctam Genovesam amplexus est institutum anno 1508. die festo sanctorum apostolorum Petri & Pauli. Prior subinde curatus de Roissaco & postea sancti Stephani de Monte, vacantem demum cessione Guillelmi abbatiam, regia Francisci I. scheda vi concordatorum papam inter & regem obtinuit a Paulo III. bulla data 1534. vi. idus Mart. anno pontificatus primo, ubi, quod notandum, provisio facta dicitur de consensu dilectorum filiorum Nicolai de Bonnespieres prioris claustralis, & prædicti monasterii conventus. Altera ejusdem pontificis iisdemque die & anno data bulla Philippo permittit accipere benedictionem a quocumque voluerit episcopo catholico, cui vice papæ jurare tenebitur fidem. Anno 1536. a summo pontifice delegatus cum alio bullam anni 1533. pro Fossatenensibus monachis in canonicos seculares convertendis, & ejusdem ecclesie decanatu, necnon prioratu sancti Eligii univendis

Hist. Paris.  
ann. 3. pag.  
608.

episcopatus Parisiensis executioni demandavit. Eodem anno executor fuit privilegii, quod Fratres Prædicatores a summo pontifice impetrarunt alienandi classem suam in suburbio sancti Jacobi. Die 3. Augusti ejusdem anni, dicta utrinque causa, latum judicium est, quo adhibitis cautionibus ad coificienda & vendenda medicamina necessarii, jus abbati & capitulo sanctæ Genovefæ asseritur, non modo unum suis ex administris delegandi, verum & eligendi pharmacopolam unum in sua jurisdictione manentem, qui visitet medicamenta simplicia, seu mixta, reperta apud pharmacopolas & aromatum propolas in suburbio sancti Marcelli & intra fines jurisdictionis S. Genovefæ commorantes. Insequenti anno 1537. chorum ecclesiæ parochialis sancti Stephani de Monte construxit, ut constat ex ipsius & abbatis insignibus in fornicis conclusuris. Insignem ex argento inaurato capsam fieri sollicitus in ea reliquias S. Clotildis die 3. Junii 1539. collocavit. Siatura condidit 25. Junii 1541. pro collegio de l'Ave Maria, cujus etiam tres burfas totidem adolescentibus diocesis Nivernensis contulit. Remissa tunc temporis erat disciplina regularis, adeo ut mense Apr. anni 1539. senatus delegaverit Petrum Brulart consiliarium ad inquirendum de excessibus in abbacia S. Genovefæ perpetratis. An. 1544. Philippus perstromatibus chorum exornavit, in quibus B. Genovefæ vita acu depicta cernitur. Organa quoque & ambonem ecclesiæ perficienda curavit. Feodum, Aurelianensem dictum, qui nomen dedit Aurelianensi plateæ non longe a sancto Medardo, qua itur ad S. Victorem, anno 1544. excitavit, & 9. Maii feria sexta ejusdem anni consentiente capitulo has ædes Aurelianenses cum ejus appenditiis infœdavit Johanni Jacobo de Mefines regio consiliario præpositi Parisiensis in Castelleto locum tenenti, charta scripta ab N. Fardeau notario Parisiensi, ex eoque feodo & altero d'Albiac nuncupato prodiit jus de bienvenue & de retenue in domibus ab iis dependentibus. Una cum abbate S. Victoris Antonio de Melphes anno 1549. xi. Augusti additit Francisco de Dinteville episcopo Autistiodorensi Catharinam de Clermont abbatissam Montis Martyrum benedictini. An. 1550. testante Orlandino lib. x. historiæ Societatis Jesu num. 107. in ecclesiâ sanctæ Genovefæ Philippus abbas excepit vota Baptistæ Violæ ejusdem societatis alumni, qui primus cum aliis necdum etiam professus Parisios a B. Ignatio fundatore directus, inibi Claromontani episcopi opera & hujus abbatis favore atque consensu in Monte Genovefæ domicilium fixit. Quæ pro more decessorum Philippus gessit in solemnî Eustachii du Bellay episcopi Parisiensis suam in ecclesiâ ingressu anno 1551. de his in appendice publicum habes instrumentum ex autographo descriptum. Die 8. Aprilis 1552. in basilica sancti Dionysii in Francia ritu solemnî deposita sunt sanctorum Martyrum corpora, singulis optimatibus & supremis adstantibus curiis ad hoc convocatis, ubi Parisiensi episcopo celebranti munere diaconi & subdiaconi fungentes ministrabant abbates sancti Maglorii & sanctæ Genovefæ appellati in regeſto Parlamenti episcopi Portatis;

Tomus VII.

A sic etiam dicti tomo secundo Cæremonialis Franc. pagina 947. ubi hæc cæremonia refertur. Quid vero ista denotet vox Portatis hæctenus incognitum; neque enim, ut Felibianus in historia Sandionysiani monasterii pag. 392. interpretari videtur, sonare potest episcopos in partibus, cum solus sancti Maglorii abbas Guido de Montnirail, esset episcopus in partibus, minime vero Philippus abbas sanctæ Genovefæ. Qui duo nris abbates cum abbate Montisburgi eodem nomine donantur in regeſto Parlamenti, ubi altera æque solemnî eorumdem sanctorum pignorum depositio describitur 20. Julii 1554. abbate sanctæ Genovefæ Laudunensi præfultu in officio diaconi ministrante. Denique sub Philippo abbate simul & camerario die prima Oct. 1555. nuncupato, biennio post die Dom. 19. Sept. 1557. delata processionaliter est more solito capsâ S. Genovefæ, cui cæremonie adfuturum se promiserat rex, sed obviit valde; qua de re vide regeſta Parlamenti ad calcem. Abbata cecit Philippus, pluribus quidem sibi retentis, sed quibus haud diu potitus est; mortem enim oppetiit anno sequenti 1558. sepultus prope Guillelmu decessorem. De eo necrologium sic habet cum notis chronicis 3. Julii & an. 1558. *Obiit venerabilis memoria dominus Philippus le Bel abbas hujus ecclesiæ, ac quondam prior curatus sancti Stephani, qui postquam hanc domum multis decoravit beneficiis, anno primo post coronam jubileam adeptam Christo spiritum reddidit 1558.* Hic vero abbas dicitur Philippus, tametsi jam facta cessione, quia necdum successerit benedictionem acceperat, neque possessionem: Per coronam vero jubileam, quam adeptus erat, intellige quinquagesimum professionis annum, ad quem pervenerat.

XXXIII. Josephus Foulon Parisiis ingenua familia natus, religionis habitum induit die 8. Septembris 1545. Anno 1550. Rodoniaci, de Rosny, prope Vincennas curio factus, anno 1557. evasit abbas cessione Philippi le Bel, quo nonnisi mortuo bullas accepit a Paulo IV. pontifice die prima Augusti 1558. pontificatus anno quarto; in quibus Josephus Foulon bacalanus in decretis nuncupatur. Nondum benedictione donatus erat 29. Junii 1559. quo, Henrico II. rege lethali vulnere fauciato, cum pro ejus sanitate solemnî supplicatio, in qua sanctæ Genovefæ capsâ deferretur; indicta fuisset ad diem Dominicam 9. Julii, nec Josephus benedictione hæctenus carens abbatem hac in cæremonia agere posset, ea ipsa die tertia post mediam noctem hora benedictus est in capella claustrî, dicta Misericordie, statimque huic præstitit supplicationi. Postridie vero defuncti regis undecim post acceptum vulnus diebus pompam funebrem die xi. Augusti sequentis profecutus est Josephus cum insula & cappa ad ecclesiam cathedralem, ubi in missa diaconi munus obivit. Post biduum eodem diaconi munere sanctus est in basilica sancti Dionysii, ubi conditus est rex. His diebus Josephus abbas admisit ad professionem Johannem Berson, quem, ut progressus faceret, modis omnibus adjuvit. Launois in historia collegii Navarrai in quarto pagina 766. Navarrai inter alumnos

Cccij

Charta  
xxxviii  
num. xv.  
col. 152.

Hist. Paris.  
ann. 3. pag.  
289.

Ch. xxxv.  
col. 233.

Berfonium recenset, qui laurea doctoris in facultate theologicæ clarus, eximieque verbi divini præconis fama celebris obiit 18. Martii 1580. Petrus le Juge sanctæ Genovefæ canonicus regularis in historia sanctæ Genovefæ, quam dicavit abbati Foulon, de Berfonio testis & æqualis hæc habet Gallice, quæ latine reddimus: *Fuerit ejus assuerunt domini theologi cum tanta populi frequentia, ut vix locus reciperet, maxima populi parte tam probum virum dolente, maxime vero scholaribus & Universitatis catu singulare studiorum ac litterarum lugentibus ornamentum; cujus postea in laudes stricta oratione occurrit. Launoius porro tantisper confudit nostrum hunc Johannem, quem Jacobum vocat cum alio doctore Parisiensi Minorita, Johanni superflite, & ex eadem, ut creditur, familia. Labente magis ac magis eo tempore disciplina ob civilia bella, senatusconsulto an. 1563. 14. Augusti Carolus de Thou protopraefes & Carolus de Dormans consiliarius accesserunt ad monasterium, ut fratres ad meliorem vitam & pacem revocarent. Mense Martio an. 1564. Guillelmus Viole episcopus Parisiensis ecclesiæ suæ possessionem inivit, illuc a basilica sanctæ Genovefæ deductus est, oblatuque capitulo Parisiensi ab Josepho Foulon abbate & a conventu S. Genovefæ, ut moris est; idem præstitit 1598. die 1. Aprilis Henricus de Goudi, ex Cæremoniali Francia tom. 2. pag. 874. Inter hæc anno 1566. die Dominica 7. Julii delata solemniter est capsula sanctæ Genovefæ, præsentem cum suis magnatibus rege, qui præ suæ capellæ symphoniacis clerum sanctæ Genovefæ solum tenere chorum hæc in processione voluit, & quem episcopus Paris. abbasque sanctæ Genovefæ tenere ordinem debebant, ipsi summet, qui antiquitus hodieque servatur confirmavit. Quo de ordine cum iterum in processione simili anni 1572. capitulum inter beate Mariæ & canonicos sanctæ Genovefæ dissentio fuisset, his iterum rex dextrum pro more latus attribuit. Josephus anno 1575. beneficium *de Livie* ab abbata de Rota in Andibus dependens ex indulto Jacobi Bellanger senatoris Parisiensis contulit fratri Dionysio Danguy canonico regulari, collationi favente majoris consilii edicto. Rogatus a senatu Parisiensi renovaturo consensus postredie festi sancti Martini anni 1578. missam in pontificalibus celebravit, ex regestis Parliamenti. Anno 1580. 22. Febr. una cum Francisco Chauvelin advocato, Majore Superioris justitiæ sanctæ Genovefæ adfuit conventui, in quo redacta est consuetudo. Sub ejusdem abbatis auspiciis Petrus le Juge Parisinus S. Genovefæ canonicus regularis quæ spectant ad vitam sanctæ Genovefæ & ad monasterii antiquitates collegit, cujus operis multoties editi, primumque Josepho Foulon dedicati epistola nuncupatoria præsert annum 1585. Missam die Dominica XI. Martii an. 1590. ritu solemniter decantavit in ecclesiâ majorem Augustinianorum, qua completa, delegatus excepit sacramentum ab urbis Parisiensis præfecto, adhibitis, &c. de perseverando semper in sancta unione, & adversando regi Navarrae. Ita præses Thuanus hist. lib. 98. p. 52. qui subinde Josephi perthonorificam facit me-*

\* Maïre.

tionem lib. 107. ad annum 1593. quem scilicet in aula evocatum pro rege cum ecclesiâ reconciliando scribit, sed a sectariis & a duce Meduano custodia traditum. Sane legitimus magnam illum habuisse partem in urbe Lutecia Henrico IV. regi subjicienda, cujus in sacro functus est officio diaconi, & subdiaconi in regina Mariæ de Medicis coronatione. De Josepho rursum legendus præses Thuanus libro 123. ad annum 1599. quo interim usus est procuratore Ludovicus de Lorraine frater Guisæ ducis ad capesendam abbatiam sancti Dionysii in Francia possessionem die 3. Decembris 1594. Plurimum contulit absolvenda sancti Stephani de Monte ecclesiæ, cujus diutino tempore fuit curio & simul abbas, eique tandem absoluta præter ædis frontem, adjevit an. 1605. aream pro condendis locis cooperitis, quorum insignis structura fuit, eximieque picturis in vitro decora, ad sacram eucharistiam administrandam & ad christianam doctrinam exponendam. Denique hæc in ecclesiâ conciones in Quadragesima fundavit, ea lege ut abbas successoris concionatorem nominaret. Sub finem vitæ veritus Josephus, ne post ipsius mortem abbatia transiret in commendam, allicere studuit ad religioni nominandum quempiam nobilem adolecentem, quem kicirco neque rex dare coadjutorem, neque fratres admittere gravarentur. Fuit hic primum filius marchionis de Vitry, quo post duos annos, obeunte fratre, ad seculum reverto, ut inde regiorum exercituum alter insigniorum ducum evaderet, marescalli de l'Hospitali nomen adeptus, Josephus abbas oculos coniecit in Benjaminum de Brichanteau filium marchionis de Nangis, cujus excepit vota anno 1602. quando rex Franciscum Salesum renunciare abbatem cogitabat; sed abnuente Francisco regularemque abbatem præferri debere judicante, quem proposuit Josephus coadjutorem, regi acceptus fuit Benjaminus. Hac denum prospera cautione lectus Josephus ad diem 7. Aug. anni 1607. vitam exegit in difficillimis & calamitosis temporibus, quibus sæpe ampla dominia, ut religioni ac publicæ regni subveniret inopie, necesse habuit distrahere. Conditus est in medio capellæ Misericordie, ubi ævæ ejus effigies ab illo celebri N. Pilon elaborata conspicitur. Non longe ab effigie legitur hæc inscriptio: *Hic jacet Fr. Joseph Foulon hujus ecclesiæ canonicus, qui anno 1557. in abbatem Dei grata electus, ita sapienter vitam instituit, ut omnibus, darissimis licet temporibus, gratis charisque esset, cujus anima in pace requiescat. Obiit 7. Augusti.* Huc autem singulis annis prædie Ascensionis Domini convenit clerus sancti Stephani memor antiqui sui pastoris & benefactoris, pro cujus anima psalmsuta *De profundis* cum responsorio *Libera* decantat.

XXXIV. Benjaminus de Brichanteau natus 10. Septemb. 1585. parentibus Antonio de Beauvais Nangis utriusque ordinis torquato equite, in Lusitaniam regio legato, & Antonia \* de la Rochefoucault de Barbezieux, paulo postquam consanguineus ejus marchio de Vitry, qui postea fuit marescallus de l'Hospital, e novicio per annum & amplius apud S. Genovefam seculum repetierat, seculo ipse

Hist. sancti Dion. pag. 426.

al. Catharina.

valuedixit, religionis habitu sumto in eodem cœnobio Sabbato ante Ramos Palmarum anni 1601. per manus Josephi Foulon, qui sex post annos sume in coadjutores illum proposuit capitulo. Rite igitur electus a sodalibus & acceptus regi 31. Martii 1607. tum ob hanc abbatiam a sancto Francisco Salefo recusatum, tum ob auctoritatem gentis de Brichanteau, consecretum dixit sacramentum summo pontifici, quem adivit Romam anno sequenti, ubi omnibus initiatus est ordinibus in ecclesia sancti Ludovici Gallicæ nationis. Creatus laud multo post episcopus Laudunensis, unum e suis elemosynariis designavit, qui abbatie bona temporalia curaret. Is autem solius domini sui utilitati studens, manuscriptos bibliothecæ sanctæ Genovefæ codices, cum pluribus editis libris vilissimo vendidit pretio, tam ad chorum instruendum libris necessariis, quam ad ædium facta tecta. In eo tamen fe munificum præbuit Benjaminus, quod sanctæ Genovefæ caplæ, ut vix ullam toties repetitis seculo proxime præterito delationibus attritam, refarciendam suscepit, ad quod pium opus bis mille ducentasque libras infumfit, quique vero nobilissimi pretiosâ donaria contulerunt, in his regina Maria de Medicis, que adamantibus in modum fasciculi florum summum caplæ verticem exornavit; eaque tot ac tantis subinde ditata est numeribus caplæ, ut vix ullam toto orbe præstantiorem sacrarum reliquiarum thecam reperias. Idem quoque Benjaminus vix abbas beate Mariæ de Barbello, de quo plura dicturi in episcopis Laudunensibus, id unum hic addemus, mortuum 1619. conditum fuisse prope decessorem abbatem in capella Misericordiæ apud sanctam Genovefam, cum hoc epitaphio: *Hoc componitur tumulo dominus Benjaminus de Brichanteau episcopus & dux Laudunensis, comes Danisy, par Francia, abbas & religiosus professor hujus monasterii, qui ut nobilitate, sic pietate clarus, obiit anno 1619. 111. idus Julii.*

XXXV. Unicus sequitur abbas commendatarius a rege nominatus, qui si non regularis, postremo saltem abbatibus longe fuit religiosior, ut qui regulam ab ordine canonico pene exulantem revocavit. Hic ille est Franciscus de la Rochefoucault Parisiis natus 8. Dec. 1558. & in ecclesia sancti Andrææ de Arcubus sacris undis ablatus, qui vix annum ætatis sextum supra vigesimum attingerat, cum die 6. Octobris anno 1585. sacratu fuit episcopus Claromontensis ab Hieronymo Ragoni episcopo Pergamensi nuncio pape in Francia, assistentibus Nicolao Fumcè Bellovacensi & Antonio de Cuppis Sistaricensi præsulibus, in prioratu sanctæ Catharinæ Vallis Scholarium Parisiensis. Dum suam subinde lustrat dioccesim mensè Decembri 1607. a Paulo V. nominatus cardinalis, ab ipso rege Dominica Palmarum 1608. ornatus est bireto apud Fontem Bellesqueum; tertioque post anno 1611. permutatione facta cum Antonio Rose Silvanectensi episcopo, volente rege, ut aulse prioris esset Franciscus, hanc ad ecclesiam transfatus est. Quod vero ad rem presentem pertinet, abbatiam scilicet S. Genovefæ obtinuit in hunc modum. Cum paulo ante obitum Benjaminii ultimi abbatis contigisset regem Turonis tum degentem

missam auditorum ad Majus monasterium divertisse, illudque olim tam sanctum, in multis reperisse deformatum, ingenti pius re affectus est dolore, maxime quod ejusdem conscius cardinalis de Retz episcopus Parisiensis, & primarius consiliarius, qui tum regem comitabatur, ei dixerit, hanc non solum in Majori monasterio, verum etiam in omnibus pene totius regni cœnobis deformatem deprehendi. De remedio igitur piis quibusque regi cogitationes revelantibus, in his maxime cardinalis de la Rochefoucault tum etiam Turonis degens ea de re commentarios obtulit regi. Nuncios interim advenit de morte Benjaminii abbatis S. Genovefæ, & de votis capitulo pro germano Benjaminii, qui, si rex probaret electionem, religioni daturum fe nomen pollicebatur. Quin & rogatus cardinalis de la Rochefoucault a dominis de Nangis, quorum matre affinis erat, ut qua pollebat apud regem gratia & auctoritate, id effectui mancipare curaret, præsto fuit eo libentius, quo certius præclaras animi dotes Philiberti de Brichanteau noverat, eoque successu, ut statim rex illi concesserit episcopatum Laudunensem & abbatiam de Barbello. At cum nihilominus instaret maxime cardinalis pro abbatia S. Genovefæ Philiberto obtinenda; hanc tibi do, reposuit rex, carior enim mihi quam Majus monasterium est, neque minori forsan opus habet reformatione, cupio ut tumet illam suscipias reformandam. His verbis attonitum rex advertens, nedum contentum, adeo vir frugi a cupiditate alienus erat, verba eadem refumfit altius, ut omnes audirent: Philiberto ad preces tuas largior episcopatum Laudunensem & abbatiam de Barbello, tu vero accipias velim abbatiam sanctæ Genovefæ quam reformes. Posita est in urbe Galliarum principe, exemplo erit quod in illa fiet bonum. Studiosum te, secundum quos obtulisti mihi commentarios erga illius disciplinam exhibebis; cuiuslibet alii hanc abbatiam dederim, nemo tam bene conscientiam meam exoneraverit; hanc igitur, amabo, mihi operam præbe, dum ipsi ecclesiæ præbuero, meque ab anxietate, qua crucior, libera, tam effrenatam cum cerno vivendi licentiam in locis, quæ, sicut olim, hodie deberent esse domicilia scientiæ & sanctitatis. Quid ad hæc cardinalis? Regi gratias rependit amplissimas, quod aurem petitioni suæ in gratiam D. de Nangis accommodasset, cujus iterum merita commendavit, ut amoliri a se abbatiam tentaret, qui sic aliunde novo aliquo beneficio abhorrebat, ut ex quo majoris elemosynarii decoratus erat munere, abdicare Silvanectensem episcopatum cogitaret. Meminerit rex, ait tum cardinalis, se mihi ampliara obtulisse sacerdotia, & in his archiepiscopatum Senonensem, a quibus obtinui excusari; ejsdem hac in re spes gratiæ eo major est, quo iniunctum mihi foret abbatiam, quæ hæctenus per abbates gubernata fuit regularis, a me primum in commendam teneri. Non intendo, respondit rex, abbatie naturam mutare, non enim ut a regula deficiat, hanc tibi do, imo potius ut ad regulam revertatur. Cum igitur quam tunc effect inutile regi amplius adversari cardinalis intelligeret, satis habuit illum deprecari, ut in dies aliquot rei decisio differretur, quibus ideo abstinuit

ab aula, ut interim domini de Nangis alios apud regem potentissimos amicos liberius possent oratores adhibere; sed frustra: elapsis enim octo diebus rex alterum sibi a sanctioribus commentariis delegavit, qui cardinali regium diploma pro abbata sanctæ Genovevæ deferret. Accipit quidem obediens, sed illico reddidit, propterea quod ex aula usu, quem semper improbaverat cardinalis, hanc illi se rex abbatiam donare dicebat intuitu fervitiorum; hæc, ait, verba profanum quid sonant in re ecclesiastica: quemadmodum enim spe obtinendi beneficia ecclesiastica nolim obsequia regi præstare, ita nec illum puto velle mihi conferre solo præteritorum obsequiorum respectu; unde & monendi regem fumsit occasione, beneficia ecclesiastica non esse præmium meritorum erga regem, aut rempublicam; sicque iterum in aliquot dies abbatiam accipere procrastinavit. Deinde tamen cum ab eo consulti pii quidam & docti viri aule addicti, utrum tuta conscientia beneficium accipere posset, quod nunquam non a regularibus fuerat possessum, id maxime licitum edixissent, quando cui datur, solum accipit, quia nemo ex regularibus est, qui rite munus obire valeat, paratiusque est ad diuittendum, ut primum regularis inventus fuerit regendi peritus; mox acquiescens cardinalis, regium diploma transmisit Romam muniendum bullis pontificiis, quibus hanc inferi clausulam voluit: *Ut te cedente, vel decedente, aut monasterium ipsum quomodo libet dimittente, vel amittente, illud amplius in commendam non concedatur, sed illi de persona regulari idonea, ac si tibi minime commendatum fuisset, provideri debeat.*

Horum omnium ne vel minimum omisit punctum cardinalis; imo longe suum ultra protendit zelum: postquam enim totum fere canonicorum regularium in Francia reformavit ordinem, in unanque coalescere fecit congregationem, ejusdem caput abbatiam sanctæ Genovevæ constituit. Ea nunc de congregatione dicendum.

Qui floruerat in Galliis a multis seculis canonicorum regularium B. Augustini ordo non modo vitæ sanctimonialia, sed etiam multorum hominum frequentia, qui doctrina illustres huic instituto nomen dederat, eo maxime languebat tempore, ne dicam penitus collapsam illius disciplinam, cum primum cepit restitui Silvanecti, hortante Antonio Renconio sacerdote Bellovacensi. Is in abbata S. Vincentii admissus anno 1613. juniores instituenti gratia, cum quibusdam ejusdem loci alumnis consilium inivit huic ad arctiorem regulam revocandi. Tunc feliciter ecclesiæ Silvanectensi præerat episcopus Franciscus cardinalis de la Rochefoucault, in quo cum sincera semper eluxisset pietas, Vincentiani canonici suum illi consilium aperit ut ad exitum perduceretur, protectionem & auctoritatem ejus expetierunt. Mox igitur defuncti prioris in locum Franciscus Robertum Baudoin virum probum eligi curavit, quo adlaborante morum corruptela fortiter profligata, quæ prius vitis fœdabatur domus, postea virtutum fama insignis evasit, cujus & exemplo excitatae sunt alie plures, ut eandem pietatis viam inirent. Hanc in

rem prospere contigit, ut in eodem S. Vincentii monasterio novicius admissus sit Carolus Faure; vix enim emiserat vota, cum huic reformationi ita vacavit, ut quamprimum ejus caput effectus sit, sincera qua pollebat pietate, ingenii acumine & scientiarum, quibus deditus fuit, professione. His porro mediis ad ampliora opus Dei promotionem est generali totius ordinis canonicorum regularium sancti Augustini reformatione, sub auspiciis maxime Francisci cardinalis de Rupefucaldi; quippe cum rex Ludovicus XIII. accepisset hæc omnia fere depravata esse monasteria, Rupefucaldum elegit, qui ad meliorem vivendi rationem ea

revocaret. Quapropter a pontifice Gregorio XV. diploma obtineri curavit, quo cardinalis huic tanto præsticabatur operi cum omnimoda potestate, ut hanc rem absolveret. Bullam habes in appendice, quam suo rex diplomate ratam habuit 15. Julii 1622. & ne malevolorum rixæ executionem ejus perturbarent justice designavit, qui de litibus omnibus judicium ferrent. Tum cardinalis tam in reformanda sanctæ Genovevæ abbata, quam tota canonicorum regularium congregatione cooperatores ambivit N. de Marillac sigillorum custodem, N. Molé senatus Parisiensis protopresbiterum, & NN. de Lezeau & de Verthamont sacri consistorii assessores; ejusdemque postea interferunt consilii domnus Gregorius Tarisse congregationis sancti Mauri præpositus generalis, & sanctus Vincentius a Paulo. Idem quoque cardinalis anno 1623. Parisiis pios doctoque viros, eosque religiosi familiaris præpositos convocavit, ut de eorum consilio regulas generales observandas institueret, quæ an. 1625. 28. Martii absolute sunt. Factus interim est Franciscus Ludovici XIII. regis primum minister & arcani consilii caput, post obitum Henrici de Gondy cardinalis. Qua de re sic ad eum scripsit rex:

*Mon cousin. J'ay toujours estimé vostre vertu & vostre prudence autant qu'il se pouvoit. & sachant ce que vous valez & la force de vostre esprit, j'ay désiré de vous voir auprès de moy en condition & en place où toutes vos bonnes qualitez me profitassent & au public: c'est pourquoy après m'estre très-bien trouvé des bons conseils de mon cousin le cardinal de Retz, & ayant reconnu que le rang & la qualité que vous tenez dans l'eglise, pourront servir à autoriser les délibérations que je forme, j'ay résolu de vous appeller auprès de moy, voulant que désormais vous premier part aux affaires les plus importantes, & moy recevoir cette satisfaction d'écouter les conseils & les propositions d'un homme sage comme vous: je vous prie donc de vous acheminer à Lyon & de m'y attendre, me donnant ce contentement que ce courrier que je vous envoie exprès, m'assure à son retour que vous acquiescez à mon intention. & lors en recevant encore un plus grand pouvoir, je vous témoignerais aussi avec plus de commodité la satisfaction que je conçois par les esperances que je tiens insaisissables de recevoir en toutes rencontres toutes sortes de bonne assistance de vous. &c. Escrit au camp devant Montpellier ce 18. Septembre 1622. Signé Louis. Et plus bas, de Lomenie.*

Impressum tamen suum erga sanctæ Genovevæ



monasterium studiosus cardinalis et dissolutæ disciplinae ruinas sarciret, sancti Vincentii Silvanectensis canonice advocavit, qui Aprilis 27. anno 1624. possessionem illius adepti sunt. Jam autem anno 1621. Clodovei regis fundatoris tumulus cum effigie albi marmoris cubantem illum exhibente in medio choro, tunc altus quatuor aut quinque duntaxat uncias ab humo, quatuor circiter elatus est pedibus, ubi & loco duarum antea prolixarum inscriptionum hæc brevis legitur:

*Clodoveo Magno  
Regum Francorum primo christiano  
Hujus basilicæ fundatori  
Sepulcrum vulgari olim lapide structum,  
Abbas & conventus in meliorem opere  
Cultuque faciem renovarunt,  
Anno Christi 1621.*

Tertio post anno 1624. abbatia S. Johannis in Valle ad disciplinam revocata fuit ab anistite Carnotensi. Eodem cum cardinalis antea decrevisset monasteriorum quadraginta Luteciæ viciniorum instituire congregationem sub nuncupatione congregationis Parisiensis, quorum caput esset abbatia S. Genovefæ, id codicillis datis Luteciæ 23. Dec. statuit, & regio etiam diplomate sancitum est. Hujus autem congregationis præposituram commisit cardinalis Carolo Faure, qui vicarias ipsius agens partes eam gubernaret, & familias nondum primæve regulæ restitutas ad rectam vivendi normam adduceret. Statutum est insuper abbatem sanctæ Genovefæ singulis eligendum triennis, dato mense Novembri 1626. diplomate a rege Ludovico, litterisque 13. Febr. 1630. ad pontificem Urbanum VIII. qui demum anno 1634. inductam reformationem in abbatiam S. Genovefæ, electionem ejusdem abbatum singulis triennis, & reformatæ congregationis ordinis sancti Augustini institutionem confirmavit. Jam tum illa suos palmites ad omnes fere Galliz provincias extenderat. Surculi ejus primi prærogativa saltem debetur abbatiz sancti Vincentii Silvanectensis, quæ verius auctor illius exiit anno 1624. ubi seminarium puerorum erectum est. Eidem postea se subjecit regulæ Julii 27. anno 1625. abbatia sancti Carani apud Carnutum, ubi etiam adinfrà Vincentiani seminarium institutum est: tum sancti Petri de Rilleio in Armorica sub episcopatu Redonensi 28. Septembris 1628. consentiente abbate. Inibi quoque positum est seminarium. Prioratus S. Catharinæ Vallis Scholarium Parisiis, jubente Ludovico XIII. & annuente Laurentio Michel generali Vallis Scholarium abbate, necnon pontifice Romano 6. Julii 1628. ac iterum volente rege 20. Octobris anni ejusdem, reformationem amplectitur, agente potissimum Nicolao Sanguin episcopo Silvanectensi 25. Aprilis 1629. idque, intercedentibus licet Vallis Scholarium alumnis, privato regis consilio firmatur 5. Augusti 1634. Abbatia S. Martini Nivernensis arctiorem suscepit regulam auctoritate episcopi & abbatiz: Sanctus Johannes de Jardo juxta Melodunum 1631. de consensu archiepiscopi Senonensis: Beate Mariæ Augensis cœnobium 21. Aprilis 1632. Sanctus

A Dionysius Remensis 14. Augusti 1633. Sanctus Martinus Ambianensis 24. Mart. 1634. Sanctus Lupus Trecentis 14. Augusti: Sanctus Acheolus Ambianensis 13. Octobris; ac denique præpositura sancti Petri Evahonenfis in Combralia 20. Octobris consentiente episcopo. Prima interim hoc anno mensis Octobris die 17. capituli generalis convocatio facta est Parisiis apud sanctam Genovefam, quo priores omnes convenere & elegere generalem abbatem coadjutorem de consensu cardinalis de la Rochefoucault, qui capitulo præsidebat, Carolum Faure. Sed antequam de Carolo sermonem institueramus, juvat abolere paucis, B quæ de Francisco superfluo quoad ipsius abbatialem sanctæ Genovefæ dignitatem. Neque enim repetere fas est quæ jam diximus in ecclesia Claramontensi tomo secundo col. 298. & in abbatiz Reomaensi & Trenorchensi tomo IV. col. 668. & 977. vel etiam tomo hoc præfenti col. 237. in magnis Franciæ elemosynariis, aut denique prævertere quæ iterum de illo in episcopi Silvanectensibus, Deo dante, dicturi sumus.

Itaque anno 1634. Franciscus card. secundum clausulam pontificiæ bullæ ante mensem Septemb. hujus anni in commentarios relatæ, quæ jubetur ut monasteria a se invicem independentia, & quæ C sine capite sunt, in congregationem redigantur, cum hanc novam vidisset quotidie propagari, Galliciam pro Parisiensi nominari voluit, & exinde monasteria cetera Galliarum huic adjunxit. Quæ de re datum a rege diploma comprobavit sacrum consistorium die 30. Maii 1636. Pontifex vero commissarii generalis potestatem prorogavit cardinali, de quo in ipsius vita Latine scripta auctore R. patre Rouyer Societatis Jesu presbytero pag. 211. *Verbat jam pridem curam sub pectore de præfectura monasterii sanctæ Genovefæ in manus canonicorum regularium, dum superstes erat, transferenda. Etsi enim pontificio olim diplomate ei rei D satis cautum videri posset, tamen suggerentibus jurisconsultis quibusdam, multo canonicos meliorem tutiore loco futuros, si præfectura vivens abiret, egit apud Reginam enixe, ut id sibi bona ejus venia licitum esset, nec, quæ erat apud illam gratia, difficile impetravit. Cessit deinde præfecturam nonnullis conditionibus coram Pontifice, iisque illam in canonicos transfudit. Perennavit tamen & ultra id negotii antequam numeris omnibus absolutum esset. Primum siquidem die 3. Februarii anni 1644. capitulo sanctæ Genovefæ canonicorum coacto, secunda post meridiem hora regimen abdicavit, cui tunc quam vellet abbatiz fructuum oblata portio, scriptis in hanc rem litteris, ipsique traditis ad nutum retinendis, chirographo 26. canonicorum obfignatis, quas vide in appendice. Tum die 15. Martii seq. quoddam redituum abbatiz sibi retinuit partem, eodemque tempore scripto attribuit omnimodam potestatem Carolo Faure tam ad cessionem tituli abbatialis a cardinali jam datam perficiendam, quam ad consensum ipsius nomine dandum extinctioni ejusdem tituli perpetui. Dein admissit rex cessionem conditionibus optatis a cardinali; dato rescripto 30. Junii 1644. cura maxime S. Vincentii a Paulo, qui supralatis difficultatibus*

Ch. XXXIX.  
col. 252.

Chart. XL.  
col. 254.

Ch. XLI.  
col. 254.

Ch. XLII.  
col. 261.

Ch. XLIV.  
col. 163.

Ch. XLV.  
col. 164.

Ch. XLVI.  
col. 164.

Ch. XLVII.  
col. 166.

Ch. XLVIII.  
col. 166.

illud maturavit. Jacet in appendice cum litteris Francisci cardinalis scriptis Romam die 3. Aug. ejusdem anni ad marchionem de Saint Chaumont legatum regium, quem nepotem vocat, & ad cardinales Barberinum & Antonium papa nepotes pro novis bullis accelerandis. Moritur interim Urbanus VIII. papa 29. Julii 1644. & Carolus Faure triennialis abbas coadjutor cardinalis de la Rochefoucault 4. Novembris ejusdem anni. Quapropter generale capitulum convocatur, in quo presidente cardinali coadjutor ejus abbas triennialis electus est 10. Decembris ejusdem anni 1644. Franciscus Blanchart, qui paulo post acceptis Roma, quæ rex & cardinales postulaverant, die XI. Januarii 1645. litteris ad calcem editis generale capitulum cœgit pro eligendo non jam abbate coadjutore, sed titulari, idemque fuit unanimiter electus die 13. Februarii 1645, quem 10. Decembris præcedentis capitulum elegerat coadjutorem. Cum igitur hoc in tam grandi negotio nihil jam superesset desiderandum, neque, ut ita dicam, vitam ad hunc diem produxisset cardinalis, nisi ut sua tam dignum pietate opus absolutum videret, postridie meritis & annis gravis obdormivit in Domino, cum pridie novus abbas, comitante deputatorem capituli cœcti ipsi meritis exhibuisset honores. Jacobat in lecto, sacro jam munus viatico, sed vultu tam sereno, ac mente adeo firma & tranquilla, ut sanum diceret, qui demum, pergente novo abbate totius congregationis nomine gratias inprimis agere de generosa ipsius cessione, residuo virium collecto, oculis ac manibus in cœlum sublatis exclamavit: *Nunc dimittis, &c.* Hac ipsa vero labente die 13. Febr. illi novus abbas unctiosis extremæ sacramentum impendit ad munimen transitus, qui fuit altera die: *Postremus illi fuit dies Martis XIV. Februarii*, ait R. P. Rouyer, *quem ita transiit, ut horas ante meridiem precibus plurimum impenderet, domesticis ac notis, qui confertim accurrebant, sibi que illum bene precari possent, benedictionem imperiretur, & congregationi canonicorum sancti Augustini, quam considerat, divinos perpetuo favores imploraret.* Accessit & præpositus generalis congregationis sancti Mauri, a cardinali moriente petiturus benedictionem pro tota congregatione. *Intervent nuncius pontificius, qui audiens cardinalem multis bene precatum, optavit ipse quoque sibi easdem preces, sed negante cardinale id se facturum, nisi ipse prius Pontificis, cujus personam gereret, nomine sibi esset bene precatus, secit nunciis quod petebatur, & caput illico suum cardinali cruce consignandum summisit. Idem factum ab episcopo Lemovicensi, qui aderat. Extemplo usus est nunciis commendationes morientium, aliasque preces, præsentem conventu sanctæ Genovefæ, quibus etiam adfuit sanctus Vincentius a Paulo cum N. Gauffre discipulo & imitatore pauperis sacerdotis Bernardi.*

Porro cardinalis testamento adjecterat codicillum, quo jubetur non alias in exsequiis adhiberi cæremonias, quam quæ fieri solent pro defuncto S. Genovefæ regulari abbate, ipsius bibliotheca & complures sacre quas undique collegerat reliquias monasterio sanctæ Genovefæ asseruitur, ac

denique renovatur jussio aperiendi corporis sui, cordique legandi collegio Societatis Jesu Paris. quod jam illi promissum fuerat anno 1635, ut liquet ex litteris authenticis Societatis hujus præpositi generalis ad patrem Binet, quarum hæc maxime notanda sunt verba: *Munus illud eminentissimi domini de la Rochefoucault ut ultimum, ita pretiosissimum non sacello modo nostri collegii, sed meo ipsius corde asseruari velim, si tanti sit depositi capax.* Denique mors cardinalis statim ut audita fuit, ait pater Rouyer pag. 230. *ex suis quasi sedibus nota civitas undatim in ejus domum confluit; alii videre, alii tangere corpus, alii de vestibus, aut de corpore quidpiam decerpere a se velabant plures horas conferti. Pauperum cumprimis vis erat maxima, qui patrem, educatorem & alterum veris lachrymis lamentissime deplorabant. Adhibendum fuit portis sacellitium, ut vis arceretur, & secundo post mortem die, sublimi oratoque compositum lecto corpus triduum ipsum spectaculo fuit summis & infimis extra injuriam. Vixit illud regina Anglia, quam cardinalis de baptismo susceperat, & preces ad Deum pro eo rependit. Vixit & eminentissimus cardinalis Margaritius regnique cum illo perisima decora, & aqua sacra post precatorem asperserunt. Quibus adde principem Contium cum duccillis d'Elbeuf & de Guise. Tum demum mane feria secunda sequenti 20. Februarii agi cœperunt exsequiæ, in quibus post missam in pontificalibus celebratam a R. P. Francisco Blanchart abbate, marchionilla de Senecæ junioris regis Ludovici XIV. gubernatrix carillini patrisi hucque discoperiti oculata est manum; faciem vero nunciis postea cardinalis de Bagny, quod & præstitit totus sanctæ Genovefæ conventus. Dein obignatum est feretrum, depositumque in conditorium, in quo subinde plures ex utroque sexu de la Rochefoucault suam habuerunt sepulchram. Sub vesperam autem ejusdem diei obediendi causa voluntati defuncti cardinalis, cor ejus argento inclisum delatum est ad collegium Parisiense Societatis Jesu Patrum, illis offerente Francisco Blanchart abbate induto pontificalibus, toto adstante S. Genovefæ conventu, sive, ut ait pater Rouyer, a canonicis sancti Augustini honorifice elatum, a Patribus Societatis Jesu non disparibus excerptum est honoribus.*

Vix ab exsequiis dies undecim effluerant, cum nunciis a cardinali Pamphilio papa nepote litteras sequentes Gallice redditis accepit:

*Très-illustre & reverend confrere.*

*La lettre que nous avons reçûe de votre seigneurie du mois passé, qui nous a appris la mort du seigneur cardinal de la Rochefoucault avec tout de resignation aux volontez de Dieu, & démonstrations de piété dignes d'un cardinal de l'eglise & d'un ecclésiastique, n'a pas tant assisgé sa S. & tous les autres, qu'elle auroit fait à cause de son grand âge, & qu'il nous faut tous mourir. Sa Sainteté en lisant la lettre de votre seigneurie, a esté beaucoup touché & remplie en mesme temps de consolation & de desirs, que tous ceux qui sont confiez à son sein pastoral, & auxquels elle ne peut estre unie que par sa pensée, puissent vivre en sorte qu'en mourant ils laissent une bonne odeur de leur vie & des exemples imitables aux autres & pareils*

*et parvitiis à ceux qu'elle nous a décrits de ce très-digne cardinal, que Dieu est en sa gloire. Je suis tout à votre seigneurie. De Rome, à votre seigneurie, le 3. Mars 1645.*

Comme frere très-affectionné,  
Cardinal Pamphile.

Die 21. ejusdem mensis propinqui cardinalis decantari solemniter pro eo rem divinam in ecclesia sanctæ Genovevæ solliciti fuerunt, pontificio habitu sacrum faciente apostolico nuncio Atheniensis archiepiscopo, qui postea fuit cardinalis de Bagny, undecim adstantibus episcopis cum aule magnatibus; defunctique laudes oratione funebri B postmodum edita celebravit R. P. Andreas Cassillon Societatis Jesu presbyter. Mensis Apr. ejusdem anni die quinta idem cardinali suo abbati & munificentissimo benefactori obsequium præstiterunt canonici sanctæ Genovevæ lacris operante Silvanectensi episcopo, quam cæremoniã magna episcoporum frequentia cohonestavit, inprimisque illustravit mortui laudatione Montalbanensis coadjutor episcopus Uticensis. Neque etiam huic obsequio desuit abbatia sancti Vincentii Silvanectensis, a qua reformationis opus cœperat, enimvero cardinali magnifice parentavit 4. Junii 1645, episcopo Silvanectensi præsentente, ac perorante R. P. C de la Moriniere canonico regulari, cujus oratio edita est anno sequenti cum vita cardinalis in quarto cursu ejusdem auctoris: eodemque anno R. pater Franciscus Souplli ejusdem congregationis canonicus regularis in honorem cardinalis poemã Latinum carminum circiter 3500. edidit; itemque circa id tempus pater Franciscus du Hamel professor in collegio seu seminario Nannetodorense carmen Latinum de cardinalis laudibus evulgavit. Nomen ejusdem cardinalis confignatur in necrologio omnium congregationis monasteriorum cum elogio sequenti, quod singulis annis publice recitatur die 14. Febr. quo fit ejusdem D anniversarium solemne: *Decima quarta Februarii obiit Parisiis in monasterio S. Genovevæ eminentissimus D. D. Franciscus de la Rochefoucault S. R. E. presbyter cardinalis tituli sancti Callixti, episcopus primus Claromontanus, tum Silvanectensis, magnus Franciæ elemosynarius, qui cum a summis pontificibus ut collopsam in religiosis ordinibus disciplinam restauraret, per Gallias fuisset delegatus, congregationem nostram nascentem excepit, fovit, ampliavit. Deum postquam dicti monasterii sanctæ Genovevæ, cujus existit abbas, ecclesiam exquisito marmore decorasset, ad ipsam abbatiam, quam regularem acceperat, e claustram insuper, & triennale canonicis reliquisset. E*

Cardinalis ejusdem beneficiorum memor Franciscus Blanchart abbas S. Genovevæ & congregationis canonicorum regularium præpositus generalis huic erigi curavit insigne mausoleum nigri marmoris, positum in fornice alta duodecim pedes, intra murum, in insignita marmore & examussim facta, ubi cardinalis in genua procumbentis effigies nativæ staturæ cernitur oriata chlamyde purpurea affabre irrugata. Situm est hoc mausoleum scilicet a Philippo Buisier, in sacello prope fa-

*Tomus VII.*

critiam, seu sacrum, cujus in ima parte anteriori prostant abbatie insignia ex ære inaurato, cum epitaphio sequenti:

*Eminentissimo S. R. E. cardinali  
Francisco  
De la Rochefoucault  
Antiqua & perillustri stirpe oriundo,  
Doctrina, pietate  
Et omni virtutum genere  
Celeberrimo.  
Primum Claromontano,  
Deinde Silvanectensi episcopo;  
Antiqua religionis & ecclesiasticæ  
Dignitatis acerrimo defensori,  
Rerum & consiliorum publicorum  
In Gallia quondam præfidi  
Et administratori integerrimo,  
Summo Galliarum elemosynario,  
Et optimo pauperum parenti;  
Religiosorum ordinum amanitissimo  
Patrono,  
Regularis canonicorum sancti  
Augustini  
Disciplinæ vindicæ ac restitutori,  
Hujus domus abbati religiosissimo  
Ac munificentissimo benefactori:  
Hoc superstitis & æterni amoris  
Ac observantiæ monumentum  
Tristi religione merentes posuerunt  
Abbas  
Et canonici regulares hujus  
Ecclesiæ.  
Hic titulum abbatie,  
Quem ante ipsum nemo,  
Nisi istius domus canonicus,  
Possederat,  
Huic eidem familiæ restituit.  
Ossa ejus in subterraneo specu sacelli  
Inferioris jacent.  
Obiit anno Dom. 1645.  
Die Febr. 14. at. 87.*

ABBATES COADJUTORES TRIENNALES,  
Qui simul Congregationis Præpositi generales.

I. CAROLUS Faure Lutecia oriundus, piis & nobilibus parentibus Johanne Arverno copiarum recentioni ac stipendiis ordinario præfecto, & Maria Saulnay Silvanectensi, filia Stephani primi medici reginæ Ludovicæ conjugis Henrici III. emenso studiorum cursu, canonicum induit in abbatia sancti Vincentii Silvanectensis die 7. Febr. 1614. Probationis anno plurimum adjuvus ab Antonio Ransion presbytero seculari diocesis Bellovacensis, qui ad obundas præceptorum noviciorum partes admissus in monasterio fuerat 1613. professionem Carolus emisit die prima Martii 1615. hac usus formula: *Ego frater*  
D d d

*Carolus Faure & Lutecia oriundus promitto, Deo auxiliante, perpetuam continentiam, carentiam proprii, & tibi, pater prior, obedientiam, tuisque successoribus canonice instituendis, secundum regulam beati Augustini & secundum constitutiones hujus domus: 1. Martii 1615.* Mense Octobri anni sequentis Parisios accessit philosophiæ navaturus operam, qua absoluta, magisterii artium laurea donatus est a cancellario sanctæ Genovefæ. Die 22. Decemb. 1618. sacerdotio initiatus a cardinali de la Rochefoucault episcopo Silvanectensi, sacri hujus ordinis primitias Deo ad aram libavit 4. Jan. 1619. Expleto theologiæ cursu, die 3. Decemb. 1620. tuitus est thesam dedicatam cardinali de la Rochefoucault episcopo Silvanectensi, qui huic præfens testis fuit applausus dati Carolo baccalaurei gradum tunc adepti, cujus doctor Contat tantum hac in occasione amorem concepit, ut postquam ad sanctæ Genovefæ quam reformavit abbatiam accessisset Carolus, doctor ille mansionem prope illum habere voluerit, & cum discipuli spiritualibus filiis sepulturam. Incautum vero sollicitatus est Carolus, ut insignia doctoris acciperet, utiliori tenebatur reformandi ordinis desiderio. Frustra ergo illi proposita sunt exempla plurium canonicorum regularium, qui hinc ultimis temporibus doctoris gradu & singulari theologiæ studio magnam ecclesiæ attulerant utilitatem, sed neque plus profuit domesticum exemplum propositum, a proparato N. le Boslu domino Carentonii & in curia rationum magistro, domni scilicet Jacobi le Boslu Parisiensi, sancti Dionysii in Francia monachi, Sorbonici doctoris, quem apud se papa retinebat sub titulo consultoris. Quin & cum dictis rationum magister circa id tempus mortuus testamento legavisset pronepoti Carolo insignem pensionem, modo ad gradum doctoris pertingeret, invictus plane in suo proposito persistit, qui tandem egressus e societate Adriani Bourdoise tunc in collegio Cenomanensi sita, & post ad sanctum Nicolaum de Cardineto superflite pio illo sacerdote translata, ubi etiamnum perseverat, in qua dum fuit Parisiis commoratus fuerat Carolus, repetiit abbatiam sancti Vincentii Silvanectensis, cujus inchoate reformationi consummandæ, unanimis cum Roberto Baudouin quem cenobii priorem constituit curaverat, strenue adlaboravit. Anno 1621. factus est subprior & novitiorum magister, quo tempore librum suscepit sub titulo *Directoire des novices*, sæpius editum, tantique factum a Societatis Jesu presbytero patre Adamo Schirmbech Alemanno, ut ejusdem Latinam versionem Monachii \* editam sub titulo *Palastra*

\* Munich.

*religiosa* 1660. vulgavit. Qui quidem liber tantam reformationi apud S. Vincentium inductæ peperit existimationem, ut plures pii viri Silvanectum accederent, utrum legibus responderet praxis indagaturi. In his duos insigniores appellare sufficiat, Alanum scilicet de Solminihac canonicum regularem & abbatem Cancellatæ, & inde Cadurcensem episcopum cum fama sanctitatis defunctum, qui quatuor apud sanctum Vincentium exegit menses anni 1622. Augustum, Septemb. &c. quo tempore cardinalis de la Rochefoucault

vi bulke Gregorii papæ XV. datæ 8. Apr. 1622. & in commentariis relate potestatem accepit omnia regni Franciæ canonicorum regularium monasteria reformandi. Quamobrem & ipse Alanus suam Cancellatæ abbatiam reformavit secundum quas probe noverat Vincentiani monasterii præxes; qui & sæpius a cardinali delegatus est ad visitandas Aquitanicæ domos, speciatim vero die 21. Januar. 1630. Alter Alano meritis non impar fuit beatus Petrus Fourier Lotharingiæ canonicorum regularium reformator, nuper in bestorum numero a Benedicto papa XIII. collocatus, qui cum ipsemet abbatiam S. Vincentii Silvanectensis invisere non posset, unum illum misit ex præcipuis discipulis, quo ad formam inchoatæ in Francia reformationis, similis disponderetur in Lotharingia. Hinc mutua deinceps inter B. Petrum Fourier & patrem Faure epistolarum societas, & amborum reciproca existimatio & beneficentia, quam hic præsertim in alterum demonstravit, cum ultro sibi oblatam insignem domum in Lotharingia aut in vicinia sitam B. Petro suæ adjungendam congregationi liberaliter dimisit. Anno 1623. mense Aprilis a cardinali de la Rochefoucault delegatus Carolus, qui reformandas in Francia canonicorum regularium domos visitaret, earumdem mense Novemb. C. ejusdem anni superior renuncians est. Accessit eo nomine insequenti anno ad sanctam Genovefam reformationis causa, ut ex illo sancto Monte in alia sepe monasteria diffunderet. Inductus autem est cum aliis reformatis canonicis in possessionem a cardinali abbate 27. Aprilis 1624. statimque specialis reformatorum & novitiorum superior institutus, quos sufficienti numero ad professionem admisit, hos in semita vitæ spiritualis ducere non modo non satis habuit, verum & docuit philosophiam ac theologiam, donec accrescentibus in dies negotiis, hanc docendi provinciam variis successu piis & doctis viris commisit, in quibus D. Vautier doctor Parisiensis, S. Barbaræ in Augia canonicus regularis. Delata solemniter est capsa S. Genovefæ ritu consueto an. 1625. 6. Julii, qua in cæremonia, presidente cardinali abbate novi canonici reformati tantam præ se tulerunt pietatem ac modestiam, ut præter S. Vincentium a Paulo, qui postea congregationem a Missionis instituit, id epistola ad amicum attestantem, Ludovicus XIII. rex cum occasione celebritatis ad sanctam Genovefam cum toto principum & magnatum comitatu accessisset, modesto vultu ac totius corporis novorum canonicorum habitu captus, cardinali publice gratulatus fuerit, quod huc illos inducendos proposuisset, & patrocinium hoc in opere bono promiserit. Carolus interim pluribus in Franciæ monasteriis favente cardinali reformationem, ut diximus, promovit, ad quam stabilendam, cum ex acceptis seu possessis hæcenus beneficis labes ordinis adventisset, quartum discipulus votum proposuit, quo tenerentur non modo non ambire beneficium seu accipere sine consensu & Imperio superiorum, verum & abque mora ad monasterium reverti, quando id expedire superiores judicarent. Hoc voverunt discipuli patris Faure, eamque præxim ad successores

Chart. L.  
col. 168.  
& Ch. L.  
col. 170.

transmiserunt veluti necessariam illorum instituto, quam & tribunalia, tam ecclesiastica quam secularia, talem reputant, ut sine illa stare non possit ordo. Solum hacenus titulum Carolus gesserat delegati aut visitatoris, seu domorum reformatarum superioris, quo ultimo nomine consentit post cardinalem de la Rochefoucault sancto Vincentio a Paulo instituenti congregationem a Missione apud sanctum Lazarum Parisii prioratum ordinis canonicorum regularium. Vincentius autem in conventionem cum Adriano le Bon sancti Lazari priore regulari facta mense Jan. 1632. sponfore Philippo Emmanuele de Gondi Oratorii presbytero, qui antea tremeium fuerat praefectus, promisit se nunquam permitturum, ut discipuli ullam domum ordinis canonicorum regularium occuparent; seque grato animo quaecumque posset novae congregationi obsequia praestitutum; quo in utroque se fidelem exhibuit; cum enim quantum ad primum quidam ex ipsius alumnis prioratum de Chartrage in dioecesi Sagiensis tentasset an. 1647. occupare, eo palam improbo, sanctus Vincentius huc domui & quibuscumque aliis ordinis iterum scripto renunciavit. Cumque sub idem tempus N. Boutillier de Chavigny publicae rei administrator Oigniacum dioecesis Eduensis, cuius abbas erat filius aut nepos Johannes Boutillier, obtulisset S. Vincentio, hic eam domum, tametsi existeret suo maxime convenientem instituto, constanter recusavit, quin & suasit dominis de Chavigny, ut in illam S. Genovefae reformationem inducerent, quod favore sancti Vincentii feliciter peractum est. In altero vero ejusdem probat fidelitatem testimonium patris de Montenay hujus congregationis praepositi generalis, scribentis ad Clementem XI. papam anno 1706. *Cum inenitum seculo proxime elapso, inquit, canonorum regularium per Gallias ad meliorem frugem reducendorum provincia a sancta sede eminentissimo cardinali Ruffinocaldo demandata esset, in hoc tam pio opere promovendo, stabiliendoque usus est cardinalis Vincentio adjutore & consiliario . . . . Dum Vincentius reformationis canonicorum regularium initia fovet, nos vicissim canonici regulares Vincentio manus damus ut in domo sancti Lazari, qua tunc canonicorum regularium erat, prima suae congregationis fundamenta jactat. Nova mense Maio 1632. accessit Carolo dignitas, vicarii scilicet generalis Francisci cardinalis cum amplissima ipsius nomine faciendi potestate circa reformationem quidquid ipse facere posset vi laudatae bullae pontificiae, usque ad bullam novam quae probaret electionem generalis. Ea tandem accepta, cogitur statim capitulum generale, in quo, ut diximus, Carolus coadjutor abbas triennialis S. Genovefae & Gallicanae congregationis superior generalis 17. Octobris 1634. institutus, dignitatis hoc ipso die possessionem adeptus est. Tum 18. Decembris sequentis abbatia sanctae Magdalene de Caffroduno dioecesis Carnotensis accessit ad congregationem, sanctus Ambrosius Bituricensis 5. Maii 1635. annuentibus principe Condozo, archiepiscopo Bituricensi, & abbate. Andegavensis quoque Omnium SS. abbatia studio & opera patris Philippi Galleti prioris & doctoris Tomus VII.*

theologi unitur congregationi 2. Augusti 1635. Sanctus Petrus Autissiodorensis 13. Septembris ejusdem anni. Sanctus Quintinus Bellovaensis 15. Aprilis 1636. Beata Maria de Castellione dioecesis Lingonensis fatagente abbatie S. Evurtii Aurelianensis 27. Julii. Sanctus Severinus de Caffro-nantoni, ac sanctus Memmius Catalaunensis 21. Novembris. Anno sequenti 1637. 6. Octobris permittente Romano pontifice creatus est conventus in prioratu Nannetodorenfi agrum Parisiensis, inibi que seminarium puerorum institutum.

Nannetodorum locus est a sancta Genovefa dependens, cum parochia a canonico regulari administrata. Praeter ejus ambitum praesentem, qui ad sanctae Genovefae dominium pertinet, olim complectebatur vicus de Ruel, *Colombe, de Genevilliers*, &c. quorum magna pars a monasterio sancti Dionysii dependet. Sane Guntrannus rex Burgundiae cum anno 591. data opera venisset, ut Clotarium II. nepotem e sacro fonte susciperet, Nannetodori voluit illum baptizari, quia *Rotolaiensis villa* (Ruel) ubi manebat Guntrannus erat in vico Nannetodori. *Accessit Parisius* (rex Gunthramnus) *exinde ad Rotolaiensem villam ipsius urbis properans, evocato puero jussit baptizatum preparari in vico Nemptodori.* Primum vero in aedibus curionis Nannetodorenfis laudatum seminarium institutum est; at mense Aprili 1641. favente N. Sublet des Noyers regi a sanctioribus commentariis, obtentum est diploma regium ad hujus institutionem seminarii confirmandam, quod fenatus Parisiensis 18. Junii ejusdem anni in commentariis retulit. Ejusdem se fundatricem exhibuit regina Anna Austria 16. Martii 1642. Dominica secunda Quadragesimae, qua cum Nannetodorum accessisset, hanc illic exceptit ad ingressum capellae sanctae Genovefae, verbisque honorificis compellavit habitu pontificio praepositi generalis novo adstante conventu, & statim deduxit ad locum ubi collocandum erat primus lapis aedificii, quod capax est continendi centum seminariorum alumnos aut scholares. Quamobrem percussa sunt aurea & argentea numismata, quorum duo inserta fuere huic primo lapidi, sic inscripta: *Anna Austriae Franc. & Navarr. regina in B. Genovefam urbis, adeoque orbis Gallicae patronam eximium pietatis monumentum, primarium hunc & angularem lapidem posuit nomine & titulo fundatricis. Anno Dom. 1642. Urbani VIII. pontif. XIX. Ludovici XIII. XXXVII.*

Anno 1637. cardinalis de la Rochefoucault data sententia 24. Octobris, eidem visus est adjunxisse congregationi tres abbatias, nempe B. Mariae de Cancellata dioecesis Petragoricensis, B. Mariae de Sabloncellis, dioecesis Santonenfis, & B. Mariae de Corona, Engolismensis, necnon prioratum S. Geraldii Lemovicensis, quod quidem ratum habuit capitulum generale 25. Octobris 1637. firmatumque est a pontifice XIX. calendae Februarii 1643. Verumtamen ex inita mox, die scilicet 30. Octobris ejusdem anni 1637. de quatuor istis monasteriis conventionem inter Alanum de Solminihac abbatem Cancellatae &

Greg. Tur.  
Hist. Francia  
l. X. c. 28.

episcopum Cadurcensem, atque Carolum Faure A  
 abbatem coadjutorem S. Genovefæ, &c. repofita  
 de eorum confenfu in tabul. S. Germani a Pratis,  
 itemque ex charta ejuſdem Alani die 31. Januarii  
 1638. conſtat, ea tunc monaſteria licet ab Alano  
 reformata, ob defectum ſufficientis partium con-  
 ſenſus, vere unita haud fuiſſe congregationi. De  
 his iterum infra. Ceterum in capitulo generali  
 proxime diſto die 25. Octobr. 1637. prorogata  
 fuit præpoſitura generalis Carolo Faure, qui dum  
 agit hoc triennium, conſultus a Maria de Saint  
 Charles (in ſeculo baroniſſa de Veuilly) ſuperio-  
 riſſa & velut inſtitutrice moniaſium S. Eliſabethæ  
 apud Pariſios prope Templum, quo pacto fe ge-  
 neret erga religioſos Penitentes Tertii ordinis  
 reformati S. Franciſci, qui conventum in ſpiri-  
 tualibus regebant, unanimiter cum S. Vincentio  
 a Paulo & Carolo de Condren oratorii præpoſito  
 generali hanc rem non mediocriter operoſam ita  
 diſpoſuit, ut licet ejuſ præſcriptum quindecim  
 proximis annis contradiccionem paſſum ſit, a ſena-  
 tu nihilominus & a ſanctorum conſilio, tandemque  
 a Romano pontifice comprobatum fuerit. Idem  
 Carolus feminarii ſancti Vincentii apud Silvan-  
 elum inſtituti occaſione ſcripſit librum, cui titulus  
*Samuel Chriſtianus*, editum Pariſis 1638. & anno  
 ſequenti eidem Carolo diſcipuli ejuſ, quorum  
 primarius pater Fronteau, duobus tomis *in folio*  
 Philoſophiam e ſcriptis ſancti Thomæ Aquinatis  
 erutam *in uſum ſcholæ canonicorum Regularium con-*  
*gregationis Gallicanæ* dicaverunt, prævia epifto-  
 la nuncupatoria inſcripta *abbati coadjutori & gene-*  
*rali*. Vix autem Carolus ſecundum electus fuerat,  
 cum die 11. Novembris 1637. abbatia Livriaci  
 non longe Lutecia diſtans archiorem amplexa eſt  
 regulam; majorque Vallis Scholarium olim caput  
 ordinis, 27. Novembris ejuſdem anni, conſen-  
 tientibus Sebaſtiano Zamet epifcopo Lingonenſi,  
 & Laurentio Michel abbate generali, qui depoſita  
 abbatif dignitate conſenſit alium eligi ſingulis  
 triennii, & cuncta ſui juris monaſteria uniri Gal-  
 licanæ congregationi. Eidem ſubdita eſt abbatia  
 S. Johannis Montisfortis in Armoricâ 18. Martii  
 1638. S. Johannes Senonenſis 4. Junii 1639.  
 S. Johannes Mellinenſis ſecus Flexiam, annuente  
 epifcopo Andegavenſi 29. Junii: S. Eligii Fons  
 diceceſis Noviomienſis 9. Julii 1639. prioratus  
 ſancti Laudii Rotomagenſis urgente ſenatu, qui  
 Lutecia evocatos canonicos in poſſeſſionem miſit  
 3. Auguſti. Abbatia beate Mariæ Herivallis Pari-  
 ſienſis diceceſis 21. Novembris: prioratus ſancti  
 Dionyſii in urbe Redonenſi ſubjacens abbatie B.  
 Petri de Rilleio ſupra memoratæ, qui jure cano-  
 nicatum gaudet in eccleſia cathedrali Redonenſi;  
 prioratus S. Martini, a Paniſponte; S. Maurani,  
 a Monteforti, & S. Michaelis, a Rota dependen-  
 tes; ac denique abbatia ſancti Jacobi Pruvinenſis,  
 probante archiepifcopo Senonenſi 28. Januarii  
 1640. Gallicanæ congregationis ſuſcepit leges,  
 promotore N. Daligre filio Franciæ cancellarii &  
 ipſomet poſtea cancellario, patre Franciſci Daligre  
 piſſimi abbatif, ad quam ideo ſe conſtitit Carolus  
 Faure. Hoc autem anno ſub ſinem Octobris con-  
 vocato generali capitulo, cum jam Carolus Faure

continuari non poſſet abbas & ſuperior generalis;  
 altero, qui ſequitur, electo, decretum nihilominus  
 eſt unanimi conſenſu ante ipſam electionem, Car-  
 olem congregationis commiſſarium generalem  
 futurum, ut videre eſt in appendice, qui ſubinde  
 iterum admotus eſt regimini generali, ut poſtea  
 dicitur.

II. Franciſcus I. Boulart natus Silvanecii 1605.  
 ex familia inter inſigniores urbis, anno 1620.  
 ſumſit habitum religionis in abbatia S. Vincentii  
 Silvanecienſis, Carolo Faure moderante novicia-  
 tum; elapſoque anno vota nuncupavit 3. Octobr.  
 1621. Fuit unus ex illis S. Vincentii canonicis,  
 qui cum Carolo Faure abbatie ſanctæ Genovefæ  
 adepti ſunt poſſeſſionem 1624. Sacerdotio ini-  
 tiatus 1629. cardinali de la Rochefoucault in iis  
 quæ ad reformationem ſpectabant, fuit a ſecretis,  
 & anno 1632. quo Carolus Faure vicarius gene-  
 ralis Franciſci cardinalis pro domibus tam refor-  
 matis, quam reformandis, evaſit, illi adjunctus  
 eſt conſiliarius. Tum prior ſanctæ Genovefæ ab  
 eodem Carolo Faure, ut primum generalem fe &  
 abbatem coadjutorem geſſit, creatus eſt, quem &  
 cardinalis de la Rochefoucault ejuſdem alterum  
 cum patre Baudouin aſſiſtentem 1635. & conſer-  
 vatorem privilegiorum apoſtolicorum ac judicem  
 cameræ eccleſiaſticæ apud S. Genovefam inſtitutæ  
 noninavit anno 1639. Vergebat tunc ad ſinem  
 alterum triennium Caroli Faure, cujus præpoſi-  
 turam ulterius extendi optaſſent magnopere tum  
 cardinalis, tum tota congregatio; ſed inſita conſilia  
 illo inſcio in curia Romana fueri caſſa & irrita.  
 Pater Jacobus Guerin Romæ procurator generalis  
 ſolum obtinuit reſcriptum, quo cœtum capituli  
 generalis prorogari uſque ad menſem Octobrem  
 anni 1641. permittebatur; ſed cum reſciſſet Car-  
 olem Faure, ſortiter obſtitit, tandemque obtinuit  
 ut ad novam electionem 1640. procederetur.  
 Vix autem peracta fuerat, cum laudatus procura-  
 tor generalis aliud reſcriptum 19. Nov. 1640.  
 accepit, quo licentia continuandi Carolum Faure  
 uſque ad duodecim continuos annos concedebatur,  
 ſed cum hoc ſerius adveniſſet reſcriptum, eo ſuit  
 inutilius, quod præ modieſtia Carolus inutilitatem  
 ejuſ ſuadere totis viribus contendit; quo aliunde  
 uti pro deſiderio haud licuit, morte Caroli anno  
 1644. intercedente. Interim cum Carolus, uti  
 ſupra diximus, hoc in ipſo generali capitulo anni  
 1640. 31. Oct. Franciſco Boulart electo abbate  
 coadjutore & præpoſito generali, eandem cum  
 illo poteſtatem promoviſſet ſub titulo vicarii, ſeu  
 commiſſarii generalis congregationis, ex decreto  
 ejuſdem capituli generalis, illud mox Franciſcus  
 ratum habuit & tanta inter utrumque concordia  
 regnavit, ut quod uni attribuitur, attribui jure  
 alteri poſſit. Sub eorum igitur moderamine Uce-  
 ticenſis eccleſiæ cathedralis capitulum ordinis ca-  
 nonicorum regularium ſancti Auguſtini Gallicanæ  
 congregationis reformationem ſuſcepit, agente  
 inprimis cardinali de la Rochefoucault, & procurante  
 Nicolao de Gilké epifcopo Ucteticenſi, mul-  
 tiſque ejuſdem eccleſiæ conſentientibus canoni-  
 cis, regia auctoritate, & Richelii cardinalis (qui  
 ſenatuconſultum ſacri conſiliorii curavit edi)

Chart. XLII.  
 col. 260.

Ch. XLII.  
 col. 260.

Samuel.

tandemque canonici regulares dictæ congregationis missi sunt in possessionem 15. Januarii 1641. quod Romanus pontifex probavit xv. calendis Aprilis anni 1648. fenatuique Tolofanus in commentariis retulit 10. Septembris 1649. Diu tamen est quod illinc exulanti canonici reformati, imo regulares, conversi jam pridem in seculares, ut diximus tomo sexto col. 64.6. & 64.7. Richelieu autem abbatem de Hamo in Picardia regulæ subdidit 25. Maii 1641. Huic etiam congregationi monasterium beate Mariæ de Quadringenta diocesis Narbonensis adiungitur hortante archiepiscopo 20. Maii 1642. B. Mariæ de Castricis diocesis Catalaunensis 14. Octob. B. Mariæ de Bello loco in Cenomanis 24. Octobris, & ibi seminarium puerorum erectum est: monasterium quoque beate Mariæ de Balgatiaco, promotore episcopo Aurelianensi diocesano, cardinalis de la Rochefoucault subdelegato, 14. Novembris, & B. Mariæ de Cagia diocesis Meldensis 17. Dec. ejusdem anni 1642. Quibus adde prioratum S. Barbaræ in Algia diocesis Lexoviensis 1643. ubi puerorum seminarium statutum est. Primum Philippus Cospean episcopus Lexoviensis huic negotio intercesserat, veritus ne hac immutatione minueretur auctoritas episcopalis: qua de re consulit Augustinum Potier episcopum Bellocacensem, qui sic illi respondit: *Non sunt isti de quibusdam regularibus, quos nimis sæpe contumaces experimur, & parentibus episcopis minus obediētes. Canonici sunt & vere regulares, qui non tantum sui ordinis, sed etiam ecclesiæ regulas servant. Utiles tuæ diocesi erunt, maxime te informatore & magistro.* Eapropter assentiente episcopo Lexoviensi, ipsemet Franciscus Boulart præpositus generalis, domus sanctæ Barbaræ possessionem accepit x1. Martii 1643. Idem vero die 30. Aprilis ejusdem anni locum sequenti Carolo fecit, post biennium 25. Maii 1645. factus a Francisco Blanchard abbate sanctæ Genovefæ, eoque nomine D

Ch. XLIX.  
col. 168.

III. Carolus Faure tertium una voce, nempe suffragis 48. ex 49. die 30. Aprilis 1643. delectus est præpositus generalis & abbas coadjutor sanctæ Genovefæ. Cum post obitum regis Ludovici XIII. qui contigit mense Maio sequenti, gravissima contra novas congregationes reformatas & maxime canonicorum Regularium exorta esset tempestas, cardinalis de la Rochefoucault illarum promotor de fe culpam demoliri coactus est, ac supplicii oblato reginæ regenti libello prævertere imminente operi Dei cladem. Pro voto cessit postulatio. Verum quod ad sanctæ Genovefæ congregationem specialiter spectabat, Carolus Faure scriptum edidit instar apologiæ plurimis episcopis probatum, quo Romam missio, optatos fructus inde percepit. Tum quandiu vir pius postea vixit, spes fidei catholicæ in Hibernia restituentæ, ope etiam canonicorum regularium congregationis, illum eximie solabatur. Magnam Carolus Faure inierat amicitiam cum Francisco Kirovan celebri Evangelii præcone Hiberno, qui nomi-

natus est anno 1645. episcopus Allandensis & inaugurator Parisiis. *Eum, inquit historicus hujus sancti præfulsi pag. 54. in intimam amicitiam R. P. Carolus Faure, qui canonicos regulares ad accuratam pristinae disciplinæ observantiam in Gallia penè collapsam revocavit, & eorum, qui eandem observantiam coluerunt, primus generalis, ascivit & amice monuit desiderio se flagrare videndi vineam Domini a sui ordinis viris in Hibernia excolis: proinde se quos probos adolecentes Hibernos sui canonicis regularibus aggregandi cupidus ipse nosset, se illos in suum ordinem libentissime cooptaturum. Franciscus quam sedulus in suadendis, tam felix B fuit in persuadendis atquibus e sui seminarii Cado-mensis alumni & alii, ut ordinem canonicorum quantocius inirent, non mediocri gaudio elatus, quod disciplinæ suæ alumnos canonicorum regularium ordinis nomina sua dedisse confecerit, eorum enim religiosorum multo studio tenebatur. Carolus ergo 12. Maii 1644. septem Hibernos Francisci Kirovan discipulos ad professionem admittit, qui post reverentur patriam fidem prædicaturi, quorum duo vel tres obtinuerunt abbatias ordinis in Hibernia, inibique plurimum utilitatis attulerunt, vel etiam passi sunt pro nomine Jesu Christi. Alter eorum abbatum Jacobus Linch vixit ad annum 1705, cum pluribus annis major vicarius præfati episcopi Francisci Kirovan existisset. Interim Carolo sedente, cum ab Helvetiis poscente abbate Aggauenensi requisitus esset rex, ut prioratus S. Mauricii Silvanectensis regularibus canonicis conservaretur, in illum admitti sunt die 24. Aprilis 1644. Reformatur quoque abbatia S. Martini de Bolco, seu de Ruricurte diocesis Bellocacensis die 20. Julii. Quarta vero mensis Novembris ejusdem anni Carolus Faure Parisiis obijt magno congregationis mœore, ut qui laboribus assiduis, vitæ exemplo, necnon singulari prudentia plurimum defudaverat, ut regularis observatio disciplinæ restitueretur, conservareturque. Jacet ipse cadaver in medio capitulo sanctæ Genovefæ Parisiensis, cum hoc epitaphio tumbe nigri marmoris characteribus albi coloris insculpto: *Hic jacet reverendissimus in Christo pater Carolus Faure hujus domus abbas, ordinis canonicorum regularium congregationis Gallicanæ hoc seculo instaurator, ac primus præpositus generalis. Vir ad magna quaque natus; magnus ingenio, memoria, eloquentia, eruditione, major animo, labore, constantia, maximum modestia, religione, supereminens caritate, qui collapsam ubique fere Galliarum canonicæ vitæ disciplinam primus erigere cogitavit, consiliumque tam arduum & cepit ipse adolescens, & senibus dedit; mox ut opere impleret, faventibus Gregorio XV. & Urbano VIII. pontificibus maximis, annuente Ludovico Justo Francorum rege Christianissimo, operam præbente Francisco cardinale Rupisfualdo, aspirante in omnibus & super omnes Deo optimo maximo, primum in sancti Vincentii Silvanectensis domo, ubi Deo se devoverat, tum in hac sanctæ Genovefæ, ubi Deo quamplurimus devovit, tanto conatu, tantoque successu insudavit, ut canonicorum colonis per varia passim cænobia deductis, amplissimum ordinem diu misere deformatum brevi feliciter instauravit. Demum**

792  
*acta* quinquaginta monasterii sui congregatione, A  
 ceteris ejusdem ordinis eandem subinde disciplinam  
 certatim amplectentibus, post conlatus ad canonica  
 vita normam optimas leges, ipse viva lex, ipse suorum  
 regula magis quam rector, in animis fithoruni, quos  
 prope innumeros Christo genuit, aternam victurus,  
 obit pridie nonas Novemb. anno Sal. M. D. CXLIV.  
 etatis L. professionis XXX.

Chorus S. Vincentii Silvanect. cor ejus possidet,  
 non vero cum epitaphio, quod referunt Sammarth.  
 Hic jacet reverendissimus pater Carolus Faure hujus  
 monasterii abbas, & ordinis canonicorum per Gallias  
 prepositus generalis. Natus fuerat in pago Lufciano  
 ad Luteciam & gente Fauroium non obscura pridie  
 cal. Dec. anno Domini 1594. Vixit multo clarior  
 ingenio omnium capaci, non minore judicio, eruditione  
 maxima, memoria felicissima, animo invictio, singulari  
 fastidio seculi, celestium amore summo, pietatis ac  
 religionis propaganda studio & labore indefatigato.  
 His modo presulis & Deo aspirante ea juvenis  
 admodum profecit, que civis alteri tentare licuisset.  
 Vix enim exceptus fuerat in domum sancti Vincentii  
 Silvanecti, cum statim illam in primam aut meliorem  
 vivendi formam reduxit. Inde accitus ab eminentissimo  
 cardinale de la Rochefoucault, hujus domus abbate,  
 sancti Augustini regulam sic emendavit, ut colonias  
 sine ullo ctroque deductis, canonicorum ordinem  
 vix adhuc aut nomine, aut habitu superstitem instauraret.  
 Ita duodequinguenta monasteria non totis  
 octidccim annis restituta vidit ante mortem, in iisque  
 partim studiosissimam parochiarum administrationem,  
 partim optimam juvenutis educationem, erectis semi-  
 nariis; summam vero ubique & incredibilem reliquit  
 animorum conversionem, exactissimamque in suavissima  
 concordia disciplinam. Nondum impleverat quingua-  
 gesimum annum, cum & a suis acerbissime amissus est  
 pater amatissimus, amatissimisque ab omnibus, vel  
 iis etiam qui inviderant desolitari captus, pridie nonas  
 Novembris anni Domini M. DCXLIV. Corpus jacet  
 in ecclesia sancta Genovefa, & cor ad S. Vincentium  
 in Silvanectensi monasterio. Vita Caroli Faure scripta  
 ex commentariis R. patris Petri Lallemand prioris  
 & cancellarii S. Genovefae lucem aspexit Parisiis  
 edita in quarto 1698. auctore R. patre Chartonet  
 tunc priore S. Genovefae.

IV. Franciscus II. Blanchart natus Ambiani  
 1606. patre Johanne Blanchart & matre Mo-  
 nica Vassart pietate commendatis, professionem  
 emisit 1624. in abbacia S. Acheoli prope Am-  
 bianum; sed cum ejus ad aures fama reformationis  
 sancti Vincentii Silvanectensis pervenisset, huc  
 statim se contulit 1625. dieque 25. Julii ejus-  
 dem anni missus est ad S. Genovefam inibi reno-  
 vaturus noviciatum sub moderamine Caroli Faure,  
 & vota religiose professionis, quae 9. Aug. 1626.  
 excepit idem Carolus tanquam superior vice car-  
 dinalis de la Rochefoucault abbatis. Fuit unus ex  
 octo canonicis qui reformationem induxere 29.  
 Aprilis 1629. in cenobium sanctae Catharinae  
 Parisiensis. Paulo post inauguratus sacerdos, jam  
 anno 1631. evasit superior reformatorem sanctae  
 Catharinae canonicorum; ubi cum in coetu anni  
 1632. cardinalis de la Rochefoucault novicia-  
 tum instituisset, qui haectenus ibi perseverat, no-

viorum magister Franciscus Blanchart creatus est.  
 Circa mensem Septembrem anni sequentis praefi-  
 citur novae coloniae, quae nuper abbatiam sancti  
 Dionysii Remensis reformaverat. Adfuit capitulis  
 generalibus annorum 1634. 1637. & 1640.  
 quo in ultimo novo praeposito generali datus  
 est alter assistens. Mortuo subinde Carolo Faure  
 die 4. Novembris 1644. convocatum mox  
 capitulum generale numero quintum unanimi  
 consensu Franciscum Blanchart in praepositum  
 generalem & abbatem coadjutorem elegit 10.  
 Decembris 1644. Rebus paulo post ex voto  
 cardinalis de la Rochefoucault dispositis, ut praes-  
 positus congregationis non amplius esset abbas  
 coadjutor triennalis, sed abbas titularis trienna-  
 lis, sextum habitum est capitulum generale 13.  
 Februarii 1645.

#### ABBATES TITULARES TRIENNALES.

I. FRANCISCUS I. Blanchart cum tunc esset  
 abbas coadjutor triennalis, convocato, ut  
 modo diximus, capitulo generali ad eligendum  
 abbatem titulare, mane 13. Febr. comitantibus  
 aliquot antiquioribus adit cardinalem de la Ro-  
 chefoucault, a quo benedictione accepta, mox  
 superiorum & deputatorum coetum coegit, adscitis  
 etiam conventualibus sanctae Genovefae sacerdoti-  
 bus, lectaque bulla Innocentii X. papae cessionem  
 cardinalis de la Rochefoucault admittentis, & probans  
 electionem successoris titularis triennalis,  
 declaravit ideo se ultro in manibus eorum dimittere  
 dignitatem abbatis coadjutoris triennalis cum  
 praepositura generali, ut illi conferrentur, quem  
 idoneum magis ad gloriam Dei & congregationis  
 bonum judicaret, statimque relicto primario loco,  
 ordinem professionis repetiit: at mox unanimiter  
 omnes eum rogarunt, & ut ita dicam, vim illi  
 fecerunt ut primam sedem resumeret, abbatem-  
 que titulare triennale sanctae Genovefae &  
 praepositum generalem usque ad finem inchoati  
 praepositurae generalis triennii renunciarunt, pro-  
 stratique ad ejus pedes enixe postularunt, ut ad  
 quod a Deo vocabatur munus acciperet. Collum  
 igitur imposito jugo subjecti, tulitque magna cum  
 prudentia. Sub eo retractatur causa de abbatibus  
 Cancellatae, de Sabloncellis, & de Corona cum  
 prioratu sancti Geraldii Lemovicensis, quorum  
 unio monasteriorum jam anno 1637. cum Gal-  
 licana congregatione facta, & ab Urbano VIII.  
 approbata 1643. iterum hoc anno in capitulo  
 generali laudata fuit. Verum post definitum qui  
 maxime hanc unionem defenderat, cardinalem  
 de la Rochefoucault, Alanus de Solminihac abbas  
 Cancellatae & episcopus Cadurcensis speravit fore,  
 ut quatuor ista monasteria erigere posset in con-  
 gregationem specialem a Sangenovesana distin-  
 ctam. Delata re ad consilium regis, delegati sunt  
 abbas reformatus sancti Augustini Lemovicensis  
 & congregationis sancti Mauri visitator in pro-  
 vincia Tolosana, qui quid sentirent horumque  
 quatuor monasteriorum canonicos regulares, refer-  
 rent: retulerunt quidem, sed votis exitus haud  
 respondit, cum abbatia solum Coronae & prioratus  
 sancti Geraldii Lemovicensis vi procuratorum

Ch. XLVII  
 col. 164.

Ch. XLVIII  
 col. 166.

Ch. XLVIII  
 col. 166.



Francisci Ouroux & Marialis Ardent adhererint A congregationi, alia autem duo monasteria mentem domini Cadurcensis fecuta sint. Francisco sedente uniantur congregationi abbatia Omnium sanctorum diocesis Catalunensis 29. Apr. 1645. & S. Martini in Aëris, Trecentis. Idem hoc anno die 25. Maii proconservatorem privilegiorum apostolicorum nominavit Franciscum Boulart olim superiorem generalem. Insequenti cum pater Guiloud antiquus S. Genovefæ canonicus officium cancellarii S. Genovefæ & Universitatis Parisiensis dimisisset, hoc patri Johanni Fronteau doctrinæ fama celebri commisit Franciscus. Aduactam vidit congregationem accessione abbatie beatæ Mariæ de Oiguiaco diocesis Augustodunensis die prima Maii 1647. Habitum est eodem anno septimum capitulum generale, in quo Franciscus Blanchart die 16. Septembris continuatus est superior generalis; qui statim ut unioni ordinis Vallis Scholarium cum Gallicana congregatione factæ ab Innocentio X. bulla 22. Septembris ejusdem anni robor adderetur, huic adjungi diploma regium curavit, inscribique Lingonensi officiali, qui propterea 13. Julii 1649. adivit abbatiam Vallis, bullam omnibus, quorum intererat, recitavit, iisque fortiori effectum consentientibus, promulgavit 11. Augusti ejusdem anni; a quo tempore Gallicanæ congregationis præpositus generalis vere caput est & superior generalis (sicque se nominat) ordinis Vallis Scholarium; tamen hæc bulla non ante 12. Augusti 1651. relata est in commentariis senatus Parisiensis, post inquisitionem de commodo & incommodo, & a regio procuratore generali sententiam datam. Anno interim 1648. die 7. Septembris congregationi nomen dederunt, monasterium Blesense dictum sanctæ Mariæ de Burgo medio; cujus per se Franciscus adeptus est possessionem, de consensu Gastonis ducis Aurelianensis & episcopi Carnotensis; prioratus de Duobus Amantibus diocesis Rotomagensis 29. D Maii; prioratus sancti Ludovici de Regali loco in Silva Compendii ordinis Vallis Scholarium 27. Augusti 1649. monasterium Piperaci in Arvernia 6. Septembris: S. Mariæ de Panilponte diocesis Macloviensis 14. Septembris; ac denique hoc ipso anno monasterium sancti Ferreoli de Eßfomniis diocesis Suesionensis.

11. Antonius I. Scouin natus apud Firmitatem Milonis diocesis Suesionensis die 27. Septembris anni 1608. vota religionis emisit 9. Octobris 1628. Magnis a natura dotibus ornatus brevi prædixit. Fuit prior sancti Quintini Bellovacensis superflite Carolo Faure, post cujus obitum, simul etiam visitator exstitit, quo tempore 16. Junii 1645. visitandi monasteria Coronæ & S. Gerdii Lemovicensis provinciam obivit; illaque demum univert congregationi, hoc scilicet die 27. Julii 1645. & illud 31. Julii ejusdem anni, sultus sententia cardinalis 24. Octobris 1637. bulla Urbani VIII. XIX. cal. Febr. 1643. & dicta utrinque causa lato iudicio 18. Novemb. 1644. Is porro tantam tribus annis proximis ante capitulum generale anni 1647. famam sibi conciliavit, ut in eo. Franciscus Blanchart ratus se non

debere suffragari pro præpositura generali Francisco Boulart, qui graviter ægrotabat, suffragatus sit Antonio Scouin, cujus inde aucta est plurimum existimatio. Interim Franciscus Boulart sanitate recuperata, fuit primus assistens & Antonius Scouin secundus, qui post expletum a Francisco Blanchart sexennium, ipsius loco delectus est abbas & præpositus generalis in octavo capitulo generali 14. Septembris 1650. non tamen una voce, ut ceteri hæcenus, aut fere una, sed pluralitate, & quidem in altera duntaxat suffragiorum latatione, quod inauspicatum iudicatum est. Illius assistentes fuerunt Franciscus Blanchart & B Franciscus Boulart. Anno 1651. mense Julio adjungitur congregationi prioratus beatæ Magdalene de Chartræ in Pertico; & 27. Augusti abbatia beatæ Mariæ de Cellis diocesis Pictaviensis, Insequenti 1652. 11. Junii in processione capite sanctæ Genovefæ Antonius, primus abbatum triennialium se gessit inore conlecto, quem cum innovare voluisset decanus ecclesiæ Parisiensis ambiens incedere e regione abbatii, solo claudente clerum archiepiscopo Parisiensi tanquam huic præsidente, mox auditis utrinque partibus senatus secundum abbatem & consuetudinem pronuntiavit. Eodem anno 27. Augusti abbatia S. Hilarii de Cella diocesis Pictaviensis & 22. Decembris abbatia beatæ Mariæ Regalis ad congregationem accesserunt. Cum autem hoc anno paræcia sancti Stephani de Monte vacasset per cessionem patris Martini Citolle, hanc sibi clam retinere voluit Antonius, existimans possideri posse cum titulo temporario abbatii & præpositi generalis, aut si vere ambæ res una stare non possent, ipsum solvi posse ab hac lege, quemadmodum soluti fuerant olim Philippus le Bel & Josephus Foulon. Abjecto tamen eo consilio propter difficultates, paræciam conferre voluit patri Guillyery defuncto subinde cum fama sanctitatis, ut habet ipsum edita vita, paracho Firmitatis Milonis, quo præ modestia recusante, Franciscus Blanchart primus assistens qui prius abbas, eidem præfectus est 19. Septembris 1652. posttridie adeptus possessionem. Exaacto demum triennio Antonius Scouin prior evasit canonicorum reformatorum ecclesiæ cathedralis Uctecensis & visitator alterius provinciarum congregationis, quem episcopus omni exceptum urbanitate honorificentissimis rebus destinavit. Quapropter entistes rogavit superiores congregationis, ut illum ab officio visitatoris eximerent, utpote sibi perneccellarium ad dioceses utilitatem. Hinc præter canonicatum aut etiam dignitatem in ecclesia cathedrali, possedit E Antonius prioratum sancti Maximi sue fortassis annexum præbendæ; fuit etiam officialis & major vicarius diocesis: quæ munera sic illum episcopo devinxerunt, ut in concertationibus episcopum inter ex una parte, & congregationem ex altera subortis de reformatis ecclesiæ cathedralis canonicis nimis episcopi defensor existerit. Ut ab hujus abstraheretur studio, proposita illi est paræcia Montis-argi, quam parvi fecit. Anno igitur 1653. Antonius in Occitaniam profectus, unde nunquam rediit, ut ad se veniret invitavit nepotem

ex forore Johannem Racine, cujus postea tanta fuit celebritas. Huic qua pollebat avunculus facilitate ditandi nepotem opimis beneficiis, iussit ut clero se addicens theologiae studeret; imo parum abfuit quin occasione prioratus litigiosi ad habitum canonici regularis sumendum impelleret ad effectum beneficii. Stadium tamen glorie quod quique norunt, decurrit Johannem Racine, singulari ejus fortunæ gratulante avunculo, qui tandem 10. Januarii 1689. diem ultimum obiit Uctetia.

III. Franciscus Blanchart triennio proxime elapso primus assistens, & parochus S. Stephani in Monte Parisiis, idemque sexennio ante superior generalis, die 12. Septembris 1653. tertium ad hanc sublimatur dignitatem in capitulo nono congregationis. Eodem anno 17. Octobris reformationem subiti prioratus de Castellis in Eremo diocesis Cenomanensis, *Chateau l'Hermitage*; insequenti 1654. 13. Januarii prioratus S. Eusebii Autissiodorensis: die 3. Martii prioratus conventualis de Lanville diocesis Engolismensis, fatigante Ludovico de la Rochefoucault episcopo Laforensi & priore commendatario, qui & commendatarius abbas Cellæ beatæ Mariæ diocesis Pictaviensis, hanc non ita pridem unierat congregationi. Hic prioratus cum parochia principatus de Marcellæ illi annexa, situs est in dominio gentis de la Rochefoucault, e qua procreati plures hunc in commendam possederunt, ac etiamnum possidet Fredericus Hieronymus de la Rochefoucault de Roze archiep. Bituricensis. Anno eodem 1654. die 14. Junii ad congregationem accessit prioratus sancti Nicolai de Campagnac diocesis Uctetensis, conventione a Francisco Blanchart inita cum D. Charles priore commendatario; ac post bidentium abbatia Fontiscomitis diocesis Pictaviensis, instigante inprimis Francisco le Veneur de Tillieres abbate commendatario, qui ne duas simul abbatias possideret religione resrenatus, hanc ea conditione dimisit Roberto le Blanc du Rolet, omisso tomo secundo col. 1344. ut reformationi faveret, quod feliciter peractum est. Eodem anno die 14. Augusti abbatia S. Bartholomæi Noviomensis reformationis leges suscepit. Inseq. 1655. cum cardinalis Mazarinus regni administer de pluribus negotiis, quorum maxima pars ad informandum clerum tam secularem, quam regularem spectabat, conscientie instituit consilium, ejus primores fuere Carnotensis episcopus & Franciscus Blanchart, quibus adsciti sunt R. P. Annat regi a confessionibus, abbas de Precibus, & D. Colbert doctor Sorbonicus, & inde vicissim Lacionensis ac Autissiodorensis antistes. Conventus agebatur aut in ædibus cardinalis, aut in abbatia sanctæ Genovefæ; qui in novo tribunali actum est inprimis de Cluniacensi ordine reformando; & idcirco Franciscus Blanchart presuit hujus ordinis capitulo generali, tunc apud sanctum Martinum de Campis celebrato, in quo habuit orationem huc usque servatam, operamque maxime contulit, ut ordo Cluniacensis & S. Mauri congregatio in unum corpus coalescerent, quo de plurima cum preposito generali & assistentibus S. Mauri habuit colloquia; cumque illa haud prospere ces-

sissent, tentavit Franciscus Cluniacensem ordinem unire congregationi sanctorum Vitoni & Hidulsi; quod neque feliciter cecidit. Interea vero Franciscus Blanchart de mandato cardinalis Mazarini prioratum sancti Nicolai prope Silvanæcum a sancto Martino de Campis dependente visitavit hoc ipso anno 1655. Eodem canonice ecclesiæ collegiæ de Andeliaco diocesis Rotomagensis concessit petentibus sue patronæ S. Clotildis reliquiis, quarum translatio ritu percelebri facta est 21. Junii 1655. obstrictis canonicis festo hujus translationis annuatim celebrando, itemque grati animi causa officio sanctæ Genovefæ ritu solemniter persolvendo. Anno sequenti 1656. abbatia S. Launi de Thoarcio unita est congregationi, favente quidem Abrahamo Ribier abbate commendatario, at incassum, nisi Robertus du Rolet & parochus S. Nicolai de Cardineto amici communes operam posuissent. Habitum est eodem anno capitulum generale decimum, in quo die 12. Septembris Franciscus Blanchart continuatus est superior generalis, nullo non modo repugnante, fed omnium ita conspirantibus votis, ut idem, quod olim tempore Caroli Faure ceperat cum cardinale Rupificaldo nascens congregatio, consilium ceperint obtinendi, ut superior generalis tamen singulari triennis electus, toties eligi posset, quoties bono congregationis capitulo generali congruum videretur; more congregationis sancti Mauri, cujus prepositum generalem D. Gregorium Tarisfe hac de re consuluerat cardinalis. Jam tum Romæ id negotii ceptum erat, haud satis felicibus auspiciis, quare interruptum. Sed cum anno 1656. capitulum generale censuisset refundendum, rem acriter promovente D. Gualteri recriptorum secretario & inde cardinali, cum patre Asseline congregationis Gallicanæ procuratore generali, bullam indulsit Alexander VII. an. 1657. die 27. Nov. non tamen pro indefinita superiorum generalium prorogatione, sed solum ut idem superior generalis quater continue eligi posset, hoc est ad duodecim continuos annos. Quæ quidem gratia, ut innotuit eventus, pro hac vice tantum indulta videtur: quamquam enim cuique gratissimum fuerit duodenne continuam Francisci Blanchart regimen, ad alium tamen hoc privilegium minime transit, tamen si se obtulerit occasio. Ceterum eodem anno 1656. mense Februario prioratus sancti Vincentii de Veteri Brivate diocesis sancti Flori, locum largientibus Stephano ejus domino & Bernardo ipsius patre, cum laude Stephani episcopi Claramontensis tunc diocesani, institutus XI. seculo a sancto Petro de Chavano primo Piperaci preposito sub imperio Piperaci, ad congregationem accessit. Eodem anno prioratus S. Symphoriani Augulstodunensis, qui olim abbatia S. Germanum episcopum Parisiensem abbatem habuit, canonici reformati die 23. Novemb. possessionem adierunt. Anno eodem Franciscus Blanchart, qua ordinis Vallis Scholarium generalis misit canonicos reformatos in abbatiam vacantem de Landevisi diocesis Remensis ab eodem ordine dependentem. Hanc antiquus ejusdem ordinis canonicus, ejusdemque loci abbas pater Johannes le Roy revocare ad meliorem

meliozem frugem in votis semper habuerat, maxime cum ab Hispanis captus, pro libertate ingens pretium pendisset, sicque perditæ res monasterii essent. Johanne autem defuncto, inducti reformati primum expulsi sunt a successore N. de Vandy, qui cum bullis acceptis cum clausula vendendi hanc velle se oblati supplici libello superiori generali Francisco Blanchart executioni demandare finisset, summa negotii fuit reformatorum canonicorum in ea reintegratio die 30. Nov. 1656. Anno sequenti die 14. Januarii abbatia Stirpensis diocesis Lemovicensis, promovente Carolo Francisco de la Vieuville abbate commendatario, unita est congregationi: sicuti etiam abbatia B. Magdalenæ de Genesto diocesis Nannetensis 27. Januar. ejusdem anni, curante in primis N. de Pontchateau spectatæ virtutis viro tunc abbate, cujus vitam edidit D. Alexius Lobineau monachus Benedictinus e congregatione sancti Mauri, in historia Sanctorum Armorica. Die 30. Dec. anni 1657. prioratus SS. Trinitatis de Albiniaco, d' *Aubigny*, diocesis Bituricensis fundatus a Johanne Belin indigena loci, rerum domesticarum Johannis Biturigum ducis administratore, pietatis domiui tunc Sacram capellani Bituricensis fundantis æmulo, congregationi nomen dedit. Diuturna fuit abbatie sancti Volusiani de Fuxo diocesis Appamiensis reformatio. Hanc Franciscus Stephanus de Caulet, solum tunc abbas, qui postea fuit episcopus Appamiensis, tentavit jam anno 1636. scriptis ad cardinalem de la Rochefoucault litteris, qui prævia ideo visorum auditorumque ab Alano de Solminihac episcopo Cadurensi in acta relatione, Gallicanæ congregationi sententia lata 2. Januarii 1639. hanc abbatiam univit, in quam nihilominus reformati canonici haud prius 19. Maii 1648. inducti sunt, quin & paucis post diebus cedere coacti, suam apud abbatem jam tum episcopum Appamiensem conferuerunt, quos tandem cum nulla spes redeundi Fuxum asfulgeret, postquam cum illo diutius anno vitam communem duxerant, Franciscus Blanchart gratis actis præfuli de benevolæ ejus hospitalitate, in varia dispersit monasteria. Obtinuit autem an. 1656. Franciscus Stephanus de Caulet episcopus Appamiensis sanctioris consilii edictum, quo statebatur, ut novicii hoc in capitulo tunc & etiamnum regulari deinceps recipiendi, mitterentur in aliquod Gallicanæ congregationis monasterium noviciatus explendi gratia & ordinis praxes addiscendi: nec multo post; mensè videlicet Martio anni 1657. misit præsul piissimus ad sanctam Genovefam Parisiensem N. de Carla canonicum & infirmarium Appamiensis ecclesiæ suum officialem ad agendum probationis annum, quo expleto, in habitu novicii ibidem accepto rediit Appamias professionem emissurus in manibus episcopi. Resumitur tamen intermissum opus & ad finem optatum perducitur anno 1658. a Francisco Stephano de Caulet Appamiensi episcopo & Ludovico de Bassompierre Santonensi, qui tunc abbas erat Fuxensis, adjunctis maxime a serenissimo principe de Conty. Sicque 17. Decembris 1658. canonici reformati, quos interim Benedictini monachi B. Mariae Deaurate

*Tomus VII.*

A apud Tolosam hospitio exceperant, in ejus possessionem inducti sunt.

Anno 1659. mensè Junio abbatia B. Mariæ de Cornevilla diocesis Rotomagensis cum Gallicana congregatione coaluit; & 20. Augusti ejusdem anni abbatia B. Mariæ de Bello loco diocesis Macloviensis, agente in primis abbate commendatario N. le Clerc du Tremblay canonico ecclesiæ Parisiensis, nepote celeberrimi patris Josephi du Tremblay Capucini ex fratre. Habitum est hoc anno capitulum undecimum generale, primum eorum quibus provinciales cœtus præverunt, bulla probati pontificia, in quibus hætenus forma

B servatur, quam consulti abbas de Precibus & Benedictus Brachet assistentis congregationis S. Mauri præscriperunt. Hoc etiam primum fuit capitulum, in quo secundum bullam Alexandri VII. in commentarios senatus Parisiensis relatum, ad tertium tricenium continuam prorogata fuit dignitas Francisci Blanchart 10. Septembris 1659. Eo sedente 30. Novembris ejusdem anni abbatia S. Laudi diocesis Constantiensis in Normannia unitur congregationi, qua de re jam die 5. Martii ejusdem anni illam inter & abbatem initum erat concordatum. Huic unioni non modo consensit episcopus Constantiensis, verum etiam plurimum

C favit. Primum autem hujusce donus superior in capitulo generali proxime dicto renunciatus est pater Guillemy vir vere apostolicus, qui de rebus ad catholicam fidem pertinentibus susceptis contra Novatores disceptationibus, pluribus a pravis opinionibus ad sanam fidem revocavit. Obiit autem curio Firmitatis Milonis cum fama sanctitatis. Ejus vitam publici juris fecit anno 1722. R. P. Prevot bibliothecæ sanctæ Genovefæ caudissimus præfexus. Die 24. Dec. ejusdem anni abbatia de Montemorelli diocesis Abrincensis adjuncta est congregationi studio N. de Vaurouy senatoris clerici in Parlamento Rotomagensis abbas commendatarii, cui accedente consensu episcopi, ab ejusdem vicario generali N. Betille doctore Sorbonico, qui olim cum Carolo Faure amicitia conjunctissimus docuerat theologiam apud sanctam Genovefam, novi canonici in possessionem inducti sunt, præsentè N. de Vaurouy senatore Parisiensis vice & nomine fratris abbas commendatarii, qui adesse non potuit. Cassiani prioratus diocesis Biterrensis inlustratus 9. Apr. 1660. uti tomo sexto diximus col. 4. 17. Eodem anno 28. Aprilis abbatia sancti Georgii ad Ligerim diocesis Andegavensis prævio 9. Julii 1658. concordato cum episcopo Utcenensi abbate commendatario, quod in commentariis senatus relatum est 9. Martii 1660. reformationem suscepit, rem promovente diocesano episcopo, & annuente comite de Serrant S. Georgii toparcha. Die 23. Julii ejusdem anni abbatia S. Crispini Sueffionensis dictæ *in Cavea* idem contigit, præmissis concordatis cum N. Bourlon episcopo 10. Martii 1660. & 23. Junii ejusdem anni cum N. Auvry episcopo Constantiensis abbate commendatario. Abbatia SS. Trinitatis de Maloleone diocesis Ruppellensis post initum novos inter canonicos reformatos & antiquos pactioem 16. Apr. 1660.

Ecc

& episcopi consensum datum 22. Julii ejusdem anni, die 9. mensis sequentis reformata fuit. Prioratus S. Lazari Blesensis prævio consensu episcopi Carnotensis tunc diocessani 24. Julii 1660. Gallicanæ adjungitur congregationi 21. Maii 1661. Diuturnam passâ est difficultatem unio præposituræ sancti Antonini diocesis Ruthenensis. Capitulum est canonicorum regularium a tempore Urbani II. papæ, quo constabat decem & octo canonicis, ex quibus duodecim remanent, sex aliis in duodecim præbendatos seculares clericos commutatis, qui, quod sex canonicorum relictibus fruuntur, semi-præbendati appellantur. Ejus præpositus, seu *Prior major* hæctenus regularis, pontificalia gerit; hac titulari ornatur hodie dignitate pater Arnaud canonicus regularis Gallicanæ congregationis ex regia nominatione. Jam autem anno 1646. 27. Jan. statutum fuerat edicto sanctioris consilii, ut congregationi hoc uniretur capitulum. Accesserunt igitur canonici reformati adituri possessionem, bino judicio firmatam, altero 15. Oct. 1647. & altero 28. Maii 1648. qui tamen, accedente novo Parlamenti Tolosani decreto lato 22. Junii 1650. abscedere coacti sunt, donec resumpto negotio 1659. & rescisso Parlamenti Tolosani placito, decretorium judicium datum est, quo in integrum restituti canonici reformati, 28. Junii 1661. a iudice S. Antonini denuo inducti sunt in possessionem. Die 31. Julii ejusdem anni Franciscus Blanchart transegit cum celebri illo Armando Bouthillier de Rancé pro reformanda abbazia Vallis diocesis Bajocensis. Hic Trappæ abbazia retenta, in quam regularem factam secederet, æque voluisset ut in abbazia Vallis successor regularis esset, eaque fuisse videtur tacita clausula transactionis; sed neque rex assentiri voluit, nec admittere patrem Seguier cancellarii Franciæ sanguineum, irrita itaque fuit transactio, fatiisque habuit Armandus, ut successor reformationem Vallis susciperet, quam revera N. Druel statum regularem amplexus instituit, hæctenus perseverantem, sanctimoniam fama post se relicta commendatam. Eodem anno Ludovicus le Brethe de Clermont S. Genovefæ canonicus regularis edidit opus in folio inscriptum: *Basilica S. Genovefæ decora emblematis illustrata*. Insequenti 1662. die 9. Maii pater Seguier prior abbatiæ S. Genovefæ, nomine Francisci Blanchart præpositi generalis cepit possessionem ædificii nuper apud Ricomagum extructi pro conventu, quem canonici S. Genovefæ instituerunt, fundatore Claudio de Montagnac piissimo clerico, nobili apud Arvernos exorto genere, a quo data prædia cum bene excidissent, congregatio, cujus hæc domus vere filia est, alia supplevit. Inter hæc 18. Apr. ejusdem anni obiit Montargii ætatis 49. pater Johannes Fronteau cancellarius sanctæ Genovefæ & Universitatis Parisiensis, qui tunc duobus abhinc mensibus erat curio Montargii diocesis Senonensis. Vota emiserat in abbazia Omnium sanctorum Audegavi, qui junior canonicus, pro more sui temporis Flexiæ studens thesibus Carolo Faure abbati coadjutori S. Genovefæ & præposito generali congregationis, ad quam nuper accesserat abbazia Omnium sanctorum,

nuncupavit anno 1636. Dein summa inclanuit eruditione, quam scripta omnigena testantur. Oratione funebri palam laudavit Carolum Faure, idemque præstitit 28. Januarii 1656. erga protopatrædem Molærum inter solemniam, quæ illius memorie celebraverunt abbas & canonici regulares S. Genovefæ Parisi. Edita est hæc oratio. Tum Franciscus Blanchart die 15. Maii 1662. renunciavit cancellarium patrem Petrum Lallemant, qui antequam ingrederetur congregationem, multoties fuerat Universitatis Parisiensis rector. Hoc tandem anno 1662. 27. Augusti plene facta est ordinis Vallis Scholarium cum Gallicana congregatione coagmentatio & adjunctio dignitatis præpositi generalis hujus ordinis superiori generali ejusdem congregationis, uti supra diximus tomo IV. col. 793. Postridie in festo S. Augustini duo abbates, Geronfart & Montium in Hannonia, quatuor ejusdem ordinis in Belgio monasteriorum ad hanc unionem procuratores, obire voluerunt munia diaconi & subdiaconi cum mitra & baculo, præposito generali celebrante; quorum benevolentie reusæ sunt grates. Denique celebratum est eodem anno duodecimum capitulum generale, in cujus prima sessione habita 21. Sept. Franciscus Blanchart sextum electus est superior generalis; in sexta, ejusdem mensis die 14. lectum & confirmatum est supradictum cum Belgii abbatibus concordatum; statutumque ut præpositus generalis per se visitaret eorum monasteria, quæ sua recognosceretur auctoritas. *Via* se commisit Franciscus Blanchart anno sequenti 9. Septembris, in qua ubique summo exceptus est honore: civitates ei legatos misere; capitulum quoque canonicorum Montium illi tres canonicas delegavit; cumque ad hanc urbem pervenit, dux d'Arcoet & d'Arremberg major ballivus & gubernator Hannoniæ rheadam instructam misit; quod & plurimi imitati sunt primores. Quin & canonici regulares congregationi minime subditi illum in omni præcipuo habuerunt honore. Lovanii colloquia ei fuere cum præposito generali congregationis Windesheimensis, maxime cupido, ut sua cum Gallicana uniretur congregatio; quæ post aliquot annos scriptis ea de re litteris Francisco Blanchart & capitulo generali sanctæ Genovefæ libellum supplicem obtulit. Abbazia sancti Johannis de Pratis diocesis Macloviensis, inito suadente regina ab N. de Guemadec abbate commendataria cum Francisco Blanchart concordato 30. Maii 1664. adhæsit congregationi 26. Julii 1663. Abbazia quoque S. Jacobi Biterrensis die 6. Septembris 1664. agentibus E. potissimum episcopo d'Olone in absentia Biterrensis episcopo hujus ecclesiæ administratore, N. de Mauliac majori archidiacono Biterrensi, duobusque hujus loci canonicis regularibus, qui cum reformationem exoptarent, velletque jam factam, ingressi congregationem, illam accelerant. Prioratus etiam de Pleffio diocesis Bajocensis 8. Octobris 1664. studio ac labore N. de Marignon matris commendatarii prioris, quæ visis fructibus quos reformatio Citteriensis in abbatibus de Alneto & de Torignaco prioratui de Pleffio vicinis præcreabat, eandem voluit prioratui filii asserere

utilitatem. N. de Nesmond recens episcopus Bajocensis consensit 8. Martii 1664. probavitque senatus Rotomagensis, ex cuius decreto N. de Vaurouy abbas de Monte Morelli senatus Rotomagensis consiliarius delegatus est, qui novos canonicos regulares in hunc prioratum induceret, praesente ipsius fratre N. de Vaurouy Parisiensi senatore. Anno sequenti die 7. Januarii absoluta demum est reformatio Sparnaci diocesis Remensis, inchoata jam anno 1634. a Francisco Blanchart, cum tunc solum esset prior sancti Dionysii Remensis. Quapropter initum est decretorium novos inter & antiquos canonicos concordatum 3. Dec. 1664. & alterum cum N. Vallot abbate commendatario die 8. ejusdem mensis. Vix autem novi canonici possessionem adierant, cum die xi. Jan. 1665. Paulus Beurier secundus assistens praepositi generalis cum octo vel decem canonicis regularibus missiohem hoc in loco suscepit usque ad diem secundam Februarii, ex qua fructus longe supra spem collecti sunt. Eodem anno 1665. 12. Martii annexa est congregatio abbatia beatae Mariae de Rota diocesis Andegavensis, ex inito Parisiis 22. Aug. 1664. ab N. de Gordes commendatario abbate concordato, cui non modo consensit episcopus Andegavensis, verum etiam adhortatus est antiquus Rotae canonicus ut illi adhererent, quorum plures annuerunt speciali concordato, quod utrumque ratum habuit senatus Parisiensis, & ad executionem demandandum delegavit procuratorem regium Catri Gonterii, qui hoc complevit die & anno praedictis 12. Martii 1665.

IV. Franciscus II. Boulart toto jam triennio abbas coadjutor sanctae Genovefae fuerat, eratque Francisci Blanchart praepositi generalis tum primus assistens, cum hoc ipso anno 22. Septembris titularis abbas triennalis & superior generalis electus est in capitulo generali duodecimo. Is jamdudum singulari dignitate honore a regina Anna Austria, cardine Mazarino primo regni ministro, & a ceteris aulicis, univit congregationi 19. Augusti 1666. prioratum conventuale sanctae Catharinae de Laval diocesis Cenomanensis pendentem ab abbacia de Regali la Reau. Die 20. Decembris ejusdem anni sanctioris consilii placito delegatus est cum Gallone Chamillart doctore & professore Sorbonae, qui majori apud Parisios Minoritarum conventui reformando adlaborarent. Huic dum vacat operi Franciscus, moritur 9. Januarii 1667. Quamobrem rex edicto sanctioris consilii 19. Januarii ejusdem anni, reformatorem substituit Petrum Lalleman cancellarium sanctae Genovefae & Universitatis Parisiensis. Sepelitur Franciscus in capitulo prope Carolum Faure, hoc epitaphio decoratus a Petro Lalleman cancellario laudato: *Hic jacet reverendissimus pater Franciscus Bonlart abbas hujus ecclesiae, & canonicorum regularium congregationis Gallicanae secundus praepositus generalis. Vir tranquillitate animi, lenitate morum, vita innocencia conspicuus, moris antiqui retentissimus; quem in rebus generis dexteritas, sagacitas & fides; in dignitatibus exercendis integritas & modestia; in laboribus assiduitas & diligentia; in adversis & probris aequalitas & constantia suis misericordiae*

Tomus VII.

*rum atque utilem, magnatibus notum probatumque, omnibus gratum & spectabilem reddiderunt; qui dum pro ordine canonico, atque hac domo regia praecleara multaque operatur, & plura cogitat, obiit v. idus Januarii anno salutis 1667. aet. 62. profef. 45.*

V. Franciscus Blanchart sub proximo abbate primus assistens, statim agnitus est abbas & superior generalis, eoque nomine pontificio habitu decelioris exequias celebravit, ex bulla Alexandri VII. regio diplomate confirmata & rite in commentariis relata, cujus haec verba sunt: *Primus assistens (congregationis) sit verus & absolutus abbas sanctae Genovefae & congregationis superior generalis, in quem omnimoda jurisdictione spiritualis & temporalis, qualitas & dignitas, onus & honor abbas & generalis continuo transferantur, & translata censeantur absque alia electione, seu procuratore, vi praesentis statuti, cujus vigore dicta officia abbas & generalis exercere debebitur, ac si de ipsis realiter & personaliter per capitulum generale sibi provifum fuisset, &c.* Sic tamen haec bulla primum assistentem, obeunte abbate, exemplo constituit abbatem, ut nisi sit annus capituli, insteive mensis September, indicere teneatur capitulum generale ad proximum Septembrem; tunc enim illa indicio extraordinaria spectaret mensem Septembrem anni sequentis. Interea vero dum celebraretur capitulum generale, corpus Renati des Cartes, studio N. d'Alibert Franciae quaefforis nuper e Suecia, ubi celebris ille Philosophus mortuus & sepultus erat, adductum, translatum est ad sanctam Genovefam, ut videre est apud Bailletum vitae Renati des Cartes lib. 7. cap. 23. Eodem anno 1667. 20. Aprilis vere constituitur est conventus reformatus in abbacia sancti Vincentii de Nemore diocesis Carnotensis, praesentibus abbate regulari Bernardino de Douault, & antiquis numero tribus canonicis. Indictum anno eodem capitulum generale inchoatur 15. Septemb. quo ipso die Franciscus Blanchart septimum eligitur abbas & superior generalis; hocque in capitulo, cum pluribus adaucta esset monasterii congregatio, quarta superaddita est provincia. Anno eodem 1667. 10. Octobris abbatia beatae Mariae Leodiensis ordinis Vallis Scholarium Gallicanae congregationis suscepit leges, ut dictum est tom. tertio col. 1114. qua de reformatione Petrus de S. Trudone praepositus generalis Windesheimensis, qui semper in votis habebat unire suam cum Gallicana congregationem, sic anno sequenti 1668. scribebat ad canonicos sanctae Genovefae: *Bonus odor confratrum vestrorum & nostrorum Leodii in monasterio (olim Vallis Scholarium) commemoratum sese non solum per potiam Leodiensem, sed & Brabantiam nostram diffusit, ad imitationem allicere videtur.* Abbatia de Gassina diocesis Turonensis hoc anno 1668. 30. Decembris univit congregationi, agente potissimum domno Marefchau magno abbate majoris monasterii priore apud N. du Gaffi commendatarius Gassinae abbatem, qui demum consensit. Die 25. Jan. 1669. precum inita est perpetua Societas congregationis inter canonicorum regularium & Oratorii presbyterorum, subscripta utrinque charta a praepositis

Ecc ij

generalibus Francifco Blanchart & Johanne Francifco Senault cum affentibus. Anno feq. Francifco Blanchart acceptis perhonorificis litteris a canonicis regularibus monafteriorum S. Crucis & S. Georgii apud Augulfam Vindelicorum, dedit eis litteras societatis, maxime quod dicerent *Directorium* fcriptum a Carolo Faure, & latine redditum fibi pro regula effe: *Omnium*, inquit, *canonicorum manibus teritur* . . . . In inflauranda canonica difciplina plurimum adfumento erunt nobis congregationis Gallicanae constitutiones . . . . *Deus optimus maximus congregationem Gallicanam, ut pote unicum ordinis canonici ornamentum in vigore fuo conferret. O fi tanta fortuna accideret, ut faltem a R. domino generali, in forma folemni, communicationem bonorum operum, fjuniorum & c. obinere poffemus, feliciffimos nos certe putaremus.* Hujus porro indultae societatis altera fuit conditio, ut quotannis folemniiter officium fanctae Genovefae agerent, & prima die poft feftum ipfius fanctae vacua folemne facrum pro defunctis Gallicanae congregationis canonicis decantarent. Eodem tempore alter fuperiorum majorum congregationis fanctae Crucis Conimbricenfis in Luffitania, qui efuldem olim praepofitus generalis, fic in epiftola de Gallicana congregatione loquitur: *Congregatio S. Genovefae in noftro canonico ordine principem locum obtinet, & ob regularis vitae omnimodam obfervantiam, fuam femper effat odorem. Donet Dominus, ut ipfemet fancta canonicorum congregatio in fua tam religiofa & rigida obfervantia in aeternum permaneat, ut nos etiam tam fancto exemplo commoti, quod imitemur habeamus.* Renovata circa idem tempus eft vetus focietas, quae inerat a feculo XII. inter ecclefias fanctae Genovefae & fancti Germani a Pratis, fiores appellatas in pluribus chartis hujus feculi. Addictus eft congregationi prioratus conventualis fancti Johannis de Colle diocefe Petragoricenfis mense Ocl. 1669. fatagente maxime Guillelmo le Boux epifcopo Petragoricenfi celebri quondam ex Oratorii congregatione verbi divini praecone, qui cum fruftra monuiffet N. de la Marthonie priorem commendatarium ut ordinem in fuo prioratu reflituere, eo vifitato, & inde querefa ad aulam delata, die 9. Octobris 1668. fcitum fecit de reformando monafterio, cui non modo prior non obfiftere potuit, verum & omnibus reparationibus faciendis condemnatus eft. Eodem anno 1669. 27. Novembris adhaefit congregationi prioratus conventualis S. Thomae du Mont-aux-malades prope Rotomagum. Quando Johannes d'Eltrades antiquus Condomienfis epifcopus, hujufce domus prior evafit commendatarius, inceptum hoc erat negotium, ad quod accelerandum omne ftudium adhibuit. Epifcopatu cefferat ad S. Genovefam fecedendi caufa, ibique vacandi regularibus exercitiis; fed prioratum congregationis adeptus ad illum fe contulit, ubi divinis affiduis erat officis, quae ut celebrarentur decentius, multum aris ad augendum numerum canonicorum fuppeditavit, aedaeque monafterii ceptas perfecit & decoravit. Inchoatum eft anno fequenti decimum quintum capitulum generale 15. Sept. quo ipfo die Francifcus Blanchart octavum electus eft

superior generalis. Eodem anno 1670. 29. Dec. abbatia S. Leodegarii Sueffionenfis cura maxime patris Henrici Wyart canonici regularis congregationis, qui prius a rege hujus monafterii abbas renunciatus fuerat, reformationem fubiit jam antea fenatusconfulto imperatum, cujus executio demandata eft N. de Guibeville fenatori, qui poffeffionem ejus adipifcentibus canonicis adfuit die & anno memoratis. Hucufque ab hoc abbate poffidet illam abbatiam canonicus regularis congregationis. Prioratus conventualis Parci ordinis Vallis Schotarium, diocefe Ebroicenfis, cujus antiqui priores regulares pontificali gerebant, unitus eft congregationi 25. Decembris 1671. Hocce monafterium fundatum anno circiter 1270. ab antiquis de Haricaria comitibus ibidem feputis, fat bene conftitutum erat, neque ipfius canonici uniri fuam domum congregationi refragabantur, qui jam anno 1642. ea de re concordatum inierant cum Carolo Faure; confenferat prior commendatarius Jacobus le Noél du Perron epifcopus Engolifmenfis & poftea Ebroicenfis, quibus & accefferat fenatus Rotomagenfis decretum, fed haec inutilia tunc fuerant, uti pariter concordatum initium ab epifcopo Dolenfi prioro commendatario. Tum vero demum anno 1671. fublatis omnibus difficultatibus, vi laudati fenatusconfulti annuente N. Bataille prioro commendatario, & plurimum fatagente Johanne d'Eltrades antiquo epifc. Condomienfi prioro commendatario du Mont-aux-malades, finita res eft. Eodem anno prioratus S. Egidii in fuburbio Pontis-Audomari diocefe Lexov. evocati fanctae Genovefae canonici ab N. Bigot prioro commendatario & ipfius patre celebri praefide in fenatu Rotomagenfi, poffeffionem adierunt praefente prioro. Elapfo biennio, prioratus fancti Johannis de Semurio in Alexienfi traetu diocefe Augulodunenfis cum Gallicana coaluit congregatio. Hic prioratus pendet ab abbatia fancti Mauricii Agaunenfis in Helvetia, cujus cum canonici regulares gerant humerale rubrum, gerit etiam prior S. Johannis de Semurio. Hodie praepofitus generalis congregationis prioratum illum confert ex inita tranfaetione & in commentariis relata 1675. N. de Fontaines prior regularis & titularis S. Johannis de Semurio, poftquam anno 1642. reformationis Caroli Faure leges fuum in prioratu invexiffet, hunc anno 1670. refignavit patri de Courtenin canonico regulari congregationis, qui fic effectus titularis & poffeffionem adeptus tempore Quadragefime anni 1671. evocatus fue congregationis fodales huc induxit 1673. ex voto antiqui prioris titularis. Optabat interim congregatio Windeshheimenfis uniri Gallicanae congregationi, qua de re 16160. chartam fcripferat; cujus cum praepofitus generalis anno 1672. Romae verfaeuret, eximium ibi defenforem Gallicanae congregationis reperit celebrem illum epifcopum Caftoreicenfem vicarium apoftolicum in Hollandia: *Tam reformationis eft cupidus, ait hic praeful, tam cupidus P. Petrus a S. Trudone, ut vellet fuos, abiecto generalatu, ad fufcipiendam fanctae Genovefae difciplinam primus praecedere: in reformatiflima religione optaret privatus vivere, quam in nonnihil collegeta*

*agere generalem.* Dum annus 1673. decurrit, quatuor canonici regulares a rege nominati abbates benedictionem perceperunt, nempe pater de l'Esfoile abbas S. Acheoli Ambianensis & pater de Luynes abbas S. Vincentii de Nemore; primus ab episcopo Massiliensi & alter ab episcopo Cenomanensi Parisiis: tertius pater Seguiet abbas sancti Severini Castrum-Nantonis in sua ecclesia ab archiepiscopo Senonensi; tandemque in ecclesia cathedrali Suesionensi a suo fratre dioecesano episcopo pater Bourlon Castrovoxi abbas, dein sancti Leodegarii Suesionensis, qui postea oblatum Diniensem episcopatum reculavit. Obiit hoc ipso anno 1673. ætatis 51. die 18. Februarii pater Petrus Lallemand prior sanctæ Genovefæ, & cancellarius ejusdem abbatiæ ac Universitatis Parisi qui antea rector fuerat ejusdem Universitatis. Ejus in locum patrem Philibertum Tetelete Franciscus Blanchart subrogavit cancellarium, qui muneris adiit possessionem die 7. Martii ejusdem anni S. Thomæ Aquinati sacro. Nonum eligitur Franciscus Blanchart superior generalis die 14. Septemb. prima inchoati capituli generalis decimi sexti an. 1673. vi bullæ Alexandri VII. datæ 27. Nov. 1657. quæ jam usi fuerant canonici regulares ad eundem per duodecim continuos annos eligendum. Die 25. Novembris ejusdem anni 1673. unita est congregatio abbatiæ de Aquaviva diocesis Turonensis optantibus antiquis canonicis, & annuente abbate commendatario N. de Vernin canonico Turonensi. Denique fato concessit Franciscus Blanchart septimo idus Febr. anno 1675. ætatis 69. sepultusque est in capitulo ad levam Caroli Faure & regione Francisci Boulart, cum hoc epitaphio: *Hic jacet reverendissimus P. Franciscus Blanchart abbas hujus ecclesiæ & canonicorum regularium congregationis Gallicana 111. præpositus generalis. Vir corporis dignitate, mentis præstantia, vitæ aequalitate, morum innocencia & sermonis gratia excellens, in tractandis rebus prudentia, regendis animis dexteritate, complectendis suis quotquot erant caritate & divinarum affectu singularis; qui novus abbas & præpositus generalis electus, dum hæc domum XXVII. annos pia & assidua sollicitudine regit, ornat, amplificat, ac mira quadam summae bonitatis & auctoritatis moderatione oculam a se quinquaginta monasteriis congregationem conciliat, fovet, promovet. Quæ semper providerat, spiritu magno viult ultima, atque per totos sexdecim menses acerbissimis morbi cruciatibus probatus & Deo dignus inventus, in spe immortalitatis plena, obiit VII. idus Febr. A. S. M. D. C. LXXV. ætatis LXX. professiois XLX.*

VI. Paulus Beurrier natus Carnuti die 20. Septembris 1608. honestis parentibus Johanne Beurrier & Claudia Tribalet altera conjuge, ætatis annum decimum agens tonsura initiatus est. Cum Carolus Faure anno 1625. reformatum sancti Johannis Carnotensis monasterium visitasset, Paulum tunc in illud adscribi quam maxime postulante, secum Parisios ad sanctam Genovefam duxit, novicium fecit, ejusque excepit professionem 19. Martii 1626. S. Catharinæ Parisiensis superior & magister noviciorum creatur Paulus

A anno 1633. qui mense Novembri anni sequentis a cardinale de la Rochefoucault sanctæ Genovefæ abbate curio Nannetodorenfis nominatus, alioque & congregatione sibi adjunctis fodalibus, junioreque pueros aggregavit bonis cum moribus imbuedos tum studijs; enatunque hinc est feminarum Nannetodorense, de quo supra. Mitto caritatem ejus in parochianos, quibus quod in bello civili anni 1649. viam per vicum copijs regijs præclusissent, sanctioris consilii decreto damnatis ad dejiciendos muros vici Nannetodorenfis, quin & viginti contumacioribus incolis patibulo additis, veniam, qua pollebat apud reginam Annam B Aufricam regentem gratia, rescisso decreto exoravit. Delegatus Franciscus Blanchart a senatu Parisiensi anno 1649. ut pacem inter religiofos de Mercede apud Parisios revocaret, socios assumptum Paulum & Antonium in Hispania; Paulus autem a Francisco conditis prævis statutis, relictus est in conventu de Mercede, ubi adhuc erat 19. Januarii 1650. quo visa auditaque in acta retulit; & inde Franciscus Blanchart cœtum habuit apud sanctam Genovefam, præsentibus congregationis S. Mauri præposito generali & ejus assistente Benedicto Brachet, ac dominis de S.<sup>te</sup> Beuve & Peireyret doctoribus facultatis theologiæ Parisiensis, quorum omnium una fuit sententia, ut tres domus C ordinis de Mercede, nempe quæ sita erant in regione Paludis, collegium situm in platea Septemvianum & cœnobium de Chenois deinceps pro usu ordinis de Mercede unam constituerent congregationem, quæ vicarium generalem eligeret, ad quem confugerent in absentia præpositi generalis, qui assidue commoratur in Hispania; eaque sententia cum senatusconsulto, tum bulla pontificis Romani confirmata est. Anno 1653. Franciscus Blanchart abbas sanctæ Genovefæ & superior generalis parochiæ sancti Stephani de Monte præfexit Paulum; qui mox erexit clericorum sodalium, seminariorumque, ubi sacerdotes & clerici parochiæ adunati sunt, quibus & statuta condidit, quæ Parisiensis archiepiscopus laudavit. Fuit etiam Paulus ultimus saltem pastoralis officii annis simul assistens præpositi generalis, & quidem primus erat, quando 1675. mortuus est Franciscus Blanchart, ac proinde secundum bullam Alexandri VII. jam sæpius laudatam evasit abbas & præpositus generalis, statimque indixit capitulum generale ad mensis proximi Septembris diem 17. Interim more conducto in pontificalibus processioni capite sanctæ Genovefæ 19. Julii ejusdem anni 1675. adfuit, hocque circiter tempore misit E ex suis alumnis, qui abbatiæ beatæ Mariæ de Fontenellis diocesis Luconensis possessionem adirent. Laudatum inchoatur eodem anno capitulum generale XVII. cujus prima die 17. Sept. eligitur abbas Paulus Beurrier, qui statim parochi sancti Stephani unus abdicatum consulti patri Juliano Gardeau. Anno sequenti post Pascha visitavit agri Pistaviensis monasteria, quorum Cella S. Mariæ ecclesiam solemniter ritu benedixit, uti tomo 2. col. 1340. dictum est. Eodem anno 1676. Innocentio XI. ad summum pontificatum promotogratulatus nomine congregationis, ab eo grati animi

responsum accepit ministerio cardinalis Cibo pri-  
ni papæ administri, huiusque vicissim cardinali  
Paulus anulum pontificalem Innocentii VIII. e  
gente Cibo, servatum apud sanctam Genovefam  
transmisit, quo gratissime accepto, cardinalis suam  
& papæ depictas imagines S. Genovefæ rependit.  
Biennio post in capitulo xviii. anni 1678. in-  
choato 14. Septembris iterum electus est Paulus  
abbas & superior generalis. An. 1681. Leodium  
profecit, inibi die 4. Maii generale capitulum  
habuit omnium seu abbatum, seu aliorum supe-  
riorum & deputatorum domorum ordinis Vallis  
Scholarium sitarum in inferiori Germania, cujus  
primam sessionem orsus est ab eleganti oratione  
Latina; tum ab universo cœtu ratum haberi cura-  
vit concordatum initum 1662. pro hisce omni-  
bus domibus congregationi uniendis; quare &  
statutum est ut ejusdem constitutiones his in om-  
nibus monasteriis ad amissum fervarentur. Anno  
1681. Paulus Beurrier in capitulo generali XIX.  
factus est primus assilens, qui subinde in sequenti  
capitulo XX. anni 1684. maxime propensus in  
domum Nannetod. cujus veluti parens ac fundator  
erat, ejusdem præfecturam aliis omnibus prætulit,  
cui tamen adjunctum est visitatoris munus. Sed  
anno tandem 1688. tam enixe rogavit sibi omnis  
muneris vacationem dari, soli Deo vacandi causa,  
ut exauditus ad abbatiam S. Genovefæ se receperit,  
illicque demum pia morte piam vitam clausit  
ætatis anno 88. die 25. Januarii sacra patroni sui  
sancti Pauli conversioni anni 1696. Sepultus est  
in capitulo juxta decessores præpositos generales.

Plurima ejus circumferuntur opera, quorum  
hi sunt tituli: 1. Vita sanctæ Genovefæ in octavo  
quam prior Nannetodori reginæ dedicavit anno  
1642. 2. Speculum christianæ religionis in tripli-  
plici lege. naturali, Mofaica & Evangelica, in  
quo quæ potissimum faciunt ad fidei confirma-  
tionem & conversionem atheorum & quorumvis  
infidelium sincere exhibentur. 3. *Perpetuité de  
la foy & de la religion chrestienne*, 2. vol. in octavo  
à Paris chez Pralard an. 1680. 4. *Homelies sur  
les Epistres, sur les Evangiles & sur les Fiestes*,  
3. vol. in quarto.

VII. Erardus Floriot, de quo jam nonnulla  
præbivimus tom. iv. col. 744. apud Hullecourt in  
diocesi Tullensi natus est 13. Februarii 1622.  
parentibus vere christianis. Factus canonicus regu-  
laris eo quo inibi diximus modo, vota emisit in  
abbatia Omnium sanctorum Andegavensi 28.  
Octobris 1641. Theologiam docuit, & novicius  
præfatus est; tum prior S. Catharinæ Parisiensis  
anno 1662. & sanctæ Genovefæ 1665. abbas  
Vallis Scholarium & visitator anno 1667. tertii  
assilens primus officio fugebatur ab an. 1673.  
cum in decimo nono capitulo generali 15. Sept.  
1681. electus est abbas totiusque Gallicanæ con-  
gregationis caput. Tertio post anno canonici S.  
Genovefæ terras de *Choisy-aux-Baufs, de Galie  
& de Trianou* Ludovico XIV. cesserunt, harum-  
que loco acquirerunt dominium Verneuse in  
diocesi Silvanectensi, ubi concilium Verneuse  
habitu volunt recentiores quidam. Erardo autem  
continuata dignitas 14. Sept. 1684. in vigesimo

A capitulo ad breve exiguumque tempus duravit;  
quarto enim post mente actam integerrime vitam  
finit 14. Jan. 1685. Librum edidit inscriptum  
*Meditations sur les principaux devoirs des religieux  
& des chanoines reguliers*. Sepultus est in capitulo  
cum hoc epitaphio:

*Hic jacet  
Reverendissimus in Christo pater  
Erardus Floriot  
Abbas hujus ecclesie,*

*Et canonicorum regul. congreg. Gallicanæ  
VI. præpositus generalis, secundo electus.*

*Excelso vir animo & forti;*

*In obeuntibus numeribus laboris ultra vires patien-  
tissimus.*

*Divini cultus flagrans amore & studio.*

*Eruditione, prudentia, modestia, candore spectabilis.*

*Ea imprimis in omnes caritate,*

*Quam apostolus celestis penicillo descripsit.*

*Inde mira ejus in conciliandis sibi suorum affectibus,*

*In fovenda mutua, & religiosa concordia,*

*In promerenda magnatum eximiatione, quasi nativa  
facultas.*

C *Ceterum disciplinæ regularis, legum & canonum ser-  
vavitissimus,*

*Sic tamen, ut nulli, nisi sibi durus esset.*

*Tandem nostra congregationis*

*Amor, decus, exemplum, præsidium,*

*Corpore, non animo deficiens,*

*Cælo maturus,*

*Obiit.*

*Die 14. Januarii 1685. ætat. 63. prof. 44.*

VIII. Antonius II. Watræe, de quo in Valle  
Scholarium tomo iv. col. 794. natus 17. De-  
cembri 1611. canonicum induit apud sanctam  
Catharinam Parisiensem 20. Febr. non 1663;  
ut perperam diximus, sed 1633. Primus & præ-  
cipuus sanctam Barbaram in Augia reformavit,  
& Vallem Scholarium Leodiensem anno 1667.  
Factus est abbas Vallis Scholarium 1673. & visi-  
tator ab an. 1656. ad 1675. quo datus est præ-  
posito generali primus assilens ad annum 1681.  
tunc enim locum cessit Paulo Beurrier quondam  
generali, quem remissit anno 1684. tenebatque  
adhuc mense Januario 1685. cum defunctus est  
Erardus Floriot, cui secundum privilegia congre-  
gationi Gallicanæ concessa statim successit Anto-  
nius, & convocavit capitulum generale vigesimum  
E primum ad diem 13. Septembris sequentis, in  
quo nihil non egit, causatus senium, pristinos  
labores, variaque quibus detinebatur infirmitates,  
ut privatus vitam ageret. Enixæ potentis vix exau-  
ditæ sunt preces, renovatus enim est primus assil-  
ens. Mortuus 21. Julii 1688. annum agens  
77. appositus est in capitulo ad præpositos  
generales & assilentes a parte dextra sub tumba  
marmorea nigri coloris, cum sequenti epigra-  
phe: *Hic jacet reverendus admodum P. Antonius  
Watræe, primus assilens, quondam præpositus gene-  
ralis & abbas VII. hujus ecclesie. Obiit XXI. Julii*



*M. DCLXXXVIII. ætatis LXXVII. professionis A* tulo xxiii. die 20. Septembris 1691, jugo vix & tantum non lachrymas humeros suppositi. Discordantes priorem Coronæ & canonicos regulares de moderandis sanctimonialibus Hispaniæ conciliavit in eodem capitulo, & decretum in gratiam prioris tulit 4. Octob. 1691. Ritu consueto & solemniori capta sanctæ Genovefæ pro frugibus terræ deducta est 27. Maii 1694. *de pulvisque saviſſima sterilitatis metu, & impetrata precibus beatæ Genovefæ uberrima frugum copia, præfectus urbis & adiles, astantibus consiliariis & regionum urbis curatoribus, cum in hac adem convenissent, & sacris operati gratias Deo immortales totius civitatis nomine egissent, ad æternam divini beneficii memoriam tabulam poni curaverunt.* Huic similes annis 1709. & 1725. sanctæ eidem dicarunt. Johannes autem superior generalis rursus electus in capitulo xxiv. die 3. Sept. 1694. alterum explevit triennium, datulque est in capitulo xxv. successori primus assistens.

*LV. Requiescat in pace.*

IX. Franciscus III. Morin honestis parentibus natus Langhiaci in diocesi sancti Flori, studii operam dedit Ancii, ubi pietatis rudimenta didicit magistro Francisco Regis. Hujus consilii vota emisit apud sanctam Genovefam Franciscus 14. Octob. 1640. Singularis in rebus agendis solertia vera cum pietate conjuncta in eo maxime elucebant; unde factum, ut res redituque abbatiæ S. Genovefæ anno 1650. & post totius congregationis negotia ei a superioribus commissa sint. His autem cum præclare sanctus esset munis, nec minus in spiritualibus, quam in temporalibus esset exercitatus, factus est anno 1656. Burgi mediæ Blefensis prior, sancti Volusiani Fuxensis 1662. & Castroduni 1681. Priorem autem S. Volusiani per Francicum non fletit, quominus canonici regulares in ecclesia Uoceticensi perpetuo stabili- rentur, & abbatiæ Cancellatæ in novam congregationem non coalesceret. Visitator erat, cum in capitulo xxi. electus esset superior generalis & abbas die 13. Sept. 1685, ubi abbatiæ Pipera- censem vetustate detritam ad Langhiacum trans- ferre tentavit, sed frustra; sub ejus tantum auspiciis, eo quo prius adificata erat loco resecta est. Confirmari feci de novo litteris regis datis mensè Maio 1688. diploma Innocentii XI. datum 15. Maii 1680. *de non acceptandis beneficiis, iis- que amittendis ad libitum superioris generalis.* Circa id tempus congregatio Gallicana benevolam ex- perta est Jacobum II. Angliæ regem, qui ejus virtutibus & disciplina illectus reformationem in celebrem abbatiam sanctæ Crucis Edimburgi in- ducere meditabatur, sed præ civilibus bellis impe- ditus, studium in congregationem non minuit, quinimmo sanctam Genovefam sæpius visitavit, canonicisque regularibus Nannetodori pueros no- biles Anglos instituendos commisit. Iterato electus Franciscus in capitulo generali xxii. die 14. Sep- tembris 1688. eodem zelo, prudentia eadem alterum, quibus prius, triennium exegit; quo expleto, infirmitatibus fractus, capitulo xxiii. adesse non valuit; sed cum privatam apud sanctam Catharinam vitam elegeret, ibi factus prior, obiit in monasterio sanctæ Genovefæ 16. Novembris 1691. anno ætatis 72. professionis 52. Conditus est in medio capitulo a parte dextra sub tabula marmorea nigri coloris, cum hoc epitaphio: *Hic jacet reverendus admodum P. Franciscus Morin hujus ecclesiæ bis electus abbas, ac octavus canonicorum regularium congregationis Gallicanæ præpositus generalis. Obiit anno Domini m. DC. XCI. die 16. No- vembriis ætatis LXXII. professionis LII.*

X. Johannes I. de Montenay stirpe non ob- scura editus Cadomi 26. Maii 1634. canonicum apud sanctam Genovefam professus est 7. Sept. 1659. Perfecta consummatque virtute brevi ad regendas alio habilis, tyronibus primo præfectus est, inde prior S. Vincentii Silvanectensis electus anno 1673. priorumque de Plefæo in diocesi Ba- jocensis solitudinis amore prælegit. Demum Orni- num sanctorum Andegavi ab anno 1688. prior erat, cum abbas & generalis renunciatus in capi-

XI. Johannes Baptista Chaubert Balgentiac 13. Januarii 1643. antiqva ortus domo, suum in canonicis regularibus sanctæ Genovefæ nomen professus est 9. Septembris 1665. Prior sancti Georgii supra Ligerim anno 1678. ejusdem res- taurator merito habendus est. Tertius superiori generali a capitulo datus assistens anno 1691. & primus anno 1694. factus est ipse abbas & con- gregationis Gallicanæ caput in capitulo xxv. die 12. Septembris 1697. Biennio post, petentibus incolis parochiæ S. Aldæ Meldenis, de consensu capituli concessit die xi. Novembris 1699. duas costas ejusdem sanctæ, ea lege, ut quotannis celebra- rent ritu solemnè dictæ translationis anniversa- rium & festum sanctæ Genovefæ. In capitulo xxvi. generali die xi. Septemb. 1700. Johanni Baptistæ continuatus est magistratus, qui anno 1702. cum Carolo Mauricio Remensi archiepi- scopo pactioem fecit de moderandis per cano- nicos regulares clericis Remensis in seminario, quod recens construxerat, & de consensu capituli canonicis regularibus donaverat archiepiscopus, sub clausula, ut si quando aliud seminarium fundarent archiepiscopi Remenses, aut alio clericos suos ordinandos mitterent, domus fundati ab ipso seminario & ea que domui cedunt, regularibus congregationis Gallicanæ remanerent. An. 1703. Johannes Baptista canonico regulari, qui absque superiorum consensu & venia beneficium acceptaverat, litem intendit, causamque obtinuit Ma- joris consilii consulto dato 8. Martii 1703. quod pro lege valet. Paulo post obiit die 3. Maii anni ejusdem, sepultus in ima parte capituli sanctæ Genovefæ cum hoc epitaphio insculpto tabulæ marmoreæ nigri coloris: *Hic jacet reverendissimus pater Johannes Bapt. Chaubert abbas hujus ecclesiæ & canonicorum regularium congregationis Gallicanæ X. præpositus generalis, vir morum candore & innocen- tia, pietate, zelo, caritate spectabilis. Ardui muneris partes omnes magna cum laude sustinuit, ipse omnium lex & forma. Multa ad honorem Dei, ordi- nisque splendorem, adversa licet sæpius valetudine magno animo suscepit & exsecutus est. Plura medi- tabatur, sed morbo correptus lethali, fide, spe, caritate*

*ardens, caeloque maturus, inter suorum manus & orationes animam Deo reddidit die 111. Maii anno Salutis M. DCCIII. aetatis LXI. professi. XL.*

XII. Johannes de Montenay secundum primus assistens successori suo defuncto statim successit secundum privilegia Gallicanae congregationis, electusque est in capitulo XXVII. die 10. Septembris 1703. quo anno sanctioris consilii decreto ingens pecunia summa sanctae Genovefae a rege soluta est tam pro parte quadam palatii & horti de Luxemburgo sanctae Genovefae beneficiario jure obstricta, quam pro justitia feodi sanctae Genovefae, quam Castellato adjunxerat rex, nonnullisque aliis capitibus. Anno sequenti canonici regulares tentant ab anno 1663. semperque interruptam possessionem inierunt die 4. Maii 1704. prioratus sancti Irenaei Lugdunensis, cujus in ecclesia id singulari est, ut ad instar canonicorum metropolis canonici regulares, celebrans scilicet, diaconus & subdiaconus insula decorati majus sacrum conficiant, & omnes simul sacram percipiant Eucharistiam in missa praesentificatorum morienti Christo sacro die. Expleto triennio, Johannes ut saluti suae consideret, dignitatem abnuit, & otium poposcit. Obiit 10. Junii 1707. annos natus 74. professus 48. uti docet hoc ejus epitaphium inculptum tabulae nigri marmoris in medio capitulo ad dextram ubi sepultus est: *Hic jacet reverendus admodum P. Johannes de Montenay hujus ecclesiae ter electus abbas, ac novus canonicorum regularium congregationis Gallicanae praepositus generalis. Obiit anno Domini 1707. aetatis LXXIV. professionis 111.*

XIII. Claudius Paris filius consiliarii in curia praesidiali Cabilonensi, ibi natus est 13. Januarii 1636. Vota nuncupavit in abbacia beatae Mariae Catriduni 25. Novembris 1655. Per annos viginti canonicis regularibus beatae Mariae Augensis prior praesuit ab anno 1673. Factus visitator provinciae Franciae anno 1691. Augi praefecturam non dimisit. At comitissa Augensis defuncta, quae Claudium plurimi faciebat, electus est prior sanctae Genovefae & tertius assistens anno 1694. tum rursus visitator Franciae & abbas Vallis Scholarium ad annum 1703. quo superiori generali datus est primus assistens. Inde in capitulo XXVIII. electus ipse est Claudius abbas S. Genovefae, congregationisque Gallicanae superior generalis die 9. Septembris 1706. Triennii anno ultimo, nempe die 16. Maii 1709. aeger licet, nudis tamen pro more pedibus solemniter sanctae Genovefae supplicationi adfuit; reduci in dies vires imminuuntur, fractusque laboribus omni honore & onere solvitur in capitulo XXIX. generali. Defunctus in monasterio sanctae Genovefae die 15. Julii 1711. aetatis anno 76. & professionis 56. appositus est ad praepositos generales.

XIV. Johannes II. Polinier, melius Paulinier, natus est Pilsenis, *Pefenas* in dicecesi Agathensi 8. Novembris 1646. Emitit vota in prioratu beatae Mariae de Cassiano dicecesis Biterrensis 20. Aprilis 1664. ubi jam anno 1670. philosophiam docuit, & 1671. theologiam ibi exorsus docere, alibi pluribus annis perrexit. Fuit prior

A sancti Quintini Bellocensis ab anno 1684. ad 1691. quo ad sanctam Catharinam Parisensem translatus est mense Novembri. Eo tempore absque auctoris nomine evulgavit commentarium in Psalmos, cujus titulus: *Paraphrase, ou traduction suivie des Pseaumes, avec des arguments, qui en donnent l'idée, & des reflexions qui apprennent l'usage qu'on en doit faire.* Editum est alteris curis 1698. tribus tomis in 12.<sup>o</sup> Anno sequenti 1699. libri inscripti: *Explication litterale & morale des Evangiles* primum volumen in octavo emisit, ac quintum 1702. Regendarum animarum peritissimum Johannem testatur Gaspar de Fieubet regi a sanctioribus consiliis, qui cum fama sanctitatis apud Camaldulenses de Grosso bosco defunctus est, & marefcallus de Marfin, quorum conscientias moderabatur; necnon Claudius le Pelletier praefes insulatus, regnique quondam administrer, qui quo facilis cum Johanne conversaretur, sibi domicilium paraverat apud sanctam Catharinam, ubi saepius a curis secularibus abductus, piis exercitationibus excolabatur. Anno 1703. evasit Johannes secundus assistens praepositi generalis & prior sanctae Genovefae; 1706. primus assistens, itidemque prior sanctae Genovefae, ac denuum 1709. die 12. Septembris abbas & praepositus generalis renunciatus est in capitulo XXIX. Insequenti anno extremum beneficentiae pignus accepit a Carolo Mauricio le Tellier archiepiscopo Remensi defuncto 22. Febr. 1710. qui testamento propria manu scripto 5. Novembris 1709. bibliothecam suam 16000. voluminibus constantem abbatia sanctae Genovefae legavit. Ea propter Johannes grati animi causa signum archiepiscopalis beneficentis ex marmore umbilico tenus efformari curavit a celebri Coizevox, singulisque libris, quos complectitur donatio, apposita est nota, quae integram illam exprimit, insigniorem simul adunatis omnibus, D quae unquam bibliothecae sanctae Genovefae obvennerunt, quas inter perrara est illa, quae *jure albinatus ac beneficio* obtigit anno 1663. a presbytero Graeco, nomine Athanasio, commorato & mortuo in dominio sanctae Genovefae. Anno 1712. 15. Septembris prima die inchoati capituli generalis xxx. Johanni prorogatae sunt abbas & superioris generalis dignitates. Cum autem anno 1715. defuncto rege Ludovico XIV. regni prior exerenissimus princeps dux Aurelianensis instinctu cardinalis de Noailles & marefcalli de Villeroy in consilio conscientiae recens instituto, cujus praefes erat cardinalis Noailles, assessorem eum voluisset, Johannes hunc honorem recularvit, ut uni suae congregationi operam impenderet, praeter sanctimonialia Benedictinas a Praesentatione nuncupatas in vico *des Puytes*, quas ei regendas commisit cardinalis. Rexit Johannes usque ad proximum capitulum generale, in quo primus assistens Gabrieli successori datus, hoc munere per sexennium functus est.

XV. Gabriel de Riberolles natus Parisiis 13. Junii 1647. patre Abraham de Riberolles in Castellato consiliario, & matre Clementia du Mas sorore Hilarii du Mas doctoris ac focii Sorbonici, necnon

necon supremae curiae senatoris, vota nuncupavit A apud S. Catharinam Parisienfem 17. Oct. 1666. Jam prior sancti Crispini in *Cavea Suesfontensi* anno 1685. cum aliis undecim canonicis regularibus destinatus est de episcoporum consensu ad Gebennicum \* plebem catholica doctrina imbuedam, missionis, quam rex imperaverat, duce P. Rodoyer priore sanctae Genovefae. Rediit Gabriel post multos ad fidem reductos populos, prior evasit beatae Mariae de Cugia apud Meldas & curio primariae parochiae civitatis; quibus in muneribus sic ejus eximia dotes innotuerunt per celebri Jacobo Benigno Bossuet episcopo, ut illi curam seminarii crederetur, cum provincia docendi eos fidem catholicam, qui amplectendi desiderio tenerentur; quin & cum consortem in gubernanda dioecesi & in decertando adversus Novatores viginti prope modum annis assumferit. Unde & moriens suum illi praesul annulum pastoralem legavit. Anno 1705. renunciatus est Gabriel abbas Vallis Scholiarium Leodientis; 1706. secundus assistens praepositi generalis, & 1709. primus assistens ac prior sanctae Genovefae. Denique anno 1715. die 12. Februarii abbas & praepositus generalis effectus est in capitulo xxxi. iterumque 1718. 15. Sept. in tricesimo secundo hac die inchoato. Biennio post 1720. cum relectis capitulo & noviciorum domo spatium superesset ampliandae bibliothecae, quae jam quinquaginta quatuor longa erat orgyis, serenissimus princeps dux Aurelianensis regni prorex non modo liberalitate profuit, verum & primum lapidem novi aedificii positurum se significavit; qua de re monitus a domino d'Argenson sigillorum custode Gabriel rogavit principem, qui libenter annuit. Eapropter causa sunt numismata, incisaeque est in tabula aerea inserta concavo primi lapidis sequens epigraphae:

*Regnante Ludovico XV,  
Sub moderamine Philippi Aurelianensium ducis,  
Nova tandem exurgit aedificii moles  
Splendorem regali magnificentia non indignum biblio-  
thecae nostrae*

*Conciliatura.  
Plaudite & operis authorem agnoscite  
Invisissimum Philippum Aurelianensem Ludovici Magni ex unico fratre nepotem unicum, tali patruo atavisque regibus non alimilem, imperii Gallici supremum administratorem, bonarum artium parentem doctrina excelsissimum. Is praerata innata erga liberales disciplinas propensione canonicam proto-regalem Sanguisofeam multis ornat beneficiis, qua vir ut genere sic meritorum laude insignis Marcus-Renatus de Voyer de Paulmy marchio d'Argenson, regionum sigillorum custos fidelissimus, nobis pene inscius,*

*Utro expetit,  
Cito impetravit.  
Auspiciis tam felicibus  
Abbate Gabriele de Riberolles congregationis praeposito.  
Anno Domini MDCCXX. V. cal. April.  
Apposuit est  
Munificia ipsiusmet serenissimi principis manu  
Primarius lapis,  
Tomus VII.*

*Monumentum heroi maximo haud impar,  
Aere & marmore perennius.*

XVI. Johannes Polinier tertio jam triennio praefectura generali potius, biennio 1721. electus est in capitulo generali xxxiiii. & quartum 1724. in tricesimo quarto. Anno 1725. die 5. Julii delata solemniter est capsa sanctae Genovefae ritu consueto. Denique obiit Johannes apud sanctam Genovefam die 6. Martii 1727. sepultus in capitulo cum sequenti epitaphio: *Hic jacet reverendissimus pater Johannes Polinier mon. sanctae Genovefae abbas & canonicorum regularium congregationis Gallicanae XII. praepositus generalis. Fuit alta mens illius & vasti regiminis capax; in pervidendis negotiis acumen singulare, in tractandis mira solertia, rara celeritas in consuecendis: animus sibi constans semper, nec fractus adversis, nec periculis terrens: primo auditu austerus indoles, reipia facili omnibus, chara singulis, ipsis amica magnatibus, nunquam nisi vitiorum inimica: reclus morum tenor ad pietatem sanctandam, generosus ad proficiendam, ad persuadendam efficax: tandem plenus dierum cum suorum lacu obiit sexta Martii anno 1727. aetatis 81. profess. 63.*

XVII. Gabriel de Riberolles primus assistens C secundum privilegia congregationem rexit ab obitu Johannis ad diem undecimam Septembris ejusdem anni 1727. quo una fere voce fuit electus in capitulo generali xxxv. Anno sequenti 4. Octobris cum regina, quae jam saepius adierat S. Genovefae apud Nannetodorum capellam, ad eandem sanctae ecclesiam Parisiensem devotionis ergo accessisset, honorificis eam verbis compellavit Gabriel insulis suis ornatu. Quartum eligitur abbas & praepositus generalis in capitulo xxxvi. inchoato 14. Septembris 1730. Biennio post 1732. susce sunt & benedictae novae campanae S. Genovefae numero sex ritu solemnii ab abbate D pontificalibus induto: qua de caerimonia vide Mercurium Gallicum anni 1732. pagg. 2282. & 2912. Senio gravis, sed virtutibus plenus obiit Gabriel die 3. Novembris 1733. aetatis anno 87. & 68. professionis, paulo post capitulum generale xxxvii. in quo ob aetatem omni onere exsolutus fuerat.

XVIII. Petrus Sutaine patria Remensis, v-  
ginti & amplius annis prior fuerat Malileonis in dioecesi Rupellensi, cum anno 1727. mense Mart. provinciae Armoricae visitator renunciatus est, tum in capitulo generali ejusdem anni prior sanctae Genovefae & primus assistens. Haec autem munia praclare gessit, donec in capitulo xxxvii. habito E 1733. electus est praepositus generalis, iterumque in capitulo generali anni 1736. totoque illo sexennio omnium sibi animos conciliavit.

XIX. Franciscus III. Patot ortu Andegavensis, prior sancti Irenaei Laudunensis ab anno 1715. Omnium sanctorum Andegavensis, & visitator provinciae Armoricae anno 1730. S. Genovefae prior & primus assistens praepositi generalis anno 1733. summam demum praeposituram adeptus est in capitulo generali xxxix. habito 1739. Patro-  
num S. Franciscum Salefium moribus exprimere studet, & quidem felicitate ad gregis utilitatem.

\* les Cevennes.

HERIVALX.

## HERIVALIS.

**S**Ita in valle, duabus a Luzarchiis leucis, in decanatu de Montemorenciaco Herivalis ordinis sancti Augustini, sacra beate Mariæ semper Virgini sumis exordium circa annum 1130. influitore Ascelino Heremita, qui a comitibus de Claromonte & de Bellomonte locum Herivallem dono habuit, pro sustentandis focis, qui anachoreticæ vitæ addicti erant. Ita fere Sammarthani in veteri Gallia Christiana, quibus commentaria loci consentiunt. Hic est Ascelinus cognominatus *Heremita*, miles, dominus de Marly-la-ville & du Val, a quo sic appellatus abbatiam, illique duos fuisse liberos Rericum & Milonem milites, prodit hujus ecclesiæ calendarium. Cum autem illic triginta circiter annis resedisset Ascelinus, jamque senio pressus, ne per ejus decessum locus ille jam ex parte divino cultui mancipatus a Dei servitio vacaret & in pristinam recideret solitudinem vereretur, adit Mauricius episcopum Parisiensem, ipsi sume locum & curam ejus *ad Dei servitium secundum ordinem & regulam B. Augustini, in integrum & sine aliqua diminutione, usumque matris ecclesiæ Parisiensis in divinis officijs celebrandis, tam in legendis, quam in cantandis, in manu ejus reddidit, tali tamen tenore, quod nulli, nisi episcopo & ecclesiæ Parisiensi subjaceret, nec auferre ordinem illum cuiquam quoquo modo, vel mutare liceret.* Prædictum igitur locum, curamque & administrationem cum universis possessionibus in manu & protectione sua Mauricius episcopus suscepit, ut patet ex ipsius litteris anni 1160. quas summus pontifex Alexander III. decimo calendæ Maii indictione x. anno Christi 1163. pontificatus IV. confirmavit. Edita est utraque charta in appendice nostra, ex qua palam sit loci præcipuos fuisse dotatores Clarimontis & Bellimontis comites, tanquam singulos Luzarchiarum ex parte dominos: Guidonem vero buticularium, assensu Margarete uxoris & filiorum Guidonis buticularii & Guillelmi, tanquam supremum loci dominum, id ratum habuisse, seu locum proprietatis suæ, qui *Herivalis dicitur, in quo ad honorem beate semper Virginis Mariæ constructa est ecclesiæ, canonicis ibi sub abbatis imperio regulariter Deo militaturis libere & absolute & quiete in perpetuum possidendum concessisse* significat Mauricius laudatus episcopus datis anno Incarnationis Domini 1183. præfulatus 22. litteris, quas habes in appendice. Cum itaque hunc ipsam autistitem Rigordus & Nangius ad annum 1196. fundasse monasterium Herivalis, ac de propriis dotasse sumitis asserunt, non aliam certe ob causam hac illum exornant prærogativa, quam quod hunc locum addiderit instituto singulari & in ecclesiæ probato, & quandiu vixit, singulariter fovit, auxeritque patronatu Marliaciville cum decimis ab eò pendentibus. Ceterum quanquam Ascelinus locum Herivalis Mauricio episcopo traderat *ad Dei servitium secundum ordinem & regulam B. Augustini, usumque matris ecclesiæ Parisiensis in divinis officijs, &c.* ut supra: haud tamen multo post amplexatum fuisse institutionem fratrum S. Victoris Parisiensis, novimus ex bulla Clementis papæ III. data Laterani sexto

Ch. 1. &amp; II. coll. 271. &amp; 273.

Chart. xc1. col. 74.

**A** nonas Martii indictione sexta pontificatus anno primo, qui characteres conveniunt anno Christi 1188. Hac in appendice relata pontifex abbatie foundationem confirmat; quod & alii quoque Romani pontifices a conventu rogati præfiterunt: nempe Gregorius IX. bulla data Laterani x11. cal. Decembris anno septimo pontificatus, hic est 1233. quo anno, dicam obiter, die 3. mensis Februarii, qui nunc 1234. Guillelmus episcopus Parisiensis hunc abbatiam a jurisdictione abbatis S. Victoris liberam declaravit litteris in appendice relatis. Idem rursus Gregorius IX. bulla Viterbii data idibus Aprilis pontificatus anno decimo, qui Christi 1237. ac denique Nicolæ IV. data bulla Reate IV. idus Sept. anno secundo pontificatus, Christi 1289. laudaverunt abbatie foundationem.

Chart. 171. col. 274.

Chart. 171. col. 274.

**B** Plurimi nobiles viri & femine sepulcrum habent in ecclesiæ Herivalis.

In medio chori Johannes de Puiseux miles defunctus 1399.

Infra sanctuarii gradus Johannes de Puiseux miles mortuus 1330. feria secunda post festum Annunciationis beate Mariæ.

In choro a dextris Theobaldus de Puiseux miles defunctus 1343. ultima die Jan. Agnes de Trye uxor dicti Theobaldi, quæ regis Caroli VI. infantiam rexit usque ad septennium; obiit 1374. die 25. Aprilis.

In choro a sinistris Petrus de Puiseux miles extinctus pridie Annunciationis B. Mariæ anno 1332.

In sanctuario ordine primo a porta sacristiæ ad tumulum Renati le Roullie episcopi Silvanectensis & abbatis Arnulfus de Puiseux magister hospitii regis defunctus 1400. 17. Augusti.

Plures quoque Luzarchiarum, &c. toparchæ anniversario hac in ecclesiæ gaudent, ut prodit ejusdem loci calendarium, his verbis: *XV111. cal. Febr. anniversarium viri nobilis Guidonis militis domini Luzarchiarum, qui dedit nobis 20. libros Paris. & sex arpennes pratorum, vel amplius.*

*111. nonas Martii anniversarium Agnetis uxoris Rodulphi militis de Gonesse.*

*XV11. cal. Novembris obiit Guido miles dominus Luzarchiarum, qui dedit nobis quinque solidos in censu suo de Luzarchiis ipso die singulis annis assumentos.*

Cetera, percurrendo abbatum seriem, quæ ad loci pleniorém notitiam spectant, prosequemur.

## ABBATUM SERIES.

**R**ADULFUS solum prior ecclesiæ B. Mariæ de Herivalle dicitur in bulla Alexandri papæ III. laudantis, ut diximus, abbatie foundationem.

Chart. II. col. 273.

**I.** Theobaldus a sancto Victore nuncupatus, quia sancti Victoris canonicus & inde unus ex duodecim ad reformandum S. Genovefæ monasterium accitis, primus tandem fuit abbas Herivalis anno saltem 1175. quo loci commentaria memorant recenseri in charta Mauricii Parisiorum episcopi. Sane reperitur 1183. in charta fundationis Juliaci, tunc abbatie ordinis S. Augustini in diocesi Meldensi, 1184. in instrumento Simonis episcopi Meldensis de hac ipsa fundatione, ex tabulario beate Mariæ de Caglia; eodem anno

in charta laudati Mauricii episcopi pro cenobio A sancti Maglorii; & 1188. in Antiquitatibus Parisiensibus Claudii Malingre libro secundo pagina 481. Sub eo proinde Clemens papa III. abbatiam iterum confirmavit sexto nonas Martii indictione sexta pontificatus anno primo; hic est 1188. Eodem forsan sedente 111. nonas Novembris anno 1195. Philippus de Bellomonte assensu & voluntate Matthaei fratris sui comitis Bellimontis & Johannis alterius fratris concessit in perpetuum elemosynam ecclesiae beatae Mariae de Herivalle dimidium modium frumenti in *granchia* sua de Bere singulis annis percipiendum in festo sanctorum Lupi & Egidii. Testes aduerunt Radulfus B de Puisseis, Richardus de Borenc, Hugo de Bourouville, &c. Talis est in necrologio Theobaldi memoria: *Secundo nonas Maii anniversarium patris & matris Theobaldi, primi postoris nostri, cujus providentiae & laboris assiduitatem loco huic plurimum novimus profuisse.*

II. Odo Sanctivictorinus etiam canonicus, cujus electio confirmanda petitur ab Odone Parisiensiensi praesule, memoratur anno 1201. in transactione cum Caroliencensibus monachis, & iterum 1204. Circa id tempus Odo abbas Herivallis una cum Johanne sancti Victoris, Josberto sancti Maglorii, Thoma Hermeriarum, Nicolao Montisestivi & Achone Livriaci abbatibus exemplar praecipiti Roberti regis pro sanctimonialibus Argentolii cum ipso authentico contulisse legitur. Nulla deinceps Odonis mentio est in chartis, sub quo tamen plures quae sequuntur ad annum 1217. referant donationes, ut saltem pateat, quanto jam locus sit recens in honore etate, & inde quam fervens canonicorum disciplina. An. 1205. significat Guido buticularius Silvan. quod Galterus vicecomes Domni-Martini & Johanna, ac Helissina forores ejus & Petronilla mater ejus in praesentia ipsius constituti recognoverint, laudaverint, & ratam habuerint elemosynam, quam Guido pater D praedicti Galteri, olim vicecomes Domni-Martini postmodum relinquitur seculum & habitum religionis suscipiens, fecit ecclesiae Herivallis, videlicet viginti solidos Paris. in festo S. Remigii annuatim persolvendos, quos praefatae ecclesiae idem Guido in censu de Plessiaco in perpetuum elemosynam assignavit. Anno 1209. IV. idus Augusti idem Guido Silvanecensis buticularius notum facit coram fe constitutos Balduinum & Clementem cum noverca sua M. nomine & Ermeniardi uxore ejusdem Balduini & Constantia filia sua recognovisse, quod idem B. medietatem partis suae, quae eum contingebat, de Valle-cepoi pro xx. libris Parisiensibus venderit canonicis Herivallis, aliam vero medietatem eisdem canonicis contulerit in perpetuum elemosynam pro salute animae suae & antecessorum suorum, ita tamen ut pro singulis arpentis ejusdem memoris datis & venditis illi B. & heredibus ejus singulos denarios censuales reddere teneantur. *Actum apud Luzarchias in monasterio parochiali, &c.* Anno 1210. mense Sept. Guido Silvanecensis buticularius & dominus Luzarchiarum testatur fe assensu & voluntate Elisabeth uxoris & filiorum Guidonis, Guillelmi & Tomus VII.

Radulfi pro remedio animae suae & pro anima E. uxoris, pro animabus filiorum & antecessorum suorum totum locum *porprisse* Herivallis, in quo ad honorem beatae Mariae virginis constructa est ecclesia, canonicis ibidem sub abbatis imperio Domino servituri libere & absolute in perpetuum possidendum concessisse, nihilque ibi propriae potestatis aut dominationis sibi vel heredibus retinentem, eundem locum quantum ad se & heredes suos attinet, omni libertate donavisse; bosculum autem domui praefatae vicinum, lineas quoque & alnetum cum tribus vivariis & terra arabilis, quae circa abbatiam est, fratribus ejusdem loci, dum abbatia fuerit, divini amoris intuitu pacifice & quiete perpetuo possidendam concessit. Praeterea, inquit, dedi eis licentiam acquirendi centum & decem arpennos terrae arabilis in mea verueria, quorum partem jam acquisierunt, reliquam vero partem acquirent quocumque modo poterint, ita tamen quod memora non disumpant. Cum autem singulae dimidiae minae avenae pro singulis deberentur arpennis, ego tam acquisitis, quam acquirendos in puram & perpetuum elemosynam ab omni supradictorum reddituum solutione quitavi. Dimidium quoque avenae in molendino de Coxa de elemosyna comitis Reginaldi & tres sextarios bladi in molendino de Becherel, & pratum, quod de elemosyna Engeranni de Bailenval receperunt, perpetuo possidenda concessi. Sexaginta quoque & sex arpennos terrae in loco Bernerii cum omni decima totius loci Bernerii, & novem arpennos in Coudreel & duodecim arpennos in Longue-Boisfe, quos Radulfus de Bellofonte, & Milo filius ejus & Johannes filius ejusdem Milonis se quitasse plene & perfecte coram me recognoverunt, cum de feodo meo fuerint, in perpetuum pacifice supradictis canonicis possidendos concessi, salva omni justitia mea in omnibus supradictis extra porprissae abbatiae positus; tali tamen conditione, quod si aliqua praedictorum aliquo modo extra manum suam mittere praesumerint, ad omnia extra manum suam missa pro jure meo & redditibus meis, sicut antea, manum mittam. Quod ut ratum permaneat in posterum, sigilli mei munimine roboravi. *Actum apud Luzarchiam anno Domini 1210. mense Septembris.* Biennio post, ego Albericus comes Domni Martini & uxor mea Mathildis comitissa assensu & voluntate Renoudi filii nostri primogeniti & uxoris ejusdem, ceterorumque liberorum nostrorum, ecclesiae beatae Mariae de Herivalle quadraginta terrae arpenta in memore quod emerunt a domino Rerico de Fossis & Hugone majore de Luzarchis, pro amore Dei & gloriose virginis Mariae, in cujus honore fundata est praenominata ecclesia, & ob remedia animarum nostrarum concessimus excolendam libere & absolute, jam sepelictae ecclesiae fratribus in perpetuum obtinendam: poterunt etiam praedicti fratres, si bene placitum eisdem fuerit, ad reponendas ibidem ipsius terrae segetes *granchiam* construere. Quod ut ratum, &c. Huic dono interfuerunt Girolodus prior S. Lupi, Christophorus capellanus buticularius, Afo capellanus noster, Petrus de Vicellio, Ivo de Mortuo

fonte & alii multi. *Actum anno Gratiae 1212.* A Eodem Johannes comes Bellimontis & dominus Luzarchiarum scripto testatur, quod nobilis mulier Helvis de Laciaco in mortis articulo constituta assensu viri sui Hugonis militis dederit in perpetuum elemosinam ecclesiae B. Mariae Herivallis quemdam campum terrae arabilis spatiosum juxta nemus Aalis situm, arpennos fere duodecim continentem, quem idem Hugo assensu Simonis filii sui & Milonis de Bellofonte, de cujus feodo res movebat, & assensu filiorum ejus Radulfi, Johannis, Guidonis, eidem Helvis jam dudum dederat expendendum ob suam voluntatem, quoniam permisit & vendere quamdam terram, quam per dotem ex viro altero possidebat, &c. Anno sequenti 1213. mense Maio idem Johannes comes Bellimontis & dominus Luzarchiarum assensu & voluntate uxoris Johanna pro animae suae remedio & antecessorum suorum, totum locum porprifiae Herivallis, in quo ad honorem beatae virginis Mariae ecclesia est constructa, canonicis ibidem Deo fervientibus absolute & libere perpetuo possidendum dedit; bosculum quoque praefatae domui vicinam, vineas & terras arabiles praedictae porprifiae adjacentes, anetum etiam prope situm, ornatum prato, vivariis & molendino, haec omnia divini amoris intuitu, omnibus modis libera & ab omni redditu & exactiōe, quantum in se erat, penitus absoluta praedicti loci canonicis concessit perpetuo possidenda; quidquid etiam in suis feodis ad jurisdictionem spectantibus Luzarchiarum, & quae ad jurisdictionem pertinent Bellimontis, hucusque juste acquirere poterint, eidem canonicis perpetuo libere possidendum concessit, & si eos contigerit super iis ab aliquo molestari, omnimodam pollicitus est *garandiam*. Denique Guido Silvanectensis buticularius & Elisabeth buticularia assensu primogeniti Guidonis & aliorum liberorum in elemosinam contulerunt ecclesiae Herivallis, & domui Montis speculatorii nemus illud, quod emerant a Reginaldo de Montgrefin, quod dicitur nemus Quatuor dominorum, cuiuslibet medietatem libere & quiete in perpetuum possidendam ad comburendum & hospitandum, & alia domibus necessaria facienda, ita tamen, quod nemus domus de Herivalle, neque canonicis Montis speculatorii partem suam dare vel vendere poterit, nisi de licentia ipsius, vel heredum ejus; additumque est, quod domus Herivallis non poterit mittere manum ad medietatem illam, quae assignata est domui Montis speculatorii, nec e converso. Praeterea omnem justitiam in utraque medietate praedicti nemoris sibi & heredibus retinuit & omnia forefacta, si qua contingerent, & venationem animalium silvestrium, quam nemo ibi nisi per ipsius licentiam poterit exercere. *Datum anno Gratiae 1217.* Haec autem est Elisabeth, de qua sic habet calendarium Herivallis: *111. idus Februarii anniversarium solenne Helysabeth buticularia Silvanectensis, quae hanc ecclesiam sincero dilectionis affectu diligens, vestimentum pretiosum, casulam de examito & duas cappas sericas, triginta quoque arpennos nemoris nobis dedit.*

III. Petrus I. memoratur anno 1223. mense

Decembri in tabulario sancti Martini a Campis; quo fortasse jam sedente anno 1220. Johanna comitissa Bellimontis de consensu mariti Johannis comitis dedit in perpetuum elemosinam Herivalli unum modium bladi in campiparte Pontis Hermeri singulis annis percipiendum. Forsan quoque adhuc praerat Petrus mense Jan. anni 1224. qui nunc 1225. quo Guido filius Guidonis quondam buticularii Silvanectensis assensu & voluntate uxoris suae Isabellis dedit in perpetuum elemosinam ecclesiae beatae Mariae Herivallis prata, quae fuerunt Petri Maillart fervientis ipsius de Plailiaco, sita inter pontem Hermeri & montem Groisin. *Actum apud Novum mercatum anno 1224. mense Januario.* Insuper ad Petri abbatis tempora referenda videntur plura quae sequuntur donationum instrumenta: Primum est Radulfi Silvanectensis militis domini Luzarchiarum significantis quod cum feodus, ait, quem de me tenebat apud Fossas Ferendo defunctus de Ponte Hermeri, de jure hereditario spectaret ad filium ejus Aalpidim uxorem Simonis de Pompoim, post obitum dicti Ferendonis, ipsi videlicet Simon & uxor ejus Aalpidis in mea praesentia constituti fide data, totum feodum suprascriptum ecclesiae Herivallis in puram & perpetuam elemosinam C quitaverunt. Ego autem de cujus feodo movet praedicta elemosina, intuitu misericordiae sepelidum feodum eidem ecclesiae concessi libere & quiete de cetero possidendum. *Actum anno Gratiae 1227. mense Augusto.* Alterum est anni 1229. quo Theobaldus de Bellomonte miles & dominus Luzarchiarum notum facit, quod cum, inquit, ecclesiae beatae Mariae Herivallis perciperet in *granchia* mea de Bere unum modium bladi de elemosyna bonae memoriae Matthaei quondam comitis Bellimontis & Philippi fratris ejusdem Matthaei, & antecessorum meorum, donavi & quitavi ecclesiae supradictae octo arpenta nemoris sita in Fontenelles in recompensatione & commutatione supradicti bladi libere & quiete & sine aliqua exactiōe in perpetuum possidenda; quam commutationem Emeniardis uxor mea, cessante omni privilegio dotis, sive alia causa, fide praestita laudavit & voluit. Tertium ejusdem anni 1229. est, ejusdemque Theobaldi significantis, quod pia memoriae Johannes quondam comes Bellimontis legaverit ecclesiae Herivallis unum modium bladi in novo molendino singulis annis assumendum; videlicet sex sextarios in Natali Domini & sex sextarios in natali S. Johannis Baptista. Ego vero, ait Theobaldus, eandem elemosinam ratam habui & concessi eidem ecclesiae jure perpetuo libere & pacifice possidendam, & rectam garantiam super hoc me laturum promisi; pro quatuor autem arpennis pratorum, quos praefatus comes legavit ecclesiae supradictae, ego de consilio bonorum virorum assignavi eidem ecclesiae decem arpennos nemoris, in loco vel nemore, quod dicitur *Fontenelles*, sitos, jure perpetuo libere & quiete tenendos, & super hoc feram semper rectam ecclesiae garantiam. Sic Theobaldi meminit calendarium Herivallis: *XVII. cal. Februarii anniversarium solenne nobilis*

*mulieris Richeldis domina Luzarchiarum, pro cuius anima Theobaldus maritus ejus dedit nobis 40. arpennos memoris, ut predicta Richeldis haberet in perpetuum unam capellaniam in nostra ecclesia. Altero documento anni 1237. mense Julio, officiali curie Parisiensis scripto testante, in ejus presentia constituta domina Eremburgis uxor Radulphi militis, Clementia & Mathildis filie nobilis mulieris domine Agnetis de Baaliaco asseruerunt, predictam Agnetem de Baaliaco vendidisse ecclesie beate Marie Herivallis quartam partem hibernagii, totius decime de Marliacovilla & duas partes marchesie predictae quartae partis ejusdem decime: cum forragio & tractu ipsius. Hanc autem venditionem prefata Eremburgis, Clementia & Mathildis voluerunt & concesserunt promittentes fide media, quod contra venditionem istam per se, vel per alium non venient in futurum, & quod in dicta quarta parte hibernagii & duabus partibus marchesie predictae quartae partis totius decime predictae nihil in posterum reclamabunt. Eodem anno 1237. mense Novembri, Radulphus supra laudatus miles, filius Guidonis quondam buticularii Silvanectensis, & dominus Luzarchiarum dedit ecclesie beate Marie Herivallis in puram & perpetuam elemosynam quintam partem medietatis totius gruerie trecentorum & sexaginta arpentorum memoris fitorum tam in nemore, quod vulgariter dicitur Quatuor dominorum, & in nemore de Pasu asni, & in nemore Vallis de Cepoi & in nemore, quod vocatur Condroy & in nemore, quod dicitur Chesnoy, quae ad se jure hereditario pertinebat, & sciendum, inquit, quod residuas quatuor partes ipsius gruerie, quae similiter ad me jure hereditario pertinebant, eidem ecclesie vendidi in manu mortua pro ducentis & viginti sex libris Parisiensibus ab eadem ecclesia libere & quiete perpetuo possidendas, nihilque juris aut domini, seu alicujus potestatis, tam in quinta parte dictae gruerie in ecclesiam collata, quam etiam in quatuor partibus venditis, exceptis solummodo multro, raptu, & latrone ad altam justitiam pertinentem, & venatione silvestrium animalium mihi retenta in futurum. Additum etiam fuit & a me concessum in venditione predicta, quod si forte Johanna filia mea aliquotiens ratione matris suae, vel alio quocumque modo in dicta grueria vellet, vel attentaret aliquid reclamare, & per eandem reclamationem contingeret obtinere, valorem portionis, quam in eadem grueria dicta filia obtineret, in portione hereditatis, quae me contingeret, dicta ecclesia perciperet, & in perpetuum possideret. Praeterea si contingeret ad instantiam Guidonis nepotis mei dictam grueriam in commune deduci, volui & concessi, quod pro rata, quae de dicta grueria predictae subtraheretur ecclesie, valor in hereditate mea recompenfaretur eidem, & quod omnia damna & deperdita, quae dictam ecclesiam per dictos Guidonem nepotem meum, vel Johannam filiam, sive per alterum eorum contingeret incurere, in dicta hereditate mea ad plenum refarcirentur eidem ecclesie sub libertate & dominio in dicta grueria praetaxatis. Actum, ut supra. Guil-*

lelmus de Chamuliaci miles, Montis Meliani castellanus anno eodem 1237. mense Decembri vult & concedit quod ecclesia Herivallis libere & quiete possideat in manu mortua, sine aliqua coactione vendendi, vel alienandi, aut extra manum suam ponendi quartam partem totius decimae de Marliacovilla, quae de meo, inquit, feodo movebat, quam decimam dicta ecclesia emit ab heredibus defuncti Stephani Poterii militis de Hermenovilla, nihil juris aut domini, sive alicujus potestatis sibi vel heredibus in eadem decima retinens in futurum. Pro hujusmodi autem quittance habuit de bonis ejusdem ecclesie decem libras Parisenses; & ne super hoc dicta ecclesia ab aliquo valeat de cetero molestari, restam garantiam eidem ecclesie facere semper promisit contra omnes. Mense demum Januario anni 1237. qui nunc 1238. Radulphus miles Silvanectensis & dominus Luzarchiarum jam tertium laudatus, ecclesie beate Marie Herivallis perpetuo possidendam in manu mortua confirmat quendam domum, quae fuit Huberti la Rive cum pertinentiis suis, sitam apud Fossas in feodo ipsius, ab omni consuetudine & exactione liberram, raptum, multrum, & latronem in eadem domo solummodo retinens in futurum; medietatem etiam domus, quae fuit Ameline Paisande sub annuo censu pro ipsa medietate reddendo; quatuor sextarios bladi in molendino de Coya de elemosyna Guillelmi de Porta; duos sextarios bladi in molendino de Glume de elemosyna Petri militis de Calidomonte; & dimidium minam de elemosyna Everardi molendinarii in eodem molendino; duos sextarios in molendino de Becherel de elemosyna Alberici & Theobaldi de Gaycuria; unum etiam sextarium frumenti in molendino de Bertini valle de elemosyna Johannis de Viotel; quinque solidos de elemosyna Guillelmi militis fratris dicti Johannis in censu suo de Calidomonte; quinque solidos in censu de Luzarchis de elemosyna Guidonis fratris Radulphi Silvanectensis; duo arpenta terrae apud Trianon de elemosyna Gilberti clerici sub annuo censu duodecim denariorum Luzarchis cum decem & octo denariis de elemosyna Radulphi Berdelin in censu ejusdem Radulphi apud Fossas; sex solidos in censu de Gaycuria de elemosyna defunctae Helisendis; quinque solidos in censu de Bellofonte de elemosyna Johannis militis ejusdem villae; quinque solidos apud Fossas in censu Johannis de Charny; quae omnia de meo, inquit, feodo movebant, eidem ecclesie in manu mortua concessi perpetuo possidenda. Hic ille porro videtur esse Radulphus, de quo sic habetur in calendario Herivallis: *VIII. cal. Julii anniversarium solenne viri nobilis Radulphi buticularii, de cuius beneficio habemus 22. arpennos terrae arabilis, & XXII. lib. P. ad redditus comparandos.* Num vero hic est Petrus abbas, de quo sic habet laudatum calendarium? *Pride nonas Aprilis anniversarium solenne bonae memoriae domini Petri abbatis nostri;* sub quo etiam fortasse anno 1239. sacra precum inita societas est cum Egidio abbate & conventu B. Marie Juliacensis. Chartam habet inter instrumenta.

IV. Guillelmus I. de Foffis in quadam abbatum serie proxime præcedit Arnulfum, qui sequitur. Sane de Guillelmo sic habet calendarium domesticum: *1v. nonas Julii anniversarium solemnne fratris Guillelmi de Foffis quondam abbatis nostri.*

V. Arnulfus reperitur abbas 1247. & 1249. quo anno testis est in charta Philippi filii Odonis de Champagne, ex tabulario Regalis montis. Ante majus altare cum hoc epitaphio sepultus est:

*Ista velatus petra jacet hic tumulatus  
Vivifica fidei cultor, honorque Dei,  
Noster prælatus fuit, Arnulfusque vocatus.  
Regni fidere det loca Christus ei.*

Notatur his verbis in calendario domestico: *XI. cal. Maii anniversarium solemnne Arnulfi quondam abbatis nostri.*

VI. Herveus occurrit abbas 1257. & 1260. mense Maio, quo Reginaldus episcopus Parisiensis, ecclesiam de Foffis in puram elemosynam ei largitus est, ut ipsemet Herveus abbas & conventus Herivallis chirographo testantur. Anno sequenti Margareta de Hermenonville uxor Radulphi buticularii domui Dei de Hermenonville tribuit quam emerat a Guiardo Gouvieux decimam sitam in territorio de Montespilloer & de Baërne, mense Septembris.

VII. Simon laudatur anno 1269. mense Februarii una cum Stephano Parisiensi episcopo in instrumento, de decem solidis annui redditus percipiendis super quadam domo sita Parisiis in vico, qui dicitur *Vetus monetaria*, pro jure morticinii decem jugerum memoris. De eo sic habetur in calendario domestico: *1v. cal. Augusti anniversarium solemnne domini Simonis abbatis nostri.* In sanctuario tali decoratur epitaphio:

*In quadam cista sepelitur caute sub ista  
Noster prælatus, Simon fuit ille vocatus.  
Hinc a peccatis absolvat fons bonitatis;  
Et concedat ei loca perpetua requiei. Amen.*

VIII. Jacobus de Fonteneto notus ex calendario domestico, his verbis: *Octavo cal. Februarii anniversarium solemnne bona memoria domini Jacobi de Fonteneto quondam abbatis nostri.* Jacet in ecclesia sub eadem ac Robertus abbas XVIII. tumba, cum effigie & hac inscriptione: *Hic jacet Jacobus abbas, natus fuit de Fonteneto.*

IX. Everardus recensetur annis 1301. & 1305. Hæc ipsius est inscriptio sepulcralis in sanctuario:

*Sensu munitus vir, moribus & redimitus;  
Vermibus impositus cibus istic morte potitus  
Noster prælatus fuit Everardus vocitatus.  
Qui scit ubique status, velit inclingere reatus.*

Dum forsan adhuc regeret Everardus, anno 1311. mense Novembris Guido buticularius, miles, dominus de Hermenonville & uxor ejus Jacqueline de Soisy dederunt in puram elemosynam domino Drogoni magistro domus Dei de Hermenonville, & successoris canonicis Herivallis in hujusce domus regimine, facultatem utendi pascuis loci & ceteris omnibus necessariis. Adam

A vero dictus buticularius, miles dominus de Montespilloer mense Januario anni 1328. qui modo 1329. commutatione facta cum abbate & conventu Herivallis viginti sextarios bladi & avenæ decem, quos annuatim hi percipiunt in decimis de Montespilloer in grangia dicti loci propter suam domum de Hermenonville ex dono dicti Adæ antecessorum, obtinuit, pro quibus in illos transulit viginti quatuor sextarios frumenti ex quinque modis, quos in loco de Hermenonville in grangia domini Guillelmi buticularii militis fratris sui accipiebat.

X. Petrus II. de Chatenay vel Chastelay 1349. de quo sic habet calendarium domesticum: *Tertio nonas Maii obiit frater Petrus de Chastelay quondam abbas istius loci, postremum prior de Marliaco.*

XI. Guillelmus II. de Ermenonvilla diem suum obiisse dicitur anno 1354. ex transpositis, ut volunt, notis chronicis epitaphii, quod sic habetur in sanctuario:

*Hic jacet expertus vir, doctus, atque disertus,  
In factis certus, habilis & cunctis amatus,  
Noster prælatus Guillelmus sic vocitatus.  
In caelis castra det ei rex qui regit astra.  
Et a peccatis absolvat fons bonitatis. Amen.  
C. T. M. tringentaque bis duodeno.*

De eo sic legitur in calendario: *Decimo sexto calendas Augusti anniversarium solemnne domini Guillelmi de Ermenonvilla quondam abbatis nostri.*

XII. Herbertus Camus natus in villa Borreto vitam clausit die ultima Februarii anno 1370. Tale hujus epitaphium est: *Hic jacet venerabilis pater & dominus frater Herbertus dictus Camus, natus de Borreto, quondam abbas monasterii hujus, qui obiit anno 1370. ultima die mensis Februarii. Anima ejus requiescat in pace.*

D XIII. Renaudus & Renardus qui & Reginaldus de Valle, oriundus ex Hemario, die 26. Maii anno 1371. promissit obedientiam episcopo & ecclesie Parisiensi. Idem anno 1375. pro priore de Hermenonvilla nonnulla commutavit cum Roberto de Lorris milite, consiliario regio & domino de Hermenonville & ipsius conjugæ Petronilla des Esllars. Mortem oppetiit anno 1393. ex epitaphio quod sequitur: *Hic jacet bona memoria domini frater Reginaldus de Valle oriundus de Hemario, successor venerabilis patris prædicti in officio pastoralis, qui obiit plenus dierum anno Gratie 1393. die vicesima tertia Februarii. Anima ejus requiescat in pace.* Hoc alterum ejusdem legitur epitaphium in sanctuario:

*Hac tegitur tumba simplex vir & una columba.  
Moribus impletus, dictis factisque sacretus  
Noster prælatus, Renaudus erat vocitatus.  
Conditor astrorum velit huic clare regna polorum.*

XIV. Petrus III. de Barra Reginaldo succedit in quadam serie. De eo sic habet calendarium domesticum: *Octavo idus Maii anniversarium solemnne fratris Petri de Barra quondam abbatis nostri.* Habet is in ecclesia tumbam communem cum



Petro, qui sequitur, & uterque suam effigiem cum suo quique epitaphio. Petri de Barra hoc est a dextris:

*Vir jacet in tumba simplex sicut una columba,  
Noster praelatus Petrus de Barra vocatus.  
Rex angelorum tribuat sibi regna polorum.*

Alterum Petri de Gervilla tale est a sinistris:

*Constitit hic positus abbas humilisque peritus  
Petrus sic dictus de Gervilla bene pictus.  
Mortuus est iste, Paradisum da sibi Christe.*

XXV. Petrus IV. de Gervilla in ferie laudata sequitur, cujus est epitaphium modo laudatum.

XXVI. Thomas Finet 1406. forsanque 1405. quo dedicata fuit Herivaldis ecclesia.

XXVII. Petrus V. Bourfet praeerat anno 1412.

XXVIII. Robertus Begnet eligitur abbas 19. Januarii 1422. Jacet in sanctuario sub tumba cum effigie, cujus in circuitu capitis haec leguntur:

*Hic jacet abbas Robertus de Vilhaco natus.*

Sic autem est epitaphium:

*Abbas Robertus tumulo praesente quiescit,  
Funeris expertus legem, quae parcere nescit.  
Pax gregis atque pater prudens, castus, vir honestus.  
Obsequio frater humilis, pius, atque modestus.  
O Deus almae, benigne Jesu, spes certa piorum,  
Hic dignare seni concedere regna polorum.*

XIX. Johannes I. Ganeau 1450. & 1454. ob cujus praesentia tam mentis, quam corporis debilitatem Johannes Moreau sententia officialis Parisiensis coadjutor ejus declaratus fuit; sed minime tamen successit, ut videtur, nam

XX. Johannes II. Ciret promissit obedientiam episcopo & ecclesiae Parisiensi 22. Aug. 1469. Recensetur adhuc 1480. & 1487. scilicet v. 10. Maii, ultimus abbas regularis.

XXI. Johannes III. de Montemorenciaco ex D ea gente nobilissima illegitimo thalamo procreatus, sedis apostolicae protonotarius, hanc abbatiam primus in commendam, ut vocant, assecutus, die Veneris 3. Septembris anni 1490. promissit obedientiam episcopo & ecclesiae Parisiensi. E vivis excessit anno 1506.

XXII. Richardus le Roullié Johannis superioris nepos ex forore, canonicus Sacrae capellae Parisiensis, avunculi cessione praesuit abbas annis 34. Designatus interim a rege fuerat episcopus Sarlatensis, sed antequam bullas a summo pontifice acciperet, fato sanctus est circa 1529.

XXIII. Renatus I. le Roullié Silvanectensis episcopus & abbas beatae Mariae de Valle patris successit in abbatia Herivaldis, cujus in sanctuario prope evangelium, mortuus die 13. Septembris anni 1559. sepultus est cum hoc epitaphio ex Gallico ita Latine reddito: *Hic jacet reverendus pater in Domino dominus Renatus le Roullie, dim viveret, episcopus Silvanectensis, abbas commendatarius hujus loci & beatae Mariae de Valle, canonicus Sanctae capellae Palatii Parisi. qui decessit 13. Sept. 1559. Orate Deum pro ejus anima.* Cor ejus separatim jacet in quadam capella a parte horti,

XXIV. Petrus VI. le Roullié canonicus Sacrae capellae Parisiensis & consiliarius in senatu Parisiensis, Renati fratris cessione abbas Herivaldis fedit annis novemdecim, simul abbas Latiniacensis, defunctus 1578.

XXV. Renatus II. le Roullié canonicus Sacrae capellae Parisiensis & in suprema curia Parisiensis senator, Petri fratris superioris resignatione factus abbas Latiniacensis & Herivaldis, vitam amisit 10. Januarii 1624. humatus e regione tumuli Renati I. patris Silvanectensis episcopi in sanctuario Herivaldis ecclesiae, cum inscriptione Gallica, ubi hanc abbatiam & Sacrae capellae Parisiensis praebendam sequenti ex forore nepoti transcripsisse memoratur. Cor ejusdem separatim conditum est in ecclesiae navi, cum hac circum inscriptione: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.*

XXVI. Petrus VII. de Vaudetar, cedente avunculo, factus abbas Herivaldis & canonicus Sacrae capellae Parisi. praesuit annis 36. quo tempore anno 1632. 18. Oct. cum tota pene domus conflagrasset, suis eam sumptibus intra biennium reparavit abbas. Idem paulo post die 5. Novemb. an. 1639. honorum censum exhibuit; quo anno 21. Novembris accessit Herivaldis ad Gallicanam canonicorum regularium congregationem. Tandem fato concessit die 13. Julii 1642. ut liquet ex hoc ipsius epitaphio: *Cy gist reverend pere en Dieu messire Pierre de Vaudetar abbé commendataire de ceans, chanoine de la Sainte Chapelle royale du Palais à Paris, lequel deceda le 13. jour de Juillet 1642. Priez Dieu pour son ame.* Scriptum est inferius: *Messire Jean de Vaudetar chevalier de l'Ordre du Roy, gentilhomme ordinaire de la chambre de Sa Majesté, frere de defunt messire Pierre de Vaudetar, de l'ancienne famille des marquis de Valdetaro en Lombardie, naturalisé François sous le regne de Philippe de Valois en l'an 1332. lequel a fait faire ce tombeau.*

XXVII. Eduardus Molé protopraefidis Parisiensis Matthaei primogenitus, Petri superioris probata regi cessione Herivaldem consecutus est, qui subinde promotus ad episcopatum Bajocensem, hanc abbatiam fratri, qui sequitur, transcripsit.

XXVIII. Franciscus Molé Eduardi frater, libellorum supplicum magister, fuit abbas Herivaldis, S. Crucis Burdegalensis, sancti Memmii, Cameracensis, Pratae & S. Pauli Virdunensis. Obiit 5. Maii anno 1712. aetatis 87.

XXIX. Johannes Mattheus Deschamps designatus a rege 14. Maii 1712. adeptusque possessionem die 25. Septembris ejusdem anni, obiit 4. Januarii 1713.

XXX. Ludovicus le Fevre, Annæ Bavaræ uxoris Henrici Julii Borbonii ab elemosynis, receptus abbas die 4. Aprilis 1713. vivere desit 4. Novembris ejusdem anni.

XXXI. Dionysius Chaussepied de Puisse Martin nominatus a rege 24. Decembris 1713. & in possessionem admissus 17. Maii, adhuc praesit hoc anno 1741.

LIVAT EN  
LAUNOF.

## LIVRIACUM.

**I**nitia sua debet Livriaci capellæ ad oram silvæ & vici de Livriaco in decanatu Calensi, in qua Guillelmus de Garlanda Livriaci dominus cum uxore Idonea constituit an. 1186. canonicos regulares ordinis sancti Augustini ex abbata sancti Vincentii Silvanectensis assumtos, ut ex fundatione exemplari ab authentico ejusdem monasterii Livriacensis exscripto patet. *Ad sustentationem illorum canonicorum nostrorum de Livry damus, inquirunt fundatores, per manus Hugonis prædicte ecclesie sancti Vincentii abbatis, &c.* Ex quibus verbis intelligitur Livriacum nonnisi tunc fuisse possessionem abbatis sancti Vincentii, nec ab illa proprie separatum monasterium. Id quoque fit manifestum ex diplomate Philippi Augusti anno 1197. dantis huic ecclesie in honorem beatae *Mariae dedicanda quadraginta libras redditum, consideratione Odonis venerabilis Parisiensis episcopi, assignandas: in qua, ait rex, abbas & conventus debent institui. Enumerant ibidem Philippus duas beneficia eidem ecclesie contulerunt alii, quos inter Guillelmus de Garlanda dedit, &c. & apud Livriacum terram, in qua abbata sita erit. Nempe Philippus rex ferio cogitabat de illo loco in abbatiam erigendo, idque revera præstitit altero ejusdem anni diplomate, quod cum sit breve, hic inferendum operæ pretium duximus: *In nomine sanctæ & individuae Trinitatis, amen. Philippus Dei gratia Francia rex. Noverint universi, presentes pariter & futuri, quod nos intuitu pietatis ob remedium animæ defuncti Theobaldi de Garlanda, donamus & concedimus in perpetuum abbatiæ Livriaci, quam fundavimus, sedecim modios hybernagii in grangia nostra de Gonneffa, pro quadraginta libris redditus, quas prædicte ecclesie promiseramus. Quod ut perpetuum obtineat stabilitatem, &c. Actum Pistiaci anno Domini 1197. regni nostri 18.* Constat ergo ex dictis, Philippum Augustum vere fundatorem esse abbatis Livriaci; verumtamen, ut hoc etiam clarius pateat, & ne quis præter eum hunc sibi titulum arrogare possit, rex idem litteris datis anno 1200. quibus iterum huic ecclesie collata bona confirmat, significat se ab abbata sancti Vincentii Silvanectensis quiddam Guillelmus de Garlanda eidem contulerat, redemisse ad novam abbatiam dotandam. Adeo certum est primariam illam Guillelmi de Garlanda fundationem anni 1186. proprie factam esse in gratiam abbatis sancti Vincentii Silvanectensis, ut inde quos ad deservendum capellæ Livriacensis canonicos subministraverat, necessaria vite haberent subsidia. **E** Has Philippi regis litteras subjicimus: *Philippus Dei gratia Francia rex . . . præfenti pagine commendanda duximus beneficia, quæ abbata de Livriaco in honorem Dei genitricis Mariæ fundata nos & alii contulimus in perpetuum ob remedium animæ Theobaldi de Garlanda, qui in eadem ecclesia requiescit. Noverint universi, quod in excambium quadraginta librarum redditum, quas pro consideratione Odonis Parisiensis episcopi debebam assignare ecclesie beate Mariæ de Livriaco, eidem ecclesie & canonicis ibidem Deo servituris in perpetuum damus &**

Chart. III.  
col. 271.Chart. V.  
col. 276.

**A** assignamus sedecim modios bladi nostri singulis annis percipiendos in tempore messis in grangia nostra de Gonneffa ad mensuram Parisiensem. *Damus insuper eidem ecclesie, in qua abbas & conventus constituti sunt, totum emtionem nostram, quam fecimus ab ecclesia sancti Vincentii Silvanectensis, de illis scilicet, quæ Guillelmus de Garlanda pater donaverat apud Livriacum de assensu Idoneæ uxoris sue, & filiorum suorum canonicis sancti Vincentii, quæ quidem, sicut ex charta ejusdem Guillelmi plenius intelleximus, hic dignum duximus exprimenda: Dedit enim, &c. ut in chartis superius memoratis annorum 1186. & 1197. quas in appendice nostra legere est. Ecclesia B. Mariæ de Livriaco, dedicatam fuisse ab Odone Parisiensi episcopo legitur in veteri Gallia Christiana, dedicanda in honorem beate Mariæ eodem anno legitur in primo Philippi Augusti diplomate; in altero huius finem ejusdem anni nulla fit mentio hujus ecclesie patroni; at in tertio tandem anni 1200. ecclesia B. Mariæ de Livriaco memoratur: cujus primi canonici more Vincentianorum vestem rubram gerebant. Ceterum quamquam abbatia sancti Vincentii Silvanectensis nullum jus unquam seu spirituale, seu temporale in abbatiam Livriaci aut habuit, aut sibi arrogavit, Livriacensis nihilominus sese maxime devotos erga sanctum Vincentium nunquam non exhibere, cujus etiamnum diem festum celebrant cum octava; exstabatque non ita pridem in eorum ecclesie navi a latere evangelii vitrum, in quo sancti Vincentii tunica rubra induti depicta erat effigies, cujus ad pedes adstabat in genua provolutus canonicus, cum hisce quatuor versiculis:*

*Præfens opus vitrarum  
In honorem Vincentii  
Christi testis egregii  
Hujus sumus canobii.*

**S**ed anno 1735. hanc imaginem S. Vincentii sustulerunt Livriacenses reparandi vitra compulsi necessitate, ubi quæ depicta erant in choro, nuda & simplicia in ecclesie navi reposuerunt; versus autem prædictos ex navi in chorum ad secundam dexteri lateris fenestram non sub sancti Vincentii, sed alicujus ignoti episcopi effigie translulerunt. Summi denique pontifices Innocentius III. Honorius III.\* & Clemens IV. hanc abbatiam privilegiis donarunt.

Prob. hist.  
genis de  
Montmorency.  
civico pag.  
394.

\* Ch. CXXI.  
col. 92.

## SERIES ABBATUM.

**G**UILLELMUS innotescit anno 1201: ex litteris authenticis Petri Senonensis archiepiscopi, quibus significat curionem de Coubron Willelmo abbati Livriaci & successoribus sex libris in decima de Sarclay obnoxium esse. Insequenti 1202. ex litteris Odonis episcopi Parisiensis in appendice relatis, Renoldus de Monferolo vendidit abbati & canonicis de Livriaco sextam partem decimæ de Clichy, tam de vino, quam de blado, & sextam partem panum, candelarum & obolorum, quam percipiebat annuatim postridie Nativitatis Dominicæ in ecclesia de Clichy. Anno 1204. Laur. subprior & conventus B. Mariæ de Livriaco concedunt & promittunt G. Parisiensi

Chart. VI.  
col. 276.

G. Parisiensis episcopo, se quiddid ordinaverit super provisione W. abbatis servaturos. Num abdicare volebat Willemus, ingratusve erat episcopo? En tibi subijcimus litteras conventus: Omnibus Christi fidelibus, ad quas præsens scriptum pervenerit, Laur. suprior & conventus B. Mariae de Livriaco salutem in Domino. Notum facimus, quod nos concessimus & promissum domino & patri nostro O. Parisiensis episcopo, quod quiddid ordinaverit super provisione domni W. abbatis nostri, absque contradictione servabimus. Illum etiam sine difficultate qualibet recipimus in abbatem & patrem, quem viri venerabiles beati Victoris & Herivaldis abbates, G. Parisiensis archidiaconus & prior beati Victoris nobis nominaverit & assignaverit, in quos de electione nostra compromissum fide præstita corporali. In cujus rei testimonium præsentem litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno Domini 1204. in vigilia Exaltationis sanctæ Crucis.

II. Acho seu Atho canonicus sancti Victoris Parisiensis circa 1207. una cum Johanne sancti Victoris, Josberto sancti Maglorii, Odone Herivaldis, Thoma Hermeriarum & Nicolao Montestivi abbatibus exemplar diplomatis Roberti regis pro monialibus Argentolii se contulisse cum ipso authentico dicit. Anno sequenti Petrus episcopus Parisiensis litteris ad calcem excusis significat Johannem de Grevia antequam esset canonicus de Hermeria recognovisse plura se contulisse abbatem de Livriaco pro anniversario patris & matris annuatim distincte in eadem ecclesia faciendo, &c. Reperitur hic abbas primo tantum apice nominis A. designatus anno 1210. in charta Petri episcopi Parisiensis, significantis hunc Livriaci abbatem curioni ejusdem loci ædes quas incolebat, ad censum quoque solidorum concedere. Eodem anno controversia, que inerat canonicos inter sancti Mederici Parisiensis ex una parte, & abbatem conventumque de Livriaco ex altera super quodam furno in terra S. Mederici sito, ad quem distrahebant prædicti canonici compellere memoratos abbatem & conventum volebant, amice sopita est ab arbitris J. abbate sancti Victoris & H. decano & archidiacono Parisiensis anno 1210. Mense Octobri ejusdem anni occurrit A. abbas in tabulario Calensi, & anno 1211. in chartario beate Mariæ de Cagia. Innocentius papa III. hoc ipso anno pontificatus decimo tertio, quarto calendis Februarii approbavit ab Odone Parisiensis episcopo 1207. prælatum anno undecimo Livriaco ecclesiam vicinam de Clichy adjunctam, & unitam eremum de Val Adam sub titulo prioratus, ad quem administrandum tres aut quatuor destinabantur e Livriaco fratres. Hac de eremo inchoata 1165. prope vicum de *Montfermeil* talis est charta Mauricii episcopi Parisiensis ex ejusdem eremi tabulario fol. 1. recto: *Ego Mauricius Dei gratia Parisiensis episcopus. Notum fieri volumus universis tam presentibus, quam futuris, quod nobilis vir Adam dominus ville, que dicitur Mons Firmoillus, & Mathildis uxor sua assensu Willelmi primogeniti ipsius Adam, quem de alia susceperat conjugem, & filiorum suorum Johannis, Henrici, & Radulphi pro anima prædecessorum suorum & suis, heredum & successorum Tomus VII.*

A suorum in perpetuam elemosinam per manum nostram tres arpentes nemoris sui donaverunt Deo & fratribus ibi in Dei servitio regulariter victuris ad construendam in honore Dei genitricis virginis Mariæ ecclesiam & locum illum liberum & absolutum in perpetuum possidendum concesserunt, nil sibi potestatis, vel dominationis in posterum retinentes, ut ibi memoria ipsorum & prædecessorum suorum & successorum juxta habeatur in orationibus & beneficiis omnibus fratribus, locumque illum Vallis Adam appellerent. Nos quoque commoditati fratrum illorum & paci providentes in posterum, decimam omnium animalium suorum concessimus illis habendam. Actum cum cæceterum fratribus illis benediximus, assistantibus testibus Petro decano S. Germani Autisiodorensis, Bernerio decano de Monstrollo, fratre Daniele, Nicolao, Benerio organizatore, Willelmo capellano ipsorum de Pompona, Issemberto presbytero de Monte Firmoillo. Quod ne valeat oblivione deleri, aut malignitate qualibet infringi, scripto commendavimus & sigilli nostri auctoritate confirmavimus, &c. Actum anno, ut videtur, 1184. Ceterum idem quoque forsitan est Acho, cui sententia officialis curiæ archidiaconi Parisiensis panes sancti Stephani, qui offeruntur annuatim in ecclesia de Clichyaco die festo sancti Stephani, contra parochianos Clichyaco an. 1218. asseruit; quique anno 1222. judicio R. abbatis S. Faronis, &c. causam obtinuit adversus priorera S. Petri de Pontifara super venditione cujusdam domus, quam dictus R. abbas & alii judices a papa delegati esse in censiva abbatis de Livriaco judicarunt. Supererat etiam fortassis anno 1224. quo facta est amica compositio illum inter & Radulphum presbyterum de Raray super duobus & dimidio solidis censualibus pro quadam area sita apud Raray contigua domui presbyteri ad conventum Livriaci pertinente. Hoc quoque anno que vergebatur controversia inter abbates Livriaci & Compendii super quadam decima apud Raray intra decimationem Livriaci definita est ex compromisso in priorem sancti Vincentii Silvanectensis, J. canonicum sancti Clementis & J. presbyterum S. Antonii Compendiensis. Athoni denique nihil oblat quominus adscribantur acquisitio decem & octo sextariorum bladi annui redditus ad mensuram Silvanectensem in molendino de Pontehimeri, *Pontarmé, de molina ipsius molendini*, facta ab E. beate Mariæ de Julliaco abbate 1227. mense Maio; ac mense Decembri ejusdem anni chartula G. abbatis beate Mariæ de Hiernali declarantis se domum quam tenebat Parisiis in vico qui dicitur *Mondetor* in censiva abbatis Livriaci ab eo justum extra manum ponere. Obiit 5. Aug.

III. Ivo memoratur anno 1231. mense Januario in charta Barbelli. J. abbas & conventus Livriaci anno 1232. mense Octobri fatentur se debere decem solidos annui census abbatiæ sancti Germani ratione domus sitæ Parisiis in loco, qui dicitur *Li aas*, ex authentico sigillis duobus obfignato. Ivo reperitur an. 1238. mense Augusto in charta Guillelmi Parisiensis episcopi significantis Margaretam viduam Hugonis de Athis ecclesiæ de Clichy, cujus provisio ad abbatem Livriaci pertinet, dare quadraginta libras

Parifienfes annui reditus pro dotandis duobus A  
 sacerdotibus e Livriaco altumendis, ex magno  
 hujus loci chartulario fol. 88. verfo. Habetur ibid.  
 fol. 55. refto mense Junio anni 1239. charta  
 de domo, quæ fuit magiftri Guarini cantorif  
 Meldenfis &c. ficque incipit: *Omnibus præfentes  
 litteras infpecturis, officialis curiæ Parifienfis falutem.  
 Notum facimus, quod religiofus vir Ivo abbas de  
 Livry, &c. occurrit eodem anno mense Augufto  
 in tabulario Calenfi. Hic ille igitur eft abbas  
 Livriaci, qui, cum canonicis de Rochâ Livria-  
 cenfis abbas jurifdictionem agnofcere contem-  
 nerent, & abbas ejus loci fuâ defenderet jura,  
 demum in hanc conventionem defcendit, ut qui-  
 dem canonicis de Rochâ immunes & liberi eflent  
 a jurifdictione Livriacenfis abbas, fed quotannis  
 tenerent Livriacenfibus folvere decem & octo  
 sextarios mixtiorum & totidem avenæ. Actum anno  
 1238. ex annalibus Victorinis.*

IV. P. abbas de Livriaco pepigit cum abbate  
 Foflatenfi de domo, quam magifter Helias eccle-  
 fiæ de Livriaco legaverat, anno 1240. mense  
 Septembri. Hic eft Helias Chabot Petragericenfis,  
 canonicus Trecentis, qui inter alia quæ abbatæ  
 de Livriaco dedit, domum ejuſdem, quæ dicitur Ma-  
 nus firma, ad fufentationem canonicorum, qui  
 in eadem domo pro tempore fuerint, donavit ſep-  
 tem jugera vinearum, fita in loco, qui dicitur  
 Renificium, *Rinſy*, \* volens & concedens, quod  
 tam dicta abbatia, ſeu abbas & canonicus ejuſdem  
 abbatæ, quam canonicus dictæ domus de Manu-  
 firma quilibet pro rata ſua vineas habeant & poſ-  
 ſideant omni contradidione remota, quiete &  
 libere in futurum, quantum in ipſo eſt & ad ipſum  
 pertinet. Datum anno Domini 1239. mense Fe-  
 bruario, hoc eſt 1240. Idem quoque dictus ma-  
 giſter Helias canonicus Trecentis, quam apud  
 Roifficam a viro nobili Odone de Compans &  
 ejus matre terram emerat, dedit in perpetuum  
 elemoſynam ſupradictæ domui Manu-firmæ ad  
 fufentationem unius canonici, quarti videlicet  
 inſtituendi ibidem cum aliis tribus antea inſtitutis,  
 bibliam vero parvam, & breviarium ſuum ad  
 emendos libros neceſſarios ſervitio dictæ domus,  
 & omnia uſenſilia ſua argentea, lignea & ſuppel-  
 lectilia domus ſux, excepta una culitra, quæ  
 dabitur filix Stephani ſervientis ſui, quando tra-  
 detur nupti, vel ſi forte in religionem introierit;  
 fructus vero præbendarum ſuarum Trecentium &  
 mobilia ſua ubicumque ſint, tam in debitis, quam  
 in aliis ſimiliter dedit ad fufentationem canoni-  
 corum ſervientium Deo in domo præſata, retentis  
 viginti libris Parif. filix prædicti Stephani & ve-  
 ſtiendis pauperibus erogandis: abbatæ vero de  
 Livriaco donavit bibliam ſuam magnam, moralia  
 Job, &c. epiftoles canonicas, apocalypſim, epi-  
 ſtoles Hieronymi uno volumine, ſummam ma-  
 giſtri Johannis de Abbativilla ſuper Dominicis,  
 &c. anno 1242. infra octavas B. M. Magdalenæ.  
 Heliam demum factum fuiſſe canonicum Livria-  
 cenſem anno ſaltem 1242. mense Octob. conſtat

ex charta Guillelmi epifcopi Parifienſis ratam  
 habentis compoſitionem inter Guillelmum ordi-  
 nis Grandimontenis priorem, correctoremque  
 & fratres domus ejus de Vicennis ex una parte,  
 quibus Helias antequam ingrederetur religionem  
 multa promiferat, & abbatem conventuum de  
 Livriaco ex altera. P. autem is eſſe videtur abbas,  
 cui & conventui de Livriaco ordinis S. Victoris  
 Guillelmus de Darencio canonicus Autifiodore-  
 renſis dedit anno 1241. mense Julio quamdam  
 petiam vineæ quatuor arpenta vel circiter  
 continentem ſitam apud Garges ex charta in appendice  
 relata; qua de donatione ſic habet Buchardus  
 B Montis Morenciaci dominus mense Aprilis anni  
 1242. *Notum facimus, quod nos quatuor arpenta  
 vinearum ſita in territorio de Garges in cenſura Odonis  
 Acrochari militis in feodo noſtro, quod idem Odo  
 tenet a nobis, quæ, ſicut dicitur, Guillelmus clericus  
 de Braia quondam canonicus Autifiodorenfis in ele-  
 moſynam contulit & legavit abbati & conventui de  
 Livriaco, conceſſimus in perpetuum tenenda in man-  
 mortua dictis abbati & conventui de Livry, &c.*

V. Y. ſolum innotefcit ex chartulario abbatæ  
 Sandionyſianæ ex bibliotheca Colbert. in regiam  
 tranſlato, cujus inſcripti num. 9852. — 4. — 4.  
 pag. 425. legitur charta quæ ſic incipit: *Fr. Y.  
 C. B. Maria de Livriaco dictus abbas, &c. Agitur  
 de duobus terræ jugeribus in loco de Trembley,  
 territorio de Giſſeval in dominio ſancti Dionyſii,  
 quibus abbatæ Livriaci ſui jure mortuicis per-  
 mittitur, modo Sandionyſianæ ſolvat duo ſolidos  
 cenſuales. Actum anno 1243.*

VI. Theodoricus abbas vocatur Terricus anno  
 1244. mense Martio in charta authentica. Primo  
 nomine legitur abbas 1252. mense Septembri in  
 charta domeſtica, ubi agitur de centum libris ab-  
 batæ de Livriaco reddendis ob ſex jugera prati  
 ſita inter loca d' *Ermenonville & Haut-le-Roy*. Idem  
 eſt, ut videtur, abbas, qui 1253. mense Sep-  
 tembri bonorum commutationem fecit cum R.  
 abbate B. Mariæ de Rochâ, conſentientibus L.  
 decano & capitulo eccleſiæ Parifienſis, quia comu-  
 tata a Roberto abbate ſpeſtabant ad Domum  
 Dei Parifienſem.

VII. Julianus anno 1264. precum inſit ſocie-  
 tatem cum abbate ſancti Martini Pontifiarenſis,  
 ex tabulario hujusce monaſterii. Sub ejuſdem aut  
 ſequentis abbas præſectura Henricus miles filius  
 Henrici comitis Grandis prati & Laura uxoris ſe  
 munificos erga Livriacum præbuere anno 1268.  
 die Martis poſt Dominicam *Quaſimodo*, & iterum  
 mense Februario ejuſdem anni, qui nunc 1269.

VIII. Evroynus prima nominis littera E. re-  
 peritur anno 1269. Sabbato ante Dominicam *Quaſi-  
 modo* in magno chartulario fol. 6. refto & inte-  
 gro nomine 1276. feria ſecunda ante Aſcenſionem  
 Domini in eodem chartulario fol. 73. verfo.

IX. Johannes I. de Chetafort, corrupte, ut  
 videtur, pro Chateaufort, occurrit in eodem char-  
 tulario fol. 36. refto, anno 1289. poſtridie fan-  
 ctorum Simonis & Jude.

X. Euſtachius 1295. mense Junio in charta  
 authentica de prioratu B. Mariæ de Cormier ſua  
 in diocèſi Parifienſi.

\* Exiguus eſt a Tironio pendens prioratus, qui licet hodie  
 cum eccleſia, tamen ædificia poſſitio omni in arboribus horti Renificii  
 ædificatus, adhuc tamen beneficii nomen obſervat.

XI. Odo 1304. feria quarta post festum S. Barnabae apostoli, in chartulario laudato fol. 38. verso.

XII. Arnulfus 1323. die Dominica post festum Purificationis B. Mariæ, *ibidem* de excambio vineæ de Clichiaco, 1325. Sabbato post Pascha, de terræ portione abbati & conventui legata a Johanne de Bonfens, *ibidem* fol. 39. verso. Hujus abbatis non ita pridem cernebatur tumba in medio ecclesie choro infra sanctuarii gradus, longa ad minus sex pedes, quæ duos exhibebat canonicos nudo capite, junctisque manibus, majorem habentes clericalem coronam, crinesque brevissimos, indutos antiqua casula, stola & manipulo, ac inter brachia singulos gestantes baculos, cum hac inscriptione: *Hii duo pralati fratres patre matreque nati sunt, Arnulfus, Robertus strati, peccato sunt liberati, pastoris baculo hic tumulati, assunt sub tumulo, cum Christo sunt comitati. Qui scriptum legere noverit, dicat Misere.* Tumba nunc cernitur in ecclesie navi.

XIII. Robertus I. innotescit abbas & frater Arnulfi superioris ex tumba & inscriptione utriusque communibus locis laudatis.

XIV. Petrus 1379. die Sabbato 19. Novembris reperitur in charta reditus sexdecim solidorum Parisienfium in domo & horto sitis apud Clichiacum venditi huic abbati a N. le Charron. Occurrit adhuc 1401. in testamento Petri Rogerii incolæ de Bondies sua bona legantis abbatiæ, in qua sepulturam eligit.

XV. Robertus II. anno 1403. die 3. Martii clientelæ sacramentum dixit N. de Chamblay domino de Livry pro terra du Brichet in vico de Bondies. Laudatur eodem anno die 3. Julii in charta authentica collectionis D. de Gagneves asservate in bibliotheca regia.

XVI. Johannes II. memoratus anno 1412. die festo S. Michaelis in charta authentica laudata: collectionis, & 1417. die 1. Maii in secundo chartulario fol. 47. verso.

XVII. Stephanus I. de la Roë 1423. die Jovis 20. Januarii in recensione feodi de Loifellet ei venditi a Petro de Meel procuratore in Castello Parisiensi. Anno 1440. die 29. Martii recensione, qua tenebatur Petrus du Bois erga dominiū du Brichet, ab eodem propter feodum de Loifellet exceptit. Reperitur adhuc 1445. 10. Junii in charta secundi chartularii fol. 52. recto, ubi scholarius theologus in facultate Parisiensi appellatur.

XVIII. Olivarius Vincent anno 1457. die 1. Octobris nonnulla prædia sita apud Courtery vendidit Guillelmo le Bailleul structori. Idem anno 1466. 8. Maii syngrapham dedit octodecim librarum Turonensium in rem Guillelmi Champion.

XIX. Johannes III. Brittonis, *le Breton*, canonicus S. Victoris Parisiensis & prior de Nemore S. Petri sub eodem S. Victore, recensetur abbas 1461. 10. Febr. in secundo chartulario fol. 51. verso, 1464. 12. Jan. 1465. & 1473. 21. Oct.

XX. Philippus Bourgoing, seu le Bourgoin anno 1478. die 3. Decembris nonnulla terræ

jugera apud Livriacum sita eleocavit Johanni Bauligny in annos nonaginta novem. Idem anno 1489. die 9. Martii septemdecim jugera terræ apud Livriacum sita Simoni Sanguin panuorum mercatori locitavit. Cessit anno saltem 1492. ex dicendis, superstes 1496. die 10. Martii, quo nuncupatur frater Philippus Bourgoing antiquus abbas Livriaci, vicarius, procurator & receptor Caroli de Hautbois regi a consiliis & præsidis in camera Inquisitionum Parisiensi, ejusdem monasterii abbatis. Superstes adhuc Philippus anno 1498. quam maxime studuit, ut apud Livriacum reformati canonici S. Severini Catri-Nantonis B permanerent.

XXI. Carolus de Hautbois, vel du Hautbois, Latine de *Alto ligno*, senator in suprema curia Parisiensi admissus 31. Julii 1486. tum præses in prima Inquisitionum camera, & canonicus ecclesie Parisiensis, Livriaci abbas erat commendatarius 1492. 17. Decemb. ex quadam cessione quam illi fecit Gilletus Picard die & anno memoratis. Fratre Philippo Bourgoing antiquo abbate, usus est Carolus vicario & procurator 10. Martii 1496. quo regi a consiliis & præses in camera Inquisitionum Parisiensi appellatur. Insequenti 21. Julii senatusconsultum obtinuit adversus comitem de Dampmartin pro duodecim vini modis in torcularibus de Montfermeil ab abbate Livriaci percipiendis. Livriaci regimine haud protendit Carolus ultra annum 1498. quo reformati canonici sancti Severini Catri-Nantonis duce Johanne Mauburno, favore potissimum Nicolai de Hacqueville ecclesie Parisiensis canonici & prætidis in senatu Parisiensi, Livriacum ad meliorem vivendi normam revocarunt. Hac de reformatione ita scripsit canonicus regularis e congregatione Windeshemensi testis oculatus: *Paratis itaque quæ necessaria videbantur pro religione introducenda & manutenenda, summo opere laboravit D venerabilis ille dominus (Nicolai de Hacqueville) pro fratribus habendis; & quoniam eo tempore pauci erant fratres in sancto Severino, duos nempe miserant ad Cisonium, alii juvenes noviter professi, nondum erant in sacris; ob quam causam bonum eis vifum est, aliquot assumere clericos bonæ voluntatis de collegio venerabilis magistri Staudon, & pro primis rudimentis imbibendis mittere ad S. Severini monasterium, qui transacto clericatus sui tempore, prout ordinis institutio solet facere, investirentur in Livriaco, quod celeriter factum est. . . . Cetera inferius in abbate xxiiii. referemus. Ceterum Carolo cedenti successor destinatus fuerat Johannes archiepiscopus Tarfensis in Cilicia in partibus insulem Hæctoris de Bourbon Tolofani archiepiscopi suffraganeus, sed cum ad eum Johannes Mauburnus episcopus scripsisset, fore ut, si vellet omnibus abbatibus oneribus satisfacere, nihil ex ea perciperet ante decem & quatuordecim annos, huic archiepiscopo nunciū remisit in gratiam Nicolai de Hacqueville, quem maxime commendabat Johannes Mauburnus in epistola laudata. Inde fuit Carolus libellorum supplicium magister mense Decembri anni 1500. loco Johannis de Pierrepont electi episcopi Meldensis, tandemque d'ornacensis episcopus evasit,*

G g ij

ut videre est tomo tertio coll. 237. & 238.

XXII. Nicolaus de Hacqueville canonicus ecclesie Parisiensis, & senatus Parisiensis consiliarius an. 1482. & postea præses, propatruus Hieronymi de Hacqueville principis senatus Parisiensis, beneficiorum aliquot facta permutatione, Livriacensem abbatiam in commendam obtinebat anno 1499. 10. Februarii, ex documento nuper inductæ in abbatiam Livriaci reformationis, scripto per Petrum Raoulin notarium apostolicum, & abbati denunciati his verbis: *Venerabili & circumspetto viro domino magistro Nicolao de Hacqueville domini regis in sua Parlamenti curia Parisiensi consilii, ac in camera Inquesturum ejusdem curie præsenti, canonico Parisiensi & abbati commendatario ejusdem abbatiæ de Livriaco.* Tanto is studio reformationem canonicorum regularium, & maxime Johannem Mauburnum ejusdem ordinis & congregatione Windesheimensi canonicum regularem prosequeretur, ut in Franciam evocatum sæpius inviseret apud Castrum-Nantonis, abbatiam ejusdem ordinis in diocesi Senonensi; cuius cum optimum regimen suspiceret, voluit idem commodum prælare abbatiæ S. Victoris Parisiensis. Quamobrem auctor fuit episcopo & senatus Parisiensi, ut scorsum litteras scriberent ad capitulum generale congregationis Windesheimensis, pro nonnullis ejusdem obtinendis alumnis, qui sancti Victoris abbatiam & alias reformarent. Senatus litteræ date sunt 18. Aprilis 1497. episcopi vero die 6. Maii ejusdem anni, quibus & luas Nicolaus adiecit. De eo sic habet historicus Mauburni: *Magister Nicolaus Acquevillensis magnus præfatus in Parlamento post turbines secularium negotiorum se apprimè exercitabat in Roseto patris (Mauburni) Erat canonicus ecclesie Parisiensis, ubi ferme singulis noctibus Matutinis intererat. De eo vulgo ferebatur, quod more regis David negotia peragebat in die, nocte vero in psalterio & cythara caelestia secreta ruminabat, qui ob zelum religionis quædam sua beneficia commutans cum abbatiæ (Livriaci) canonicorum regularium, quam postea in manus memorati patris Mauburni resignavit, & a fundamētis erigere & dotare intendebat, licet inde morte ingruente ab hac luce substractus sit.* Inter hæc eodem primo regimini anno 1499. die 21. Martii decimas Villamobilis, de Villemoublé fratri Annæ Martin priori curato diœci loci elocavit. Abbatiam paulo post, quam nonnisi ut regularem faceret Nicolaus acceperat, Johanni Mauburno resignavit. Tomo secundo operum sancti Bernardi editionis Mabilonizæ anni 1699. col. 305. habentur Latini versus a Nicolao compositi, quorum hic est titulus: *Nicolaus Hacqueville sacri senatus Parisiensis præses æquissimus, de laudibus S. Bernardi & situ Claravallis.* Extant ejusdem de reformatione Livriaci epistolæ manuscriptæ, ut etiam Johannis Mauburni ejus familiaris & conscientie moderatoris. Obiit cum fama sanctitatis Nicolaus de Hacqueville apoplexia correptus die 6. Jan. 1501. hodie 1502. sepultusque est in ecclesia cathedrali Parisiensi, ubi ejus anniversarium celebratur.

XXIII. Johannes IV. Mauburne natus Bruxellis, unde aliquando dictus *Johannes de Bruxellis,*

primum in ecclesia Trajectensi, cum Grammaticarius & cantum ecclesiasticos edocuit, mox institutum canonicorum regularium antplexatus est in monasterio Montis sanctæ Agnetis. Postquam in congregatione Windesheimensi varia præclare gestit munia, in Franciam accessit est, feudentibus illo celebri Belga Johanne Standone restauratore & moderatore collegii Montis-acti, Philippo Hoordaent penitentiario ecclesie Senonensis, & Nicolao de Hacqueville ecclesie Paris. canonico, &c. Statim abbatiam Castrum-Nantonis, prioratumque sancti Salvatoris Melodunensis, utrimque monasterium in diocesi Senonensi reformavit, tum abbatiam Cilonii diocesis Tornacensis, & abbatias S. Evruti Aurelianensis, ac S. Martini Nivernensis; sed in primis adhaesit Livriaco. Guillelmus prior curatus Clichiaci Livriaco vicini & ab eodem pendens hunc illi prioratum anno 1500. die 23. Novembris resignavit, ut sic conventui & capitulo Livriaci aggregaretur Johannes, adeoque facilius ejusdem abbas efficeretur. Per spontaneam cessionem Nicolai de Hacqueville abbatiam commendatarii factus abbas regularis; ad sanctum Severinum veniens, eas (clericos scilicet de collegio magistri Standone illic missos, ut supra dictum est) inde ad Livriacum adduxit, quos omnes in die Presentationis gloriose virginis Mariæ presbiteribus amicis investivit, & Domino presentavit, de quorum investitione litteras investitorias scripsit patribus de sancto Severino, videlicet quod septem spicas futura messis Domino obtulisset more B. Virginis. Anno 1501. testamentum fratris Martini Grevin antequam proficeretur, excepit, ex regeſto instrumenta continente, quæ spectant ad abbatiam bona apud Abbativillam & loca circumvicina, quod sic explicat: *presbiteribus ibidem reverendo in Christo patre domino Johanne de Bruxellis abbate de Livriaco prædictæ abbate, &c. Plura vir pius & doctus scripsit, edita Duaci anno 1620. Ex his præcipuum est opus, quod hunc titulum præfert: Rosetum spirituum exercitiorum auctore Johanne Mauburno Bruxellense, canonico regulari, & Livriacensi monasterii olim abbate. Sæpius editum est Johanne tam superflue quam defuncto. Parisiis anno 1510. ed. curavit in folio Johannes Saulay canonicus ecclesie Parisiensis, qui Livriaco intuitu Mauburni fuit municipium præbuit. Præter hunc familiares habuit plurimos Johannes Mauburnus, puta sanctum Franciscum de Paula Minorum institutorem, Gauridum Bouffart cancellarium ecclesie Parisiensis, Ludovicum Pinel, qui fuit episcopus Meldensis, Petrum de Bruges collegii sanctæ Barbaræ moderatorem, necnon Erasimum sodalem, congregationis ejusdem canonicum regularem, quem maxime captum Mauburni pietate præbuit inter alias plures duæ ad hunc Erasmi epistolæ in appendice relatae, quæ hæctenus ineditæ sunt. Neque vero solum intendit Johannes Mauburnus canonicorum regularium reformationi, nascentem quoque Benedictinam Casalis-Benedicti congregationem plurimum adjuvit, sollicitus maxime ut illius abbas ad triennium regeret; idque procul dubio in sua canonicorum regularium tentata congregatione, si vita diuturnior fuisset. Verum*

Epistol. sacre.  
an. 1501.  
Paris.

E

Chart. XV.  
& XVI. col.  
281.

paulo post cum in morbum incidisset, a Johanne A Standone Livriaco abductus Parisios, quo melius curaretur, ibidem sacramenta ecclesie munitus circa festum S. Thome Cantuariensis, quem magna devotione venerabatur, obiit in domo piissimi viri Johannis Quintini penitentiarii ecclesie Parisiensis, in claustro beate Mariæ, iunio anni 1502. Sancta illa anima, ait ejus historicus, carne soluta est plena operibus bonis: quo audito, congregati sunt ad exsequias ejus viri religiosi plures, & corpus illius honorifice super feretrum aptantes cum Solemni processione ad monasterium Livriacense deduxerunt. Plures ex canonicis B. Mariæ ex ordinatione episcopi ad portam civitatis comitati sunt, & plures magni viri usque ad sepulchri locum conduxerunt. Super morte sua fiebat magnus plangens Parisiis a viris timoratis & mulieribus. Adfuit ibi inter ceteros venerabilis magister Standone, qui post corporis inhumationem flexis genibus veniam petiit a conventu, quia patrem suum abduxerat, nec permiserat quod cum fratribus suis moreretur. Postum fuit corpus ejus ante summum altare in ecclesia Livriacensi. In cœnobio S. Genovefæ asservatur historia ipsius vite excerpta e codice ms. bibliothecæ sancti Germani a Pratis.

XXIV. Johannes de Vineæ, de la Vigne C Johanni Mauburno successit, de quo sic Mauburni vite apud sanctam Genovefam asservatæ auctor coævus: Frater Johannes, cui cognomen erat de Vineæ, in Viridi valle Brabantia professus fuit, & ibi procurator effectus est, quia Gallice loqui sciebat. Ad Franciam cum aliis patribus (Mauburno scilicet, Reynerio, & c.) venit, & ad sanctum Severinum procurator tribus aut quatuor annis fuit, prudens utique ac fidelis: tandem post electionem Patris Bruxellensis in Livriaco, prior pro eo institutus est in Castro-Nantonis, atque post mortem prædicti patris abbas de Livriaco abbas electus (anno saltem 1502. quo feria secunda 4. Julii coram notariis in Castelleto Parisiensi NN. des Noyers & de Saintyou transiit cum Stephano Clegny cive Parisiensi, de fontibus, quos apud Clitachium abbatia possidet) Fuit vir prudens & satis studiosus; bonus scriptor & præclivus, qui post multa bona opera correptus est febribus in Livriaco, speransque se posse sanari, si in sancto Severino esse daretur, se in carruca advehi voluit, ubi post aliquot dies in Domino obdormivit, sepultus ante capitulum in claustro anno 1503.

XXV. Reynerius cognomento Koethen, dulcius Chattien adoptavit, quo laudatur in pluribus litteris ab anno 1496. ad 1502. honestis parentibus genitus, ex oppido Zwollensi oriundus, professus in monasterio canonicorum regularium in Monte S. Agnetis, in quo religiose admodum vixit fere triginta annis, vel plus, & in variis officiis ordinis constitutus est, quousque ad prioratum pervenit. Ita ejus historicus, cui licet adjecte testimonium Thomæ a Kempis cœnobii ejusdem alumni, qui sic in chronico Montis sanctæ Agnetis de eo habet: Anno Domini 1465. fuit investitus in Annuntiatione B. Mariæ virginis, juvenis clericus Reynerus Koethen annorum decem & novem, de bona parentela & bonis parentibus & amicis in Zwolles. Hic habuit tres devotas sorores Beguttas in domo Wytonis extra portam Aquilonarem prope civitatem. Prior autem,

ut dictum est, effectus, aliquanto post ab hoc munere vacationem tam cæpi postulat, ut illi tandem data fuerit. Circa id tempus cum Johannes Standone quæreret in Belgio canonicos regulares, qui reformationem ordinis vellet in Franciam inducere, prælo suo fuit Reynerius, statimque illic accessit quid hoc esset indagaturus, & post referret. Statuta dein missione, Reynerius subpriori & magistrum noviciorum egit in S. Severino Castrinantonis dioc. Senonenis, Johanne Mauburno priore, quem olim novicium ac discipulum in Monte sanctæ Agnetis habuerat. Tot inde monasteria reformare quot posset sollicitus, e Castro-Nantonis egressus, Parisios accessit, ubi ab episcopo inductus in sanctum Victorem cum aliquot reformatis sodalibus plures inibi menses convixit, aggressusque interim est reformare canonicos regulares sancti Victoris, qui tunc Domum Dei Parisiensem administrabant, sed utroque frustra, uti etiam in abbacia Juliaci tribus distante leucis a Livriacensi, quam prius exples reliquerat. Ad Cifoniensem diocesis Tornacensis mense Junio anni 1499. missus, illic noviciorum magister & prior claustralis constitutus est; indeque in Franciam rediit, ubi primum Livriaci prius, tum S. Salvatoris Melodunensis, ac denum abbas Livriaci creatus est: Post duos primos abbates, ait ejus historicus, Livriacensis electus est tertius, in qua domo plura habuit pati in senectute, que omnia perseveranter portavit: postea in febrem incidit, de qua & mortuus est: tacto quadam vice voluit abbatia renunciare, cui memini me dixisse, non sic. pater, viriliter agite, & confortetur cor vestrum. & sustinete; summe gratulari debetis posse cum filio vestro patre Mauburno mori & sepeliri, cum quo exitum subisti, quod & factum est. Sepultus est in proxima tumba ante proximum altare anno 1504. 15. calend. Maii. Reynerio abbate in unam coalescere congregationem visa fuit monasteria S. Severini Castrinantonis, Cifonii, Livriaci & sancti Salvatoris Melodunensis, quorum superiores in abbatiam Livriacum vice capituli generalis coierunt anno 1503. & iterum anno sequenti 1504. quo in coetu nulla mentio est abbatis Livriaci, qui revera paucis ante diebus obierat.

Post Reynerium inducitur Jacobus Oldenzæ, dictus a loco professionis de Vindezem, quasi fuerit unus e quatuor abbatibus, quos se Livriacenses amisisse intra quatuor annos ingemuerunt: Sic infra quinquennium, ut habet relatio de reformatione Livriaci circa 1498. auctore coævo, abbatibus habuerunt quinque. Quid hæc ad Jacobum? Certe alius auctor æqualis Livriacum vocat Sepulcrum Alemannorum, in quo addit quatuor ex primis patribus reformatioribus letiifero morbo appetitos fuisse: tres ait, fuere abbates; quartus ergo non fuit abbas: duo jacent Livriaci, nempe Mauburnus & Reynerius, alii duo quorum alter Johannes de Vineæ Livriaci abbas & alter Jacobus ejusdem loci subprior, sepulti sunt in Castro-Nantonis. Is autem primum Johanne Mauburno priore, quicum ex Belgio venerat, sacrista fuit in Castro-Nantonis, quin & aliquandiu ibidem subprioriorem egit loco Reynerii qui varia, ut dictum est,

Ggg ij

reformationis causa lustrabat monasteria, tandemque Livriaci subprior sub initium reformationis, obiit apud Castrum-Nantonis ibique sepultus anno 1500. abbas non erat anno 1504. Ceterum quinque illi abbates intra quinquennium, sunt Nicolaus de Hacqueville, Johannes Mauburnus, Johannes de Vinea, Reynerius, & Martinus Deschamps, qui sequitur.

XXXVI. Martinus de Campis *autem ingressum religionis baccalaureus exsisterat, vir probus & competenter edoctus*, uti loquitur coævus auctor relationis de reformato Livriaco circa 1498. erat prior hujus loci sub abbate Reynerio, quorum sic meminit Cifonii canonicus reformatus in epistola ad priorem sancti Severini ad Castrum-Nantonis: *Venerandum patrem nostrum & abbatem Reynerium officiosissime saluto, & magistrum Martinum priorem Livriacensem*. Hoc in monasterio profectus erat, utpote quem de suis elevisse dicuntur Livriacenses, in praedicta relatione. Anno 1504. die 3. Julii Martinus abbas septem jugera terrae sita Livriaci elocavit Dionysio Tavernier. Biennio post 1506. die secunda Martii clientelae sacramentum excepit a Gerardo le Coq in Parlamento fenatore & postea libellorum supplicum magistro, pro feodis de Lesclat & Mandieu. Hoc ipso anno sub eodem abbate monasterium *Vallis infirmorum* dictum, quod Guillelmo notho Angliae rege & Normanniae duce fundatore gloriat, reformationem suscepisse visum est Livriacensium canonicorum ministerio. Prioratus est dioecesis Rotomagensis in archidiaconatu magni Calei \* & decanatu de Fôville juxta Bollebecum, a quo plurima beneficia pendunt. Hujus in commendam possessi anno 1506. a canonico Rotomagensis ecclesiae & senatus Normanniae consiliario clerico, reformationem exhibet coetaneus auctor, cujus opus apud sanctam Genovefam Parisiensem manuscriptum asseveratur, his verbis: *Anno Domini 1506. vix circiter, tenente moderamina ecclesiae Rotomagensis Georgio de Ambasia legato a litere, auditum a viris gravibus & religiosis de reformatione canonica religionis, quae jam florere ceperat in abbacia Livriacensi & aliis domibus vicinis, & flores circumdare odorem suum maxime Parisiis, quia vicinus est locus, inter quas fuisse praecipui magister Arturus Sillon doctor Parisiensis & vicarius praefati D. Rotomagensis, & magister Adam aequae doctor Parisiensis, & alii complures, qui efficacius suggesserunt domino de Menciauria (consiliario Parlamento Rotomagensis & majoris ecclesiae canonico) ut prioratus Vallis infirmorum (cujus erat prior commendatarius) reformaret; cui rei auditum praebuit, & accessit ad legatum, & ex sua auctoritate scribi fecit & scripsit ad abbatem Livriaci, ut mitteret sui fratres, & prioratum traderet eis. Ipse abbas non audeus requiescere tantorum virorum recusare, misit statim sex fratres suae domus, cum quibus abbas ipse comitatus est & benigne susceptus est a priore & aliis promotoribus religionis, & non longe post ad prioratum se contulerunt, & introitum fecerunt sine resistencia manifesta antiquorum. Anno eodem exeunte monasterii sanctae Honorinae de Gerardi villa, de Grâville prope Portum-gratie dioecesis Rotomagensis recepta est reformatio sub auspiciis Ludovici Malet*

\* le grand  
Caus.

domini de Grâville, maris praefecti, Normanniae & Picardiae gubernatoris, qui Johannem Standonc & Johannem Mauburnum conscientiae moderatores habuisse honori ducet. Is cum certo patronatus hunc in prioratum jure potiretur, adivit Martinum Livriaci abbatem hujus reformationis causa, ad quam necessarii expensis factis, tum apud affinem dicecesanum archiepiscopum, tum apud conventum sanctae Barbarae in Algia a quo prioratus de Gerardi villa pendit, benevolentiam Livriacensibus conciliavit Ludovicus Malet, qui sic in hunc prioratum, quemadmodum & apud Vallem infirmorum induci sunt; at votis tamen neutro in loco exitus respondit. Hodie Gerardi villa congregationis est Gallicanae. Interea Martinus abbas annis 1505. 1506. & 1507. adiit capitulis generalibus apud Livriacum praepositis, quorum in ultimo 1507. electus est praepositus generalis novae congregationis ad instar Windesheimensis constituit, quam cum ejusdem constitutionibus asseveratis manuscriptis in bibliotheca S. Germani a Pratis cardinalis de Ambasia legatus in Francia non ita pridem confirmaverat, die scilicet 23. Julii 1505. & xi. Augusti 1506. Haec autem congregatio enata in ipso Livriacensis abbatis gremio, & ut habent ipsius acta, *auctoritate apostolica*, magna subinde incrementa accepit, maxime sub triennali praefectura Martini, qui capitula generalia Livriaci habuit 1508. & 1509. quo tamen anno Cifonii habendum primo capituli generalis praecedentis statuto decretum fuerat his verbis: *Definitum est atque ordinatum quod sequenti anno 1509. Dom. 4. post Pascha capitulum generale celebrabitur in abbacia S. Calixti in Cifonio, nisi casus emergerit in statutis annotatus, in quo casu celebrabitur in praefato monast. Livriacensi*. Ex quibus conciliatur quod prima facie contrarium legitur in regestis computorum Livr. fol. 140. recto ad an. 1509. certam videlicet pecuniae summam abbati traditam fuisse ut ad capitulum generale Cifonii celebrandum pergeret. Livriaci quoque habitum est anno 1513. capitulum generale, in quo delata iterum est Martino ad triennium de more summa congregationis praefectura. Octavum hujus capituli statutum sic habet: *Approbati fuerunt per generalem & diffinitores capituli articuli, quos fecit reverendus abbas Livriacensis cum venerabili & discreto viro magistro Petro Brugensi praetendente jus & titulum abbaciae beatae Mariae de Roscha, concernentes reformationem ejusdem domus de Roscha, quos signatos viderunt praefati generalis & diffinitores signis manualibus praedictorum abbatum Livriacensis & Petri Brugensis, sub conditione tamen, quod si reformatio dictae domus de Roscha non habeat felicem progressum, possit capitulum generale infra annum ab hac die revocare fratres illic missas ad monasterium suum Livriacense, unde egressi sunt. Anno sequenti 1514. Livriaci de more coactum fuit capitulum generale Dominica quarta post Pascha, & anno 1515. in abbacia sancti Victoris, quam Stephanus Poncher episcopus Parisiensis scito mense Augusto anni 1514. facto uniecit reformatae congregationi; hinc portum praefuit Martinus abbas & praepositus generalis, quorum in ultimo anni 1515.*



formatum est decretum sequens: *Ordinatum est A* quod capitulum nostrum generale regulariter de cetero celebrabitur in insigni abbacia sancti Victoris, a qua etiam denominationem accipiet: nihilominus definitores ejusdem capituli generales, quando eis utile, aut congruum videbitur, poterunt ordinare & definire quod capitulum istud generale in alia domo celebrari possit. Quotiescumque autem praesatum capitulum generale in praedicta abbacia S. Victoris celebrabitur, R. ejusdem domus abbas sedebit post reverendum patrem nostrum generalem; si autem contingat alibi celebrari, qui in abbacia S. Severini & S. Calixti in Cisono & abbacia de Livriaco prius hanc capitularem inchoaverunt congregationem, si abbates venerint in propria persona, sedebunt ante praesatum abbatem sancti Victoris. Nova porro haec congregatio nunquam in actis nuncupatur congregatio S. Victoris, sed solummodo unio Franciae reformationis canonicorum regularium; quae tamen vulgarius deinceps appellata est congregatio S. Victoris, quemadmodum Gallicana hodierna vulgo dicitur congregatio S. Genovefae, & quidem potiori jure, cum ejusdem congregationis praepositus generalis sit semper abbas S. Genovefae, & capitula generalia nunquam non habita sint in abbacia S. Genovefae. Ceterum nonobstante proximo laudato decreto anni 1515, ut haberentur deinceps capitula generalia in abbacia sancti Victoris, sequens habitum est Livriaci anno 1516. cui & alteri 1518. Martinus adfuit; verum ipse mors, praesente successore annunciata fuit in capitulo generali anni 1519. Ex diebus haecenus liquet Martinum clausisse religionem; neque minus id manifestum fit ex data illi provincia a Ludovico Pinelle episcopo Meldensi abbatiam de Caglia reformandi. Mauburni amicus hic praesul, tunc solum cancellarius ecclesiae Parisiensis & major vicarius episcopi Parisiensis statuta novae congregationis recognoverat, qua de re Martinus litteris ad eum datis anno 1508. 7. Decembris significat se & conventum quosdam litteras apostolicas, & super his ab eo factum processum, statutaque in dicto processu inserta, pro se & successoribus acceptare. Novae igitur congregationi adiungendae Cagiae provincia dignatus ab eo praesule, secum assumtis sex fratribus monasterium ingressus est die 2. mensis Decembris, Adventus prima Dominica, hoc est anno 1515. Insequentis anni die decima octava Julii Martino fidem clientelarem professus est Jacobus Charnolue pro feodis de Lesclat & Mandieu. Addam vice corollarii anno precedente 1515. obiisse fratrem Martinum Grevin, qui cum esset Abbas-villae in Picardia presbyter, accessit ea niente Parisios, ut mundo valideret. Illic audita bona fama Livriacensium, his aggregari voluit, Johanne Mauburno tunc abbate, cujus inter manus condidit testamentum 1501. tam insigne, ut ex rebus cum mobilibus, tum immobilibus ab eo relictis, quibus etiamnum abbatia positur, ecclesia & loca regularia reaedificata fuerint. Cernitur adhuc ipse effigies induta superpelliceo & almutia flexis genibus ante imaginem sancti Martini patroni, cum his in extrema parte duobus Latinis versibus:

*Hic tibi, diva parens, Picardae templa paravit,  
Contuli & summis arva, domoque tuis.*

Ejus quoque tumba visitur in navi ad murum a latere Evangelii, cui haec insculpta sunt verba: *Hic dormit frater Martinus Grevin quondam prior hujus abbatiae, qui nobis contuli ante suam religionis ingressum calicem argenteum, libras . . . . . plura de bonis suis mobilibus, meon de immobilibus. . . . .*

XXVII. Johannes VI. Columbus, Coulomb, canonicus Livriacensis, non vero sancti Lazari Parisiensis, in capitulo generali anni 1513. notarius, mense Junio anni sequentis erat prior sancti Lazari Parisiensis, quo nomine interfuit capitulo generali anni 1515. Martino de Campis Livriacensi abbati anno 1518. defuncto successit, eoque titulo adfuit capitulo generali habito 22. Maii 1519. in quo, ut dictum est, denunciata mors est Martini abbatis Livriacensis, ipseque Columbus congregationis renunciatus est praepositus generalis. Simul etiam fuit major vicarius abbatis commendatarii Cagiae, quem excepit mense Novembri sequenti, relicto abbatis Livriacensis titulo, adeo ut in actis capituli generalis anni 1520. nomina simul praepositi generalis & abbatis Cagiae assumat. Hoc autem in capitulo canonici regulares Sagiensis ecclesiae cathedralis adhaerent novae congregationi, quae magistros illis & duces tam ad vitam spirituales, quam ad praxes peculiares congregationis Windesheimensis e. Livriaco subdivinistravit.

XXVIII. Johannes VII. Bienvenüe Livriaci jam abbas erat mense Maio 1520. quo anno & mense in capitulo generali provinciam accepit visitandi abbatiam S. Victoris. Delegatur isdem anno & mense cum priore sancti Martini a Campis & Cecelesinorum priore ad reformandum sanctae Crucis monasterium, quibus edicto senatus adjunctus est Nicolaus Brachet senator. In capitulo generali anni 1529. proclamatus est Johannes generalis praepositus congregationis ad triennium. Imo hac in dignitate successorem non prius habuit, quam in capitulo generali anni 1533. die XI. Maii habito Livriaci. Sic enim acta hujus capituli ferunt: *R. abbas Cisoniensis initio ipseus capituli, eo quod religiosus pater frater Johannes Bienvenüe quondam abbas Livriacensis, qui generalis noster exsisterat, dignitati suae cesserat abbatiati, per praelatos in praesato capitulo praesentes in generalem ordinem fuit electus. Inter ea cum fama religionis Livriacensis sana & integra permanente, annis 1521. & 1522. Jacobus Herpin abbas regularis sancti Ambrosii Bituricensis novae congregationis suam inscribi abbatiam incausum curavisset, successor Jacobus Colin die 14. Novembris 1531. senatui libellum supplicem obtulit, quo nonnulli abbatiae suae gyrovagi fratres ad monasteria Livriaci, sancti Victoris & S. Lazari vel ad alia ejusdem ordinis reformata mitterentur, quorum in locum alii ex hisce monasteriis ad S. Ambrosium accederent. Senatus annuit placito ejusdem anni 29. Novemb. quod Johanni Bienvenüe abbati Livriacensi & praeposito generali efficaciter denunciatum est. Die 6. Maii 1532. Johannes abbas hotininem vivum*

& mortuum exhibuit domino de Riberolles toparchæ de Courtney pro viginti duobus terræ jugeribus, que in ipsius dominio abbatia possidebat.

XXIX. Florentius le Picart in authentico sancti Victoris codice mss. laudatur his verbis:

16. Martii 1533. Dominica tertia Quadragesimæ Florentius le Picart canonicus S. Victoris & abbas beatae Mariæ Livriacensis benedictionem suscepit ab episcopo Megarensi antiquo abbate sancti Maglorii, assistentibus abbatibus S. Victoris & moderno sancti Maglorii, idque in capella infirmaria sancti Victoris. Is cum habitu regulari vespere adesse vellet & priorem (S. Victoris) in choro præcedere vellet, tenuit prior . . . . Florentius itaque sedit in loco professionis, sed animi dolore tactus infirmitatis fratris post vespere & monasterio sancti Victoris recessit, nec ultra, nisi generalis, aut visitator congregationis accessit. Adhuc eodem anno Florentius capitulo generali habito Livriaci; & ultima die Februarii an.

1536. qui hodie 1537. iussus a senatu misit unum e suis fratribus antiquis & bene reformatis qui nuper inductam in Domum Dei Parisiensem a Jacobo Merlin & Johanne Berthoul doctoribus theologis reformationem stabiliret. Anno sequenti 1538. die 29. Septemb. clientelæ professionem excepit a Claudio Robertet pro feodis de Lesclat & Mandieu. Senatusconsulto die ultima Julii 1540. decernitur nulla Florentium abbatæ bona elocaturum inconsultis aliquot fratribus discretis, qui quamprimum eligerent. Nomen ejusdem reperitur in libro computorum ad annos 1541. & 1542. Hoc autem anno, die 3. Maii sententia lata & rei gratæ perscriptis actis 15. Aug. 1543. causam obtinuit Florentius adversus Johannem Grevin, qui bona testamenti fratris Martini Grevin abbatæ legata invadere volebat. Denique obiit Florentius abbas 25. Octobris 1544.

XXX. Carolus Ardier dicitur Chantereau, ordinis Eremitarum S. Augustini alumnus, sanguine continebat, materno, ut videtur, ex latere, Ludovicum Chantereau ejusdem ordinis professum, qui ex elemosinario regum Ludovici XII. & Francisci I. evasit abbas S. Evertii Aurelianensis & episcopus Matifonensis. Carolus eadem propemodum incescit via quo propinquus; fuit enim & ipse regi Francisco I. ab elemosynis, a quo designatus abbas, bulla pontificia firmatus est anno 1544. Actum est anno sequenti de monasterii bonis abbatem inter & conventum dividendis; ad quam partitionem faciendam rex Franciscus I. die 4. Julii 1545. duos senatores nominavit cum prioribus sancti Germani a Pratis & sancti Martini a Campis. Lata delegatorum sententia 31. eorundem mensis & anni, lecta est postriedie in capitulo Livriaci presentibus abbate & conventu, qui non solum huic acquievere, verum & confirmari curare regio Francisci I. diplomate prima Julii 1546. Biennio post conventui Livriacensi sanctionales Calenies sacre societatis litteras clarigatæ sunt die 12. Decembris 1548. quam inquit eo libentius societatem precum abbatia Calenies, quod in eam reformati recens Livriacenses canonici disciplinam revocare studuissent. Jam enim

Abbas Martinus de Campis rogatus a sanctimonialibus, ut e suis conscientiarum arbitrium eis traderet, indulserat Martinum Grevin, cui data licentia, confirmata fuerat a capitulo generali anni 1509. Adhuc autem præerat Carolus anno 1557. 8. Octobris, ut liquet ex transactione ab eo & canonicis subscripta, que fratri ex eodem conventu Gabrieli de Bercieres data est.

XXXI. Jacobus Fourré e dicecesi Carnotensi oriundus, ordinis Fratrum Prædicatorum alumnus, doctor & provincialis ejusdem ordinis, ac subinde regis domus concionator, abbas erat Livriaci anno 1564. die 29. Septembris, quo in ecclesia metropolitana Parisiensis Ferdinandum I. imperatorem funebri oratione edita laudavit. Postriedie Jacobus se pro pecunia conventui a clero imperata facturum satis professus est. Reperitur adhuc 1569. 12. Julii, 1572. 13. Febr. & 1573. quo anno evasit episcopus Cabilonenis, ubi vide tomo quarto col. 939.

XXXII. Antonius Abelly ortu Parisinus, doctor theologus ex ordine Fratrum Prædicatorum, reginæ a concionibus & sacris confessionibus, memoratur abbas Livriaci die 6. Julii 1575. & 1590. 22. Januarii. Edidit Parisius anno 1582. conciones super Jeremiæ lamentationibus Gallico idiomate aliæque opera pia eodem idiomate, vide bibliothecam Dominicam Jacobi Elchard.

XXXIII. Stephanus II. de Boulogne recusitum a Michaele Ferré Carnotensi, professione Dominicano, Parisiensis doctore, & regi Henrico IV. a concionibus, abbatiam Livriacensem obtinere anno saltem 1597. ex decreto lato pro abalienandis sex jugeribus terræ toparchis de Torigny & Mariette, ut subsidio regi a summo pontificæ concessio 1586. fieret satis. Hoc siquidem in decreto laudatur abbas 1597. & iterum 1598.

XXXIV. Ludovicus de Boulogne dicitur abbas Livriaci quando laudatum illud decretum datum est 10. Junii 1598. Is etiam fuit prior commendatarius S. Catharinæ Vallis Scholarium Parisius, ut infra dicemus.

XXXV. Claudius Coquelet de quo jam dictum est in episcopis Dinienibus tomo 3. col. 1134. anno 1604. die 14. Augusti novam abbatie honorem inter se & conventum senatusconsulto partitionem obtinuit. Reperitur adhuc 26. Junii 1612. & 1613. 6. Februarii.

XXXVI. Andreas de Lizza præerat 1614. feria tertia 23. Decembris ex sententia contra eum lata his die & anno in gratiam Antonii Brissart. Dicitur presbyter Neapolitanus & abbatie invalor in litteris quamdam pactionem rescindentibus, quas contra illum obtinuerat conventus 17. Junii 1617.

XXXVII. Johannes Rogerius de Fluxo e vicecomitibus de Rabat, sedebat 5. Julii 1618. Appellatur abbas B. Mariæ de Livriaco & sancti Matthæi in Britannia die 4. Aprilis 1624.

XXXVIII. Christophorus de Coulanges sororem habuit Mariam de Coulanges nuptam Celso Benigno de Rabutin Chantal occiso 22. Julii 1627. in Anglorum exsensus e navibus in insulam

insulam Ream. Obtinuit abbatiam Livriaci 1624. pro qua Gallicane congregationi adjungenda inuit concordatum 30. Martii 1637. cum Carolo Faure abbate coadjutore S. Genevesæ & proposito generali; quod remotis tandem aliquot difficultatibus executioni mandatum est mense Novembri ejusdem anni. Ornamentis elegantibus instruxit ecclesiam Christophorus, neque mediocriter contulit ad reficienda loca regularia. Cura hæc abbatia restitueudæ non exhaustit studium canonicorum regularium, qui magnifice jam anno 1655. renovare ceperunt antiquam capellam *B. Maria de Angelis* prope monasterium sitam. Hac de capella, cujus origo repetitur ab ætate Philippi Augusti, sic habet Mauburni coævus historicus: *Est juxta abbatiam capella quadam Virginis gloriosa in loco cum fonte, ubi febricitantes potati convalescunt.* Novi hujus ædificii primus lapis positus est 14. Septembris 1655. ab N. de Nefmond insulato præfide; cumque absoluta est capella, solemnî ritu benedicta fuit die 8. Septemb. 1663. adstante magna peregrinorum frequentia, quorum ita concursus accrevit, ut hodie inter celeberrimos vicinorum Parisiis locorum sacras peregrinationes annumeretur. Commutavit iterea Christophorus abbas quinquaginta nemoris jugera cum Jacobo Bordier toparcha *de Rinsy* (quod hodie castrum Livriaci vocatur) regi a consiliis & secretis, pro fundo terræ trecentarum annui redditus librarum, ex regestis Parlamenti, ubi vocatur *Christophorus de Coulon*. Devixit Parisiis 23. Aug. 1687. ætatis 80. optimus abbas, cujus tanta in egenos liberalitas erat, ut adhuc in ea regione nomen illius in benedictione sit.

XXXIX. Johannes Jacobus Segulier canonicus theologus Parisiensis, tum episcopus Lombardiensis, & postea Nemausensis, ubi vide tomo sexto col. 463. cessit anno 1687. donatus a rege abbatis Lyræ & Livriaci, quibus nonnisi duos annos potius est; obiit enim 8. Novemb. 1689. octogenario major.

XL. Dionysius Sanguin episcopus Silvanect. abbatiam Livriacensem assecutus 19. Novembris 1689. obiit in suo Parisiensi hospitio feria secunda 13. Martii 1702. cum tunc esset prælatorum Franciæ antiquissimus, utpote inauguratus anno 1652.

XLI. Franciscus Sanguin de Livry superioris pronepos, filius Ludovici, primi regie mensæ præfecti, marchionis de Livry, domini du Genitoy & aliorum locorum, nominatur abbas Livriaci die sancto Paschæ 16. Aprilis 1702. Fuit etiam abbas sancti Arnulphi Metensis, Fontaneti, sancti Saturnini Tolosani, & Belliloci diocesis Virdunensis, necnon in Polonia, Lusitania & Hispania regis legatus. Obiit Parisiis 15. Februarii 1729. ætatis 49. Livriaci sepultus in sanctuario ab evangelii latere; caverat enim testamento ut in illa e suis abbatibus sepeliretur, quæ propior esset loco, ubi e vita decederet.

XLII. Ludovicus Maria de Livry Francisci superioris ex fratre nepos, schedula regia die 9. Maii 1729. renunciatus abbas, defecit Semurii in Alexiensî tractu 18. Julii 1739. dum Romam

*Tomus VII.*

A pergeret. Ab eo tempore regis œconomus bona mensæ abbatialis administrat.

Philibertus de l'Orme, quem nonnulli abbatibus Livriaci accensent, non Livriaci, sed l'breæ abbas fuit, ut constat ex ipsiusmet operibus Parisiis editis anno 1626. ubi initio primi libri dicitur abbas sancti Eligii Noviomensis, sancti Sergii Andegavensis, & nuper l'breæ.

ROCHA & ROSCHA. LA ROCHE

NON longe a toparchiis de Levis & Villapetrofa, in loco *le Bois-Guyon* appellato, una leuca a Portu regis de Campis, Guido de Levis inchoavit abbatiam beate Mariæ de Rocha ordinis sancti Augustini. Annum exhibet 1190. auctor historicæ genealogicæ magnatum Franciæ tom. 4. pag. 12. litteris, ut puto, deceptus relatis in veteri Gallia Christiana tom. 4. pag. 791. quæ quidem hunc annum Dominicæ Incarnationis præferunt, sed cum illis pontificatus Mauricii episcopi Parisiensis adjunctus sit annus trigessimus sextus, referri profecto debent ad annum 1196. Hisce porro litteris in appendice nostra recusus Mauricii episcopus de elemosyna Guidonis de Levis investit Guidonem quandam presbyterum de Meencourt, qui cum locis aliquot sibi adjunctis levioris vite instituta amplecti ceperat. Sedem fixit in ipso nemore Guido presbyter, unde ii, ex quibus constat est familia, dicti sunt *fratres de nemore Guidonis*. His aliam Guido de Levis donationem fecit, de qua Odo Parisiensis episcopus litteras scripsit anno 1201. quas vide inter instrumenta. Necdum hi fratres addicti erant ulli approbatae regule; jam ergo placuit eis fe Victorinorum canonicorum subdere disciplinæ, sequæ Livriacensis domus, quæ Victorinæ furculus est, familiariter inserere & ejus vivere legibus. Sed cum deessent tum ecclesiæ, tum ædes idoneæ ad statuendum conventum, Guido de Levis, qui jam ad exordia hujus familiarum plurimum contulerat, eidem ex suprema voluntate quatuor millia librarum legavit ad ædificandam ecclesiam sub nomine B. Mariæ virginis, & domum extruendam. Testamenti hujus tabulas anni 1232. quarum executores nominat abbatem Vallium Sarrii, dominum Amalricum comitem Montis-fortis & Alexandrum de Vordis militem consanguineum, ad calcem reperies. Eodem anno dictus Amalricus abbatiam de Roca inter *Villampetrofa* & *Capprosiam* in ordine sancti Victoris Parisiensis fundasse memoratur a Claudio Malingre antiquit. Paris. pag. 453. quod intellige de illi facta donatione, qualis ea est, quam refert Gerardus du Bois tom. 2. hist. ecclesiæ Parisiensis pag. 387. Amalricus siquidem anno 1235. dedit *abbati & conventui de Rosca ordinis S. Victoris Parisiensis centum & sexaginta arpenta terræ arabilis, & pratorum in loco; qui vocatur Marcheria, sibi in perpetuum pacifice possidenda, &c.* His addæ toparchas de Malliaco, Bouchardum, Matthæum, & Mathilden dominam ejusdem loci, necnon dynastas de Capprosia, de Piffiaco & de Vixinis, qui omnes tanquam benefactores in abbatie necrologio recensentur. Denique Gregorius papa IX. hoc cœnobium suam

Ch. xxvii. col. 77.

Chart. cl. col. 79.

Chart. cxxxii. col. 100.

Hhh

in tutelam suscepit literis, quæ sic incipiunt: *Gregorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui beate Mariæ de Roscha ordinis S. Victoris Parisiensis salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est, &c.* Hac in ecclesia cernitur icon beate Mariæ ex ebore, cui similis, ut fertur, non invenitur in regno Franciæ. Ceterum jam an. 1238. Livriaci jugum excussit Rocha, conventionem facta solvendi quontannis Livriaco decem & octo sextarios mixtioli, & totidem avenæ. Hactenus perstat, ut ex abbatum catalogo patebit, quæ proinde incaute a Sammarthanis dicta est quondam abbatia dioc. Paris.

#### SERIES ABBATUM.

I. **GILBERTUS** e domo Victorina primus abbas questus est, ex antiquitatibus Parisiensibus Claudii Malingre pag. 481. ubi præfuit anno 1232. legitur.

II. Robertus ex eadem Victorina domo accitus est secundus abbas, uti loco citato legere est.

III. Rogerus, qui & Rogerius, Victorinus & ipse canonicus, abbas tertius B. Mariæ de Rocha ex laudatis antiq. Paris. mensis Dec. anni 1234. scripto profuturæ se obtinuisse ab abbate & conventu S. Dionysii facultatem tenendi jure morticiniæ sexcenta terræ jugera prope Rocham sita, sub onere census triginta solidorum Parisiensium, ex tabulario sancti Dionysii. Hic est, ut videtur, R. abbas de quo in Livriaco ad annum 1253.

IV. Nicolaus ex canonico S. Victoris Paris. quartus abbas B. Mariæ de Rocha recensetur loco citato antiq. Paris.

V. Stephanus de Cepoy laudatur ibidem Nicolai successior, ex eodem sancti Victoris coenobio evocatus.

VI. Johannes abbas de Roca de Dol memoratur xviii. cal. Maii in veteri S. Dionysii necrol.

VII. Petrus I. de Willelmis al. de Villelune abbas commendatarius episcopo & ecclesiæ Parisiensis promissit obedientiam die Sabbati 7. Novembris 1489.

Sub finem hujus seculi vel initium sequentis abbatia vacante, quin & destituta canonicis, Parisiensis episcopus unum e Livriaco præfecit abbatem Rochæ, cui nescio quis se dicens hujus loci canonicum litem intendit. Dum autem hæc agit, ex episcopi statuto & aliorum missi sunt duo vel tres de fratribus Livriacensibus ad serviendum ecclesiæ prædictæ de Rocha. Ita legitur in relatione manuscripta reformationis Livriacensis an. 1498. auctore canonico regulari congregationis Windesheimensis teste oculato, qui & litem adhuc esse E

VIII. Petrus II. Brugensis innotevit ex jam laudato in Livriaco capituli generalis novæ congregationis ad annum 1513. octavo statuto, quod sic habet: *Approbati fuerunt per generalem & diffinitores capituli, articuli, quos fecit reverendus abbas Livriacensis cum venerabilis & discreti viri magistro Petro Brugensi, præcedente jus & titulum abbatie B. Mariæ de Roscha, concernentes reformationem ejusdem domus de Roscha, quos signatos viderunt præfati generalis & diffinitores siguis manualibus*

*prædictorum abbatibus Livriacensis & Petri Brugensis, sub conditione tamen, quod si reformatio dictæ domus de Roscha non habeat felicem progressum, possit capitulum generale infra annum ab hac die revocare fratres illic missos ad monasterium suum Livriacense, unde egressi sunt.* Aliquandiu vero inibi perstitisse reformationem liquet ex eo quod recensetur abbatia de Roscha in capitulis generalibus usque ad annum 1517. Ceterum Petrus ille Brugensis amicus Mauburni & Johannis de Standone reformationi canonicorum regularium ab anno 1496. faverat. Plures ejus habentur litteræ in quibus se dicit collegii S. Barbaræ moderatorem.

B IX. Petrus III. Habert senator Parisiensis, &c. qua prior S. Arnulfi de Crispeo a Remensi clero deputatus anno 1608. die 30. Julii addidit comitiis cleri Gallicani, simul abbas de Rocha & postea Cadurcensis episcopus, ubi vide tomo primo col. 150.

X. Germanus Habert superioris frater, etiam abbas Ciriaci obiit 1654.

XI. Ludovicus Habert de Montmor reperitur abbas in archivo Casæ Dei anno 1668. Deinde fuit episcopus Perpinianensis, ubi vide tomo sexto col. 1057.

XII. Guillelmus Chanut Parisinus, doctor theologus in facultate Parisiensis abbas de Rocha designatur a rege mensis Septembris anno 1695. Adhuc præfuit 1741.

#### H I B E R N A L E.

Abbatia beate Mariæ de Hibernali ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, sita est in valle ad ostium Brix, una leuca ab oppido Brala-comitis-Roberti, & quinque a Lutecia. Fundatorem habere dicitur S. Ludovicum circa 1226. ut executorem testamenti patris sui Ludovici VIII. satagente inprimis abbate sancti Victoris, altero ejusdem testamenti exsecutore, uti supra diximus col. 675. Sane in tabulario Sarrivictorino has inter abbatias recensetur Hibernale, quæ antiquam S. Victoris congregationem constituebant, iisdemque juribus potiebantur. Unde & primi ejusdem loci abbatæ ex abbatia sancti Victoris assumpti sunt, primi vero canonici regulares e vicina de Monte-estivo, quæ mox pene, sui minus eo ipso tempore, cum Hibernali coaluit. Damna plurima Hibernale monasterium pertulit tam ex domesticis bellis, quam ex hereticorum depopulationibus, adeo ut anno 1630. jam a longo tempore canonicis regularibus vacuum duo tantum presbyteri seculares administrarent. Quare sancti Ciriaci de Friardel diocesis Lexoviensis canonici regulares anno 1684. in eo conventum sub novis suis constitutionibus, eorumque auctore Johanne Moulin priore restituerunt, annuente Francisco de Harlay Parisiensis archiepiscopo, & curante Alexandro Bontemps tunc primo regis Ludovici Magni cubiculario ordinario, antea commendatario abbate, qui ad refarcienda cum ecclesiâ, tum loca regularia & ad conventum sustentandum non parum contulisse perhibetur. Felicitate hæcenus perleverat sub eodem instituto, nempe Boichi-Achardi, *Bof-Achard*, sub quo militavit

quatuordecim monasteria. Notandum obiter foror-  
nis Agnetis abbatissæ sancti Pauli effigiem jacere  
in ecclesia de Hibernali ante majus altare sub lam-  
pade, ubi tumba plana lapidea cum octo figuris,  
quarum una est Agnetis abbatissæ, & altera Fr.  
Johannis majoris prioris Hospitalis.

SERIES ABBATUM.

I. GUILLELMUS legitur abbas de Hibernali  
mense Jan. anni 1229. qui nunc 1230.  
quo precum societatem inivit cum abbacia beate  
Marie de Cagia, ex tabulario hujus monasterii,  
& anno 1234. in charta Joyaci. Hic ille est G.  
qui 1227. mense Decembri abbati Livriaci repenti  
domum sitam Parisiis in *cessiva* sua, quam  
tenebat abbas de Hibernali, illam dimisit, ex tabu-  
lario Livriaci. Idem G. abbas reperitur in litteris  
Guillelmi episcopi Parisiensis de pace inita 1237.  
inter abbatissam de Hedera & Garinum presbyte-  
rum quondam de Hedera, ex tabulario Hedera.  
II. Anselmus de S. Victor, sic dictus, quia  
Victorinus erat canonicus, abbas erat Hibernalis  
circa 1260.

III. Guido abbas B. Marie de Hibernali anno  
1262. in crastino festi beati Matthie apostoli,  
Simon de Pisiaco miles & Johanna uxor ejus  
laudaverunt tanquam domini census, & largiti  
sunt abbati & conventui Sacri portus, seu Barbelli  
duos sextarios bladi reddituales, &c. ex tabulario  
Barbelli explorato per D. de Gagneres. Concessit  
etiam P. abbati Fossatensi unam missam de sancto  
Spiritu celebrandam in Adventu, alteram de B.  
Virgine in hebdomada Pasche, ac denique ter-  
tiam in die obitus ejus anno 1275. mense Junio,  
ex tabulario Fossatensi. Idem est haud dubie ac  
G. abbas de Hibernali 1277. die Martis post  
festum apostolorum Philippi & Jacobi.

IV. Johannes Belin reperitur 1411. 18. Maii  
in charta authentica Collectionis D. de Gagneres.

V. Petrus Damoiseau abbas de Hibernali epi-  
scopo & ecclesie Parisiensis promissit obedientiam  
12. Martii 1477. Adhuc præerat 1484.

VI. Thomas die 5. Septembris 1490. epi-  
scopo & ecclesie Parisiensis proficitur obedientiam.

VII. Andreas, quem dicunt episcopum Tre-  
centem, capituli, ut credere par est, electione,  
quæ sortita non est effectum ob regis nominatio-  
nem, fuit abbas de Hibernali anno 1518. quo  
terras nonnullas elocavit.

VIII. N. de Lur abbas 1550.

IX. Simon de Pierreve Pedemontanus ori-  
gine, filius Nicolai domini de Vaux in agro Lug-  
dunensi ex Johanna de Thurin sedebat 1560. E  
Cetera docet quod illi appositum est epitaphium  
in ecclesia cathedrali Parisiensis, ubi jacet ante  
capellam beate Marie de Reconfort juxta chorum  
ante portam rubram a parte claustris: *Cy gist re-  
vend pere en Dieu M<sup>r</sup>. Simon de Pierreve en son  
vivant conseiller, amovsiner ordinaire du Roy, abbé  
de Jony & de Nostre-Dame d'Hyverneaux, chanoine  
& archidiacre de Brie en l'eglise de ceans, qui deceda  
le 13. jour de Decembre 1568.*

X. Carolus de Gouffencourt abbas 1582.

XI. Claudius de Rueil episcopus Andegavensis  
Tomus VII.

1630. quo tempore abbatissæ reditus erant 1500.  
aut 1800. librarum.

XII. Alexander Bontemps abbatissæ cessit anno  
1656. cui nihilominus benefacere non desistit.  
Hanc scilicet, cum primus evasit cubicularius ordi-  
narius regis Ludovici Magni, non modo uniri  
congregationi Boschi-Achardi curavit, verum &  
ad reficiendum tum ecclesiam, tum loca regularia,  
& ad conventum sustentandum haud parum con-  
tulisse memoratur.

XIII. Bartholomæus Maillet Provincialis, ex  
cessione Alexandri Bontemps, cujus erat proxime  
confanguineus, abbatiam obtinuit.

XIV. N. d'Entragues frater marchionis d'En-  
traques peditum præfæcti, Cremonæ occisi, renun-  
ciatur abbas de Hibernali 15. Augusti 1702.  
Adhuc præest 1741.

SANCTA CATHARINA  
VALLIS SCHOLARUM.

S. CATH-  
ARINE DU  
VAL DES  
ECOLIERES.

FUNDANDO huic cœnobio præbuit occasionem  
illa celebris pugna anni 1214. ad pontem  
Bovinarum intra insulam Tornacensem data Phi-  
lippum Augustum inter Francie regem ex una  
parte & ex altera Othone IV. imperatorem,  
C. Johannem sine Terra Anglie regem, Ferrandum-  
que Flandrie & Reginaldum Bolognie comites.  
Cum enim ex victoria salus Francie penderet,  
vovente rege, si vinceret, se abbatiam ædificatu-  
rum, voverunt & Servientes regis in armis, *Ser-  
gents d'armes*, ecclesiam se in honorem S. Catha-  
rinae virginis & martyris exstructuros. Quin voto  
satisfaceret rex, nihil impediēbat potentem prin-  
cipem, cum e contrario sumptibus impares illi,  
qui votum adimplerent, quod optabant, anxii,  
regem adierunt, votum aperuerunt & auxilium  
postularunt. Philippus autem rex suo satisfacere  
volens, bellique præpeditus, solam illis spem fecit,  
qua tandem morte principis delusa, ad heredem  
coronæ Ludovicum filium confugerunt, qui &  
citius mortuus est. Manebat hæc laus sanctum  
Ludovicum IX. successorem, qui ut rescivit patris  
& avi voluntatem, hanc ad exitum perducendam  
bono animo suscepit. Primum accessere visum est  
regi ex consilio piæ matris regni moderatricis,  
qui futuram ecclesiam administrarent, fratres ordi-  
nis, seu congregationis Vallis Scholarium, qui  
cum Parisiis necdum haberent sedem, enixe roga-  
bant, ut sibi concederetur ad excitandum colle-  
gium, fratrum in gratiam, qui sacris addiscendis  
litteris idonei viderentur. Hac de congregatione,  
que demum cum Gallicana S. Genovefæ refor-  
mata coaluit, breviter differuimus tomo quarto  
col. 777. ubi & attigimus nonnullas illi subditas  
domos. Ex una illarum, beate Marie in insula  
Trecentis nuncupata, eduçti sunt, qui stabilirentur  
Parisiis, sedem præbente in parochia sancti Pauli  
juxta portam de Bauders, quæ anno 1280. portæ  
Vallis Scholarium nomen habebat, Nicolao Gi-  
boyn cive Parisiensi ad preces Johannis de Mil-  
liaco, cujus ita meminit vetus necrologium dome-  
sticum: *Anniversarium fratris Johannis de Milliaco  
Templarii, & alibi quondam thesaurarii, ad cujus*  
H h h ij

precet datum fuit nobis iftud porprium: Ideam necrologium de Giboyno sic habet: *Anniverfarium Nicolai dicti Giboyni & uxoris ejus, qui nobis deleverunt totum iftud porprium.* Huic dono confenfit Henricus de Dreux Remenſis archiepiſcopus, a quo terra pendebat in feodum, an. 1228. menſe Martio, & iterum anno 1241. Petrus comes de Brenne, feu de Brienne dicti archiepiſcopi conſanguineus & heres. Reliqui nihil erat præter confenſum epifcopi Parienſis pro conſtruendis cum cœnobio, tum eccleſia, ubi divina celebrarentur, & fratres regulariter viverent. Primum abnegavit, reſul, ſed tandem juſtus a ſummo pontifice confenſit anno 1229. menſe Octobri, ut liquet ex ſequentibus litteris: *Univerſis præſentes litteras inſpecturus, Guillelmus permiſſione divina Parienſis eccleſie miniſter indignus, ſalutem in Domino. Univerſitati veſtra notum fieri volumus, quod nos dilectorum fratrum & filiorum de ordine Vallis Scholarium pius & devotis petitionibus annuente, divina pietatis intuitu, domum conſtruendi & eccleſiam ædificandi Pariſis in parochia ſancti Pauli plenam & liberam conceſſimus poteſtatem, præcipue cum pium fit & ſalubre pro deſunctis exorare, & pro eorundem ſalute piis elemoſynas erogare; & hoc facimus ad petitionem Servientium domini regis Ludovici arma geſtantium, qui ſaluti anime Philippi nobilis regis, & præcipue filii ejusdem Ludovici deſunctorum providentes, unam pro eorum redemptione fabricaverunt eccleſiam ad opus dictorum fratrum, ut in eadem Domino famulantes, nobilium regum jam dictorum animabus, orationibus & divinis officiis teneantur ſubvenire, per hoc nos exhibentes argumentum, quod ſicut in vita ſua eos fideliter dilexerunt, ita & poſt mortem ab eorum amore non ſunt ſeparati, &c. Et quia generatio præterit & generatio advenit, ideo cum exiſtentium præſentia & futurorum poſteritati iſtud pateat, in hujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri munimine ſecimus roborari, anno 1229. menſe Octobri.* Notanda ſunt illarum litterarum hæc verba: *Fabricaverunt eccleſiam*, ex quibus colligas jam inceperat eccleſiam fuiſſe, hanc ipſam videlicet aut aliam, ſeu parvam aliquam capellam in memoriam regum Philippi Auguſti & Ludovici VIII. ejus filii & hujus maxime. Ut ut eſt, conſtat ex necrologio domeſtico ſanctum Ludovicum ſtatim poſt datum ab epifcopo Parienſi confenſum, primum eccleſie lapidem poſuiſſe anno 1229. Quod etiam confirmatur ex duobus lapidibus utrique lateri valvarum eccleſie appoſitis, quorum alter a dextris intrantium ſic inſcriptus eſt: *A la ptiere des Sergents d'armes, monsieur S<sup>r</sup> Louis fonda cete eglise, & y mit la premiere pierre, & fut pour la joye de la victoire qui fut au pont de Bovines l'an mil deux cens quatre.* Alter a ſiniſtro lateri ſic habet: *Les Sergents d'armes pour le temps garoloient ledit pont, & vœurent que ſi Dieu leur donnoit la victoire, ils fonderoient une eglise de S<sup>te</sup> Catherine, & ainſi fut-il.* Hos autem lapides poſt deſunctum S. Ludovicum, ſeu etiam celo aſſertum, anno videlicet 1297. colligitur inſcriptus, ex eo quod in illis exhibetur ſanctus rex armatus pallio regio, in dextra manu geſtans ſceptrum pene ſimile baculo cantoris, &

in capite coronam radiis circumdatam, quales ſanctorum capitibus appingi ſolent. De ſancto Ludovico ſic habetur in excerpto necrolog. ſanctæ Catharinæ Parienſis: *Ludovicus filius prædicti Ludovici rex ſanctiſſimus . . . . . dotavit eam (eccleſiam) qualibet die de triginta denariis redditus percipiendis qualibet anno tribus terminis, videlicet in Purificatione, in Aſcenſione, in feſto Omnium ſanctorum: Item voluit idem pius rex, quod pro animabus prædictorum regum haberemus qualibet anno circa Purificationem ad ſuſtentationem unius fratris, qui quotidie pro eis unam miſſam de requiem celebraret, viginti libras Parienſes, per manum elemoſynarii fui, & unum modium bladi in granario ſuo, & duo milia allecium in capite jejunii, & duos panes in feſto Omnium ſanctorum; ſive ut alio ejusdem necrologii loco legimus: *Quinquaginta unlas panorum.* Illud idem firmatur ſenatuſconſulto anni 1375. die 5. Septembris, in quo referunt ſanctum Ludovicum ad preces dictorum ſervientium regis arma geſtantium & in memoriam reportata a Philippo Auguſto ad pontem Bovinarum victoriæ, eccleſiam ſanctæ Catharinæ Vallis Scholarium ædiſcaſſe. Ad idem opus plures alios beneficia contuliſſe diſcimus ex veteri necrologio: fratrem ſcilicet Herbertum Templarium & regi ab elemoſynis, qui fecit conſtrui duas partes eccleſie noſtrae, & fratrem Chriſtianum ejuſdem ordinis, qui fecit conſtrui partem eccleſie noſtrae; ſeu quaſi econonome regii theſauri ſervati olim in Templo urbis Parienſis, ſeu ex propriis bonis, quibus tunc affluabant Templarii; quod tamen cave ne ſtrictè intelligas, quaſi ambo totam eccleſiam conſtruxerint, cum in eodem necrologio legatur regina Blanca ſancti Ludovi mater ad hanc exſtruendam eccleſiam contuliſſe trecentas libras, Gaufridus Cenomanenſis epifcopus ſexcentas libras, & Henricus de Groſley archidiaconus Remenſis ducentas libras, ac denique Guillelmus le Breton clericus Templi ſtalla chori & alia quedam ædificia perfeciſſe. De hoc & tribus aliis benefactoribus ſic habet necrologium domeſticum: *Anniverſarium domini Guillelmi dicti le Breton, qui dedit nobis quadraginta ſolidos in terra noſtra annui redditus pro anniverſario ſuo & pro fiſto S. Furſei faciendis, & fecit conſtrui reſectorium noſtrum, hoſpitiū, ſcholas, & ſedes eccleſie noſtrae & capellam infirmariæ, & dedit nobis corpus theologie gloſſatum, & pukram bibliam & alia quamplurima bona: Item anniverſarium fratris Johannis de Millaco Templarii, qui cum aliis multis bonis fecit nobis conſtrui dormitorium & clauſtrum noſtrum: Item fratris Gilonis Templarii & theſaurarii, qui fecit nobis conſtrui infirmariam noſtram. Item fratris Herberti Templarii & elemoſynarii regis, qui fecit nobis conſtrui clauſuram domus iſtus. Legimus dedicatam eccleſiam die 25. Julii anno incerto; ſed nec minus incertum eſt, quantum huic operi abſolvendo inſuntum fuerit temporis: neque enim credere fas eſt, tam breve tempus, quam deſcribit huiusmodi necrologium his verbis: *Venerabilis eccleſia virginis & martyris eximie alme B. Catharinæ ordinis Vallis Scholarium ſub regula S. Auguſtini ad petitionem Servientium equeſtrium beatiſſimi Ludovici***

regis piissimi Francorum arma gerentium, per ipsum beatissimum Ludovicum piissimum regem Francorum fundata & perfecta fuit in opere suo anno Domini 1229. maxime cum laudatus ille Gaufridus Cenomanorum episcopus sexcentas libras ad ecclesie constructionem in eodem, ut diximus, necrologio contulisse legatur, qui tamen nonnisi anno 1234. obtinuit episcopatum. At certe jam anno 1235. coenobium subulitisse probatur ex eo quod inde vociti sint fratres, qui prioratum Vallis sancti Eligii haud prociat a burgo de Longo-jumello in parochia de Challyaco (Chilly) diocesis Parisiensis, fundatum a Johanne de Dreux cognomino de Brenne & uxore Aelide Matilconensi comitissa insituerunt. De hoc prioratu infra dicemus. Idem a fratribus S. Catharinæ Parisiensis obsequium accepit Margareta Flandriæ comitissa, cum anno 1252. fundare voluit Montibus in Hannonia Vallem Scholarium; de quo monasterio vide tomum tertium col. 163. Aliquot ex iisdem fratribus Guido de Dampierre obtinuit an. 1255. pro fundando sanctæ Genovefæ de Marciaco in diocesi Autissiodorensi prioratu, qui nunc est prioratus simplex, cum parochia distincta. Iidem evocati a fundatoribus Johanne de Haricuria & Aelide conjuge anno 1257. prioratum Parci de Haricuria in diocesi Ebriocensi ex præstantioribus & ditioribus ordinis instituerunt, cujus subinde prior 1522. jugum excussit ordinis, ut episcopali se subderet jurisdictioni, sicut & ceteri ejusdem diocesis canonici regulares. Primi quoque sanctæ Catharinæ fratres fuere institutores prioratus sancti Nicolai Laudunensis dicti ad Cordellas, fundati anno 1263. qui nunc Minorum Fratrum conventus est. Eisdem ob eandem causam agnoscent parentes prioratus S. Georgii de Grangia diocesis Senonenis, dictus in charta fundationis Grangia de Villechavant, fundatus anno 1271. ab Evardo de Valery & Margareta uxore; itemque prioratus Regalis-loci, qui hodie sancti Johannis de Bosco permutatione domorum facta cum hujus loci abbatissa & monialibus, a rege Philippo fundatus 1303. in diocesi Suesionensi prope Compendium; ac denique prioratus d'Ennemont diocesis Carnotensis prope sanctum Germanum in Laya fundatus a Petronilla de Giriaco 1308. datisque priori sanctæ Catharinæ hoc pacto, ut illic septem fratres constitueret. Verum ex hisce prioratibus soli nunc sanctæ Genovefæ de Marciaco & sancti Georgii de Grangia matrem agnoscent sanctam Catharinam Parisiensem; cum antea priores hujus loci sui haberent prædictos omnes visitandi & corrigendi, electoque priores confirmandi, imo & in aliquibus nominandi: quorum omnium adinstar exemplo sit prioratus Vallis Scholarium in oppido Montensi, cujus fratres habitant priori S. Catharinæ obedientiam his exprimit litteris anno 1507. *Reverendo in Christo patri ac domino D. Johanni Dei & apostolicæ sedis gratia episcopo Megarensi. priori ecclesie, seu prioratus B. Catharinæ Parisiensis Vallis Scholarium nostro immediato visitatori, subprior & religiosi viri ecclesie, seu prioratus beate Mariæ ejusdem ordinis oppidi Montis Hannonia, Cameracensis diocesis debitam obedi-*

tiam cum omni reverentia pariter & honore. Cum itaque venerabilis vir Fr. Johannes Varlus noster ac prædictæ ecclesie nostre prior & postor moderus in mortifera sit, ut prima facie apparet, infirmitate, quam hydropsim vocant, constituit, adeo ut membris & mente debilitatus ac gravatus, dura mortis inclementiam in grabato expectans, penitus impotens & immobilis existat; nosque religiosi viri prædicti monasterii Montis Hannonia, videlicet Fr. Radulfus Hennin subprior, Galterus Henrot, Johannes Bregier & Thomas Noiset presbyteri expresse professi, attendentes quod quotiescumque nosser prior, quicumque fuerit, ab hac luce decedit, pastorisque solatio destituimur, tunc eo contingente casu ad novi prioris electionem juxta nostræ & nostri ordinis statuta & consuetudines procedere minime possumus, nisi prius a domino nostro patre visitatore pctua eligendi facultate seu licentia; hinc est quod prænominati religiosi conventum prædicti monasterii constituentes & repræsentantes, ac super hoc capitulariter congregati, considerantes ac formidantes principum insultus, variæque discriminatione genera, & alia quæ ex diuturna ecclesiarum vacatione in dies contingunt, ac contingere dinoscuntur, harum nostrarum serie litterarum hujusmodi petimus a vobis reverendo patre præfato, quatenus adveniente ipsius prioris nostri moderni morte seu obitu, illico & immediate ad hujusmodi novi prioris electionem procedere libere possimus, ac de gratia speciali, solitaque erga nos filios vestros & humiles oratores hujusmodi facultatem & licentiam exunc prout extunc concedere dignemini, &c. Exstant & aliæ fratrum ejusdem monasterii litteræ, quibus, tamen tunc sanctæ Catharinæ prioratus subjectus erat commendæ, rogant priorem, seu vicarium ejus, ut vacante per obitum Fr. Petri Rengier prioratu, fratrem Ludovicum de Lignes loco ejus electum confirmare dignetur. Datæ sunt anno 1571. Vigiinti post annis, cum volente rege Catholico Fr. Franciscus Petrart ordinis sancti Francisci alumnus & episcopus Calcedonensis ab iisdem fratribus Vallis Scholarium Montensis prior electus fuisset, hunc subprior sanctæ Catharinæ Parisiensis confirmavit hoc tenore: *Universis præsentibus litteris inspecturis. Nos frater Johannes Chailou sacra theologia professor, humilis subprior monasterii, seu prioratus B. Catharinæ Parisiensis, pater superior, visitator, corrector, & reformator prioratus beate Mariæ Vallis Scholarium oppidi Montensis a nostro prioratu immediate dependentis: Notum facimus, quod coram nobis personaliter constitutus Fr. Paulus de la Rue delator litterarum & procurator nominibus devotorum religiosorum in schedula electionis factæ ab ipsis, ad hanc præsentem annexa inscriptorum, prout de suo procuratorio fidei facti in promptu completentem, qui verbo tenus exposuit dictos religiosos via sancti Spiritus fecisse electionem de persona reverendissimi fratris Francisci Petrart episcopi Calcedonensis, ad regendum & gubernandum tam in temporalibus, quam in spiritualibus dictum prioratum; &c. Igitur præfatus procurator nomine procuratorio instanter & humiliter nos tanquam illius dicti prioratus superiore requisivit, quatenus dignaremur super confirmatione electionis dictorum religiosorum & consensum præbere & dare. Hinc visis & lectis litteris*

decreti hujusmodi electionis, auctoritate ordinaria, A qua fungimur in hac parte, Christi nomine prius invocato, electionem via sancti Spiritus factam de persona dicti reverendissimi confirmandam, admittendam, ratificandam & approbandam duximus, prout tenore presentium confirmamus, &c. habita ratione dignitatis, qua praefatus electus fungitur; idque pro hac vice tantum, nullatenus approbantes regis quamvis Catholici denominationem in pari casu fieri insolitam; ne quis iuribus & privilegiis dicta domus eo ipso in posterum derogetur, & suppletentes omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint, ac eidem reverendissimo fratri Francisco Petrari episcopo Cacedonensi de eodem prioratu cum iuribus & pertinentiis universis, si & quantum opus sit, de novo providemus, &c. Datum in dicto nostro B. Catharinae monasterio anno Domini 1591. 22. Septembris. Mitto plures ex hoc beatae Catharinae cenobio ad variarum ecclesiarum evectos praefecturas, plurimosque sacrae theologiae doctores & professores; quod nihilominus, ut rerum fors est, circa 1620. in tantum defecerat bonis fide spiritualibus, seu temporalibus, ut illud reformandum statuerit eminentissimus cardinalis de la Rochefoucault jam anno 1622. delegatus a summo pontifice ad reformanda tum ordinis S. Augustini, tum sancti Benedicti monasteria, licet monasterium beatae Catharinae non ante 1629. reformatum sit, accitis et sanctae Genovefae Paris. quod jam reformatum erat, monasterio fratribus; qui subinde turbati a Laurentio Michel abbate Vallis Scholarium generali, die 5. Augusti 1633. sanctioris consilii decretum obtulerunt, adeo ut vicissim anxius abbas totam suam congregationem uniri Gallicanae canoniconum regularium consenserit; qua ex unione major huius domus fuit gloria quam antea.

#### SERIES PRIORUM.

I. **GUIARDUS** prior innotescit ex obita 1254. inter capitulum S. Reguli Silvan. D & monasterium S. Vincentii in eadem urbe controversia, cujus arbitri Guiardus a capitulo, & a monasterio Guillelmus S. Genovefae Parisiensis camerarius electi Vincentianis canonicis fuerunt. Idem Guiardus dictus quondam prior S. Catharinae nominatur executor testamenti Odeline cujusdam viduae Petri Chair-de-Porc servientis regis in armis, *Sergent d'armes*, anno 1259. die Jovis post Trinitatem mense Junio.

II. Everardus, Evardus & Evaridus de Villaines, sic dictus a natali loco in ducatu Burgundiae, primus fuit ordinis sui doctor theologus, & eximius verbi divini praeco, cujus concionum extat E mss. volumen in bibliotheca S. Catharinae, maxime de festis sanctorum; sic inscribitur: *Incipit summa de festis, quam fecit frater Evardus quondam prior B. Catharinae Parisiensis, ordinis Vallis Scholarium, magister theologiae facultatis*. Is autem quatenus prior sanctae Catharinae auctor fuit aliorum prioratum ejusdem ordinis, B. Mariae de Montibus, S. Genovefae de Marciaeo, Parci de Haricuria & sancti Nicolai Laudunensis dicti ad Cordeillas, in quibus idcirco jus habuit prior sanctae Catharinae nominandi, aut certe confirmandi priores & amo-

veni, necnon illas domos visitandi. An. 1267. Clemens papa IV. rogavit episcopum Parisiensem, ut permitteret, si expedire videretur, Evrado polentici licentiam edificandi oratoria in grangis monasterii, ut fratres ad illa missi celebrare facrum vel audire possent intra sua claustra, ne sit ad parochias vicinas cogerentur accedere, eundo vel redeundo cum secularibus viris conversarentur. Eodem anno Evardus memor beneficiorum, quae vivente marito Valli Scholarium Parisiensi praestiterat Johanna uxor Nicolai de Trie, huic & Genovefae ipsius nepiti, cum post mortem Nicolai pauperes essent, largitus est duos annui redditus modios. Hoc autem obisse videtur anno, sepultus in medio chori sub tumba lapidea, quae sic olim erat inscripta, antequam auferretur, quando solum chori elatum est:

*Largus, amans, hilaris prior Everardus  
Sacra scriptura primum cathedravit in isto.  
..... cathedret per futura secula. Amen.*

De eo sic vetus habet necrologium domeslicum: *Nonis Maii anniversarium Evrardi de Villenis prioris nostri & primi magistri nostri in theologia.*

III. Gregorius cognomento Burgundus, haud dubie a patria, doctor jam anno saltem 1266. biennio post die 3. Julii vocatur doctor regens ac professor in theologia in testamento Johannis de Rua canonici ecclesiae Ambianensis, cujus alter executor eodem anno Sabbato post *Brandones*, hoc est post primam Quadragesimae Dominicam, appellatur *rector Vallis Scholarium*. Curavit anno sequenti 1269. omnia bona acquisita ab instituto cenobio morticini jure a sancto Ludovico donari mense Februario. Suppediavit ex suis fratribus, qui prioratum S. Georgii de Grangia inlitterent anno 1271. unde ipsius & successorum hunc in prioratum jurisdictione. De Gregorio sic habetur in veteri necrologio: *Anniversarium fratris Gregorii prioris nostri & magistri in theologia*. Sepultus est in medio chori prope decessorem cum hoc epitaphio: *Hic jacet frater Gregorius de Burgundia prior & professor in sacra theologia. Orate pro eo, ut ejus anima propitietur gloriae virginis Mariae filius. Amen.*

IV. Jacobus reperitur anno 1292. mense Octobri & 1293. mense Januario.

V. Laurentius de Dreux a natali solo dicecesis Carnotensis sic appellatur, regelatur anno 1304. qui superiore ex suis fratribus delegavit nonnullos, ad instituendum prioratum Regalis-loci prope Compendium, quem tunc Philippus rex cognomento Pulcher fundabat. Doctorem theologum fuisse discimus ex necrologio his verbis: *Anniversarium parentum, benefactorum & amicorum fratris Laurentii de Dreux magistri in theologia & prioris domus istius, de quorum bonis habuimus trecentas libras, quas posuimus in emione de Fonteneto & de Boissiac*. Cum vero pars illorum honorum emta sit anno 1302. & altera 1315. potuit Laurentius hoc toto tempore regere, ac proinde illi attribui potest institutio prioratus d'Ennemont fundati a Petronilla de Giriaco.

VI. Girardus cognomento de Troyes a patria,



de quo nihil reperitur præter hæc verba necrologii: *vii. calendis Octobris anniversarium fratris Girardi de Trevis prioris domus istius & magistri iu theologia.*

VII. Nicolaus priorem agebat 1338. mensis Aprilis, & capiti generalis habiti in Magna-valle definitorem, cum prioribus Henrico Spinofe-vallis, Nicolao de Landeviss, & Jacobo de Longojumello, qui omnes definerunt rogatu Magna-vallis aëtarum, annuente Guidone priore, ut decima de Montigny super Albam destinaretur vestimentis & calcamentis fratrum illorum.

VIII. Droco de Comtecon procuracionem dedit fratri Thomæ de Chastres mensis Julio anni 1338. Sedebat 1341. quo regina Johanna uxor Philippi Valesii anniversarium suum fundavit, & adhuc 1344. Sic ejus meminit necrologium ad 111. nonas Decembris: *Anniversarium fratris Droconis de Comtecon prioris nostri, & Thierrii sub-prioris nostri, necnon & parentum, amicorum & benefactorum suorum, qui de bonis suis nobis & ecclesie nostre emerunt & acquisierunt a Johanna dicta de Chalon quendam feodum apud Boissy, & partem quam habebat in furno, valentem circiter duodecim libras annui redditus, ordinantes quadraginta solidos super iis assumi pro pitantia die sui anniversarii fratris faciendæ, residuum autem prædicti redditus ordinaverunt pro infirmitate ad necessitatem infirmorum.* Rexit ad annum circiter 1351.

IX. Johannes I. de Camberonna permisit anno 1351. uni ex alumnis dare conventui in perpetuum quatuor libras annui redditus, quas illi parentes constituerant jam anno 1346. Obtinuit eodem anno 1351. privilegium a Joltanne rege, quod vocant *Committimus*. De Johanne priore sic habet necrologium: *Anniversarium magnæ honestatis viri fratris Johannis de Camberonna prioris istius domus & magistri in theologia, qui decessit anno Domini 1363. in vigilia beate Mariæ Magdalene.*

X. Raimundus vel Rainaudus ex subpriori anno 1351. eligitur prior 1363. unanimi consensu post obitum decessoris. Defunctus die 13. Septembris sepeliri voluit in claustro a parte capituli cum hoc epitaphio: *Hic jacet frater Remondus de Boissaco quondam prior devotus, qui decessit anno Domini 1363. in vigilia S. Crucis in Septembris. Orate pro eo.*

XI. Thomas de Chastres diu antea procurator, senex admodum electus prior in possessionem inductus est a priore de Pont vice prioris beate Mariæ in insula Trecenti, qui decem libræ solute sunt. Obiit die 9. Octobris 1363.

XII. Philippus de Massy, id cognominis sortitus a natali loco in diocesi Parisiensi, ex procuratore prior electus die 20. mensis Octobris, sodalium ferventium regis in armis sua in ecclesia insitendum curavit. Hic ille prior est, qui cum suo conventu defuncti anno 1364. Johannis regis deduxit sumas ad sanctum Dionysium in Francia. Obiit mensis Maio anni 1370. sub cujus regimine laxata erat de carnium esu disciplina.

XIII. Rohardus de Stagno, *d'Estain*, &

A aliquando Richardus, antea prior sancti Pauli Remensis, defuncto Philippo successit via commissi anno 1370. quem die 14. Junii Johannes de Bellin aëta sancti Nicolai des Cordelles in urbe Laudunensi vice prioris B. Mariæ in insula Trecenti in possessionem immisit. Tanta ejus erat exultatio, ut plurimi magnates illum testamentorum influerent executorum; puta Petrus d'Orgemont cancellarius Franciæ & Delphinatus, qui duabus in ecclesiæ sanctæ Catharinæ navi constructis capellis choro vicinioribus, ut probant ipsius insignia, inibi sepulturam elegit an. 1377. Guillelmus baro de Montmorency, Theobaldus de Bourmont baro de Manicamp, & ille celebris advocatus generalis Johannes des Marets. Obiit Rohardus 1398. aliquot ante decessum mensibus dimisso prioratu, sepultusque est a dextro latere principis aræ, hoc est a parte Evangelii, ubi delegerat sepulturam, sub theca, quæ continet brachium S. Catharinæ datum cum theca ex argento inaurato anno 1375. a rege Carolo Quinto. Rohardi tumba, quando templi elevatum est pavimentum, hoc epitaphio donata: *Cy gist religieuse personne frere Rohard prieur de ceans, qui gouverna l'espace de 28. ans, & trespassa l'an de notre salut 1398. Priez Dieu pour l'ame de luy. translata fuit ad latius meridionale transverse Crucis ecclesiæ.*

XIV. Petrus Bouenfant ex subpriori prior effectus 1397. primo regiminis anno Enguerandum de Marigny summum ararii regii præfectum ad clientelam excepit pro terris, quas in feodum apud *Chastres* tenebat a dominio, quod ibi possidebat prioratus sanctæ Catharinæ. Anno 1399. proprio nomine prædium aliquod emit octoginta librarum pretio. Cum aëctis ordinis sanctæ Crucis & cum fratribus a Caritate beate Mariæ dictis *Billettes*, precum iniit societatem anno 1412. die 28. Septembris. Defunctus est Petrus 1417. circa mensem Novembrem, ingenti D relicta successori pecunie summa.

XV. Johannes II. de Bourmont oriundus e castro de Manicamp in Picardia diocesis Suesionensis, filius baronis hujus loci, junior admissus in hoc monasterio, denato Petro successit electus 1417. die 6. Decembris. Difficillimis rexit temporibus ob civilia bella grassantia, aliis ab Anglo, aliis a Gallo stantibus. Ex horum erat numero Johannes, quem tandem Angli interceptum nonnisi magno soluto pretio dimiserunt circa 1427. Hinc alienata plurima prædia, indeque laxata disciplina regularis. Sux nihilominus dignitatis tenax Johannes jurisdictionem in prioratus sibi subiectos E exercuit, adeo ut Egidio Renier beate Mariæ de Montibus priore defuncto 1429. electum in ipsius locum fratrem Nicaïum des Gauchions confirmare curaverit 1430. itemque prioratum d'Ennemont vacantem obitu fratris Johannis Denys dicti Tornacensis die 20. Octobris 1432. fratri Johanni Renard contulerit. Adfuit funeri reginæ uxoris Caroli VI. apud S. Dionysium in Francia 1435. Grassante demum Parisiis peste Aurelianos petiit Johannes, ibique decessit 8. Maii 1438. postquam gubernaverat 20. annis, quinque mensibus & duobus diebus.

XVI. Johannes III. Maupoint Parisinus, electus sub finem Maii 1438. cepit regere prima die Junii. Magna licet prudentia præditus & industria, arduis tamen occurrentibus negotiis pene succubuit, plura coactus vendere, cum alienata recuperare cogitaret. Sed pace tandem restituta 1455. cepit res familiaris paulatim accrescere. Capituli definitior Johannes adfuit capitulo generali anni 1456. in quo monasterii S. Catharinæ visitatio interdixit priori beatæ Mariæ in insula Trecenti, demandata est Johanni Proth magnæ Vallis Scholarium superiori generali, qui circa id tempus una cum Johanne Maupoint & Johanne de la Barre priore d'Ennemont citatum ad cameram apostolicam S. Genovefæ Guidonem Bourdelot archidiaconum Piffiaci, quod prioratum d'Ennemont visitare vellet, compescuit, obta sententia a Johanne Fournier decano S. Marcelli vices abbatis S. Genovefæ agente, quæ damnabat illum centum argenti besibus, nisi ad locum edictum se fisteret, & ab intenta visitatione & procuracione abstineret. Ceterum studere Johannes in Universitate sub doctore celebri Thoma de Courcelles annis 1460. & 1461. non indignatus, fuit inde baccalaureus formatus in theologia, qui demum senio fractus & curis, vitam absolvit die xi. Novembris S. Martino sacra 1476.

XVII. Johannes IV. Nervet ex asceta sancti Eligii Vallis de Longo-Jumello, cum sortuito apud sanctam Catharinam Parisiensem solus repertus esset, qui celebrare missam coram Ludovico XI. rege valeret, ab eodem annumeratus est elemosynarius ordinarius an. 1474. dein electus prior sanctæ Catharinæ 1476. & in possessionem inductus a Johanne Payo priore beatæ Mariæ in insula Trecenti die 12. Decembris ejusdem anni. Sexto post anno 1482. cum per cessionem fratris Simonis de la Barre prioratus d'Ennemont vacasset, hunc fratri Petro Martin contulit. Interim evadit regi Ludovico XI. a sacris confessionibus; quare cum assiduus in aula, residere in prioratu non posset, regendum illum commisit subpriori Johanni Berthin, qui se vicarium & aliquando majorem vicarium Johannis Nervet dicebat, usque ad obitum regis an. 1483. quo sibi redditus & suis, interfuit capitulo generali an. 1485. tam discretus & prudens in eo vilus, ut unus e quatuor electus fuerit definitioribus, & circa 1490. Juliaci abbas in diocesi Meldensi electione fratrum coopatus. Hac de præfectura dicemus alias. Qua vero sanctæ Catharinæ prior fratrem Johannem le Tort electum priorem Vallis sancti Eligii 1491. & post hunc Johannem de Court, al. de la Cour similiter electum 1500. confirmavit: cujus iidem loci fratrem Balduinum le Maire priorem nominavit anno 1504. Idem quoque Johannes episcopus Megarensis in partibus infidelium creatus summo pontifice, adfuit eo nomine anno 1503. 21. Maii Stephano Poncher capientem possessionem episcopatus Parisiensis, & postea solemnii convivio sedens a dextris Stephani cum episcopis Bellovacensis & Appamiensis, atque abbatibus S. Genovefæ & S. Victoris Parisiensis, sedentibus a sinistris Carnotensi & Leutenenti

præfulibus cum abbate S. Dionysii in Francia. An. 1507. fratres Vallis Scholarium apud Montes Hannoniæ petierunt ad eo facultatem eligendi priorem, uti supra diximus in proemio. Prima Dominica mensis Septembris anni 1511. qua suffraganeus episcopus Parisiensis consecravit ecclesiam parochialem S. Crucis in civitate, cum tribus ejusdem ecclesie altaribus. Claufrum prioratus S. Catharinæ de novo ædificavit, & pariter oedum pro separando a navi choro, & sedilia chori qualia sunt hodie, sua in duobus præcipuis expressa effigie. Denique obiit die 10. Novembris 1525. regiminis anno quinquagesimo, sepultus in fœduario a latere Epistolæ ex adverso sepulcri Ruardi prioris, sub tumba elata, quæ illum in pontificalibus exhibet.

XVIII. Philippus Hurault filius Jacobi domini de la Grange, de Cheverny, de Vibraye, baronis d'Huriel, comitatus Blesensis gubernatoris & regis Ludovici XII. apud Helvetios legati ex Maria Garandeu, profectus regulam sancti Benedicti in abbacia Turpeniaci diocesis Tironensis, primus fuit sanctæ Catharinæ Parisiensis prior commendatarius & abbas Majoris monasterii, Burgulii & S. Nicolai Andegavensis. Anno 1526. die 26. Octobris procuratorem, seu vicarium hoc in prioratu constituit fratrem Leonardum Cheron priorem curatum d'Espinau ad Sequanam. Obtinuit anno 1533. rescriptum apostolicum a Clemente papa VII. inscriptum Philippo le Bel abbati sanctæ Genovefæ tanquam apostolicorum privilegiorum conservatori pro quibusdam priorum inter & conventum sanctæ Catharinæ & curionem de Boissy & Egly de grossa dictæ parochiæ decima litibus definiendis. Vivere desit 12. Novembris 1539. conditus in capitulo Alborum mantellorum sub nigro marmore, ubi hæc olim epigraphæ legebatur: *Philippe Hurault abbé de Marmouster, de Bourgueuil & de saint Nicolas d'Angers, qui deceda le 12. Novembre 1539. est icy dessous enterre.* Hic nulla fit S. Catharinæ prioratus mentio, quem, ut videtur, sequenti resignaverat.

XIX. Tullanus de Hocedey episcopus Tullensis & abbas commendatarius Hunocurii, Trium fontium & Gorziæ, necnon prior Caroli loci, prioratum sanctæ Catharinæ jam obtinebat anno 1535. ut liquet ex ipsius facta visitatione a Johanne Benoist abbate generali magnæ Vallis Scholarium anno 1554. in qua Tullanus quingentis multatus est libris, applicandis urgentioribus domus necessitatibus, quod prioratus quem tenebat a decem & octo annis reparacione neglexisset. Quapropter abdicavit in gratiam sequentis anno circiter 1560.

XX. Antonius Minard clericus secularis cessione Tullani prior effectus bona prioratus inter se & conventum divisit anno 1564. Defecit anno sequenti die 24. Julii sepultus hoc ipso die hora septima vespertina; post quem

Johannes Hamelin ex subpriori & antea procuratore eligitur a conventu suffragiorum pluralitate die 27. Julii 1565. verum hanc electionem suam haud sortitam effectum fuisse, probare videntur ad manum regis bona prioratus apposita.

XXI. Martinus de Soufpite nominatus a rege & inductus in possessionem menſe Junio anni 1566. obiit menſe Sept. ejuſdem anni. Vacabat adhuc prioratus die 3. Martii 1567. bonis interea regis ad manum apoſſitis.

XXII. Franciſcus I. de Bernes juris doctor, regi a conſiliis & elemoſynis, ortu Turineuſis in Pedemontio, regia ſchedula prioratum hunc affectus, favore, ut videtur, cardinalis de Birague, quem attingebat cognatione, apprehendit poſſeſſionem anno 1567. quem anno ſequenti de reparationibus monuit conventus. Reſiit uſque ad obitum, qui contigit anno 1593. Dein ſolemniſter quidem electus eſt a capitulo Godefridus Hardi ex ſubpriori, qui & abbas erat beate Mariæ de *Doudeauville* ordinis ſancti Auguſtini diœceſis Boloniensis in Picardia; qui & a duce Meduaniensis hæc electio non improba fuit, ſed anno 1594. majoris conſilii decreto reſciſſa eſt menſe Junio, & ab rege Henrico IV. nominatus

XXIII. Nicolaus de Bologne, qui confirmatus fuit eodem decreto.

XXIV. Stephanus de Bologne e nobili juxta & antiqua progenie ſatus in agro Baſſiniaci, capellanus ordinarius regis Henrici III. ejuſdem morientis ad preces ſacram excepit conſeſſionem. Idem quoque Henrici IV. capellanus ordinarius, prior ſanctæ Catharinæ reperitur anno 1598. & 1603. die 16. Februarii, qui & Livriaci abbas, ut diximus.

XXV. Ludovicus de Bologne regi fuit ab elemoſynis & primus ſereniſſimi Delphini elemoſynarius, ac prior ſanctæ Catharinæ 1603. 9. Maii & 1608. quo anno majus alienavit reſectorum ad uſus profanos. Exinde fuit episcopus Diniensis, retento prioratu uſque ad annum circiter 1618.

XXVI. Raphael de Bologne ceſſione Ludovici prioratum adeptus circa 1618. fuit paulo poſt episcopus Megarensis, coadjutor Diniensis & prælatuſ aſſiſſens Romanæ ſedis, ac denique Ludovico deſuncto episcopus Diniensis. Poſſedit prioratum uſque ad annum 1655. quo cum Gabriele de Boiſleve episcopo Arauſicano paſſionem de illo fecit.

Gabriel de Boiſleve episcopus, inquit, Arauſicanus, ex paſſione prædicta obtinuiſſe viſus eſt hunc prioratum, ſed conſperta fraudulentia, prioratu cecidit.

XXVII. Franciſcus II. Servien episcopus Bajocensis ſub onere ſex mille librarum decepto Raphaëli de Bologne ſolvendarum, prioratu per biennium potius eſt ab anno 1656. jam abbas ſancti Jovini de Mamis. Mortem oppetiit anno 1659. die 2. Februarii.

XXVIII. Auguſtinus Servien ſilius N. Servien ſummi ærarii tribuni, frater marchionis de Sablé & duciſſæ de Sully, prioratus per obitum Franciſci vacantis, a rege nominatus, bullas obtinuit 15. Junii 1659. Obiit 7. Octobris 1716. ſtatimque ſanctioris conſilii decreto 8. Novembris 1716. prioratus reditus recens Converſis deſtinati ſunt loco abbatæ ſancti Victoris.

XXIX. N. de Chalot protopraſes Parlamenti *Tomus VII.*

Metensis, nepos ex ſorore Jacobi Benigni Boſſinet Meldensis episcopi, amiſſa conjuge clericus, prior ſanctæ Catharinæ a rege nominatus 30. Aprilis 1719. bullas obtinuit 28. Septembris, poſſeſſionem per procuratorem iniiit 10. Decembris & ceſſit 24. eorumdem menſis & anni, donatus a rege abbatia ſancti Arnulphi Metensis, ejuſdemque bullis; quo cedente, reſtituti ſanctioris conſilii decreto 10. Februarii 1720. recens Converſis prioratus reditus.

XXX. Johannes Carolus Portail natus 19. Novembris 1676. parentibus Antonio conſiliario Parlamenti Pariſienſis & Magdalenæ le Nain de Tillemont, fraterque natu minor protopraſidis ejuſdem Parlamenti, præbiter Oratorii ſacras ad regem Quadrageſimæ Pariſius an. 1722. orationes habuit. Canonicus eccleſiæ Pariſienſis 9. Nov. 1724. ceſſit menſe Decemb. 1728. Prior ſanctæ Catharinæ menſe Junio 1727. obiit 28. Maii 1739.

XXXI. Aimardus Chriſtianus Franciſcus Michael Nicolai frater protopraſidis cameræ computorum (octavi aut noni cognominis) religioni Meliteuſi primum dedit nomen. Prior S. Catharinæ a rege deſignatus 31. Auguſti 1739. poſſeſſionem iniiit die Dominica 8. Nov. factuſque eſt eccleſiæ Pariſienſis canonicus 7. Decembris anni ejuſdem.

## VALLIS SANCTI ELIGII.

LE VAL DE S. ELIOT.

Ordinis quondam Vallis Scholarium prioratus Vallis ſancti Eligii condi cepit anno 1234. quatuor ab urbe Lutecia leucis, in valle media inter Longum-gemellum & Challiicum, *Chilly*, a Johanne de Drocis ex ſtirpe regia, cognominato *de Breune*, & uxore Aleide comitiſſa Matſiconenſi, qui cum prole carerent, Deum partis honorum heredem conſtituere animis propoſuerunt, utque pium illud propoſitum exſequerentur, e cœnobio Vallis Scholarium ſanctæ Catharinæ Pariſienſis obtinuerunt fratres, probante hoc ipſo anno Guillelmo Pariſienſi episcopo, qui & a fundatore datum curioni Challiaci indemnitate loco dimidium jugerum prati confirmavit. Mortuo 1239. pio fundatore, Aleis vidua monialem induit in cœnobio ſanctæ Mariæ Regalis, vulgo *Maubuiſſon*, quam hinc eduxit Blancha regina, ut primam Liliæ ſecus Melodunum crearet abbatifſam. Valli ſancti Eligii munificum ſe præbuit Petrus de Brenne Challiaci toparcha, natu major Johannis fundatoris frater an. 1243. menſe Maio & menſe Julio 1248. cujus chartarum alterutra ſic incipit: *Petrus de Brana omnibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem. Noverit univerſas veſtra, quod cum Johannes frater meus bonæ memoriæ quondam Matſiconenſis comes ſurnum in villa Longi-jumelli, &c. Obiſſe Petrum Britannicæ quoque comitem non 1250. ut ſcribit auctor hitoricæ genealogicæ magnatum Franciæ, ſed anno ſaltem 1249. inuit charta Johannis ejus filii Britannicæ ducis & comitis de Richemont cognomento Ruſſi hoc anno menſe Aprilii laudatam patris donationem confirmantis in hæc verba: Johannes dux Britannia ac comes de Richemont. Noverint univerſi, quod dominus pater noſter Petrus de Brana dedit in puram elemoſynam prioratus de*

*Challiaci & fratibus ordinis Vallis Scholarium Deo ibidem servientibus, quadraginta libras Parisienses annui redditus, eisdem fratribus persolvendas singulis annis in redditu praposturæ de Challiaco, &c.* Exstant solendis a Britannia fororis prædicti Johannis, nuptæ Hugoni dicto *le Brun* comiti Marchiæ & Engolismæ, Challiaci & Longi-gemelli toparchæ, tria in gratiam prioratus sancti Eligii documenta annorum 1258. 1267. & 1271. eorumque filii & heredis Hugonis Marchiæ, &c. comitis anni 1284. mense Februario. Sanctus quoque Ludovicus rex Franciæ litteris datis anno 1270. in castris Aquarum-mortuarum *priori & fratribus sancti Eligii*, omnia illorum bona & dominia divini amoris intuitu & pro remedio, inquit, *animæ nostræ & animarum in christa recordationis regis Ludovici genitoris nostri & reginæ Blanche genitricis nostræ* morticini jure donavit. Johannis a Britannia & uxoris Eremburgis litteræ datæ mense Septembris anni 1266. sic incipiunt: *Officialis curiæ Parisiensis, &c. Noverint universi, quod in nostra presentia constituit Johannes de Britannia & Eremburgis ejus uxor, & Odo de Britannia frater dicti Johannis recognoverunt pro se & pro fratribus suis concessisse religiosis viris priori & fratribus Vallis sancti Eligii, &c.* Eorundem Johannis & Odonis de Britannia litteræ habentur in gratiam ejusdem prioratus an. 1272. Qui quidem Odo non alius esse videtur ab Odone dicto *domino de Britannia* in duabus chartis annorum 1275. mense Febr. & 1277. mense Junio, quibus una cum conjugè Isabelli, dicta *Domicella* prioratui de Longo-gemello gratificatur. Philippus Pulcher rex Franciæ commutatione toparchæ Challiaci effectus, anno 1309. mense Maio prioratui sancti Eligii dat singulis annis quadraginta quatuor lignorum vehes. Maria de Chatillon dicta *Blensis*, regina Jerusalem & Siciliæ, Challiaci & Longi-gemelli domina, vidua Ludovici I. Siciliæ & Jerusalem regis, Andiumque ducis anno 1389. de prioratu Vallis sancti Eligii benemerita est; quam & imitatus est filius ejus & heres Ludovicus II. rex Jerusalem, &c. die 1. Maii 1405. patremque Renatus rex Jerusalem, 3. Apr. 1453. presentibus Johanne Perrot eidem a confessionibus, &c. 1472. & 1474. 13. Maii. Erat Johannes Perrot, seu Proth tunc superior generalis ordinis Vallis Scholarium, ac proinde primus superior S. Eligii de Longo-gemello. His benefactoribus adde Radulfum episcopum Ebroicensem, qui datis anno circiter 1267. nonaginta terrarum jugeribus, aliisque redditibus, defunctus anno 1269. sepultus est in ecclesia sancti Eligii de Longo-jumello; necnon Berardum de Mercoeur Challiaci toparcham & Campaniæ stabuli comitem, qui 1305. capellam suam in castro jam an. 1185. fundatam a Roberto Drocensi primo comite filio regis Ludovici VI. & ab Agnetæ conjugè prioratui Vallis sancti Eligii contulit & annexit. Ceterum domus hæc primatum tenet antiquitate inter alias octo, quæ matrem agnoscunt sanctam Catharinam Parisiensem. Gallicanæ vero adjunctæ est congregationi anno 1662. volente Johanne d'Essiat priorè commendatario; qua de unione jam anno 1638. initium erat concordatum inter Carolum

A Faure abbatem coadjutorem sanctæ Genovefæ & sancti Eligii canonicos. Vix illuc inducti sunt reformati canonici, cum de renovandis ædibus cogitarent, excitante Johanne priorè & adjuvante, qui maxime studuit ecclesiam decorare, cum interim pater Jacobus de Caumartin pronepos sigillorum custodis Ludovici de Caumartin, canonicus sanctæ Genovefæ & prior claustralis sancti Eligii quinquaginta annis cetera ædificia modesta quidem sed lauta de novo excitaret.

## PRIORUM INDICULUS.

I. **G**ALTERIUS prior Vallis sancti Eligii a priore S. Catharinæ Parisiensis institutus 1235. prima nominis littera G. memoratur in charta mensis Decembris 1249. quæ sic incipit: *Frater Andreas domus sancti Maturini Parisiensis ordinis S. Trinitatis & captivorum minister humilis, totusque ejusdem loci conventus, ac frater G. domus Vallis sancti Eligii juxta Challiacum ordinis Vallis Scholarium dictus prior, & totus conventus ejusdem loci, notum facimus, quod cum defunctus magister Robertus de Duaco, &c. Robertus de Duaco prædia sua Challiaci indivise legaverat partim fratribus Maturinis apud Parisios, partimque prioratui sancti Eligii, quorum superiores dicta venderant prædia Radulfo de Capriaco archidiacono Parisiensis, qui postea factus episcopus Ebroicensis huic prioratui non desistit benefacere, tandemque in eo sepultus est. Galterius vero prior Vallis S. Eligii subter Challiacum ordinis Vallis Scholarium una cum Reginaldo Parisiensis episcopo fuit executor testamenti Petri de Brana Britannicæ comitis anni 1260. mense Julio, ut liquet ex charta in append. relata. Obiit 1287. hoc in ecclesiæ choro priusquam renovaretur, decoratus epitaphio:*

*Qui videt hunc lapidem, Gualterum noscat eidem Subditi, qui pridem prior esse solebat ibidem: Hic exers fastus, prudens, discretus, honestus, Carne fuit castus, animo pius, ore modestus. Salvat eum Dominus, qui tempore mille trecento Sex septemque minus illatus in hoc monumento.*

II. Petrus de Triangulo, de Trainel, sic a natali solo, ut videtur, nuncupatus, anno 1297. interfuit capitulo generali præsidente Laurentio de Doulengy, in quo fuit tertius definitor. Anno 1320. sancti Ludovici de Regali loco ejusdem ordinis Vallis Scholarium prope Compendium dioecesis Sueffionensis fratres archiorem cum Sancteligianis de Longo-jumello societatem inierunt oblato supplici libello, qui sic incipit: *Venerabilibus in Christo patribus & fratribus dilectis in Christo fratri Petro de Triangulo priori domus sancti Eligii subter Challiacum ordinis Vallis Scholarium Parisiensis diacestis, &c.*

III. Jacobus I. forsitan idem ac *Jacobus de Vertuto*, qui 1288. sanctæ Catharinæ Parisiensis canonicus in recensione hoc anno facta bibliothecæ penultimus nominatur. Jacobus autem superior sanctæ Catharinæ memoratur in testamento Guillelmi d'Arcus archidiaconi Theonasciæ in ecclesia Laudunensi, qui prius fuerat præceptor regis Philippi Pulcri, facto 1314. in gratiam abbatiæ sanctæ Genovefæ. Denique prior sancti

Chart. XII.  
col. 280.

Eligii de Longo-jumello adest capitulo generali A habito 1338. in quo fuit defunctor, ut dictum est tom. 4. col. 785.

IV. Simon I. reperitur 1366. in nonnullis S. Catharine documentis.

V. Robertus I. Alemanni *Lallemant* aucta S. Catharine, prior S. Eligii occurrit 1372. in compromisso ratione feodi fitti apud Louans moventis a prioratu S. Eligii, inito coram Hugone Aubriot preposito Parisiensi.

VI. Johannes I. de Pregny 1376. die 4. Januarii.

VII. Guillelmus I. de Villeron sic appellatus a vico diocesis Parisiensis, erat prior an. 1393. B

VIII. Innocentius Molet 1416.

IX. Simon II. le Mignan professor in cœnobio sanctæ Catharine, prior evasit sancti Eligii anno saltem 1436. Fuit inde prior sancti Georgii de Grangia diocesis Senonensis, sub S. Catharina Parisiensi annis 1443. & 1450.

X. Johannes II. de la Tour nominatus prior a Johanne Maupoint priore S. Catharine anno 1442. adhuc reperitur 1449. & 1450. quo Petrus Murach Sancteliganus canonicus a laudato Johanne Maupoint renunciatus est prior sancti Georgii de Grangia in diocesi Senonensi.

XI. Guillelmus II. Gaudouil dictus de Firmi- C tate, *de la Ferrière*, solum tunc subdiaconus ad prioratum assumtus est a præfato Johanne Maupoint 1467. Eo sedente Renatus Sicilie rex & Jerusalem, necnon Audium dux leprosarum domum S. Laurentii, cujus tanquam dominus Challiaci patronus erat, gratia Johannis Proth seu Perrot filii a confessionibus Vallis Scholarium præpositi generalis, annexuit prioratui Vallis sancti Eligii. Adhuc præfatus 1477.

XII. Johannes III. Girard modo dictæ lepro- D farie domus possessionem accepit die Dominica 10. Augusti 1477. presentibus Roberto Polla curione Challiaci, & Johanne Havorque parochia de Champlant. Prior supererat 1478. ex charta commutationis factæ cum nobili viro Johanne de Milliaco & domicella Florentia d'Onzonville.

XIII. Johannes IV. le Tort fodalium suffragis electus 1491. confirmatus fuit a Johanne Nervet priore sanctæ Catharine.

XIV. Johannes V. de Court anno 1500. electus similiter a fodalibus.

XV. Balduinus le Maire professor S. Catharine nominatione Johannis Nervet prioris hujus cœnobii evasit prior sancti Eligii, quo nomine reperitur 1504. & 1514.

XVI. Johannes VI. Finet in cœnobio iudem sanctæ Catharine professor, ab eisdem priore Johanne Nervet dictus est prior sancti Eligii anno 1514.

XVII. Nicolaus I. Boutard professor quoque in domo sanctæ Catharine Parisiensis, & ejusdem subprior 1506. & 1512. prioratum sancti Eligii obtinebat 1515. quem ob litem cum toparcha Challiaci, Antonio, qui sequitur, resignavit anno 1520.

XVIII. Antonius I. de la Vernade licentiatu *Tomus VII.*

in legibus, Caroli & Petri libellorum supplicum olim magistrorum confanguineus, Nicolai superioris cessione prioratum sancti Eligii affectus titulo commendæ, annis 1523. & 1525. terras ab eo pendentes sub annuo vectigali variis conductibus dimisit, quas omnes singulis annis festo sancti Eligii recurrente tam hiemali prima Dec. quam æstivali 25. Junii, offerre voluit cereum et cera nova floribus instructum, & adesse his duobus festis, utriusque vesperis, missæ & processioni virgam albam manu gerentes pignus recogniti dominii prioratus Permutavit cum sequenti.

XIX. Nicolaus II. de Beze Senator Parisiensis 1515. Stampensis quoque archidiaconus in ecclesia Senonensi, titulo prioris S. Eligii gaudebat anno 1527. quo dimisso, diem clausit extremum 29. Novembris anno 1532. sepultus ad sanctum Colman Parisiensem in ecclesie navis, cum hoc epitaphio: *Cy gist noble & discrete personne M. Nicole de Beze en son vivant seigneur de Celle & Chlonne en Dornoyois, archidiaque d'Etampes en l'eglise de Sens, conseiller du Roy notre frere en la cour de Parlement, qui deceda le 29. jour de Novembre 1532.* Undecim post annis nepos ex fratre Theodorus de Beze illi parentavit Latino carmine, quod incisum in tabula marmorea, primæ pilæ extra chorum ad dextram collocatum est.

XX. Audebertus & Aubertus de Beze filius Petri ballivii Vezeliacensis & frater famosi illius Theodori de Beze, Nicolai patris cessione prioratum Vallis sancti Eligii obtinebat anno 1542. ex charta initæ compositionis die 2. Septembris hujusce anni in Castello Parisiensi cum Superana d'Angoulesime tunc vidua Michaelis Gaillard toparchæ Challiaci & Longi-jumelli. Obiit 1544. Post hunc Franciscus Fouet prioratus S. Catharine Parisiensis alumnus, nominatus quidem est prior Vallis S. Eligii die 5. Aprilis 1544. a Tuffano de Hodecey priore commendatario S. Catharine, sed cardinalis de Bellayo episcopus Parisiensis, quo jure, non liquet, priorem nominavit Natalem Jaquesson canonicum regularem diocesis Catalaunensis, quo suum jus dimittente in manibus Petri le Veau vicarii generalis dicti sanctæ Catharine prioris, & curionis sancti Clementis de Credonio in Andibus, hic anno 1546. renunciavit priorem qui sequitur.

XXI. Theodorus de Beze natus Vezeliaci 24. Junii 1519. patre Petro hujus loci ballivio, sicque frater Audeberti superioris, de quo intelligendum videtur quod Theodorus scribebat diu post ad Melchiorem Volmar: *Ex fratris morte auctiores mihi reditus facti.* Addit autem hac in ipsa epistola se plurima opima beneficia possidere. In placito Parlamenti in ipsius gratiam mensè Aug. anni 1546. vocatur *magister Deo . . . de Beze prior sancti Eligii.* Nempe appellabatur *Deodatus*, quod Latinum nomen Græcum *Theodorus* reddit. Et certe illius carminum editio quædam Adeodati nomen præ se fert. Vendidit Theodorus prioratum sancti Eligii filio Michaelis Gaillard toparchæ Longi-jumelli; sed incausum, aut certe ad breve tempus.

XXII. Antonius II. Herouet episcopus Di-  
nienfis, abbas Sacre cellæ & prior sancti Eligii  
anno 1552. de quo vide tom. 3. col. 1132.

XXIII. Renatus de Saincton vel Sanneton  
senator Parisiensis 1556.

XXIV. Robertus Paulmier canonicus ecclesie  
Parisensis, qua prior sancti Eligii senatusconsultum  
obtinuit die 5. Martii anni 1557. in quo  
dicitur presbyter. Jacet in choro S. Eligii mortuus  
1569. quo anno frater Johannes de Sacy  
sanctæ Catharinæ Parisiensis alumnus, designatus  
prior dicitur, forte ob aliquem in resignatione  
Roberti defectum; nam

XXV. Jacobus II. Brisart senator Parisiensis B  
præerat jam anno 1568. & adhuc 1587.

XXVI. Claudius de Reuil gratia proavunculi  
Martini Ruzé de Beaulieu Challiaci & Longi-  
jumelli toparchæ, regi ab sanctioribus commen-  
tariis, prioratum sancti Eligii adeptus, eo potie-  
batur annis 1607. & 1608. Fuit etiam abbas  
de Hibernali anno 1622. tun episc. Baionensis,  
ubi vide tom. 1. col. 1321. ac demum Ande-  
gavensis post Guillelmum Ruzé alterum proavun-  
culum, fratrem scilicet memorati Martini.

XXVII. Johannes VII. Alart d'Esplan ortus  
e nobili gente, quæ circa id tempus summum  
militarium hospitiorum designatorem habebat, C  
prior erat sancti Eligii anno 1622.

XXVIII. Henricus Coëstier, dictus *Ruzé*  
*d'Essiat*, prior erat 1630. quo Johannes le Roy  
prior claustralis sive subprior sancti Eligii hanc in  
domum primigenium Vallis Scholarium institu-  
tum revocare animo proponebat, uti tom. 4. col.  
790. dictum est. Henricus postea notus marchio-  
nis de Cinquars nomine, major equitis Franciæ  
præfectus Lugduni capite truncatus est 12. De-  
cembri 1642.

XXIX. Johannes VIII. d'Essiat natus 1622.  
Henrico fratri successit in prioratu S. Eligii anno  
1635. Ambo parentes habuerunt Antonium D  
Coëstier dictum Ruzé marchionem d'Essiat, ma-  
rescallum Franciæ, regiorum ordinum equitem  
torquatum, Challiaci, Longi-jumelli, &c. topar-  
cham, & Mariam de Fourcy. Præter hunc priora-  
tum Johannes habuit abbatias Trium-fontium &  
sancti Saturnini Tolosani, qui & clarior reculato  
archiepiscopatu Tolosano, decessit Parisiis in Ar-  
mamentario 18. Octobris 1698. sepultus 25.  
ejusdem mensis in ecclesia prioratus S. Eligii infra  
sanctuarium cum epitaphio sequenti, quod insig-  
niora ipsius facta commemorat, a quibus ideo re-  
censendis abstinuius.

*Hic jacet*

*Illustrissimus D. D. Joannes Ruzé d'Essiat*

*Abbas sancti Saturnini Tolosensis*

*Triumque fontium, & hujus ecclesie*

*Prior commendatarius.*

*Vir familia splendore, formæ elegantia;*

*Maturitate judicii, morum suavitate*

*Præclarus, at religione, fide;*

*Effusa in pauperes charitate longe præstantior.*

*Quam dilexit decorem Domus Dei;*

*Hujus altaris exquisita constructio,  
Totius pene reparatio & ornatus templi,  
Sex canonicorum ad divina petagenda  
Superaddita institutio, æternum prædicabant.*

*Tot, aliisque meritis insignis*

*Obiit anno atatis 77. 1698. die 18. Octobris*

*In perpetuum tanti viri memoriam*

*Hoc grati animi monumentum*

*Cum lacrymis posuere canonici regulares*

*Hujus ecclesie.*

*Requiescat in pace.*

XXX. Joseph de Beaufort presbyter, frater  
celebris Eustachii de Beaufort abbatis & reforma-  
toris abbatie Septem-fontium ord. Cisterciensis,  
curante inprimis Ludovico Antonio de Noailles  
Parisienfi archiepiscopo, qui tunc ignorabat penes  
priorum sanctæ Catharinæ prioratum sancti Eligii  
esse collationem, a rege nominatus accepit pos-  
sessionem mense Januar. 1699. Cum autem rex,  
qui semel contulerat hunc prioratum, ejus tamen  
haud haberetur patronus, illum Joseph resignavit  
anno 1711. Petro Francisco Deshayes canonico  
regulari S. Genovefæ, sed post mortem Josephi,  
rex prioratum consulit sequenti, qui eo potitur.

XXXI. Petrus Franciscus de Blot Chauvigny  
canonicus & comes ecclesie Lugdunensis prioratu  
gaudet ab anno 1711. ad hunc 1741.

#### S. PETRONILLA DE VILLULA.

SAINT  
PERRINE  
DE LA  
VILLETTE

NON a Philippo Pulcro Francorum rege, ut  
Sammarthani placuit, fundatus parthenon  
S. Johannis Bapt. de Vineis, dictus quoque sanctæ  
Petronille a reliquis ejusdem ibi depositis, quippe  
cui Ludovicus VI. certam ligni quantitatem con-  
cessisse fertur. Alius repetenda videntur ejus exor-  
dia, ad annum scilicet 1240. quo in Compendienfi  
sancti Germani suburbio in capellis & domibus a  
fratribus Minoribus in vineto constructis confede-  
runt religiose mulieres, ut sub abbatissa canonicæ  
conversarentur, quibus Ludovicus IX. viginti li-  
bras annui redditus largitus est. Harum quoque  
possessiones adauxit Ludovicus XI. Herbertus  
dictus *Herboilles* civis Compendienfis condito an.  
1275. testamento perpetuum fundavit capellani-  
am. Varias variis temporibus mutavit sedes hic  
parthenon: exciso enim priore domicilio, tran-  
sierunt religiose ad eremum, quam in media silva  
Compendienfi dedit eis loci cultor, quem e familia  
regia oriundum tradunt. Cum autem ab insidiis  
tutus minime videretur hic locus, domum Com-  
pendii viri nobiles & pii compararunt, quam eo  
libentius concessit Ludovicus XIII. quod prima  
sedes commodis regis cessisset. Vendita itaque  
3000. libris eremo, novam intrarunt domum  
religiose die 4. Januarii 1626. votisque, quæ  
coram episcopo Sueffionensi renovarunt 10. No-  
vembri 1627. adjecerunt votum intra claustra  
monasterii sese continendam. Tunc autem tem-  
poris 3015. libris annui redditus potiebantur. Sed  
angustiori include domo, Parisios translationem  
ab episcopo suo postularunt 10. Aprilis 1645,  
qua obtenta, emerunt domum in Villula vico

Parisiensis S. Laurentii suburbii 35400. libris, e quibus marcellus de Bassompierre solvit 16000. partem summæ 36000. librarum, quam pro filia sua loci alumna pollicitus fuerat. Illic tandem solemniter ab archiepiscopo Parisiensi constituta 118. Julii 1646. ad electionem priorissæ processerunt, juxta regulam ad usus suos accommodatam, quam a S. Stephano Remensi mutuatam prius impoluit eis episcopus Sueffionensis, ea lege, ut tam decimas in diocesis Sueffionensi & Parisiensi, quam procuratorem Sueffionensi episcopo solverent. Pleraque e necrologio & chartulario habes abbatissas.

#### ABBATISSÆ

I. AGNES præerat an. 1240. Superstes adhuc anno 1270. quam defunctam subsequenter sex abbatissarum, chartis bello deperditis, nomina excederunt.

II. Maria I. de la Potiere 1410.

III. Anastasia 1434.

IV. Eudelina Garcé Remensis de licentiâ episc. Sueffionensis in possessionem S. Johannis Baptistæ extra Compendium immissa est a priore S. Cornelii Compendiensi 28. Aprilis 1439.

V. Margareta I. de Chauille 1460.

VI. Alis, seu Alipdis la Clergesse 1486. defuncta circa 1497.

VII. Catharina la Gachie 1506. mortua est circa 1525.

VIII. Margareta II. Fauvel de Bassac Catharina sepulta statim successit electa, ut videtur, a capitulo. Benedictionem percepit 24. Augusti 1525. Ambiani de licentiâ episc. Sueffionensis. Obiit 1564. dicta in necrologio abbatissa xv.

IX. Maria II. de Barthelemy nobilis in ecclesia Noviomensi benedictione donata est 10. Febr. Cessit sequenti.

X. Claudia de Franciere per cessionem Mariæ a summo pontifice confirmata anno 1550. D peste interit an. 1562.

XI. Maria de Barthelemy, quæ Claudie cesserat, ejusdem defunctæ locum sumisit, electa secundum 29. Novembris 1562.

XII. Johanna Viole 1576.

XIII. Cecilia le Picart 1597. qua abbatissa, translatus parthenon e suburbio Compendiensi sancti Germani ad erenum in media silva Compendiensi ab ipso incola donatam. Obiit 1600.

XIV. Francisca de Harlay (forte filia Ludovici de Harlay de Cesy & Ludovicæ Stuart de Carr) possessionem inivit 1598. Rexit 14. annos, e vivis sublata 23. Martii 1614.

XV. Anna de Harlay de Cesy filia Johannis de Harlay toparchæ de Cesy & de Thesine, ex Anna du Puy, Francisca amixæ successit & possessionem adeptæ est 7. Junii 1614. defuncta 1616.

XVI. Carola I. de Harlay Benedictina Geraciæ monialis a Ludovico XIII. nominata, Annam forem excepit, possessionemque apprehendit 14. Julii 1616. A rege ex eremo memorata in domum apud Compendium con-

paratam, & postea in vicum de Villula prope Parisios transferendum parthenonem impetravit. Fato fungitur 14. Augusti 1662.

XVII. Carola II. de Harlay Philippo de Harlay & Maria de Bethune parentibus orta, amixæ coadjutrix annos nata 23. benedictionem percepit a Rogerio fratre episcopo Leutenvensi mense Maio 1666. in ecclesia Minimorum plateæ regalis, adstantibus Montis martyrum & sancti Stephani Remensis abbatissis. Obiit 15. Januarii 1688. ætatis 74.

XVIII. Renata Susanna de Longeuil de Maisons filia Johannis prædis insulati in Parlamento Parisiensi & Ludovicæ de Fieubet, monialis Malodunensis, Carolæ data coadjutrix anno 1678. eidem successit 16. Januarii 1688. Coadjutricem & ipsa accepit Mariam Gabrielidem Elisabetham de Vignerot du Pleffis Richelieu, postea Thesauri abbatissam. Obiit Renata 28. Martii 1733. annum agens 76.

XIX. Ludovica Francisca du Vivier de Tournesort jam sanctæ Genovefæ Calloelli \*, sanctæ quoque Petronillæ de Villula post Renatam Susannam a rege nominata est abbatissa, ut in unam utraq; abbatia coalesceret, & sancta Petronilla cum re & nomine ad sanctam Genovefam transferretur. At religiosam sanctæ Petronillæ ad sanctam Genovefam transire renuentibus, Ludovica nec bullas, nec possessionem accepit, unoque suum hæcenus sortita non est effectum.

#### SANCTA GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

PRImam sui debet originem abbatia sanctæ Genovefæ apud Calloellum \* sita Claudie Beurrier germanæ Pauli Beurrier canonici regularis sanctæ Genovefæ & postea congregationis Gallicanæ præfecti. Hic enim cum aliquando esset parochus Nannetodorenensis, ad eum secessit Claudia soror anno 1638. tum ut magistro fratre christianam vitam ageret, tum ut ipsa piis virginibus virtutis & pietatis dux esset & exemplar. Interea subiit fratris & sororis in mentem parthenonem canonicarum regularium ordinis sancti Augustini instituire. Residuis itaque propriis, quæ ad tam sanctum opus libentes largiti sunt Leobinus sacerdos & Claudia, frater & soror Pauli, Paulus germanus, facta prius tum ab archiepiscopo, tum ab abbate sanctæ Genovefæ & aliis potestate, emit domum & instruxit parthenonem, duasque e S. Stephano Remensi religiosas accepit, quarum unam priorissam instituit Parisiensis archiepiscopus & alteram noviciis præfecit. Quæ dum veniunt, septennium est, quo Claudia fundatrix & mater, nondum autem canonica nec soror, sanctæ defuncta 22. Oct. 1646. sepelitur in Nannetodorenâ sanctæ Genovefæ capella. Anno sequenti ut eo advennerit sancti Stephani religiosæ, manum admovent operi, novumque inchoarunt parthenonem, cui ab archiepiscopo dictus superior Paulus perscripsit leges. Hoc autem aliquot post annis e Nannetodorenâ ad parochiam sancti Stephani de Monte translata, & ipsæ sunt religiosæ ad Calloellum anno 1659. licet regium ad hoc diploma mense tantum Julio anni 1671. datum

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

S. GENOVEFA.

& in commentariis senatus Parisiensis relatum fuerit die 3. Aug. 1673. Utrobique autem solius archiepiscopi Parisiensis jurisdictioni ab initio obnoxia, modo de ejus licentia priorissam ad triennium eligebant, modo ab eo accipiebant, quæ tandem triennii præfectura: pertæse, anno 1677. abbatissam petierunt, quæ primo ad tempus data, demum omnino concessa fuit, erecto anno 1682. in abbatiam parthenone ab archiepisc. Parisiensi, donataque abbatissa juribus & prærogativis, quibus perpetuæ per regnum abbatissæ tam in spiritualibus, quam in temporalibus gaudent. Recenti hæc insignita: prærogativa religiose priorum suorum auctorum non sunt oblitæ, quinimo antiquam postularunt & renovarunt societatem XI. Aprilis 1698. cum canonicis regularibus congregationis Gallicanæ, quorum tam horas canonicas, vestium colorem, pelliceumque & villosum amiculum, quam virtutes imitari student.

#### ABBATISSE.

I. **CLARA** Cecilia Colbert germana famosi Illius regni administrati, ord. sanctæ Clare professa, prima S. Genovefæ abbatissa ad preces canonicarum diplomatibus tam regio, quam pontificio donata est anno 1677. at possessione nondum arrepta, a rege ad Liliam prope Melodunum translatâ, hæc alteri prætulit abbatiam.

II. Maria Magdalena Perrot filia Johannis Perrot toparchæ sancti Desiderii *S. Diæ* castellani de Fer court, Cauvigny, la Boissière, S. Genovefæ, Meldensis & Bary, necnon in Parisiensi camera Inquisitionum præfedis ex Magdalena de Combauld, monialis professa Parisiis in parthenone Assumptionis, Clara Cecilia ad Liliam translata, schedulam regiam obtinuit mensè Febr. 1678. sed cum Romanus pontifex, qui *pro hac tantum vice* Claræ Cecilie bullas indulserat, Mariæ Magdalenzæ dare cunctaretur, officialis Parisiensis vices gerens sententia lata eodem anno 1678. huic interim cœnobii rerum tam spiritualium, quam temporalium administrationem commisit, quod quarto post anno 1682. Parisiensis archiepiscopus in abbatiam erexit. Insequenti itaque anno 1683. bullas obtinuit Maria Magdalena & canonicam accepit possessionem, benedicta in sua ecclesia 26. Novembris 1684. ab episcopo Meldensi, adstantibus Ludovica Isabelli d'Angennes Rambouillet sancti Stephani Remensis, & Carola de Harlay sanctæ Petronillæ de Villula abbatissis. Obiit 1686.

III. Maria Anna le Liere ex priorissa ad forum votum a rege nominatur abbatissa 15. Aug. 1686. bullique confirmata cepit possessionem eodem anno. Defuncta est 1713. die 27. Aprilis.

IV. Johanna Magdalena de Prunelé de Saint-Germain filia Jacobi IV. de Prunelé baronis de Saint-Germain & Johanne Agnetis de Rigné, monialis professa domus sanctæ Veronicæ apud Blesas, eodem anno 1713. 15. Aug. schedulam regiam, tum bullas pontificias, ac demique possessionem accepit 6. Decembris ejusdem anni. Cessit 1732. in manibus regis, cumque annua sexcentarum librarum pensione secessit 31. Decembris

in conventum Minorissarum suburbii S. Germani.

V. Ludovica Francica du Vivier de Tournesfort altera filia Francisci du Vivier toparchæ de Tournesfort præfecti stipendarum corporis, castrorum & copiarum regis præfecti, & equitis ordinis militaris sancti Ludovici, in prælio de *Molplaque* occisi XI. Septembris 1709. ex Gabriellide de Lorrout, professa domus de *Bellechasse* in suburbio sancti Germani Parisi. a rege nominata 14. Junii & a pontifice confirmata possessionem apprehendit 24. Sept. ejusdem anni. Renuciatur paulo post a rege abbatissa S. Petronillæ de Villula uniendæ ergo hujus abbatiz cum S. Genovefæ, & extraque unius sub nomine S. Petronillæ apud Calloellum sciendæ. Res adhuc in suspenso est, uti supra diximus.

PRIORATUS SANCTÆ ANASTASIE, SAINT GERVAIS.  
vulgariter a SANCTO GERVASIO dictus.

**H**ospitalis ab initio fuit domus, & etiamnum est, cujus inchoate ante annum 1171. auctor audit Garinus Masson, qui una cum filio vocato *Archer* presbytero, quam habebat juxta sancti Gervasii ecclesiam domum in hospitalem pro pauperibus advenis excipiendis convertendam largitus est. Hanc beneficio Roberti comitis tili Ludovici VI. Francorum regis a censu quatuor denariorum, quo illi obstricta erat, immunem factam, probant ipsius litteræ a summo pontifice in gratiam pauperum confirmatæ, necnon & aliæ Galterii Franciæ cancellarii dictam Roberti cessionem approbantis an. 1179. quæ cum Alexandri papæ III. bulla hanc in rem iterum data in archivis domesticis aservantur. Inibi quoque habetur bulla Nicolai IV. anno 1290. 10. Septemb. in sanctæ sedis tutelam de novo suscipiens magistrus & fratres dictæ domus hospitalis cum omnibus eorum bonis tam presentibus quam futuris, ex qua liquido patet necdum illam sanctimonialis habitæ. At vero tandem medio circiter seculo decimo quarto Fulco II. Parisiensis episcopus per quatuor sanctimoniales, unum magistrum & unum procuratorem, seu provisorum administrandam domum constituit. Unde nec altius origo monasterii repetenda videtur. Paulo post, anno videlicet 1358. 17. Augusti a Johanne Parisiensi episcopo statutum est festum sanctæ Anastasie die 7. Sept. sed anno 1698. cardinalis de Noailles archiepiscopus Parisiensis natalem diem hujus sanctæ virginis celebrandum statuit Dominica secunda post Epiphaniam, diem vero translationis 7. Septemb. De ceteris, puta ecclesiæ dedicatione & conventus E & loco primævo ad presentem translatione dicemus in catalogo priorissarum, qui modo tendendus nobis incumbit.

#### INDEX PRIORISSARUM.

I. **M**AGDALENA Noury e gremio sacrarum ejus loci virginum numero septem assumta præerat anno 1534. sub qua 1545. feria tertia 24. Novembris Robertus Abrincensis episcopus permisso cardinalis du Bellay episcopi Parisiensis, moti precibus Guidonis du Val presbyteri regi a consiliis & elemosynis, magistri & administratores



huius domus hospitalis & sanctimonialium, ecclesiam conventus inauguravit in honorem sanctissimæ Trinitatis, beatæ Mariæ virginis, S. Anastasiæ virginis & martyris, sancti Lazari, sanctæ Mariæ Magdalene, S. Marthæ, S. Dionysii & sociorum martyrum, & sancti Blasii episcopi & martyris.

Obiit Magdalena die 7. Septembris anno 1558. II. Johanna Girard filia Francisci equitis domini de Pally Magdalene successit, qua regente 1608. Petrus de Gondi cardinalis episcopus Parisiensis cum comperisset bona domus hospitalis a magistris & procuratoribus dissipata, illis administrationem eripuit, jusque sibi retinuit nominandi quem vellet ad excipiendam sanctimonialium vota, & rei domesticæ rationes reddendas; quod hæcenus observavit. Cessit Johanna in manibus Henrici de Gondi episcopi Parisiensis anno 1608. die 13. Septemb. Rexit tamen ad annum obitus 1612. 30. Januarii.

III. Elisabeth Chevallier filia Francisci præfidis in senatu Parisiensi ex Carola Teste, votis emissis intra manus Johannæ Girard superioris, ejusdem coadjutrix ipso die illius cessionis 13. Septembr. 1608. a prædicto episcopo instituitur, & post mortem regionem auspicata tenuit dum vixit, quam aliquot ante obitum annis, qui contigit 5. Martii 1644. superioris exemplo sibi coadjutricem regendo aptam suscepit.

IV. Francisca de Vassé filia Jacobi domini de Saint Georges ex Anna du Verger conjuge, die 13. Maii 1642. anno ætatis 17. titulo coadjutricis a Johanne Francisco de Gondi primo Parisiensi archiepiscopo donata, statim ab obitu Elisabethæ superioris, hanc familiam nullo hæcenus speciali instituto adstrictam, tamen speciem monasterii quam maxime compositi exhiberet, regere cepit, illustravit, amplificavitque, præsertim ab anno 1654. quo dictus archiepiscopus alias inter constitutiones, eidem indulgit facultatem eligendi singulis trienniis superioris, cujus confirmandi solum sibi jus retinuit, quod & successor Franciscus de Harlay comprobavit. Francisca vero experta locum, ubi pauperes excipiebantur, minore esse pro adueto in dies numero, adeo ut eorum, qui se illuc quotidie sub vesperum conferunt, numerus per annum excreverit ad 30000. & amplius, quibus cœna & lectus ministrantur, ipsamque domum arctiorem, quam ut sanctimonialium numerus, tunc solum septenarius, augeri posset, ampliores acquisivit aedes appellatas *d'O*, quæ aditus & exitus habent in veteribus Templi, Librorum burgenium & Roseriorum plateis, ad quas cum licentia Johannis Francisci de Gondi cardinalis de Retz transfate sunt. Cessit an. 1681. Francisca de Vassé, seu coadjutricem accepit sororem suam, defuncta 26. Decembris 1694.

V. Perpetua Francisca de Vassé jam ab anno 1681. ex alumna loci sororis coadjutrix ætatis annum 43. agens, eidem 1694. defunctæ successit, possessionem dignitatis adepta 30. Aprilis 1695. Obiit 10. Octobris 1712.

VI. Maria Francisca Larcher filia Jacobi regi a secretis & Catharinæ Thieuvin, e gremio assumitur prioris ætatis anno 43. a cardinali Noallio

archiepiscopo Parisiensi. Defecit 3. Novembris 1738.

VII. Maria Teresia Boismaigne parentes habuit N. Boismaigne scribam quatuor belli administrorum, & Catharinam du Bois. Hujus loci professa, ætatis anno 27. in prioriam cooptata a Carolo Gaspare Guillelmo de Vintimille archiepiscopo Parisiensi. Regit hæcenus magna cum pietate tum manufacturine inprimis commendata.

#### VALLIS SANCTÆ MARIÆ. LE VAL

Cisterciensis ordinis olim, modo Fulienis congregationis subditum legibus Vallis sanctæ Mariæ monasterium, haud procul ab Isara flumine & Bellomonte intra fines decanatus Sarcellæ positum est. Jam exlatabat anno 1127. quo curio de la Lande, ejusque nepos fratribus beatæ Mariæ de Valle pratum in loco dicto *Morilles*, concesserunt; imo in antiqua genealogia domus Insulæ fundatio refertur ad annum 1125. quo e Curia Dei ordinis Cisterciensis in diocesi Aurelianensi evocati primi monachi, locum adhuc *Vetus monasterium* nuncupatum infederunt, dum Ansellus de Insula eos in terra propria suscepit xvii. cal. Septemb. anno 1136. ex chronologia monasteriorum ord. Cisterciensis, auctore Carolo de Vilch. Id etiam colligitur ex charta Ludovici VII. anno Domini

Ch. LXXII.  
col. 18.

1137. regi primo omnia confirmantur, quæ jam antea Theobaudus abbat, & fratribus in loco, qui dicitur Vallis sanctæ Mariæ Domino famulantibus concessa fuerant. Adam quoque de Insula filius Anselmi assensu conjugis & heredum non modo patris donum laudavit, verum & auxit, approbante eodem Ludovico rege anno 1162. Præter toparchas de Insula & de Villari, præcipui ejus loci benefactores fuere toparchæ de Montemorenciaco, quorum ex pluribus inibi sepulti sunt, Bucharthus V. defunctus anno 1189. relicta terra, quam apud Gonesiam possidebat, & Laurentia de Hainaut, quæ obiit die 9. Augusti an. 1181. Matthæus II. dominus de Montemorenciaco regii stabuli comes, qui huic ecclesiæ dedit quadraginta lucorum jugera. Ipsius olim statua visebatur eminula contra parietem prioris clausuli. Notatur dies obitus ejus in necrologio 24. Nov. (an. 1230.) Tres etiam uxores Caroli de Montemorenciaco sepultæ jacent ante majus altare cum inscriptionibus. Prioris hæc est:

Chart.  
LXXXVI  
col. 71.

*Icy gist madame Marguerite de Beauges, Jadis femme de messire Charles de Montemorency, Qui trespassa l'an mil trois cent trente-six, La veille de la Tiphaine. Priez pour l'ame d'elle.*

Secundæ Caroli uxori hæc apposta est epigraphæ: *Cy gist madame Jeanne de Rouffy, Jadis femme de monseigneur sire de Montemorency, qui trespassa le 10. jour de Janvier l'an mil CCLXI. Priez Dieu pour l'ame d'elle.*

Harum marito tertio conjux Petronella de Villers, quam reliquerat viduam, hanc apponi fecit inscriptionem: *Cy gist messire Charles seigneur de Montemorency, qui trespassa le XI. jour de Septembre l'an de grace mil CCC. quatre-vingt & un. Priez pour lui que Dieu pardon lui face. Ipla denique*

tertia uxor tale habet epitaphium: *Cy gist madame A Petronelle de Villers dame de Montmorenci, qui trespasſa l'an de grace mil cccc. Priez pour elle que Dieu pardon lui face.* Nonnullorum etiam ex hac illuſtri familia de Villers, aut de Villiers ſepulturis eccleſia Vallis nobilitatur: nempe Jacobus de Villiers dominus de Ille-Adam jacet in capella S. Felicis in facra ejuſdem monaſterii aede ad cornu epistoſe, cum hoc epitaphio: *Cy gist noble homme J. de Villiers ſeigneur chaſtelain de Ille-Adam, de Nogent-sur-Oiſe, & Vaumondois, conſeiller cham-bellan notre ſire, & prevoſt de Paris, qui trespasſa le 25. Avril jour de S. Marc 1471.* Hac quoque in eccleſia ſepulti ſunt Antonius de Villers & uxor B eius Margarita de Montmorenci, quæ obiit 1490. ille vero 1504. die 25. Auguſti.

#### ABBATUM SERIES.

**I. THEOBALDUS**, qui & Theobaudus Curia Dei dictus alumnus præerat abbas Vallis ſanctæ Mariæ anno 1137. quo, ut diximus, Ludovicus VII. rex anno regni primo donationes huic loco factas eidem abbati confirmavit. Anno 1140. beneficium expertus Matthæum de Montmorenci, reſiſſe dicitur ad annum circiter 1157. De hoc antiquum hujus abbatiæ calendarium ſic habet: *Caleudis Maii obiit D. Theobaldus abbas 1. de Valle.* Pridie vero calendæ necrologium ſancti Martini Pontifaſenſis.

II. Stephanus prior ſub Theobaldo ſedebat abbas annis 1158. 1159. & 1160. quo tempore Hugo Rotomagenſis archiepiſcopus præſentes & futuras in ſua diceceſi monaſterii poſſeſſiones ratas habuit. Præſuit ad annum circiter 1165. ſub quo proinde Ludovicus rex iterum cenobii fundationem & dotationem laudavit anno 1162. Vetuſt. calendarium ſic ejus meminit: *17. idus Julii obiit Stephanus 11. abbas de Valle.*

III. Rainaldus, qui & Reginaldus cognomento de Montmorenci donatur in abbatiarum ordinis Cifterciensis notitia auctore Jongelino ad annum 1174. Sane reperitur hoc anno in hiſtoria gentis hujus nominis ab Andrea du Cheſne edita pag. 114. & in ejuſdem probationibus pag. 55. & 62. Jam occurrit abbas anno 1172. & adhuc 1179. Obiit 14. idus Novemb. tertius abbas ex veteri calendario.

IV. Gillebertus reſenſetur abbas 1182. 1183. & 1186. temporibus Mauricii epifcopi Pariſienſis, cum Petro decano S. Germani Auſtodioreniſis, fratre Laurentio quondam abbate S. Richardi & Theobaldo Herivalſis primo abbate; iterumque tempore ejuſdem Mauricii epifcopi & Lancelini E decani eccleſiæ Bellouaceniſis. Vetuſt. calendarium hujus meminit in hunc modum: *v. cal. Martii obiit D. Gillebertus abbas 14. de Valle.*

V. Guido de Paré reperitur 1189. cum Clemente abbate Boniportus, quo tempore Theobaldus de Montmorenci Matthæi filius ex Alina Henrici I. regis Angliæ filia poſt iter Jeruſolymitanum monachus hoc in cenobio factus adhuc ſupererat. Teſtis eſt anno 1190. in charta Matthæi domini Marſiaci pro anniverſario patris ac matris, & Burcardi fratris, qui caſtri Montſimorenciaci domini

fuerant, eccleſiæ S. Martini de Montmorenciaco duos vinggi modios concedentis. Poſtea Guido ſuit abbas Ciftercii, ut diximus tonio quarto col. 990. & confirmatur inſtrumento publicè ſcripto coram Mauricio Pariſ. præſente anno 1194. cujus hæc ſunt verba: *Hanc donationem recepit dominus Guido abbas Ciftercii, tunc temporis Vallis beatæ Mariæ.* Idem poſtmodum evaſit archiepiſcopus Remenſis, cum jam eſſet cardinalis Præneſtinus & ſedis apoſtolicæ ſub Innocentio papa III. legatus; denum Gandavii ceſſit e vita 1206. unde Ciftercium delatus, in ſanctuario tumultum meruit, in cujus zophoro hæc verba legere eſt: *B. Guidonis de Parré quondam cardinalis & legati in Germanias ex monacho & abbate hujus cenobii, aſſumpti & in archiepiſcopum Remenſem.*

VI. Philippus donum accepit a Mattheo Bellimontis comite anno 1194. ex tabulario domeſtico per D. de Gagneres explorato. Vixiſſe dicitur ad annum 1196.

VII. Petrus I. prioris officio ſunctus toto Philippi regimini tempore, poſt illius obitum ſubvectus eſt in abbatem. Hic eſt P. abbas Vallis beatæ Mariæ, qui una cum H. ſancti Martini Pontifaſenſis abbate controverſiam priorem inter ſancti Petri de Calvomonte & præſbyterum de Vaumondois deſinivit anno 1207. De eo habetur in veteri calendario: *Pridie (al. 11.) idus Aprilis Petrus abbas V. qui forſan hoc numero reſenſetur, ideo quod alii duo abbates, ut certe conſtat de Guidone num. v. alibi vniuſinerit.*

VIII. Terricus a Sammarthani omiſſus, innotuit ex tabulario Latiniaceniſi, ubi feudum de Acha, quod accepterat a Guillelmo de Villepariſis, anno 1210. menſe Junio Latiniaceniſi cenobio poſſidendum in perpetuum tradiſſe legitur.

IX. Laurentius occurrit anno 1211. in tabulario ſancti Martini Pontifaſenſis, in quo legimus Laurentium abbatem & Rogerium priorem ejuſdem loci ab Innocentio papa III. delegatos judices eccleſiam de Mollignon prope Andeliacum eccleſiæ ſancti Præſecti de Turno, de Tor, in valle Montſimorencii & eccleſiæ S. Martini Pontifaſenſis, ad quam eccleſia ſancti Præſecti pertinet, adjudicaſſe. Reperitur & anno 1214. menſe Aprilis in archivo Becceniſi. In veteri calendario ad vi. idus Novembris dicitur abbas vi.

X. Rogerius prior ex modo dictis ſub Laurentio abbate, innotuit abbas ex ſolo veteri calendario, ubi ad nonas Februarii commemoratur abbas vii.

XI. Martinus in veteri Gallia Chriſtiana prætermiſſus, memoratur anno 1217. menſe Decembris, & 1218. menſe Januario in tabulario Pontifaſenſi, ac 1219. & 1222. menſe Maio in chartis abbatiæ Gomariſiſis.

XII. Gaufridus, prior, inquit Sammarthani, ſub Rogerio abbate, præſuiſſe ab iſdem dicitur ab anno 1226. Certe anno 1228. una cum Odone S. Dionyſii abbate factus eſt executor teſtamenti Johannis de S. Martino peregrinationem ad S. Jacobum in Gallæcia aggredientis. Paſcitur anno ſequenti cum abbate S. Victoris ſuper decima bladi in territorio de Baſſemont. Ejus ſit mentio 1232. in tabulario

Ch. LXXII. col. 38.

Prob. hiſt. gentis de Montmorenci pag. 52.

Chart. LXXXV. col. 71.

Prob. hiſt. Montſimorenciaci pag. 391.

in tabulario S. Dionysii, & in authentico ejusdem monasterii profuturum possidere se sub anni census pensatione & jurisdictione S. Dionysii domum quandam apud Cornelias & viginti terræ jugera, &c. mense Augusto 1233. Subscriptis eodem anno mense Martio testamento Guidonis de Petralata. Eodem sanctum clavum a quadam femina occultatum recuperavit & sancto Dionysio restituit. Reperitur adhuc 1236. mense Aprili, ac per initialem nominis litteram G. 1237. mense Novembri in tabulario sancti Martini Pontifarenfis; proindeque is est abbas, quem una cum priore ejusdem cœnobii Burchardus dominus de Montemorenciaci anno 1237. mense Junio testamenti executorem constituit, quo inter alia variis ecclesiis legata, tradit ecclesiæ Vallis beate Mariæ, ubi suam eligit sepulturam, duodecim libras Parisiensis anni redditus in præpositura de Montemorenciaci percipiendas. In veteri calendario ad calendâs Februarii Gaufridus abbas VIII. nuncupatur.

XIII. Erquengerius litem habuit cum abbate Regalis montis, quæ definita est anno 1247. ab abbatibus Frigidimontis & Bellibecci, qui sibi adjunxerant abbatem de Prato. Erquengerius in veteri calendario ad XIV. calendâs Februarii dicitur abbas IX.

XIV. Guillelmus I. in seculo dives, traditis monasterio possessionibus pauper effectus monachus, tandem evasit abbas, quo nomine memoratur anno 1254. in tabulario Malodunensi. Vetus calendarium ad IV. nonas Maii vocat eum abbatem X.

XV. Jacobus dicitur abbas XI. in veteri calendario ad III. calendâs Aprilis.

XVI. Johannes I. reperitur anno 1263. mense Augusto in tabulario S. Martini Pontifarenfis. Eodem anno mense Junio Johannes abbas & conventus quas habebant & percipiebant singulis annis duodecim libras Parisiensis anni redditus in præpositura Montimorenciaci, aliasque duodecim libras & dimidiam anni similiter redditus in transverso & redditibus transversi de Conflancio sanctæ Honoris commutaverunt cum Matthæo III. domino Montimorenciaci & Johanna ejus uxore, qui vicissim illis dederunt quoddam molendinum, quod vocatur *Allert*, cum *Jardino prout se comportat* ante & retro, & stagnum contiguum molendino, & prata sita circa stagnum cum XXXII. arpents terræ arabilis sitæ prope Molendinum: quæ omnia sita sunt inter Soucort & Taverniacum. Memoratur adhuc Johannes an. 1265. in chartario sancti Dionysii, ac proinde idem est abbas, sub quo 1264. prælaudati domini de Montemorenciaci Vallis B. Mariæ conventui dimiserunt nemus, quod dicitur *Bellus-campus*, continens, ut fertur, CLX. jugera & quinque quarteria memoris, & circa XLV. brueriarum, &c. conventus autem illis tradidit perpetuo possidendos & habendos redditus quosdam, quos ex donis & elemosinis antecessorum de Montemorenciaci dominorum habebat, &c. Actum 1264. mense Octobri. Denique Johannes in veteri calendario ad III. calendâs Aprilis dicitur abbas XII.

Tomus VII.

XVII. Theobaldus II. in calendario veteri ad III. nonas Januarii, seu Februarii, ut habent Sammarthani, dicitur abbas XIII.

XVIII. Odo a Sammarthanis omisus, reperitur anno 1276. in tabulario Domus Dei Pontifarenfis.

XIX. Rogerius II. laudatur an. 1291. mense Septembri in tabulario domestico per D. de Gagneres explorato.

XX. Guillelmus II. de Pontoise solum notus est ex inscriptione ipsius tumbe, in qua duæ depinguntur imagines, altera Guillelmi, & altera Petri subsequentes abbatis, his verbis circumscriptis: *Hic jacet dominus Guillelmus de Pontoise quondam abbas domus hujus, qui obiit anno Domini 1300.* (quæ sequuntur, ob fractum lapidem legi non possunt) *die B. Catharinae, cujus anima requiescat in pace.*

XVI. Johannes II. abbas Vallis S. Mariæ & Stephanus sancti Martini Pontifarenfis compromiserunt anno 1303. mense Maio de quorundam fructuum perceptione, ex tabulario sancti Martini Pontifarenfis. Hic forsitan est abbas beate Mariæ de Valle, qui 1317. die prima Maii quoddam domum sitam Parisiis in vico Hueleu vestigoli sancti Maglorii accepit a Mathilde Atrabatium Comitissa sub onere singulis anni quadraginta solidos abbati & conventui sancti Maglorii pensitandi, ex tabulario sancti Maglorii.

XXII. Petrus II. de Bournois jacet sub eodem lapide, quo Guillelmus de Pontoise, abbas, ut liquet, ex hac circum caput inscriptione: *Hic jacet dominus Petrus de Bournois quondam abbas domus hujus, qui obiit anno 1334. ultima die Aug. cujus anima requiescat in pace, amen.* Uterque sepultus est in claustrò ante capitulum. In veteri calendario pridie calendâs Septembris Petrus de Bournois dicitur abbas XIV.

XXIII. Johannes III. Huger quiescit in claustrò a latere præcedentium Guillelmi & Petri, cum hoc epitaphio: *Hic jacet dominus Johannes dictus Huger quondam abbas domus hujus, qui obiit anno Domini 1344. die 22. mensis Octob. cujus anima requiescat in pace, amen.* Vetus calendarium ad IX. calendâs Novembris vocat eum abbatem XV.

XXIV. Johannes IV. reperitur in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres 1366. feria quarta ante festum sancti Remigii & 1367. In veteri calendario ad VI. nonas Maii nuncupatur abbas XVII.

XXV. Simon recentetur in chartis authenticis laudatæ collectionis 1372. die S. Marci Evangeliste, & 1377. feria secunda post *Quasimodo*. In veteri calendario ad III. nonas Maii recentiori manu notatur abbas XVI.

XXVI. Johannes V. quem de *Insula* cognominatum putamus, ob hujus domus insignia gentilitia in tumba ejus incisa, memoratur 1379. 18. Maii in tabulario domestico per D. de Gagneres explorato, & in chartis authenticis collectionis ejusdem 1381. & 1390. die ultima Oct. Terræ mandat in claustrò capituli ultimum ecclesiæ, cum hac epigraphæ: *Hic jacet dominus Johannes* (cognomen legi nequit ob fractum

K k k

Hist. ecclie  
Paris. t. 2.  
pag. 111.

Prob. hist.  
genis de  
Montemorenciaci pag.  
113.

Ibidem pag.  
114.

lapide) quondam abbas domus hujus, qui obiit A anno Domini 1394. die 3. mensis Decembris, ad quam, seu 111. nonas in veteri calendario dicitur abbas xviii.

XXVII. Nicolaus I. occurrit in charta authentica laudate collectionis anno 1396. 10. Maii, & 1404. 8. Martii in tabulario domestico per D. de Gagneres explorato. Eodem anno mense Junio Ansellus de Insula monasterio dedit duos vini modios ad missas celebrandas, de meliori & puriori, quod ex clauso ipsius Anseli de Insula proveniret, annuatim percipiendos. Idem abbas probavit cum assensu capituli anno 1404. transactionem initam cum domino Johanne a sancto Claro Caroli VI. Francorum regis oeconomus, fundationemque missae perpetuae ab ipso Johanne factam, anno primo pro salute ejusdem Caroli VI. morbo laborantis, postea vero de requiem pro ipso fundatore & ejus parentibus celebrandae singulis diebus, exceptis Dominicis, die & octava sancti Johannis Baptistae & vigilia Assumptionis, quibus diebus alia dici missa posset, quam de defunctis; haecque transactionem & fundationem promittunt abbas & monachi approbatum iri ab abbate Curiae Dei, quem vocant superiorem immediatum propter filiationem Vallis a Curia Dei enatae. Anno 1409. prima die Decembris frater Nicolaus fe dicit abbatem Vallis beatæ Mariæ, scholarem Parisi studentem in facultate theologiae, in charta authentica collectionis D. de Gagneres, ubi & adhuc memoratur anno 1416. mense Octobri. In veteri calendario manu recentiori legitur ad iv. idus Oct. Nicolaus abbas xix.

XXVIII. Petrus III. occurrit 1421. die 16. Julii in tabulario domestico per D. de Gagneres explorato. Hic est Petrus de Resbaco abbas beatæ Mariæ de Valle, qui hoc anno 1421. die 5. Mart. fidei sacramentum regi Anglorum præstitit, ex tomo x. Rimerii pag. 69.

XXIX. Guillelmus III. antea prior, inquit Sammarthani, memoratur abbas in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres 1426. 13. Maii & 1428. 18. Januarii. De illo vetus calendarium recentiori manu sic habet: v. idus Aprilis Guillelmus abbas xx.

XXX. Johannes VI. de Montetirello sacre theologiae doctor, reperitur abbas in chartis authenticis laudate collectionis 1431. 9. Maii, & 1435. xi. Junii, & alibi 1433. 20. Julii. Eodem anno 25. Februarii indictione xii. hoc est 1434. uti legatur abbas Vallium Sarmaii testis fuit revocate appellationis ab excommunicationis sententia lata contra Margaretam de Noviers abbatissam de Thesuro, ex historia ms. Vallium Sarmaii. Doctor insuper theologus regens in Universitate Parisiensi dicitur anno 1446. Inde transfuit ad abbatiam Regalis-montis, ut liquet ex hoc ipsius episcopii in capella B. Mariæ zedis Regalis-montis circum effigiem, ad ejus caput insignia utriusque monasterii videntur:

Mille quadringentos post quinquaginta volutos  
Tres annos Christi facta de Virgine nati  
Civem Pontifara, quem condit petra, Johannes

Abbas confendit Regalis culmina montis  
Virginis ex Valle, cui rex post fata rependas  
Scandere fidereas superorum Christe cathedras.

In veteri calendario Vallis ad idus Octobris notatur abbas xxxi.

XXXI. Nicolaus II. de Villaria facultatis theologiae doctor in veteri calendario recentiori manu pridie calendas Maii legitur abbas xxxiii. Sepultus est in ecclesia ante facellum beatæ Genovefæ, in quo ipse sibi adhuc vivens poluerat lapidem hifce verbis insculptum: *Hic jacet dominus Nicolaus de Villaria quondam abbas domus hujus, qui obiit anno Domini 14 . . . annus seculi, mensis & dies non sunt appositus, quia necdum ultimum diem clauserat. Obitus dies fuit pridie calendas Maii, ut diximus.*

XXXII. Petrus IV. de Pontifara memoratur abbas 1451. 1454. die 16. Julii, & 1457. 16. Martii in tabulario domestico per D. de Gagneres explorato. Reperitur & in chartis authenticis collectionis ejusdem 1452. 11. Aprilis post Pascha, & 1458. 28. Januarii. Nominatur adhuc in redditis rationibus monasterii coram Stephano Curiae Dei abbate in actu vifitationis, ubi villicationis suæ rationem reddit, exhibetque statum censuum & redituum monasterii Marini successori suo. Actum est hoc 1462. quo ipso anno capitulum generale, consideratis seriis & gravissimis infirmitatibus fratris Petri de Pontifara quondam abbas Vallis sanctæ Mariæ præcepit abbati ejusdem Vallis sub poenis in statuto ordine contentis, ut præfato Johanni (lege Petri) cum portione conventuali duodecim scuta abique difficultate annuatim tradat & solvat, abrogando aliam pensionem sibi aliter indebite assignatam. Superflus erat Petrus anno 1464. quo nomen dedit sodalitati Pontifarensi.

XXXIII. Marinus jam anno 1460. die 20. Julii chirographo testatur fe a Dionysio Pontibrac regio apud Silvanectum quæstione accepisse undecim libras cum aliquot solidis pro parte summæ viginti librarum, quam singulis annis in festo Ascensionis percipere consueverat. Charta sigillo cere viridis obsignatur, in quo apparet fascia supra quam eminent quatuor merulae, Merletes, infra vero tres in modum trianguli dispositæ. Idem hoc ipso anno die 14. Augusti & 1461. 28. Novembris memoratur in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Obiit, aut cessit anno 1462. ex veteri Gallia Christiana.

XXXIV. Johannes VII. occurrit abbas Vallis beatæ Mariæ prope Pontifaram anno 1463. 10. Martii, & 18. mensis Augusti, quo Guillelmus Boni portus abbas cum sui monasterii legitimum visitatorem agnoscit, & tam illum, quam successores Vallis beatæ Mariæ abbatas secundum ordinis statuta, visitare posse, quando placuerit, prædictam Boni portus abbatiam, filiam Vallis, prope semper solitum fuit. Actum anno 1463. indictione xi. 18. mensis Augusti die Jovis, pontificatus Pii II. anno v. Reperitur eodem anno prima die Octobris, 1466. 20. Februarii & 5. Octobris die Dominica in chartis authenticis collectionis

T. 4. Ansd.  
Morre. ed.  
1628.

D. de Gagneres, ac denique 1468. die 3. Junii A in tabulario domestico.

XXXV. Nicolaus III. omiffus a Sammarthanis, legitur abbas in tabulis domesticis anno 1472.

XXXVI. Guillelmus IV. Adam prætermiffus & ipse in veteri Gallia Christiana, appellatur *frater Guillelmus* 1475. 18. Februarii & 1481. 26. ejusdem mensis in chartis authenticis toties laudatæ collectionis, & in aliis documentis 1479. 15. Aprilis, & 1482. 7. Januarii & 27. Aprilis, quo die scholaris studens Parisiis dicitur. Commutationem fecit anno sequenti cum Jacobo de Loris milite domino de Præfles.

XXXVII. Claudius de Dinteville patre cognomine domino de Cherais ex Johanna de la Baurne natus, monachorum suffragis, cum jam esset abbas Firmitatis ad Gronam, ubi vide tom. 4. c. 1026. electus est abbas Vallis sanctæ Mariæ, quo duplici titulo donatur in variis chartis, 1484. die 9. Septembris, 1489. 1493. 20. Aprilis, 1504. die 1. Aprilis, 1506. 1. Maii, & in charta authentica collectionis D. de Gagneres 1486. 15. Decembris, & abbas solummodo Vallis 1507. 9. Junii. Pluribus in locis cum hujus monasterii, tum domus abbatialis, nobilis familiæ de Dinteville stemmata videntur. Mortuus tandem hoc anno 1507. in veteri calendario recentiori manu nuncupatur abbas xxiv. ad v. nonas Octobris. Fuit etiam abbas Belli loci in Argona, Rigniæ, & Buxeræ in diocesi Eduensi. Videfis tom. 8. hist. genealogicæ magnatum Franciæ pag. 719.

XXXVIII. Johannes VIII. Mannory vel Maunoury memoratur abbas regularis, ut pote qui nuncupatur *frater*, in charta authentica 12. Novembr. anni 1507. & adhuc 21. Maii 1522. interim æmulum passus commendatarium, qui sequitur.

XXXIX. Carolus de Villers, aut de Villiers l'Isle-Adam, de quo jam diximus in episcopis D Lemovicensibus tom. 2. col. 538. & iterum occasio dicendi recurrit in episcopis Bellovacensibus, reperitur abbas commendatarius 1508. 17. Februarii 1509. 16. Junii & 22. Aprilis, 1518. 5. Junii, & 1525. xi. Maii in chartis authenticis sæpius laudatæ collectionis. Dicitur ibidem episcopus Lemovicensis & abbas 1523. feria tertia 6. Octobris, 1525. die 27. Maii, 1527. 27. Augusti, & 1529. Bellovacensis autem episcopus & comes, necnon abbas commendatarius 1534. 20. Octobris. Ceterum optime de abbatiæ meritis est ob plurima illi collata beneficia, multa bona illius ope & industria recuperata, loca regularia & prædia reparata, tandemque ob singularis in cœnobium benevolentia testimonio ubique præstita, in hoc certe non degenera majoribus, qui a trecentis & amplius annis hunc locum favore & beneficentia ita profecuti fuerant, ut quamvis fundatores proprie non sint, jure saltem ac merito præcipuos inter benefactores annumerentur; unde & plurimi ex hac antiqua familia seu in ecclesia, seu in claustro & capitulo requiescunt. Quin & ipse Carolus et vivis egressus 1535. ibidem sepultus est ante uxorem  
Tomus VII.

altare a parte sinistra in capsa plumbea intra tumulum marmoreum, in quo sculpta est ejus imago ebtlypa, cum hac epigraphæ ex Gallico sic expressa: *Hic jacet reverendus pater in Domino dominus Carolus de Villiers, dum viveret, episcopus Bellovacensis, abbas commendatarius beatae Mariæ Vallis, & S. Petri Catalaunensis, dominus de l'Isle-Adam, Valmondois, & Nogenti ad Isaram, qui obiit 26. Septembris 1535.*

XL. Renatus le Roullié episcopus Silvanectensis & abbas Vallis beatae Mariæ transegit 19. Decembris 1537. cum nobili viro Claudio de Hacqueville regio consiliario in curia Parlamenti. B Reperitur in chartis authenticis episcopus Silvanectensis & abbas commendatarius 1540. feria 1v. 15. Decembris, 1541. 26. Octobris, & 1542. feria iv. 13. Decembris, & alibi 1549. 13. Januarii, ac 1550. canonice etiam sacrae capellæ Parisiensis & abbas Herivalis, qui in cœnobio sepultus est cum epitaphio obitum ejus consignante 13. Septembris an. 1559.

XLI. Ludovicus Guillard episcopus Silvanectensis haud aliunde nobis abbas innotescit, quam ex veteri Gallia Christiana.

XLII. N. d'Arles & de Lisi haud etiam alibi nobis occurrit quam in veteri Gallia Christiana, C quæ hunc a fide orthodoxa & religione catholica devium tradit.

XLIII. Christophorus de Choiseul filius Antonii ex Anna de Ray, prior de Serceuil & de Soyer 1556. abbas 1562. regi ab eleemosynis, & abbas de Mureaux 1573. tomo quarto histor. genealogicæ magnatum Franciæ pag. 827. Hunc omiffimus in hac ultima diocesis Pictaviensis abbatiæ tomo secundo col. 1298. nisi forte sit Miravallis in diocesi Tullenis.

XLIV. Gilbertus Johannes de Bellenaue, regi a consiliis & eleemosynis, toparcha de Chirat, & prior S. Vincentii de Chantelle, al. de Chantilly, reperitur abbas commendatarius Vallis S. Mariæ 1577. 17. Junii, 1585. & 1586. quo post regimen 24. annorum obiisse 24. Maii & in sacello S. Michaelis ad lævam chori, al. ad dextram, sepulturam accepisse dicitur a Sammarth.

XLV. Ludovicus Johannes de Bellenaue superioris frater, dominus de S.<sup>t</sup> Fleuret, aulicus, per sex tantum menses hujus abbatiæ commendam obtinuisse legitur, sepultus in tumulo fratris. Amorum ebtlypæ imagines flexis genibus ante imaginem Deiparæ Virginis juxta murum dicti sacelli sancti Michaelis collocatæ sunt.

XLVI. Johannes IX. de la Barriere Fulienfis abbas regularis & novæ Fulienfis congregationis auctor, cum abnuisset rex Henricus III. confirmare quem elegerat conventus abbatem, ordinis doctorem, cognomento *le Tellier*, & ipsemet Johannes maxime commendabat, ad Fulienfis incrementum congregationis duo ab Henrico III. Franciæ & Poloniae rege diplomata obtinuit, alterum 29. Augusti 1587. & alterum 8. Februarii 1588. quibus hæc ipsi abbatiæ de Valle in commendam regularem adjectebatur, redditibus applicatis ad monasterium S. Bernardi Paris. in vico S. Honorati, quos utique possedit, sed per duos  
K k k ij

tantum, aut circiter annos; dum enim Romæ profequuntur abbatis unionem cum hocce novo Fulienfium apud Parisios monasterio, ita rerum in Francia mutata est facies, ut hoc ipsum consilium irritum & inane remanserit usque ad annum 1611. quo, die 4. Julii rex Ludovicus XIII. jure ac merito Justus appellatus voluit illud ad effectum perducere, quantum ad mensam abbatialem. Interea vero

XLVII. N. de Harlai dominus de Sancy, & N. d'O dominus de Manou ambo simul & eodem tempore abbates fuisse visi sunt sex annorum spatio, aut circiter, dum tota fere Gallia flamma, ferro, & civilibus factionibus aestuaret; quam rerum perturbationem moleste ferentes monachi, Johannem Huon cenobii priorem elegerunt abbatem; sed quia neque regi probatus, neque a summo pontifice confirmatus est, ideo hic inter abbates haud annumeratur. Libris tamen officiorum divinatorum, quos abbatix dedit, inscriptum legitur: *Ex dono fratris Johannis Huon abbatis Vallis beate Mariæ electi*; & iterum formule juramenti, quo verus rex ac princeps legitimus agnoscitur Henricus IV. cum ceteris sacre facultatis theolog. doctoribus subscribitur anno 1594. die Veneris 22. Aprilis *F. Huon abbas de Val; provisor Bernardinorum.* Desingitur Parisiis apud eoldem Bernardinos, ibidemque sepultura donatur.

XLVIII. Franciscus de Gondi filius Hieronymi II. ex Ludovica Bonacorsi, ab Henrico IV. Francorum rege nominatus abbas, quo pacificam possessionem adipisceretur, cum duobus precedentibus N. de Harlay & N. d'O adhuc vivis compositionem iniiit, ex qua solus abbatiam tenuit per quatuor aut quinque annos, quibus elapsis, quibus assensu cessit in gratiam filii naturalis, qui sequitur.

XLIX. Henricus de Gondi superioris filius naturalis habitu monastico suscepto factus est abbas regularis. Anno 1606. die 26. Januarii abbatix fructus elocavit. Reperitur adhuc 1610. Parisiis defunctus 1616. circa finem Februarii, unde corpus ejus delatum est in abbatiali sepeliendum ecclesia sub campana minore.

Fulienfibus interim denuo, seu Parisiensi monasterio sancti Bernardi congregationis B. Mariæ Fulienfis, unita Vallis B. Mariæ abbatia præcepto, ut diximus Ludovici XIII. regis anno 1611. die 4. Julii, & bulla pontificia Pauli V. die 5. Aug. 1614. ejusdem congregationis alumni missi sunt in possessionem abbatialis mensæ anno 1616. 18. Aprilis, tamen hanc bullam, & inde subsecutum diploma regium nonnisi 21. Martii anno 1617. senatus Parisiensis in commentarios retulit. Ad abbatialem postea mensam accessit mensæ conventualis donum ex novo ejusdem Ludovici regis diplomate 14. Decembris 1625. quod suo Ludovicus XIV. ratum habuit mense Julio 1646. senatusque Parisiensis die 6. Augusti ejusdem anni. In Valle tamen conventus Fulienfium aliquot monachorum sub imperio prioris perseverat.

## VALLES SARNAIL.

VAUX DE SARNAIL.

Ita est in ora dicecesis Parisiensis abbatia Vallium Sarnail ordinis Cisterciensis sub ærario disciplina, adeo ut pars monasterii, zedes abbatiales & prædia plurima pertineant ad dicecesim Carnotensem. Fundatur anno 1128. a Simone domino de Neaufle-le-Chastel regii stabuli comite adhuc superflite anno 1150. & Eva conjuge ibidem sepultis ante majus altare ad latus sinistrum, cum epitaphio quod ex Gallico sic expressum: *Hic jacet bone memorie dominus Simon de Neaufle-le-Chastel constabularius Franciæ, & domina Eva ejus uxor, que delectus ad ædificandum hoc sacrum cœnobium vallem nuncupatam hoc tempore vallem Effarti & boscum de Haia Neelfa, Effartique Roberti, ut oretur Deus pro eorum anima & Jucesforum, ac celebretur anniversarium quotannis 20.*

*Aprilis. Vos omnes, qui transitis, dicite pro eorum anima, requiescant in pace.* Damus in appendice fundationis chartam, ex qua ecclesiam patronos habere beatam virginem Mariam, & S. Johannem Baptistam, quibus sacra est 23. Octobris, intelligimus, necnon esse filiam Savigniaci, feu Savignei in Normannia, ac providè non continuo fuisse ordinis Cisterciensis, cui necdum addictum erat Savigniacum. Plurima hujus domi beneficia contulerunt Simon de Gome cum Herfinda uxore, comes Montis-fortis & Drocarum, ac domini Caprosæ. Exstant in chartophylacio domestico Ludovici Francorum regis & Aquitanie ducis litteræ, quibus beneficia Simonis de Neelfa & Gualterii de Rambouillet, aliorumve donationes monachis Vallium Sarnail confirmantur. Idem quoque rex decimum vinearum, quam Theobaldus de Stampis canonicus eis dederat, & silvam Aquilinae in usus monachorum cessit, lignum scilicet vivum ad ædificia monasterii, mortuum ad comburendum, & *pasnagium* pecorum,

ac denique ecclesiam & universas eidem collatas possessiones rex in manu & tuitione sua suscepit, atque auctoritate regia confirmavit codicillis Lutecie datis anno 1142. Alio diplomate donationem de magna Haia & terra Effarti Roberti factam a Milone de Neelfa & Amalrico fratre ratam habuit 1154. Præterea Parisiis 1160. Ludovicus rex terram incipientem a fossa sancti Dionysii iisdem fratribus excolendam largitus est. Patris domum firmavit Philippus rex, silva nempe Aquilina in usus eorum concessa, & toto in suum regale patrocinium suscepto monasterio anno 1187. Simon comes Leicestriz & Montis-fortis dominus anno 1212. Vallium Sarnail domum investivit de terra de Pontiepoint. Amalricus etiam filius Simonis, comes Montis-fortis & Leicestriz propter controversiam inter eum & fratres Vallium Sarnail, super eo quod Ludovicus & Philippus Francorum reges concessissent usagiam quædam in foresta Aquilina, compositione facta, concessit in perpetuum elemosynam ad opus abbatix & quarundam ipsius domorum, &c. Concessit etiam libertates & dona, quæ fecerat inclite memorie Amicia avia ejus, & Simon pater. Datum anno Christi 1226. mense Martio. Fecit idem

Fla. Univ.  
Fam. 1. 6.  
pag. 817.

Ch. lxxi.  
col. 31.

Chart.  
CXXVIII.  
col. 99.

Amalricus annis 1229. & 1238. cum abbate & conventu Vallium Sarnaii bonorum commutationes, de quibus vide ad calcem; idque Ludovicus rex laudavit anno 1239. mense Octobri. Denique Herveus de Caprosia & uxor ejus Clementia suam in capitulo Vallium Sarnaii ad portam ecclesie sepulchra elegerunt, ubi hæc inscriptio legitur: *Icy gist monseigneur Hery de Chevresie jadis sire de Mainecourt, & dame Clemence d'Aulnois ja femme.*

SERIES ABBATUM.

**I. ARNAUDUS**, five Artaudus & Arraldus Savigniei in Normannia diocesis Abrincensis monachus Benedictinus sub sancto Vitale fundatore & primo hujus loci abbate, a beato Godofrido Vitalis successore missus est cum aliquot fratribus, ut Vallium Sarnaii fundamenta jaceret. Novi hujus cenobii vix abbas effectus est, cum 1137. fundavit Brolium Benedictum diocesis Ebroicensis in parochia de Marcelly ad fluvium Aduram, *l'Eure*. Nominatur Arraldus in bulla Lucii pape II. data nonis Decembris an. 1144. qua precibus ejus fundatio monasterii confirmatur & in tutelam sedis apostolicæ suscipitur. Creditur sepultus in capitulo sub lapide nunc multis in locis fracto, cujus abrasa pene inscriptio legi nequit. Ita vir doctus & clar. D. de Clairambault. Hujus tamen abbatiss omittitur nomen in pervertuto hujus abbatie ms. codice, ubi octo priorum abbatum textitur series, necnon in antiquo ms. martyrologio a temporibus S. Theobaldi exarato, ad cujus calcem hæc manu eadem scripta legere est: *Commemoratio omnium fratrum, familiarium & benefactorum ordinis nostri: Item commemoratio vite memoria Eugenii pape, domini Andrea, D. Guidonis episcoporum, D. Hugonis, D. Johannis, D. Manerii, D. Thomæ, D. Ricardi, abbatum, necnon omnium episcoporum & abbatum ordinis nostri.* Qui quidem omnes, excepto Eugenio papa, abbatess huc usque exstiterant, uti patebit ex infra dicendis, non eo tamen quo referuntur ordine, quippe honoris gratia primum recensere episcopos congruum visum est. Quod autem Arraldus hic omittatur, cujus certe memoria necdum excidere potuerat, puto de industria factum, nempe quod non pertinuerit ad ordinem Cisterciensem, cui nonnisi anno 1147. aggregatum est monasterium.

II. Hugo successit anno 1145, quo regente totus ordo Savigniei ad Cisterciensem accessit anno 1147. Obitus ejus configuratur idibus Mart. anno 1151. Jacet in capitulo sub tumba valde tenui, cum hæc epigraphæ: *Hugonis abbatiss, subauditur sepultura vel tumulus.*

III. Johannes I. præfuit ad annum 1156. sub quo Golenus episcopus Carnot. cenobii hujus fundationem firmavit litteris datis 1154. in quibus filii benefactorum Milo & Simon nominantur. Obiit v. calendis Junii ex martyrologio ms. & quidem anno 1156. ex chronologia itidem ms. ad calcem dicti martyrologii, his verbis: *An. 1156. Johannes abbas, cui successit Andreas.* Quiescit in capitulo ad dextrum latus decessoris,

cum hac inscriptione, *Johannes abbas.*

IV. Andreas Parisinus a patria sic dictus laudatur in charta Ludovici VII. Junioris appellati anno 1157. his verbis: *Nos pro nostra & antecessorum nostrorum regum Francie animabus, domini de Sernaio & fratris inibi servientibus Deo, ejusdem loci abbatiss Andrea nosri & amici nostri interventu, dedisse in guttulis Fontis Johannis triginta arpenta terræ inter viam Ausargiarum, & rivum, qui a nostra ibidem terra S. Dionysii determinat, &c. Tellis habetur Andreas 1161. in litteris Henrici archiepiscopi Remensis, quo agente Andreas hoc ipso anno evasit episcopus Atrebatensis, ut videre est tomo tertio col. 327.*

V. Mainerius seu Manerius Vallium Sarnaii abbas 1165. pepigit circa 1173. cum Americo abbate Maurigniensi, & anno 1179. cum Godofrido priore sancti Arnulfi coram archidiacono Carnotensi. Sub eo sanctus Petrus Tareutaniensis archiepiscopus sacellum sanctorum apostolorum Jacobi & Philippi & aliorum sanctorum dicavit in ecclesia Sarnaiensi. Desunctus est Manerius 1181. x. calendis Octobris.

VI. Guido nobilis exortus genere præerat anno 1181. quo prioratus de Planay unitus est monasterio. Tertio post anno 1184. Galterius presbyter de Lupicinis, de *Louviere*, eum testamenti sui nominavit executores, qui & 1190. memoratur in testamento regis Philippi Augusti iter parantis ad Terram sanctam. Ejus temporibus belli fragor e loco deturbavit monachos 1193, quos 1195. reversos, delapso fulmine consumtum anno sequenti dormitorum non medicriter afflixit. Tanta autem erat Guidonis fama, ut a summo pontifice anno 1201. postulatus sit ad bellum pro religione prædicandum; qua de re capitulum generale hoc edidit statutum: *Ad mandatum summi pontiffiss & ad preces marchionis de . . . & Flandrensiss, & Blesensiss & Montis-fortis comitum, conceditur ut de Sernaio & de Perseignia, & de Los, & de Sacra-cella abbatess proficiantur cum Crucifignatis, & tam de numero personarum, quas secum ducent, quam de substantia, ad consilium se habeant patrum abbatum.* Ad annum sequentem 1202. hoc iter annotatur in parva chronologia ms. his verbis: *Anno 1202. Guido abbas de Sernaio perrexit Jerusalem cum magna manu comitum: qui ex hæc peregrinatione rediit, bullam ab eodem pontifice accepit x. cal. Decembris anno 1203. qua prohibetur episcopis vel parochis, quominus abbatiss domesticos subficiant excommunicationi. Anno 1206. mense Julio Gervasium de Nealls beneficium expertit.*

Idem subinde in Vasconia præcipuus actor adversus hæresim Albigenisium prædicationem tanto zelo suscepit, ut evaserit episcopus Carcaionensis anno 1211. uti diximus tomo sexto col. 881. Sane adhuc memoratur abbas 1210. in tabulario sancti Dionysii; sub quo Petrus de Vallibus ejus nepos & Vallium Sarnaii monachus historiam Albigenisium scripsit, ubi de Guidone hæc habet cap. vi. *Guido abbas Vallium Sarnaii in diocessi Parisiensi, qui cum aliis abbatibus causa prædicationis in Narbonensem provinciam venerat, vir nobilis genere,*

K k k iij

sed scientia longe nobilior & virtute, qui etiam episcopus factus est Carcaffona, prior inter predicatores constitutus & magister. De quo iterum capite 22. Guido episcopus Carcaffona, qui ad preces comitis Montis-fortis paulo ante pro negotio fidei ad partes descendit Gallicanas, & cum Ludovico filii regis Francia primogenito veniebat. Ludovicus autem, & qui cum eo erant, ipsum tenerrime diligebant, ejusque voluntati & consiliis in omnibus acquiescebat; & cap. 60. Erat etiam a multis annis familiarissimus comiti (Montis-fortis) &c. Obiit anno 1223. die 20. aut 21. Martii, ut diximus in episcopo Carcaffonensis tomo vi. de quo tamen agit calendarium Cisterciense tanquam vireo illustri & sanctitate præclaro ad iv. idus Augusti. Pro eo commendando scriptam ad episcopum Atrebatensem credit Cl. du Molinet epistolam 156. Stephani Tornacensis.

VII. Thomas I. jani anno 1210. laudatus abbas in veteri Gallia Christiana circa 1214. una cum R. abbate Savignei scriptis ad P. Parisiensem episcopum litteris significat consentire se, ut abbatia in parthenone Portus regis eligatur. Occurrit anno 1220. mense Martio in archivo abbatiæ Becensis. An. 1222. duas vineæ portiones sitas inter Meudonem & Iffacum vendidit monachibus Portus regis. Dimisit anno 1225. H. decano & capitulo Carnotensi decimam, quam in parochia de Escrones sitam apud Girodetum monachi Vallium Sarnaii emerant a Simone clerico de Voifins pretio 140. librarum Carnotensium, ex tabulario capitulo Carnotensis. Sub initium anni sequentis sanctum Theobaldum per manus Thomæ abbatem habitum religionis suscepisse colligitur ex duabus chartis Burchardi patris sancti Theobaldi, altera mensis Maii anni 1225. cui Theobaldus miles dictus & Burchardi hujus primogenitus subscripsit, altera vero mensis Maii anni sequentis pro cœnobio Vallium Sarnaii, ob amorem, inquit, & salutem Theobaldi filii mei primogeniti, qui Dei gratia inspirante in abbatia Vallium Sarnaii habitum Cisterciensis suscepit. Reperitur Th. abbas 1226. mense Maio & 1228. mense Augusto in archivo de Sauffeuf; cui hoc insuper anno capitulum generale asseruit jurisdictionem in parthenonem Portus regis. Obiisse dicitur Thomas anno sequenti 1229. viii. cal. Aprilis sepultus in capitulo.

VIII. Richardus successit Thomæ eodem anno 1219. Hic est R. abbas Vallium Sarnaii, qui 1231. mense Augusto quoddam vineæ jugerum apud Monz in dominio abbatum sancti Maglorii ab eodem in perpetuum possidendum accepit pro sex solidis tribusque denariis & ob. adaucti census annuatim reddendis in festo sancti Remigii, cum censu capitali octo denariorum & ob. ex tabulario sancti Maglorii. Anno sequenti coram Balduino Corboili vicecomite pepigit cum domino & incolis d'Ormy de quorundam pascuorum jure. Eodem Guido de Levis exercitus Simonis comitis Montis-fortis quondam marescallus, de fundando monasterio cogitans, rei executionem Richardo nostro, Amalrico comiti Montis-fortis & Alexandro de Vordes consanguineo demandavit;

quorum reapse studio fundata est abbatia beate Mariæ de Rocha, de la Roche, in parocia du Mesnil-Saint-Denis una leuca a Vallibus Sarnaii pro canonicis regularibus. Parva chronologia m. Richardi obitum consignat anno 1235. & antiquum martyrologium idibus Junii.

IX. Sanctus Theobaldus de Marli & stirpe Marliaca de Montemorenciaco Burchardi I. domini de Marli ex Mathilde de Chateaufort, non vero Hildegarde, uti volunt Sammarthani, natu major filius, sedulo distinguendus ab alio ejusdem de Montemorenciaco gentis Theobaldo fratre Hervei decani Parisiensis, jam anno 1185. in abbatia Vallis monacho, prius aulam & militarem vitam secutus est, in qua tamen vitiorum monstra effugit, ope singulari beate Virginis Deiparæ, quam assidue colebat. Cum igitur illo dignus non esset mundus, in abbatia Vallium Sarnaii monachum induit anno 1226. ex historia genealogica & chronologica magnatum Franciæ tomo tertio pag. 658. tum prior ejusdem loci circa 1230. ac tandem abbas effectus est anno 1235. uti loco citato legere est. Hoc in munere, motachorum omnium veluti servus vilia queque ministeria obire voluit, ita ut etiam cœmentariis famularetur, quando scilicet dormitorium reedificavit;

C sicque potius exemplo quam imperio vitam rexit monasterium. Habuit quoque sub cura sua Brolium Benedictum, a quo pendebat Trappa toto orbe celeberrimum fama religionis aceterium. Ejus tempore anno 1237. in capitulo generali paternitas abbatiæ de Thesauro beate Mariæ fundata: hoc anno juxta Vernonium ad Sequanum abbatem de Valle Sarnaii concessa est & injuncta. Anno 1244. Bonificus abbas Cistercii Theobaldum concessit de jurisdictione in parthenonem Portus regis; hancque iterum causam recudit contra Guerinum Theobaldi successorem an. 1256. Integram tamen illam jurisdictionem Theobaldo remansisse ex eo colligitur, quod anno 1245. tertium in hoc parthenone unum e suis monachis capellanum instituerit. Denique incerto anno quoddam Odonis abbatem sancti Dionysii datas anno 1231. litteras a se visas suis testatus, transivit ad Dominum anno 1247. die 7. Decembris, uti legitur tomo primo hist. genealog. & chronolog. magnatum Franciæ pag. 474. & in martyrologio Portus regis edito 1723. pag. 458. cujus præstationem vide pag. xx. Et certe hic annus distinctio sequenti ad tumuli pedes apposito, quando ipsius elevata: sunt reliquæ, distincte exprimitur:

*Mille bicenteno septeno cum quadrageno  
Cælo clarescit Theobaldus, ubi requiescit.*

Ceterum sepultus est primum in capitulo abbatiæ Portus regis, cujus per duodecim annos superior exstitit) unde anno 1260. al. 1261. in sacellum infirmariæ domus translatus est, ac tandem ob ipsius miracula in ecclesiâ navim, ubi cœruitur ejus tumulus columnis quatuor sustentus. Duplicis certe illius corporis translationis fit memoria in calendario Cisterciensi, alterius xi. cal. Junii, his verbis: *In agro Parisiensi translatio sancti Theobaldi abbatum Vallium Sarnaii, cujus reliquæ*

*Hist. de  
Montemorenci  
pag. 117.*

*T. 4. Anod.  
Marren. ed.  
1366.*

*T. 4. nova  
Gall. Clus.  
ed. 995.*

*\*T. 3. hist.  
genealog. &  
chronologica  
magn. Franc.  
126. 635.*



Falsic.  
Sancti. ord.  
Cister. l. 2.  
distinct. 26.  
capit. 40.  
pag. 284.

*ipsi Pentecostes feriis magno populi concursu honorantur; & alterius idibus Junii. Porro non solum hoc in monasterio festivitatis ejus colitur, verum etiam toti ordini per univertum orbem dilatato celebranda proponitur octava die Julii in breviario Luteciae Parisiorum edito sumibus Sebastiani Cramoisy typographi anno 1617. jussu Nicolai abbatis Cistercii. Subjicitur fragmentum vite sancti Theobaldi erutum ex tomo quinto historiz scripti. Franciz opera Francisci Duchesne historiographi regii, Andreæ filii: Sanctus, ait, Theobaldus nobili genere procreatus, e Marliaco prope Parisus progenitus, heres fuit domini dicti loci filius. Juxta nomen magnorum qui sunt in terris, magnus miles in seculo fuit factus, in armis, & torcementis strenuus. Deinde venit ad religionem, & ambulavit ad abbatiam Vallium Cernaii Cisterciensis ordinis, Parisiensis diocesis: audiebat enim ab omnibus, quod ibidem vigeat ordo, & quod ciborum abstinentia mirabilis ibi erat. Dicitur & proculdubio, quoniam adhuc quibusdam viventibus plenus innotescit, quod si non fuisset abbas Theobaldus, manu Altissimi supponente, preclarissimus Ludovicus ab uxore sua Francia regina domina Margareta, eo quod non potuisset concipere, fuisset altrinsecus separati. Pro quo multi fideles ad auxilium Dei omnipotentis fuerunt specialiter implorati & invocati: inter quos fuit vir Dei Theobaldus, qui ait, adhuc modicum sustinete, deprecabitur Deus ut nobis gratiam faciat, & ostendat. Et veraciter ita fuit. Oravit itaque homo Dei, & maxime pro regina, qua graviter erat tristis. Quippe si tale divortium fieret, hoc esset in toto regno Francia dedecus maximum, & discrimen. Sed exaudivit Dominus vocem servi. Impragnata fuit regina Margareta a felicissimo Ludovico, & peperit filium nomine Ludovicum, cui successit Philippus, qui regnavit rex. Postea habuit filios & filias, Deo dante. Quæ domina in tantum postea dilexit virum Dei, quod post obitum pii regis venit ad Valles Cernaii peregre proficiens, & visa diligentissime tumba ejus, & sarcophago intra tumbam, in quo omnia ossa ejus adhuc honorifice reponuntur, flexis genibus, & corpore ad terram prostrato, preces effudit, & se totam Deo, & ejus sanctis, jussu lacrymis commendavit.*

Post Theobaldum deberetur locus Gaufrido, qui anno 1248. pepigisse dicitur cum priore S. Nicasii super grangia de Broullat, ni temere, quod suspicamus, pro sola littera G. Gaufridum exscriptor interpretatus sit loco Guerinii appellati successoris Theobaldi in historia Cistercii tomo quarto in Bonifacio abbate num. xxiiii. col. 995. quamquam & Gaufridus in vita sancti Theobaldi successor ejus dicitur, sed mendose, ait auctor E

historie m. monasterii. Itaque  
X. Guericus, qui & Guerrinus & Guarinus, memoratur abbas Vallium Sarnaii anno 1250. mense Januario die Sabbati post Conversionem sancti Pauli, 1253. ac 1261. 4. Aprilis & in festo sancti Ambrosii; quem, non Gaufridum, sancti Theobaldi reliquias efferrî curavisse anno 1261. legimus in historia ludata m. Memoratur & 1262. mense Octobri; quo circiter anno reperitur in necrologio laudato Portus regis pag. 410. Composuit anno sequenti cum coenobio

A. B. Mariz regalis pro decima vini apud Stamps, ex tabulario hujus parthenonis cap. 9. Idem anno 1267. quoddam prædium sub annua pensione Roberto de Dieppe oppignaverit. Inseq. 1268. ad Savigniacum regendum fratrum omnium calculis assultus est, ubi de illo plura.

XI. Thomas II. innotescit ex hac brevi charta sancti Victoris Parisiensis, data mense Martio an. 1280. *Universis presentes litteras inspecturis frater Thomas dictus abbas Vallium Sarnai totiusque ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos debere religiosus viris priori de Athies & sociis ejus pro capella de Ablon decem & octo sextarios frumenti in nostra grangia de Athies annis singulis capiendos. Et quia dicti religiosi, prior videlicet & socii ejus instrumentum super hoc non habebant, nos mera gratia & pro bono pacis & concordia eisdem religiosus presentes litteras sigillo nostro decimis sigillatas. Datum anno 1280. mense Martio. Rexille dicitur ab anno 1268. ad 1281. sepultus in coemeterio communi.*

XII. Rogerius seu Rogerus reperitur abbas 1283. in tabulario sancti Dionysii. Pepigit anno sequenti cum priore de Salicofa, de Sauffeje, super nonnullis decimis. Præfuisse dicitur ab anno 1281. ad 1286. ac proinde sub eo, non sub C Garino abbate, ut volunt Sammarthani, Theobaldus de Marliaco sacrum de beata Maria & de defunctis alternatim celebrandum in sacello, ubi quiescit sanctus Theobaldus, dotavit anno 1285.

XIII. Radulfus recensetur 1286. & 1287. quo feria sexta ante festum Natalis Domini duo jugera tam in vineis, quam in terris Richardo la Corne & Guillelmo l'Enfant elocavit ad censum. Obiit anno 1289. xvi. calendas Maii, sepultus in capitulo sub tumba baculum exhibente cum his verbis: *Hic jacet bone memorie Radulfus abbas decimus hujus loci, iis videlicet haud annumeratis abbatibus, qui ad alias promoti sunt dignitates, D Andrea episcopo Atrebatenfi, Guidone Carcaffo-nensi, & Guerinno abbate Savigniaci.*

XIV. Guillelmus I. eligitur abbas 1290. cui 1295. mense Martio Johannes filius regis Jerusalem, buticularius regis Francie testamento certis conditionibus legavit terram atque dominium de Charentonneau-lez-Paris. Anno 1300. Sabbato ante Dominicam Quasmodo nonnulla permutavit cum magistro leprosarie de Karolinaria, & 1302. mense Augusto cum Guidone domino d'Aulneau. Deceffit anno 1305. conditus in capitulo sub hac epigrapha: *Hic jacet bone memorie D. Guillelmus undecimus \* abbas hujus coenobii, qui obiit anno Domini 1305. die Mercurii in festo B. Ludovici, cujus anima regna possideat sempiterna.*

XV. Johannes II. inii compositionem mense Januario anni 1309. cum Johanne abbate Fossatenfi de quibusdam decimis, ex tabulario domestico. Eodem anno die Veneris post Purificationem B. Mariz compromissum fecit cum abbate & conventu S. Maglorii super quibusdam bladi & avenæ sextariis, ex tabulario sancti Maglorii, & 1314. feria v. in festo S. Marci Evang. cum Johanna de Dreux comitissa de Rouci. Johannes ad aliam translatum ecclesiam videtur, quando-

\*Vide supra  
in Radulfo  
abbate XIII.

quidem nulla fit ejus in necrologio memoria.

XVI. Philippus creatus abbas 1316. eodem anno feria secunda ante festum natalis S. Johannis Bapt. beneficium expertus est Johannem Dubois dominum de la Huertiere in castellania de Maurepas. Obiit III. vel VI. calendis Aprilis 1320. aut 1321. sepultus in capitulo.

XVII. Simon de Rupeforti sic dictus a natali solo tribus a monasterio leucis distante, doctor theologus facultatis Parisiensis solum innotescit ex ipsius tumba, quæ jacet in ecclesia intra presbyterium a latere Epistolæ, cum abbatis effigie manu pedum gestantis caputque doctoris bireto reclinatum, cum hac inscriptione: *Hic jacet bone memoria magister Simon de Rupeforti doctor theologus, quondam hujus canobii abbas decimus tertius, qui obiit anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo in die sancti Benedicti. Requiescat in pace.* Deinde hi duo leguntur versus:

*Cleri sol, luna, lux, laus, fons, fluvius, æquor,  
Regula, hma, decor, petra jacet iste sub una.*

XVIII. Petrus I. pacificus anno 1329. 10. Decembris cum parochia d'Aufargis coram episcopo Carnotensi, & 1347. mense Januario cum Jaucelino de Solhac priore sancti Desiderii de Bruiere-le-Chateau. Obiit VII. calendis Octobris ex veteri martyrologio.

XIX. Johannes III. anno 1349. die prima Novembris sacri fundationem in ecclesia Vallium Sarnaii quotannis decantandi factam a Johanne Grand Blefensi archidiacono in ecclesia Carnotensi approbavit. Fato sanctus dicitur an. 1363. aut 1364.

XX. Guillelmus II. e solo abbatum catalogo notus est, quem Claudius Chalmot abbas Columbar, dum erat prior Vallium Sarnaii contexit, qui si vere præfuit, certe non usque ad obitum, quem Claudius anno 1406. consignat: nam

XXI. Stephanus patria Lingonenfis jam anno 1391. memoratur in statuto capituli generalis quo monasterio Vallium Sarnaii diminuto redditibus vectigal imponi solitum imminuit. Pepigit anno 1392. 26. Julii cum decano & capitulo Carnotensi de quibusdam juribus & censibus. Memoratur & annis 1399. 1405. & 1407. notatus in antiquo martyrologio abbas decimus septimus ad III. nonas Martii.

XXII. Petrus II. de Monstrella (de Montreuil) anno 1412. 5. Decemb. obligat se abbati Carolico pro summa 35. librarum & decem solidorum. Anno sequenti 27. Julii summam 256. librarum accepit a providore & doctoribus collegii S. Bernardi Parisiensis, sub quadam obligatione. Obiit v. calendis Octobris ex veteri martyrologio, & quidem anno 1413. ut insertur ex charta venditionis factæ hoc anno XI. Decembris a priore & monachis, tacito abbate, quod insolens omnino est, quamdiu superstes abbas.

XXIII. Hugo de Menolio, du Mesnil, sic dictus a loco natali una circiter leuca distante a monasterio, ex procuratore fit abbas tribus post obitum decessoris mensibus. Anno 1414. in festo sancti Johannis Baptistæ cuidam Garizæ prædium

Allocavit, & 1417. mense Septembri nonnulla lucorum jugera Guioni Brodier dividendi.

XXIV. Johannes IV. de Galardon *al. de la Salle* de Galardon sacre theologie professor, sub quo monasterium ad ingentem redactum fuisse inopiam videtur; enimvero sese obligat ubique, mutuatur undique. Anno 1423. die 6. Novemb. Alano de Boscheri monacho professo abbatiæ Savigniaci obligavit se pro 44. libris. Pepigit anno 1425. cum magistris & fororibus publicæ pauperum domus Paris. Anno 1430. cum aliis nonnullis abbatibus nominatur procurator & nuncius specialis ad concilium Basileense proxime celebrandum, cui tamen non adfuit fato interceptus.

XXV. Dominicus de Belna fca patria dictus, Maceriarum monachus, jam ante adeptum pedum celeberrimus erat ex duabus illi ab ordine demandatis legationibus, altera in Italiam deferendi gratia ad abbatem de Foffa nova pro communibus ordinis negotiis collectam pecuniam, & altera vectigal toti ordini positum a domino papa solvendi causa, quod quidem ipsi tanquam Maceriarum monacho Johannes abbas Cistercii accepit tult die 6. mensis Januarii 1431. secundum præsentem calculant, jam enim abbas erat 23. Febr. 1430. quo transiit cum Johanne du Preau priore de Bruiere-le-Chateau. An. 1431. pepigit cum Stephano Malingret mercatore Parisiensi de octoginta libris, quas decessor Johannes ab eo mutuatus erat; eodemque anno 26. Martii alia nonnulla decessoris debita solvit. Inseq. 1432. 24. Februarii generalem 123. librarum, quas similiter decessor ab abbatissa de Thesauo beate Mariæ mutuas sumserat, apocham recepit; itemque 1434. prima Novembris a Jacobo Gallet artium magistro, licentiatum in jure canonico & Laudunensi canonico pro decem solidis Parisiensibus, secundum concilii Basileensis asstimationem. Inærea Dominicus anno circiter 1432. abbatissam de Thesauo variis excessibus obnoxium ex-

communicavit, quæ Pontifaram se recepit, ex hist. m. Vallium Sarnaii. Sententiam obtinuit anno 1446. 18. Februarii adversus Johannem Groffet agricolam. Anno 1449. 12. Julii abbas sancti Maglorii Parisiensis quamdam pecuniæ summam sibi ab eo debitam dimisit. Denique 1450. die 5. Dec. quoddam prædium elocavit. Exlunctus est 1452. sepultusque in ecclesia lesionis quod renovaverat ad portam ecclesiæ sub hoc epitaphio: *Hic ante jacet frater Dominicus de Belna dudum professor monachus Maceriarum in Burgundia, qui intus abbatissavit 22. annis & tempore guerre & treugarum parcimonia victus & proprii status reedificavit præsens claustrum totaliter novum, multiplicique reparaciones tam in capite quam in membris ferventi zelo devotissime adimplevit, cujus anima vivat in æternum. Obiit autem anno Domini 1452.* Ceterum observat auctor historici: m. monasterii laudatum legi epitaphium in parva tumba contra murum claustrii, quod dicitur collationis; hanc vero epigraphen in ipso tumulo: *Cy deffous gist ledit abbe de ceans, qui trespasja au mois d'Aoust, l'an de Grace 1452. Dieu en ait l'ame, amen.* Martyrologium tamen ipsius meminit xv. calend.

Februarii,

T. 4. Acad.  
cal. 1579.

Februarii, qui obitus dies præferendus videtur ex quadam hujus anni 1452. computatione, qua Catharina la Coueterie habuisse dicitur terminum Paschæ pro suis pœnis & laboribus in ferviendo donipno Dominico abbati in sua infirmitate usque ad mortem: hæc scilicet femina quoddam in vico Fœni apud Parisios cubiculum habebat ad conductum, cujus, si Dominicus abbas fuisset mortuus mense Augusto, verisimilius certe huic femine terminus S. Johannis Bapt. dimissus esset ut proximior, quam terminus Paschæ remotior. Ex qua rursum computatione sequitur Dominicum obiisse Parisiis in ædibus suis palatii Thermarum, ubi hæc femina degabat.

XXVI. Thomas III. modo *Cordier* & modo *de Limours* appellatus, primo scilicet cognomento a familia sumto, altero a patria duabus a monasterio distante leucis, primus notatur qui familiæ cognomen adhibuerit. Hic baccaureus in facultate Parisiensi & monachus Firmitatis, memoratur abbas Vallium Sarnaii anno 1454. 24. Octobris in charta cessionis factæ monasterio a priore & conventu S. Catharinæ Vallis Scholarium apud Parisios, 1455. 10. Augusti & feria sexta die 5. Martii, hoc est 1456. ac insuper 1457. quo litem Carnotensi episcopo intendit de quibusdam invasis possessionibus. Deinde factus abbas Pontianici sepelitur in capitulo hujus loci cum epitaphio sequenti: *Hic jacet veneranda memoria reverendus pater domus Thomas de Limone bachelareus formatus in theologia, monachus professor in Firmitate, assumtus in abbatem Vallium Sarnaii, sublimatus in pastorem trigessimus\* hujus insignis civitatis, in quo exemplo & doctrina laudabiliter præfuit.*

T. J. Ansd.  
m. 1260.

\* al. de  
Heilly.

XXVII. Johannes V. de Rully \* de Saint-Jengon vel Jengoul, ex procuratore seu cellerario monasterii ab anno 1447. ad 1458. hoc anno electus abbas pacificior anno seq. die 15. Julii cum ecclesia S. Jacobi d'Ormoij, & 1460. cum Milone Carnotensi episcopo. Memoratur & anno sequenti die 4. Maii, & 1462. quo 5. Januarii compositionem inivit cum Benedicto Grandchamp, &c. 1465. 27. Augusti, 1469. 1471. 16. Novembris, 1473. die 3. Novembris & 1475. quo grassante in cenobio peste, aufugit ad parthenonem de Thesauo, cujus ulterius nulla fit mentio.

XXVIII. Johannes VI. e monacho Belzbrance in Andibus Vallium Sarnaii abbas, sponte vel invitatus cessit mense Junio anni 1480. dum Clarimontis abbas monasterium visitaret. Ad locum professionis se recepit cum annua viginti nummorum aureorum sibi a capitulo generali concessa pensione, qua fruebatur adhuc anno 1506. ex libro computationum abbatæ, qui statim innotuit Johanni cedenti alterum statim subrogatum fuisse.

XXIX. Johannes VII. le Chevrier ortu Andegavensis, creatus abbas per cessionem præcedentis mense Junio 1480. eodem anno 15. Augusti ab episcopo Parisiensi benedictionem accepit in ecclesia collegii sancti Bernardi. Pessimus ex libro

\* Hinc colligitur existisse nomina quatuor abbatum, qui ante Thomam III. sederunt.

A computationum fuit œconomus; plura siquidem bona monasterii abalienavit. Anno 1484. 15. Decembris Ludovico de Grâville maris præfecto in Francia vendidit reditum septem librarum Parisiensium: insequenti duo jugera terræ dedit ad censum. Lutecia: comitis generalibus alditus 1493. Circa id tempus obtinuit ex caduco ab abbate Cistercii abbatiam Oratorii sitam in Andibus, quam mox dimisit familiari suo & cellerario Michaeli Buffereau, in ea instituto ab abbate Firmitatis haud dubie in hac parte legato Cisterciensis abbas. Nec multo post, die scilicet 20. Januarii 1495. Johannes le Chevrier & Michael Buffereau hæc abbatias vicissim permutarunt in manibus abbas Cisterciensis.

XXX. Michael Buffereau antea Vallium Sarnaii cellerarius, & abbas Oratorii, permutazione quo diximus modo facta cum præcedente, Vallium Sarnaii abbas inflatus est a Johanne abbate Boni-portus vicario Cisterciensis abbas, Parisiis die 2. Februarii benedictione donatus ab abbate Cisterciensi. Deinde tamen turbatus in possessione sua est Michael a Johanne le Chevrier, qui vi & armis cenobium occupavit, sed mox sibi promissa pensione quæviit. Itaque Vallium Sarnaii pacificus possessor Michael 22. Junii anno 1495. pepigit cum administratoribus hospitalis S. Spiritus juxta Graviam Lutecia Parisiorum. An. 1498. prædii ejusdem permutationem fecit cum Ludovico de Grâville domino de Marcouilly. Quædam acquisivit an. 1500. & 1502. composuit cum parochod'Ormoij. Sedit annis octo, quinque mensibus & 20. diebus, fato functus prima Julii 1503.

XXXI. Petrus III. Texier vel Tésé ex priore annis 1494. & 1498. electus abbas die 3. Julii 1503. electioni præsidente rogatus conventus Claudio de Dinteville abbate Firmitatis, aliorumque cenobiorum, bullas obtinuit a Pio III. die 9. Octob. ejusdem anni, tribus mensibus & octo diebus post obitum decessoris. Intra Ludovicus de Bourbon episcopus Abrincensis & abbas commendatarius Savigniæ, cum debere se ad electionem vocari contenderet, vana & irrita Petri electione declarata, proprio motu abbatem nominavit Ricardum le Conte tunc priorem Savigniæ, in sacra pagina baccaureum, literis datis die 6. Julii ejusdem anni. Duravit autem hæc prima contentio usque ad annum sequentem, quo Ricardus mortuo Petrus ad cautelam bullas obtinuit alteras die 14. Decembris anno 1504. sed non idcirco quietus fuit, Ricardo siquidem Ludovicus de Bourbon Michaelæ Dubois-Bunel subrogavit; verum post duos tandem annos & sex menses Petrus abbatiam pacifice possedit. Quæram habuit 1505 cum Parisiensibus S. Bernardi auctis; quæ delata per procuratorem Johannem Piau ad capitulum generale, ab abbate Cistercii commissa est abbatibus Firmitatis, Frigidi-montis & Caroli-loci sacre theologiæ professoribus definita. Eodem 24. Augusti quoddam impertivit beneficium fratri Johanni le Timonier. Anno 1510. a rege privilegium obtinuit habendi apud Valles Sarnaii forum publicum qualibet feria tertia & in festo sancti Theobaldi nundinas liberar. Visitavit anno

1514. 16. Decembris abbatiam Brolii Benedicti, qua in visitatione prohibuit ne alii præter abbatem Cistercii visitatores reciperent. Fato fundus est 1516. 20. Januarii postquam rexisset tredecim annis cum sex mensibus & 17. diebus. Jacet in ingressu capituli sub tumba abbatis effigiem præferente, cum hoc in circuito epitaphio: *Cy desous gist venerable & religieuse personne frere Pierre Telle en son vivant religieux & abbé de ceans, lequel a gouverné ledit monastere en dignité abbatiale l'espace de 13. ans & demi, & trespassé le 20. jour de Janvier 1516. Priez Dieu pour luy.*

XXXII. Johannes VIII. des Monceaux *al. de* Bazemont, oriundus e vico parocia de Dampierre non longe a Vallibus Sarnaii dissito, sacerdotio initiatus 17. Mart. 1491. ex priore 1515. quarta post obitum decessit die 24. Januarii 1516. electus est abbas, præside Antonio de Chaffillon abbate Frigidi-montis vicario Edmundi Clara-valensis abbatis, postriede confirmatus, & 8. Februarii ejusdem anni Parisiis benedictione donatus in collegio sancti Bernardi. Perturbatus tamen est ab Ambrosio Perret priore Savigniaci, in theologia bacculauro, nominato abbate Vallium Sarnaii ex caduco a Ludovico d'Estouteville Savigniaci commendatario, sed nihilominus substitit abbas Johannes, qui 1521. die 6. Julii præfente Nicolao de Somnery abbate Septem-fontium inii compositionem cum Antonio Baillass domino de Coigniers, & 29. Novembris ejusdem anni cum Ferrico de Vicardel domino de Longchefne. Johannis obitus notatur in veteri martyrologio vi. idus Augusti.

\* r. idus  
ex Summ.

XXXIII. Ludovicus I. de Bajoue *al. de* Baione, a patria dictus de Monteforti, e monacho Vallium Sarnaii & procuratore 1520. & 1522. hoc ipso anno electus est abbas. Eodem 28. Aug. Johanni Piau antiquo famulo gerendorum temporalium negotiorum potestatem fecit. Transegit eodem anno, seu forte sequenti 24. Jan. cum Michaele Bignon. Anno 1537. licentiam obtinuit a senatu Parisiensi quinquaginta nemorum jugera cedendi ad reparandum monasterium, ex quibus chori saltem stalla refecit, &c. Memoratur & anno 1539. Superstes ad 1542. quo decessit x. cal. Februarii ultimus abbas regularis.

XXXIV. Antonius Sanguin primus commendatarius abbas, cardinalis tit. primum S. Marie in Porticu, deinde S. Chryfogoni, cognomento de Meudon, tunc episcopus Aurelianensis, postea Tolosanus archiepiscopus & major Franciæ elemosynarius, filius Antonii Sanguin aquis & silvis præfecti, cognatione attingebat Annam de Pifseleu Stamparum ducissam Francisci I. regis amicam, cujus gratia fortunæ suæ fundamenta posuit. Hic jam abbas Floriacensis, Vindocinensis, sancti Johannis Senonensis, Vezeliaci & Altivillaris, anno 1543. 8. Augusti Andree Genes canonico sancti Germani Autissiodorensis omnia Vallium Sarnaii elocandi prædia fecit potestatem. Tunc temporis debebant in cœnobio 22. monachi, quibus modicum tum victum, tum vestitum assignavit, & Robertum de Thumery Vallium Sarnaii monachum 10. Martii anno 1555. prio-

rem constituit. Is etiam chartarum indicem hujus cœnobii scribendum curavit, quod interim, tam per se quam per suos multum vexavit, quamquam, cum anno 1556. die 5. Sept. ejus maxima pars igne consumpta fuisset, dimidiam circiter reparavit. Luteciæ fato functus est anno 1559. sepultus in ecclesiâ sanctæ Catharinæ Vallis Scholarium in facello beatæ virginis Mariæ.

XXXV. Ludovicus II. Guillart regi a consiliis & ipsius oratorii magister, tunc episcopus Cabilonensis & abbas Vallis sanctæ Mariæ ordinis Cisterciensis, ac deinde Silvanectensis præsul, cum antea fuisset Tornacensis & Carnotensis, patrem habuit Carolum Guillart dominum d'Espicheliere senatus Parisiensis præsidem. Vallium Sarnaii adit possessionem die prima Maii anno 1560. cui monasterio adhuc præerat mense Maio anni sequentis. Jacet in choro ecclesiæ Alborum Martellorum apud Parisios.

XXXVI. Carolus Guillart superioris ex fratre Andrea domino d'Espicheliere nepos, episcopus Carnotensis, abbatie Vallium Sarnaii possessionem nactus est 1561. quam anno sequenti devastarunt heterodoxi. Is porro cum huic cladi compati debuisset, auxit potius, plurimis ab illa bonis distractis; quod nec mirum videri debet, cum & ipse infimulatus hæreseos, de fide sua responsurus anno 1563. die 7. Aprilis accitus fuerit Romam una cum Odeto de Coligny Bellocacensi & Johanne de Montluc Valentiniensi episcopis. Rexisse tamen adhuc die 12. Februarii anni 1573. colligitur ex quadam a monachis facta locacione pollicitis se curaturos, ut rata haberetur a Carolo Guillart. Demum nuper extinctus dicitur in libello supplici, quem idem monachi 5. Aprilis ejusdem anni senatui Parisiensi de ruinis ædificiorum monasterii obtulerunt, ex quo inferas obiisse Carolum mense Martio anni 1573.

XXXVII. Maturinus Vincent seipse dicit presbyterum, regis capellanum & abbatem Vallium Sarnaii in literis die 5. Novemb. an. 1573. datis, quibus Antonio Mefmin elocandi omnia monasterii bona potestatem facit. Sub eo monachorum numerus ad 15. redactus est. Hanc anno 1587. cum cardinali de Joyeuse abbatiam permutavit cum Pictaviensi sancti Savini, quam is nuper obtinuerat. Et certe Maturinus in pacto hujus anni de quadam pecuniæ summa inito cum monachis Vallium Sarnaii non ita pridem abbas nuncupatur.

Franciscus de Joyeuse cardinalis & archiepiscopus Narbonensis, tamesi, uti modo diximus, abbatiam sancti Savini Pictaviensis anno 1587. permutaverit pro abbata Vallium Sarnaii, vix tamen ejusdem abbatibus annumerari debet, cum eam statim, eodem scilicet anno sub finem Septembris pro abbata Auriliaci, ad quam Philippus des Portes nominatus fuerat, commutavit. Itaque

XXXVIII. Philippus des Portes patria Carnotensis a rege nominatus abbas Auriliaci, permutacione facta cum Francisco de Joyeuse evasit abbas Vallium Sarnaii, cujus cœnobii possessionem accepit sub initium mensis Martii an. 1588. eodemque statim anno monachorum nonnihil

auxit pensiones. Insequenti factus rebellis Henrico IV. privatur abbatibus, hac scilicet, Tironii, Josephati & Boni-portus, sed cum anno 1594. ad obedientiam rediisset, illas recuperavit. Denique pacem fecit cum monachis anno 1597. qui fato ereptus 1606. die 5. Octobris, sepulturam accepit in ingressu chori abbatiæ Boni-portus sub marmore, cui inscriptum est epitaphium hac in abbata dicecesis Ebroicensis referendum.

XXXIX. Henricus de Bourbon de Verneuill filius naturalis Henrici IV. Francorum regis ex Catharina Henrica de Balfac marchionissa de Verneuill, natus 1603. mense Januario, omnia Philippo des Portes beneficia obtinuit a rege favore matris. Habuit etiam abbatias sancti Germani a Pratis, Ficarni, Urficampi, S. Taurini Ebroicensis, &c. necnon episcopatum Metensem. Quod autem attinet ad abbatiam Vallium Sarnaii, in qua singulis annis quatuor saltem menses morabatur, die 7. Maii anno 1622. quædam ab œconomo ablata monachis restituit, & 1629. 7. Aprilis, iterumque 1650. 21. Nov. illorum adauxit pensiones; cum quibus tandem anno 1662. die 15. Dec. bonorum partitionem fecit. Denique cum hac potitus esset abbatia 62. annis, illam & alias cum episcopatu, ut uxorem duceret, abdicavit 12. Octobris 1668. in manibus regis. Cetera consule in abbata S. Germani, & hist. genealog. & chronolog. magnatum Francia: tomo primo pag. 150.

XL. Johannes Casimirus Poloniæ rex & Sueciæ de morte reginæ conjugis sollicitus, abdicato regno in Franciam venit, ubi a rege donatus est abbatibus, quas nuper abdicaverat Henricus. Dein obtentis bullis 8. Martii anno 1669. Vallium Sarnaii possessionem accepit per Danielem de Bares de S. Martin abbatem Casæ Dei ordinis Præmonstratensis 28. Junii sequentis. An. 1671. 12. Novembris hanc abbatiam invisit, ubi regio apparatu a conventu exceptus est. Niverni anno sequenti 16. Decembris, cum ex aquis Borbonicis rediret, e vivis excessit. Cetera vide in abbatibus sancti Germani a Pratis.

XLI. Armandus Ludovicus Bonnin de Chalucet gente Armoricus, filius Francisci comitis de Morveau, & urbis, castri, totiusque agri Nannetensis regii præfeci ex N. de Maille, gratia & precibus Guillelmi de Lamoignon senatus Parisiensis protopræsidis obtinuit abbatiam Vallium Sarnaii 27. Aprilis 1673. cujus inuit possessionem 8. Septemb. ejusdem anni, cum prius quamdam ordinis S. Augustini abbatiam apud Piçtavos abdicasset. Obiit episcopus Telonenis, ubi vide tomo primo col. 757.

XLII. Carolus Mauricius Broglia filius Victoris Mauricii comitis de Broglia Franciæ marecalli & Mariæ de Lamoignon, doctor theologus, cleri Gallicani administrator generalis, Armandi defuncti 1712. successor designatur eodem anno 15. Augusti, qui simul abbas de Balma interfuit 1711. & 15. Octobris 1715. cleri Gallicani comitis generalibus. Hactenus vivit etiam abbas sancti Michaelis in Periculo maris.

Tonus VII.

S. ANTONIUS PARIISIENSIS.

SAINT ANTOINE

OMissis, quæ de primordiis hujusce parthenonis in vulgatis cœnobii membranis referuntur, de visione scilicet sancti Antonii cuidam anchoretæ facta, cujus in honorem capella hic ædificata fuerit, in quam postea multitudo virorum & feminarum ad Deo servandum conveniret, ex Alberico verius exordia hujus abbatiæ sumemus ab instituta inibi antiquitus mulierularum congregatione, quas ad honestiorem vitam induxisse legitur Fulco nominatissimus presbyter. Sic enim fatur Albericus in chronico sub annum 1199. *In his diebus magister Fulco a civitate Parisiorum confurgens presbyter cujusdam villa videlicet de Novillaco non longe ab ipsa civitate, prædicator famosissimus jam per biennium habebatur, cui contra presbyteros uxoratos & saeviores publicos spiritus inerat vehemens, & in ipsos specialiter ejus prædicatio invehatur impetu valido & acerrimo: dicitur quidam per eum facta aliqua miracula, maxime ad fontes quos benedixit; sed in hoc scandalisabantur nonnulli, quod nimiam pecuniam aggregavit, quasi ad succursum terræ Jerosolymitanæ. & quod erat ultra mensuram iracundus; sed litera & mandatum summi pontificis eum tuebantur, & multi sine dubio ab usuris exercendis cessaverunt, & multa usura restituta fuerunt. Paulo post addit idem chronographus: Fundavit etiam magister Fulco de publicis mulieribus, quas a peccato retraxerat, domum monialium sancti Antonii Parisiæ. De his tamen aliter sentit Guillelmus Nangius ad annum 1198. *Quædam, ait, mulieres ad prædicationem Fulconis Parisiensis presbyteri conjugium resipientes, & soli Deo servire cupientes, in abbata sancti Antonii Parisiæ collocatae sunt, qua causa illarum eo tempore fundata fuit. Hanc tamen existisse jam anno 1191. colligitur ex charta venditionis eidem factæ hoc anno, sub sigillo Philippi Augusti anno regni decimo. Et certe Philippo regnante moniales sancti Antonii Parisiensis, terram, in qua fundata est ipsarum ecclesiæ, moventem de cameraria Franciæ, jam obtinuisse liquet ex præcepto S. Ludovici, quo huic cœnobio immunitatem contulit, seu datam illam terram confirmavit anno 1227. Exstat in appendice nostra cum litteris Bartholomæi de Roia Franciæ camerarii datis eodem anno. Esti vero jam labente seculo XII. illic adunata fuerit monialium congregatio, nonnisi tamen ineunte XIII. Cisterciensis addita est instituto, suau Odonis episcopi Parisiensis 1204. qui tunc illam in abbatiam erexit. Ipsius ea de re litteras exstare apud Cistercium, de cujus linea est abbata S. Antonii, testatur Arnaldus abbas Cistercii anno 1206. in capitulo generali. Edite sunt utriusque litteræ tom. 2. hist. ecclesiæ Paris. pag. 209. sed in his & aliis a generali capitulo scriptis anno 1208. quas ibidem reperies, littera B. initialis nominis abbatis Cistercii mutanda est in A. uti legitur in appendice nostra & tomo quinto historiæ Parisiensis pag. 601. quoad certe litteras Cisterciensis abbatis, nam in litteris capitulo generalis ibidem editis loco A. irrepit C. Ceterum cum Guido presbyter sancti Pauli Parisiensis jus parochiale in abbatiam**

CLXXXIX  
& CLXXX.  
coll. 99. &  
100.

LII ij

S. Antonii postulare, eo quod in ipsius parochia sita esset, Petrus episcopus Parisiensis Odonis successor de consensu ipsius presbyteri, necnon & archidiaconi Parisiensis, intuitu religionis & honestatis, quæ ex ipsa, inquit, abbatia redolet circumquaque, eidem abbati omnimodum jus parochiale concessit in perpetuum obtinendum, & in tota familia sua & in omnibus hospitibus, quas hospicio recipiet infra ambitum domus suæ. Actum anno Domini M. CCXV. mense Maio. Constitruit interrim abbatia templum, dotatum elemosynis toparchæ de S. Mandé prope boscum Vincennarum, qui triginta insuper jugera terræ in sua censura erogavit, tandemque absolutum dedicatur in honorem D. N. J. C. beatæ Mariæ virginis, & sancti Antonii, cui jam primum sacra capella erat, die 2. Junii anno 1233. a Guillelmo episcopo Paris. Galterio Cameracensi, & Petro Meldenti, presentibus Carnotensi, Noviomensi, Suetionensi, Silvanectensi & Catalaunensi, adstantibus etiam rege sancto Ludovico, regina Blanca ipsius matre, regina conjuge, pluribus tam ducibus, quam comitibus & baronibus cum maxima populi frequentia. Abbatissarum indicem Sammarthanis suppeditavit dominus de Lancy monachus ordinis Cisterciensis, ex quo & aliis monumentis nostrum hunc accuravimus.

## SERIES ABBATISSARUM.

**I.** THEOPHANIA reperitur abbatissa 1204. & 1212. Jacet in capitulo cum hoc epitaphio: *Cy gist Thiephine premiere abbesse de ceans.*

**II.** Agnes I. laudata 1214. 1215. & 1218. præfuisse annis septem dicitur. In hujus gratiam aut sequentis datum Laterani Sammarthani referunt Honorii III. rescriptum anno septimo pontificatus, contra monasterii bonorum invalores, quod in appendice nostra recudimus. Sepulta est in capitulo cum brevi epitaphio illam docente secundam abbatissam.

Ch. CXXIII.  
col. 75.

**III.** Amicia I. quos habebat in decima de Gratelon viginti sextarios hibernagii ad trespuram Stampensem, dedit abbatiæ Portus regis singulis annis in perpetuum accipiendos, pro decem terræ arabilis jugeribus sitis Alnetum inter & Salviniacum, anno 1221. mense Aprili, ex tabulario Portus regis. Hæc forsitan est A. abbatissa beati Antonii, quæ 1229. mense Aprili, die Martis proxima ante Resurrectionem Domini nonnulla jura cum abbate sancti Maglorii commutavit.

**IV.** Agnes II. de Mauvoisin soror Roberti fundatoris capellæ sancti Petri in inferiori area monasterii, in qua & sepulta est, sedebat anno 1233. Hæc bis nuperat, primum scilicet Guillelmo vicedomino de Gerberoy in dioecesi Bellovacensi, deinde Drogoni domino de Cressonsart, ex quo habuit tres filios, quorum alter Robertus ex decano ecclesiæ Bellovacensis fuit episcopus ejusdem ecclesiæ; unde in Agnetis tumba, quæ jacet in capitulo, breve hoc epitaphium legitur: *Hic jacet domina Agnes de Cressonsart quondam abbatissa; de qua, tacito abbatissæ titulo, sic habet necrologium S. Petri Bellovacensis: v1111. calend. Augusti obiit Agnes domina de Cressonsart, pro qua*

*A filius ejus episcopus Bellovacensis dedit nobis duas modios bladi in grantia S. Luciani de Fontanis.*

**V.** Amicia II. de Briart de Villepeche occurrit annis 1240. 1243. & 1246. eadem proinde, quæ per nudum apicem A. designata, anno 1244. mense Septembri quamdam a S. Maglorii abbate permissionem postulat, ex tabulario S. Maglorii. Sub ea forsitan, aut certe Johanna, quæ sequitur, anno 1248. sanctus Ludovicus abbatiæ privilegium elargitus est.

Ch. CXXIII.  
col. 107.

**VI.** Johanna I. occurrit 1253. in tabulario Sandionysiano. Hæc forsitan est Johanna, quæ notatur in necrologio die 23. Maii.

**B VII.** Guillelma 1255. mense Junio abbati & ordini Præmonstratensis vendidit, habito prius abbatissæ Cisterciensis & episcopi Parisiensis consensu, fundi terræ dominium in novem domos sitas in vico, qui dicitur *Aux étuves*, juxta domum Fratrum Minorum, pro 350. libris Parisiensis monetæ in aliam hereditatem utiliore suæ ecclesiæ jam conversis. Reperitur adhuc 1256. sed hoc ipso regere desit, nam

Hij. Par.  
tom. 1. pag.  
229.

**VIII.** Johanna II. pepigit eodem anno 1256. mense Decembri cum episcopo Parisiensi de quadam domo sita Parisiis in salveria, in terra & dominio ejusdem episcopi, quam Aalesia dicta

**C** præposita legaverat conventui ad opus cujusdam capellanæ. Anno 1261. mense Januario vendidit abbati & monachis sancti Dionysii censuales duodecim solidos Parisiensis, ex tabulario S. Dionysii. Sammarthani memorant S. Ludovici regis datum in castro Vincennarum rescriptum pro immunitate pedagiorum, mense Augusto 1258. Recensetur adhuc Johanna annis 1260. 1262. 1267. & 1268. Hoc anno defuncta legitur, haud cubie ante Pascha, hoc est 1267. uti tunc computabant, nam

**IX.** Philippa nonnulla commutasse legitur mense Aprili anno 1267. nunc 1268. Occurrit etiam 1272. mense Augusto quo de ducentis nemorum jugeribus in territorio de Jarrié Turnomium inter & Oratorium pepigit cum abbate & conventu Fossatensis cœnobii. Eodem anno mense Febuario in veteri Gallia Christiana fit mentio præcepti Philippi cognomento Audacis, regis, apud S. Germanum in Laya; & alterius anno 1269. mense Martio Alfonsi filii regis Jerusalem, comitis Augi & Franciæ camerarii. Philippa jacet in capitulo, ex cujus epitaphio femeseo dicitur sex annis rexisse ac feliciter obiisse anno Domini 1274. mense Augusto.

**X.** Agnes III. reperitur anno 1275. & 1283. die Dominica post Epiphaniam in literis de viginti quinque solidis annui redditus Ranulfo Parisiensi episcopo debitæ abbatissæ & conventu sancti Antonii juxta Parisios, ob quamdam domum sitam in salveria Guillelmi dicti Legrant. Obiit 1287. 20. Septembris, cum prius ob infirmitates abdicasset.

**XI.** Helissendis I. de Moucy d'Aunoy pedum accepit eodem anno 1287. quo ratam habuit fundationem eius capellæ factam in ecclesiâ sancti Antonii a regina Margareta sub Agnetæ abbatissæ superiore, annuente Theobaldo Cistercii abbate

feria sexta post festum sancti Laurentii, quod A Philippus rex cognomen Pulcher reginae pro nepos eodem anno in vigilia Assumptionis confirmavit. Helisendis tempore anno 1291. Nicolaus IV. pontifex prohibuit quominus plures quam 140. moniales, conversae, aut capellani admitterentur. Obiit 1294. die 8. Septemb. in capitulo sepulta cum hoc epitaphio: *Icy gist humble & religieuse dame Helissant de Mowcy, jadis prieure 13. ans, & 7. ans abbesse de ceans, qui trespassa l'an de Grace 1294. au mois de Septembre le jour de la Notre Dame. Priez pour l'ame de li, que Dieu mercy li fasse.*

XXI. Laura de Treleikens abbatissa erat 1295. B Abdicavit 1298. Superstes ad annum 1310. ex ipsius epitaphio, quod habetur in capitulo his verbis: *Icy gist dame Lore de Tre . . . jadis abbesse de chete abbie, qui trespassa l'an de Grace 1310. le jour de S<sup>t</sup> Jean Baptiste. Priez pour l'ame de li, que Dex bonne mercy li fasse, amen.*

XXII. Egidia de Beaumont-au-bois reperitur abbatissa 1298. mense Aprilis. Accepit an. 1301. a consobrina Margareta de Beaumont comitissa d'Aquilese & de Montekain in Sicilia decem libras annui redditus in dominio d'Athies pro ejus & mariti Johannis de Montfort animarum remedio. Obiit Egidia 1304. die 2. Novemb. sepulta C in capitulo cum hac inscriptione:

*Isto sarcophago sunt ossa simul & imago  
Nobilis Egidie, pulcra sit & facie.  
Pralata pia nobis fuit ipsa, Maria  
Virgo det auxilia, ne sit in angaria.  
Pastor & Antonius sui sibi propitius.  
Anno milieno ter centeno quoque quarto  
Cessit ab hoc mundo Novembre dieque secundo.*

XIV. Alix, Aaleps, & Elipdis de la Roche electa abbatissa Sabbato post festum Omnium sanctorum anno 1304. benedictur a Guillelmo Parisiensi episcopo 1306. die SS. apostolorum Simonis & Jude. Ejsdem fit mentio an. 1311. die Lunae post Epiphaniam. Fato fungitur 1316. feria secunda post Theophaniam, sepulta sub arcu muri claustrii juxta ecclesiam.

XV. Helisendis II. Allaire Parisina regere coepit circa 1318.

XVI. Margareta I. Petit filia Henrici Petit civis Parisiensis & Mariz . . . 1324. mense Maio.

XVII. Petronilla I. de Condé consanguinea Petri de Condé archidiaconi Suesionensis 1331. Obiit anno sequenti 15. Decembris sepulta in capitulo cum epitaphio.

XVIII. Amelina de Bourdon Parisina moritur 17. Maii 1338. sepulta in ingressu capitulo sub tumba.

XIX. Margareta II. d'Allemant Parisina defecit anno 1359. in vigilia sancti Michaelis sepulta in ecclesia, ubi sunt oratoria, ex necrologio & epitaphio. Insequenti anno 21. Octobris hoc in parthenone factis concessit Johanna primogenita Caroli Normanniae ducis, & postea regis Francorum dicti Caroli V. quae cum sorore Bonna

mortua in cunis die 7. Novembris ejusdem anni 1360. sub marmoreo conditorio jacet ad latus epistolae, ex altera vero parte visitur tumultus vicecomitis Meledunenvis.

XX. Droca de Chevrel vel de Bourgoigne, uti legitur in majori campana sua ipsius opera 1372. chirographo & cera literas obligavit 28. Augusti anno 1380. Jacet in capitulo cum epitaphio, defuncta 1381. 19. Octobris.

XXI. Johanna III. du Pont ex priorissa pluribus annis, abbatissa quindecim obiit 1396. die 16. Septembris, condita ubi sunt oratoria.

XXII. Jacoba de Chanteprime neptis Margaretae d'Allemant abbatissae, de qua superius num. XIX. electa die Dominica prima Octobris 1396. reperitur 1399. in scheda cameræ rationum, in qua frater ejus Franciscus de Chanteprime magister erat & senator Parisiensis, qui cum Reginalda uxore fundavit obitum pro Jacoba sorore deluncta 6. Jan. anno 1400. & prope sacristiam sepulta.

XXIII. Margareta III. de Chanteprime filia fratris Jacobae superioris defecit 1416. 8. Aprilis feria v. majoris hebdomadae, hoc est 1417. Prope armitam sepulta est sub eadem tumba sic inscripta: *Cy gist suer Marguerite de Chanteprime niece de ladite Jacqueline, jadis abbesse de cette eglise, qui trespassa l'an 1416. le Jedy avols 8. jour d'Avril.*

XXIV. Petronilla II. de Duc, dicta la Duchesse, antea subpriorissa & aditu, benedictur abbatissa die Dominica 2. Maii 1417. Interiit 8. Aprilis 1418. Sabbato ante Dominicam Palmarum, hoc est 1419. Jacet prope sacristiam sub tumba cum hoc epitaphio: *Cy gist religieuse dame suer Perenne la Duchesse en son vivant souprieure & secretaire, & depuis abbesse de cette eglise, qui trespassa le Samedi veille de Pasques fleuries 8. jour du mois d'Avril l'an de Grace 1418. Priez Dieu pour l'ame d'elle.*

XXV. Emerentiana de Calonne orta e nobili D apud Atrebates genere, Margaretae d'Ongnies cognata, prius fuit Marquetensis in Flandria sancti monialis, tum abbatissa Portus regis per annos undecim, ac demum electa fuit sancti Antonii abbatissa, die 24. Maii 1419. Anno 1432. die 3. Septembris suspecta conjunctionis in urbem Parisios, cum aliquot monialibus comprehenditur & in Castelletum conjicitur. Quid inde evenerit, nobis incognitum; ac certe in suo debebat monasterio abbatissa nuncupata 1437. die Dominica Palmarum, qua ordinis sancti Antonii Viennensis alumnus, Andreas Bartholomaei nomine, quae prave dixerat in abbatiam S. Antonii de Campis emendavit. Denique vitam cum morte commutavit Emerentiana die mensis Januarii 4. anno 1439. hoc est 1440. cum aliquot ante obitum diebus abdicasset. Electa quidem mox est in ejus locum Alienors de Courcieris priorissa de Lochereaux in dioecesi Andegavensi, sed tum quia haec electio sine licentia Cistercii abbatis facta fuerat, tum quia Benedictina monialis Alienors erat, repudiata fuit.

XXVI. Maria I. de Gouy filia N. de Gouy equitis domini de Puteaux in agro Belvacensi & Robinæ de Braquemont, prius abbatissa Villarii

*Hist. ecclesie  
Paris. t. 2.  
pag. 539.*

*T. 1. Gallia  
Flandr. pag.  
74.*

*Hist. Paris.  
tom. 4. pag.  
594.*

dicæſis Senonenſis, eligitur abbatiffa S. Antonii A 24. Jan. 1440. confirmaturque ſenatusconſulto die 3. Auguſti ejuſdem anni. Obiit die Jovis 22. Februarii 1458. hoc eſt 1459. ut liquet ex epitaphio, quo ſepultura ejus non longe a porta ingreſſus chori inſignita eſt.

XXVII. Johanna IV. Thibouſt vel Thibouſt, antea æditua, memoratur abbatiffa 20. Decemb. 1489. Obiit prima Dec. 1497. poſt regimen annorum 39. uti docet ejus epitaphium ante altare S. Fiacrii juxta portam qua intratur in ehorum.

XXVIII. Martina Baillet Johannis domini de Seaux libellorum ſupplicum in regia magiſtri & Nicolæ de Freſne filia, ſoror vero Johannis B epifcopi Autiffiodorenſis, & Theobaldi in ſenatu Pariſienſi præſidis, ac Mariæ prioriffæ Piſſiæcenſis, cum eſſet præpoſita, ſeu prioriffa, evaſit abbatiffa. Obiit feria tertia 7. Junii 1502. ſepulta juxta & extra portam chori, ubi ſunt oratoria, cum epitaphio, in quo dicitur pedum geſſiſſe per quatuor annos & dimidium.

XXIX. Iſabellæ Simon, antea prioriffa, ſedit annos 23. quibus exactis, vivere deſiit 2. Junii al. Januarii 1525. ſepulta in ala oratoriorum a latere clauſtri, ſub tumba & epitaphio.

XXX. Johanna V. de Longuejoux Pariſina neptis Martine ſuperioris, filia ſcilicet Johannis C domini d'Iverny ſenatoris Pariſienſis ex Geneveſa Baillet Martine ſorore, fratrem habuit Matthæum libellorum ſupplicum magiſtrum, qui mortua conjuge factus eſt epifcopus Suſſionenſis, ex prioriffa fuit abbatiffa 18. annis, ſub qua interim ob enatum ſcandalum, a ſenatu Pariſienſi decreta fuit 13. Aprilis 1538. abbatiæ reformatio, & demandata curis abbatis Caroli loci, de *Chaalis*, & coadjutoris Grandis-prati, collegii S. Bernardi apud Pariſios proviſoris. Mortua tandem Johanna feria IV. 21. Junii anno 1542. ſepulturam cum epitaphio in ala oratoriorum accepit.

XXXI. Margareta IV. de Vaudetar ex familia D dominorum de Perſan, poſt geſta burſariæ & cellerariæ officia, reperitur abbatiffa 1554. feria tertia poſt feſtum S. Andree apoſtoli, & 1559. die 9. Decemb. in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Jamdudum latum de cœnobio reſormando a ſenatu Pariſienſi decretum, renovatum fuit anno 1544. 26. Auguſti & 1547. die Jovis 23. Junii, necnon 22. Septembris ejuſdem anni, commiſſumque negotium abbatibus Clarevallis & Frigidimontis, &c. ubi abbas Citeſtercii ſuperior dicitur ſancti Antonii. Obiit Margareta poſt triginta regiminis annos die Dominica ultima Aug. anno 1572. ſepulta in choro prope clathros ferreos cum epitaphio.

XXXII. Anna de Thou parentibus nata Auguſto de Bonoeil præſide inſulato in ſenatu Pariſienſi, & Claudia de Marle, ſoror autem Chriſtophori principis ejuſdem ſenatus & Nicolai epifcopi Carnotenſis, abrogato electionum jure, prima regio diplomate abbatiffa renunciata, præfuit 21. annis, deſuncta 1593. 27. Maii in feſto Aſcentionis, ætatis anno 66. Jacet in choro cum epitaphio, & juxta illam neptis Jacoba de Thou electa quondam Malænoæ abbatiffa.

XXXIII. Johanna VI. Camus de Pontarré, ſolum cognominatur *Camus* in charta authentica anni 1596. 17. Februarii. Moritur hoc ipſo anno ætatis 26. die Aſcentionis Domini 23. Maii, ſepulta prope Margaretam de Vaudetar abbatiffam cum epitaphio.

XXXIV. Magdalena I. Brulart filia Dionyſii baronis de la Borde Divionenſis ſenatus principis ex Magdalena Hennequin, ac ſoror Nicolai ejuſdem quoque ſenatus principis, abbatiam conſobrincæ Iſabellæ ex gente Brulartorum deſtinatam, ſibi arrogavit, qua potita eſt anno circiter uno, facta dein abbatiffa Moleziæ in dicec. Cabilonenſi, ubi vide tomo quarto col. 1037. Iſabellæ vero neque a Sammarthaniſ, ex quibus ſolis nota nobis eſt, datur locus inter abbatiffas, ſed neque ſuppedit ex dicendis.

XXXV. Johanna VII. du Puy ex dominis de Vatan, Piſſiæcenſis ordinis ſancti Dominiic monialis, regia nominatione abbatiam S. Antonii regendam ſuſcepit 1597. rexitque ad annum 1600. quo Geriaci facta eſt abbatiffa.

XXXVI. Renata de la Salle e Piſſiæcenſi quoque parthenone ad ſancti Antonii præfecturam evocata 1600. reperitur 1603. 1605. die 25. Junii & 1608. 28. Februarii in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Deceſſit decimo tertio moderaminis anno, ætatis 77. die 5. Mart. 1636. ſepulta in choro cum epitaphio.

XXXVII. Maria II. Bouthillier filia & ſoror ſummozum ærarii tributorum, matrem habuit Mariam de Bragelongne, fratremque alterum Victorem Turonenſem archiepiſcopum. Ex moniali cœnobii Fontebaldenſis, ubi poſtularie munus obibat, regio diplomate deſignatur abbatiffa die 6. Mart. ejuſdem anni 1636. cœnobium ingreſſa 17. Junii, cumque poſt bullas ab Urbano VIII. datas 14. Auguſti, poſſeſſionem die 8. Septemb. apprehendiſſet, die 20. Auguſti 1640. benedictionem a fratre Victore adhuc ſolum Turonenſi coadjutore percepit. Sexdecim annis cum ſeptem menſibus præfuit, quo tempore ædes abbatiales renovavit, veteribus pro infirmaria domo deſtinatis. Obiit 25. Septembris 1652. ætatis anno 69. ſepulta in choro.

XXXVIII. Magdalena II. Molé Matthæi Franciæ cancellarii, ſeu ſigillorum cuſtodis filia ex Renata Nicolai, Caleniſis ſanctimonialis, die 28. Septembris 1652. a rege deſignata abbatiffa, poſſeſſionem iniiit 23. Januarii ſequentis, quo & veſtem ordinis Ciſterciæniſ aſſumſit. Benedicte fuit XI. Februarii 1654. in abbacia S. Antonii miniſterio Franciſci Harzei archiepiſcopi Roto-magenſis, aſſiſtentibus abbatiffis beatæ Mariæ Senonenſis & ſancti Albini ſororibus archiepiſcopi, necnon præſentibus regina Franciæ, duce Aurelianenſi, duciſſa Vinocinenſi, &c. Reperitur 1658. 26. Oſtobris in charta authentica collectionis D. de Gagneres; quam demum obiitſſe 28. Aprilis 1681. docet epitaphium.

XXXIX. Francisca Molé Caleniſis quoque ſanctimonialis, Magdalene ſuperioris ſoror & coadjutrix 27. annis, quo tempore anno 1656. 10. Febr. una cum ſore abbatiffa rem divinam

Hift. Pariſ.  
tom. 4. pag.  
694.

Hiftom pag.  
798. 799.  
731. &  
Pouk. libert.  
eccl. Gallie.  
pag. 1236.



pro patre defuncto peragi curavit, dein abbatissa A  
quinque annis, obiit 21. Aprilis 1686. sepulta  
in choro cum epitaphio.

XL. Maria Magdalena de Mornay de Mont-  
chevreuil filia Caroli ex Magdalena de Lancy-  
Raroy, fratrem habuit Henricum marchionem de  
Montchevreuil equitem torquatum. Abbatissa  
erat 1709. & adhuc 1722. quo tempore mona-  
sterium cum in spiritualibus, tum in temporalibus  
refarcivit. Obiit hoc anno mense Mart. ætatis 86.

XLI. Maria Anna Eleonora de Bourbon  
Condé filia Ludovici III. ducis de Bourbon ex  
Ludovica Francisca de Bourbon dicta domicella  
de Nantes, nata est 22. Decemb. 1690. Sacrum B  
in abbacia Fontebraudi velum accepit 20. Maii  
1706. ibidemque professionem emisit 26. Maii  
1707. Maloduni designatur abbatissa mense Oct.  
1719. quam cum recufasset abbatiam, die 9. Maii  
1723, S. Antonii renunciata fuit abbatissa.

#### ABBATIA DE BOSCO,

seu LIBERA ABBATIA IN BOSCO.

Cisterciensis ordinis sub Claravalle parthenon  
beate Mariæ in Bosco fundatur a Johanne  
domino de Nefle Brugensi castellano & Eustachia  
de S. Paul uxore anno 1202. 20. Aprilis, in  
finibus Picardie, inter urbes Hamum, Nigellam, C  
Noviomum & Roiam, in loco appellato *Baiz*,  
diocesis Noviom. ut patet ex charta fundationis,  
quam eodem anno Stephanus episcopus Noviom.  
confirmavit. Edita est ex authentico in historia  
novissima urbis Paris. tomo 4. p. 183. & exinde  
recula in appendice nostra. Cum illic sanctimo-  
niales quadringentis circiter & quinquaginta sub-  
stitissent annis, frequentior militum transitus &  
hostium incursiones anno 1650. has fecerunt  
Compendium ad tres aut quatuor annos coege-  
runt. Hic regina mater Anna Austriaca sua illas  
benevolentia in tantum prosecuta est, ut etiam in  
urbem Parisios admitti procuraverit. Quamobrem  
die 9. Martii 1654. emta est pretio 126000.  
librarum domus regularis in suburbio S. Germani,  
dicta vulgari nomine *Decem virtutes*, quam sacra  
virgines ab Annunciatione nuncupatae credito-  
ribus coactæ fuerant dimittere. Ratam habuit senatus  
Parisiensis emtionis hujus pactionem 15. Febr.  
1655. cum jam anno superiore feria sexta 22.  
Maii biduo ante festum Pentecostes comparatae  
domus possessionem adepte sanctimoniales, inibi  
rem divinam eo die festo auspicate fuissent. Mense  
Aprili anni 1658. Ludovicus XIV. regio diplo-  
mate præterquam quod immunitatem ab omni  
subsidiarum genere huic parthenoni elargitus est,  
sal quoque gratuitum concessit. Antiquam nihilominus  
sedem, pace Pyrenaeorum promulgata inse-  
quenti anno 1659. repetierunt moniales, cujus  
dum ædificia refarcire studerent, die 6. Octobris  
1661. tota domus incendio generali funditus  
perii. Coguntur itaque ad domum Parisiensem  
reverti, quam ut hospitium servaverant, neque  
jam dubitarunt illuc abbatie titulum transferre  
de consensu papæ & superiorum abbatie, præ-  
sertimque literis a rege datis in castris ante Insulas  
in Belgio 1667. mense Augusto, modo tamen

assensum præberent domini de Nefle fundatorum  
succesores, pro quibus & benefactoribus consueta  
preces in hoc Parisiensi conventu sanctimoniales  
funderent, & sacello in loco pristinae fundationis  
ædificato, ejusdem capellano necessaria quoque  
suppeditarent. Accessit is consensus die 24. Julii  
1668. datus a Ludovico de Mailly equite, mar-  
chione de Mailly, de Nefle & de Montcavrel regi  
a consiliis & secretis, necnon a Johanna de Mon-  
chy uxore; quem consensum una cum laudatis  
literis regis sibi die 30. Julii exhibitum senatus  
Parisiensis in commentarios retulit die 4. Augusti  
ejusdem anni 1668. Ceterum plures hujus loci  
sanctimoniales variis temporibus accessitæ sunt ad  
alia regenda monasteria: nempe Anna d'Orviré  
de la Vieuville ad abbatiam Gratia Dei, ordinis  
Cisterciensis in diocesi Cadurcensi, in quam re-  
formationem induxit. Tres et nobili gente de  
Chaulnes, quarum una fuit abbatissa sancti Petri  
Lugdunensis, altera priorissa Piffiaci, tertia hujus  
loci abbatissa, de qua inferius. N. de Kerveno  
nepis Mariæ de Lannoy hujus loci abbatissæ,  
traducta est ad abbatiam Estivalii ordinis Benedi-  
ctini in diocesi Cenomanensi. N. d'Aumont  
abbatissa Prati ordinis sancti Benedicti in urbe  
Cenomanensi. N. Olier priorissa Filiarum Dei in  
urbe Cenomanensi. N. Beraud abbatissa Theaurii  
ord. Cisterciensis in diocesi Rotomagensi. N. de  
Laubardemont abbatissa beate Mariæ de Pratis  
apud Treca. N. de Rochehouart de Mortenar  
abbatissa Fontis-Ebraldi. N. d'Hervilly priorissa  
apud sanctum Carilephum. N. de Joigny abbatissa  
Novi-castrii ordinis Cisterciensis. Magdalena de  
Suet de Vallois abbatissa sanctæ Mariæ de Olivis  
ordinis Cisterciensis Narbonæ 1708. Maria Lu-  
dovica de Fransure abbatissa Villaris-canivetii ord.  
Cisterciensis in diocesi Sagiensi 1739.

#### ABBATISSARUM SERIES.

DI. AGNES I. fuisse prima videtur abbatissa,  
quippe quæ anno 1207 decimas de Cu-  
villy & de Sermaise comparavit.

II. Alix de Grandpre mense Julio 1243. pepi-  
git cum Simone de Clermont domino de Nefle  
nepote & herede Johannis de Nefle fundatoris.

III. Blancha de Varenne die 23. Junii 1343.  
donum harengorum accepit ab Eleonora de Va-  
renne sorore. Reperitur adhuc abbatissa Liberæ  
abbatiae, *lez Beauheu*, 1344. postridie sancti Mi-  
chaelis, & 1345. 14. Maii.

IV. Agnes II. de Morans occurrit in pacto  
quodam cum Johanna d'Amboise herede de Nefle  
E anno 1377.

V. Nicolaa Rufine transegit cum capitulo de  
Nefle die 10. Novembris 1480. decenique post  
annis certam agrorum portionem comparavit.

VI. Nicaia de la Barre memoratur abbatissa  
die 4. Maii 1507. & 22. Februarii 1514.

VII. Petronilla de la Ruelle 1516. 1518.  
1536. & 1546. quo anno 28. Decembris No-  
viomensis episcopus liberum illi transitum pro suas  
omnes terras concedit. Occurrit adhuc 22. Julii  
1550. & 30. Martii 1554.

VIII. Maria I. de S.<sup>1</sup> Maure filia domini de

L'ABBATE  
AU BOIS.  
la Franche  
abbaye au  
Bois, & Bois  
aux No-  
rains, ou  
N. Dame  
au Bois.

Chart. CIV.  
col. 81.

Hist. Paris.  
tom. 5. pag.  
206.

Nesse loci professa, legitur abbatissa 10. Decemb. A  
1555. & 11. Junii 1559. Obiit 6. Martii anno  
1566. ut annotatur in bullis abbatissæ sequentes;  
iplamet haud dubie quam vocat Ludovicam auctor  
historiæ genealogicæ & chronologicæ magnatum  
Franciæ tomeo quinto pag. 13.

IX. Gabriëlis de Bayencourt reperitur annis  
1566. 1568. & 1571.

X. Florentia de Belloy e gremio assumta,  
memoratur abbatissa 1590. 4. Julii, 1591. &  
1592.

XI. Anna de Bayencourt e gremio similiter  
assumta, recensetur 10. Dec. 1595. & 1596.  
quo circiter tempore a Novatoribus data fuisse  
traditur abbatissa Iolendis de S. Simon.

XII. Johanna de Rueil dicta Desnarests 18.  
Januarii 1601. & 1604.

XIII. Magdalena de Lannoy Johanne succellit  
1605. Sorori abbatiam dimisit anno 1612.

XIV. Carola de Lannoy prius abbatissa Para-  
cliti Ambianensis annis octo, cedente sorore,  
præfuit abbatissæ de Bosco decem, defuncta 9.  
Januarii 1623. annum agens 33.

XV. Maria II. de Lannoy duarum præceden-  
tium abbatissarum soror, ex moniali Warivillæ  
facta est abbatissa beatæ Mariæ de Bosco 1623.

Cum autem hunc locum pene solo æquatam re-  
perisset, Compendium fecerit 1650. ubi cum  
frequentè conventu permansit ad mensem Maium

1654. Tunc siquidem consilio reginæ matris Pa-  
risios accedere cogitavit, idque mox ad effectum

perduxit, ut supra dictum est. Denique post annos  
regiminis sexaginta mortem oppetiit die 7. Oct.

1684. anno ætatis 87. abbatissa optima, cujus  
memoriæ perennandæ causâ, hoc ipsi appositum

est epitaphium: *Icy gisl madame Marie de Lannoy*

*abbesse plus illustre par sa sainteté que par sa haute*

*naissance. Tirée de l'ordre de Font-Evrault pour*

*gouverner l'abbaye de Notre Dame aux Bois, elle y*

*fit restreindre la discipline reglée & acquit à ses filles*

*par un nouveau retablissemant, la sûreté & le repos*

*qui leur manquoit dans leur ancienne demeure. Elle*

*trouva pourtant le desert à Paris, s'estant plus par*

*vertu que par infirmité, renfermée toute entiere dans*

*les occupations de sa charge. Tout ce qu'il y a de*

*pieté & de ferveur en cette maison, est dû à ses sages*

*reglemens, & plus encore à ses bons exemples. On*

*n'a jamais rien vu que de très-édifiant dans sa longue*

*vie, & sa mort a esté le seul sujet d'affliction qu'elle*

*ait donnée à sa communauté. Elle mourut âgée de*

*87. ans le 7. Oct. 1684.*

XVI. Maria Magdalena Urbana Teresia d'Al-  
bert d'Ailly de Pequigny filia Honorati ducis de  
Chaulnes paris & marefcalli Franciæ, ex Clara  
Carola d'Ailly comitissa de Chaulnes & domina  
de Pequigny, &c. ceremonias baptismi suscepit  
in ecclesiâ S. Sulpicii 9. Augusti 1637. annum  
agens octavum. Loci hujus alumna, Annæ fororis  
abbatissæ S. Petri Lugdunensis antea coadjutrix,  
indeque Mariæ de Lannoy abbatissæ Liberæ  
abbatissæ, cujus erat proneptis, postremæ hujus  
possessionem accepit mense Maio 1656. que  
demum abbatissa, repentina morte oppressa est  
die 4. mensis Febr. 1687. ut docet epitaphium

ejus, in hæc verba: *Icy gisl l'illustre & vertueuse*  
*dame Marie Magdelaine d'Albert de Chaulnes ab-*  
*besse de ce monastere, où ayant esté 30. ans coad-*  
*jutrice de m. de Lannoy sa tante, elle a gouverné*  
*cette maison avec beaucoup de zèle, de ferveur & de*  
*pieté. Elle fust abbesse 2. ans & 3. mois, & estant*  
*decédée le 14. de Fevrier, âgée de 60. ans, l'an*  
*1687.*

XVII. Margareta de Monchy de Montcavrel  
filia Bertrandi Andreæ marchionis de Montcavrel  
ex Magdalena de Laval marchionissa de Nesse,  
abbatissa designata 29. Martii 1687. rexit cum  
magna pietatis laude usque ad obitum, qui con-  
tingit 21. Apr. 1715. Sequitur epitaphium ejus:

*Cy gisl très-illustre dame Marguerite de Monchy*

*Montcavrel abbesse de cette maison, dont m. les*

*marquis de Nesse ses aïeulx sont les fondateurs.*

*Professe de l'abbaye de Ferveque en Picardie, elle y*

*passa 7. ans en parfaite religieuse. Appellée à Paris*

*par feu m. de Lannoy alors notre abbesse sa parente,*

*elle devint sa consolation & son conseil. Après avoir*

*passé 20. ans parmi nous avec édification, elle fut*

*demandée au roy par toute la communauté pour la*

*gouverner après la mort de m. de Chaulnes. Durant*

*28. ans qu'elle l'a gouvernée avec sagesse & benedi-*

*ction, on la vit toujours à la teste de ses filles dans*

*C toutes les observances, toujours simple, pauvre, servente,*

*sans aucune distinction, toujours appliquée à reslabrir*

*le temporel & à soutenir le spirituel. Enfin attaquée*

*d'une violente maladie le Vendredy 5. sans rien*

*perdre de sa fermeté & de son courage, elle receut ses*

*sacrements avec une foy & une piété très-édifiant.*

*Solûmise à ses infirmités comme une simple religieuse,*

*& cependant donnant ses ordres comme abbesse jus-*

*qu'au dernier soupir, elle mourut le soir de Pasques*

*âgée de 83. ans, le 21. d'Avril 1715.*

XVIII. Maria Anna de Harlay de Chanvallon  
filia Francisci Bonaventuræ subpræfeci regiorum  
exercituum, ex Genovefa de Fortia, priorissa S.

D Albini prope Gornacum in diocesi Rotomagensi,  
fuit iude Portus regis Parisiensis abbatissa, cujus  
cum jam pridem regimini nuncium remisisset,  
die 8. Junii 1715. abbatiam de Bosco affecta est  
regio diplomate. Plura mox ejusdem semi-ruta  
ædificia restituit, novanque anno 1718. exædifi-  
cavit ecclesiam, cujus in fundamentis primum  
lapidem posuit Elisabetha Carola Palatina du-  
cissa Aurelianensis die 8. Junii ejusdem anni,  
quamque demum absolutam, die 24. Octobris  
1720. Tullensis episcopus dedicavit. Obiit Maria  
Anna 25. Septembris anno 1722. ætatis 74.  
cum tunc aleret domus viginii quinque moniales,  
E & duodecim fores conversas. Prima sepulta est  
in ecclesiâ nova, cum epitaphio sequenti: *Cy gisl*

*dame Marie Anne de Harlay fille de haut & puissant*

*seigneur François Bonaventure de Harlay marquis*

*de Breval, Chanvallon & autres lieux, lieutenant des*

*armées du roy, & niece de feu monseigneur de Harlay*

*archevesque de Paris, désigné cardinal. Elle fut suc-*

*cessivement religieuse de la Virginité, prieure de S. Aubin,*

*abbesse de Port Royal de Paris, & abbesse*

*de cette maison. Dieu l'éprouva en plus d'une manière*

*& la trouva digne de luy. Supérieure à tous les évé-*

*nemens par la fermeté de sa foy & la ferveur de sa*

*piété.*

piété, elle ne se laissa ny abbattre dans l'affliction, ny éblouir dans l'elevation. Insigne bienfaitrice de notre communauté, elle nous a fait bâtir un costé de cloître, cette église, les sacrifices & ce chœur, où la première elle a esté inhumée. Elle mourut le 25. 7.<sup>bre</sup> 1722. âgée de 74. ans.

XIX. Maria Angelica Gabriels de Scaglia Verue monialis sanctæ Clare Viennensis in Delphinatu, ex coadjutrice sanctæ Annæ Iffiacensis nominatur abbatissa beatæ Mariæ de Bosco 26. Septembris 1722. Regit hætenus feliciter ac prudenter.

PORT  
BOTAL.

**PORRETUM ET PORREGIUM,**  
*feu PORTUS REGIS.*

SITUS est Portus regis juxta Caprosiam, *Chevreuil*, fex a Lutecia leucis versus Occidentem. Ejus fundatores audiunt Odo de Sully episcopus Parisiensis, & Mathildis de Garlanda uxor Matthæi I. d'Attichy nobilissimæ gentis de Montemorenciano ramis exorti: Odo quidem, quod ex ingenti pecunia in pios usus a Mathæo iter Jerusalemitanum aggrediente relicta, Mathildi auctor fuerit condendi monasterii, & quandiu vixit sese in illud mire affectum præbuerit. Primum quidem Mathildis anno 1204. emit a Guillelmo de Firmatate feodum in *Porrois* ad *instituentis ibidem religiosas personas*, Odonis episcopi consilio, cujus in manu cessio facta dicitur. Eodem anno mense Augusto Paganus de Urxinis & conjux terram ibidem sitam dederunt ecclesiæ sanctæ Mariæ de *Porrois*: quam elapso biennio laudata Mathildis dotavit quindecim annui redditus libris apud Melentum, decemque annuatim modis bladi in molendino de Galardon & aliis. De Mathilde fundatrice vide necrologium Portus regis pagina 114. & ejusdem supplementum pag. 463. Hoc autem anno 1206. inibi constituitse inuales probant literæ Odonis episcopi Parisiensis, quibus hanc domum Cisterciensi ordini aggregat, volens ut immediate sit filia Cisterciensis monasterii. Et certe anno sequenti mense Augusto Guido Caprosiæ dominus cum Avelina conjuge novellæ domui de *Porrois* vendidit molendinum apud Germevillam, & alia multa, quæ iidem anno & mense tellatus est. Odo episcopus Parisiensis. Anno 1208. Simon Montis-fortis comes huic domui, quæ quatuor ad summum leucis a Monte-forti distat, ad ædificia religiosi instituti necessaria concessit totum usurium in communi foresta Aquilina, vivum scilicet nemus ad ædificandum, & mortuum ad comburendum, & panagium pecorum in *defensu* & alibi, & unum modium bladi in grangia de Merico. Bucharthus dominus Malliciaco anno 1209. cum assensu Mathildis uxoris dedit domui *Porregii* triginta fex jugera memoris, quod dicitur *Moleret*, *Molerets*, aut *Molereiz*, in ea parte, quæ propior est huic domui, ex utraque viæ parte, libere & quiete possidenda, sub annuo viginti solidorum censu. Anno 1214. iidem Bucharthus & Mathildis domui de *Porrois* dederunt in perpetuum elemosynam quidquid a prima donatione possidebant in nemore de *Molerets*, ulque ad magnam viam, quæ vocatur *la Chevéé Tomus VII.*

Ch. cxiii.  
col. 88.

Ch. cxv.  
col. 89.

Hist. Parif.  
ann. 1. pag.  
601. &  
Hist. ecclifia  
Parif. 1. 2.  
pag. 209.  
Ch. cxvii.  
c. 82. & 83.

Ch. cxvii.  
col. 82.

Thid. c. 82.

Ch. cvii.  
col. 81.

A de Bulloker, quæ dividit dictum nemus de *Defses* de Romevilla, &c. ita tamen ut dicta domus illis annuatim perolveret viginti solidos Parisienses censuales. Sic adactæ domui, ut alere possent 13. aut 14. moniales, hoc ipso anno 1214. mense Decembris Petrus in cathedra Parisiensi Odonis successor & in Portum regis studii heres jus parochiæ concessit, pacto inito de juribus parochialibus cum presbytero de Magny, quorum in compensationem centum accepit solidos Parisienses, eodemque anno domum visitavit mense Mario & in abbatiam erexit; quæ abbatie Vallium Sarnaii subiecta estet. Idem episcopus anno 1218. testamento legat abbatie de *Porrois* centum solidos pro anniversario suo. Philippus rex anno sequenti elemosynam, quam Simon de Braye clericus fecit abbatissæ & conventui monialium de *Porrois* de domo sua sita Parisiis in Halis, dicta *l'Hôtel du Chapeau rouge* in censiva regis ratam habet, mense Februarii. Neque vero hujus inter crenobii documenta aliud est vel illustrius vel sanctius decreti summi pontificis Honorii III. anno 1224. ad hanc virginum societatem specialiter scripto, ex quo constat, eumdem Lateranensi concilio, quod anno 1215. celebratum est, institutionem Portus regis antiquiorem esse. Jacet in appendice nostra cum aliquot regum Francorum diplomatibus, uno scilicet Ludovici VIII. Jonum Bucharthi de Mallicaco de terra de *Chalengui* monialibus *Porregii* factum 1224. mense Julio confirmantis iidem anno & mense in obsidione Rupellæ, tribusque Ludovici IX. quorum altero monialium de *Porrois* universas res in suam tutelam suscipit anno 1239. mense Maio, altero eas absolvit a pedagio, duosque solidos & sex denarios singulis diebus datos in elemosynam a patre in præpositura Parisiensi confirmat 1244. mense Junio; tertio denique anni 1248. mense Junio in puram & perpetuum elemosynam illis elargitur quinquaginta libras Turonenses annui redditus in villa, quæ dicitur *Mons-Martini*. Interim anno 1231. proficitur dominus de Mallicaco, *se domas novas, in quibus habitat apud Porrois, in terra abbatie de Porrois adificasse, & ligna five merrenum, quibus dicta domus adificata fuerant, se in usagio, quod dicta abbatia habere dinoscitur in foresta Aquilina, recepisse*. Quibus verbis intelligitur vivum nemus concessum a Simone monasterio 1208. uti supra diximus. Simonis autem nepos Johannes Montis-fortis comes anno 1248. mense Julio sacras illas virgines adduxit, ut hoc jure & alii decederent, quorum loco 240. agri jugera perimutionis nomine eis dedit, quæ duabus leucis a Portu regis, totidem a Monteforti distantia & juxta Perretum sita etiamnum ab hoc cenobio possidentur, inquit Sammarthani. Chartam hujus commutationis habes inter instrumenta, cui accessit auctoritas sancti Ludovici Francorum regis apud Aquas-mortuas anno Incarnati. 1248. regni 22. mense Augusto. Hanc & Johannes Sueffionum comes ratam habuit anno 1256. *Quæ omnia, inquit, carissimus frater noster Johannes bonæ memoriæ quondam comes Montis-fortis dedit & concessit prædictis monialibus in excambium.*

T. 1. amplif.  
collat. Mar.  
111. coll.  
1118. &  
119.

Prof. mecol.  
Portus regis  
pag. xvi.

Ch. cxvi.  
col. 89.

Ch. cxvii.  
col. 89.

Ch. cxviii.  
col. 91.

C

D

E

Ch. cxixv.  
col. 96.

Ch. cxxy.  
col. 98.

Chart.  
cxxyv.  
col. 102.

Ch. cxli.  
col. 105.

Ch. cxliv.  
col. 107.

Sammarth.

Ch. cxlv.  
col. 107.

Sammarth.

Necrol. Portus regis p. 109.

Widem pag. 114.

In ecclesia Portus regis nonnulla videntur cenotaphia genitis de Montemorenciaci toparcharum de Malliaco, Buchardi de Marly filii Matthæi de Marly magni Franciæ cambellani ex Margareta de Levis. Obiit Buchardus viii. idus Mart. 1297. sepultus ante principem aram a latere epistolæ; Margareta vero 15. Aprilis anno 1327. condita ante majus altare sub lampade. Hæc ipsius est inscriptio sepulchralis:

*Hic requiescit ibi post cujus nomen habebis.  
Margareta fuit Matthæi Malliacensis  
Uxor, & hanc genuit generosus Guido Levensis.  
Sex parit ista mares, vir obiit, petit hæc moniales,  
Intra claustrales eligit esse lares.  
In requie multa fit nonna veste sepulta;  
Luceat æterna sibi lux in pace superna.  
Amen. Anno M. C. bis; LX. bis; v. femel; i. bis.*

Cetera quæ spectant ad hanc abbatiam in sequenti abbatissarum serie profereamus.

#### SERIES ABBATISSARUM.

**Q**uanquam Portus regis jam anno 1214. ut diximus, in abbatiam erectus fuerit, nullius abbatissæ in chartis mentio fit ante annum 1216. quo quidem memoratur abbatissa, sed nomen reitetur. Prima tamen hæc obtinuisse dignitatem nobis videtur

I. Mathildis I. quam anno 1221. nescio quid commutasse legimus cum abbatissa sancti Antonii a Campis, ex tabulario hujus monasterii.

II. Eremberga, seu Eremburgis anno 1225. consensit, ut secundum statutum episcopi Carnotensis & R. Saviniacensis, ac Thomæ Vallium Samarii abbatum duo ultimi hujus cœnobii monachi curam animarum hoc in parthenone susciperent. Obiit circa 1227. die 4. Octobris, ex necrologio Portus regis edito 1723. pag. 389. ubi dicitur abbatissa IV. hoc est, ut videtur, quarta moderatrix, & monasterio contulisse septem jugera terræ, quæ apud Noisacium possidebat. Anno vero 1242. mense Aprilis dicitur Eremburgis quondam abbatissa Porregii.

III. Margareta reperitur abbatissa 1228. mense Novembri, 1229. mense Julio, & 1234. quo anno cum H. abbate sanctæ Genovefæ facta est commutatio decem librarum Turonensium, & sextarii salis in singulis navibus sub magno ponte Parisiensis transsemitibus percipiendi a festo sancti Andree usque ad Natale Domini, pro duodecim libris Parisiensibus. Sub hac proinde abbatissa ecclesiæ facta est dedicatio 25. Junii 1230. & anno 1233. mense Novemb. præfente Stephano abbate Saviniaci jussu capituli generalis Cisterciensis, bonorum Portus regis æstimatione facta, reperta est domus sexaginta monialibus sufficiens. Ad quem annum Margareta regimen extendit, incertum, adeo ut dubium sit, utrum illa sedente, an sequenti Buchardus II. de Marly anno 1238. mense Septembri viginti sex solidos Carnotenses dederit, ut ante altare beatæ virginis Mariæ in choro monialium cereus jugiter arderet.

IV. Petronilla I. memoratur 1245. mense

Hist. Paris. t. 3. p. 43.

Junio, quo Theobaldus Vallium Samarii abbas tertium hoc in parthenone unum ex suis monachis capellanum instituit.

V. Amicia soror Adami, Hervæ & Philippi de Galardon, uti colligitur ex charta anni 1237. quo jam monialis erat, abbatissa recessit ad Sammarthanis anno 1263. & in quodam S. Germani a Pratis chartulario 1264. Anno sequenti die prima Aprilis in suam admisit cœnobium Mariam & Agnetem filias Johannis de Latiniaco aurifabri Parisiensis, qui eisdem die & anno prædium suum de Cottigny prope Meudonem octo vineæ jugeribus constans, sexaginta solidos Parisiensis minoris census, torcular, &c. duobusque post anni decem solidos Parisiensis annui redditus in domo sita Parisiis cœnobio concessit.

VI. Anna abbatissa obiit circa 1268. xvi. calendæ Martii.

VII. Eustachia occurrit anno 1270. mense Febr. in charta commutatae grangiæ cum fundo apud Villarium prope Castrum-forte cum Amalricum de Meudon & Havisia conjugæ. De Eustachia sic habet supplementum necrologii Portus regis pag. 587. ad diem 26. Aprilis: *Ce jour trespassa Eustace abbesse de Portreal, circa 1272.*

VIII. Petronilla II. de Montfort filia Amalrici comitis Montis-fortis & regii stabuli comitis ex Beatrice Viennensis, ac soror Johannis de Montfort, de quo supra in præmio ad annum 1248. memoratur abbatissa Portus regis anno 1275. in historia m. S. Antonii a Campis. Obiit eodem anno die 5. Decembris ex necrologio memorato pagina 454. ubi & fit memoria dicti ejus fratris Johannis.

IX. Philippa I. de Levis ex antiqua gente dominorum de Levis, quorum toparchia haud longe a Caprosia & Portu regis distita est, pedum abbatiale gerebat anno 1275. ex chartario episcopatus Parisiensis, in tabula Alipidis de Castlano monialis Portus regis pro Guiardo fratre milite, ex Sammarthanis, & iterum 1277. & 1278. Obiisse perperam legitur 19. Julii circa 1280. in necrologio laudato pag. 277. Superflus enim erat 1291. die 12. Novembris, sed non amplius abbatissa. Illius sine pedo cernitur effigies insculpta tumbe, quæ olim in veteri capitulo, in medio cœmeterii sanctæ Homeline, inde translata est in claustrum ad ecclesiæ latas: *Hic jacet reverendissima & religiosissima domina Philippa de Levis quondam abbatissa beata Mariae Portus regis, quæ habuit cum ea tres sorores religiosissimas, quæ fuerunt filia domini Guidonis domini de Mirapice marescalcis;*

*de quibus abbavia habuit multa bona; cujus anima per misericordiam Dei requiescat in pace, amen.* Eisdem sic meminit necrologium m. XIV. cal. Augusti: *Ce jour trespassa dame Philippe de Levis abbesse de Portreal, laquelle nous a donné cinq mille livres Paris, & une croix & une chasse d'argent, & une pixide d'or à mettre le corps de Notre-Seigneur, & un grand calice au grand autel, & plusieurs autres biens; desquels biens & deniers a esté fait notre respectoire, & des biens de Jaur Yolende & saur Catherine religieuses de ceans. Elle mourut le 19. Juillet.*

X. Martha fecit compromissum cum Guillelmo

Necrol. Portus regis p. 127.

Suppl. necrol. Portus regis pag. 449.

Prof. necrol. Portus regis pag. 271.

priore Castrifortis de quadam decima inter eos A  
controverſa anno 1281. Sabbato in oclava Om-  
nium ſanctorum.

XI. Mathildis II. de Villeneuve innotefcit ex  
tumba olim in parvo capitulo ſub muro officinæ  
cellerariæ, inde tranſlata in clauſtrum ad eccleſiæ  
latus, cui hæc inſcripta verba ſunt: *Icy giſt dame  
Mahaut de Villeneuve l'orzieme abbeſſe de Porrois,  
qui treſpaſſa en l'an de Grace M. CC. l. III. &  
XVII. jour de ſainte Katherine. Priez pour li, que  
Dieu en ait mercy.* Ita necrologium laudatum pa-  
gina 439.

XII. Philippa II. de Varennes occurrir die  
Dominica poſt feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis anno  
1298. Laudatur in necrolog. mſ. die 6. Dec. in  
hæc verba: *Ce jour treſpaſſa Philippe de Varennes  
jadis abbeſſe de Portreal l'an 1325.* Sepulta eſt in  
veteri capitulo ſubtus murum cœmeterii ſanctæ  
Hombeline, cum hoc epitaphio: *Cy giſt dame  
Philippe de Varennes jadis abbeſſe de ceans, ſœur  
de monſieur Mahi de Trie mareſchau de France, la-  
quelle treſpaſſa l'an M. CCCXXV. le jour de la S.  
Nicolas d'hiver. Priez Dieu pour l'ame de li.* Ita  
necrologium editum pagina 455. ac proinde diu  
ante obitum regimen abdicavit Philippa, nam

XIII. Beatrix de Dreux filia Roberti IV.  
comitis Drocentis & Beatricis comitiſſæ de Monte-  
forti, abbatiffa legitur annis 1316. 1318. &  
1326. Notatur hiſ verbis obitus ejus in necro-  
logio mſ. die 15. Maii: *Ce jour treſpaſſa dame  
Beatrix, jadis abbeſſe de Portreal, de laquelle nous  
avons eu pluſieurs biens.* Cernitur in eccleſiæ navi  
juxta horologium ipſius tumba cum effigie pedum  
geſtante, pallio amicta, non cuculla, cooperta velo  
ad parvum hodiernum accedente, capitilque indu-  
mento propemodum illi ſimili, quo nunc utuntur  
moniales, cum cingulo ſupra ſcapulare. Hæc autem  
tumba horologii ponderibus in ipſam delapſis con-  
ſracta, epitaphium exhibet mutilum, nempe diem  
obitus tantum: annus vero circa 1328. notatur  
in edito necrologio pag. 199. Vide & pag. 109.  
& præſationem pag. xx.

XIV. Jacoba de S.<sup>t</sup> Benoift filia Thomæ de  
S.<sup>t</sup> Benoift obiit 26. Dec. ex laudato necrologio  
pag. 492. anno M. CCCXXXII. vel M. CCCXXXV.  
vix enim annus mortis legi poteſt in tumba, quæ  
quondam in media officina cellerariæ poſita, dum  
levaretur, comminuta fuit. En tibi ſubjicimus  
quod loco citato epitaphium legitur: *Cy giſt humble  
dame . . . Jacqueline de S.<sup>t</sup> Benoift jadis  
abbeſſe de Porrois, fille ſeu Thomas de S.<sup>t</sup> Benoift,  
jadis D . . . qui treſpaſſa l'an de Grace  
M. CCCXXXIIſ (ou XXXV.) lendemain de Noël.*

XV. Dionyſia de Pratellis, de Preaux, abba-  
tiſſa dicitur circa annum 1335.

XVI. Agnes I. de Trie filia Matthæi Franciæ  
mareſcalli fratris Philippæ de Varennes abbatiffæ  
num. XII. notatur hiſ verbis in necrologio mſ.  
die 15. Aprilis: *Ce jour treſpaſſa noble dame Agnes  
de Trie . . . abbeſſe de Fort royal, laquelle nous  
gagna la cauſe que nous avions contre monſieur de  
Marly, pour rendre & reſtituer ce qui di nous eſtoit  
de Meulant & de Chateaufort, & pluſieurs autres  
cauſes contre Guy d'Autonne, & pluſieurs autres*  
Tonus VII.

*A biens qu'elle nous a faits, tant en reparations de notre  
monaſtere, cloiſtre & maiſons, que de mille livres &  
plus en acquiſitions.* Editum vero necrologium  
pag. 155. annum obitus præſert circa 1348.

XVII. Theophania I., Tiphaine, d'Ardeville  
præerat 1352. menſe Octobri, Obiit XIII. cal.  
Junii ex necrologio mſ.

XVIII. Petronilla III. defectit anno 1363.  
27. Decembris, ex necrologio mſ.

XIX. Guillelma de Sandreville theſauraria  
1354. eligitur abbatiffa 15. Junii 1364. De-  
functæ eſt 10. Julii, ex necrologio mſ.

XX. Petronilla IV. de Guillonet memoratur  
Babbatiſſa B. Mariæ Portus regis 1380. die ultima  
Novembris, 1381. 13. Decembris, 1385. 12.  
Novembris, 1386. menſe Auguſto ac die 2. Fe-  
bruarii, quo fe profitetur recepiſſe libras undecim  
annui redditus a regio apud Pariſios quaſtore, ex  
chartis authenticis collectionis D. de Gagneres.  
In aliis instrumentis occurrir anno 1381. men-  
ſibus Julio & Februario, 1383. menſe Auguſto  
& 1389. Locum habet in necrologio mſ. pridie  
calendas Novemb. in hæc verba: *Ce jour treſpaſſa  
dame Perronelle xx. abbeſſe de Portreal; & iterum  
v. idus Februarii: Dame Perronelle xx. abbeſſe  
de Port royal treſpaſſa ce jour.* Notatur autem hæc  
Cides cum anno 1395. in ſupplemento necrologit  
edito pag. 399.

XXI. Agnes II. des Eſſarts reperitur anno  
1399. die 28. Decembris in charta authentica  
memorata collectionis.

XXII. Petronilla V. des Eſſarts occurrir  
1400. 20. Januarii, 1403. 4. Dec. & 1404.  
ultima Julii, in chartis authenticis laudatæ collect.  
XXIII. Emerentia ſeu Emerentiana de Ca-  
lonne legitur abbatiffa 13. Januarii 1404. hoc  
eſt 1405. 1407. 14. Octob. 1411. 29. Junii,  
1414. menſe Octobri, & 1416. 27. Novemb.  
in chartis authenticis laudatæ collectionis; & alibi

D 1404. 1405. 1407. 13. Decembris, 1408.  
13. Januarii, 1409. feria ſecunda 23. Decemb.  
& feria ſexta 2. Octobris, 1411. 17. Decembr.  
1412. 13. Aprilis, & 1413. 27. Aprilis. Sub  
ejus regimine, cum parthenon a multibus valde  
atritus eſſet, rex monialibus conceſſit ducentas  
auri libras anno 1410. 10. Aprilis ante Paſcha,  
& iterum trecentas 1418. 27. Octobris, ex com-  
puto hujus anni in camera rationum Diviſionis.  
Emerentiana fuit poſtea abbatiffa S. Antonii Pari-  
ſienſis, ex libro, cui titulus eſt *Litha Ciftercii* pag.  
213. uti ſupra diximus col. 903.

XXIV. Johanna I. de Louvain præerat jam  
E anno 1419. Reperitur & 1422. 28. Septembr.  
1423. prima Auguſti, 1424. 1430. 24. Junii,  
in charta authentica, 1432. 15. Septembris &  
6. Januarii, quo anno reliquias, libros & cetera  
eccleſiæ ornamenta receſſit, ac denique 1433.  
die prima Auguſti.

XXV. Michaelis de Langres reperitur 1438.  
24. Aprilis in ſubulario capitulo Carnot. 1440.  
31. Auguſti, 1451. 20. Novembris, 1452. die  
2. Martii, & in chartis authenticis 1453. 21.  
Octobris, & 1454. prima Februarii.

XXVI. Huguetta du Hamel memoratur 12.

M m m ij

Februarii 1455. in charta authentica, & iterum tacito cognomine 1462. 12. Martii, & 1467. 10. Julii. Abdicere coactam fuisse autumamus, utpote quæ anno 1478. de dignitate abbatiali contendisse in curia Parlamenti legitur.

XXVII. Johanna II. de la Fin regere cepit anno 1468. ineunte. Recensetur in chartis authenticis 1471. 14. Decembris, & 1481. 13. Novembris; atque alibi 1495. 27. Octob. Cessit anno 1513. in gratiam nepotis cognominis, annifque decem superstes obiit 1522. die 4. Decembris ex laudato necrologio pagina 454. Ipsius tumbæ olim in medio capituli versus portam claustrum, nunc in claustro, inscriptum est hoc epitaphium: *Cy gist religieuse & noble dame seur Jehanne de la Fin religieuse de Bonlieu de l'ordre de Cisteaux au diocèse de Lyon, qui fut abbesse de ce monastere de Port royal l'espace de 45. ans, & depuis qu'elle eut cedé à seur Jehanne de la Fin sa niece. survécut dix ans, & mourut le 4. de Decembre 1522. Priez Dieu qu'il lui fasse mercy.* De ea quoque manuscriptum necrologium sic habet: *Ce jour trespassa noble dame madame Jehanne de la Fin, qui a esté abbesse de ce monastere 45. ans, & a vesçu environ dix ans depuis qu'elle s'eu démit volontairement, laquelle dame a eu de grandes pauvretez, labours & peines durant le temps qu'elle a esté abbesse, pour defendre & garder les droitz de l'eglise, & recouvrer les biens & titres de ceaux, qui estoient perdus par le temps des guerres, & les granges d'en haut & toutes les terres de ceans, qui estoient en bois & buissons, & les a toutes remises en nature, & a recouvert à grand travail, la terre de Mondeville, qui estoit donnée à très-vil prix & alienée de la maison; & a toute sa vie vesçu religieusement, en montrant ferme foy & amour à Dieu & à sa religion.* In tumba pallio superinduta representatur, cujus loco quæ sequitur cucullam induit, seu vestem cum majoribus manicis, præter illorum temporum morem.

XXVIII. Johanna III. de la Fin neptis superioris occurrit anno 1531. die prima Martii in charta authentica. Sedit ab anno 1513. usque ad 1558. quo 17. Maii decessit ex necrologio edito pag. 204. Tumba ejus plana cernitur in ecclesia cum hac epigraphe: *Cy gist noble & devote dame madame Jehanne de la Fin humble abbesse de ceans, comme il appert par les epitaphes ci-devant attachez. Priez Dieu pour son ame. La fin couronne l'œuvre.* Hæc autem epitaphia laminæ incisâ cupreæ, muro claustrum prope januam minoris capituli ex adverso tumbæ admixtærent; ex quibus discimus nepem ecclesiam reedificasse, campanile de novo extruxisse, vetus claustrum, dormitorium & infirmarium aedes, aliaque plurima ædificia renovasse, necnon sedilia chori ipsa curante perfecta fuisse anno 1555. die 29. Augusti, quorum artificibus impensæ sunt 1280. libræ. Maximam quoque terræ Grangiarum & prædiorum de Vaurmurier ac de Champarnier partem cum pratis plurimis comparavit. De hæc abbatissa sic habet necrologium ms. *Le 17. May trespassa noble dame Jehanne de la Fin, qui a esté abbesse de ce monastere environ 44. ans, laquelle a pris de grandes*

*A peines pour reparer & augmenter le bien de l'eglise, en gardant les droitz de la maison, & a vesçu vertueusement & religieusement en la sainte religion.* Et certe sub ea viguilla disciplinam monasticam ex eo maxime patet, quod secundum jus canonicum moniales gratuito admitterentur, aut saltem sine pæssione. Id evincit vetus instrumentum, quo civis Parisiensis nonnulla elargitur abbatissæ, quia duæ illius filiaæ gratis emiserant vota. Laudatur etiam Johanna in præfato necrologio, quod collapsam in quodam ordinis sui monasterio disciplinam restituerit.

XXIX. Catharina de la Vallée abbatissæ possessionem adeptâ 1558. memoratur 1560. die 6. Junii in charta authentica. Cessit anno 1575. post 17. annos & aliquot regiminis mensis, in gratiam Johannæ de Boulehart, annua ducentarum librarum retenta pensio; indeque ad prioratum de Collinances ordinis Fontebrauldensis cecessit, ubi post quinque annos defuncta est 1580. 17. Febr. ex necrologio edito pag. 83.

XXX. Johanna IV. de Boulehart, cedente Catharina de la Vallée abbatissam obtinuit mensè Decembris anni 1575. Repertur in chartis authenticis anno 1576. 9. Aprilis & ultima Febr. Septem supra viginti annos cum octo mensibus rexit ex necrologio edito pag. 264. ubi notatur obitus ejus anno 1602. 4. Julii. Ipsius olim medio in choro quatuor innixa leonibus ancis tumba, inde ablata paulo post jussu abbatis Cisterciensis, nunc exstat in media navi cum hæc inscriptione: *Cy gist noble & reverende dame madame Jehanne de Boulehart humble abbesse de Port royal, fille de messire Jehan de Boulehart chevalier, maistre d'hôtel, capitaine des gardes & de cinquante hommes d'armes pour le Roy, sieur du Chesne, Plateau, la Vallée, Moncelart, d'Aunai, & de Pué u partie, & de damoiselle Marie de Bricheant femme dudit sieur, laquelle deceda le 4. de Juillet 1602.*

D XXXI. Maria Angelica Arnaud filia Antonii domini d'Andilly procuratoris generalis reginæ Catharinæ de Medicis, ex Catharina Marion, nata 1591. 8. Septembris, fratrem habuit inter alios Henricum episcopum Andegavensem. Religionis habitum suscepit ab Edmundo de la Croix Cistercii abbate 2. Septemb. 1599. in suburbano Parisiorum sancti Antonii parthenone, sed emisit vota in Malodunensi prope Pontûlaram 29. Oct. anni 1600. statimque a Johanna de Boulehart in coadjutricem Portus regis adscita est. Mansit nihilominus in cœnobio Malodunensi usque ad 16. Julii 1602. quo ad Portum rexit, ubi tunc solummodo decem erant sanctimoniales, duæque novitiæ, perrexit. Hanc eodem anno abbas Cistercii, assistentibus Angelica d'Estres Maloduni & Margarita des Portes sancti Cyrici abbatissis benedixit, primumque sacra refecit Eucharistia die 29. Sept. Nomen ejus cum abbatissæ titulo reperitur in charta authentica die 6. Julii anno 1604. Vix tamen aliter, quam nomine tenus rexit usque ad 1609. quo per Quadragesimam, auctoribus Capucinis, de suo in melius reformando monasterio consilium cepit. Faverunt tredecim, quæ tunc inibi erant sanctimoniales, sed a seipsa,

ut par erat, initium duxit. Ac primo quidem A novas, quæ priores ob ætatem falso enunciantiam vitiosas redintegrarent, bullas obtinuit die 13. Novembris ejusdem anni 1609. cumque hoc ipso anno quod fingule sibi proprium reputabant sanctimonialiales, in commune contulissent, & intra monasterii claustra se perpetuo continendi obstrinxissent proposito, novam die 7. Maii 1610. Maria Angelica emisit professionem intra manus Dionysii l'Argentier abbatis Claravallensis. Tum in eunte Julio anni 1614. abstinere omnino a carnibus cepit, illamque abstinentiam instituit die 4. Insequens Augusti, quam jam anno 1607. ad quatuor per hebdomadam dies extenderat. B Inde celebris facta Maria Angelica, etsi aliunde contradictoribus non careret, missa est Malodunum mense Februarii anni 1618. ut hanc loco depositæ abbatissæ domum gubernaret. Sed cum hujus cœnobii res non ita brevi componendas judicaret, sororem Catharinam Agnetem Arnaud a sancto Paulo pro ejusdem meritis coadjutricem allegit anno sequenti 1619. regio donatam diplomate mense Julio ejusdem anni, ac pontificio 1620. mense Septembris, ut illa absente, Portum regis moderaretur. Maloduni tandem rebus ordinatis, cum anno 1622. reditum pararet, viginti moniales juniores, quas ad habitum religionis susceperat, ægre se ab optima matre divelli ferentes, secum, annuente Portus regis capitulo, adduxit, tametsi quingentarum librarum duntaxat annui reditus dote simul omnes fruerentur. Octo post mensibus, novem quæ ibidem ad professionem admisserat sanctimonialiales, in Portum regis, Cistercii abbate permittente, suscepit, donec Maria Suireau abbatissa Maloduni nominata has illo reduxit; earumque loco Maria Angelica octo alias ejusdem ordinis disciplinæ strictioris studiosas ad suum venire monasterium permisit. Circa id tempus misit ad Liliam Cisterciensis ordinis prope Melodunum parthenonem Annam Eugeniam D Arnaud ab Incarnatione dictam, quæ inibi priorissam ageret, & Marianam Suireau ab Angelis nuncupatam, quæ magistra novitiarum esset, & ita monasterium reformarent; ad quod ipsamet Maria Angelica se contulit cum tribus e suis monialibus anno 1625. Pia interim domina, Mariæ Angelicæ mater, locum apud Parisios emtum, qui dicebatur hospitium *de Clagny*, in suburbio S. Jacobi filizæ obtulit, quo huc deducta colonia Portus regis Campensis nimio sanctimonialium numero allevaretur. Probatum quidem abbas Cistercii 1624. die 16. Decembris, sed archiepiscopus Parisiensis duplicem domum propagari abnuens, integram E illuc transferri consensit 24. Augusti 1625. Ad hoc igitur, accedente cum a rege impetrato mense Decembris 1625. diplomate, quo Parisiis monasterium condi permittit, tum alio a regina matre Maria Medicea eorumdem mensis & anni, quo se fundatricem & advocatam hujus cœnobii declarat, iisque tandem senatusconsulto Parisi. 16. Februarii 1626. corroboratis, tota monialium septuaginta numero congregatio huc se transtulit die 14. Augusti 1626. Hac tempestate, suadente viro pietate & ecclesiastica dignitate conspicuo

Sebastiano Zamet episcopo Lingonensi nova domus ex monialibus Portus regis propagari visa est, perpetuæ addicta sanctissimi Sacramenti adorationi, cujus fundatrix tituli pie ambitiosa Ludovica Borbonica Longevillæ ducissa, prævio Ludovici XIII. diplomate dato 1630. mense Octobri, crectionis bullam obtinuit a summo pontifice Urbano VIII. qua hujus negotii cura Mariæ Angelicæ demandabatur. Sed nec tam cito, nec ita prospere absoluta res est, ut infra dicemus. Non otiosa tamen Maria Angelica anno 1626. Agnetem sororem suam & coadjutricem misit ad abbatiam Gomeri-ontis in dioecesi Rotomagensi, ut illic ordinem restitueret. Idem quoque præstitit per aliquot sanctimonialiales in Insularum apud Autiffiodorum monasterio. Giffi vero coadjutrix ad Portum regis se contulit, inibique duos annos 1626. & 1627. exegit, ut cœnobii leges addiceret, quam anno 1628. emulata est priorissa sancti Albini dioecesis Rotomagensis, cum e suis quatuor sanctimonialibus. Summus inter hæc pontifex Urbanus VIII. a Cisterciensi jurisdictione Portum regis absolutum, ita tamen, ut ordinis frueretur privilegiis, episcopali mancipavit 15. Jun. 1627. quo rex anno in signum approbationis senatus Parisiensis præcepit die ultima Julii sequentis, ut rescriptum Urbani in commentarios referretur. C Longe vero insignis a rege biennio post indultum est beneficium, favente regina Medicea, cui aliquando monasterium ingressæ Maria Angelica supplicem libellum obtulerat, ut singulis triennis eligerentur abbatissæ; sic nempe firmiorem fore dicebat disciplinam regularem, quæ sæpius indutis ad regimen externis monialibus distolvitur. Annuit rex victor & Rupella reuduxit duo diplomate anno 1629. quod in commentarios retulit majus consilium die 20. Februarii ejusdem anni. Insequenti ergo 1630. mensis Julii die 20. Maria Angelica & Catharina soror coadjutrix dignitate sua se abdicarunt coram officiali Parisiensis archiepiscopi, cujus triduo post iussu, præsentæ ejusdem archiepiscopi vicario generali, qui de more preces adhibuit, electa fuit in abbatissam triennalem, quæ sequitur, 29. calculis ex 33. die 23. Julii feria tertia 1630. ejusque electio in commentarios a majori consilio relata est 27. Maii 1631.

#### ABBATISSÆ TRIENNALES.

**M**ARIA Genovesa le Tardif a S. Augustino appellata, Portus regis alumna, electa, ut dictum est, abbatissa mense Julio anni 1630. iterum eligitur 10. Septembris 1633. Divisionem interea mittitur Catharina Agnes Arnaud a sancto Paulo, soror Mariæ Angelicæ, & antea coadjutrix, ut in abbatiâ Tartensi primigenium spiritum revocaret. Repetitur quoque negotium de nova familia præcipue addicta cultui sacratissimi sacramenti excitanda. Rex probavit suo diplomate anno 1632. mense Octobri, quod senatus Parisiensis in commentarios retulit mense Maio 1633. tandemque hoc ipso anno, præhabito etiam Parisiensis archiepiscopi consensu, conductæ domui prope Luparam, Maria Angelica Arnaud præfecta, huc mox se contulit, cum tribus Portus regis profectis M m m iij

monialibus, & quatuor, quæ sacro initiari velo postulabant. Inde recedentis cum archiepiscopi facultate, ut Portum regis repeteret 10. Februarii 1636. ejus in locum suffecta est Maria Genovesa, sub qua paulo post archiepiscopus religionis habitum dedit virginibus, quæ novum hoc institutum auspiciantur, tam illis, quæ jam professe erant, quarum scapulare nigrum in album cruce rubra signatum mutavit, quam candidatis, quæ necdum scapulare tribus abhinc annis acceperant. Tandem cum apta conventui non esset domus, nec suppetere emendæ alteri facultates, uti volebat archiepiscopus, antequam novitiæ quatuor ad professionem admitterentur, una omnes ad Portum regis mense Maio anni 1638. remigrarunt. Obiit Maria Genovesa omni jam dudum soluta officio die 28. Martii anno 1646. in Portu regis Parisiensi, ex edito necrologio pag. 127.

II. Catharina Agnes Arnaud a S. Paulo Mariz Angelicæ foror, nata 1593. 31. Decemb. sancti Cyrici parthenonem ingreditur 1599. mense Octobri, in eoque religioſam vitam amplectitur 24. Junii sequentis, sed non prius emisit vota, quam anno 1612. Exigentibus postea meritis, a sorore, abbatissa Portus regis in coadjutricem, ut diximus, allecta 1619. inter alia, quæ præclare gessit, quorum jam attigimus partem, nihil præstanzius egit, quam cum sororis emula virtutis, coadjutricis munus abdicavit. Missa subinde Divionem, ut in abbatiam Tartensem severiorem disciplinam revocaret, locum hunc abbatissa gubernavit ab anno 1632. ad 1636. quo ad Portum regis revocata, ejusdem electa fuit abbatissa triennialis 19. Sept. hujusce anni, & iterum 1639.

III. Maria Angelica Arnaud a S. Magdalena nomen sortita, abbatissa quondam titularis, forori suæ Catharinæ successit electa mense Oct. ineunte 1642. cui prorogatum regimen per duodecim annos usque ad 26. Novembris 1654. Interim ne institutum pietatis erga sanctissimum Sacramentum, penitus deficeret, illud una cum sororibus amplecti statuit. Annuit papa Innocentius X. voluitque ut redditus ac privilegia concessa priori domui sanctissimi Sacramenti cœnobio Portus regis cederent. Consensit archiepiscopus Parisiensis 9. Aprilis 1645. senatusque Parisiensis approbavit 4. Junii 1647. Quamobrem Parisiensis archiepiscopus officialem & vicarium generalem delegavit Andream du Sauffay 24. Octob. ejusdem anni, qui solemnè & pio apparatu scapulare nigrum ex more Cisterciensis in album cruce rubra signatum mutavit, ut inde docerentur mysterium Eucharistiæ, cujus se cultui totas mancipabant, caritate, castitate, & imagine Crucis ab his esse colendum. Ex ea vero pecunia, quæ ex vendito, de quo superius diximus, sancti Sacramenti monasterio provenerat, die 22. Aprilis 1646. jacta sunt fundamenta novæ Portus regis Parisiensis ecclesiæ, quæ dum perficitur, obtinuit abbatissa facultatem ab archiepiscopo Parisiensi veterem monasterium sedem in campis ab anno 1626. derelictam, uno remanente sacerdote, qui ecclesiam administraret, repetendi & ex integro restituendi die 22. Julii anni 1647. & revera

illam repetiit 13. Maii 1648. cum octo sanctimonialibus, duabusque sororibus conversis. Ab eo tempore sub eisdem instituto & abbatissa, utraque Parisiensis & Campensis societas monialium numerosa sobole amplificata, magno pietatis exemplo & ætioris disciplinæ custodia floruit usque ad annum 1669. uti postea dicemus. Absolutam tandemque Parisiensem ecclesiam 1648. eodem anno Parisiensis archiepiscopus die festo SS. Trinitatis 7. Junii solemnè benedictione donavit sub titulo sancti Sacramenti ac B. Virginis, a quo tempore cepit hoc monasterium nomen habere a sancto Sacramento. Domus vero Campensis dormitorium inq̄p̄it Maria Angelica, & pavementum ecclesiæ sulsit altius ineunte anno 1652. quo Parisiis utraque societas coaluit ob principum bella. Duodecim tandem annorum clara regimine Maria Angelica locum fecit Mariz sequenti; septemque post annos clarior virtutibus obiit Parisi. anno 1661. ætatis anno 70. die 6. Aug. de qua vide-fis necrologium laudatum pag. 302. & præfationem pag. XXI. Corpus ejus in anteriori choro domus Parisiensis conditum est cum hoc epitaphio:  *Ici repose le corps de la mere Marie Angelique Arnaud, qui a esté 38. ans abbesse titulaire de ce monastere, où elle a mis l'estroite reforme. Elle s'est demise du titre d'abbesse l'année 1630. ayant obtenu du roy, que l'abbaye seroit effective. C'est par son zele & par ses soins, que la maison a esté remise sous la jurisdiction de l'ordinaire, & que l'institut du S<sup>t</sup> Sacrement y a esté establi. Elle est morte le 6. Aoust 1661. âgée de 70. ans. Requiescat en pace. Cor ejusdem in ecclesia Campensi positum est infra cathedram, quam ad Tertium occupat abbatissa.*

IV. Maria I. Suireux ab Angelis nuncupata; alumna Portus regis, & aliquando apud Liliolum novitiarum magistrâ, posteaque Maloduni abbatissa per annos 22. regressa tandem ad professionis locum, ejusdem eligitur abbatissa 26. Novembris 1654. quæ rursus electa prima Decemb. 1657. obiit anno sequenti 10. Decembris ex laudato necrologio pagina 470. Cor ejus deportatum ad Campensem domum in infirma chori positum est ala cum epitaphio, quod vide-fis loco citato pagina 474.

V. Catharina Agnes Arnaud a sancto Paulo, electa tertium est 1658. triduo post obitum superioris. Sub ejus regimine jussit rex ut e parthenone tam puellæ conviventes, quam novitiæ abirent, sicuti discimus ex libello supplicii conventus anni 1661. ad ipsum regem, ut hæc jussio revocaretur. Expleto triennio præfectura cessit Catharina Agnes, ac demum excessit e vita 19. Februarii 1671. ætatis 78. in cœnobio Campensi, ubi sepulta est ad portam sinistro a latere chori cum epitaphio, quod vide-fis in edito necrologio pag. 92. & in supplemento ejusdem pagina 412.

VI. Magdalena de Ligni a S. Agnetæ, foror episcopi Meldensis, Carola in baptismo dicta, Catharinæ successit electa die 2. Dec. 1661. Reperitur anno sequenti mense Junio; cujus tempore anno 1664. sexdecim tantummodo erant in Portu regis Campensi moniales, sed anno insipienti mense Julio ineunte cum e Portu regis



Parisiensi sorores pleræque, quas inter abbatissa erat, ad Campensem transfusiæ fuissent ab archiepiscopo Parisiensi numerus excrevit ad 71. præter septemdecim sorores conversas. Tum archiepiscopus relictis in Portu regis Parisiensi circiter duodecim monialibus præcepit, ut sibi abbatissam eligerent. Fuit illa Dorothea Perdreau electa 16. Novembris 1665. cujus electioni Campenses intercesserunt. De Dorothea iterum loquendi occasio recurrit. Campenses inter hæc jure ferendi suffragii & sacramentorum privatas communionem, rexit Magdalena continue absque nova electione usque ad annum 1669. quo 17. Febr. Harduinus de Perefixe Parisiensis archiepiscopus illis ablata restituit. Cessit hoc anno Magdalena post septem annos & octo menses regiminis, tandemque defuncta est die 21. Maii 1675. ætatis anno 59. sepulta in infimo ad levam latere chori, ex laudato necrologio pag. 191. vide quoque supplementum pag. 613.

VII. Maria II. d'Angennes du Fargis a sancta Magdalena, dicta in baptismo Henrica, consobrina cardinalis de Retz archiepiscopi Parisiensis, priorissa instituitur anno 1660. & inde abbatissa 28. Julii 1669. cui regimen prorogatum est usque ad 30. Julii 1678.

VIII. Angelica Arnaud d'Andilly, a sancto Johanne vocitata, neptis Mariæ Angelicæ & Catharinæ Agnetis, ex priorissa novem annis eligitur abbatissa 3. Augusti 1678. sub qua in sequenti anno 73. moniales erant in cœnobio, quodam vetuit archiepiscopus nomine regis, ne admitterentur novitiæ, donec monialium numerus ad quinquaginta redactus esset. Rursum vero proclamatur abbatissa 8. Augusti 1681. defuncta 1684. 29. Jan. ætatis anno 59. ex laudato necrol. pag. 48. cujus etiam vide supplementum pagina 358. Sepulta est ad januam sinistri lateris chori.

IX. Maria d'Angennes du Fargis iterum ex priorissa per quinque annos & sex menses, electa fuit abbatissa post obitum Angelicæ ad sex annos, ex laudato necrologio pag. 216. ubi mortua dicitur 3. Junii 1691. sexdecim a cessione mensibus, ætatis anno 73. professionis 50. In ala sinistra chori sepulturam accepit. Vide supplementum necrologii pag. 636.

X. Agnes Racine a S. Thecla, die 2. Februarii 1690. electa abbatissa, & ad novem annos præesse iussa, mortem oppetiit anno 1700. ætatis 74. 19. Maii, ex laudato necrologio pag. 204. cujus etiam vide supplementum pag. 627.

XI. Elisabeth Boulard de Ninvilliers a sancta Anna, ultima triennalis abbatissa eligitur 5. Febr. 1699. Obiit 20. Aprilis 1706. ætatis anno 79. sepulta in infimo latere chori ad levam, una cum priorissa Francisca Baudrand a S. Julia, cujus loco paulo ante obitum suum nominaverat Ludovicam du Mésnil a S. Anastasia. Vide laudatum necrol. pag. 163. & ejusdem supplementum pagina 570.

Ab hoc anno 1706. nulla fuit abbatissa in Portu regis Campensi; cujus tandem titulum abbatialem Clemens XI. papa suppressit anno 1708. 27. Martii, rogatu regis, qui & ipse hanc in rem diploma dedit 14. Novembris, quod utrumque

senatus Parisiensis retulit in commentariis 15. Decembris, idque confirmatum est anno sequenti 21. Julii ab archiepiscopo Parisiensi, qui & bona Portus regis Campensis univit Parisiensi, de cujus nume dicendum abbatissis, quarum initia repetenda sunt ab anno 1668. inno forsitan ab anno 1665.

#### ABBATISSÆ TITULARES Portus regis Parisiensis.

I. DOROthea Perdreau una ex illis circiter duodecim monialibus, que post ceteras in Portum regis Campensem ab archiepiscopo transfusiæ, in Parisiensi remanserant, eligendæ abbatissæ ab eodem data facultate, electa est die 16. Novembris 1665. conventu Campensi contradicente, uti jam diximus. Et certe nihil amplius de Dorothea occurrit, donec anno 1668. mense Maio rex dato diplomate jus ad abbatiam nominandi repetens, eandem abbatissam nominavit. Tum illi bullas quidem indulgit mense Junio pontifex, sed modo non alia tunc esset abbatissa canonice electa. Has, etiam revera est alia, nempe Magdalena de Ligny, promulgavit officialis Parisiensis, & in commentariis publicos referri curavit: sed cum hiis omnibus Campensis conventus, & maxime Catharina Agnes Arnaud titularis olim coadjutrix intercessissent, initum est aliud consilium. Rex videlicet alio diplomate dato 13. Maii 1669. ex una hæctenus Parisiensem & Campensem monialium societate duas effecit, quarum illi tertiam redituam partem, huic vero ut pote longe numerosiori duas alias assignavit: sicque rex Dorotheam Portus regis Parisiensis abbatissam confirmavit: Campensi vero abbatissæ eligendi jus perpetuo dimisit. Ratam habuit hanc bonorum partitionem Clemens X. papa data bulla 13. Septembris 1671. quam 20. Aprilis 1672. Parisiensis archiepiscopus evulgavit, regisque hanc in rem litteras majus consilium in commentariis retulit 22. Decembris ejusdem anni. Quando Dorothea rexit, quinimo utrum rexerit, aliunde incomperturn.

II. Elisabeth Margareta de Harlay de Chanvallon filia Achillis marchionis de Brevall ex Oudetta de Vaudetar, foror autem archiepiscopi Parisiensis, ex abbatissa Virginitatis ordinis Cisterc. in dioecesi Cenomaniensi designata 1655. traducitur ad abbatiam Portus regis Parisiensis 21. Martii 1685. Obiit Lutecie in eunte 1695. ætatis anno 70.

III. Maria Anna de Harlay de Chanvallon filia Francisci Bonaventuræ de Brevall regionum exercituum subpræfecti, ex Genovesa de Fortia, antea priorissa S. Albini prope Gornacum dioc. Rotomagensis, amicitæ successit nominata a rege 12. Januarii 1695. cui patruus archiepiscopus Parisiensis benedictionem in ipsa ejus abbatia die 19. Augusti 1696. impertitus est assistentibus beate Mariæ Senonensis & sancti Antonii Parisiensis abbatissis. Cessit mense Junio anni 1706. designata postmodum 8. Junii 1715. abbatissa Libere abbatissæ de Bosco in suburbio Parisiensi.

IV. Maria Ludovica Francisca de Roufflet de Chateau-regnault filia Francisci marchionis

de Chateau-regnault & Mariæ le Gai, ex prioriffa A Monforii ordinis S. Benedicti apud Alenconium designata 10. Aprilis 1694. Portus regis Parisiensis reuinciatu abbatiffa nufenfe Junio 1706. Repentina morte corripuit die 25. Aug. 1710. annos nata 50.

V. Ludouica de Montpeiroux ex abbatiffa Paracleti Ambianenfis dicecefis, die 30. Ianuarii 1711. nominatur abbatiffa Portus regis Parisiensis, cujus poffeffionem accepit mense Junio eufdem anni. Adhuc præfè 1741.

PENTE-  
MONTE.

### B. MARIA DE PENTEMONTE.

**P**HILIPPUS de Dreux epifcopus Bellovacenfis B regio fanguine anno 1217. condendo Ciftercienfi parthenoni feptem iugera vinearum testamento elargitus efl, cum viridario iuxta Bellovacum fito intra montem S. Symphoriani & amniculufi d'Avelon, feu Avalon in extremo fuburbii Bellovacenfis fancti Johannis, ubi prima cœnobii fedes, quæ a fitu Pentemontis fortita efl nomen. Mortui paulo post Philippi fuffecer in cathedra Milo & pietatis emulus ecclefiam & loca regularia exftruxit, fœcraque virgines reditus auxit anno 1218. Biennio post querelam habuerunt cum prefbytero ecclefie S. Johannis fuper jure parochiali, cujus loco decem folidis cenfualibus annuatim fefe obftrinxerunt anno 1220. ficque ab hoc onere abfolutæ fuerunt eodem quo abbatie Ciftercienfes modo. Nondum vero Ciftercienfi ordini nomen dederant, quippe quæ in antiquis Bellovaci archiuis moniales nigre appellantur, de quibus statutum xxvii. capituli generalis anni 1221. fic habet: *Petitio domini Ambianenfis de incorporanda abbatia de Pantenmont admittitur, licet præceptum fuerit in capitulo generali, ne aliqua incorporaretur ulterius: fed idem capitulum iudicat difpenfandum, maxime cum venerabilis pater Conradus tunc Ciftercii abbas, nunc Portuenfis epifcopus & cardinalis S. R. E. fub titulo S. Rufinae de incorporanda dicta abbatia domino electo Belvacenfi promiferit.* Cœnobii poffeffiones Gregorius IX. confirmavit iii. nonas Junii anno 1230. pontificatus quarto. Procedente feculo xv. cum ob civilia bella, quibus afflictabatur regnum & maxime Picardia & vicinia Bellovaci, fanctimoniales omnes, duabus exceptis, locum deferere & ad alia fe conferre monafteria coactæ fuiffent, Robertus de Mariffel Ciftercienfis monachus de confenfu abbatis Frigidimontis, Pentemontis adminiftrator & provifor creatus fuit; num idem efl, qui vocatus de Saint Jagon ab abbate de Riveto, qui monafterii chartas anno 1736. exploravit, dictufque facrarum virginum director, pluribus annis magna cum prudentia domum adminiftraffe, & loca regularia reparaffe laudatur, tandemque pace reddita rogaffe abbatem Ciftercii, ut aliunde affumtas, cum indigenarum maxima pars aut mortuas, aut in aliis ftabilita effer monafteriis, huc facras induceret virgines? Accitæ funt numero duodecim e parthenone Pontis Domininarum eufdem ordinis in dicecefi Meldenfi, ibidemque perffuit conventus ufque ad annum 1646. quo vicini fluvii exundatione diruto monafterio, urbem intra Bellovacum favente magi-

T. 4. Anecd.  
Martien. col.  
133a.

flratu tranflatus efl in hofpitiu Castellaniae juxta cathedralem ecclefiam die prima Junii 1647. & inde Parisios ad locum fuburbii fancti Germani, ubi monafterium erat fub titulo Verbi Incarnati 12. Aprilis 1671. Nunc dicendum de abbatiffis, quæ variis illis in locis parthenonem rexerunt.

### SERIES ABBATISSARUM.

**A**GNES fole prioriffa titulo regebat anno 1219. quo Bernerus, feu Bernerius abbas fancti Symphoriani ei conceffit quiddid de *tenementis* Berneri de Monchiaco & Radulfi Balduini Philippi epifcopus Bellovacenfis paulo ante in eleemofynam largitus fuerat; five ut habet D. abbas de Riveto, loci de Pentemont pertinentis ad Bernerium de Mouchy & Radulfum Baudouin donationem jam a fe factam 1218. fub annuo cenfu viginti folidorum, confirmavit anno 1219.

I. Margareta I. reperitur abbatiffa de Pentemonte ordinis Ciftercienfis 1236. mense Maio in charta authentica tabularii fancti Dionysii in Francia, erga quod monafterium ipfa & conventus teneri fe profitentur ad cenfum annuum quinque folidorum, duorum denariorum & unius piclavinae.

II. Ifabella 1264.

III. Oda promiffit obedientiam Theobaldo C epifcopo Bellovacenfi.

IV. Maria eidem epifcopo fidem & obfequium fpondit.

V. Margareta II. idem quod duæ superiores erga hunc ipfum epifcopum, qui obiit an. 1300. præftitiffe dicitur.

VI. Margareta III. de Wault e gremio conventus affumta facultatem petiffie legitur anno 1358. 2. Februarii ab epifcopo & capitulo Bellovacenfi accipiendi minus benedictionis alibi quam in ecclefia S. Petri Bellovacenfis; accepiffie vero memoratur mense Februario 1360.

VII. Margareta IV. de Rinceville occurrit D anno 1375.

VIII. Henrica factam cum abbate & conventu fancti Symphoriani permutacionem chirographo fuo probavit 1415. Adhuc præerat 1424. die 28. Februarii.

IX. Martha Maquerelle elocationem fuo nomine munivit 1428.

X. Nicolaus pepigit anno 1441. cum Juvenali des Ursins epifcopo Bellovacenfi. Elocacioni fubfcriptis 1453. Auctoritate & confilio epifcopi Bellovacenfis deturbatur anno 1457. 19. Januar. per Egidium abbatem Regalis-montis & Jacobum Ciftercii priorem ab abbate Ciftercii delegatos; E eoque ipfo tempore contigit quod fupra retulimus de loco deferto, eodemque per D. de Mariffel, feu D. de Saint Jagon monachum Ciftercienfem adminiftrato.

XI. Margareta V. elocationem nominis fui caractere firmavit 1479.

XII. Anna I. du Castell, *al. dn* Catelle plures elocationes fubfignavit ab anno 1496. ad 1511. Sub ejus præfectura post refarta quæ bella civilia monafterio damna intulerant, reftituit ei conventus, accitis e Ponte Dominarum eufdem ordinis duodecim monialibus.

XIII.

XIII. Margareta VI. Trifel elocationi sub-  
scripta anno 1516. testante D. abbate de Riveto.

XIV. Anna II. idem præstitit anno 1521.

XV. Huguetta du Creil, seu de Creilly, idem  
quoque præstitit ab anno 1530. ad 1542. quam  
& alibi reperimus 1558. sed jam pridem, ut  
videtur, cesserat.

XVI. Francisca I. Ogier vel Oger ab anno  
1552. ad 1555. plura elocavit prædia. Obiisse  
dicitur 1562.

XVII. Francisca II. de Fontaines, seu de Fon-  
taine electa 22. Aprilis 1562. elocationem sub-  
signavit 1567.

XVIII. Catharina I. Loifel, si D. abbati de  
Riveto fides, elocationem firmavit chirographo  
1568. at eadem videtur esse, quæ forsitan binomi-  
nis sequitur.

XIX. Margareta VII. Loifel electa 18. Oct.  
1567. & benedicta 19. Decembris ejusdem anni  
ab Ebroicensi episcopo, accepit possessionem 18.  
Junii 1568. Existant, inquit D. abbas de Riveto,  
factæ ab illa plures elocationes ab anno 1580. ad  
1587. Veruntamen

XX. Catharina II. de Guiverlay vel Giverlay  
reperitur jam anno 1586. Num superior cesserat,  
& hæc nondum accepterat possessionem? Firmavit  
autem elocationes ab anno 1596. ad 1609. quo  
memoratur mense Julio, & adhuc 1620. Notatur  
ejus obitus dies 28. Maii.

XXI. Carola I. de Cavois, seu de Cavoie,  
elocationibus subscripta legitur ab anno 1623. ad  
1633.

XXII. Johanna I. Thierry obiit 30. Octobr.  
1641. cum antea, ut videtur, regimen abdicaf-  
set; nam

XXIII. Johanna II. de Bery, seu de Berry, dicta  
Oger, subsignavit elocationes ab anno 1638. ad  
1641. Permutavit cum sequenti anno 1643.  
mense Decembris.

XXIV. Francisca III. le Charron ex abbatissa  
sancti Pauli juxta Sueffionem, permutatione facta,  
Pentemontis adiit possessionem die 12. Januarii  
1644. isdemque die & anno benedictionis acce-  
pisse munus legitur. Die prima Junii 1647. e  
suburbio monasterii sedem Bellovacum transfudit,  
Augustini Potier antistitis & omnium urbis ordi-  
num assensu. Cessit in gratiam sequentis anno  
1667. ex dicendis.

XXV. Helena Costentin de Tourville filia  
Cæsaris castrorum præfecti ex Lucia de la Roche-  
foucault, soror vero marescalli de Tourville &  
marchionisse de Gouville, adepta possessionem  
die 3. Septembris 1667. benedictur in ecclesia  
Carmelinarum suburbii sancti Jacobi Parisiensis  
ab episcopo Bellovacensi die 4. Julii 1669. præ-  
sentæ Ludovica Hollandina Palatina beatæ Mariæ  
regalis abbatissa. Eodem anno suum Parisios trans-  
ferre monasterium aggreditur. Quare majus consi-  
lium 18. Decembris ejusdem anni edixit visita-  
tionem reparationum in cenobio faciendarum,  
tam in prima fede suburbana, quam in altera Bel-  
lovaci, & quinto post die rei gestæ perscriptis  
actis, annuit rex translationi 12. Aprilis 1671.  
annuerunt & abbas Cistercii, prævia 30. Augusti

Tomus VII.

A ejusdem anni a generali ordinis Cisterciensis visi-  
tatore status abbatie in acta relata visitatione die-  
bus XI. Septembris, 7. Octobris & 10. Novemb.  
1671. episcopus etiam Bellovacensis 31. Octob.  
ejusdem anni, ac denique Parisiensis archiepiscopus  
22. Januarii 1672. eodemque anno 20. Jun.  
consensit prior sancti Germani a Præbo tantquam  
abbatis vicarius generalis, ut a Verbo Incarnato  
nuncupatæ virgines, quem prius inhabitabant  
locum, a monialibus Pentemontis acquisitum di-  
mitterent. His adde sanctioris consilii decretum  
die XI. Decembris 1677. quo monialibus per-  
mittitur ut regium pro translatione diploma curent  
in commentarios referri. Quis porro ediderat,  
quanta Helenæ necessaria fuerit animi fortitudo,  
ut vel tam arduum opus aggredere, quanto  
major ut ad effectum perduceret? Regebat adhuc  
1709. cum magna utique sapientia; at vero tan-  
dem post regimen annorum 48. e vivis excessit  
die 12. Decembris 1715. ætatis anno 82.

XXVI. Carola II. Colbert de Croissy soror  
Joachimi Colbert episcopi Montpelienis, Pene-  
montis abbatissa renunciata, & ingressa monaste-  
rium 1716. biennio post 1718. die 7. Julii  
benedictionem percepit ab archiepiscopo Parisi-  
ensi in ejusdem præfatus majori sacello. Inde vero  
mense Decembris anni 1719. transfertur ad abbat-  
tiam beatæ Mariæ regalis prope Pontifaram, ubi  
hætenus feliciter præest.

XXVII. Anna Benigna Constantia Julia de  
Rohan filia Caroli principis de Guemené ducis  
de Montbalon & paris Franciæ, nata 1687. die  
31. Octobris, ex Carola Elisabetha de Cocheflet  
altera conjuge, designatur abbatissa Pentemontis  
mense Decembris anni 1719. Sorores habuit duas,  
Annam Terefiam abbatissam de Pratellis in dioce-  
cesi Lexoviensi, quæ inde translata ad Jotensem  
abbatiam Rotomagi defuncta est, atque Eleono-  
ram abbatissam de Pratellis post sororem, unde ad  
Marquetensem in Belgio celeberrimam abbatiam tran-  
slata fuit. Vivit hætenus Anna Benigna virtutibus  
clarior & comitate morum, quam natalium splen-  
dore, cujus in eo maxime elucet perita regendi,  
quod excerpti curaverit per D. abbatem de Riveto  
chartas monasterii, & humanitas singularis, quod  
nobiscum opus illud communicaverit.

#### SANCTA MARIA REGALIS, seu MALODUNUM, vulgo *Maubouillon*.

Celebris juxta Pontifaram monialium Cister-  
ciensis ordinis abbatia e linea Cistercii, obser-  
vantia strictioris, fundatur anno 1241. a regina  
Franciæ Blanca de Castella, matre sancti Ludovici  
regis, in loco cui nomen Alnetum, dimidia vix  
leuca ab urbe Pontifara, intermedio Isara fluvio;  
quam & ideo sanctam Mariam regalem voluit ap-  
pellari, quod eam in honorem cœli reginæ fun-  
daret. Sed postquam Blanca regina terram de Mal-  
loduno emtionem comparavit 1242. vel 1243. a  
Roberto & Odelina de Castrorainardo eorum-  
que liberis, vocari cepit Malodunum corrupte;  
nam dici deberet Malus dumus, *Mauvais biffon*.  
Fundationis exemplar e codice m. parthenonis  
Samarthani se beneficio viri clarissimi D. de

Nun

Vyon d'Herouval habuisse profitentur. Hoc idem diploma, quod cum aliis pluribus litteris a rege datus pro S. Maria regali transcriptum ex regestis cameræ rationum Parisiensis fe D. du Fourny testatur infexisse, nostra inter instrumenta recudere visum est, uti etiam sancti Ludovici præceptum fundationem matris anno 1248. confirmantis. Scribunt Sammarthani adscriptum ordini Cisterciensis parthenonem anno 1244. infante Blanca, ut patet, inquit, ex litteris Bonifacii abbatis Cistercii, & rescripto capituli generalis mense Sept. ad ejsdem loci sanctimonialis; sed huic sententiæ adversari videntur tum ipsa fundationis charta, ubi fe Blanca quamdam abbatiam Cisterciensis ordinis de propriis bonis temporalibus fundare & ædificari fecisse memorat, tum sancti Ludovici charta anni 1239. certos eidem loco reditus assignantis, ubi, inquit, mater nostra Cisterciensis ordinis moniales collocare intendit. Et certe jam anno 1236. iacta fuisse hujus abbatie fundamenta, & 1240. in eam fuisse inductas ex aetereo S. Antonii Parisiensis sanctimonialis legitimus in nonnullis commentariis. Ceterum anno prædicto 1244. 26. Junii ecclesiam benedicti Guillelmus episcopus Parisiensis, ad quam diem Innocentius IV. summus pontifex indulgentias concessit. Plurimi Francorum reges locum hunc privilegiis exornarunt, sed præsertim sanctus Ludovicus, qui sæpius in eo diversabatur piis vacaturis exercitiis. In veteri autem obituariio benefactores inter recententur Robertus comes Atrebatensis, Carolus Valesiæ comes, Alfonso comes Augensis, Henricus Brabantia dux, Mathildis filia comitissa Burgundia, Berengaria imperatrix Constantinopolitana, Margareta princeps Antiochiæ, Johanna Navarra regina, Iolendis comitissa Nivernensis, Mathildis a sancto Paulo comitissa Valesiæ, Maria de Valesia ducissa Calabriae, Isabellis de Valesia ducissa Borbonii, Alix ducissa Brabantia, Borua de Luxemburgo Johannis regis uxor, Catharina imperatrix Byzantii, Blanca Sabaudia comitissa, Blanca d'Avagour, & aliae nobiles feminae. Abbatissarum nomina ex loci tabulis excerpta, ita post Sammarthanos, quibus non pauca adjecimus, in lucem evulgantur.

SERIES ABBATISSARUM.

**I. WILLELMA** I. Blancae reginae fundatrix, ut volunt, neptis, abbatie sancti Antonii Parisiensis alumna, prima beatae Mariae regalis monasterio præfuisse legitur ab anno 1240. ad 1275. Sane reperitur anno 1247. mense Nov. & 1257. in tabulario rubro Calensii pagina 175. ac 1260. mense Martio in chartario Vallis beatae Mariae. Plurima interim privilegia impetravit, ex quibus duo tantum laudare sufficiat. Primum est S. Ludovici datum apud Crispicam mense Aug. anni 1244. quo cœnobium ab omni prorsus exactione seculari eximitur. Alterum est Innocentii IV. de libertatibus monasterii beatae Mariae regalis datum Lugduni per manum Marini Romanæ ecclesiae vice-cancellarii 1x. calend. Decembris anno 1250. Dum Guillelma regit, anno 1252. Blanca regina fundatrix mater sancti Ludovici & regni administratrix moerore absentis in Palestina filii

consumta, dies explevit Luteciae, aiunt Sammarthani, quam & velum religionis ante obitum assumisse, & regali habitu sepultam ad introitum chori suæ Pontiferaensis abbatiae sub elato cenotaphio cupreo, produnt hi versus:

*Ex te, Castella, radians ut in aethere stella,  
Prociit hæc Blanca, quam luges nato Franca.  
Rex pater Alfonso, Ludovicus rex sibi sponsus:  
Quo viduata regens agit, ut vigeat requie gens.  
Hinc peregrinante nato bene rexit ut ante.  
Tandem se Christo cætu donavit in isto,  
Cujus tuta malis vixit gens Franca sub alis:  
Tanta prius, talis jacet hic pauper monialis.*

Observatu quoque digna sunt verba Matthæi Parisiensis in historia Henrici III. Anglorum regis, ubi de Blanca sic loquitur ad annum m. cclii. Circa idem tempus prima Dominica Adventus Domini, prima die mensis, obiit dominarum secularium domina Blanchia Francorum regis mater, Franciæ quoque custos, turix & regina, ut adventanti Domino nostro Jesu Christo devota sua occurreret ancilla venter. Cujus mortem Francis lugubrem ac damnosam dolor multiplex anticipavit, mariti sui scilicet regis Ludovici mors, suæ gratissimæ juventutis premitiva, regni Francorum sibi incumbentis non minima sollicitudo, filii sui ægrotativa timentudo, ejsdem Crucis signatio, & postea ipsius peregrinatio irreditura. Deinde captio toti Christianitati deploranda. Item Roberti comitis Atrebatensis probrosa fuga, quam sequeretur stebilis submersio. Comitibus insuper Piclavenfis Adelphus (Adelphonis) morbus incurabilis. Postremo quod relatum est ei, quod filius primogenitus ejus, rex scilicet Francorum, Deo militaturus in Terra sancta proposuit ibidem omnibus diebus vitam suam morari & mori, pro regno terreno caelesti felici commercio commutare. Nobilissima igitur domina mater prædictorum Blanchia, suis orbata pignoribus, præmortua languit desolata, vidensque mortem imminere, corpus suum legavit ad sepeliendum domui sanctimonialium apud Pouteyse, quam ipsa a fundamentis magnifice construxerat. Facta est autem sanctimonialis professa velata ante mortem, & supra velum apposta est corona, & vestita est reginaliter, & sic sepulta est, ut decuit, rediuita. Magnanima igitur Blanchia, seu femina, consilio mascula, Semiramis merito comparanda, valedicens seculo, regnum Francorum omni solatio reliquit destitutum. In vetusto tamen martyrologio sic legitur: Anno 1252. vi. calend. Decembris obiit pie memoria illustris Francorum regina Blanca mater nostra. Inibi quoque sic habetur: Anno 1270. die 25. Augusti obiit SS. fundator noster prope Carthaginem.

Diem suum obiit Guillelma abbatissa 17. Nov. anno 1275. sepulta in capitulo ante sedile abbatissæ cum epitaphio sequenti tabule inciso lapideæ:

*Anno milleno bis centum septuagena  
Quinto, dum colitur Anianus, ibi sepelitur  
Virgo Deo placita Guillelma bonis redimita;  
Prudens abbatissa domus, speculum probitatis;  
Cauta gubernatrix, sibi parca, Deo amulatrix;  
Mundo grata, polo digna, sepulta solo.*

Chart.  
EXXCVIII.  
col. 104. &  
Ch. CXLII.  
col. 105.

T. i. amplif.  
coll. Marten.  
col. 1270.

II. Blanca de Brienne d'Eu filia Alfonsi dicti de Acra Franciæ camerarii ex Maria de Lezignem comitissa Augi, avum habuit Johannem de Brienne regem Jerusalem, uti colligitur ex hisce literis Johannis filii regis Jerusalem, Franciæ buticularii: *Nous Jehan fils du roy de Jerusalem. . . . . executeur du testament de tres noble homme nostre cher frere monseigneur Alfons jadis come d'Eu & chambrier de France, saisois a scavoir. . . . . que ledit monseigneur Alfons en son testament, que il fit a son vivant, dont il nous fit executeurs, laissa & donna a sa fille seur Blanche cent livres de Tournois chacun an, tant comme elle vivra. Et si laissa ensemble à l'abbaye de Mauluijff dix livres de Tournois de rente, &c.* in chartulario num. 30. cap. 1. Blanca a teneris annis apud Malodunum vota emisit, quemadmodum observatur in ejus literis die Mercurii post Nativitatem beate Virginis 1308. Abbatissa memoratur jam an. saltem 1277. mense Aprili in charta sancti Dionysii authentica. Reperitur an. 1299. in tabulis ei factæ venditionis a Guidone de Cromieres milite pro ducentis annui redditus libris, quas in thesauro regio percipiebat. Anno 1308. capellam dotavit ex patrimonio avorum sub invocatione sanctissime Trinitatis & sancti Ludovici; quam dotationem ratam habuit Henricus Clara-valensis abbas 1309. die festo translationis ejusdem sancti Ludovici. Septies ad minus cum cognomine de Augo reperitur in chartis monasterii, cui plura, superites an. 1309. acquisivisse laudatur. Necrologium domesticum ipsius mortem consignat die 16. Julii, idib. vero, seu 15. necrologium Regalis-montis, ubi dicitur abbatissa secunda. Jacet sub arcu prope sacristiam: cujus cenotaphium elatum lapideum solis monialibus patens, & in infima tabellæ parte hi duo leantur versus:

*Inchyta persona jacet hic intusque patrona  
Francorumque bona regum producta corona.  
Nemo potest furi clare quantis honorari  
Hanc voluit, quantumvis sola potest meditari.*

Hoc autem cenotaphium extra chorum tegit murus, in quo depicta est beate Mariæ Virginis effigies sua inter brachia filium gestantis, & ad ejus pedes duæ abbatissæ, nempe Blanca d'Eu & Maria de Montmorency cum suis quæque insignibus a latere, & in infima tabellæ parte hi duo leantur versus:

*Curavit pingi me Blancha, Maria repingi,  
Spectanti patrum quas monstrant arma suorum.*

Hujus abbatissæ tempore 1293, al. 1296. humatus est juxta chorum Johannes d'Acra, seu de Acon Franciæ buticularius, filius regis Jerusalem, idem qui supra Blancæ patruus, qui cænobio legavit mille libras, ut fertur in obituariio. Tumulo ejus, qui nunc exstat in ecclesiæ navi, adheret alter ex nigro marmore, qui Catharinam imperatricem Constantinopolitanam representat. Robertus quoque II. Artesiæ comes, filius Roberti I. comitis Artesiæ, & nepos Ludovici VIII. Francorum regis, occisus in prælio adversus Belgas apud Corteriacum die XI. Julii 1302. delatus fuit ad parthenonem beate Mariæ regalis, ibique sepultus

*Tomus VII.*

mense Dec. an. 1304. ex continuatore chronici Guillelmi Nangii, Spicil. tomo XI. pagina 616. quod ideo notamus, quia nonnullis placuit eum apud Regalem-montem sepultum fuisse. Ceterum ex dictis in Blanca liquido constat Agnetem de Laval filiam Guidonis VII. ex Johanna de Brienne secunda conjuge, tomo 3. hist. geneal. magnatum Franciæ frustra dicti abbatissam anno 1292.

III. Isabella de Montmorency, filia, ut verisimile est, Mathæi de Montmorency, qui beneficium sicut erga Cisterciensem ordinem, & jacet in abbatia B. Mariæ de Valle, nimirum in claustris juxta capitulum, Blancæ successit anno 1309. ex instrumentis venditionis cujusdam domus apud Parisios, quo Nicolaa vidua Johannis Cotterel profuturæ se titulo venditionis cessisse hanc domum a religiose dame & honeste Madame Isabeau de Montmorency abbesse de l'eglise de Nostre Dame la Royale de l'ez Pontoise. Eadem nominatur variis in chartis abbatie sancti Dionysii in Francia, Domus Dei Pontifarenensis, & monasterii S. Martini Pontifarenensis ab anno 1309. ad 1340. & ultra. Sane præerat annis 1321. 1325. 1327. & 1332. ut notant chartæ beate Mariæ regalis. Disfidium habuit cum Johanna Burgunda Franciæ regina pro pedagio portus Pissiaci. Sub ejusdem præfectura Blanca filia comitissæ Atrebatensis, quæ nupta erat Carolo IV. Francorum regi cognomento Pulcro, hoc auctoritate Johannis Papæ XXII. dissoluto matrimonio, quod reginæ mater Carolus ejus virum & sacro fonte levasset, Maloduni sanctimonialis facta est, ubi ad beatum finem pervenit. Johanna vero filia ejusdem Caroli IV. postea cognita ex instrumentis cameræ rationum Parisiensis, mortua 18. Maii ipso die festo Pentecostes 1320. sepultura donatur in ecclesiæ beate Mariæ regalis; ubi fundatur 1323. capella S. Johannis Evangelistæ, & ante principem aram viscera Caroli IV. regis condita sunt die prima Febr. 1327.

D seu 1328. Hoc etiam anno a latere dextro summi altaris conditur Margareta conjux Boëmundi Antiochiæ principis, & 1329. 26. Novembris Mathildis Artesiæ & Burgundiæ comitissa ante chorum sub tumba cuprea. Isabellam vero abbatissam fuisse adhuc superstitem anno 1340. probat fundatio quarundam capellarum hoc anno facta per Johannam d'Evreux Franciæ reginam. Sepulta fuit Isabella in inferiori parte chori, in concauo muri, cujus cenotaphium lapideum ibidem substitit, donec Catharina d'Orleans abbatissa chorum lapide stravit; tunc enim inde sublata figura lapidea Isabella: reposita fuit in claustris parte occidentali, a E Stephanotius noster, cujus aliunde lego tumulum adeo neglectum, ut discerni nequeat, uter illius sit, an qui conspicitur in claustris, an qui videtur in capella S. Ludovici intra murum qui dividit infimam ecclesiæ partem, sub arcu, ubi cernitur effigies cum insignibus familiæ de Montmorency.

IV. Margareta I. de Moncy ex antiqua Vexini familia quarto inter abbatissas reponitur loco in catalogo Stephanotii nostri, qui de illa solum necrologii testimonium profert pridie nonas Martii, quam anniversarium tradit habere commune cum Odolina de Chateaugnard.

Nnn ij

V. Catharina I. e solo etiam innoteſcit necrologio ad diem 20. aut 21. Martii, ubi dicitur abbatiffa ſexta.

VI. Philippa reperitur abbatiffa 1361. feria 1v. 5. Januarii, hoc eſt 1362. anno 1382. XI. Auguſti, 1386. 27. Junii, 1387. 12. Julii & 1389. 21. Februarii in chartis authenticis collectionis D. de Gagneres. Quam legitimus filiam Fulconis Pain baronis de Hambeia in Normannia ex Agnete de Cantelou, Philippam laudatus Stephanotius conjicit ortam ex illuſtri apud Normannos Paganellorum, Paynel, proſapia. Sane tom. VIII. hitorie genealog. magnatum Franciæ pag. 90. Nicolaus Paynel dominus de Hamble legitur filiam procreaſſe Johannam nuptam Ludovico d'Elſtouteville fratri Guillelmi cardinalis & archiepiſcopi Rotomagenſis. Philippæ tumbe inſculpta cernitur effigies in infima parte chori cum epitaphio Gallico, ex cujus detritis characteribus hæc ſolum verba deprehendere licuit . . . . . noble pro . . . . . Seigneur d'Hambye, & fut ladite dame abbeſſe . . . . . le vingt huitieme jour de Janvier, l'an de grace mil trois cent nonante. Atamen necrologium ſic ejus meminit : *Obiit 1v. cal. Februarii* (hoc eſt 29. Januarii) *Philippa abbatiffa quinta*; de qua iterum ſic habet die 5. Decembris: *Madame Blanche d'Avauour, jadis femme de très-haut & très-puiſſant homme Monsieur Guillaume d'Harcour, laquelle dame nous a donné après le décès de dame Alienor d'Avauour, & après le décès de dame Pheippe Paynel, quarante livres Parisis de rente chacun an, pris sur la Viſconté de Paris; & ces quarante livres Parisis de rente doit tenir dame Alienor d'Avauour tant comme elle vivra, & après lui dame Pheippe Paineille, noſtra haud dubie abbatiffa, cujus poſteri domini d'Harcour, de S. Paul, d'Elſtouteville & de Longueville fuerunt viciffimi domini d'Hambye. Ceterum dum jam fortalte Philippa regeret, Bonna filia Johannis a Luxemburgo regis Bohemiæ & prima conjux Johannis D*

Franciæ regis obiit apud Malodunum die 11. Septembris 1349. ibique ſepulta eſt cum epitaphio. Philippa certe monaſterium regente, tumulata ſunt inibi viſcera Johanniæ d'Evreux die 4. Martii 1370. prope viſcera mariti Caroli Pulcri; & in tumulo Bonnæ modo laudatæ viſcera filii ejus Caroli V. die 16. Septembris 1380. Catharina quoque filia Caroli V. Franciæ regis mortua menſe Octobri 1388. ætatis anno undecimo, jam tamen deſponſata Johanni Bituricensi Montilpenſerii comiti, ſepultura officium recepit apud Malodunum, ex computo ſexto Johannis Perdrier. Denique Johanna filia Caroli VI. regis dei mortuæ E biennis in eodem cenobio condita fuit.

VII. Johanna d'Ivry orta dicitur e priſco genere d'Ivry, quod inceperat a Roberto vel Rogerio Meulenti comite & vicecomite d'Ivry, qui ſibi copularat Hildeburgem de Gaillardon hanc famoſiſſimam comitiſſam, quæ ſolitaria vixit in abbatia S. Martini Pontifarentis decem aut duodecim annis, inibi que deceſſit anno 1116. ſepulta ſecus altare S. Gaterii. Abbatiffa laudatur Johanna 1391. 7. Aprilis, 1396. 6. Maii, 1399. & 1405. die 12. Januarii in chartis authenticis D. de Gagneres.

In quadam compoſitione anni 1395. facta inter Petrum de Villers abbatem S. Martini Pontifarentis & fratres ac ſorores domus Dei Pontifarentis, necnon moniales Malodunentes pro decimis in territorio S. Audoëni ad Ifram, foror Johanna d'Ivry nominatur abbatiffa beate Mariæ Regalis. In regeſto ſodalitii cujuſdam inſtituti 1284. ſub titulo Clericorum aux Clercs legitur ad annum 1400. *A été reçue en cette confrairie religieuſe & noble dame Jeanne d'Ivry, abbeſſe de Notre-Dame-la-Reale-lez-Pontoise, qui a donné à la Confrairie des Clercs ſix écus d'or.* Necrologium ejuſdem celeberrimi ſodalitii ad x. v. calendas Maii notat B obitum Johanniæ d'Ivry abbatiffæ beate Mariæ Regalis, &c. pariterque necrologium domeſticum, ubi dicitur abbatiffa ſeptima. Humata creditur in capella S. Ludovici.

VIII. Lucia de Montmorency filia Matthæi ex Ayglantina de Vendôme, monialis & theſauraria beate Mariæ Regalis 1388. & 1405. reperitur abbatiffa 20. Junii 1406. & 1408. in chartis authenticis laudatæ collectionis. Æmulam habuit Catharinam, quæ ſequitur, conſobrinam; qua controverſia ad curiam regis delata, hæc neutri favit ediſto anni 1409. quin potius ad manum regis abbatiam appoluit; iterumque die 27. Aprilis anni 1411. *dictum fuit ſtatum neutri adjudicandum, ſed rem contentioſam per aliquas probas conventus de Maloduno, de qua abbatia contendebatur . . . . . quouſque per abbatem Cifterciæ de ſufficienti ſecundum regulam religioſarum proviſum fuiffet.*

IX. Catharina II. d'Elſtouteville notata nona abbatiffa, reperitur die 6. Decembris 1410. 1434. 10. Octobris, & 1454. *humilis abbatiffa Noſtra Domina regalis prope Pontifaram dictæ de Maubiſſon*, in chartis authenticis laudatæ collectionis. Filiam dicunt Roberti d'Elſtouteville domini de Vallemont ex Margareta de Montmorency, fororem vero Guillelmi Ebroicensis epifcopi, & neptem aut certe affinem Philippæ Paynel quondam abbatiffæ. Obiit Catharina 1456. die 29. Januarii, cujus tempore ob Anglicum bellum adverſa multa pertulit Malodunenſis familia, quæ tamen longe minus habita eſt dure, quam cetera hujuſce tractus monaſteria.

X. Magdalena I. notatur abbatiffa decima tam in catalogis, quam in necrologio & martyrologio, nec plura nobis de illa innotuere præter obitum, qui notatur a Sammarthaniſis die 13. Septembris, aut XVII. calendis Octobris, ſeu 15. Septembris, uti legit Stephanotius noſter in necrologio domeſtico.

XI. Margareta II. de Danes vel d'Anes occurrat abbatiffa 1461. 4. Martii & 1464. 18. Februarii in chartis authenticis laudatæ collectionis. Obitus ejus conſignatur in necrologio die 7. Martii.

XII. Guillelma II. Martine reperitur 1461. prima Martii & 1481. 8. Februarii in chartis authenticis ejuſdem collectionis; ex quibus colligere eſt Guillelmam de abbatia contendiffæ cum Margareta ſuperiore, & poſtea cum Peretta, quæ in eadem chartarum collectione occurrit 5. Januarii

*Fiſſ. genal. magna. Fran. 1. 3. p. 418.*

*ibid. t. 1. pag. 91.*

an. 1474. Guillelma e vivis excessit 1481. qui modo 1482. die 22. Martii ex Sammarthanis, forsan errore typographi, obitus enim ejus dies notatur 12. Martii in necrologio, ubi appellatur abbatissa duodecima. Jacet in ingressu capituli sub lapide, cui sunt insculpti versiculi.

XIII. Antonia de Dinteville filia Claudii ex Johanna de la Baume, & foror Francisci Antifiodorensis episcopi, memoratur abbatissa 10. Januarii 1481. qui nunc 1482. per superioris, ut videtur, cessionem, 1485. 4. Junii & 5. Octobris, 1508. 26. Maii & 1521. 17. Aprilis in chartis authenticis laudata: collectionis. Tumulus ejus cum effigie nunc in extrema parte chori cernitur hoc insignitus epitaphio: *Cy gist noble & religieuse dame seur Antoinette Dinteville, qui fut abbesse de ceans quarante-trois ans, & après y avoir fait plusieurs biens, trespassa l'an 1524. le onzième jour de Janvier. Priez Dieu pour elle.*

XIV. Henrica de Villiers legitur abbatissa anno 1525. in charta authentica. Jacet in medio capituli cum hoc epitaphio: *Cy gist noble & religieuse dame seur Henriette de Villiers abbesse de ceans, qui trespassa en l'an 1529. le 31. jour de Juillet. Priez Dieu pour elle.*

XV. Maria I. de Montmorency filia Guillelmi baronis de Montmorency ex Auna Pot, & foror Philippi episcopi Lemovicensis, qui decessit in ævi flore 1519. ex moniali Varinville prioratus ordinis Fontebrauldensis, creatur abbatissa beatæ Mariæ regalis anno 1529. inquit Sammarthani. Certe memoratur in chartis authenticis 1531. 14. Februarii & 14. Junii 1541. Ejus tumulo prius in choro, qui deinde in extrema parte navis positus est cum aliis pluribus, quando Catharina d'Orleans abbatissa chorum lapide stravit, insculptum est epitaphium sequens: *Cy gist très haute, noble, vertueuse dame madame seur Marie de Montmorency, fille de messire Guillaume de Montmorency, & seur de messire Anne de Montmorency connetable & grand-maître de France, elle en son vivant a été très-prudentissime abbesse de ce royal monastere l'espace de 3. ans & demi. Elle deceda le 24. de Fevrier 1543. Parentes ejus sepulturam habent in medio choro ecclesiæ de Montmorenciac.*

XVI. Maria II. d'Annebault filia Johannis heredis Normanniæ comitis stabuli &c. ex Margareta Blossel, a rege nominata & a Paulo III. confirmata, sepulturam accepit in choro, unde postea tumulus ejus in ecclesiæ navim translatus est, in quo ejus effigies cum hoc epitaphio cernitur: *Icy gist humble, religieuse & noble dame Marie d'Annebault, laquelle fut reçue en l'abbaye de N. Dame du Pray-lez-Lisieux le 16. Octobre 1511. professa audit monastere le 4. Aoust 1517. & l'an 1524. fut prieure de Vernon, & après avoir resigné ledit prieuré, fut abbesse de Saint Amand de Rouën le 16. Juillet 1531. & elle nommée par le roy François pour estre abbesse de ceans le 28. Janvier 1543. resigna ladite abbaye de Saint Amand, & deceda le 21. Janvier 1546. pleine d'ans & de bonnes meurs, ayant gouverné lesdits lieux avec honneur de leur religion & grande augmentation d'eux. Priez Dieu pour son ame. Gentiles habuit Jacobum*

d'Annebault cardinalem tituli S. Sufanæ, episcopum Lexoviensem, necnon abbatem Becci & aliorum monasteriorum, Claudiumque thalassiarum.

XVII. Maria III. de Pisseleu filia Guillelmi domini de Helley in Picardia, ex Anna Sanguin altera conjuge, sive, ut habet Stephanotius nosler, ex Magdalena de Laval comitissa de Vertus, foror vero Caroli episcopi Condomienfis, & Francisci Ambianensis, a rege nominata 1546. reperitur in charta authentica 15. Junii 1555. & in tabulario beatæ Mariæ de Valle 1571. 14. Octobris. Tumulus ejus olim in choro, nunc in ecclesiæ navi ipsius effigiem præfert cum hoc epitaphio: *Cy gist haute, puissante & vertueuse dame seur Marie de Pisseleu fille de messire Guillaume de Pisseleu seigneur de Helley, laquelle en son vivant fut prieure de Poissy six ans & demi, auquel lieu elle prit l'habit de religion l'an 1520. aagée de sept ans, & vivant en grandissimes vertus & prudence, depuis fut abbesse de ce royal monastere l'espace de 28. ans, dans lequel temps par son bon gouvernement a acquis renom immortel. Elle deceda le 11. Octobre l'an 1574.*

XVIII. Magdalena II. Tiercelin de Broffes filia Adriani equitis torquati, Franciæ cambellani ex Johanna de Gourlay domina de Sarcus, quam Franciscam vocat Thaumafius antiq. Bituricensium lib. xi. pag. 991. reperitur abbatissa 20. Martii 1576. in charta authentica & 1587. 15. Januarii in tabulario beatæ Mariæ de Valle. Tumulus habet cum effigie olim in choro, nunc in ecclesiæ navi, in quo incisum est hoc epitaphium: *Cy gist noble & vertueuse dame madame Magdelaine Tiercelin de Broffes, laquelle dès son bas aagé s'est vouée & donnée à Dieu, & a pris l'habit de ceans à l'aage de 15. ans, où elle s'est toujours comportée si religieusement, qu'elle a été élue abbesse de ce royal monastere par l'espace de 20. ans, & a vesçu l'espace de 60. ans avec humilité & exemple de toute bonne vie & amatrice de paix, laquelle trespassa le 21. Avril 1594. Priez Dieu pour son ame. Patrus habuisse dicitur Nicolaum de Broffes abbatem Claritatis Dei ordinis Cisterciensis in diocesi Turonensi, & Johannem Baptistam de Broffes episcopum Lucionensem & abbatem de Columbus in diocesi Carnotensi.*

XIX. N. Tiercelin de Broffes-Poslé neptis Magdalenz superioris ex fratre Jacobo toparcha de Poslé, antea monialis in prioratu Varinville ordinis Fontebrauldensis, inde fuit accita ut amica coadjutrix esset, quo titulo possessionem accepit anno 1591. At post obitum Magdalenz, qui contigit, uti modo dictum est, an. 1594. abdicare coacta, secessit ad primitivum domum Varinville.

XX. Angelica d'Estrées filia Antonii toparchæ de Cœuvres regionum ordinum equitis & rei tormentariæ præfecti ex Francisca Babou de la Bourdailière, ac foror Annibalæ Franciæ marescalli, cum esset monialis Piffiacensis, a rege nominata fuit abbatissa primum Bertholdicuz in Picardia, tum beatæ Mariæ regalis, quo nomine occurrit in chartis authenticis an. 1594. & 1609. mensis Augusti, ac in tabulario beatæ Mariæ de Valle abbatissa de Mambouffon & Bethaucourt.

Nnn ij

Hist. genal.  
magn. Fran.  
t. 8. p. 720.

B. l. 7. p.  
179.

\* al. 14.

\* 19.

Hist. genal.  
magn. Fran.  
t. 8. p. 747.

\* al. 65.

Samn.

1605. 4. Febr. & 1615. 25. Maii. Ejus foror A Gabrielis amica regis Henrici I V. ex abbata Bertholdicariae Anglicanae secuta in Malodunensem, ibidem decessit & sepulta est in choro prope sedem abbatialem. Rexit Angelica 25. circiter annis; cumque decreto capituli generalis, seu abbatissae Cisterciensis exauctorata fuisset anno 1618. sese Luteciam in monasterium Clarissarum recepit, ubi demum clausit extremum 1634. & sepulta est. Sic autem Angelica d'Elfrées canonice deposita, Cisterciensis abbas Nicolaus Boucherat eodem anno 1618. praefecit abbatissae regimini Mariam Anglicam Arnaud, quae tunc abbatissa erat Portus regis, ut quod jam feliciter hoc in cenobio praesliterat, labefactam Maloduni regularem disciplinam refarciret. Mansit hic pia reformatrix usque ad annum 1622. quo renigravit ad portum regis, ubi vide superius col.

XXI. Carola de Bourbon Soissons Caroli Sueffionum comitis notha ex Anna Maria Bohier, foror Catharinae abbatissae de Petrinis in Cenomanis, sacrum apud virgines Fontebrales velum accepit die 3. Julii 1603. aetatis anno septimo, inibique post votis se obstrinxit. Inde egressa cum Antonia d'Orleans, quae novam a Calvario nuncupatam congregationem meditabatur, huic instituto se adhaerere animo desinabat, sed raptā est ad regendam abbatiam Malodunensem 1622. reluctante Angelica d'Elfrées, quae, ut restitueretur litigabat. Sedit Carola tribus duntaxat annis cum dimidio, quae consummata in brevi explevit tempora multa; placita enim erat Deo anima illius, quam, dum corpus cilicio & assiduis flagellis exercebat, solis pene leguminibus nutrit, super tabulas ligneas storea cooperata cubans, dignam Deo emisit mense Decembris \* 1626. anno aetatis 33. cum paulo ante coadjutricem instituisset Mariam Anglicam Suyreau, vel etiam forte illi abbatiam transfussisset.

\* Orobri.  
Hist. mag.  
Fr. t. 1. p.  
351.

XXII. Maria Angelica Suyreau nata parente D advocato Carnotensi, Portus regis functionalis, reformationis inducendae gratia apud Argensolam Cisterciensis ordinis monasterium delegatur; tum fuit abbatissa Loci Dei prope Belnam in Burgundia, ut diximus tom. 4. col. 504. denique Malodunensis evasit regia simul & pontificia auctoritate. Hujus autem monasterii possessionem adeptā 5. Februarii 1627. memoratur abbatissa in chartis authenticis 10. Octobris 1636. & 15. Julii 1637. quae ut aetioris disciplinae magis ac magis negotium promoveret, novem e viginti puellis, quae Maria Angelica Arnaud Maloduni ad professionem admittis secum ad Portum regis, quando E illuc reversa est, adduxerat, cooperatrices assumfit. Praecipuae dein illi curae fuit probare spiritus, & virginum, quae ad conversationem confluabant, delectum facere. Quod ut liberius exsequeretur, nullam dotis unquam rationem habuit. Postremum, cum viginti tres moniales choro adiectas & duodecim sorores conversas, quas ad firmam claustralem disciplinam sufficere putavit, admisisset, sponte cessit anno 1648. in gratiam sequentis, reveraeque ad Portum regis, inibi adhuc per decem annos non obscura sanctitatis argumenta dedit,

quam etiam miraculis comprobatae aiunt. Obiit anno 1658. de qua vide necrologium Portus regis editum an. 1723. pag. 16.

XXIII. Sufanna de Hennis Lietard ex illustri genere orta, foror domini de Rocha in Campania, arcis Cabilonenfis ad Ararim regii praefecti, Deo virginitatem vovit in parthenone Portus regis annos nata 22. ubi & priorissae munus gessit, sicut & apud Argensolam & in cenobii Giffi dioecesis Parisiensis, & Esclasiae dioecesis Claromontensis, ut eorundem moniales in aetiori disciplina institueret. Inde abbatissa Loci Dei in Burgundia cenobium restauravit; tandemque relictas facta B 1648. abbatissa beatae Mariae regalis, possessionem accepit mense Octobri, eo pacto ut post quadriennium regimine abolveretur. Voti compos effecta est morte intercedente anno 1652. aetatis 49. die 6. Novembris, in urbe Pontifera, quo, civili bello cogente, cum toto conventu sese receperat. Post eam Margareta de Bethune d'Orval designata quidem est abbatissa, sed cum Henricus d'Orleans dux Longevillae hanc abbatiam pro filia sua postulasset, Margareta suffragis monialium Sancti Petri Remensis accedentibus, hujus loci facta est abbatissa.

XXIV. Catharina Angelica d'Orleans filia C naturalis Henrici II. ducis Longevillae, principis Novicastris, de Neufchatel, comitis Dunesis & Normanniae proregis ex Jacoba d'Alliers, octennis Malodunum ingressa est influenda curis Carolae Borbonicae de Soissons abbatissae, cujus biennio post defunctae in locum subrogata Maria Angelica Suyreau, annite praesertim serenissima Longevillae ducissa, curam praecipuam adhibuit nobilissimae virgini educandae, tam aliunde salubrem, ut Catharina Angelica aetatis anno 17. clarissimas nuptias & blandientem mundum aspernata, Christo se totam consecravit. Sacris optat virginibus a Visitatione nuncupatis adscribi, ut omnem sibi spem praeccluderet obtinendae aliquando abbatissae; at Longevillae duce minime consentiente, moniale induit apud Malodunum mense Aprili 1634. & anno sequenti die ultima Junii professionem emisit. Cum autem a virtute in virtutem ire assidue cogitaret, alienae salutis curam suscipere coacta est. Assumit itaque ad regendum S. Petri Remensis parthenonem, possessionem ejus adeptā 27. Februarii 1645, in quo cum plura & insignia optime administrationis monumenta reliquisset, inde Malodunum revocata loci possessionem iniiit die 8. Junii 1653. praesentibus nuncio papae, episcopo Ancienfis, principe Palatino, marescallo de l'Hospital, domicella de Longueville, principe Palatina, comitissa de Brienne &c. tandemque cenobio exornato, multisque adaucto aedificiis, cum jamjam mortem imminere agnosceret, scripsit ad regem suo & totius conventus nomine, ut sibi subrogaretur serenissima princeps Ludovica Maria Hollandina. Obiit paulo post Catharina die 16. Julii 1664. sepulta in choro juxta clathros ferreos, cujus sepulchrali marmoris insculptum est hoc epitaphium, auctore Francisco Faure Ambianensi episcopo: *icy repose Catherine Angelique d'Orleans religieuse*



*et abbesse de ce royal monastere. La nature l'avoit enrichie de ses dons, & la grace de ses tresors. Sa bonte lui gagna tous les cœurs, sa pieté les rendit à Dieu. Son esprit étoit doux & éclairé, ferme & soumis. Elle fut zelée pour Dieu, charitable pour le prochain, genereuse & moderate, indulgente aux autres & severe à elle-même. Elle fut tirée de ce lieu pour estre abbesse de Saint Pierre de Reims, elle remplit le monastere & la ville d'admiration de sa sagesse & de sa magnificence. En obéissant elle avoit appris à commander. Et Dieu la renvoya dans cette sainte maison pour en augmenter tous les biens spirituels & temporels, & pour en sanctifier toutes les religieuses par son exemple, par ses paroles & par ses écrits. Si l'on compte ses bonnes œuvres, elle a beaucoup vécu, si l'on compte ses années, elle est morte trop tôt. Elle mourut le seizieme de Juillet l'an mil six cens soixante & quatre. Pleurez, imitez & priez. In ejus funere orationem habuit illustrissimus D. le Boux episcopus Petragoricensis.*

XXV. Ludovica Maria Hollandina princeps Palatina de Baviera, filia Frederici IV. regis Bohemæ, comitis Palatini Rheni, principis & electoris sacri imperii ex Elisabetha Stuard filia Jacobi I. Angliæ regis & Annæ a Dania, nata 1622. Hagæ comitis in Hollandia, quam cum nutricia lætè luxerat hæresim, ejuravit Antuerpiæ 25. Januarii 1658. Tum venit in Franciam, habitumque religionis die 25. Martii suscepit in parthenone beate Mariæ regalis, ibidem professæ 1660. 19. Septembris. Deinde pro votis Catharinæ superioris & conventus, in ejus demortuæ locum successit, nominata a rege anno 1664. die 20. Augusti sancto Bernardo sacra, adiiitque possessionem 4. Novembris ejusdem anni. Solemni benedictione donata a Claudio Vauflin abbate Cistercii, præ humilitate ab insigni dignitatis abstinuit, a cruce pectoralis & stallo abbatiali, in quo imaginem beate Mariæ Virginis reposuit. Pingere gnara, gentilitia in altaris latere depicta insignia delevit, pluresque tabellas tam pro domo, quam pro vicinis parochiis ipsa depinxit. Denique obiit 11. Februarii 1709. ætatis anno 87. vitæ religiose 50. & regiminis 45. Die verò 22. Augusti in solemnâ exequiarum ejus officio Jacobus Maboul designatus episcopus Electensis laudavit eam e suggestu, præzente Anna de Bourbon ipsius nepte.

XXVI. Carola I. Joubert de la Bastide de Chateaurand filia Anneti comitis de Chateaurand & Francisæ Costentin de Tourville, ex moniali Pentemontis, & inde 15. Augusti 1706. abbatissa Monceii diocesis Turonensis, regia scheda vocatur ad regimen beate Mariæ regalis mense Junio anno 1709. unde post novem annos accusata dilapidationis, depulsa fuit 1719. Obiit autem 1740. die 13. Maii Parisiis in parthenone Pretiosi Sanguinis, ad quem secesserat, ibidemque postridie sepulta est.

In ejus locum suffecta exeunte Octobri mense anni 1719. Anna Gabriellæ Eleonora de Bourbon Condé soror serenissimi ducis de Bourbon, monialis Fontebaldensis, recusavit; quapropter

XXVII. Carola II. Colbert de Croisilles filia

Caroli marchionis de Croisilles regionum ordinum thesaurarii, regniq; administræ ex Margareta Beraud, jam abbatissa Pentemontis apud Parisios, renunciata fuit Malodumensis mense Decembris ejusdem anni 1719. Vivit hæctenus digniorum abbatissarum pia æmulatrix.

#### HERMERIÆ, seu HERMERIA.

HERMERIÆ

Præmonstratensis ordinis abbatia est, sita in vico Hermeriarum qui in Bregio positus est Crisciacum inter & Latiniacum, a quo duabus distat horis & a Lutetia septem. Fundator audit apud Rigordum & Nangium ad annum 1196. Mauricius episcopus Parisiensis, quem melius dixeris benefactorem; condita enim legitur sub invocatione beate Virginis sanctique Nicolai a Christianissimis nostris regibus circa annum 1160. inquit Sammarthani, quorum pene adoptavit sententiam Sammarthanus noster, qui in schedis fundationem ante annum 1160. adscripsit. Haud quidem me latet doctissimum annalistam ordinis Præmonstratensis Carolum Ludovicum Hugonem episcopum Ptolemaidis & abbatem regularem Stivagii ejusdem ordinis scribere tomo primo col. 821. Campaniæ comitem Theobaldum IV. Hermeriæ fundatorem anno circiter 1166. sed cum minime prodatur instrumentum, liceat hanc prærogativam in dubio relinquere, quæ forsitan potiori jure adscribenda sit Reginaldo cuidam, de quo sic habet necrologium sancti Justii Bellovacensis: *Die prima Novembris Reginaldi fundatoris de Hermeris.* Ceterum plures subinde præter Mauricium episcopum Hermeriæ benefactores suspexit, in his Guidonem, Ansellum & Robertum de Garlanda, Turnonii, de *Tournham* dynastas &c. maxime Adelam Francorum reginam Ludovici VII. dicti Junioris conjugem, Theobaldi comitis Blefensis & Campaniæ filiam, quæ anno 1202. coenobium cum adjacentiis morticinis jure donavit, & plusquam nonaginta jugera junioris juxta monasterium cum justitia suprema & inferiori, omnique dominio concessit, quemadmodum ex ipsius diplomate ad calcem edito compertum est. Laudatus analium scriptor loco citato abbatum feriem evulgavit, ex qua potissimum nostram accuravimus.

Anal. ord.  
Præm. t. 1.  
col. 821.

Ch. Cist.  
col. 80.

#### SERIES ABBATUM.

ROBERTUS I. Vallis secretæ alumnus sub Odone abbate Hermeris præfuisse ante annum 1160. visus est Sammarthano nostro in schedis. Certe memoratur 1178. in charta Henrici Trecentis comitis usum in suis memoribus concedentis Vallis Christianæ canonicis & fororibus ejusdem ordinis de sancta Cruce super Dormannum. Bullam a Lucio pontifice, quæ monasterii bona confirmantur, obtinuit an. 1183. De Roberto sic habet necrologium Cameræ fontis: *9. Junii commemoratio Roberti, primi Hermeriarum abbatis.* Jaect in capitulo sub hac tumuli inscriptione:

Anal. ord.  
Præm. t. 1.  
in prob. col.  
centesimj.

*Abbas Robertus omni bonitate repletus.  
Vitam redlat ei gratia summa Dei.  
Vivat in pace.*

II. Garnerus anno 1192. mense Septembris mortuum referunt Sammarthani, postquam ecclesiam septem annis sanctissime gubernasset: humanus est in ingressu capituli sub hac epigraphæ:

*Abbas Robertus omni virtute repositus,  
Quem tegit hac tumba, fuit in serpente columba.*

*Tom. 1. h. p. 74.*

III. Thomas I. anno 1204. prædia quædam divididit abbatiæ S. Dionysii. Circa hunc annum Thomas Hermeriarum una cum Johanne sancti Victoris, Josberto Sancti Maglorii, Odone Herivallis, Nicolao Montis estivi, & Achone, seu Athone Livriaci abbatis exemplar præcepti regis pro sanctimonialibus Argentolii cum ipso authentico contulisse legitur. Anno 1210. hospitalem S. Trinitatis domum Parisiensem per suos in perpetuum regendam canonicis suscepit. Hanc ad crucem reginæ, unde primum ipsius nomen, & postea S. Trinitatis, in via quæ ducit ad S. Lazarum, intra parochiæ S. Germani Autiffiodorensis limites, seculo XII. deservente germani fratres Johannes Paalæ & Willelmus Estuacol pari in pauperes peregrinos misericordia moti erexerant, & proventus dotaverant, curandisque pauperibus ac rebus temporalibus administrandis præposuerant fratres: sic se res hujusce domus haberunt ad annum 1210. quo fundatores, seu fratrum illorum œconomiam improbant, seu sperantes solitiorem, Thomæ Hermeriarum abbati regimen domus obtulerunt; annuit abbas, urgente potissimum Petro Parisiensi præfule, statimque suo ex monasterio transmisit magistrum & quatuor canonicos, qui mox impositum caritatis onus summa non modo caritate obierunt, verum & calamitosis Galliæ temporibus, seculo maxime decimo quinto, dum Angli Picardiam devastantes monasteria ordinis Præmonstratensis subvertebant, profugis azylum præbuerunt abbatis. Illic morabatur Johannes Brumel Marchasii Radulphi abbas exsul, illic exules Albe curiæ debebant canonici, dum anno 1437. die 25. Aprilis Johannem Brumel extorem elegerunt Albe curiæ abbatem. Iisdem erga peregrinos pauperes officii caritatis se devoverunt Hermeriæ canonici usque ad annum 1545. quo supra modum aucto numero pauperum in urbe Parisi. placuit magistratibus fundatorum interpretibus proventus xenodochii ad pueros alendos, quos parentum egestas sustentare nequebat, & quibus victum emendicare non licebat, desinare; utriusque sexus infantes, aut expositos, aut miseros in hac domo collectos, clathris separatos congregare, & iis tam pie educandis quam alendis præfæctas insituere mulieres. Stabant interim ad rem divinam Hermeriæ canonici, sed anno 1562. sub certis conditionibus Hermeriam ultro repetentes, administratoribus nuper inductis totum regimen dimiserunt. Magno urbis hæctenus commodo perstat illud orphanotrophium, quod vulgo *les Enfants bleus*, a caruleo, quem gestant, habitu, quandoque *Enfans trouvez* appellatur. Excerpta sunt hæc ex tomo secundum annualem ordinis Præmonstratensis, quem consuletis pagina 984. & ejusdem probationes col. DC. & DCI.

IV. R. abbas Hermeriarum reperitur anno 1214. in charta Barbelli, & 1218. mense Martio in tabulario sancti Martini Pontifariensis. Ipse est procul dubio Robertus, quem perperam an. 1227.

A mortuum referunt Sammarthani, postquam ecclesiam septem annis sanctissime gubernasset: humanus est in ingressu capituli sub hac epigraphæ:

*Abbas Robertus omni virtute repositus,  
Quem tegit hac tumba, fuit in serpente columba.*

V. Thomas II. *Dei patientia Hermeriarum dicitur abbas quitat ecclesiam sanctimonialium de Nomval 15. sextarios bladi reddituales; hos habebat in decima de Prunio, eo quod Galerius miles de Bernaio assensu uxoris suæ Elisabeth in concambio concesserit ecclesie de Hermeriis in molendino de Ponte petri octo sextarios aequipollentes mensura. Actum mense Junio anni 1223.* Idem occurrit 1229. mense Febr. in tabulariis Calensi & S. Dionysii, quo in ultimo litteris datis mense Julio 1229. notum facit pro acceptis ab abbate & conventu sancti Dionysii agris, domo, horto &c. apud Champigny aut juxta, seteneri ad persolvendum censum octo solidorum, totidemque denariorum. Pacificitur anno 1231. mense Julio cum abbate & conventu Latiniacensi, super his quæ habebant in dominio Hermeriarum, ex tabulario Latiniacensi. Anno 1244. in festo S. Andrea; una cum Odone abbate S. Dionysii electus arbiter controversiæ inter regem Ludovicum & Henricum Carnotensem episcopum de tribus præbendis Carnotensibus, quæ sede Carnotena vacante post mortem Alberici quondam episcopi Carnot. vacaverant, eam definivit. Regimen protraxit Thomas ad annum 1247. qui procreatus erat ex illustri de Montemorenciaci gente, nempe Burchardi VI. & Isabellæ de Laval filius, fraterque Aleidis, seu Havoisæ uxoris Anselmi de Garlanda, ut constat ex obituarij Hermeriarum ad diem 23. Maii, ubi hæc leguntur: *Commemoratio domini Thoma hujus ecclesie abbatis, fratris domine Haosæ uxoris domini Anselmi de Gallanda.* Thomæ in ecclesiæ limine sepulture tradito posteri hunc in modum D cecinerunt:

*Thomas prælatus, vir pius & moderatus,  
Nobis sublatus jacet hoc tumulo tumulatus.*

*Vitam reddat ei gratia summa Dei.*

*26. annis vixit abbas anno Domini 1247.*

VI. Guillelmus I. vitam cum meliore commutavit anno 1263. Jacet in medio capituli ad dexteram, hoc elogio funebri decoratus:

*Abbas Guillelmus gladio feritatis inermis  
In grege commisso, tumuli jacet hujus abyssi.*

*Liber ab inferno vivat cum rege superno.*

*Anno 1263. vixit abbas duobus annis & tribus mensibus.*

Ex his suspicandi locus est medium aliquem Thomam inter & Guillelmum abbatem omisum fuisse.

VII. Johannes I. de Rosoy mense Decembris anni 1265. Dionysianis monachis vendidit octo jugera terræ arabilis apud Villulam, *la Villette*, ex tab. S. Dionysii. Recensetur abbas 1266. mense Maio in tabulis Cervi frigidii, *Cerfroid*. Decessit anno 1279. humatus in medio capituli cum hac inscriptione

*Tom. 1.  
suppl. collect.  
Maron. col.  
1282.*

inſcriptione Gallica: *Cy giſt feu Jehan de Roſoy abbé d'Hermieres, qui fut mort en mois de Decembre M C C L X X I X. Priez por h. Præſecturam ante obitum abdicavit, nam*

VIII. Milo jam anno 1278. menſe Aprilii permutationem facit cum abbate & monachis S. Dionyſii, ex tab. hujusce monaſterii. Eodem au. menſe Decembris pepigit cum abbate Foſſatienſi de quibuldam acquiſitis in feudo de Faveris. Reperitur eodem anno in tabulario S. Dionyſii, & 1279. in chartis Gagie & Cervi frigidii. Hanc in obituario commemorationem habet ad diem 19. Decembris: *Commemoratio domini Milonis quondam hujus eccleſiæ abbatis*: cujus tumulus in dextero latere capituli cum hoc epitaphio viſitur: *Hic jacet dominus Milo quondam abbas hujus eccleſiæ, qui obiit anno Domini M C C L X X X I V. die Dominica ante Nativitatem Domini. Anima ejus & anima omnium fidelium deſunctorum requieſcant in pace.*

IX. Guillelmus II. in capitulo ſepultus hanc habet epigraphen in obituario relatum ad 26. Novembris: *Hic jacet Guillelmus quondam abbas hujus eccleſiæ, qui obiit anno M C C X C V I I. die Martis ante feſtum B. Andrea apoſtoli.*

X. Simon innotuit ex necrologio ad diem primam Martii, hiſ verbis: *Commemoratio fratris ac domini Simonis hujus eccleſiæ abbatis, qui vivebat anno 1306.*

XI. Laurentius paciſcitur cum Simone Latiniaci abbate de plurimis redibitionibus apud Latiniacum, & apud Domſum Medardum anno 1336. die Veneris in vigilia S. S. apoſt. Petri & Pauli, & 1337. Hujus ſic meminit necrologium ad diem primam Maii: *Commemoratio fratris ac domini Laurentii hujus eccleſiæ abbatis, qui vivebat anno 1347. vixit & anno 1348.*

XII. Johannes II. David ſimul abbas Gaudivallis anno 1368. de quo ſic habet necrologium Camera-fontis ad diem 22. Julii: *Commemoratio D. Johannis Davidis Hermeriarum & Gaudivallis abbatis.*

XIII. Johannes III. Coldoé teſtamenti curator a Galchero du Chafſel toparchæ d'Airmainvilliers anno 1380. nominatus, obiit anno 1396. ſepultus in capitulo ad finiſtram, cum hoc epitaphio: *Cy giſt Jean Coldoé abbé d'Hermieres, qui fut né de Montevrin, mil. . . . Priez pour ſ'ame. Illius meminit obituarium die 4. Januarii.*

XIV. Johannes IV. Berelle migravit a ſeculo anno 1400. relatus in obituario ad 17. Januarii.

XV. Johannes V. moritur 6. Februarii 1406.

XVI. Adamus tanquam vicarius generalis præſuit electioni Johannis Touppet abbatis Gaudivallis 1438. De eo ſic habetur in necrologio Camera-fontis: *X X I. Maii commemoratio Adami Hermeriarum abbatis. Obiit 1440.*

XVII. Johannes VI. la Vache, ſuperioris, ut videtur, ceſſione, die 18. Martii 1438. in domo S. S. Trinitatis Luteciæ electus a conventu illic conſiſtente ob bellorum in agro Pariſino tempeſtatem, reperitur 1447.

XVIII. Matthæus Rouſſel hominem exiit 7. Febr. 1463.

Tomus VII.

XIX. Johannes VII. Richard diem extremum obiit 1501.

XX. Andreas Richard 1504.

XXI. Johannes VIII. du Saulſay electus 30. Novembris 1504. reperitur 1509. in charta Barbelli. Moritur anno 1521. ſeptemdecim in præſectura exactis annis, quibus pleraque monaſterii bona oppigneravit: ſub quo notat laudatus annaliſta diſciplinam regularem non parum deſormatam, ſub commendatariis abbatibus vigilantia priorum priſtinum decus recuperare.

XXII. Johannes IX. du Saulſay ſuperioris nepos die 11. Decembris 1521. electus, obiit eodem die 1533.

XXIII. Johannes X. de Ruthie primus abbas commendatarius 1538.

XXIV. Robertus II. Tiercelin ſenator Pariſienſis.

XXV. Guillelmus III. de la Cheſnaye 1558.

XXVI. Johannes XI. Boucher 1568.

XXVII. Petrus Turbot 1577.

XXVIII. N. Garot 1588.

XXIX. Ludovicus cardinalis a Guifia ſato ſunctus in comitiis regni Bleſenſibus anno 1588. de quo vide ſupra in abbatibus S. Dionyſii col. 411.

XXX. N. de la Grange-le-Roy obiit 1597.

XXXI. Franciſcus Favier nominatur a rege 31. Martii 1597.

XXXII. Claudius Regnault bullis donatus 14. nonas Junii 1597. rexit ad 1641.

XXXIII. Johannes Baptiſta Amador de Richelieu 1644. de quo vide ſupra in prioribus S. Martini de Campis col. 543.

XXXIV. Jacobus Carolus Amelot filius Jacobi protopreſidis curiæ juvenum Pariſienſis 1650. fuit etiam abbas B. Mariæ Alodiorum in diocceſi Picſiaviſi, & prior B. Mariæ Deauratæ apud Tolofam, necnon ſenator Pariſienſis, qui poſtea clero valedixit.

XXXV. Carolus Amelot 1700. Uxorem duxit factus præſes in tertia inquisitionum camera Pariſienſi.

XXXVI. Edmundus Pitrot Autiſiodorenſis, cancellarius eccleſiæ & Univerſitatis Pariſ. canonicus ejuſdem eccleſiæ, major vicarius cardinalis de Noailles, ſocius Sorbonicus & profeſſor regius anno 1681. menſe Febr. nominatus eſt abbas. Obiit 3. Auguſti 1713. ætatis anno 78.

XXXVII. Carolus Stephanus Freſſon deſignatus 15. Aug. 1713. adhuc præſt hoc anno 1741.

## LONGUS CAMPUS.

Archiconobium ſorum S. Claræ Urbanitarum, quomodo vocat Franciſcus de Gonzague libro de origine & progreſſu ordinis S. Franciſci parte 3. pagina 576. tribus aut quatuor ab urbe Lutecia millibus poſitum in extremo nemore Boloniens, qua itur Novientum, ſeu ad oppidum S. Clodoaldi, propter oram Sequanæ, & a vico, quem Surifſtas dicunt, fluvio ſolum intermedio ſeparatum, Habella ſoror S. Ludovici Francorum regis ædificavit, dotavitque, triginta millibus

O o o

librarum impensis, ut scribit Agnes d'Harcourt in ipsius vita. Nangius in chronico Spicil. tomo xi. Isabella & ab ea exstructi monasterii meminit ad annum 1259. his verbis: *In episcopatu Parisiensi fundatum est cœnobium fororum Minorum juxta sanctum Cloodalium supra Secenam a religiosa & illustri domina Isabella virgine, sorore sancti regis Francie Ludovici, ipso rege eidem monasterio possessiones & redditus in sustentationes fororum congruus assignante.* Regula, quam servarent moniales, a viris in ordine Minorum clarissimis, quos inter Bonaventura post mortem sanctorum catalogo adscriptus, condita, & ab Alexandro IV. pontifice approbata, absolutò etiam monasterio,

omnibusque tandem ad excipiendum conventum rite dispositis, sub annum 1260. viginti puella, quas e Remensi ordinis sanctæ Claræ tres moniales professe & una novicia, aliaque forsitan ex aliis conventibus accitæ, ad hunc novum incolendum insinuere curaverant, habitum religionis induerunt, præsentibus rege & Isabella forore cum magnatibus die 23 Junii, quo tempore *Humilitatis Nostræ Domine* cœnobio inditum est nomen. Adhuc retinebat 1269. ut liquet ex charta S. Ludovici data hoc anno mense Octobri apud abbatiam *Humilitatis beatæ Mariæ juxta sanctum Cloodalium*, & ex ejusdem regis testamento condito mense Februario ejusdem anni, priusquam alteram peregrinationem transmarinam susceperet, quo inter alia legat sexaginta libras abbatie *Humilitatis beatæ Mariæ juxta sanctum Cloodalium*, & quinquaginta monialibus sancti Damiani Remensis. Sensum exolevit hoc nomen, pristinumque Longi campi recepit, ut patet ex charta Philippi Longi data anno 1319. apud *Longum campum juxta sanctum Cloodalium* die 8. Julii. Eidem quoque Longi campi monasterio Fulco de Chanaco Parisiensis episcopus 10. Octobris 1345. apud Gentiliacum litteras immunitatis concessit. Brevioris ævi fuit illa severior regula hujus loci virginibus initio præscripta: quam Urbanus IV. Alexandri successor, ipsiusmet fundatrix & S. Ludovici precibus mitorem fecit, datis apud Urbem veterem vi. calendis Augusti pontificatus anno secundo litteris, quarum inscriptio est ejusmodi: *Abbatissa & conventus fororum Minorum monasterii Humilitatis beatæ Mariæ, Parisiensis diœcesis.* Exstant tom. 2. annalium Minorum in regesto pontificio ad annum 1263. ex quibus postea Longi campi moniales, & quotquot ejusdem ordinis sese huic mitiori adixerunt regulæ, Urbanistarum nomen adeptæ sunt. Ceterum domus hæc ab initio sedem præbuit quampulcherrimis nobilibus puellis, quas etiam inter non paucæ numerantur principes, quales sunt Blanca a Francia, quarta filia Philippi Longi ex Johanna Burgundionum & Atrebatum comitissa, que illic habitum monasticum induit prima Februarii 1327. obiitque

FFA. vior.  
Paris. 1. 1.  
p. 48. 193.

FFA. Paris.  
1. 1. p. 122.

\* 1317.  
Cl. Mabillon  
Antiq. Paris.  
l. 4. p. 116.

26. Aprilis 1358. Johanna a Navarra ex hoc ipsius epitaphio nota: *Le gisl très noble dame & de bonne mémoire madame Jeanne de Navarre, saur M. neure, c'est-à-dire Cordeliere, en l'eglise de ceans, fille du roy de Navarre, qui mourut à Granate pour la foy de nostre Seigneur Jesus Christ. Et trespassa*

*ladite Jeanne l'an de Grace 1387. le troisieme jour de Juillet.* Inibi quoque sepultæ jacent Magdalena filia Francisci Britannie ducis, sorores Johanna & Margareta filie Godefridi a Brabantia, quarum, aliarumque bellorum tempestate monumenta perierunt. Quin etiamnum & quadraginta circiter choro addictis monialibus complures natalibus clarent. Præsertim abbatissa triennalis sub moderamine fratrum Minorum. Ex vita Isabellæ fundatrix a Sebastiano Rouillardo conscripta Sammarthani dare se catalogum abbatissarum profitentur, ex quo & paucioribus aliis monumentis compactus nosster hic prodit.

#### SERIES ABBATISSARUM.

I. AGNES I. d'Anneri abbatissa fororum Minorum Humilitatis anno 1256. mense Februario nonnulla cum rege permutavit, ex regesto 30. regii thesauri. Memoratur adhuc an. 1261.

II. Mathildis de Guencourt 1262.

III. Agnes II. de Harcourt filia Johannis I. domini de Harcourt, d'Elbeuf &c. dicti *Prudhomme* ex Blanca d'Avaugour tertia conjuge, cum Isabellæ fundatrix in honorario ministerio fuisset, & postea se familiæ Longi campi addixisset, ejusdem monasterii tertia fuit abbatissa 1263. & adhuc 1266. mense Februario, ex regesto 31.

thesauri regii, & ex authentico documento in tabulario S. Dionysii, ubi dicta abbatissa *monasterii Nostræ Domine de Humilitate, seu fororum Minorisfarum reclusarum juxta S. Cloodalium*, testatur quædam sibi concessa fuisse a Sandionysianis monachis ad preces S. Ludovici. Annos 17. præfuisse Agnetem dicunt Sammarthani, proindeque sub ejus præfectura mortem oppetiit Isabella fundatrix, in ædibus ab illa exstructis juxta monasterium, ex Jacobo du Breuil, qui & morituram tradit habitu monialium indutam fuisse. Neque vero audiendi sunt Wadingus, aut Nangius, qui scribunt illam suo se monasterio inclusisse, & sub habitu fororum Minorum egisse monacham, imò & initio priorissam, si Chopino fides lib. 2. Monastican pag. 178. Agnes siquidem, quæ Isabellæ usque ad obitum ejus convixit, in vita hujus, quam scriptis ipsius fratris Caroli de Andibus Siciliae regis precibus, ne verbulum quidem ea de re profert. Edita est a Cangiò ad calcem vitæ S. Ludovici a Joinvillez compositæ. Obiit autem piissima fundatrix 22. aut 23. Febr. an. 1269. ætatis 45. primum in claustro, uti præceperat, adstante fratre S. Ludovico sepulta, tum novem post dies, populi devotioni satisfaciendi gratia, in ecclesiam transtata, ubi tumulus ejus lapideus, in habitu monachali, cui pellis Alpinae mustelæ intus affuta, cernitur sub minoribus clathris ferreis, adeo ut sit quasi moniales inter & seculares divisus. Hanc subinde sanctimonialium precibus Leo X. papa beatam, non tamen rite in sanctos relatum prædicavit, dato diplomate 30. Januarii 1521. pontificatus anno octavo, quo & sanctimonialibus festum ejus celebrare 31. Augusti vigilia octavæ sancti Ludovici permisit cardinalis de Boisy legatus in Francia. E terra denique corpus ejus effertur & super altare in theca venerationi fidelium exponi indulisit Urbanus VIII.

quod ritu solemniori a Johanne Francisco de Gondi primo Parisiensi archiepiscopo peractum est die 4. Junii 1637. Agnetis obitus dies notatur 25. Novembris, annus vero 1291. tomo quinto historię genealogicę magnatum Francię pag. 129.

IV. Juliana de Troyes obiit mensē Februario anni 1279.

V. Johanna I. de Nevers electa est 1288. Ter electam legimus in vita S. Ludovici tom. 2. pag. 378.

VI. Johanna II. de Grece subrogatur 1294.

VII. Johanna III. de Vitry 1303.

VIII. Johanna IV. de Harcourt soror Agnetis II. tom. 5. hist. genealogicę magnatum Francię pag. 129. dicitur monialis & abbatissa Longi campi 1312.

IX. Johanna V. de Gueux filia Radulfi domini de S.<sup>t</sup> Fargeul, vel de S.<sup>t</sup> Fregeul, jacet in ecclesia cum hoc epitaphio: *Cy gist noble dame seur Jeanne dame de Gueux, laquelle fut veuve à l'aage de 23. ans, & se rendit religieuse ceans, où elle a vécu religieusement l'espace de 41. & a été abbesse 21. ans, puis trespassa l'an 1347. le 17. jour d'Avril. Sororem habuit Agnetem de S.<sup>t</sup> Fregeul ejusdem loci sanctimonialem, ut liquet ex hoc ipsius epitaphio: Cy gist religieuse & noble dame seur Agnes de S.<sup>t</sup> Fregeul, seur germaine de seur Jeanne de Gueux, laquelle vesquit ceans 53. ans & trespassa l'an 1358. le 6. Decembre. Elle avoit introduit & gouverné la susdite Blanche de France.*

X. Maria I. de Lions electa 1328. Nicolaum de Mincy presbyterum, anunte conventu, nominavit procuratorem 1340. die 24. Novembris ad tractanda negotia, & ad suas apud Luteciam elocandas domos, ubi se Maria dicit humilem abbatissam fororum Humilitatis nostrę dominā de Longchamp de l'Œ. S.<sup>t</sup> Cloud. E vivis excessit die 24. Maii 1345. Sub hoc tempus floruit sanctimonialis

Margareta de Craon, nota ex epitaphio, quod sic habet: *Cy gist noble dame seur Marguerite de Craon fille de très noble homme monseigneur Almaury de Craon & de madame Beatrix, fille du comte de Rouffy. Laquelle Marguerite fut vestue le 3. jour de Janvier l'an 1332. & trespassa le lendemain de la feste S.<sup>t</sup> Louis le 26. jour d'Aoust 1336. Item soror Maria de Beaujeu, cujus hoc ibidem epitaphium legitur: *Cy gist très noble & religieuse dame seur Marie de Beaujeu, fille de Monseigneur Louis de Beaujeu & de Madame de Bonines, laquelle gardant toujours son van de virginité, que dès son enfance elle avoit promis à Dieu, se rendit religieuse ceans à l'aage de 35. ans, & y a conversé 26. ans & plus, & trespassa l'an 1337. le jour de Noel à l'heure de None.**

XI. Johanna VI. de Boucheville reperitur in charta authentica collectionis D. de Gagneres abbatissa Minorissarum Longi campi, quod monasterium vocatur Humilitas beate Mariae juxta S. Clodoaldum, anno 1347. feria 1v. in vigilia S. Matthæi apostoli & evangelistę 20. Septembris (lege feria v. aut anno 1346.) Fato fungitur die 4. Julii 1348.

XII. Agnes III. du Liege 1349.

Tomus VII.

XIII. Maria II. de Gueux innotescit ex ipsius epitaphio sequenti: *Cy gist noble dame seur Marie de Gueux, fille de seur Jeanne de Gueux, qui se rendit ceans, & amena sa seur & sa fille, qui n'avoit que cinq ans; & furent toutes trois vestues de l'habit de religion en un jour. Ladite seur Marie fut abbesse près de douze ans, & trespassa l'an 1370. le 18.<sup>e</sup> Janvier.*

XIV. Agnes IV. la Chevreille suffecta 21. Augusti 1369. defecit 13. Octobris 1375.

XV. Johanna VII. de la Neuville occurrit anno 1375.

XVI. Laurentia Jacob reperitur 1390. 16. Novembris in charta authentica collectionis D. de Gagneres; ubi & Johanna Navarra regis Navarrae filia hoc in cœnobio sanctimonialis legitur 1382. 24. Novembris & 1383. die 3. Januarii. Floruit quoque hac tempestate nobilis sanctimonialis nota ex hoc epitaphio: *Cy gist très noble dame & religieuse personne seur Marquise fille de monseigneur de Chauvigny sire de Leuoux, & de noble dame Blanche de Beaujeu, laquelle fut vestue de l'habit de religion à l'aage de six ans, & trespassa l'an 1381. le 23. Janvier. Obiit vero Laurentia dicitur mensē Septembris 1403.*

XVII. Johanna VIII. la Godicharde 1398.

XVIII. Agnes V. d'Issy electa die 4. Maii 1402. Lutecię clausit ultimum diem belli tempore 10. Julii 1418. Jacet in cœnobio.

XIX. Johanna IX. des Esarts successit die 5. Octobris sequentis. Abdicavit viciesimo regiminis anno, mortua mensē Aprilii 1447.

XX. Maria III. de la Poterne ex superioris cessione regere cepit anno 1437. Dicitur abbatissa fororum Minorissarum Inclusionarum Humilitatis Nostra Domina de Longo campo. 1447. 20. aut 21. Junii in charta authentica laudate collectionis vol 9. abbatiarum. Præfecturę nuncium remisit.

XXI. Margareta Genianne memoratur 1451. 17. Maii & 1461. 14. Junii in chartis authenticis laudate collectionis. Hęc est profecto, quam Sammarthani Mariam Gentien appellatam, scribunt renunciatam abbatissam 8. Augusti 1458.

XXII. Johanna X. la Porchere 1467.

XXIII. Johanna XI. Gerente occurrit abbatissa 1484. 20. Aprilis, 1486. 25. Novembris & 1489. 10. Januarii in chartis authenticis laudate collectionis. Ipsa est haud dubie, quę Sammarthanis M. Geronde, obiit hoc anno mensē Martio, hoc est 1490.

XXIV. Jacoba de Mailly filia Johannis toparchę d'Auvillers consiliaris & cambellani regis ex Johana de Vaiffiers, jam anno 1499. abbatissa ex Sammarthanis, memoratur 1500. 26. Aug. in charta authentica sæpius laudate collectionis. Plurimis cœnobium decoratę legitur ornamentis, quam dicunt post regimen annorum tredicim & quatuor mensium obiisse die 15. Aprilis 1515.

XXV. Johanna XII. de Hacqueville præfecturę munia implevit anno 1514.

XXVI. Catharina I. Picard 1532.

XXVII. Johanna XIII. de Mailly filia Philippi toparchę d'Auvillers & Johanne de Caulincourt, qui nuptias contraxerant 1496. obiit 1540.

00 ij

Cl. Maling.  
Aniq. Paris.  
L. 4. p. 116.

Bidem.

Bidem.

Bidem.

\* 28. Febr.  
Jann.

Hist. geneal.  
magn. Fran.  
t. 8. p. 650.

Bidem.

XXVIII. Georgia Cœur electa 24. Aprilis A  
decessit mense Maio 1550.

XXIX. Ludovica de Cenafme 1560. ex  
Sammarthanis.

XXX. Maria IV. Lotin reperitur 1559. 15.  
Februarii, hoc est 1560. pro hodierna inchoandi  
annum ratione, & 1560. 18. Junii in chartis  
authenticis laudatæ collectionis, & adhuc 1563.  
apud Sammarthanos.

XXXI. Carola de la Chambre defecit mense  
Septembri anni 1567. ex Sammarthanis.

XXXII. Anna de Fontaines 1578. Obiit in  
festo S. Annæ, ex Sammarthanis.

XXXIII. Johanna XI V. de Mailly 1580. B  
ex Sammarthanis.

XXXIV. Francisca Potier filia Jacobi domini  
de Blancmesnil senatoris Parisiensis ex Francisca  
Cueillette domina de Gelves, reperitur abbatissa  
1604. die 24. Januarii in charta authentica lau-  
datæ collectionis. Moritur mense Maio 1618.  
cum prius abdicasset, ex Sammarthanis.

XXXV. Bona d'Amours 1606. ex Sammar-  
thanis.

XXXVI. Catharina II. Brulart filia Petri ex  
Maria Cauchon domina de Sillery & Puisieux,  
soror autem Nicolai Franciæ cancellarii, eligitur  
die S. Cecilie 1608. adhuc superstes 1619. die C  
6. Febr. quo laudatus Nicolaus illi ad vitam legavit  
ducentas annui redditus libras.

XXXVII. Claudia Elisabeth seu Isabella de  
Mailly filia Renati, tertii hujusce nominis, ex  
Michaële de Fontaines, 1629. sanctimonialis,  
mortua legitur abbatissa.

XXXVIII. Isabella Mortier occurrit 1634-  
26. Junii & 1646. 4. Decembris in chartis au-  
thenticis laudatæ collectionis.

XXXIX. Magdalena Placain, ex Sammar-  
thanis.

XL. Catharina III. de Bellevre proneptis  
Catharinæ Brulart abbatissæ, electa 1653. obiit D  
1668.

XLI. Claudia de Bellevre Catharinæ superio-  
rioris & Pomponii senatus principis soror, filia  
vero Nicolai præsidis insulati ex Claudia Brulart  
filia Nicolai Franciæ cancellarii, tertium electa fuit  
abbatissa regalis abbatie Longi campi 31. Julii  
1668. Cara fuit omnibus ob eximias animi dotes,  
singularemque pietatem; quibus rex commotus  
illam renunciaverat abbatissam Benedictionis Dei  
in diocesi Lugdunensi, sed non acquievit Claudia.  
Consensit tamen indultam sibi a rege non medio-  
criter ex hac abbatia pensionem accipere, quam  
ecclesiæ Longi campi decorandæ, & capellæ S. E  
Isabelle habenti reficiendæ infumfit. Obiit 5. Febr.  
1670. ætatis anno 62.

XLII. Claudia Isabella de Mailly tertium eli-  
gitur ipso die obitus præcedentis 5. Febr. 1670.  
Qua valebat auctoritate, obtinuit a summo pon-  
tificæ facultatem celebrandi octavam festi sanctæ  
Isabelle, quam honore præcipuo venerabatur.  
Ejus quoque pietati debetur integrum S. Alexan-  
dri martyris corpus, quod in choro magnifica in-  
clusum capsâ collocavit. Triennium hoc absolvit  
an. 1673. superstes ad duos annos.

XLIII. Catharina Maria Dorat electione so-  
rorum successit 28. Januarii 1673. Rexit magna  
cum pietatis tum prudentiæ laude, quam maxime  
commendant quæ curis ejus in domo magnificis  
operibus picta sunt ecclesiæ ornamenta.

XLIV. Catharina Elisabeth de Gournay eli-  
gitur 28. Januarii 1676. Ea regente moniales  
Urbanitas privare volens rex eligendi jure, abbat-  
issam nominavit Claudiam Elisabetham d'Au-  
buffon filiam Francisci II. comitis de la Feuillade  
& Isabellæ Brachet; sed rex tandem a proposito  
recessit.

XLV. Margareta Isabella de Flecelles regimen  
suscepit 28. Jan. 1679. quo ipso anno rex qua-  
dringentas supra bis mille annui redditus libras ab-  
batie concessit nomine compensationis pro 217.  
& amplius locorum jugeribus, juribusque ligna-  
tionis & pascuorum in silva de Rouvroy, quæ  
nunc Boloniense nemus est, datis olim monasterio  
a regibus S. Ludovico, Philippo Audace & Phil-  
ippo Longo, cujus filia Blanca fuit hujus loci  
sanctimonialis. Laudatur præsertim Margareta ob  
religiosam & a se & a subditis regula observat-  
ionem.

XLVI. Catharina Maria Dorat secundum  
electa fuit 10. Februarii 1682.

XLVII. Maria Anna Dorat natu major superio-  
rioris foror ei successit 10. Febr. 1685. pietate  
haud dissimilis.

XLVIII. Anna Maria de Bragelongne electa  
21. Febr. 1688. dum alterum agebat triennium,  
in majori cubiculo conventus aram extruxit, ut-  
que statuis horis officium divinum ageret, egre-  
gium suis sumptibus elaborari fecit horologium.  
Pie devixit anno 1692.

XLIX. Catharina Maria Dorat tertium eligitur  
24. Febr. 1691.

L. Maria Anna Dorat secundum 31. Martii  
1694.

LI. Catharina Maria Dorat quartum 30. Martii  
1697.

LII. Maria Anna Dorat tertium electa 13.  
Martii an. 1700. obiit 27. Martii ejusdem anni,  
ætatis 76. cum diebus quindecim.

LIII. Elisabeth Henrica Guignard eligitur 28.  
Martii 1700. Suez & fororum assidue intenta  
saluti obtinuit bullam a Clemente papa XI. qua  
instituitur scala sancta in ecclesia cum iisdem gra-  
tiis & indulgentiis, quibus gaudent qui scalam  
Romanam conscendunt.

LIV. Catharina Maria Dorat electa quintum  
31. Martii 1703. rexit ad diem 6. Februarii  
1706. pie defuncta 20. Augusti 1707.

LV. Margareta Agnes Nolet eligitur 6. Febr.  
1706. Regere desit 1709.

LVI. Elisabeth Henrica Guignard electa se-  
cundum 6. Febr. 1709.

LVII. Margareta Agnes Nolet secundum electa  
6. Febr. 1712.

LVIII. Catharina Elisabeth de Cosquino filia  
Ludovici toparchæ de Fulvi ex Catharina Lestocq  
eligitur 1715.

LIX. Margareta Agnes Nolet electa tertium  
8. Febr. 1718. cum paulo post nominata fuisset

abbatissa ejusdem ordinis in urbe de Mello, cecit abbatia Longi campi die ultima Martii; ad quam paulo post reverfa, inibi privata pie devixit prima die Aprilis an. 1720.

LX. Catharina Elisabeth le Cosquino secundum eligitur 2. Aprilis 1718. Refectorium decoravit, aliaque domus complura loca reparavit. Undecim quoque sanctimonialis minoritatis vici de Grenelle in suburbio S. Germani, quas nescio quid negotii cum abbatissa exire compulerat, admittit in suam domum, inde non mediocriter remunerata, quod ceteris exemplo sunt a viginti & amplius nris. Ita loquitur hodierna abbatissa, cui potissimum debemus abbatissarum seriem ab anno

LXI. Maria Anna le Jau eligitur 10. Martii 1721. cujus regiminis anno tertio hinc assumta N. Lux de Ventelet anno 1700. ut abbatiam Firmitatis Milonis gubernaret; hac dimissa in manibus Aurelianensis ducis, regressa est in domum pristinam, de qua ex opima pensione sibi facta beneficio principis benemereri non cessavit, dum ipsa maxime paupertati studeret.

LXII. Catharina Elisabeth le Cosquino electa fuit tertium 27. Martii 1724. & quartum forum omnium suffragiis 31. Martii 1727.

LXIII. Maria Anna le Jau eligitur secundum 16. Martii 1730. Rexit magna cum prudentia ad 17. Martii 1733. defuncta piissime 26. Febr. 1734. annum agens 78.

LXIV. Catharina Elisabeth le Cosquino electa quintum 17. Martii 1733. ac denique sextum 10. Martii 1736. obiit 18. Octobris 1737. etatis 86. prius adhortata sorores ad obtemperandum legibus, ritique munita sacramentis ecclesie.

LXV. Terefia de Tourmont senatoris olim Paris. integerrimi soror, defuncte Catharine subrogata 24. Octobris 1737. annum agens 47. expleto triennio forori quae sequitur locum fecit.

LXVI. Anna de Tourmont die 24. Octobris 1740. electa, regit haecnunc cum quanta superiore omnes abbatissae rexerit prudentia & religione; & utinam ad plures annos ambae sorores, quae inter alia pietatis monumenta, suis sumptibus aere vestitum eximii operis nuper absolverunt. Sororem alteram habuere hujus loci sanctimonialiam piissimam, quae a teneris annis pingendi artem edocta, picturis ipsa claustrum & refectorium condecoravit.

## FRANCISCANÆ

SUBURBII SANCTI MARCELLI,  
seu Sorores minores de *Lourcine* l*ez*. S. Marcell.

Sanctimonialis numero tredecim cum uno capellano sedem habebant in finibus Trecanum, fundatae a Theobaldo Palatino comite Briac & Campanie, ac rege Navaræ, qui suavis procul dubio uxoris Isabellæ, alterius S. Ludovici Francorum regis filiae, Egidie de Sens ejus educatrici mundo valedicenti, sociabusque amplas aedes ad capellam S. Lucæ, agros & redditus mensè Aprilis anni 1270. dederat, ut inibi monasterio condito ex institutis sororum Longi campi ordinis sancte Clare vitam proficerentur. Paradis omnibus ad

conventum recipiendum necessarii infamti sunt anni quinque, illoque inductus est anno 1275. sub titulo *Paupentis nostræ Domine*; et propter loci iniquitatem hinc ad suburbana S. Marcelli, juxta Parisios transferre le sacre virgines cogitarunt circa annum 1287. invitante protecto Margareta regina S. Ludovici conjuge, a qua primum exstructum monasterium, fundatum, dotatumque tradit conceptis verbis Nangius scriptor coævus ad annum 1295. quo mortem ejus consignat: *Hæc, ait, antequam decessisset, Parisiis apud S. Marcellum coenobium sororum Minorum, in quo honestissime diu vixit, constituit & fundavit.* Non ergo Gallienus de Pisis Audomarenfis ecclesie canonicus, quem & volunt reginae ab elemosinis, censendus est primus novi hujus coenobii fundator, ut inter alios Jacobus du Breuil asserere videtur: *Hæc, inquit, occasione Gallienus de Pisis canonicus ecclesie Audomarenfis testamento suo carit (anno 1287. feria 1v. post octavam S. Martini hyemalis) ut tres domos, quas habebat in suburbanis S. Marcelli, acciperent sorores de ordine S. Clarae, ex quibus monasterium erigerent. Suppliciter rogavit Margaritam reginam, cujus in votis id esse sciebat, ut instituendo huic monasterio curam & auctoritatem haud denegaret.* Hæc sunt ipsa testamenti verba: *Volo, quod sit religio de ordine S. Clarae in perpetuum in meis tribus maneriis de Lorcinis, cum prato & parte nemoris ibi retro juxta Parisiis, &c.* de quorum omnium iuribus Philippus IV. rex fudi dominos compenlavit, nempe S. Genovefæ canonicos, hospitalarios S. Johannis Jerosolymitani in Francia, & canonicos sancti Marcelli, ut ipsi scripto confessi sunt Johanni Cholet cardinali S. Cecilie legato in Francia, per procuratorem Guidonem de Nohals capicerium Pictaviensem anno 1288. v. 11. idus Aprilis. Cetenum unde hoc reginae Margarete propositum Gallienus rescierat, nisi quia jam se fundatricem exhibuerat regina, cujus & ipse boni operis consortem esse geliebatur: *Maneat igitur inconcussum Margaretam reginam primariam esse hujus loci fundatricem, etiam antequam Gallienus canonicus monialibus scriberet donationem.* Margareta vero non modo coenobium extruxit, sed etiam juxta illud sibi proprias aedes exadificavit, quas cum diu incoluisset, ut ait Nangius in chronico, anno 1294. monialibus concessit, *retento*, ut habent littere in monasterio datæ, quas post Jacobum du Breuil scriptor e nostris urbis Parisiensis historie tom. 3. pag. 303. refert, *Blancha filia nostræ post decessum nostrum in dicta domo & ejus pertinentiis ad vitam suam tantummodo usufructu.* Et certe Blancha illa filia S. Ludovici hac in domo, ad quam post obitum conjugis Ferdinandi filii natu majoris Alfonsi X. Legionis & Castellæ regis secesserat, obiit 7. Junii 1322. condita in ecclesia fratrum Minorum Parisiensium prope majus altare, uti legitur in historia m*l*. hujus parthenonis, non vero in ipsa parthenonis ecclesia, quæ nondum absoluta erat, nedum consecrata. Hæc autem patronos S. Stephanum protomartyrem, & sanctam Agnetem virginem & martyrem veneratur.

## INDEX ABBATISSARUM.

I. **E**GDIA de Sens dicta *aux Paleteaux* educatrix moderata et filias S. Ludovici regis & Margarete a Provincia regine, que cum in matrimonium collocata essent, Isabella scilicet Theobaldo comiti Palatino, Brie & Campanie, majore Navarre, & Blanca Ferdinando natu majori filio Alfonsi X. Legionis & Castellae regis, Egdia fecerit ab aula in cenobium Longi campi prope S. Clodoaldum, dum interim ab an. 1270. paratur ei conventus sub titulo *Paupertatis Nostrae Domine* in finibus Trecurum; ex beneficentia Theobaldi, suavi proculdubio Isabellae conjugis, quam, ut diximus, educaverat Egdia. Loci tandem instructi omnibus necessariis accepit possessionem anno 1275. secum habens quatuor Longi campi sanctimoniales, aliasque puellas, omnes simul praeter Egdiam duodenarium numerum perficientes, quibus haec abbatissa praefuit undecim annis. Pie, ut vixerat, defuncta est 28. Julii 1286. a fororibus tanto habita in pretio, ut cum post tres annos ad suburbium Parisiense S. Marcelli translatus est conventus, cor ejusdem secum attulerint, & postquam aedificata fuit ecclesia, posuerint in choro ante clathros ferreos cum hac inscriptione circa lapidem, qui hoc operis: *Cy gisse ceur de dame Gilles de Sens la Cordeliere de S.<sup>te</sup> memoire; c'est le ceur qui du tout aime Dieu.*

II. Edelina I. de Sens Egidiae superioris, a qua ad habitum religionis & professionem admissa fuerat, consanguinea, eidem successit in annos 12. quorum tres exegit Treces, novem alios in cenobio suburbano S. Marcelli Parisiensis, cujus Clarissus Nicolaus IV. rogatu Philippi Pulcri jus eligendi abbatissam confirmavit anno 1291. Obiit Edelina de Sens 14. Septembris 1298.

III. Edelina II. de Villeneuve-le-Roy, mox electa, decessit anno 1308. 18. Octobris; sub cujus praefectura 1301. mense Aprili Philippus D rex permisit religiosi mulieribus fororibus ordinis S. Clarae juxta Parisios, ut ducentas libras Turoenses annui reditus acciperent in Templo, vel in Castelleto, vel in thesauro Parisiensi, propter summa percipi solitam in Lupara ab Aimaro de Poitiers, quam ab eodem adquisierant.

IV. Felicia de Paris rexit annos 14. sub qua Johanna de Meaux hujus loci alumna devixit apud Monacellum abbatissa 28. Septembris. 1309. Cessit Felicia 1322. viginti ante obitum annis; obiit enim die 8. Aprilis 1341. vel 1342.

V. Maria I. de Provins eodenti Feliciae successit 1322. sub qua conventus adiit possessionem E adium Margaretae reginae, post obitum scilicet Blancae ipsius filiae. Maria e vivis excessit 13. Decembris 1328.

VI. Margareta I. de S. Quentin subrogata iisdem die & anno, vivere desit 28. Junii 1334.

VII. Margareta II. de Pontoise praefuit septem annis & quatuor mensibus, defuncta 28. Augusti 1341.

VIII. Margareta III. de Meaux post tres annos regiminis cessit 1344. mense Septembri, obiitque 1358. 18. Aprilis.

A IX. Maria II. Recapee rexit ab anno 1344. per septem annos & duos menses, dein abdicavit 20. Novembris 1351. mortua 10. Martii 1357.

X. Johanna I. Culooc electa 20. Novembris 1351. reperitur anno sequenti 14. Aprilis, & 1360. 22. Maii in chartis authenticis collectionis D. de Gagnero. Tanta interim damna conventus patitur ab Anglis, ut inde abeedere coactae sint moniales anno 1356. de conversionis S. Pauli. Regimen obtinuit hac vice novem annis & duobus mensibus, abiecitque 28. Aug. 1360.

XI. Maria III. de Hangeff praefuit hac prima vice ab an. 1360. ad 1372. quo cessit 2. Aprilis. B hoc est 1373. occurrit enim in chartis authenticis laudatae collectionis 1367. diebus 19. Septembris & 3. Decembris, ac 1372. 20. Octobris.

XII. Johanna Culooc iterum electa, inquit, 2. Aprilis 1372. hoc est 1373. reperitur in eadem chartarum authenticarum collectione 1373. 12. Octobris, 1374. 6. Junii, & 1375. 8. Maii & 8. Decembris. Hoc autem anno iterum cessit, tandemque non sine fama sanctitatis decessit die 7. Decembris 1382.

XIII. Maria de Hangeff secundum admoda regimini, recensetur in chartis authenticis 1376. 8. Maii, 1378. 15. Junii & 3. Novembris, 1382. C 11. Novembris & 1383. 12. Novembris. Obiit 9. Febr. 1395. cum hac aetate vice 20. annos praefuisset.

XIV. Constantia Isabella dignitur 5. Octobris 1395. ad decem annos duosque menses. Sane memoratur in charta authentica 1406. 15. Maii. Obiit hoc anno prima Decembris.

XV. Philippa I. la Mignonne electa ipso die obitus praecedentis reperitur in chartis authenticis 1407. 10. Decembris, & 1410. 2. Decembris. Cessit anno 1414. 3. Decembris, sub qua 1411. bella conventum loco cedere coegerunt.

XVI. Maria IV. de Pelliere, sub qua iterum 1418. bellis cogentibus conventus abcessit. Abdicavit die 20. Octobris 1428. haec ipsa haud dubie Maria de Pellier, quam historia m. domus tacito antiquae abbatissae nomine, quod solet adere, mortuam tradit 12. Decembris 1430.

XVII. Margareta IV. de Landres post quinque annos regiminis abdicavit 20. Octobris 1433. facta eodem die thesauraria.

XVIII. Elisabeth de Pelliere subrogata cedenti Margaretae die & anno iisdem, cessit & ipsa 26. Januarii 1440.

XIX. Johanna II. la Brune successit eodem die. Dignitati nuncium remisit 1443.

XX. Johanna III. de Brucelles rexisse dicitur novem annis & aliquot mensibus, abdicasse, & longe post e vivis abiisse 27. Septembris. 1466.

XXI. Margareta de Landres iterum electa, reperitur in chartis authenticis 1451. 12. Maii, 1456. 20. Febr. & 1458. 4. Decembris. Obiit hoc anno die 14. ejusdem mensis.

XXII. Johanna IV. de la Grange omissa in historia m. domus, reperitur in chartis authenticis 1459. 16. Januarii & 1461. ultima Decembris.

XXIII. Margareta V. de Bellefaye recensetur



in charta authentica 1463. die 16. Julii. Cessit A  
anno 1474.

XXIV. Antonia Cendre obiit 4. Januarii anno  
1475.

XXV. Johanna V. Pied-de-Fer electa 18.  
Januarii 1475. vivere desit 10. Apr. 1478.

XXVI. Johanna VI. cognominatur *Formant*  
in charta authentica 1480. die penultima Aprilis,  
in historia vero ms. de *Fromond*, ubi dicitur mo-  
nialis Longi campi, electa 20. Aprilis 1478.  
omne proprium abstulisse, & obiisse 16. Januarii  
1484.

XXVII. Maria V. de Basincourt electa 18.  
Januarii 1484. reperitur in chartis authenticis  
1485. 12. Decembris & 1507. 24. Januarii.  
Anno 1492. organa que prius erant extra chorum  
sita, renovata intus translulit, ac 1501. quod  
iterum subreperat proprium amandavit. Sub ejus  
præfectura 1497. 23. Aprilis Dominica post Pas-  
cha Johannes Simon episcopus Parisiensis majus  
altare Clarissarum sancti Marcelli inaugurarit in  
honorem SS. Trinitatis, beatæ Mariæ, S. Fran-  
cis, & S. Clare, minus vero in honorem sancti  
Ludovici de Marseille episcopi Tolosani. Anno  
1507. die 16. Junii summus pontifex Julius II.  
esendi carnes die Dominica & feriis III. & v.  
facultatem elargitus est. Cessit Maria 1510. multis  
in cenobio reparatis; tandemque cum post obitum  
sequens, qui contigit 10. Martii 1511. re-  
xisset quatuor mensibus cum dimidio tanquam  
presidens usque ad electionem alterius, obiit ipsa  
28. Martii 1513.

XXVIII. Johanna VII. de Croy, filia Anto-  
nii comitis de Porcien, & Margaretae de Lorraine,  
nata sex annos & decem menses, anno 1458.  
in parthenone sumit habitum religionis in  
parthenone Moncelli ejusdem ordinis prope Silvanec-  
tum, inibi que vota nuncupavit 15. Oct. 1467.  
Successu temporis cum ejusdem loci abbatissa Ma-  
ria de Beauvais de Montmorency obiisset prima D  
Julii 1484. pars conventus Johannam de Croy,  
que succederet, elegit; altera vero pars suffragata  
est N. de Luxembourg, qua ad preces regis con-  
firmata, Johanna se recepit ad cœnobium sancti  
Marcelli, ubi tandem ex thesauraria evasit abbatissa  
post cessionem Mariæ de Basincourt. Obiit  
vero 1511. 10. Martii, hoc est 1512. ætatis an-  
circiter sexagesimo, cujus tumbæ octo pedes lon-  
gæ & quatuor latæ insculpta hæc verba leguntur:  
*Cy gist reverende dame seur Jeanne de Croy fille de  
feu messire Antoine de Croy comte de Porcien, & de  
seu madame Marguerite de Lorraine, en son vivant  
abbesse de ce monastere, par le moyen de laquelle plu-  
sieurs biens ont esté faits a ce monastere, laquelle  
trespassa le mercredy 10. jour de Mars l'an 1511.  
Priez Dieu qu'il fasse mercy a son ame.*

Hinc colligas ab auctore historiae genealogicæ  
& chronologicæ magnatum Franciæ tomo 5. p.  
638. perperam dici Johannam præfuisse annis decem;  
sed neque potiori jure idem auctor induxit  
pag. 652. aliam abbatissam cognominem, filiam  
Johannis de Croy domini de Tour-sur-Marne &  
Mariæ de Lalin domine de Queivrain.

XXIX. Margareta VI. Hafterelle electa mense  
Julio 1512. rexit ad mensē Novembrem anni

1516. quo cessit. Sane memoratur 1518. Jul.  
in charta authentica. Defuncta est 23. Decem-  
bris 1522.

XXX. Johanna VIII. de la Grange electa  
mense Nov. 1516. cessit anno 1520. obiitque  
19. Octobris 1531.

XXXI. Renata Louet ipsidem anno & mense  
cedenti Johannæ subrogata, memoratur in charta  
authentica die Dominica 26. Aug. an. 1526.  
Abdicavit mense Martio 1528. mortua 10. De-  
cembris 1536.

XXXII. Magdalena I. de Bezançon abdicanti  
Renatæ mox successa, cessit & ipsa 18. Maii 1539.  
Defuncta 22. Aprilis 1543.

XXXIII. Francisca de Couvran ipso die ces-  
sionis Magdalene successit; cumque & ipsa digni-  
tati nuncium renuissit ineunte 1544. vitam ami-  
sit prima Maii 1565.

XXXIV. Catharina Maulevaut electa 6. Jan.  
1544. cessit 1546. 29. Aug. fato functa eodem  
anno 12. Novembris.

XXXV. Johanna IX. de Monceaux successit  
29. Aug. 1546. Sponte desit regere 1550. die  
11. Julii.

XXXVI. Clara le Clercq electa 11. Julii  
1550. memoratur 1560. 8. Junii in charta au-  
thentica; sub qua proinde rex sororibus ecclesie  
S. Clare in vico de Lourcine suburbii S. Marcelli  
juxta Parisios, privilegia ipsidem ab antecessoribus  
indulta confirmavit litteris datis mense Februario  
1551. quas die Martis 8. Augusti 1553. senatus  
Parisienfis in commentariis retulit. Cessit anno  
1563. 12. Octobris, defuncta 9. Septembris  
1572. ætatis anno 73.

XXXVII. Johanna X. de Soulefour ætatis  
anno sexto sumit habitum religionis, emisit  
professionem sexdecim annos nata, eligitur abbatissa  
12. Octobris 1563. Diem suum obiit 22. Octo-  
bris 1564.

XXXVIII. Philippa II. d'Angennes, dicta de  
Rambouillet, electa 26. Octobris 1564. cessit  
anno 1576. abhinc vocata *mater antiqua*, sub qua  
conventus ob furentes heterodoxorum impetus  
Parisios se recepit.

XXXIX. Genovefa de Bezançon electa mense  
Novembris 1576. obiit 6. Martii 1582.

XL. Maria VI. de Bergereau eligitur 2. Maii  
1582. sub cujus regimine 1590. 17. Julii occupa-  
tur monasterium ab exercitu regis Navarre,  
quapropter sanctimonialis Parisios confugerunt.  
Repetiere cœnobium ineunte Octobri, in quo vix  
muros integros invenerunt. Cessit die prima Aug.  
E 1592. defuncta 28. Octobris 1595.

XLI. Dionysia Bourdereul, quam tradum suc-  
cessisse, nominatur in chartis authenticis 1604.  
16. Julii & 1608. 27. Septembris. Obiit hoc  
anno 5. Nov. ætatis 67. professionis 54.

XLII. Maria VII. Jaquette sacro amicta velo  
1554. 26. Augusti ætatis anno 11. & emissit  
professionem 29. Aug. 1557. ætatis 14. eligitur  
abbatissa 10. Novembris 1608. ætatis 66. Ex-  
tremum diem obiit 26. Maii 1615. ætatis 72.  
Sub qua Jacqueline Paviot ex hujus loci alumna  
et vivis exceffit apud Villarcellos priorissa 27. Sep-  
tembris 1612.

T. 4. h. p.  
Paris. pag.  
762.

XLIII. Margareta VII. de Villemontc'e filia Caroli consilarii & procuratoris regis in Castelleto Parisiensi, religionis habitum induit 1597. 28. Maii, emisit vota 3. Junii 1598. etatis 24. fit abbatissa 30. Maii 1616. Omnia in commune contulit eodem anno & organa de novo refecit 1617. Memoratur in quadam p'cione facta 1627. cum domicella Catharina d'Abra de Racois fundatrix domus ejusdem ordinis in claustris S. Marcelli. Rogata 1629. mense Febr. a conventu Moncelli, ut ad illas accederet reformandas, cum permisso provincialis, & fororum assensu hanc provinciam feliciter obivit anno integro, quo interim vicaria in proprio conventu N. du Guy thesauraria usa est. Obiit 3. Junii 1632.

## ABBATISSÆ TRIENNALES.

I. MAGDALENA I. le Prestre ex decreto capituli provincialis habiti apud S. Quintinum an. 1629. mense Maio, defuncta Margareta de Villemontc'e eligitur etatis anno 34. ad tres annos, qui dum excurrunt, ecclesiam renovavit impensis duodecim millibus librarum. Memoratur in charta authentica 1635. 12. Martii. Regimen absolvit eodem anno 13. Junii, dies vero 1650. 23. Augusti.

II. Magdalena II. le Rebours filia Alexandri regi ab omnibus consiliis, & p'cedis in camera rationum Parisiensi, professsa religionem 28. Aprilis 1611. etatis anno 16. eligitur abbatissa 13. Junii 1635. Insequenti 1636. Magdalena l'Escalopier lujus loci alumna electa fuit abbatissa Calniaci, quam ipsius nepotis cognominis antea S. Michaelis de Firmiate Milonis alumna, tunc S. Marcelli monialis secuta est, & exceptis in p'fectura. Regere desit Magdalena le Rebours 9. Octobris 1638. quo circiter tempore missa fuit ad fundandum cœnobium apud *Antrain* in Burgundia & dicecesi Autissiodorensi, ubi cum res ex sententia non successissent, reversa ad pristinum locum, ibidem animam exhalavit 21. Oct. 1665.

III. Judith de Forgues filia Jacobi equitis domini des Granges, Poigny, & aliorum locorum ex Paula l'Eveillé, emissis professione 13. Apr. 1603. etatis anno 18. eligitur abbatissa 9. Oct. 1638. Insequenti 9. Septembris in charta authentica dicitur abbatissa fororum Minorum in vico sancti Marcelli. Obiit 7. Junii 1651. thesauraria.

IV. Maria Chapellier filia Johannis regi a consiliis, & vestigialium apud Ambianos exactoris, ex Maria Boivin, professsa die septima Januarii 1617. etatis anno 16. eligitur abbatissa 9. Oct. 1641. Absoluta post triennium a regimine 18. Octobris 1644. vix anno & dimidio quieverat, cum a conventu Guichæ prope Blesas reformationis causa expetita fuit abbatissa, cedente superiore 1646. Inde post tres annos regressa, postulat in p'fidem Moncelli, volente Johanna de Beauremond de Sennecé abbatissa infirma 1650. Sed cum post duos annos inibi transactos bella civilia & Moncello sanctimonialis exire cœgissent, ipsa se recepit Silvanectum, & inde Parisios in ædibus de Caumartin, quo propter eadem bella conventus S. Marcelli confugerat.

V. Jacqueline Crespin filia Hieronymi domini

du Vivier, regi a consiliis & in curia inquisitionum p'cedis ex Valentina Solly, professsa 13. Aprilis 1625. etatis anno 17. eligitur abbatissa 18. Octob. 1644. etatis 34. cum dimidio. Iterum 2. Decemb. 1647. tertium eodem die recurrente 1650. quartumque 14. Novembris 1653. ad diem 18. Novembris 1656. monialibus interim numero 43. confugere Parisios ob bella coactis 8. Julii 1652. regressisque 11. Octobris.

VI. Maria Chapellier iterum electa 18. Novembris 1656. & regimine 1659. eodem die recurrente absoluta, obiit 10. Septembris 1661.

VII. Jacqueline Crespin quintum eligitur 18. Novembris 1659. sextum 26. Octobris 1662. ac septimum 25. Novembris 1665. Denique absoluta recurrente 25. Novembris 1668. obiit 1671. 9. Febr. etatis 63. professionis 48.

VIII. Magdalena III. Neret fratrem habuit consiliarium in Castelleto Parisiensi. Eligitur abbatissa 25. Novembris 1668. etatis anno 43. & iterum 24. Novembris 1671.

IX. Elisabeth Merault una ex quatuor monialibus, que novum in vico *des Francs-bourgeois* cœnobium incoluere, die 26. Novembris 1674. eligitur p'ces, non abbatissa, ob interdictum a rege Urbanis omnibus, ne abbatissas eligerent. Munus abdicavit anno sequenti die 25. Martii.

X. Geneveta le Febvre successit electa p'ces eodem die, quo nomine p'fuit sex annis, totidemque abbatissa.

XI. Magdalena IV. Gaudart electa 24. Febr. 1684. rexit abbatissa duodecim annis.

XII. Geneveta le Febvre iterum electa 23. Febr. 1699. cessit anno 1701. die 16. Aug.

XIII. Magdalena Gaudart iterato triennio sedit.

XIV. Claudia Gaudart electa 1704. 16. Augusti, obiit 26. Februarii 1705.

XV. Magdalena Gaudart tertium admota regimini 28. Februarii 1705. post novem ann. & aliquot menses abdicavit.

XVI. Helena Gayardon electa die prima Maii 1713. sex annis gubernavit, electa secundum 30. Apr. 1716.

XVII. Catharina Marchant die 9. Maii 1719. electa rexit 6. an. electa secundum 15. Apr. 1722.

XVIII. Maria Anna Gayardon Helene superioris foror electa primum 13. Apr. 1725. & iterum 8. Martii 1728.

XIX. Anna Margareta de Meromont electa 23. Januarii 1731. rexit sex annis, iterum electa 30. Jan. 1734.

XX. Maria Anna Gayardon tertium electa 23. Jan. 1737. & quartum 19. Jan. 1740. p'cessit hoc anno 1741.

## FRANCISCANÆ

SUBURBII SANCTI GERMANI, seu Moniales sanctæ Clare de Nativitate Jesu, vulgo les *Petites Cordelières*.

PArthenoni Clarissarum suburbii S. Germani originem dedit suburbii sancti Marcelli parthenon. Illius initia prima repetenda videntur ab anno 1627. quo 10. Nov. Catharina d'Abra de Racouis

Raconis indigena suburbii sancti Marcelli entam ab archiepiscopo Parisiensi in claustris S. Marcelli domum, ea lege inter alias Clarissis S. Marcelli dedit, ut secundarium inibi conderent conventum, & residuum pretii venditæ domus solverent archiepiscopo, qui quidem id pacti laudavit 13. Decembris 1628. indulstique postulantibus sancti Marcelli fororibus, ut priore deserto in hunc concederent locum. At cum paulo post non satis ampla visa esset sedes, petentibus, ut minor majori conventui exonerando inferviret, ultro concessit archiepiscopus 21. Maii 1631. rursumque, si fides historiæ Parisiensis tomo 5. pag. 90. die 23. Maii 1632. donec illuc translatae foreores comodiorem locum reperissent. Sese brevi obtulit beneficio Petri Poncher regi a consiliis & in camera rationum auditoris, qui domum & aream in vico des Francs-bourgeois, in regione Paludis, du Marais, 31. Decembris 1632. dedit forori Margareta Poncher cœnobii sancti Marcelli alumnae professæ, novæ domus superiori. Accessit facultas a rege Ludovico XIII. data mense Mart. \* 1633. abbatissæ & conventui sanctæ Clare, seu fororum Minorum suburbii S. Marcelli, ut parvum sui ordinis conventum fundarent & instituerent in urbe, qui quasi receptaculum esset suburbani. Hæc omnia denique in signum approbationis retulit in commentariis senatus Parisiensis die Mercurii 17. \* Aug. 1633. quo anno, die prima Octobris Margareta Poncher, Elisabeth Merault, Johanna le Febvre Deaubonne, Maria Girard S. Marcelli moniales, novissimi conventus accepturam possessionem, & crastina die 2. Octobris, quæ Dominica erat, Ludovicus Guyart vicarius generalis archiepiscopi Parisiensis, socio adhibito N. le Franc fratrum Minorum in Francia provinciali, consuetis loco benedictionibus datis, in eorum divinam peregit, dictisque monialibus & aliis piis tum viris tum feminis Christi corpus epulandum præbuit. Illic autem Clarissæ a carnibus abstinentiam aliquando sectatæ, ad quas postea redierunt proborum consilio, persisterit usque ad annum 1687. quo, cum locus præ fororum multitudine angustior esset, prævisis a rege datis litteris mense Augusto, quas recognovit senatus Paris. die 2. Sept. ejusdem anni, translatus est conventus in suburbium sancti Germani sub ingressum vici de Grenelle, in ædes Bellovaenses, quarum in aula, ubi prius agitabantur choreæ, ædificata est ecclesia. Dantur monialibus ab archiepiscopo qui regant illarum conscientias, subditæ sunt generalibus FF. Minorum superioribus, sed nullatenus abbatissæ aut conventui sancti Marcelli. Urbanistarum sequuntur regulam, sub constitutionibus specialibus. Abbatissa est perpetua. Sex hæc tenus nobis occurrerunt.

#### ABBATISSARUM SERIES.

I. **M**ARGARETA Poncher filia Petri regi ab omnibus consiliis & in camera rationum magistri ex Margareta le Prestre, vota emisit in cœnobio sancti Marcelli die 2. anni 1611. Tum novi, ut diximus, cœnobii prima fuit superior per 28. annos. Deinde cessit, ac tandem obiit 24. Tomus VII.

Biden.

A Maii 1660. ætatis 65. cum octo mensibus & 14. diebus, professionis 49. cum dimidio.

II. Michaelis Tribouleau ad professionem admissa a Margareta Poncher eidem in præfectura successit.

III. Johanna le Febvre Deaubonne triginta præfuit annis, quibus expletis, tribus aut quatuor ante obitum abdicavit.

IV. N. Bethaud foror præsidis in senatu Parisiensi, rexit duobus annis.

V. Dionysia Elisabeth de Sallo ecclesiæ sacramentis munita, diem suum obiit 25. Maii 1739. ætatis 80. professionis 64. & abbatialis regiminis B 28.

VI. Anna Cressé eligitur feria secunda 6. Julii an. 1739.

#### FRANCISCANÆ, SEU CLARISSÆ Virgines de Ave Maria.

**C**onventum Beghinarum, quem S. Ludovicus non longe ab ecclesia S. Pauli apud Parisios instituerat, & cujus ecclesiam anno 1447. die 8. Martii Dionysius du Moulin episcopus Parisiensis & Antiochenus patriarcha consecraverat, cum anno 1480. tres duntaxat Beghinæ superserent; Ludovicus XI. rex fororibus tertii ordinis sancti Francisci elargitus est, ea lege ut deinceps nuncuparetur *Ave Maria*, quo de consulendus Mercurius Gallicus mensis Junii an. 1735. Regias hujusce donationis litteras in commentariis retulit senatus Parisiensis die Mercurii prima mensis Martii ejusdem anni 1480. iterumque 1482. die lunæ 2. Septembris, ob intercedentem Universitatem Parisiensem, quæ harum loco Clarissas substituere peroptabat, pro quibus Anna a Francia filia dicti Ludovici XI. domina de Beaujeu diploma regium, paulo post concessum Tertianis, obtinuerat. Desuncto rege Ludovico, cum reginæ ipsius conjugii Carole a Sabaudia rescivissent moniales factam esse potestatem Clarissarum extruendi monasterium, sponte se dixerunt S. Clare institutum amplecturas, easque subituras leges quas statuere reginæ placeret, modo monasterium de *Ave Maria* relicere & in suam tutelam suscipere dignaretur. Pepigit ergo regina cum sanctimonialibus, pactasque conventiones Carolus VIII. rex filius ejus approbavit 1484. quæ omnia confirmavit 111. idus Januarii 1485. Innocentius VIII. diplomate, quod incipit: *Ut inter æternæ beatitudinis, &c.* statimque hoc anno Carola regina quatuor accersivit Clarissas Metensis, duce ipsa conventus Metensis fundatrici Nicolæ Goffroy, quæ brevi usque ad 58. accreverunt. Denique illarum ad preces Carolus rex cœnobium fratrum Minorum pro duodecim sacerdotibus, tribus conversis fratribus & aliquot famulis, ad conventus & ecclesiæ ministerium adjunxit. Unum addam, quod nemo nescit, parthenonem hunc præ omnibus bene audire apud Parisienses.

#### SERIES ABBATISSARUM:

I. **B**ARBARA I. le Conte una ex quatuor illis quæ Metis evocatæ sunt Parisios, tertii ordinis S. Francisci foror ante fuerat, quam regulam Ppp

Hist. Parif.  
t. 5. p. 90.  
ubi de Margareta Poncher forori dedit.

\* die 15.  
Hist. Parif.  
tom. 5. pag. 89.

\* 7. feod male.  
Sensal t. 3.  
pag. 175.

Hist. Parif.  
t. 4. p. 603.  
p. 604.

S. Clare Metis recens institutum amplexaretur. A præsultu 1654. post 22. annos illud cum vita reliquit 1676. annuum agens 86.

XXI. Johanna V. a Transfiguratione triennio expleto a regimine obtinuit abolvi vite privatæ desiderio. Defuncta est uno post anno 1680.

XXII. Agnes III. a Jesu tribus tantum annis præsult ob lumen amittitum decem ante obitum annis, qui contigit 1692.

XXIII. Francisca III. du Hamel a Stigmatibus dicta, gubernato monasterio 28. annis, ob ætatem grandævam privatur regimine anno 1710. post biennium defuncta 1712. ætatis 88.

XXIV. Francisca IV. Germin a S. Michaelis postquam rexit quatuordecim annis, devixit 14. Augusti 1724. ætatis 84.

XXV. Maria III. Aury a Sancto Spiritu præsult annis novem usque dum mortua est 1733. die 25. Decembris annuum agens 72.

XXVI. Barbara III. le Conte a SS. Trinitate post quatuor regiminis annos diem suum obiit 1738. 18. Jan. anno ætatis 62. cum dimidio.

XXVII. Magdalena II. Guioit a S. Anna, tribus annis in præfectura expletis moritur 1741. 24. Januarii annuum agens 79.

XXVIII. Francisca IV. du Plessis d'Argenté a S. Margareta electa die 30. Januarii 1741. C ætatis 54. præcedentium abbatissarum virtutes æmulatur.

#### S. EXUPERII CORBOILENSIS Abbatialis & collegiata secularis ecclesia.

S. SPIRITUS  
DE  
CORBEIL.

Corboilum seu Corbodium, oppidum ad confluentem Sequanæ & Exoniæ, sex ab urbe Lutecia leucis, tribus olim secularibus abbatibus gaudebat, quarum una superest S. Exuperii nuncupata. Fundandæ huic occasionem dederunt reliquæ sanctorum Exuperii & Lupi Bajocensium episcoporum translatae primum Bajocis ad castrum de Paluau in castellaniam Corboilensis anno 863. metu D Normannorum Gallias devastantium, & inde circa 950. ad castrum Corboilense ab Aimone comite, qui ecclesiam illic fundavit in honorem sanctorum illorum pro duodecim sacerdotibus, quos appellavit canonicos, nulla tunc seu abbatibus, seu decanis, vel præpositis, aut cantoribus facta mentione, adeo ut nonnisi aliquanto post hujusce capituli caput nomen abbatibus assumeret, quod etiamnum retinet; sed nullâ aliâ, quam quæ convenit decano, præpositivæ capitulorum secularium prerogativa insignis, primus tantum inter pares habitus, uti edicta regia loquuntur. Attamen hæc abbatia inseritur Indici Romano, quadringentis obnoxia florinis. E Combusta est ecclesia circa 1140. *Stephano scilicet buticarii fratre episcopo Parisiensi, Ludovico Juvene, qui filium Picardiensis consulis duxit, regnante.* Ceterum cum jam initio bellorum civilium, quæ post obitum Henrici III. regis exorta sunt, ecclesia paræciali sancti Nicolai, ut pote noxia Corboilio, excisâ, Corboilenses cives regi Henrico IV. anno 1594. libellum supplicem obtulissent, ut ex duobus sanctæ Mariæ & sancti Exuperii capitulis unum fieret sancti Exuperii appellatum, & ecclesia sanctæ Mariæ in parochiam converteretur, annuit rex anno 1601. voluitque ut ex præbendis

II. Johanna I. Banchere secunda rexit abbatissa decennio, quo expleto decessit 1512.

III. Benedicta Louet reperitur 1514. die 6. Martii in charta authentica collectionis D. de Gagneres. Sedit annis 17. mortua 1529. 22. Julii.

IV. Margareta Basseste gubernato monasterio tredecim annis, obiit 1542. die 4. Julii.

V. Anna Regnard postquam sedit annis septem, vivere desinit 2. Decemb. 1549.

VI. Barbara II. Amoureuse post septem annos regiminis obiit 1556.

VII. Francisca I. Melland sex annis præsult, mortua 1562.

VIII. Francisca II. de Malignac per annos octo abbatissa decessit 1570.

IX. Gabrielis I. Royer, cujus tempore seva lues plures sustulit moniales, quibus dum fludet à morbo liberandis, ipsamet noxa concepta, post novem regiminis annos fato sublata est 1579. die 14. Septembris.

X. Maria I. Royer undecim annis abbatissæ munere persuncta, obiit 1590.

XI. Johanna II. de Montgermain rexit annis quatuor, denata 1593.

XII. Cecilia Scanant uno tantum anno regimine adeptæ, decessit anno 1594.

XIII. Johanna III. le Sage non etiam amplius anno rexit, mortua 1595.

XIV. Clara Lambert postquam præsult annos quindecim, mortem oppetit 1610.

XV. Agnes I. Bellier in regimine duodecim annis expletis, fato concessit 20. Aprilis 1622.

XVI. Johanna IV. de la Croix rexit ab anno 1622. ad 1625. quo animam efflavit die 5. Maii.

XVII. Magdalena I. Petit a Passione nuncupata, bis electa fuit, primum ad tres annos, quibus exactis, regimen illi ademptum est ob infirmitates; certe anno 1628. plurimum laudatur.

XVIII. Maria II. a S. Johanne Evangelista post quindecim annos regiminis & vita migravit 18. Januarii 1643.

XIX. Magdalena Petit a Passione in pristinam dignitatem restituta, præsult hac vice undecim annis, superstes ad 1658. quo, ætatis anno 90. e vivis excessit 22. Maii.

XX. Agnes II. a Sancto Didaco regimen

utriusque capituli ad sexdecim redactis, duabus gauderet abbas, cantor una, novemque totidem canonicis, & alie quatuor, fabricæ, pueris chori, & solvendis sancti Victoris & beatæ Mariæ de Campis ad Exonem præbendis addicerentur, atque capellani ad sex redacti assidue commorarentur. Id autem executioni demandatum est 15. Septembr. ejusdem anni a Martino Anglii supplicum in hospitio regis libellorum magistro ad hoc deputato, & a Johanne Hurtault priore sancti Victoris Parisiensis, generali episcopi dicecesani vicario. In ecclesia sancti Exuperii tumba major lapidea cernitur inter capellas sanctæ Barbæræ & sanctæ Cecilie, cum incisa nobilis femine statua, circa quam hæc leguntur: Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, in octavis sancti Martini hibernalis Altria de Corboho quondam mater reverendi patris Reginaldi Dei gratia Parisiensis episcopi denata, cujus anima requiescat in pace. Quæ abbatum expiscati sumus nomina subijcimus.

#### ABBATUM INDICULUS.

I. JOHANNES I. filius Friderici de Corbolio, frater vero Balduini, ut legitur antiquitatum urbis Corbolii libro primo capite 15. pagina 93. reperitur abbas anno 1071. in charta Burchardi Corboliensis comitis hanc ecclesiam, quam vocat duodecim apostolorum & beatorum confessorum Exuperii & Lupi, tunc pene desolatam, ab omni iniusta potestate liberantis, claustrumque antea non habitum canonicis habendum immune & sine ulla inquietudine in perpetuum concedentis, regnante Philippo & confirmante, necnon annuente Johanne abbate cum Richerio Senonensi archiep. Gaufrido Parisiensi, Gautoerio Meldensi & Hugone Trecenti episcopis, multisque aliis, quos inter habetur Vulgrinus frater abbat. Charta legitur data 1070. tom. 2. historię ecclesiæ Parisiensis pag. 3. in probationibus vero historię gentis de Montemorenciaci pag. 25. & in appendice nostra, an. 1071. De Johanne abbate ita loquitur Henricus successorum alter loco citato antiquitatum urbis Corbolii: *In canonicos exercebat tyrannicam rabiem, & paternam non exhibebat caritatem, nec examen formidabat divinum. Huc etiam spectat charta Henrici in hæc verba: Ecclesiastica prælationis officium recte dispensat, qui nec per violentiam subjectionum dignitati derogat, & suam integre & inviolabiliter conservare laborat. Ego itaque Henricus regis Francorum filius, abbas Corboliensis ecclesiæ sanctorum apostolorum, beatorumque confessorum Exuperii & Lupi, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Johannes abbas illius ecclesiæ ex feudo abbatiæ & ex consuetudine prædecessorum suorum abbatum in eadem ecclesia & in terris ad ipsam pertinentibus quasdam consuetudines se habere est meritum, candelas enim & ceram ecclesiæ ad libitum suum accipiebat, & præbendam capicerii, quam canonicis ex sua communitate constituerant, se debere vendere, vel cui bonum videretur dare, &c. Auditis igitur canonicorum querimoniis de invasione & iniustus consuetudinibus ecclesiæ: avadita quoque tam suspecti abbat. debili responso, comes Bucardus & presul Paris. Gosfridus, Drogo*

Tomus VII.

archidiaconus, Balduinus quoque & Fredericus filius ejus, & plures alii viri, qui aderant, annuente Johanne abbate, disposuere, ut ex canonicis quatuor probabiles jurejurando probarent, quia prioratus consuetudines jure consuetudinario canonice sine ulla inquietudine deberent possidere, & quod abbas nec ex feudo abbatiæ, nec ex consuetudine prædecessorum suorum abbatum eas deberet habere: sacramento igitur peracto publice a Gautoerio sacerdote, a Nantero sacerdote, a Milone levita, Senivo subdiacono, eisdem paratis probare iterum sacramento, quia abbas prædictæ ecclesiæ nullam consuetudinem in eadem ecclesia & in ecclesia villis habere debebat præter præbendas & justitias canonicas canonicorum (tertiam partem Villebelancurtis, antiq. Corbol. pag. 93.) & præter terram quæ ad feudum abbatiæ pertinet, &c. Deest nota chronica.

II. Bernerus & Bernerius innotescit ex hac brevi charta an. 1127. *Noverint tam posteri, quam præfentes, quod in nostra factum sit presentia, & in multorum, qui assuerunt, evidentia. Clericus quidam Guerinus nomine, canonicus S. Mariæ Corboliensis ecclesiæ præbendam suam in manu Bernerii abbat. sui reddidit, quam idem abbas ecclesiæ & canonicis reddidit, nihil juris, nihil potestatis in ea sibi reservans, aut ceteris abbatibus suis succedentibus. Præbenda hæc est destinata fabricæ ecclesiæ. Ea vero, inquit, charta firmata est die & anno iisdem regni diplomate signato majori signo, & a primoribus regni subsignato, in quibus haud dubie occurrit cancellarius Franciæ laudatus a Francico Duchenne pag. 182. historię cancellariorum, ubi pro anno 1128. legendus 1127. Num idem est Bernerius, qui an. 1118. decanus erat ecclesiæ Parisiensis?*

III. Henricus a Francia filius Ludovici VI. regis, institutus in abbatiâ Clarevallis, postea canonicus ecclesiæ Parisiensis, abbasque plurimarum regaliū abbatiarum exstitit, ut liquet ex litteris Philippi fratris post eum abbat. e tabulario S. Victoris Parisiensis relatis a Labbeo libro inscripto: *Eloges historiqués, &c. in. 4.º pag. 614. in hunc modum: In nomine S. S. Trinitatis amen. Philippus frater illustris Ludovici Dei gratia regis Francorum & ducis Aquitanorum, & per Dei gratiam abbas quarundam regaliū ecclesiarum, videlicet S. Mariæ de Stampis, S. Mariæ de Corboho, S. Mariæ de Medunta, S. Mariæ de Piffaco, S. Mellonis de Pontisara, omnibus &c. Quemadmodum a fratribus meis, domino scilicet Ludovico Francorum rege & duce Aquitanorum, & domino Henrico, qui ante me abbas earundem abbatiarum exstitit, statutum est, decerno &c. Quoniam vero hic abbatia S. Exuperii non exprimitur, constat nihilominus Henricum illam obtinuisse, tum ex charta superius relata, tum quia hujus ecclesiæ præbendam unam sancto Victori Parisiensi concessit anno 1146. Idque confirmatur ex litteris sequentibus: Ego Ludovicus Dei gratia Francorum rex & dux Aquitanorum: Notum fieri volo tam posteris, quam presentibus, quod frater meus Henricus abbas regaliū abbatiarum canonicis S. Victoris in ecclesia S. Exuperii de Corbolio præbendam unam donavit & in perpetuum habere concessit &c. ac inferius: Ut nos quoque eandem ecclesiam diligamus, & non solum ei bona faciamus, propterea prædicto dono fratris nostri*

Ppp ij

Ch. XLII.  
fol. 36.

Duchef.  
hist. cancel.  
pag. 182.

Amplif. col.  
lect. tom. 4.  
p. 222. &  
223.

*libenter assensum præbentis, quod etiam priusquam faceret & volumus & rogarimus; quod ne valeat obliuione deleri, scripto commendauimus &c. Datum 1146.* ubi notanda donationi chartas illas uno litem anno esse posteriores, ex dicendis. Henricus postea Beluouacensis episcopus eualit anno 1149. ac postremo Remensis archiepiscopus, quo in mutare decessit anno 1175.

IV. Philippus a Francia superioris frater jam anno 1145. B. Dionysio & ab eo pendenti ecclesie B. Marie de Campis ad Exonam præbendam unam in ecclesia S. Exuperii Corboliensis certis conditionibus indulgit, a mensis fratris Ludouici regis, cujus ea de re documentum habetur in probationibus hist. S. Dionysii n. CXXXVI. Decimo post anno 1155. Philippus abbas petente capitulo, annualia præbendarum, quoquo modo persona mutaretur, quatuor sacerdotibus assidue Dei seruitio in ecclesia S. Exuperii destinatis concessit litteris, quæ sequuntur: *Ego Philippus Francorum regis frater & filius, Dei gratia ecclesie S. Exuperii Corboliensis abbas, omnibus notum fieri volo, tam his, qui sunt, quam his, qui futuri sunt, quod capitulo eiusdem ecclesie annualia præbendarum, quoties persona a vita decedebant, duobus sacerdotibus ibidem seruitibus, abbate inconsulto, ex antiqua consuetudine donare licebat; confirmata siquidem a mansueti canonice in illa ecclesia iniuriam penuria, sana & honesta ducti intentione, ne unanimiter adierunt rogantes, quatenus amore Dei in meorum, patris & matris meae remissionem peccatorum quatuor sacerdotibus assidue Dei seruitio in ecclesia præfata destinatis annualia præbendarum, quoquo modo personam mutaretur, concederem. Ego vero nihilominus quam ipsi, diuina pietate ductus, iuste eorum petitioni libenter assensi: quod ut apud posteros firmum existat, & ne aliquis prauitate cassari valeat, scripti mei auctoritate & sigilli mei impressione scripsi muniti. Datum Parisiis in domo mea anno ab incarnatione Dei 1155.* Philippus quoque fuit abbas Comprediensis, canonicus & archidiaconus ecclesie Parisiensis, cujus episcopatum recusauit.

V. Hugo Clementis filius Roberti domini du Mez in Vastinello precipui regnante Philippo Augusto regni administrati mortui 1182. frater autem Alberici & Henrici marescalcorum Francie, anno 1190. declaratur inuanius a procuratore tam episcopi, quam archidiaconi Parisiensis. Idem memoratur 1196. & 1203. in charta Philippi regis de Stagio canonicorum, cujus regis beneficio dicitur abbatiam obtinere. Is est proinde, qui bulam pro hac ecclesia impetravit a Cælestino III. datam Laterani die prima Februarii 1195. qui nunc 1196. qua pontifex inter alia præbendam ab Hugone datam fabricæ ecclesie sue confirmat: *Et præbendam a te, fili abbas, cum consensu carissimæ in Christo filie Aeleæ illustri Francorum regina pietatis intuitu, ac pari deliberatione &c.* Decanus etiam Parisiensis ecclesie simul & abbas B. Exuperii nominatur 1200. 1203. & 1208. quo anno de illius præcipue, & aliorum consilio prior S. Eligii Parisiensis, decanus S. Germani Autisiodorensis, & magister Galterus Cornut ecclesie Parisiensis canonicus a summo pontifice delegati

A statuta pro S. Exuperii capitulo condiderunt; cum jam ipse Hugo statutum edidisset de uno canonico & uno capellano eligendis quotannis, qui fabricæ & præbende illi assignate redditus perciperent, & quoties haberetur capitulum generale, rationem redderent, poena decem librarum Parisiensium fabricæ applicandarum multandis, si forent negligentes.

VI. Simon de Brayche regi ab elemosynis; canonicus ecclesie Parisiensis & abbas S. Exuperii de Corbolio legitur in tabulis cameræ rationum Parisiensis anno 1354.

VII. Michael I. Brayche regi ab elemosynis, B canonicus ecclesie Parisiensis & abbas S. Exuperii memoratur in charta authentica collectionis D. de Gagneres die 22. Febr. 1354. qui forte 1355.

VIII. Johannes II. de Chaumont presbyter & abbas secularis ecclesie collegiate S. Exuperii Corboliensis, cujus, obiter dicam, noua dedicatio facta est a Johanne episcopo Trecenti delegato a Jacobo Parisiensis anno 1437. Johanni & Roberto d'Estouteville militibus, regis consiliariis & cambellanis, necnon magistris Roberto Poitevin thesaurario ecclesie collegiate S. Hilarii Piclaviensis & Reginaldo Theodorici decano de Magduno super Ebram diocesis Bituricensis &c. potestatem fecit die 8. Octobris 1448. permutando abbatie S. Exuperii pro curionatu S. Andreæ de Saviuico diocesis Lugdunensis cum Johanne Mortis lectore in iure canonico, senatore Parisiensis & ecclesie modo dicte parochio.

IX. Johannes III. Mortis senator Parisiensis &c. si vere modo dicte Johannis de Chaumont ad permutandum data facultas fortita est effectum, factus est abbas S. Exuperii, cujus sancti capla renouata fuit anno 1454. scripto ea de re instrumto subscriptibus Guillelmo Chartier Parisiensis & Bernardo Albiensis episcopis, qui hanc peregerunt.

X. N. Moynardeau abbas S. Exuperii mense Augusto anni 1529. habuit cum capitulo querelam, eo quod contra decreta concilii Toletani barba & tonsura non usus ad capitulum generale accessisset.

XI. Dionysius de Breuedent obiit 12. Julii 1542. sepultus in ecclesia S. Salvatoris apud Rotomagum.

XII. Jacobus I. Ranify obiit anno 1569.

XIII. Michael II. Mathis presbyter, regie musices ordinarius cantor & abbas secularis S. Exuperii, cum nepote successore hanc obtinuisse dignitatem annis saltem quadraginta dicitur.

XIV. Gabriel Mathis Corbolii natus, baccalaureus in iure canonico, regi ab elemosynis, & beate Marie de Corbolio parochus, necdum erat in sacris ordinibus constitutus, cum post Michaelem patruum abbatie possessionem adeptus est, ultimus abbatum dictus, qui assidue tunc in ecclesia commemorati sunt. Foran is est N. Mathis subscriptus cum ceteris canonicis statuto anni 1610. 16. Septembris, quo prohibetur, ne quis abque uenia & capitulo egrediator. Obiit die 12. Septembris 1632. ætatis anno 35. Sepultus est in ecclesia beate Marie de Corbolio cum epitaphio, quod

Amplif. vol.  
lect. tom. 6.  
pag. 229.

Hist. geneal.  
& chronol.  
maga. Franc.  
t. 6. p. 619.

Balez. catal.  
Diplomat. p.  
5. n. 24.

inscriptura nigro marmori ad primam pilam dextri A lateris chori, docet utriusque illam ecclesie studio- sum inprimis exsistisse.

XV. N. Lucas.

XVI. N. Bourlow: Hi duo memorantur pro- ximi antecessores Jacobi Geoffroy, qui sequitur.

XVII. Jacobus II. Geoffroy major vicarius archiepiscopi Remensis, abbas erat S. Exuperii 1640. die 24. Octobris, quo facta in capitulo est a canonicis intercessio, super eo quod habitum non consuevit, & a canonicis diversum in officio divino gestaret hic abbas, qui adhuc memoratur 1646. 8. Maii & 1652. quo anno dum duci Nemorosio absolutionem impertit, istu lethali per- cassus est.

XVIII. Robertus de Launay natu major filius Johannis regi a consiliis & locum tenentis rerum civilium & criminalium cognitoris in urbe & ca- stellaniz Corbolii &c. ex Johanna Hideulx, pre- sbyter & abbas secularis ecclesie regalis & collegi- ate S. Exuperii memoratur in duabus chartis. Jacet in ecclesia S. Exuperii cum epitaphio.

XIX. Johannes de Launay Roberti superioris frater, collatae sibi abbatie diploma obtinuit 14. Augusti 1652.

XX. Nicolaus de Launay Johanni successit, regio diplomate donatus 7. Febr. 1681. Obiit C circa 1718.

XXI. Petrus de la Lande Nicolaus successit abbas, abbatiam dimisit an. 1731.

XXII. Johannes Franciscus Beaupied doctor theologus mense Januario anni 1732. possessionem adeptus, praestit anno 1741. quo rogatus, ut si qua forent hanc ad ecclesiam spectantia docu- menta, nobiscum vellet communicare, & ultimos abbates ordinare, perhumaniter fecit.

### CONGREGATIO CLERICORUM SECLARIUM DOCTRINAE CHRISTIANAE.

PRIMA haec secularis in regno Francie inli- tata congregatio fundatore agnoscit venerabilem Caesarem de Bus, cujus ortus & merita susius infra memorabuntur, & qui satis non habens to- tum se pueris, pauperibus & rudibus quibusque catechizandis devovisse, ut pium illud exercitium, a concilio Tridentino tantopere commendatum, tuncque nihilominus tam turpiter despectum & neglectum, latius propagaretur, & in aevum per- duraret, adjunxit sibi socios, quos illi perinde muneri studiosus deditos esse voluit. Congrega- vit eos in urbe primaria Vedascini comitatus A- venione, die festo sancti Michaelis 29. Septembris E 1592. gratia & auctoritate nixus Francisci Mariae Taurugii dignissimi quidem sancti Philippi Nerii discipuli, illius tum urbis archiepiscopi, postea cardinalis, qui non modo societatem illam fovit & approbavit, sed & ipse postulavit ac obtinuit a summo pontifice Clemente VIII. confirmationem ejus, 23. Decembris datam anno 1597. eique confirmationi apostolicae accessit regia Ludovici XIII. litteris 2. Octobris 1610. datis, ex consilio votisque cleri Gallicani, ut ipsae ferunt.

Muventes tamen socii, post fundatoris mor-

tem, ne congregatio plane secularis, quae jam va- rios quidem in dicto comitatu, vicinisque provin- cis ramos emiserat, sed nullo tenaci vinculo erat ligata, facilius dissiparetur, institutumque cito peri- ret animarum saluti tam utile & necessarium; cen- suerunt illam, quo firmior esset, alteri regularibus votis obstrictae uniendam; certisque conditionibus unio cum Italica & regulari congregatione Soma- chorum anno 1616. facta fuit, ex eadem utraque tum apostolica Pauli V. tum regia Ludovici XIII. auctoritate; & exinde congregatio Doctrinae Christianae & statu seculari ad regularem transiit, nec proprium habuit praepositum generalem, e- iusdem illi subdita, qui Somaechis praerant. Prima autem & praecipua conditio unionis fuit, sicut in praefato Pauli V. diplomate legitur, quod *Doctrinae Christianae patres, eorumque successores in perpetuum suum retinerent institutum, docendi doctrinam christianaam, parvam, mediocrem & magnam, juxta laudabilem eorum consuetudinem, quam immutabilem debebant observare, & in his domibus, quas tunc possidebant & in his quas in posterum erant possi- furi in toto regno Galliae.* Retinuerunt certe institu- tum suum, sed non unionem, cujus conditiones ab Italici male servatae sunt, & quae idcirco flare non potuit nisi ad annum usque 1647. quo, e- dem etiam auctoritate, qua sancta fuerat, fuit dis- soluta; suadentibus quidem insignibus Galliae pro- scriptionibus ea de re consultis a Ludovico XIV. ipso- que per legatum suum apud sedem apostolicam in- stanter promovente, declaravit Innocentius X. brevi dato 30. Julii 1647. *praestant unionem legitime factam fuisse, se tamen ex causis ipsam dissol- vere, & congregationem Doctrinae Christianae in suum pristinum, & eum in quo ante unionem juxta lauda- bile institutum ejus, a Clemente VIII. approbatum, quomodo libet erat, statum reponere, restituere, &c.* eaeque restitutio discrete constanterque confirmata fuit tum ab eodem Innocentio X. annis 1652. D & 1654. tum ab ejus successore Alexandro VII. anno 1657. adversus eos, qui pertinacius contem- debant congregationem, ut firmior consisteret, in statu regulari conservatam fuisse aut esse con- servandam. Igitur quotquot in eam, stante unio- ne, fuerant admissi, regulares fuere & ad mortem usque votis suis obstricti permanserunt; sed qui post separationem admissi, plane seculares decla- rati sunt, nullo vinculo colligati. At vero cum ti- mendum haberet congregatio ne ab istis infestis qui postmodum erant admittendi, facilius desere- retur, & per eam defectorem institutum susti- titero maximum inferretur detrimentum, indultit idem summus pontifex Alexander VII. anno 1659. rursusque Clemens X. anno 1676. *ut firmis manentibus omnino secundum universum tenore litteris Innocentii X. sub die 30. Julii 1647. emanatis, omnes, tam qui post dictas litteras jam admissi fuerant, quam qui in futurum admitterentur, si idonei iudicati fuerint, emitterent tria vota simplicia, obedientiae, castitatis & paupertatis, necnon votum, seu juramentum in eadem congregatione perpetuo per- severandi, non dispensandum, seu relaxandum, nisi a summo pontifice, aut a capitulo generali, vel definitorio congregationis; nec etiam nisi gravibus de causis &*

Ch. cccxii  
col. 203.

Ch. cccxvii  
col. 204.

Ch. cccxii  
col. 201.

Chart.  
CCXXII.  
fol. a 17.

aliunde clericalem titulum habeant, qui in sacris ordinibus constituti, e congregatione dimittuntur. Et hæc eadem omnia, aliæque præcipua, statum & regimen congregationis spectantia perinde definita sunt solemnî decreto Ludovici XIV. mensè Septembris 1672. ac iterum edicto solenniori, quod anno 1726. datum est & in majoris consilii commentarios relatum 15. Octobris ejusdem anni.

Habet in Gallia congregatio domos circiter sexaginta, quæ dudum tres in provinciis distributæ sunt, Avenionensem, Tolosanam & Parisiensem, sed quibus quarta recens accessit, Romana dicta, constant domibus octo, quas congregatio jam pridem habebat in Italia, cum septem aliis, quas summus pontifex Benedictus XIII. ipsi pro summo suo in Doctrinam Christi. studio sponte donavit.

In singulis domibus, quæ vel seminaria sunt, vel collegia, vel paræciæ &c. præcipua Doctrinæ Christianæ impendi debet opera; nec alium ob finem accepta sunt collegia, nisi ut esset occasio juventutis impensis religionem edocendæ; hincque in scholis omnibus prima semper lectio est major minoræ catechismus. In domibus aliis, Parisiensibus verbi grati, quotidie pueri ad catechismum vocantur; diebus festis additur partis alicujus catechismi Romani familiaris expositio, quæ doctrina media nominatur; quin & festis solennioribus singulisque Dominicis habetur ex pulpito concio major, pro majori captu auditorum. Avenionensis domus origine prima est, incunabulum siquidem congregationis; præcipua vero Parisiensis San-Carolina, in qua nempe omnia fere habita sunt capitula generalia, soletque residere præpositus generalis, qui sexto quoque anno eligitur, nisi forte necessitas incumbat electionem accelerandi. Qui hætenus electi sunt, horum nos modo recenseamus historiam, quam accuravit R. pater N. Bezé doctissimus bibliotheca Parisiensis Doctrinæ christianæ præfectus.

#### PRÆPOSITI GENERALES.

**C**ÆSAR de Bus natus 3. Februarii 1544. Cabellione in comitatu Veduscino, parentibus Johanne Baptista de Bus & Anna de Marck de Chateaneuf, pietate magis, quam antiqua nobilitate commendandis, a tenera ætate christianis moribus institutus est & mox liberalibus disciplinis instructus. Postquam autem aliquandiu militiam adversus hæreticos secutus esset, in aulam a fratre Alexandro, qui tum in ea clarescebat illeceus est, ibique tres moratus annos, pericula, quibus imprudens & infirmior se dederat, vitare non potuit, majoraque damna perpeffus esset, nisi, miserante Deo, citius in patriam fuisset revertens. Illic quamquam visus est ab ea pietate & modestia, quam prius coluerat, non parum excidisse, ab alio nihilominus e suis fratribus beneficiis aliquot ecclesiasticis donatus est, quæ pro more nobilium illius temporis tenuit, nihil mutatis habitu seculari, vivendique profana ratione. Ut eum sic errantem ad se revocaret Deus, adhibere dignatus est pium clericum sanctæque viduam, quos primum quidem ægre Cæsar audiit, sed quorum instantibus monitis tandem sic obsecutus est, ut

spretis quibusque minus sanis aliorum consiliis, impiorum etiam irrisionibus, beneficia male acquisita dimiserit, palam igni dederit poemata quæque nociva, quibus venam suam, sub oberrationis tempore polluerat, & hoc unum sibi proposuerit, ut acceptis vulneribus, datoque scandalo, penitentia, caritatis operibus, exemplique piis mederetur. Vocatus ad statum clericalem, vocatione quidem singulari, sed indubia, ad litteras, præsertim sacras, reversus est triginta & amplius annos natus; eumque volens clero suo Cabellionensi episcopus addicere, fecit ecclesiæ cathedralis canonicum, & quinque post annis ad sacros ordines promovit, invitum quidem, & uni decem animarum saluti deditum viis omnibus procurandæ, quasi ipsi studium ardens, sacro junctum ministerio suppeditabat. Reformando Cabellionensi clero, necnon monasteriis aliquot meliorem ad frugem revocandis, arduam & periculosam sibi, ast non infelicem impendit operam, nequicquam a piis operibus illis avocatus calumnias, aliique malis artibus reformationem averfantium. Omni data occasione, sermonibusque non minus blandis, quam fortibus oppugnavit & catholicorum pravos mores, & errores hæreticorum, plurimoque aut ad virtutem reduxit, aut ad veritatem. Sed ejus præsertim zelus enituit in expellenda, quæ tum, ut dictum est, gravissima erat, sonique malorum præcipua, Doctrinæ christianæ Ignorantia; hincque tanto studio socios sibi adjunxit, discipulos efformavit, successores reliquit, uno verbo dicam, congregationem sacerdotum instituit, qui cum ipso & post ipsum omni loco & tempore catechisarent. Quin & alteram quoque fundavit seminarium, quæ claustrii expertes, omni perinde loco, in urbe & extra urbem puellas & rudiores quæque sui sexus personas elementa religionis edocerent. *Filia* vocantur *Doctrina christiana*, ac etiam *Ursulina*, ut pote quas sub tutela S. Ursulæ Cæsar contulisset, sine non absmiles ab Ursulinis in Italia jam dudum institutis; tantique factum est earum institutum, ut eas studiose desideratas ac confestim admissis in plurimis Provinciæ, Delphinatus, Occitanie & Aquitanie locis, cum ingenti gaudio viderit pius institutor. Et ex sunt, quæ postea claustrii legem amplexæ, eam Ursulinarum congregationem efformarunt, quæ *Tolosana* dicitur, & cujus historia duobus tomis in quarto Tolosæ prodit ann. 1681.

Tantum autem eminebat Cæsar's virtus, rerumque divinarum peritia, ut iis, qui tunc ipsi sanctitate clarescant, latere non potuerit & in maxima veneratione non haberi. Eum invisere venerabilis Johannes de la Barriere Fulienfium fundator, celebris Angelus de Joyeuse, Petrus de Berulle postea cardinalis, illum de instituenda congregatione Oratorii consulturus. Ast ille cum Deo maxime acceptus esset, utque tentatio magis ac magis probaret illum, post diuturnos acutissimoque dolores oculatorum, lumine prorsus orbatus est tredecim circiter annis ante obitum, nihil fere minus interea dirigendis animabus, inculcandæque fidelibus Doctrinæ christianæ assiduus; nec minus etiam idoneus ad regimen congregationis judicatus a suis, qui invitum quidem & maxime reluctantem eum



in prepositum generale unanimes voce elegerunt; tamque constantiter, ut coactus sit in eo munere perdurare ad postremos vite dies, quibus ardentur pendenti animam Christo usque ad mortem obedienti, sub obedientia jugo reddere, successores tandem datus est ille qui sequitur. Obiit, ut prædixerat, ipsa die Paschatis 15. Aprilis 1607. annos natus 63. statimque gloriosum evasit sepulchrum ejus & frequentum populorum concursu & splendore miraculorum, quorum certe non minimum est corporis incorruptio. Referato namque anno 1608. mense Junio, auctoritate archiepiscopi, tumulo, corpus diuturna licet hydropisii fuerit exesum, & nulla adversus corruptionem adhibita cautione, depositum in conditorio, quod hiemis tempore superfluum aquis fuerat, æque sanum atque flexibile repertum est, ac si ab una tantum hora fuisset exanime. Igitur in capsâ decenter compositum est & translatum in capellam, ubi per annos sexaginta & amplius cum veneratione debita & admiratione visum fuit ab omnibus cujusque conditionis degentibus Avenione, aut illac transeuntibus; quorum fe unum fuisse anno 1667. celeberrimus Claudius Lancelot testatur in relatione itineris, quam scripsit, & quæ non semel typis edita est. Visum est & sapientissimo cardinali Richelieu, qui aliquandiu Avenione moratus est & qui testatur voluit venerationem suam tum distillata lampade argentea, quam sacris illis dicavit reliquis, tum vita servi Dei, quam scribere statuerat & scripsisset, ni citius fuisset in aulam revocatus. Corpus deinde sub terram reconditum est, ut beatificationi venerabilis viri procurandæ convenientius vacaretur; quam studiosissime quidem ab apostolica sede postularunt Ludovicus XIV. Sabaudia dux, clerus Gallicanus, viri quique insigniores & religiosi cœtes e Francia, ac præsertim e Vedascino comitatu. Scribere vitam Cæsaris Gallicæ, Jacobus Marcel, Jacobus Bauvais, Petrus du Mas, alique ex ejus congregatione; Galandius etiam doctor theologus: Latine, Jacobus Goudour & ipse e dicta congregatione: Italice demum Bononiensis quidam & Cæsaris nomine & cæcitate oculorum Cæsaris nostro similis. Celebraverunt ejus sanctitatem omnes fere qui vitas sanctorum, hominumque piæ memoriæ scripserunt; honorifica ejus mentio est in martyrologio Gallicano; sed in primis commendavit ipsum Theoph. Rainaudus e societate Jesu, tum in opere quod inscripsit: *Homo Dei, Cæsar de Bus, cæcus videns, fortis & patiens, strictus ut malleatoris incus*, tum in libro de incorruptione cadaverum, ubi cap. 9. integram refert & attestat medicorum relationem de statu, quo Cæsaris corpus anno 1608. repperunt. Ceterum haud satis habens providus ille fundator alumnos suos verbo & exemplo efformasse, scripto reliquerat familiares de partibus quatuor Doctrinæ christianæ catecheses, quas futuri catechistæ congregationis imitarentur, & quæ tandem typis prodire Parisiis 1666. quinque voluminibus in-12.

II. Antonius I. Sisoine, vir acris ingenii, necnon piissimus, cum anno 1603. urgente cardinali de Joyeuse Tolosano tum archiepiscopo, qui fre-

quens Cæsaris auditor fuerat & cum pro altero habebat Philippo Nerio, ageretur de fundanda Tolose Doctrinæ christianæ domo, illic delegatus est, & conceptam de discipulis Cæsaris opinio nem non modo non sefellit, sed superavit etiam. Paucis, ut dictum est, diebus ante Cæsaris obitum, in ejus locum est subrogatus, nascentemque congregationem opibus & gratia, quibus Avenione pollebat, plurimum adjunxit.

III. Antonius II. Vigier ob animi candorem, fervoremque pietatis, unus eorum fuit, qui Cæsari cariores erant, isque cum tandem oppressus infirmitate, suis catechesibus vacare non potuit, eas illi demandavit faciendis; sique totum hoc in munere magistrum discipulus non expressit, certe non ita longo ipsius vestigia pressit intervallo. In sermone quidem simplex ac pene rudis; sed quæ apostolica simplicitas multo magis accepta fuit, quam ornata & elegans aliorum eruditio; seu Tolose, ubi patrem Sisoinum anno 1603. comitatus est; seu Parisiis, ubi dictas superius Ludovici XIII. literas in gratiam congregationis an. 1610. obtinuit, & quo reversus est an. 1626. domum unam Doctrinæ christianæ fundaturus. Eam hoc ipso anno condidit, approbante Johanne Francisco de Gondy Parisiensi archiepiscopo, & in eo quidem ex pluribus oblati loco, qui pueris & pauperibus edocendis ipsi visus est plus abundare, sancti Marcelli suburbio. Domus patronum esse voluit sanctum Carolum, qui tantam instituentis Doctrinæ christianæ scholis impendit operam, & quem Cæsari sciebat singulari fuisse venerationi. Præterque plures alias domos, quas idem Vigierius in variis Franciæ provinciis suæ congregationi consecutus est, Parisiensem alteram in via sancti Martini acquisivit, de qua hist. Paris. tomo tertio pag. 193. Hac in urbe diutius commoratus est, carus inprimis regiæ Annæ Austraciæ, quæ pietatis ejus odore perfusa, aures ipsi libenter accommodabat. Liber & ei patebat aditus ad eminentissimos cardines de Richelieu, de la Valette & de la Rochefoucault; illumque adeo suspiciebat dictus supra Parisiensis archiepiscopus, ut eum suæ delegerit conscientie moderatorem, & quo sapius inviseret, ac audire & pulpito catechizantem, ades in domo sancti Caroli sibi esse voluerit. Omnes eum bonis cumulabant, sed cum aliunde sanctioribus quibusque temporis illius viris addictus esset, & omnia ipsorum pia complecteretur instituta, largiores, quæ in eum effundebantur, elemosynas, largior ipse in alios refundebat, orandi, distandive domos proprias minime sollicitus. Obiit in Sancarolina domo, dierum plenus & meritorum 17. Decembris 1662.

IV. Hercules Audifret congregationis, quæ, durante, ut dictum est, cum Somachis unione, generalibus propriis caruerat, sed per separationem fuit suis juribus restituta, superior generalis electus est in capitulo generali Parisiis habito prima Novembris 1647. Carpenteracensi natus anno 1603. piis & honestis parentibus, congregationi nomen dedit ætatis anno 17. brevique tum ingenii, tum anime dotibus excimis sic enituit, ut statim a fundata domo sancti Caroli, anno ipso

*Hist. Paris.  
t. 4. p. 85.*

1626. fuerit Parisiis missus, ubi divini præconis egregie munus obivit in coetibus frequentissimis, sapiusque rege & regina præsentibus. Moderator etiam conscientiarum sapientissimus, de pluribus parthenonibus, Jotrensis præsertim, quam optime meritus est; cumque sibi nomen viri non minori virtute, quam eloquentia conspicui fecisset, non mirum tam familiarè & arctam ipsi fuisse cum omnibus fere consuetudinem, qui tunc dignitate, vel eruditione præcellerant, præfibus quidem, Claudio de Rebé Narbonensi, Philippo Cospean Nannetensi, per eminentiam Concionatore dicto, Stephano de Virazel Briocensi, Nicolao de Grillé Uctecensi, & Franciscò Bosquet Leutevensi; dominis etiam de Balzac, Conrard, Chappellain & aliis, quibus academia Francia suam debet originem; ac inprimis percelebrè Antonio Godeau, quem adduxit Hercules, ut abjecta poësi profana, soli sacre lyram consecraret, paraphrasique epistoliarum sancti Pauli daret operam. Serenissimus princeps Conti, qui sapientibus consiliis ejus pluries usus fuerat, non semel invisit ultimo morbo laborantem, ipsiusque interfuit exsequiis. Illum etiam paulo ante mortem ejus regina mater consuluerat, singulariaque ipsi dederat fiducia argumenta. Fractus autem tot & tantis laboribus, quos in eum & præclara fama congeberat, & quibus præ nimia caritate sese haud poterat subducere, occubuit die 6. Aprilis 1659. ætatis anno 56. relicto omnibus maximo sui desiderio, maxime D. Conrard, qui literis ad Sancarolinus patres datis dolere se dolorem eorum impense significavit. Plurima scripserat opuscula pia, quorum nonnisi minima pars & absque defectu, prodit duobus tomis in-12. Parisiis 1668. Prodiert & ibidem 1675. quæstiones ejusdem in psalmos. Homiliae S. Johannis Chryostomi de sancti Pauli laudibus Gallicæ verterat, sed versio nomen alterius prætulit: nec secus quidem plures aliæ lucubrationes ejus, unde facietum illud Menagii de quodam abbate dictum, qui sacras conciones ab Hercule scriptas ex pulpito recitabat, ab eo nempe labores Herculis prædicari. Ceterum Hercules avunculus erat celeberrimi Spiritus Flechier, quem lætante vidit ingressum in suam congregationem, & inibi ea informari eloquentia, quæ subinde tam splendide enituit. Decem & amplius annos perstitit in congregatione. Cum applausu rhetoricam in ejus collegio Narbonensi professus est; nec nisi post avunculi mortem ad alium statum pertransiit.

V. Balduinus de Breux natus Maceris in Campania, Tolosæ religiosam professionem emisit, quo tempore congregatio regularis facta erat, neque tunc habebat domum Parisiis. Salutis animarum & disciplinæ studiosissimus, primus provincie Parisiensis superior anno 1647. electus est, tumque generalis anno 1653. sed cujus hæc præfectura finem accepit anno 1657. quo ab Alexandro papa VII. extraordinarium indictum est Avenione capitulum generale, ubi, præside cardinali Hieronymo Grimaldi, crearentur novi superiores, qui congregationem omnino regerent secundum secularem statum, ad quem eam sedes apostolica volebat plane redactam. Balduinus Pari-

siis obiit 8. Februarii 1668. meritis, quam annis gravior. Scripsit compendium vite Caesaris de Bus, quod sapius Gallicæ & Italice reculum est.

VI. Johannes I. Astier superior generalis in Avenionensi modo dicto capitulo anni 1657. Brigantii natus in Delphinatu philosophiam & theologiam magnifice docuerat in collegio Narbonensi, & alia quævis credita sibi munia tam sapienter obierat, ut omnium sibi conciliafere exillimationem; tanti certe factus a dicto cardinali Grimaldi, ut is non semel dixerit, se, si papa esset, & celebrandum haberet concilium generale, non alium præsidem electurum, quam Johannem B Astier. In præpositura generali fuit ad annum usque 1666. in vivis ad 1675. transfactus in congregatione 63. annis.

VII. Franciscus I. Aujas procurator generalis erat congregationis in curia Romana, cum in præpositum generalem assumtus est anno dicto 1666. Gravissime tum agitata fuit congregatio ex lite, quam de ejus administratione moverunt plures Gallie præfules, & quam tandem, ut dictum est, diremit anno 1672. sanctius regis consilium. Expleto autem sui muneris sexennio, suam in provinciam Tolosanam cessit Franciscus, in eaque mortem oppetiit anno 1677. ætatis 72.

VIII. Johannes II. Vincent Lemovix, a teneris annis in congregationem ingressus est, cujus in obeundis exercitiis, assiduitate sua & ingenii sagacitate eximiam sibi famam comparavit. Rimandi omnes antiquæ philosophiæ difficultates admodum peritus, illam cum magna discipulorum frequentia docuit in collegio Squillano, quod recens congregationi moderandum urbs Tolosa tradiderat, ejusque philosophiæ cursum sex majoribus tomis in-4.º ab anno 1658. ad 1676. Tolosæ vulgavit, in quo totius scholæ quæstiones fere omnes æqua perspicacitate ac doctrina in utramque partem propugnantur; adeoque temporibus illis & regionibus, in quibus nondum ullo modo nova ardebat philosophia, opus probatum fuit, ut reculum fuisse dicitur in Hispania, sed alieno nomine. Cum alia congregationis munia Johannes sancte administrasset, ad summam ejus præfecturam evectus est in capitulo generali Parisiis anno 1673. habito, præside, jussu regis, Francisco de Harlay Parisiensi archiepiscopo. Tolosæ dies absolvit 6. Augusti 1685. ætatis 81.

IX. Carolus Gautherot patria Trecentis in Campania, cum a natura fere dos illi præcipua esset regendi animas, plurimarum curam suscepit, clariorum etiam virorum, quos identidem a secularibus curis abductos, piis exercitationibus in domo S. Caroli excolebat. Pluribus sanctis institutionibus illius temporis laudabilem impendit operam, maximeque filiabus a Cruce dictis, Benedictinis sanctimonialibus Torciaci in Bria, hospitalique domui S. Regine in Burgundia. Ab Harduino de Perefex archiepiscopo Parisiensi, qui voluit extremum in manibus ejus exhalare spiritum, delegatus, plena pietatis & sapientiæ pro variis conventibus religiosis statuta condidit, & ab Harduini successore Francisco de Harlay visitator institutus regalis coenobii Vallis-gratiæ, sic eo

numere

munere functus est, ut a regina conjuge Ludovici XIV. meritis laudes fit consecutus. At illud id præcipue commendat, quod tanta ipsius tum in aula, tum in urbe fama de modestia nihil unquam detraxerit, adeo ut nonnisi ægre admodum suscepit anno 1678. præfecturam generalem, cujus anno quinto die 7. Septembris 1682. ætatis 69. vivere desit, ulcere pulmonis concreto ex assiduitate in sacro tribunali penitentiæ.

X. Thomas Chevalier natus apud satum S. Valerici in Picardia, congregationi se addixit anno 1642. ubi studiorum cursu feliciter absoluto, consilio patris Audisret, qui carus erat inter omnes, concionandi munus aggressus est; sed cum per varia, quæ illi commissa sunt congregationis munia, huic ministerio vacare non liceret, totum se dedit rerum administrationi, summamque denum anno 1683. adeptus est. Potentes amicos sibi dotibus et iniis devinxerat, quibus opportune usus est rebus in arduis congregationis. Obiit Parisiis 19. Febr. 1700. ætatis anno 80.

XI. Marcus Antonius de Roys Belloquadra in Occitania nobili genere natus, zelum in primis suum exhibuit apud Dragunianum & Tarasconem, quibus in civitatibus plurima, quæ tum familiaris perturbabant, dissidia feliciter compefcuit. Parisios accessit, tam uberes fructus protulit vehementibus suis concionibus, ut cum in primis Felix Vialart episcopus Catalaunensis in illa tam celebri missione apud Victriacum anno 1665. suscepta, adhibere non dubitaverit: in ea vero plures ad fidem catholicam revocavit hæreticos, & pium hunc morem induxit haereticos perseverantem, ut sacram, cum ad ægrotos defertur, Eucharistiam comitetur magna populi frequentia. Non parum, nec frustra laboravit, ut in illa urbe & Aquilexienti sua influeretur congregatio; cujus denum caput effectus est in capitulo generali Parisiis an. 1688. tanto quidem cum sodalium gaudio, quanto cum eorumdem lætu vitam amisit d thoracis distillatione 23. Januarii anni sequentis.

XII. Arnaldus Milhet Vauri natus est in parte superiori Occitaniz. Allata in congregationem aptissima ad scientias natura, philosophiam magnam cum applausu docuit in dicto superiori collegio Squillano, deque cathedra theologiæ decertavit in academia Tolosana, cujus saltem meruit inter doctores theologos aggregari. In superiorem generalem assumtus anno 1689. cum singulari mansuetudine congregationem rexit usque ad obitum, qui repentinus admodum fuit 25. Octob. 1693. *Summam philosophiz angelicæ* ediderat Tolosæ 1663. quatuor voluminibus in 12. itidemque 1687. *Notitiam scripturæ sacræ* in tres tomos distributam. Literalem quoque scripserat Psalmorum explanationem, quam censoribus dederat approbandam, sed quam morte præventus luci publicæ dare non potuit.

XIII. Petrus Annat cum Francisco societatis Jesu, regi Ludovico XIV. a sacris confessionibus, sanguine conjunctus, e loco de Villecontat in Ruthenis originem habuit; vir vere simplex & rectus, modestiz studens in primis & vitæ reconditæ, Tolosæ nihilominus philosophiam professus

*Tomus VII.*

est, & inde gradu ad theologiã facto, *methodicum ad theologiã positivam apparatus* scripsit, petrarum hodie, est bis editum Parisiis 1700. & 1705. in 4.<sup>o</sup> nec semel etiam Venetiis, cum factis aliquot immutationibus jussu curiæ Romanæ. Dignus tandem habitus est, qui supremo congregationis admoveretur clavo anno 1694. & rursum anno 1705. ut dicitur inferius.

XIV. Bartholomæus l'Hopital, cum vix admissus in congregatione dedisset indubia maturioris ingenii specimina, ad præfecturam brevi ascendit, quibus sapientissime perfunctus, ad supremam evolavit in capitulo generali Parisiis habito 11. Junii 1700. & mox intentus fovendis inter sodales studiis ecclesiasticis, prælo subiecit anno 1701. copiosum indicem materiarum, de quibus plures annos aegeret in collationibus fieri solitis in congregatione de scriptura sacra & theologia morali. Devixit Parisiis 3. Nov. 1704. ætat. 64.

XV. Petrus Annat, qui jam dictus, rursum electus est anno 1705. obiitque Parisiis fide plenus & meritis, natus annis 79. an. 1715.

XVI. Franciscus II. Bouilhade Narbonæ natus an. 1648. maximam a primis annis ad exercitia Doctrinæ christiænæ propensionem exhibuit, quibus feliciter in variis missionibus perfunctus est. Disciplinae studiosus admodum, exemplo non minus quam verbo custodiri leges satagebat in domibus, in seminaris & in tota Avenionensi provincia, quibus per vices præfectus est. Summam denique rerum totius congregationis affectus anno 1711. post expletum administrationis suæ sexennium, Avenionem reversus est, ubi fato concessit anno 1719.

XVII. Johannes III. Griffon ortu Sarlatensis, renunciatus est superior generalis anno 1717. & iterum an. 1723. in capitulo, cui, jussu regis adfuit clar. vir D. Bignon regi a functionibus consiliis. Gallice dederat Parisiis 1707. duobus volum. in 12.<sup>o</sup> compendium doctrinæ in summa doctrinæ angelicæ contentæ, gravatissime infirmatibus Parisiis occubuit anno 1736. ætatis 77.

XVIII. Stephanus Renatus Chausfac natus apud sanctum Ferréolum, *S.<sup>t</sup> Fargeau*, in diecesi Autisiodorensi, juvenis admodum ingressus est in congregationem, brevique ad omnia ejusdem munia probe institutum se præbuit. Anno 1686. missus a Ludovico Antonio de Noailles Catalaunensi episcopo in urbem suæ diececesis, nomine *Vassi*, vacaturus conversioni hæreticorum, quorum ibi numerus erat non exiguus, optatum a præfule scopum feliciter attingit. Tam utilem operarium Gabriel de Roquette episcopus Augusiodunensis diececi suæ volens addicere, inter canonicos Avalonensis, theologi & oratoris sacri munus ei contulit, quo tam digne functus est, ut ab illius successore Bernardo de Senaux Augusiodunum evocatus, archipresbyterali primum S. Johannis curionatu donatus fuerit, deinde præbenda cathedralis ecclesiæ addicta theologo; dignus interim, quem iste præful, primis ipse quidem seculis ecclesiæ dignus, comitem assiduam habuerit in visitationibus illis ac missionibus, quas in vasta diecesi sua non interquiebat. Verum eo morte abrepto episcopo

Q 99

beneficium dimisit Chausfacius, ut reliquum vitæ suos inter sodales Doctrinæ christiænæ transigeret; quibus cum aliquandiu privatus exemplo profuisset, mox ad munia publica vocatus est; & quidem anno 1726. ad regimen provinciæ Parisiensis; quin & anno 1729. ad supremum totius congregationis, quam magna tum caritate tum prudentia rexit, sed tribus tantum annis, morte sublatus 21. Julii 1732. ætatis anno 77.

XIX. Mathurinus Baccarere patria Laforestensis, anno ætatis 15. inter alumnos congregationis annumeratus, tam belle se dedit humanioribus literis, ut non longo post tempore rhetorices in collegio Tolosano factus professor, domino de Fieubet senatus principi parentaverit funebri oratione, quæ typis impressa juniorem oratorem non parum commendavit. Cum autem non minus ad regimen visus fuisset idoneus, post nonnullas successively gubernatas domos, ac ter subinde factus præpositus generalis assistens, præpositus ipse generalis evasit 26. Maii 1733. sed eum infirmitas parta ex visitatis anno 1735. Avenionensi, Tolosanaque provinciis e medio sustulit Parisiis 9. Januarii 1737. ætatis anno 76.

XX. Antonius III. Jaume Tarasconensis, electus in capitulo generali 16. Septembris ejusdem an. 1737. congregationem hæcenus summa cum prudentia gubernat.

#### CONGREGATIO ORATORII DOMINI JESU.

**I**N Gallis erecta est congregatio Oratorii Domini nostri Jesu Christi auctore Petro de Berulle primo ejus præposito generali, postea S. Romane ecclesiæ cardinali dignissimo, quem cum magno pietatis zelo Dominus implevisset, ut ecclesiæ spiritus sacerdotalis suscitaretur, a viris piissimis vehementer est incitatus, tum a cardinali Henrico Gondio episcopo suo Parisiensi mandatum accepit, ut congregationis Oratorii fieret institutor ad instar Romane a sancto Philippo Nerio fundatæ. Primam ergo familiam congregationis Oratorii, adjunctis sibi quinque sociis sacerdotibus excitavit 1611. XI. Novembr. die sancti Martini episcopi. Fixere primum sedem in suburbio sancti Jacobi, eodem loco, quem nunc Vallis gratiæ sanctimonialia habitant; tum in urbem transferuntur ad palatium du Bouchage juxta Luparam, expetentibus rege & regina, qui congregationem hanc suæ protectioni commiserunt, & domus Parisiensis se fundatores regio diplomate nominarunt, concessis iisdem privilegiis, quæ sacellis regis solent conferri; cujus fundamenta facta sunt regis & reginæ matris beneficio, necnon marchionissæ de Maignelers & Achillis de Harlay sacerdotis Oratorii, postea Macloviensis antistitis. Primæ architecturæ inter Parisienses ecclesiæ fere absolutum est opus an. 1631. Interim multis invitantibus episcopis, per totam pene Galliam brevi propagata est hæc congregatio, adlaborantibus Carolo de Condren postea generali congregationis, Johanne Baptista Gault deinde Massiliensi præfule sanctissimo, maxime vero Franciscò Bourgoing, uno ex quinque

primis sacerdotibus, dein præposito generali, qui non modo per Gallias, sed etiam in Belgium Oratorii varias colonias magno ecclesiæ commodo deduxit.

Quod ad vitam institutum attinet, idem est quod Romæ Oratorii: status mere sacerdotalis, voto publico nullatenus additus, pietatis exercitiis omnibus, quibus vita sacerdotum proficitur, incumbit, speciali religione Jesum Christum & beatam Virginem colunt, illius vitam & mysteria in omnibus suis actionibus, meditationibus & sermonibus venerantur ut suum patronum, & totius vitæ exemplar. Propterea congregatio Oratorii Jesu Christi nuncupatur, & votivis precibus quotidie suam erga Jesum Christum servitute proficitur, & in scripturarum sanctarum lectione perpetua, quam in colloquiis suis quotidie adhibent, Jesum Christum maxime scrutantur. Sane vero ex hoc pietatis intimo affectu erga Christum elucet quædam sublimis divinarum rerum scientia, quæ tam in eorum libris piis, quam in sermonibus manifestatur.

Quod spectat ad illorum officia, clericorum & sacerdotum institutioni vacant in seminaris, missiones, ut vocant, exercent in vicis & urbibus, eruditioni incumbunt in collegiis, in quibus præter humaniores literas, philosophiam & theologiam proficitur. Denique cetera munia sacerdotum magno fructu exsequuntur, ita ut clerus Gallicanus ad optimam disciplinam ex depravatis moribus de die in diem revocetur. Unde & congregationis Oratorii exemplo multe aliæ sacerdotum familiæ excitatæ sunt, quæ eandem sermone rationem imitantur, quas inter societas sancti Vincentii de Paul præpositi generalis missionariorum, ut nuncupant, qui suam congregationem varia per loca utilissime disseminavit, & S. Nicolai a Cardinetto Parisiis. Johannes Jacobus Olier clericorum etiam seminarium erexit Luteciæ in suburbio S. Germani, annuente illustrissimo episcopo Metensi abbate sancti Germani a Pratis, auctum subinde liberalitate Alexandri de Bretonvilliers sancti Sulpicii parochi, qui hujus seminarii domum insignem maximis sumptibus ædificavit & fundavit, ejusdemque congregationis fuit secundus præpositus generalis. Plures etiam variis in Galliæ civitatibus eriguntur familiæ presbyterorum, in quibus omnibus, ad pietatem, scientiam & usum rerum divinarum ac ecclesiasticarum clerici & sacerdotes instituuntur. Hæc autem Oratorii congregatio probata fuit bulla Pauli V. pontificis, quam vide ad calcem, data 1613. VI. idus Maii pontificatus anno octavo. Floret hæcenus pietatis & doctrinæ studio, quod qui rexere illam & qui hodie regit, verbo & exemplo instillare non desinit. Horum elenchum dedere Sammarthani ad calcem Galliæ Christianæ quadripartitæ, quem immutare nefas sit; solum prosequemur ad nostra tempora, beneficio ejusdem congregationis alumni N. Batterel Ludovico de la Valette præposito generali a secretis.

## PRÆPOSITI GENERALES.

**P**ETRUS de Berulle sacre Romanæ ecclesie cardinalis, congregationis Oratorii Domini nostri Jesu Christi institutor & primus præpositus generalis, vir potens opere & sermone, longe virtutum illustrior sanctitate, quam purpureæ fulgens dignitate, & magis laudandus vir gloriosus in generationibus filiorum, quos ecclesie peperit, quam clarus splendore natalium: patre enim Claudio Berullo nobili Campano, matre vero Ludovica Seguieria illustrissimi Franciæ cancellarii amita duxit originem anno 1575. Ita vero puer a parente religiosissima femina pie educatus est, quæ ius est perpetua familiæ Seguieriorum, ut adhuc septennis, non modo primitias suse rationis, veluti primos foscules benedictæ terræ Deo consecraret, sed & totum fe devoveret quasi hostiam Deo immaculatam voto concepto castitatis: quod ut observaret, sciens esse donum Dei, illud tum obsecrationibus assiduis, tum vigiliis & corporis tenelli macerationibus asperissimè impetrare satagebat. Humanioribus literis imbuedus postea traditur, quo in genere studiorum, quibus tamen minus delectabatur, cum ad meliora contenderet, ipsius ingenii vis juncta cum maturitate, necnon aptitudo disciplinarum omnium in juvene mirabiliter elucebat. Interim a pietatis officii minime discedens, is ita sedulo incumbens, ut vacationis dies & sæpe noctes in sacris meditationibus silvas inter & dumeta, quibus abscondi gaudebat, transigeret, cœlestibus apparitionibus & extasi recreatus, divinitatis igne, quo pectus æstuabat, ita purgatus est, ut a minimis noxiis diligenter abstineret. Circa id temporis Cartusiano piissimò & in rebus spiritualibus exercitissimo totam animæ curam commisit, qui duodennis juvenis incredibilem sapientiam demitras, quo super ipsum docentes & super fenes divina intelligebat, ad eum velut ad oraculum plerisque mittebat, qui mirabantur omnes que procedebant de ore sapientissimi juvenis, cum interim mentis sue tenebras illustrari, graves euras & scrupulos evanescere sentirent. Adhibitis deinde in Sorbone theologia, tum pleno pectore, quem sicutibat, hausit divinæ sapientiæ fontem. Sed illum limpidium purumque, hoc est inutili questionum curiosarum cœno, & philosophiæ subtilioris pulvere defecatum, sed potius conditum suavissimo scripturarum, mysticæ theologiæ & piarum meditationum sapore, quo cibo ejus mens in dies crescebat sapientia apud Deum & homines; ita ut nullus piorum hominum conventus, nulla societas de pietate, pravis moribus excindendis, & hæresi extirpanda, de propaganda fide haberetur, quæ Berulli adhuc adolecentis sacra responsa non ambiret & veneraretur. Viridum postea concessit, ut a societatis Jesu patre Magio provinciali, cujus prudentiæ multum confidebat, exploraret, cui vitæ instituto fe addiceret; cum unam e tribus familiis religiosi sibi eligendam proponeret, Magio auctore nulli fe devovendum statuit, sed Christi sacerdotali perfectioni sibi incumbendum, quam ut consequeretur, ad ordines suscipiendos omni genere bonorum operum corpus &

*Tomus VII.*

A animam exercuit, maxime vero cum per quadraginta dies apud Capucinos pane & aqua vixidum necessitati faceret satis, cilicio cinctus, humi aut asseribus decubens, in oratione judgi perseverans, manuum impositionem accepit 5. Junii 1599. indulti apostolici permissione, quo tempore sanctissima Trinitatis presentia illuminatus, tanto pietatis affectu in oblatione sacrificii incremanti quotidiana perseveravit, ut nec gravissimis negotiis & morbis etiam impeditus, ab ea toto vitæ decursu nisi ter abstinuerit, aut cum navigans ad litus appellere non liceret.

Inerat Petro zelus ardens animarum, quæ a fide defecerant, gladius verbi divini in ejus ore acerrimus pertingebat usque ad divisionem & intima cordis. His armatus, sapiens in arenam descendit contra Molinæum & hæreticos alios, quos in certamine singulari fudit, gavavitque, quo potestate tenebrarum ereptos ad ecclesie lumen transtulit, multas nobiles matronas & viros ab errore revocavit, quos inter comes Lavallensis, quo postmodum pro fide pugnavit fortiter, sanguinis effusione mortem consecravit. Nec minus fervebat hæc in alios caritas Petri; quos enim & quantos non pertulit labores, ut peccatores Christo lucrificeret, ut languentes ad vitæ evangelicæ perfectionem accenderet, ut jam Deo consecratos in bono confirmaret! præcipue vero cum divinis monitis facta certior M. Acaria vidua primæ sanctitatis, postea monialis Terefianæ, demum miraculis clara, una cum Berullo consilium inivit Terefianæ familiæ coloniam ex Hispania in Gallias deducendi, quo in negotio Berullus graves pertulit molestias ex maris scivitia, unde in vitæ periculum adductus est; majores autem a Carmelitis patribus, qui favioerem tempestatem in eum concitavere, ut ei obstitent, & ipse fathanas movit omnem machinam, ut ceptum opus pium destrueret; fed vicit Petrus in jejuniis & oratione, & ex concessione apostolici nuncii Catholici regis, & ordinis Carmelitarum generalis, sex moniales e Madrito Carpentanorum Luteciam deduxit, quo primi monasterii jacta sunt fundamenta an. 1603. e quo, vivente Berullo, & pontificis jussu sanctam familiam moderante, quadraginta cœnobis variis Galliarum locis instituta sunt. Augebatur interim zelus ille, quo accendebatur Berulli pectus, sacerdotalis vitæ ad primam sanctitatem revocandæ, e qua clerus exciderat partim bellorum civilium turbibus, maxime vero socordia quorundam præfulum, qui ecclesiasticam disciplinam multis a seculis collabi permiserant: qua de re habito consilio cum sanctissimis hominibus Francisco de Sales & Cesare de Bus, necnon societatis Jesu patre Cotton, pluribusque aliis pietate insignibus, ab iis vehementer est incitatus, ne dicam coactum, ut totius ecclesie commodo se ad opus tantum serio accingeret. Desiderante ergo & jubente Henrico de Gondy tum Parisiensi & suo episcopo, hujus auctoritate, necnon Maria Medicea regina promovente, congregatio Oratorii Domini Jesu primum instituta est S. Martini festo 1611. in Gallis, Lutecia sancti Jacobi in suburbio, cui Petrus Berullus præpositus est, ex speciali, qua reponentem ipsum alligavit auctoritate præful

Q q q ij

Chart.  
CLXXXVIII  
col. 162.

Henricus Gondius, qui apud Paulum V. papam hujus congregationis obtinuit confirmationem, adjunctis privilegiis apostolicis & indulgentiis, ut patet ex diplomate dato anno 1613. quod vide inter instrumenta. Tum vero factus omnibus forma gregis ex animo, exhibuit in se omnes eas virtutes, quas discipulis suis postea suaderet, ita ut vere cum Christo dicere posset: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*: & illud: *non veni ministrari, sed ministrare*; cum omnium superior institutus ab episcopo & pontifice, nihilominus se omnium servum re ipsa profiteretur, patientia, zelo animarum, caritate in pauperes, ægrotos, peccatores ita excelluit, ut uni virtuti studere videretur, quamvis omnes diligenter excoleret. Quis autem satis dicat exquisitam illam sinceramque pietatem, qua Jesum Christum & B. Mariam colebat? Certe ad hunc scopum omnes ejus cogitationes, omnis intentio & actio & sermones dirigebantur, ut amorem Christi & ejus venerationem in se & in aliis accenderet & augetet. Quo ex igne divini amoris mirum in modum ejus mens sublimes sapientia collustrabatur, ut satis perspicuum est ex illis scriptis, quæ aut edidit, aut reliquit, in quibus non humano more, sed angelico potius divina crucebat. Nec illa sapientia, qua excelebat, his finibus est conclusa, sed ad regimen animarum, ad congregationis gubernationem, ad imperii quoque Gallici politicam administrationem protensa est. Dudum enim a temporibus Henrici IV. magno in aula pretio fuerat habitus, ita ut Henricus ei Ludovici Delphini committere statuisset educationem, quam provinciam constanter repudiavit, oblataque sibi a rege ecclesiastica dignitates, abbatie sancti Stephani Cadomenis, episcopatus Laudunensis, Lucionensis, Nannetensis, necnon primatus Lugdunensis insulas. Nihilominus omnino non potuit ab aularum rerum strepitu secedere, urgente publico bono & rege Ludovico XIII. Cum enim Blesis aufugisset Engolismam Maria Medice regis mater, & belli civilis incendium proxime arsurum esset, ejus opera rex usus enascentes favillas exstinxit, filioque matrem feliciter conciliavit. Tum ab eodem rege missus est Romam, ut ab Urbano pontifice probaretur matrimonium Carolum inter Walliæ principem hæreticum & Henriam Mariam regis sororem, qua in legatione summo pontifici tanto in pretio habitus est, eum ut non hominem, sed angelum sæpe nuicuparet. Absoluto negotio ex mandato regis Henriam Mariam in Angliam deduxit, ut ei esset a secretioribus consiliis, & quam pietatis optimis documentis imbueret; at cum nulla spes affligeret Anglos ad fidem revocandi, in Gallias reversus est. Cum rex ejus consiliis multum consideret, iis potissimum est adductus, ut arma sua ad hæreticos rebelles edomandos converteret: divino quodam instinctu ad eam expeditionem regi suadendam impulsus fuerat, & propterea familiaris regie motus & discordias sedaverat, ut totas vires impenderet Ludovicus in hæreticos. Rupellæ ergo oblidende & fortiter oppugnandæ, renuentibus multis, auctor fuit, imo & Marillaco pro-cancellario prænuicavit instinctu quodam divino

A Rupellæ expugnationem, Anglorumque duce Bukinkamo deletionem, quod regi reginæque matri & Richello cardinali nunciavit, sæpe nutantes animos & de tantæ rei exitu diffidentes spe certa divini auxilii corroboravit.

Inclauerat ubique Berulli fama sanctitatis & sapientie, quæ cum Urbano pontifici summo jam satis perspecta & probata fuisset, ipsum in cardinalium collegium cooptare decrevit anno 1627. 111. calendis Septembris, rege & regina id a pontifice summis precibus exorantibus. Cum autem audisset Urbanus Berullum voto spontaneo se ligasse, ne ullam ecclesiæ dignitatem acciperet, hoc ipsum vinculo solvit, pridie creationis, & specialiter imperavit ne a summo pontifice delatum honorem repudiaret. Ex quidem hoc in negotio non minori industria & auctoritate usi sunt pontifex & rex, ut Berullum ad purpuram promoverent, quantum sæpe adhibent, ut importunos illos & ambitiosos dignitatum ecclesiæ procos arceant & repellant. Sensit onus tantæ dignitatis Petrus quod subit; honorem vero parum aut nihil curavit: cum enim intelligeret purpuram cardinalium vestem esse martyrum sanguine cruentatam, quem inter vilissimam & acerbissimam supplicia profuderunt, ea cogitatione munitus, & Cabundante spiritu gratiæ, quod ad martyrii palmam, si opus fuisset, anhelabat, statim audito nuncio suæ creationis ab apostolicæ sedis nuncio Johanne Francisco de Bagni, in genua procidens, sub tristi vultu & humili corde Deum exoravit, & paulo post ante aras basilicæ Parisiensis sese hostiam Deo vovit & consecravit. Hoc ergo honoris titulo minime elatus, eundem vite tenorem, quem prius, religiose observavit. Communis vestis laneæ, lectus asper, modicus domesticorum apparatus, socius ex congregatione semper comes, umbellæ, quam invitus in cubiculo appendi permisit, se nunquam supposuit, sed imaginem Jesu purpura vestiti, ut qui totum dignitatis honorem Christo referret, non sibi, quod in stemmate gentilitio servavit, quod ornavit spinea corona & nominibus Jesu & Mariæ. Interim omnibus humilitatis officiis non abstulit, paupertatem coluit observantius, episcopatus reculavit, iussu tamen a pontifice abbatias Majoris monasterii Turo-nensis, & sancti Luciani Bellovacensis beneficio regis accepit, quarum preventibus non est abusus in superlectilem, ornatum, aut ad stendos greges fervorum, vel alia ejusmodi, quæ sovent secularium hominum ambitionem: non denique ad congregationis Oratorii convertit utilitatem, sed ad cœnobiorum, quorum abbas erat, restaurationem, & pauperum circa hæc loca degentium levamen, fructus abunde superimpendit. Dum vero tam digne suis utitur bonis, mensè Aprilis anno 1628. ut ejus virtus exerceretur, acerbo correptus est morbo, somni cibique levamine privatus, adeo ut sensim amisso calore vitali corporis vires tabescerent; nec propterea tamen aut lecto incumbens, aut a consuetæ pietatis & agenda-rum rerum usu abstinere, sed fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vigili cura incumbens, congregationura

Oratorii & Carmelitarum, necnon regni negotia A pertractans, quibus apud reginam matrem Parisiis agentem, arcano consilio summus praefectus erat, dum rex Ludovicus superatis Alpibus de hostibus gloriose triumpharet, Berullus ad illustriorem palam immortalitatis reportandam parabatur. Jam de salute ipsius apud medicos erat conclamatum, nec ejus vitam per tot menses sine miraculo protrahi potuisse, inspectis ejus visceribus post mortem unanimiter edixerunt. At dum vetus homo & exterior paulatim corrumpebatur, novus & qui secundum Deum creatus est, renovabatur de die in diem. A levissimis culpis diligentius abstinerebat, exomologesi quotidie purgabatur, sex ante mortem mensibus vitae totius deposuit rationem summo contritionis affectu apud R. P. Carolum de Condren ejus postea successorem. Missae sacrificio quotidie vegetabatur & divinae contemperationis cibo; quo etiam tempore vitam Jesu conscripsit pluraque pietatis opuscula. Tandem postquam vixisset pie per annos 55, multa tulisset patientissime, multa fecisset laudabiliter, multa dixisset & scripsisset mirabiliter, extinctus est morte iustorum. Sicut alter Moyses, cum super montem Nebo conscendisset, & conspexisset dilatationem terrae, quam promiserat Deus Israelii, mortuus est in oculo Domini, sic Berullus cum tota fere Gallia Oratorii & Carmelitarum familias disseminatis vidisset, ipse in monte, hoc est altari, in oculo Domini inter missarum solemniam felicem animam Deo reddidit: cum enim jam moribundus vehementi erga Christi sacrificium incrementum amore reperetur, & hostiae votum adimplere summopere cuperet, inchoata missae celebratione, lecto Evangelio in deliquium incidit, a quo inter fratrum brachia levatus, coeptum sacrificium dum renovat, in prolatione horum verborum: *Hanc igitur oblationem, &c.* iterum prolabitur inter adsistantium ulnas, tum vestibus sacerdotalibus exutus, cum Oratorii congregationi benedixisset, lectulo circa altare confestim strato, ne, si extra sacellum efferretur, inter adspertantium manus animam exhalaret, ibi tanquam victima consecrata corporis Christi viatico & unctioe extrema ad aras sanctissime occubuit; unde hoc de ejus morte distichon exaratum est:

*Caepa sub extremis nequeo dum sacro sacerdos  
Perficere, at saltem victima perficiam.*

Porro qui vivus multa sanctimonie signa praestiterat, plura mortuus edidit, quae fide & districte probata habentur in vita ipsius conscripta a Germano Habert Cirsifaci abbate, qui vitam Petri Berulli Gallicae, non minus eleganter, quam pio stylo, ex monumentis oculatorum testium, aut fide dignorum publici juris fecit. Volumen grandius suavitissime contraxit & latino idiomate toti ecclesiae fecit commune Ludovicus Doni d'Attichy tum Regensis & postea Augustodunensis praeful, specimen & tesseram amplissimi operis quod absolvit, in geminum tomum distribuit, de vita illustrium sanctitate cardinalium. Scripta Berulli aut eo vivente sanctitate data, aut posthuma, sollicitudine Francisci Bourgoing in unum corpus collecta,

vulgata sunt, adjuncta praefatione, quae vitam Petri Berulli compendiose narrat, sed ejus virtutum excellentiam, & insignem theologiam extollit. Scriptis ergo Berulli librum de energumensibus, tres tractatus in haereticos, libros duos de Christi Domini Jesu dignitate & mysteriis, de B. Magdalena librum, de superiorum directione, de abnegatione interiori, de controversiis sermones 16. opuscula pia 194. epistolas 234. quae omnia summam pietatem, & doctrinam, necnon divinarum rerum sublimem sapientiam redolent. Cujus ignari quidam, blasphemantes quocumque ignorant, cum in haereseos suspicionem adducere Petri Berulli scripta per annos decem frustra tentassent, tandem ipsi ignorantiae & invidiae poenas reportarunt. Animam igitur tanti viri coelum possidet, corpus ecclesiae Patrum Oratorii ad Luparam, cui tumulus e marmore structus cum hac epigraphae, quam adjungimus vice coronidis.

*Petrus S. R. E. cardinalis de Berulle, congregationis Oratorii Domini Jesu institutor, & primus ac perpetuus generalis praepositus hic futuram resurrectionem expectat. At qualis quantisque! Vir humana laude superior, electus quondam ab utero, sanctus a puero, juvenum gloria, senum reverentia, sacerdotum honor, cardinalium splendor, ecclesiae decus, nunc & C sydus inter caelites: atque ut humana viciniora, patre Claudio senatore Parisiensi, matre Ludovica Segueira, in arce gentilitia apud Campanos utus, Parisiis sanctus & renatus Christo, generis utriusque nobilitatem virtutibus auxit, obscuravit, atque in meliorem (qua Christi servitus est) transiit. Infans cum lacte infanti pietatem, infans puero sanctimoniam, superne datam-adolescens sapiientiam probavit dancula precationes, secreta communionis, furtiva carnis afflictiones, ipse adhuc septennis voiva consecratio, pii secessus, verba, scripta, quibus vixitum ex ephebis egressus, profunda mystica theologiae arcana penetravit, sodales, quibus exemplo, magistri, quibus pene miraculo fuit, conficius frequentes cum haereticis, nunquam sine victoria, raro sine praeda. Cum primum per aetatem licuit, ad presbyteratum, praemisso dierum quadraginta secessu, assumtus, postridie consecrationis primitias celebravit tanto fervore spiritus, ut nulla deinceps die ab altari, nisi semel aut iterum maris & febris astu iactatus, abstinuerit. Quot, pie Jesu, nobiles utriusque sexus, etiam magistres, e sanctibus inferni, e tenebris haereseos, e peccatorum scabibus, precibus, verbis, indefessus laboribus, Deo, ecclesiae, saluti restituit! Adeoque semper demonibus aequae ac perduellianis haereticae ministris formidandus apparuit, ut ejus conspectum neutri ferre possent. Calumnias per decennium impetitum, tandem librum de statu & majestate Jesu, divinam in ejus mysterio sapientiam magnifice tractans opposuit. Sanctimonialis Carmelitas ex Iberia traduxit in Gallias, superior & visitator perpetuus a summo pontifice datus, spiritu fovit, & ad praesens vocacionis apicem ad obitum usque promovit. Zelo instantanda pietatis in clero & primava in Jesum Deum hominem religionis, congregationem Presbyterorum Oratorii Domini Jesu instituit; ipsius Verbi incarnati personae addixit, tessera servitius praevotavit, tandem imitus, sed iustus, cum paucis adscitis presbyteris inchoavit anno 1611. & institutor*

ae generalis superior dictus à summo pontifice, ad triginta domicilia per Galliam & extra propagatum vidit, & annis octodecim suavitius gubernavit. Exinde suggestus, libri, schola Jesum Christum ejusque vitam *ἑωραῖον*, status & mysteria crebrius & clarius intonuerunt. Ac deinceps, viro institutus ad imitationem piis clericorum sodalibus, seu novo in clerum Dei afflante spiritu, facies exterior ecclesiae, pietate, modestia, doctrina, exemplo, cultu, ritibus nonnihil visa est in melius immutata. Dissiduum regem inter & augustam matrem Mariam Medicam acceptus utriusque pacis internuncius composuit, atque imminentem toti Galliae pestem statim bis avertit, factus in tempore iracundiae reconciliator. Summum pontificem regius legatus adiit, inveniit matrimonii Henrica Maria a Francia cum Carolo primo Magna Britannia rege dispensationem (ob ejus sectae discrimen) feliciter obtinuit. *Heu!* qua apud sedem apostolicam, apud patres purpuratos, totamque curiam, odoris Jesu Christi fragrantia, angelus aliquando ipsius ore pontificis vocitatus. Nova regina datus comes & conscientiae arbiter, allecitus duodecim presbyteris cum illa migravit & in avita fide firmavit. Redux & in augustus regis consilium ascensus, curam gessit agendi cum legatis exteriorum principum, movendi adversus Hispanos belli perpetuus intercessor, sicut expeditionis Benevencinae & obsidionis Rupellae auctor praecipuus & constans; quo ejus consilio unde religio diu exultaverat, postliminio reverfa triumphavit. Ad tanti operis pondus, divino, ut creditur, futo in sacrum cardinalium collegium, infans & renuens, licet, ac votis solutus, paulo ante cooptatus, purpuram induerat in trium recordationem, Passivus Dominica, sanguinis pro Christo effundendi & amoris Seraphick. Consummatus in brevi complevit tempora multa, & tandem exhaustus viribus, ad ipsas aras, prout optaverat, & pro se a Deo postulari ante quadrimestre fecerat, seipsum victimam immolans, cum Christum non posset, efflavit animam vi. nonas Oct. anno 1629. aetatis LV. impartita prius congregationi benedictione in haec verba:

Oro Jesum ut Principium in Trinitate, ut Patrem in Incarnatione, illum ut benedicat; & rogatus adjeci: Ego benedico eam: & Jesus & Maria benedicat, regant & gubernent. Cujus sanctitas quam viventis humilitate laetui, tam post mortem miraculose inclaruit. Posita est illi quasi in genua provoluto statua marmorea in aede Virginum Carmeli suburbii S. Jacobi Parisi ubi cor ipsius jacet.

II. Carolus de Condren natus est parente castri regii Moncelli gubernatore, viro militari, qui nobilitatem avorum & antiquae stirpis apud Campanos gloriam aemulabatur; pater autem cum se Carolo gravidam sensit, consilium suum aperuit conjungi devovende proles Deo, quod uterque parens intimo pietatis affectu statim adimplevit, non sine divino numine, quod Carolum sibi sacerdotem elegerat & hostiam primogenitam familiae suis aris consecrandam. Vaubini juxta Suesiones ortus est 15. Dec. anni 1588. ibi dum genitrix peregrinatur, ut sic quoque & in conceptu & ortu Christiforet similior. Vixidum natus, mortuus apparuit, usquedum aqua tinctus baptismali sub conditione, lucis corporee & divini usum simul accepit, translatus de potestate tenebrarum in regnum

lucis; cum sacerdos supervenisset, iterum est baptizatus sub conditione, & tertio a parochia in ecclesia, cum dubitaret an sub debitis formulis esset a muliere tinctus; ita vinculo triplici est sanctissimae Trinitati consecratus. Pater autem vir bellicosus statim voti oblitus, filium armis addixit, & ne moliretur ejus animus inter mulierum brachia, solis hominibus gestari volebat, & saepius militibus, ut vel sic ferociorem indueret animum, a quo ceteri multum abhorreteret puer omnium mansuetissimus, tamen ipsa natura duce Marti studisset, nisi gratis suaviori militiae Christi cingulo illum alligasset. Porro in ejus temperamento vis inerat quaedam mirabilis, longe dissidentia inter se componens. Etsi enim parum astrorum virtutem tribuamus, si spectemus temperiem animarum, nihilominus id minime silendum, quod leges syderum sublimia cuncta ipsi spondebant; nam in horoscopo, quem legimus accurate de ipso conscriptum ab hujus artis perito Morino, caeli facies ipsum ad religionem & fidem, pudicitiam & mansuetudinem, fortitudinem, necnon divinarum humanarumque rerum subtilissimam scientiam aptissimum composuerat; quae virtutes in puero, divina afflante gratia mirabiliter elucebant; nam triginta menses tantum natus usu rationis potius, se se Deo obtulerat, imo nihil ipsius fugere memoriam saepius asseruit, aut locorum, aut personarum, aut verborum & omnium quae gesserat, ut videat bar anno cum dimidio aetatis; mansuetudine vero ita excelebat, ut nulla unquam vel cum fratribus, aut aliis rixam exercuerit, quamvis ignea penitus natura comparatus esset, quae pueri animus ad incredibilem audaciam excitabat, ita ut nec ipsa furentia animalia, quae cunctis metum incutebant, ipse vel minimum formidaret: castitatis autem amor inerat illi tantus, ut cum a parum pudica muliere nobilissima saluteretur, ejus blanditias non modo fugeret, sed asperis verbis increparet. Sic praeventit cum Dominus in benedictionibus dulcedinis.

Sed ipsum ut ad majora prepararet, cum puer ob infirmam valetudinem a literis abstinerere cogereetur, nihilominus a sexto anno ad decimum *αὐτοδίδακτος*, multa de geometria, arithmetica, geographia & historia perdidicit: provecior sola consuetudine usus consanguinei chymicam, astronomiam, mathesim, poësim ita calluit, ut peritissimis esset admirationi: ac duodennis Harcurientis gymnasio intra tres annos & sex menses, & scribendi & latinitatis non modo didicit elementa, sed cum humanioribus elementis imbutus esset, philosophiae peritissimus evasit. Teste autem Maslono canonico Suesionensi praepatore suo unico, studia sua omnium virtutum genere condebat, ita ut iis plus incumbere quam genus videretur. Cum autem nondum attingisset annos tredecim, in musaeo divino lumine collustratus, ita dulciter gratiam Christianorum & sacrificii Jesu Christi dignitatem edoctus est, imo & divinam voluntatem, quae ipsum ad sacerdotii munus destinabat, ut statim sese hostiam Deo devoverit consecravitque, quo in proposito fidelissime perseveravit Absoluta philosophia rus concessit; ubi per annos



quinque venatus prætextu, solitudini vacans, affluens meditatione divinas dotes & Christi mysteria contemplans, adeo sublimi divinarum rerum sapientia repletus est, ut hoc tempore plura didicerit a Deo, quam postea totius vite decursu. At cum pater metueret ne religiose cuidam familie sese devoveret, ab eo libros omnes pios aut doctrinæ renovabat, cum tamen Carolus & Scripturas & S. Augustinum & D. Thomam intra lectum contextisset: cumque libros evolvere clam tentaret, ipso titulorum intuitu, cœlesti luce recreatus abditissima penetrabat, sacrorumque contemplationi ita inhærebat, ut fere per annos tres vix animus a divini præsentia esset avocatus, ipsa teste generali sua confessione, in quam forte loror incidere. Interim tamen aulam frequentare cogebatur a patre, qui militiae eum admoveere cum satageret, regi Henrico IV. ipsum obtulerat, cui multum gratus acceptusque fuerat, ut sub Vikio tyrocinium exerceat, & in Hollandiam postea proficisceretur. At Carolus bellum Pannoniæ magis expetebat, ut sic ab hæreticorum societate alienus, contra infideles dimicando vitam consecraret: sed hæc hominum consilia evertit Deus, piusque juvenem morbo lethali afflictum a seculari militia ad clericalem transfudit; cum enim in extremis positus a patre posuisset, ut si redderetur sanitas, permitteret se clero mancipari, id annuente patre voti memore, statim convalescere cepit, nec voluit amplius aliis vestibus uti quam clericorum; tum adhibitis anno 21. ætatis Sorbonæ studiis, prima die mirantibus omnibus, & ipso Gamachæo doctissimo suo præceptore, disputationis aleam subiit, sed paulo post gravissima febre correptus, viatici & unctionis extreme sacramenti particeps, voto nuncupato beate Virgini Virtutum, ut appellat, juxta Parisios, & Gamachæo totius scholæ lux preces pro ægroto, quem summis laudibus extulit, adhærente flexis genibus, tempore ipso lectionis, Deus audivit preces sanctorum suorum, & Carolum restituit sanitati. Pro more Sorbonæ sociorum philosophiam professus est, sed illam vere christianam, ita ut verius dici possit, quam olim pronuciaverat Tullius: *Beatum esse illam scholam, in qua idem esset magister vivendi & sciendi.* Argumentum enim virtutum omnium suis in moribus sanctis exhibebat Condrenus, ita ut toti Sorbonæ & scholæ suæ esset admirationi & exemplo. At cum inflaret tempus consecrationis ad sacerdotium, anno integro recessit in solitudinem suam rusticam, ut sic Dei consortio tantum usus in meditationibus piis, ejus consuetudini sanctorum pareretur, cum ingrederetur in sancta sanctorum. Inunctus ergo Spiritus sancti gratia 17. Septemb. anno 1614. cum sciret sacerdotum patrimonium non esse hujus mundi, sed ipsum Deum esse ejus partem, publico synographo coram notario primogenituræ jus cessit, & renunciavit omnibus parentum bonis, patremque exoravit, ut ex caritate si placeret ei pensionem ad vicium & vestitum modicam, velut pauperi elemosinam concederet: qua de re pater multum affectus ei cuncta necessaria suppeditavit. At Condrenus paupertatis amantissimus quæcumque poterat largiebatur pauperi-

bus, ipsosque libros suos ad eorum necessitatem levandam impendebat: cum interim ipsum Deus doceret interius, & ei liber esset vite Jesus Christus semper apertus, ex quo hauriebat thesaurus sapientiæ & scientiæ Dei absconditos; nec modo sua pauperibus, sed seipsum ecclesiæ tradidit, ut sic omnibus renunciaret. Convenit enim episcopum suum Suesionensem Henricum Hennequin, cui se devovit, ut pro more ecclesiastico ipsum addiceret cui vellet operi & ecclesiæ, paratissimum ipsi in omnibus obtinere. Sane multum inclinabat ut vicariatus munere in rustica parochia fuugeretur, at præful multis cum laudibus decoratum dimisit, ipse vero Sorbonam repetiit. Interim omni virtutum genere se exercens, aut prædicationi, aut catechesibus erga pauperes, aut confessionibus incumbens, dono singulari gratiæ penitentes infirmos consolidabat, ægrotos sanabat, contractos alligabat, abjectos reducebat, & qui perierant, magna sollicitudine querebat, non cum austeritate & potentia imperans, sed in mansuetudine suscipiebat animas. Præcipua vero quædam virtute pollebat ad dissolvendos tentationum laqueos, & demonis sevitiam in corpora: duo oblecta liberavit, alterum quidem adhibita tantum oratione & silentio, alterum vero pueri exortum. Interim divinum flumen posebat humilibus precibus, ut ei significaretur quem vite ordinem amplecteretur. Cartusianos sæpe, Capucinos etiam visitabat, & alias familias religiosas, exploraturus divinum consilium. Sed his sacris institutis sese indignum reputans, tandem mansit in Sorbona, donec a R. P. Berullo, qui congregationis Oratorii vexillum nuper exerat, fuis per annos tres apud Deum precibus, ut eum ad congregationem spiritu suo deduceret, divino instinctu lecessum pium aliquot dierum sub Berullo aggressus, tandem manifeste audivit a Domino esse devovendum Oratorio, cui statim obtemperavit 17. Junii 1617. mox prædicationi & hæreticorum eruditioni adhibitus, intra paucos menses sexaginta & amplius ad fidem revocavit. Tanta erat ipsius sacra facundia, ut cunctos in admirationem, venerationemque rerum divinarum pertraheret; unde piissima qualibet animæ, & ex potissimum, quæ sanctitate pollebant, ab eo vite lux rationem excipiebant, ut ejus consiliis dirigerentur: quod officium caritatis luce cœlesti illustratus, qua cordis abditissimas vices penetrabat, eis summa prudentia & humanitate exhibebat.

Vix annum in congregatione absolverat, cum destinatur ad varias Oratorii colonias deducendas apud Nivernum, Lingonas, Pictavos & sanctum Maglorum Parisiis, ubi nunc floret clericorum ex omnibus fere Galliæ provinciis, ut vocant, seminarium. Circa annum 1627. instante regina matre Maria Medicea, Condrenus Gastonis Aurelianensis ducis animæ curam suscepit, sed reluctans, cum ab aulæ tumultu plurimum abhorreret, sentiret etiam quam gravi onere premeretur principum & regum conscientie moderatores. Hoc tamen in munere tanta caritate & prudentia se gessit, ut summa veneratione & amore dux eum prosequeretur, & arcana cordis fidenter

aperiret. Non leves passus in aula molestias Gasto apud Lotharingos confugerat, unde belli civilis incendium metuebatur; rex igitur & Richelius cardinalis cum scirent Condrenum inter omnes valere gratia apud ducem, & præstare singulari prudentia ut res difficillimas ad exitum perduceret, adduxere ipsam, ut ducem in Galliam revocaret, quod ad ipso obtinuit. Rex insuper antequam in Italiam proficisceretur, Condrenum cum Bellegardio delegat Aurelias, ut reconciliationem ceptam absolveret, nondum enim simul erant collocuti fratres; tandem consentiente dūce, Condrenus ab omni fastu alienus, ut ejus fœderis decus & gloriam sibi imputari effugeret, quam multis potuit rationibus suadere voluit regi & reginæ, ut P. Suffrenus delegaretur ad ducem, eumque ad aulam perduceret, sed id repudiantibus pertinaci animo, necnon tota aula ducis Aureliensis, cum alteri, quam Condreno fidere non posse declararent, cogitur hunc honorem subire. Tanta regni salute procurata, non alia posse compenari dignitate visum est, quam murice cardinalium. Id Bellegardius regis nomine obtulit, a quo sic abhorrere visus est Condrenus, ut proferretur, fe non aulam modo derelicturum, sed ipsam quoque Galliam, si sciret id ratum fixurumque: unde postea cum ei a Richelio Remensis, Lugdunensis, & Caduroensis episcopus oblati essent, constanter repudiavit, unde Richelius factus est ea fe arte valuisse apud homines, ut omnes ad suum nutum flecteret, Condrenum unicum ab omnibus suis laqueis fe expedivisse. Fere post decennium captam ab Hispanis Corbeiam cum rex obsideret, dux Aureliensis & comes Sueffionensis, Richelii ducis administrandi rationem ægre ferentes, ab aula recedunt, comes quidem Sedanum pergit, dux vero Blesas, apud externos brevi profecturus cum fœderatorum nobilium turba. Perterritus Richelius cum rege consilium inuit, ut Condrenus hanc tempestatem fedaret: mandatum ergo habet, ut Blesas conveniat ducem, comite Chavinio ejus negotiū dato socio. Blesas cum venisset ante natalitia Domini, tum post calendas Januarii ad regem delegatus est a dūce, ut conditiones pacis componeret, quæ cum perfici non potuissent, rex petiit ut iterum ad fe Condrenus mitteretur, qui Fontem-bellaquam regem adiit, ubi tandem cum futura reconciliationis vix ulla indicia apparerent, tamen juvante divina gratia, quam Condrenus sedulo implorabat, res ad exitum felicissime deducta est, & ambo fratres Aurelias paulo post fe amicissime salutarunt. Certe id erat mirabile, quod non modo dux Aureliensis Condreno suo intima pectoris aperiret, sed ipse rex Ludovicus, Richelius, Chavinus & univerfa aula de ejus fide tantam existimationem concepissent, ut ei secretissima manifestarent. At ipse sapiens ita fe gessit, ut cunctis esset factum satis legibus hujus fœderis.

Defuncto autem Berullo cardinale an. 1629. dum Condrenus apud Lotharingos versaretur, confertata Oratorii congregatione ob tanti viri mortem immaturam, cœtus generalis de nullo nunquam potuit convenire, donec repente in om-

nium animos incidit eligendum esse Condrenum absentem, quod statim peractum die 30. mensis Octobris. Accepto nuncio, vix tandem adductus ut hanc dignitatem amplecteretur, ejus onus tantum subiit, hoc est omnibus servum fe devovit & victimam, ut pro omnibus pœnitentiam ageret, vitæ sacrificium impenderet, denique congregationem diligeret, sicut Christus dilexit ecclesiam. Vir tamen humillimus cum fe tanto oneri imparem crederet, tota viâ studuit generalis dignitatem deponere, & fe ad infimum ordinem totius congregationis dejicere; quod cum tentasset secundo in cœtu generali, & epistola scripta ab patres congregatos incognitus recessisset, tantum mœror omnes invasit, ut coactus sit redire. Certe cum vitam in fe Christi manifestaret in omnibus, præcipue ejus humilitatem sectatus est, patientiam & caritatem: humilitatem quidem, cum enim fe omnium hominum vilissimum crederet peccatorem, jamjam moriturus summis precibus exorabat, ut cadaver patibulo publico affigeretur, ut vel sic prodesset post mortem, & a peccato sceleratos deterreget; patientiam vero tota vita coluit, frequentibus morbis & acutissimis vexatus, cum interim maxime delectari videretur: calumnias vero & indigna quorundam magnatum insolentia male habitus, iis tranquillo animo fe submittebat: caritate denique erga proximum, maxime autem in Deum pietate sui insigni & religione. Hæc fecit, hæc docuit, nec vitæ mors dissimilis exiit. Postquam enim per decennium Oratorii congregationem sapientissime gubernasset, pectoris inflammatione, sicut holocausti victimæ, Januarii 7. 1641. sancto fine quievit in Domino, prolatis his verbis Jobi 6. *Quis det ut veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus, & qui capit, ipse me conterat, solvat manum suam & succidat me, & hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti!*

Mox acerbissimus doloribus tentatus in corpore, & languoribus in mente gravissimis afflictus, adorans Jesum in agonia positum & derelictum a patre, in manum Domini commisit spiritum & expiravit.

Post diem mortis vultus apparuit, sicut in vivente, rubore fulgens; omnium præconio sanctus proclamatus est; rex ipse magnis cum laudibus cohonestavit; vexati a demone quidam liberati sunt, multi peccatores ad Deum conversi: denique etiam nunc collaudant multi sapientiam ejus, & usque in seculum non delebitur, non recedet memoria ejus a generatione in generationem. Futuram expectat ejus corpus terræ mandatum in ecclesia Patrum Oratorii ad sanctum Honoratum. Librum insignem de ejus vita conscripsit doctus & pius theologus N. Amelote, qui postea nomen dedit Oratorii congregationi. At post obitum Condreni, qui de industria abstinerat a libris scribendis, ut vel sic a memoria posteritatis excideret, aliquot ejus epistolæ pietatis collectæ cum paucis lucubrationibus aliis in publicum emissæ sunt, quas cum plurimi faciant omnes qui devotioni addicti sunt, in iis tamen viri tantæ pietatis & ingenii levissimum specimen adunbratur.

III. Franciscus Bourgoing tertius præpositus generalis congregationis Oratorii e Nivernensium familia nobili duxit originem, quæ præclaris ecclesiæ & togæ muneribus perfuncta, ut testantur annales patriæ, necnon sacellum basilicæ Nivernensis Burgoinois additum, postea Luteciam migravit, ubi Franciscus nascitur 1585. Martii 18. patre Jacobo fenatore, Guillelmi quoque domini de Poissons & de Belleperche centumviralis iudicii apud Parisios fenatoris filio. A natura corporis præstantiam, a Deo bonam animam sortitus, a teneris annis optimis humaniorum literarum studijs imbutus, cum in Sorbona theologicis feliciter incubisset, inter sex primos congregationis Oratorii sacerdotes electus est a Domino, ut cum Petro de Berulle hujus essent in Christo fundamenta, ad quorum vitæ exemplar ceteri postea informarentur. Vigeat sane in illis mira quedam pietas, & odor bonus Jesu Christi ex eorum virtutibus exhalabat, quo pertracti statim plures huic societati adjuncti, postea se in varias provincias effuderunt duce Francisco, qui a Berullo missus tum in Gallias, tum in Belgium, plures familias solus propagavit quam ceteri omnes; ita ut non immerito de ipso dicatur quod fuit *in labore & ærumna, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate, præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia quotidiana & sollicitudo omnium ecclesiarum* congregationis. Nam sub Carolo de Condren decessore suo divinæ contemplationi dedito vicarius generalis congregationis creatus, illi providebat vigilantissima cura, quæ etiam in septuagenario perseverabat. Defuncto ergo Condreno, generalis præpositus electus est Franciscus anno 1641. nonis Maii, necnon ab Aurelianiensi duce a secretis confessionibus expeditus. Tum maxime curavit ut suam congregationem non modo verbis & frequentibus pietatis colloquiis instrueret, sed passim vitæ austerioris & laboriosissimæ exemplo informaret; D zeloque incensus pro domo Domini, multa clericorum seminaria de consensu & auctoritate episcoporum erexit, plures theologias positivas, scholasticas & morales passim in congregatione instituit, ut tum sacerdotes Oratorii, tum externi divinis disciplinis erudirentur. Denique passim domos & ecclesias congregationis auxit, restauravit, novasque condidit. An. 1645. petiit & obtinuit a capitulo generali congregationis S. Mauri mutuam suffragiorum societatem. Interim vir improbi laboris cum nullis desisset pietatis & suæ præposituræ officijs, compositioni quoque vacavit librorum piorum. Edidit Lignum vitæ dum in Belgio versaretur; meditationum pro toto anni decursu magnum volumen; alium libellum pro secessu sacerdotum, religiosorum & secularium; scripsit quoque directionem pro iis, qui missionibus incumbunt; necnon alium librum pro ordinandis, quo vitæ clericalis rationem instituit. Homilias etiam pro Dominicis & festis totius anni utilissimas, quibus parochi sæpius utuntur. Varias quoque circulares epistolas, in quibus singularis pietatis affectus, & scientiæ Dei thesaurus elucescit. Vitæ quoque sanctorum martyrologij, adjun-

*Tomus VII.*

A ctis singulis diebus homilias aggressus est, cujus operis, quod sibi duodecim voluminibus compæcti proposuerat, secundum & tertium anno 1654. edita sunt, cetera præsequi, aut alia tantæ molis opera, impedire plurimæ, quas subinde passus est, apoplexiæ, tancti notuisti anno 1662. die 28. Octobris ætatis 78. mortuus est, exaltis in præfectura 21. anni. Amplissime illi pro dignitate & merito parentatum est die 4. Decembris sequentis, sacris operante in pontificalibus Antonio Godeau Grassensi episcopo, ac perorante celebri Jacobo Benigno Bossuet nondum episcopo, qui serventem catholicum, anti-  
B que notæ christianum, a Deo doctum theologum, concionatorem apostolicum, ministrum non litera, sed spiritu Evangelij, & uno verbo sacerdotem eo nomine dignum appellavit. De cujus concionibus in celeberrimis Franciæ & Belgij pulpitis ita loquitur: Quo zelo insectabatur vitium, quibus illecebris alliebat ad bonum! Evangelicum verbum ex ipsius ore vividum, acre, fervidum igneumque nunquam non egrediebatur; nec mirum, cum non tam partum labore lento & tardo, quam cœlestis fructus esset furoris, & subitæ illustrationis. Mitto cetera quæ plurima congerit de vitæ ipsius austeritate.

C IV. Johannes Franciscus Senault Parisiis oriundus, Antuerpiæ natus est parente Petro regi a secretis & scripturario in civili tabulario senatus Parisiensis, viro nominatissimos inter illos sedecim factiosos non ultimo, a quo filius longe fuit absimilis, reipublicæ tam studiosus, quam pater insectus fuerat. Seecedente patre apud Belgium, studiorum inchoavit filius cursum in Duacensi Universitate, quem absolvit in Parisiensi. Præfecto generali cardinali de Berulle juvenis congregationem ingreditur, qui continuo valens oris dote & regendi facultate plurimum visus, utrumque dum vixit pari laude munus obivit. Et quidem hoc in præcipuis sodalium domibus, 25. & amplius annis, ubi suavitate morum, comitate & caritate omnium sibi animos conciliavit. Alteri vero, seu prædicationi quadraginta propemodum annos incubuit, postquam, ut ipse fassus est, quinquem limando dicendi generi, & studio theologiae, scripturæ sacræ ac SS. patrum nutriendo adlaborasset. Quem vero ex hoc labore tulit fructum, colligere licet ex libris ab illo editis, quales sunt panegyrici sanctorum tribus voluminibus in quarto, paraphrasia in Job toties edita, tractatus de usu passionum, de viro fonte, de christiano, de monarcha, seu de partibus supremi domini, ut omittam orationes funebres, quæ plurimæ sunt. Modestum & gravem in cathedra videtur voce clara & sonora, gestuque nobili & composito pollentem, disertum eloquio, scientia, pietate & ratione plurima nutrito, quo in dicendi genere facile principem dixeris, cum anteriores & æquales predicatorum diversum plane genus, a cathedra vere alienum induxissent; quod de illo licet æmulus D. de Lingendes ex Jesuita factus episcopus Maticonensis testatus est. Hoc etiam dono singulari ad prædicandum prædixit erat, ut & doctis ac imperitis clara esset dicendi ratio, & fortis in omnes, etiam

R r r

magnates, imo & reges, illis tamen illis debita reverentia, quos semper & dociles & sibi gratos reperit. Neque mira videtur debita illi ipsius dicendi fortitudo, cum ab omni seu honorum, seu dignitatum & honorum amore adeo abstractus esset, ut a se post absolutum in aula quadragesimali studium petenti cardinali Mazarino, quid exoptaret, responderet se feliciter illo, nihilo opus habere, recusaverit pensiones in beneficia sibi oblatas a regina matre, imo duos episcopatus, quorum ultimum renuendo anno ætatis 62. hoc memorabile responsum dederit, fore ut si episcopus esset, mori vellet alumnus congregationis, nedum ex eo statu ad episcopatum transire. Sed neque minus abhorrebat a domesticis honoribus, ad quorum primum 17. Aprilis 1663. canonicè assumptus, vix adduci potuit ut acciperet, tametsi jam diu bene regendi periculum fecerat, unde nec auditus, colium tandem jugo subicere coactus est, summo suæ congregationis bono, quam prudenter juxta & feliciter difficillimis temporibus gubernavit, cujus & alumnis in amore semper ac delictis fuit, quorum vel minimo scribenti ad se ipsemet rescribendi onus suscepit. Tanti eum faciebatur rex, ut ab illo una cum D. Cosma a S. Michaelis Fulensium præposito generali delegatus fuerit, qui renunciarent libertatem reformatos inter Dominicanos controversiam occasione bullæ datæ a cardinali Vindociensi legato a latere, qua ipsorum erectæ in provinciam congregationis pater Dubois primus nominabatur provincialis. Quanquam vero nullis suæ dignitatis officiis Johannes Franciscus deest, non intermisit tamen prædicationis munus, quibus sedulo adimplendis exhaustus tandem viribus, victima zeli sui apoplexia corripitur, qua dies intra quatuor occubuit ætatis anno 71. die 3. Aug. 1672. cum Deo gratias egisset, quod neque bonis, neque honoribus ecclesiasticis potitus fuisset. Exsequias ejus plurimi cohonestarunt episcopi, pontificali pompa sacrum faciente

Tuffano de Janson Fourbin episcopo Massiliensi posteaque cardinali, ac funebrem orationem pronunciantem Johanne Ludov. de Fromentieres mortuo episcopo Adurensi, 30. Sept. pridie electionis novi generalis, coram cœtus delegatis. Exstat Johannis Francisci elogium historicum scriptum a Carolo Perrault, tomo primo collectionis elogiorum virorum illustrium pag. 13. in folio 1699.

V. Abel Ludovicus de S.<sup>te</sup> Marthe Parisiis natus est ex gente præstantium virorum tam in republica literaria, quam in civili ferace. Avus ejus Carolus de S.<sup>te</sup> Marthe simul orator, jurisconsultus, poëta, historicus, patriæ studiosissimus ac religionis, & principi suo addictissimus, tres procreavit dignos se filios, Abelem majorem, qui regi a sanctioribus consiliis & custos regie bibliothecæ diem suum obiit; alii duo fuerunt Scævola & Ludovicus gemelli fratres, ambo regi a consiliis & Franciæ historiæ conditores, mente & corpore plane similes, qui concordissime toto vitæ circulo convixerunt, iidem addicti laboribus literariis. Ex altero vero horum duorum, Scævola nupem secundo Caroli filio & Elisabetha Dumoulii parentibus prodiit in lucem anno 1621.

Abel Ludovicus, secundus etiam ex tribus eorum natis. A puero ingenium acre & vigeus, egregiam memoriam, maximam ad literas facilitatem, nec minorem ad superiores disciplinas, historiam, philosophiam & mathematicam præ se vitæ propensionem: quibus adde judicium sagax circa liberales artes, sculpturam & architecturam. Aliquando etiam forensis causis defendit, quibus & mundo valedicto, sacris se adstringere proposuit, tonsuram clericali jam tum initiatus; statimque ingressus Oratorium mense Oct. 1642. inibi præclaras animi dotes omnibus quæ christianum & sacerdotem decent virtutibus condire didicit & in salutem conferre, adeo ut evaserit sacerdos Christi cultor studiosus, qui plus nihil ambiret, quam in clero disciplinam restitui, integrosque mores, absolutum ipse veri sacerdotis exemplar in doctrina, in integritate & gravitate. Mentem ad studium proclivem ad res appulit ecclesiasticas, patris ac patris exempla secutus, qui non ita pridem Galliam christianam quatuor in tomos distributam evulgaverat. Hujus squidem operis novam amplem meditabatur editionem, quin & universarum orbis christiani ecclesiarum historiam, cum jam percurtandis hanc in rem monumentis sæpius diceret impensa a gente sua decem & amplius millia librarum, nisi novæ sibi accrevissent occupationes, & mors alterius fratrum intercessisset. Hoc, inquam, in labore assiduus fuit, quando S. Maglori præfecturam gessit, nec prius ab ea liber, quam anno 1663. quo factus assistens superioris generalis, substituit in operis prodomo in hunc modum evulgato: *Orbis Christianus a Samaritanis edendus Parisiis. 1664. in folio*. Circa hoc tempus omnia illa monumenta hereditario jure adeptus cum suis, quæ proprio labore comparaverat, congregationi suæ tradidit, quorum subinde ab illa perhumaniter copiam accepit D. Dionysius de Sainte-Marthe Benedictinæ congregationis sancti Mauri alumnus, posteaque superior generalis, qui hoc & suo sodaliumque labore partis subsidiis, tria Gallie christianæ volumina, totidemque hæcenus adsciti foliæ ediderunt, edendisque reliquis indefessi adlaborant. Jam igitur Abel factus regiminis particeps sub titulo assistentis, demum ejusdem qui totum pondus habere electus est die 3. Octobr. 1672. posthabitis omnibus, quas advenire potuit rationes aut excusationes, ut magistratum eluderet; quamobrem etiam abfuit a proxima sessione, scripsitque ad cœtum literas, qui neque explicatas ad eum remisit, veritas ne, ut res erat, confessionem ejus continerent. Triduum jam erat, quod munus delatum constanter & sincere deprecabatur, cum tandem fassus amicum, qui schismatis turbinem in congregatione formidabat, plerisque electoribus ab altera abhorrentibus electione, regimen suscepit, ad cœtum verba fecit caritatis flammam & dulcedinem spirantia, tum ad singulorum genus provolutus, illosque amplexus cum singulari cordis affectione, consentit ad ecclesiam pergere, ubi secundum usum decantaretur hymnus *Te Deum*, cui episcopi Augustodunensis & Biterrensis cum frequenti magnatum caterva interfuerunt. Dignitati nunquam non

modestia concinit. Nihil non egit, ne in sui consilii deliberationibus, cum aequalia forent suffragia, sibi vox præponderans cederet. Nullius modestior fuit supplex, nullius modestior vestitus. Nunquam passus est, uti superiores generales, curam reparari, tamen communitus minores impensas fore, quam si ad conductus rhedas frequentior necessitas coegeret. Præfat, aiebat, pluris emere simplicitatem, quam sumbitis parcendo carere. Virtuti & alterius exemplo ac disciplinæ indulgere magis quam parcimonie decet. Cumque illi suadere conarentur, ut pro dignitate condecens ageret; credite, inquietabat, novi plus quam existimatis laicos: in prælati ecclesiasticis simplicitatem exigunt: quam dum in se illibatam servaverunt, nulla alia re opus habuerunt ut sibi reverentiam & honorem conciliarent, necnis pristinis vacui virtutibus mutuati sunt ambitiosa illa quæ sibi hodie honorum insignia præsumunt. Ego vero, inflabat, precor assiduum Deum, ut in superioribus majoribus congregationis incolumem servet hanc simplicitatem, quam qui colerint, illis haud dubie subditi libentius ac fidelius obsequantur, quod ipse Abel quotidiano se novisse experimento testatus est. Tanti eum faciebat meritorum æquis æstimator D. Colbert, ut una cum Francisco de Harlay Parisiensi episc. abbate Desfontes regi a sanctioribus consiliis & patre Ferrer regi a sacris confessionibus delegatus anno 1673. ut resisterent in conventu Fratrum Prædicatorum vici sancti Jacobi disciplinam & concordiam, provinciam habuerit rem explicandi, cui dum vacat, pluries alumni domus illi se stiterunt profertendi gratia ad consultandi rationes, quibus diligenter expensis, octo capitibus statuta edidit, quibus restituta sunt pax & disciplina, summa superiorum majorum gratulatione, qui non semel gratias illi egerunt, suoque decreto quod effecerat ratum habuerunt, firmandumque rescripto curatum apostolico 26. Martii 1675. iterumque roboravit consilium regium 20. Maii 1676. Similibus quoque provincia illi a rege demandata pro religiosis Augustinianis suburbii S. Germani, æque profperum sortita est effectum.

Cum rex imperasset missiones pro recens ad catholicam religionem conversis annis 1685. & 1686. tanto studio hortatus alumnos est ad suam illis conferendam operem, ut amplius centum se obtulerint, pro quibus methodum scripsit maxime idoneam a pravus ad vera dogmata revocandis heterodoxis. Suggestit etiam suæ congregationi penitus applicare se studio disciplinæ ecclesiasticæ, ac præsertim illi se accommodare, quapropter in plerisque domibus instituit collationes, studia publica & domestica, quorum materiam suppeditarent concilia & varia disciplinæ capita. Studium ejus singulare erga hierarchiam, & doctrinæ ac morum integritatem, necnon summa episcopali dignitati ab illo exhibita veneratio, tantam ei præcipuorum episcoporum existimationem pepererunt, puta cardinalium le Camus & d'Estrières, necnon Henrici Arnaud Andegavensis & Felicis Vialart Catalaunenensis præsulum, ut intra decem primos regiminis annos seminariorum 12. curam & administrationem acquiserit, & undequaque oblata ei fuerint

*Tomus VII.*

collegia, quæ fere omnia recusavit. Inire tamen gratiam proprii pastoris Francisci de Harlay Parisi archiepiscopi nunquam valuit; imo vero, regi gratiosus præsul non cessabat Abelem exhilarere virum inquietum & turbulentum, nec idoneum regimini, adeo ut non semel quasi iussu regis a regendis congregationis negotiis abstinere illum coegerit, quem nec satis habens publicæ hocce, ut ita dicam, exilio secreto, publico affici, quo in prioratum S. Pauli de Nemore Suffoniensis diocesis unitum congregationi amandabatur, per literas regias datas 5. Oct. 1690. procuravit. Eum scilicet præsul apud regem accusaverat, quasi ex ipsius conclavi per famulum corruptum subripisset epistolam, quam tamen delapsum revera nescio quo casu in manus Sammarthani, probe sciebat præsul nunquam sibi reddidit fuisse, et eo mortuo Carolus Mauricus le Tellier Remensis archiepiscopus qui hanc illi reddendam acceperat, regi testatus est. Rex nihilominus nullis amicorum gratia valentium precibus, vel etiam summi pontificis Innocentii XII. cui non minus, quam Innocentio XI. notus & carus erat Sammarthanus, per suum nuncium N. Cavalerini instigationibus iteratis flecti potuit, ut mutaret decretum, nisi quod per sexennium, quo exulavit, varias congregationis incolentes domos licentiam habuerit Sammarthanus, puta Lugdunensem & Salmuriensem bætæ Mariæ de Ardilleriis, ubi concenteratum ædis fastigium extruxit, & pro sua in Deiparam Virginem devotione ecclesiam sui expensis exornavit tabernaculis marmoreis.

Denique Abel cum insigne damnum congregationi ex hac veluti anærchia capite remoto mætuert, certus aliunde liberam fore successores electionem, ex animo dignitati nuncium remisit int cœtu habito Parisiis mense Septemb. anni 1696. cui adesse concessum est illi, idque tam expressis verbis declaravit, ut cœtus vel invitus ad alterius præpositi generalis processerit electionem. Cessio ni haud ultra menses sex superstes fuit; quo tempore liber in quo vellet habitandi loco, retentis dignitatis debitis honoribus, posthabitis Parisiis, secessit in eam solitudinem S. Pauli de Nemore, ubi cum die sancto Paschæ an. 1697. rem divinam celebrasset, insequenti nocte fato sublatu est ætatis anno 77. fide plenus, zelo & bonis operibus. Cor ejus tantum Parisios allatum, in ecclesiæ domus Parisiensis conditum est, cæremonis adhibitis, quales pro ceteris sunt præpositis generalibus, demta oratione funebri, secundum quod ipse in comitiis statuendum curaverat, abstinentium nempe ab hac in simili casu cæremonia. Ingenii vigorem usque ad obitum retinuit, vir spectatæ integritatis & ab omni siccitate alienæ, simplex & modestus in vultu & totius corporis habitu, qui præterquam in templis & publicis ædificiis oderat magnificentiam. Artium & scientiarum intelligentissimus, scienter de his fermocinabatur: in familiaribus colloquiis urbanus & elegans vastum ingenium in omnibus demonstrabat. Denique christiani & generosi animi innumera dedit specimina.

VI. Petrus Franciscus d'Aerès de la Tour naus est Parisiis 21. Apr. 1653; in parochia S. Rochi,

R r r ij

patre Henrico d'Aerets domino de la Tour consiliario regis & ejusdem hospitii ordinario magistro, duce ac prefecto castris de Tonquill pro rege, posteaque primo domine de Montpensier deductore, matre vero Maria Sibilla Fautrier de Malleval. Eminentis insigniter philosophiæ ac theologiæ cursum in academia Cadomensi an. ætatis 19. Christi 1672. 15. Augusti in Oratorio admittus fuit, ubi vix sacerdotio initiatus est, cum verbo Dei disseminando destinatus, quanto qui celebriores, tanto cum successu hanc provinciam gessit. Vir probus quam qui alter, iuxta & piissimus, omni semota singularitate ab hominum consortio remotus, scius omnium scibilem pro ætate, maxime quoad sanctorum patrum & ecclesiasticæ discipline doctrinam, ingenio simul perspicax & maturus, necnon acri & firma pollens memoria, in scribendo candidus, acutus, florens & limatus, ac imprimis pietatem redolens, vocatur Parisios reluctans, ubi cum ingenti fructu & fama celebriores cathedras frequentavit. Functus etiam est tam digne ministerio regendi seminaris S. Maglorii cum præcipua auctoritate, ut fere omnes clerici ultro ei assultarent, tanti eum faciebant; imo plerique celebriores regni antistites, quales Meldensis, Remensis, Parisiensis &c. qui longo viro eximii consilii, prudentem, moderatum, spectatæ integritatis, ac denique secreti capacissimum noverant. Quorum omnium concilii sodales, dignitati nuncium remittenti Sammarthano subrogarunt Petrum Franciscum de la Tour ætatis an. 44. die 14. Sept. 1696. qui 36. præfecturæ annis, sui expectationem non modo constanter sustinuit, verum & adauxit; ac procul diffusit in variis quæ tractanda illi fuerent periculose plenè alee temporibus negotiis. Rex Ludovicus XIV. virum prudentissimum prædicavit. Cardinalis Gualterius, dum erat nuncius, colloqui cum illo quem sæpius invisebat, non satiabatur. Regni proces, primique magistratus, quos inter hodiernus Franciæ cancellarius, fidum habitum veluti oraculum consulebat. Defuncta Angliæ regina uxor Jacobi II. & ultima princeps de Condé illum impensè venerabatur: sponsum ejus Henricus Julius princeps de Condé, princepsque de Conti patruelis ejus sub extrema vitæ tempora conscientiarum moderatorem assumerunt, alique plures utriusque sexus nobiles ab eo instituti, bonus Christi odor esse non destiterunt. Nemo nescit quam parvi faceret quæ tanto sunt in pretio apud mortales, honores, dignitates, divitias. Submonitus regnante Ludovico XIV. utrum gratus illi foret Ebroicensis episcopatus, constanter recusavit. Invitatus a cardinali Noallio consilii conscientie præfecto, ut ecclesiam Rotomagensem administrare vellet, noluit pariter acquiescere, præ modestia sane mirabili, quod omnes amicos etiam latuerit. Abstinenti a muneribus accipiendis sibi legem imposuerat, dum e contrario nihil ei gratius esset quam dare, & quidem tam egregie tamque largiter, ut dandi ratio magis quam donum placeret. Neque minus erat accipiendi parvus pro congregatione dona, quæ tametsi bonis & honestis rationibus facta, ut plurimum imminuta, vel ex toto suppressa volebat. Pater amoris & benevolen-

tiæ plenus sua in alumnos & eorum parentelam magno & excelso animo conserebat officia. Omnibus affabilis nulli se superiorem exhibebat, exosus maxime cultum servierunt. Vir omnium horum, quem licet vehementer occupatum, fere otiosum crederit, cui cum eo res agenda. Scribis nunquam non deditus, nullquam visus, sibi semper constans, & cunctis vitæ officis æquabilis, ea morum commoditate, ut ne minimum tædii, commotionis, dolorisve specimen unquam dederit, quam non deerant occasiones. Felis expertus & amaritudinis malum pro malo reddere nesciebat, qui graviora quæque passus in se, ne verbo quidem significavit. Quot illi superandas difficultates, quot anxietates vorandas tam diuturna tamque exercita præfectura suppeditavit! Vix alium excogitaveris, qui tantis par esset ferendis laboribus, cum accrescerent in dies, & succedentes prioribus essent operosiores, adeo ut Oratorii congregatio suam rectori tam sapienti debeat salutem. Cum insuper scirent omnes ingenio sagacem, vastum & omni doctrina instructum, sua quique ad eum dubia deferere, ejus & consilii stabant, certi eo se ducere errare non posse, qui probe noverat leges, earumque principia, ethicam & ipsius fontes, maxime cum secundum illa vitæ rationem institueret. In privatis sermonibus, quos bis in mense ad patres suæ domus Parisiensis habebat de aliquo scripturæ sacre libro, seu in comitiis generalibus congregationis, de regno Dei tam clare, tam egregie, tam vehementer, tamque suavi pietatis sensu distilaret, ut nemo non diceret, quovis alio dignius de Deo locutum, &, ut verbis ut scripturæ, *magnifice tractabat sapientiam & ut sapientiam habens*. Demique octogenarius licet, in omni re ad disciplinam pertinentem continuum usque ad supremum hactenus præbuit exemplum, præfens ubique, vel etiam orationis matutinæ; quem ita comparatum mors quidem subita, sed non improvisa sustulit die 13. Februarii 1733. cum pridie sacrum fecisset eo quo solebat pietatis sensu. Quantus porro singularis omnium ordinum stupor ex illo casu advenerit & dolor, cogitare facilius est, quam dicere. Luxit, inquam, eum omnium ordinum cæcis, congregationis patrem piissimum & tutorem firmissimum, proborum exemplar, ac piorum ducem fidum & securum.

VII. Ludovicus de Thomas de la Valette natus Telone ex gente nobili & vetusta quæ plures habet ramos in senatu Provinciæ, filius Francisci de la Valette ex Lucretia de Cadenet de la Tour, septennis Parisios mittitur institutus more nobilitium, una cum binis majoribus natu germanis, quorum alter hodie regiarum præfecturam navium insigniter gerit, alter vero episcopus est Augustodunensis. Præmature studio literarum contexto, destinatus primum a parentibus ordini Meliteni, tum obsequio regis in re maritima, demum vocante Deo congregationi Oratorii nonien dedit Lugduni ætatis anno 17. Christi 1695. Tantum ab initio pii animi fervorem ostendit, tantam ab cælestia conversionem, quæ in dies augebatur, ut paulo postquam ad sacerdotium evehctus est, illi juniorum congregationis clericorum credita fuerit

institutio, qua in executione viginti annis conversatus est, totumque vite curriculum lubenter exegisset, nisi superior præpositus generalis evocatum in domum Parisiensem, quasi consortem regiminis effecisset sub titulo assistentis, & postea superioris domus, quod quidem munus gerebat anno 1733. tum cum defuncti Petri de la Tour in locum subrogatus est superior generalis electorum suffragiis congruis. Biduo pertinaciter deprecatus est munus, nec annuit nisi tum consilio & auctoritate Parisiensis archiepiscopi consanguinei, tum gravissima & pergrata epistola cardinalis administræ, ac suo tandem subactus in regem obsequio. Nam Renatus Heralut regi a sanctioribus consiliis, eum conveniens in domum Institutionis ad quam se receperat, iussa regis ei significavit, ut electioni acquiesceret. Suscepit ergo munus impositum, dicens coram patribus congregatis, se quemadmodum Christus acceperat crucem, ita munus accipere, quibus se totum debebat, quietem, sanitatem & vitam ipsam, quam faxit Deus longam.

### CONGREGATIO SACERDOTUM A MISSIONE

Constat viris ecclesiasticis cleri secularis, & laicis, seu fratribus coadjutoribus. Illorum finis est propria perfectioni studere, pauperibus & maxime rusticis Evangelium prædicare, necnon clero addicis, quibus scientiam & vite instituto necessarias virtutes acquirant, adjumenta subministrare. Huic fundandæ congregationi præbuit occasione missio in ecclesia de Solleville diocæ. Ambianensis, impulsu dominæ loci Franciscæ Margarete de Silly conjugis Philippi Emmanuelis de Gondy, suscepta a Vincentio de Paul 25. Jan. 1617. quem tunc liberorum institutorem itineris comitem adhibuerat. Hæc adeo prospere missio cessit, ut inde laudata domita consilium cepit tradendi fundum 16000. librarum ad missiones singulis quibusque quinqueannis habendas in suis prædiis. Probavit consilium Philippus Emmanuel conjux, quo cum fratre Johanne Francisco de Gondy primo archiepiscopo Parisiensi communicato, hic non solum annuit, verum & huic fundationi destinavit collegium Bonorum puerorum, quod penes illum erat, pro sacerdotum habitatione. Tum vero Vincentius rogatus consentit accipere collegium cum cura sacerdotum, qui cum eo illic se reciperent, & missionum, quibus operam darent; fundationem quoque nomine sacerdotum accipere, & quos pio huic consilio reperire idoneos adoptare. Statuta hunc in modum re & executioni demandata die prima Martii 1624. Parisiensis archiepiscopus literis datis anno seq. 17. Aprilis, collegii Bonorum puerorum moderatorem renunciavit Vincentium, cui mox laudati conjuges quadraginta librarum millia numerata pecunia dederunt ad inchoandam fundationem, cum facultate tot eligendi sacerdotes, quot alere possent fundationis redditus, qui sic electi sub ejus moderamine permanerent, quandiu superesset in vivis; adeo tamen ut ipse in domo fundatorum remaneret, & spirituales, uti hæcenus, familie impenderet opem. At cum pia fundatrix obiisset

A paulo post, vigilia scilicet S. Johannis Baptistæ ejusdem anni, Vincentius perlato hoc inauso nuncio ad maritum in Provincia tunc degentem, ejusque obtento assensu ut ad collegium Bonorum puerorum secederet, Parisios rediit, ubi mox summam imposuit manum instituendæ congregationi a Missione, quam probavit archiepiscopus 24. Aprilis 1626.

N. Portail cum Vincentio assiduus per quindecim annos, non commisit, ut eum relinqueret in occasione tam opportuna: duo quoque Picardt sacerdotes N. de Coudrey & N. de la Salle hoc institutum ambierunt, quos tres Vincentius sibi socios allegit in executionem fundationis, charta conscripta coram notario die 24. Septemb. ejusdem anni. Paulo post quatuor his alii quatuor se adjunxerunt, quorum decem numero insigniter aucto, Urbanus papa VIII. cætum hunc in congregationem erexit sub titulo Missionis, bulla data mense Januario 1632. permisitque Vincentio, ut statuta conderet ad eam informandam, quam & Ludovicus XIII. communivit mense Maio 1642. regio diplomate in commentariis Senatus Parisiensi relato mense Septembri ejusdem anni.

Dum hæc aguntur, ex inito pacto 7. Januarii anni 1632. inter Adrianum le Bon ordinis sancti Augustini alumnum leprosaræ domus S. Lazari administratorem & Vincentium de Paul, assensu haud dubie archiepiscopi, qui superior hujus domus, huic administrandæ clericum, seu regularem seu secularem præficeret, & pro libitu amovebat, a quo & sub finem cujusque anni reddituum rationes exposcebat, ab iis sacerdotibus inita est hujus domus possessio laudante archiepiscopo literis datis ultima Decembris 1633. & confirmante Urbano VIII. mense Martio 1635. Id porro negotii spectantes chartas Senatus Parisiensis in commentariis retulit feria secunda 21. Martii 1633. & diploma regis datum 1660. mense Martio, commentariis adjecte feria quinta 15. Maii 1662. Ceterum domus illa sancti Lazari cum ob spatiosas ædes & sacerdotum frequentiam alumnorumque in ea degentium, tum ob assiduum ibidem præpositi generalis commorationem facta est caput congregationis, quæ cum magis ac magis utilis esset, magnos subinde progressus fecit, tam Parisiis, ubi seminarium sancti Caroli obtinuit, quam non solum in toto Franciæ regno, verum etiam in exteris nationibus. Admissa Tullii est 1635. donata 1637. domo beatæ Mariæ de Rosa in Aquitania; insequenti a cardinali de Richelieu constituta Richeloci & Lucionæ; & anno 1639. Anneci in Sabaudia sedes illi concessa. Triennio post 1642. ducissa d'Aiguillon Mariæ de Vignerod tres eidem congregationi fundavit domos, Romæ scilicet, in suo comitatu Aginensibus, & Massiliæ. Anno 1645. cardinalis Durazzo in urbe Genus constituit congregationis domum; & anno 1651. regina Poloniæ Mariæ de Gonzagus in urbe Varsovia. Denique tam brevi dilatata est congregatio, ut Vincentio fundatore adhuc superstitè, constaret viginti quinque domibus, quarum ultima Taurini anno 1654. instituta est.

His accessere post Vincentii mortem, domus B.

R r r iij

Marie de Buglose in parochia de Poui ipsius loco natali, data sodalibus provincie Aquitanice anno 1706. a Bertrando d'Abadie d'Arbocave Aquisi episcopo, & ab N. de Betbeder parochia de Pouil, qui hanc parochiam unierunt congregationi: seminarium minus sancti Caroli in urbe Pictavio constitutum anno 1710. a Johanne Claudio de la Poype de Vertreiu episcopo: Florentie domus fundata 1703. a papa Clemente XI. & a magno Tuscie duce: in urbe Firmo fundata eodem anno a cardinali Cinei: Barcinone 1704. a duobus cathedralis ecclesie canonicis: in urbe Forli 1709. a cardinali Paulucci; hæc quatuor domus in provincia Romæ: fundata Ferrarie domus a marchionissa de Villa-Camille Bevilacqua 1694. Cremonæ 1702. ab N. Malossi canonico ecclesie cathedralis, & magno episcopi vicario: Casalii plurimorum operiorum vironum 1710. hæc tres in provincia Longobardie; ac denique in provincia Polonia domus de Xowicz in diocesi de Gnesne fundata 1689. a cardinali Redziejowski.

Ejusdem congregationis alumni a Ludovico XIV. instituti sunt apud Fontem Bellaqueum, ut parochie curam haberent anno 1661. & apud Versalias 1674. ut cum parochiam, tum regiam capellam administrarent: in Parisiensi valetudinario mutilatorum militum 1675. curandæ parochie. quæ cum aliis duabus unita est congregationi; ac denique rex 1690. apud sanctum Cyricum, instigante Francisca d'Aubigné marchionissa de Maintenon, eosdem instituit, qui conscientias matronarum & nobilium puellarum sancti Ludovici moderarentur, & missiones haberent in prædii mensæ abbatis sancti Dionysii unitæ illarum societati. Evocati quoque fuerunt ad S. Clodoaldum anno 1688. a domino fratre unico regis duce Aurelianiensi, ut capellam ipsius ædium & hujuscæ burgi domus hospitalis curam susciperent. Romæ insuper alteram sibi pararunt domum anno 1697. & Innocentio XII. monasterium sancti Johannis & sancti Pauli in monte Celio illis largitus est, in quo seminarium interius & studia provincie Romanæ instituerunt. Hanc demum scribunt excrevisse congregationem ante annum 1720. ad quatuor supra octoginta domos, distributas in novem provincias, Francie scilicet, Campanie, Aquitanie, Pictaviensis, Lugdunensis, Picardie, Romæ, Longobardie & Poloniae. His omnibus adde fundationem ducissæ d'Anguillon pro sustentandis aliquot evangelii præconibus in Africa ubi ab anno 1645. stabiliti sunt, ad opem cum spirituale tum corporalem exhibendam pauperibus servis Barbarie, & anno 1697. ab Innocentio papa XII. nonnullos missos ad imperium Sincine, qui convertendis indigenis adlaborarent. Talis est congregatio Sacerdotum a Missione, quam præter Urbanum VIII. successores summi pontifices Alexander VII. & Clemens X. confirmarunt. Nunc de præpositis ejus generalibus, qui sunt ad vitam, disserendum.

## PRÆPOSITI GENERALES.

I. Sanctus Vincentius de Paul natus 24. Apr. 1576. in pago de Poui prope Aquas Frellicas, parentibus Johanne de Paul & Bertranda de Moras, theologie post decursum philosophiam tam felici profectu in urbe Tolosa studuit, ut jam anno 1600. sacerdotio initiatus, baccalauri gradum adeptus sit. Cum aliquando Massilie navem conscendisset Tolosam revertens, captus a pirata servus in Tunetano regno mansit, donec sibi conciliato ultimo patrono christianæ religionis defensore, cum eo penitente rediit in Franciam & paulo post accessit Parisios anno 1608. Illic ejus conscientie moderator Petrus de Berulle postea cardinalis, Vincentio fuisse ut curionatum Clipiaci susciperet, quem Franc. Bourgoing abdicare volebat, institutum Oratorii Sacerdotum amplectendi gratia. Morem gessit Vincentius, qui & eodem fuisse Berullo institutus liberis Philippi Emmanuelis de Gondi comitis Juniacensis, quos iuter Johannes Franciscus Paulus, qui fuit cardinalis de Retz, suscepit. Quamvis autem ea in domo Vincentius pie non minus quam in seminario viveret, alienæ tamen salutis præ studio, hinc abire statuit specie itineris: quem incertum quo iret, hortatus est Petrus de Berulle, ut in Bressiam Evangelii præconum penuria laborantem, & maxime parochiam Castellionis prope Dombas se conferret. Illuc itaque profectus, mox in unam collegit domum aliquot viros ecclesiasticos, qui se fortunatos nimium existimabant cum tam sancto viro societatem habere. At illa brevi evanuit felicitas; impatient enim domina de Gondi absentie Vincentii, quem in conscientie arbitrum & judicem assumferat, nihil non egit ut reditum ejus obtineret, adhibita cum auctoritate cardinalis de Retz mariti fratris tunc episcopi Parisiensis, tum Petri de Berulle qua valebat apud Vincentium gratia, qui demum cedens Parisios regressus mense Decembri ejusdem, quo discesserat mense Julio, anni 1617. repetiit ædes Gondiorum vigilia Natalis Domini, cum tanto exceptus gaudio maxime a domina de Gondi, ut verita ne iterum abscederet, induxerit ad ipsi promittendum se ab illa superstitie nunquam recessurum; factumque est ita, Deo sic volante, ut hæc pia femina locum daret congregationi, uti supra dictum est; pro qua Vincentius decretum tulit probatum Johanni Francisco de Gondi archiepiscopo Parisi. 19. Dec. 1641. ut *singuli congregationem deinceps ingressuri, post primum annum probationis in seminario expletum, bonum propositum toto vitæ tempore in dicta congregatione permanendi, paupertatem, castitatem, & obedientiam servando coram superiore sacerdoti, & post secundum pariter probationis annum in dicto seminario expletum, paupertatis, castitatis & obedientie, necnon stabilitatis, scilicet reliquo vitæ tempore, saluti pauperum ruficorum in dicta congregatione, juxta illius regulas & constitutiones applicantes votum simplex indispensabile, nisi a summo pontifice, vel a superiore generali pro tempore existente, inter missarum solemniam, superiore celebrante, sed non recipiente, emitterent.* Neque hic tamen substituit Vincentii zelus, quo erga

Scaval.  
Anq. Paris.  
tom. 3. pag.  
198.



proximum incensus, alia plura pia instituta excitavit pro sublevandis pauperibus tam circa necessitates corporum, quam animarum. Præterquam quod enim sodalitia caritatis in singulis parochiis in iura illi debent, instituit Filias a Caritate servitio pauperum egrotantium addictas, juxta institutum Filiarum a Cruce, cœtibufque dominarum pro servitio Domus Dei Parisiensis, necnon pluribus ptochotrophiis, puta exposititiorum, senum Parisiensium pauperum & remigum Massiliensium originem dedit. Adfuit Vincentius regi Ludovico XIII. morienti, regio post a regina regni rectrice consilio de rebus & beneficiis ecclesiasticis admotus. Harum vero totum pene pondus decennio tulit, quanquam nihil remittebat de cura congregationis; cujus servandæ incolomis gratia librum institutionum absolutum singulis dedit an. 1658. Tanti faciebat Vincentium. Alexander papa VII. ut fatigentem, quo vitam longius produceret, absolverit ab officio divino recitando; quo ipso tempore cardinalis Durazzo Genuensis archiepiscopus, Ludovisio major poenitentiarium, & N. Bagny nuncius olim in Francia hortati sunt eum literis, ut valetudini consuleret. At cum a Deo præstitutum remunerandi servum fidelissimum tempus adventasset, obiit 27. Septembris 1660. annum agens 85. sepultusque est in medio choro sancti Lazari, ubi peractæ sunt exsequiæ frequentissimo magnatum utriusque sexus concursu, in quibus serenissimus princeps de Conti, nuncius pape N. Piccolomini, & ducissa d'Aiguillon. Elapsus autem aliquot diebus, ritu solemniter decantata pro eo divina res est in ecclesia collegiata sancti Germani Autissiodorensis, ubi oratione funebri laudatus est ab episcopo Ancienfensi Henrico Cauchon de Maupas du Tour, edita Parisiis in quarto 1661. Cœpta demum 1704. inquisitione in vitam ejus, virtutes & miracula, ut a summo pontifice in beatorum numerum adscriberetur, id præstitit papa Benedictus XIII. ac denique Clemens XII. anno 1737. die 16. Junii cœlestibus annumeratum publico cultu honorari præcepit. Vitam ejus scripsit Ludovicus Abelly mortuus 1691. quondam episcopus Ruthenensis.

II. Renatus Almeras electus 17. Jan. 1661. obiit 2. Septembris 1672.

III. Edmundus Jolly in superiorem generalem cooptatus die 5. Januarii 1673. vivere desuit 26. Martii 1697.

IV. Nicolaus Pierron die 7. Augusti 1697. renunciatus, abdicata ob infirmitates præfectura, decessit 17. Augusti anno 1703.

V. Franciscus Watel rexit a die xi. Augusti 1703. ad 3. Octobris 1710. quo mortuus est.

VI. Johannes L. Bonnet ex assistente Francisci superioris, & post obitum vicario generali electus superior generalis die 10. Maii 1711. vitam amisit in domo sancti Lazari 3. Septemb. 1735. ætatis anno 72.

VII. Johannes II. Couty successit xi. Martii 1736. quo rectore ad plures annos desiderato letatur congregatio hoc anno 1741.

## A CONGREGATIO EXALTATIONIS S. CRUCIS DE PROPAGANDA FIDE.

Nomen habet congregatio hæc tum a die, qua incepit, facta Exaltationi S. Crucis anno 1632. tum ab ejusdem fine, hæreticorum scilicet ad fidem catholicam convertendorum & neophytorum in eadem confirmandorum. Auctor ipsius audit P. Hyacinthus Parisinus, concionator Capucinus, qui licentia jam pridem a superioribus accepta & a primo Parisiensi archiepiscopo Johanne Francilco Gondio approbata, dum eo munere fungitur in diocesi, e fructibus perceptis longe plures existimavit percipiendos, si societas institueretur piorum & doctorum virorum, qui singulis hebdomadis unum duove conventus haberent statuo in loco ad differendum de capitibus controversis. Placuit id consilii archiepiscopo, statimque primus habitus est conventus die festo Exaltationis sanctæ Crucis post vespæras, in quo visum omnibus est, quandoquidem hac die sub vexillo sanctæ Crucis decertare proponebant, appellare congregationem Exaltationis S. Crucis ad propagandam fidem, convertendos hæreticos & confirmandos recens initiatos christianis sacris. Actum dein est de legibus observandis, quas, annuente conventu, conditas, eodem fatagente dictus archiepiscopus laudavit die 6. Maii 1634. delegavitque Jacobum Charton Sorbonæ doctorem, poenitentiarium, qui ejus vice & nomine tanquam superioris, conventibus a congregatione habendis interesset. Tum Romam missas illas constitutiones Urbanus papa VIII. nonnihil mutatas comprobavit literis datis die 3. Junii ejusdem anni pontificatus undecimi, quibus oblati regi ab eodem Hyacintho, plus princeps adjectum diplomatum mensis Martio anni 1635. in commentariis magni consilii referri voluit die 6. Junii, causaque omnes congregationis ad hoc tribunal deferri 27. Julii ejusdem anni. Fuit autem hæc societas utriusque sexus (ut habent tum laudatæ literæ Urbani VIII. tum ejusdem alia indulgentia illi concedentis anno 1638. 29. Augusti) instituta Luteciæ Parisiorum in suburbio sancti Honorati intra cœnobii Patrum Capucinorum septa, ut sodales ejus & sorores pro suo quisque modulo convertendis hæreticis, & postea confirmandis, cum spiritualibus tum temporalibus subsidiis incumbere; ideoque ad hunc finem assequendum, cujuscumque sortis homines delecti, puta ecclesiastici, seculares, principes, viri docti, ac mediocrius sortis homines, ut quisque, Deo adjuvante, suæ conditionis hominibus ferre opem, atque facili negotio qua congressibus, qua hortationibus, qua integerrimæ vitæ exemplis eos ad veram fidei semitam reducere ac restituere possit. His ita constitutis & ut essent ad manum sodalium omnium editis, ipsamet sibi congregatio speciales condidit leges, quarum huc unam aut alteram describere non pigebit: cum scilicet in conventu Patrum Capucinorum vici S. Honorati a P. Hyacintho Parisino concionatore Capucino & Missionibus addicto congregatio hæc instituta fuerit, statutum est, ut post illius mortem,

alter ejusdem ordinis alumnus illius in locum a superioribus substituetur, qui specialem congregationis curam susciperet, conventibus & consiliis omnibus interesset, & prodirectoris munus obiret. Altera posita lex est, ut postquam in conventibus generalibus singuli de proposta re quod visum fuerit dixerint, unum ecclesiasticum virum & unum laicum directorem elegeret, qui seminarum conventibus adesset. Decretum insuper est, ut si aliis in urbibus singulares insistantur congregationes, cum Parisina natæ confunderentur & secundum ipsius leges gubernentur, salvis localibus, quas episcopi dioecelani præscribere vellent. Verumtamen congregatio illa optimis auspiciata fundamentis, tot ac tantis munita viris, quæ congregationem Montis Valeriani complexa, ut ita dicam fuerat, brevi in interitum vergit.

#### CONGREGATIO SACERDOTUM DE CALVARIA.

**P**arentem agnoscit hæc congregatio Hubertum Charpentier presbyterum dioecesis Meldensis, qui instituta in Benearum in Monte Betharam congregatione de Calvaria, Parisios accessit, ubi piorum & nobilium virorum instinctu sacerdotes aliquot congregavit, similemque in Monte Valeriani erigere meditatus est. Mons ille dictus Gallicæ *le Tourte* aut *le Terre*, situs non procul a vico Nemptodoro trans Sequanam, ad ecclesiam B. Genovefæ Parisiensis pertinens, terris desertis & incultis constabat. Has vacuas cardinalis de la Rochefoucault abbas & canonici S. Genovefæ Huberto cefferunt 30. Martii 1634. sub annuo censu sex denariorum per jugera & quinque solidorum clientelarium. Hubertus his acquisitis licentiam obtinuit ab archiepo. Paris. Johanne Francisco de Gondi capellæ exstremæ in Monte Valeriani, ibique tredecim sacerdotes aggregandi, quorum ipse esset superior sub jurisdictione archiepiscopi Parisiensis secundum statuta a Johanne Francisco iis porrecta 21. Augusti 1638. Tum ut congregationi suæ vires & robur adderet, societatem & quamdam, ut ita dicam, cooptationem inierat 17. Aprilis cum congregatione de Propaganda fide, de qua supra, quæ jam adolefcebat. Exorto anno 1649. inter ecclesias sanctæ Genovefæ & sancti Dionysii circa dominium Montis dissidio, novella congregatio ab abbate sancti Dionysii principe de Conti ibidem confirmata est, quæ insequenti a Ludovico XIV. approbata est eo prorfus modo, quo Ludovicus parens anno 1633. institutam in Monte Betharam congregationem sacerdotum de Calvaria approbaverat. Vitandi insuper in loco sancto scandali causa, interdixit rex cauponis & tabernis mensè Februarii anni ejusdem. Ludovici diploma in commentariis Senatus Parisiensis retulit 13. Septemb. 1650. Decennio post eo delapsa erat congregatio, ut ad duos sacerdotes redacta esset, quorum alter natione Germanus superiorem agens, ædes & fundum divendidit 9. Decembris 1660. fratribus ordinis Prædicatorum regularis observantiæ conventus Parisiensis SS. Annunciationis ad sanctum Honoratum. Hi regio subrepto

diplomate 8. Aprilis 1661. & venia ab archiepiscopo Leodii tunc degente impetrata 4. Februarii 1662. Montem invadunt 17. Martii sacerdotefque expellere conantur, qui oblato vicariis generalibus supplicii libello servati visi sunt; nam Prædicatoribus die 8. Novemb. anni ejusdem Senatus Montem reddidit ad tempus consulto, quod die 9. executioni demandatum. At idem Senatus melius consultus sacerdotes in integrum restituit 13. Julii 1664. quibus jussit, ut archiepiscopum convenirent ab ipso ordinandi, & si quæ erant in statutis reformanda, reformandi. Archiepiscopus itaque visitationem indixit 30. April. 1665. qua peracta, nominavit Petrum Coudere presbyterum & doctorem Tolosanum, vicariumque S. Sulpicii Parisiensis, ut congregationem ad praxim statutorum revocaret, & resluerit in eum, in quo superflite Huberto statu instituta fuerat. Petro a sacerdotibus revocato, Montem ipse ascendit archiepiscopus & sacerdotes visitavit 19. Aprilis 1666. ac Petrum reformatorem induxit. Manet ex ea die hæc congregatio sub diversis nominibus alias congregationes seu seculares, seu regulares referens, nisi quod immediate subest archiepiscopi jurisdictioni, superiorque ab eo approbandus singulis quibusque triennis a congregatione eligitur. C. Hujus pleniorum historiam, necnon & Eremitarum Montis Valeriani parat Johannes Baptista Heron Augensis, quæ prope diem lucem aspiciet; nobiscum autem quæ congesti sunt in rem documenta perhumaniter communicavit.

#### SUPERIORES.

**H**UBERTUS Charpentier honestis natus parentibus Columbariis in dioecesi Meldensi, baptisatus est 3. Nov. 1565. Postquam discipline læc fuisse, Parisios missus est, ut philosophiæ & theologiæ operam daret. Jam domus Sorbonicæ licentiatius erat, cum ob bella civilia secedere coactus, Burdigalam petiit, ubi philosophiam pluribus annis docuit. Virtutum Huberti allecti Saveriani cives, collegii sui moderatorem eum acciverunt. Nondum sacris ordinibus initiatus erat, quibus ab episcopo Vasteris donatus, primam missam in ecclesia S. Severi celebravit. Paulo post gravem in morbum incidit, votumque fecit ad beatam Mariam dictam de *Guarison* in dioecesi Aucienfis, cujus capellam conflagram ab hæreticis & desertam, a fundamentis exerit, ibidemque duodecim presbyteros instituit, quibus superior a dioecetano nominatus præfuit per annos duodecim. His exactis, restituentæ quoque capellæ B. Mariæ de Betharam in dioecesi Lalaurentis consilium cepit; statim Montem ascendit, vepres extricavit, muros excitavit, crucem plantavit, & pia auxiliante manu, ecclesiam reedificavit, ædæque pro sacerdotibus uno minus anno construxit, ita ut intra sex annorum spatium sex presbyteris alendis idonei fuerint reditus. B. Virginis capella absoluta, alterum executioni demandavit consilium, mysterium Crucis relevationem, ideoque tres altæ cruces elevate sunt Passionem Domini in amnis adventantium representantes, stationesque hæc illac mysteria Passionis referentes in Monte distributæ sunt. Capella

Capella in Monte Betharam restituta, a magistratu Burdigalensis evocata, ut hospitalis domus curam haberet, continuo vocanti se Deo morem gessit Hubertus, & Burdigalam agrorum & infantium causa profectus est. Cum autem inibi per aliquot annos subtilisset, occasione factus Parisios eundi, arripuit & accessit anno 1630. Vix adventum ipsius moniales Calvarii audierant, cum eum superiorem habere peroptaverunt, nec eas sefellit opinio ejus virtutis & sanctitatis. Dum hæc aguntur, incessit Hubertum cogitatio idem præstandi Parisiis erga Crucis mysterium, ac præstitit in Monte Betharam. Valeriani Mons aptissimus huic consilio ei visus est. Dum obtinetur ibi ædificandi licentia, pii quidam clerici ad hoc opus sese Huberto adjunxerunt & congregationem inchoarunt. Interim ædificatur capella, extruuntur pro sacerdotibus ædes, symbolam suam uniusquisque certatim ad stationes confert, surgunt cruces. Denique Hubertus quintum electus superior 24. Junii 1650. & confirmatus ab archiepiscopo 6. Julii, plenus meritis & operibus bonis obiit Parisi 10. Decembris 1650. Sepulta sunt, uti præceperat testamento condito 6. Sept. anni ejusdem, cor in Monte Betharam, corpus vero in Monte Valeriani, ubi Petrus Loisel parochus S. Johannis in Gravia ejus amicus & successor hoc ei dicavit epitaphium:

**TUMULUS D. HUBERTI CHARPENTIER** presbyteri annorum numero & vita immaculata venerabilis, in æde sacra Valeriani montis ad Parisios pie sepultus.

*Adjacet huic altari sacro  
Qui super manum Domini cecidit,  
Qui semper abscondi voluit  
Hubertus Carpenterius  
Meldenis sacerdos, Sorbonæ socius,  
Ubique ex necessaria dilectione officiosus hospes,  
Nullibi ex voluntaria paupertate peculiaris dominus;  
Domas tamen duas ad Pyrenæos montes erexit,  
Quæ suo vicissim institutore ægre caruerunt;  
Timuit nempe Garizonens cum disceret,  
Deinde Betharaneussem pauperiorem ei prætulit,  
Hanc postea amplificatam reliquit.*  
**Tandem illustrissimo archiepiscopo Parisiensium primo  
Joanni Francisco Goncio  
Novum se dedit hujus loci cultorem;  
Transiit quasi ex Judæa Calvarie locum,  
Et in eo crucem exaltavit,  
Sapientem egit architectum  
Qui in monte fundamenta posuit,  
Christo confixus hic commori debuerat,  
Sed nihil interfuit ubi decederet e vita,  
Qui in seculo extra seculum fuit,  
Et in ipso votivæ solitudinis exilio  
Ne relictum sibi voluit esse desiderium sui;  
Lutecie obiit in presbyterio sancti Joannis  
In ejus, quem diu amaverat, pastoris sui,  
In unius Dei conspectu, quem semper coluerat,  
Tomus VII.**

*Dignus plane immortalis memoria,  
Qui nec vixit sibi, nec sibi mortuus est;  
Qui quoad servavit animam, collaboravit evangelio,  
Et quando efflavit, oravit:  
Annos natus 83. mensem unum & sex dies, die 10.  
Decembris anno 1650.*

**II. Petrus J. Loisel** doctor Sorbonicus, parochus S. Johannis in Gravia & cancellarius ecclesie & Universitatis Parisiensis, superior erat 2. Dec. 1651. quo excepit fundationem Magdalenæ Aimeret. At variis dissentibus negotiis cessit, quandonam? desunt documenta. Desunctus 20. Maii 1679, annos natus 73. sepultus est in ecclesia sancti Johannis cum hæc epigraphæ:

#### EPITAPHIUM

**Clarissimi & sapientissimi PETRI LOISEL** Doctoris Sorbonæ focii, Ecclesie & Academiæ Parisiensis cancellarii meritisissimi, sancti Johannis pastoris vigilantissimi.

*Siste viator,  
Vixit Petrus Loisel,  
Rector, doctor, pastor, cancellarius,  
Virtutibus, meritis, laboribus, doctrina conspicuus.  
Natus Compendii, baptismo tinctus est die 6.  
Junii anno 1606.  
Rector Academia Parisiensis septies electus,  
Semel atque iterum in consistorio regio  
De fortunis ipsius Academiae strenue simul & pie dimicavit,  
Quam eloquentia & prudentia sua singulari  
Feliciter defendit & servavit.  
Sorbonæ socius interim & prior  
Fasces Rectoris non deposuit,  
Nisi post actum Vesperiarum.  
Postridie lauream doctoralem adepturus  
Die 26. Junii anno Christi 1636.  
ætate sua 30.  
Eodem die sequentis anni, conspirantibus charitatis  
infirmis  
Electus S. Johannis in Gravia pastor,  
Velut agnus ipse mansuetus & humilis,  
Per annos 42. pauperes sinu fovit,  
Inimicos dilexit, bonos protexit,  
Pro omnibus animam impendit.  
Apostolicum quoque cancellarii munus  
Unius Gersonis adinstar,  
Sic pastoralis officio conjunxit,  
Ut juxta proborum sapientumque omnium vota  
& judicium  
His egregie functus per annos 32. claruerit.  
Tandem in vigilia Pentecostes anni 1679.  
Die scilicet 19. Maii,  
Sancto Spiritu spiritum ejus secum trahente,  
Et corpus servante in futuram resurrectionem,  
Desiderium reliquit, meritis & omnium laude  
cumulatus,*

SCC

*Canonico cultu sepultus est sub ecclesie sue lampade, A  
Prætoris in modum lucerna semper ardens  
& lucens.*

*Inspice viator,*

*Et tibi ac illi eandem gloriam apprecare.*

*Quisquis ad hanc aram Christi succendit odores,  
Lampadi & augusta pabula das liquida,  
Defitui solito si ceperit igne lucerna,  
Ne quare unde novum suppeditare queas:  
Quæ tanti cineres pastoris contiuet urnam  
Detege, odoratum repperisq; facem.*

Post Petrum regere visus est Johannes le Royer presbyter Germanus, quem verius dixeris ceconomum, quam superiorem; quippe qui a nemine electus, a nemine confirmatus, sibi sumisit honorem, quo titulo solus, aut sepe solus remaneunt omnia lusitque veriti; congregationem, domum dico & reditus Fratibus Prædicatoribus dividit, Eremitis negotium successit, turpiter e domo expulsum est ab officiali Parisiensi 23. Nov. 1661. quem restituere visus est Lugdunensis anno 1664. sed incassum, utpote quem evicit Senatus Parisiensi consulto 30. Julii anni ejusdem.

III. Andreas I. Baillu jam aggregatus erat congregationi anno 1642. cujus electus est superior ineunte anno 1657. quo nomine de consilio vicariorum generalium domum & reditus Montis Valeriani religionis Tertii ordinis sancti Francisci cessit 6. Februarii 1657. sed hæc cessio suam sortita non est effectum. Andreas autem præfaturæ triennium expleverat die Paschatis 1660. cum electus est sequens.

IV. Johannes de la Foud presbyter Sagienfis, licentiatu in jure canonico, admissus in congregatione 22. Februarii 1650. ejusdem est electus superior 20. Decembris 1660. confirmatusque a vicariis generalibus die 22. & a Senatu Parisiensi. Anno 1661. Johannem le Royer, qui domum Fratibus Prædicatoribus vendiderat, negotiumque cum Eremitis habuerat ab officiali Parisiensi expelli curavit. Anno 1664. congregatio utraque de Calvaria, tam Montis Betharam, quam Montis Valeriani in unum coaluit, ita ut unius aggregati alterius censerentur, ex voto Huberti fundatoris, quod explicarat epistola ad sacerdotes Montis Betharam data 27. Augusti 1650. Anno 1666. parochi urbis & suburbiorum Paris. congregationi adunati sunt 9. Januarii, qui ab hac die quotannis cum clero suo Montem Valeriani ascendunt bis, diebus præsertim S. Crucis sacris. Cessit Johannes 16. Januarii 1666. & obiit in collegio Narbonæ Parisi, cujus erat principalis.

Cedente Johanne, Michael Reverend de Bougy abbas sancti Urbani Catalaunensis & comes consistorianus, qui admissus fuerat 7. Maii 1661. electusque domus ejusdem provisor 27. Julii, quo tempore eam a Dominicis vindicaverat, ejusdem nuncupatus est superior die 16. Jan. 1666. At five hæc ipsi grata, five archiepiscopo probata

non fuerit electio, locum non habuit. Michael tamen introducendis Petro Coudere & presbyteris sancti Sulpicii 19. April. anni ejusdem intercessit, & de congregatione bene mereri non cessavit ad mortem, cujus in sinu subito defunctus 27. Januarii 1681. in Monte sepultus est die 29. mensis ejusdem.

V. Petrus II. Coudere presbyter & doctor Tolosanus, vicarius sancti Sulpicii Parisiensis, cui secundum senatusconsultum anni 1664. cinenda commissa fuerat ab archiepiscopo congregatio 19. Aprilis 1666. ab eodem gratia probationis annua facta, in numerum permanentium

B receptus est 16. Dec. 1666. electusque superior a congregatione 14. Januarii 1667. confirmatus est 29. eorundem mensis & anni. Convenit XI. Septembris 1669. cum Fratibus Prædicatoribus, quibus summam 3000. librarum restituit, quam pro domo sacerdotum prius dederat. Factus ecclesie Rodolienfis parochus Petrus anno eodem adversum statuta, quæ beneficiis, quibus residentia debetur, interdicunt sacerdotibus permanentibus, hoc & alterum explevit triennium.

VI. Gabriel de Levis de Quelus cooptatus 3. Junii 1672. probationis anno solutus, in congregatione admissus est 25. Jan. 1673. electusque superior 28. Aprilis sequentis & in aliud triennium 8. Julii 1676. de congregatione benemeritus est, cujus ædes ampliavit & reditus.

VII. Jacobus Hardy presbyter Parisiensis & congregatione sancti Sulpicii, receptione & probatione immunis, ab archiepiscopo cooptatus est 16. Dec. 1666. Nominatus est abbas Nigellæ & post Gabrielem de Quelus superior electus congregationis, quam rexit ad 13. Aprilis 1680.

VIII. Ludovicus de Marillac presbyter Paris. & Sorbonæ doctor, receptus est 14. Mart. 1680. solutusque annua probatione, in congregationem cooptatus est 23. ejusdem mensis, quam electus superior 13. Aprilis administravit ad 14. Aprilis 1683. Factus est postea parochus sancti Jacobi de Carnificeria.

IX. Johannes Franciscus de Valderie de Lescure presbyter Albienfis, doctor Paris. receptus est 15. Apr. 1675. annoque probationis expleto admissus est 8. Julii 1676. electusque superior 14. Aprilis 1683. Biennio post missus ab archiepiscopo Parisiensi ad hæreticos Occitanos catholica doctrina imbuendos, locum cessit sequenti.

X. Petrus III. Churier de Fecamp receptus 23. Aprilis 1683. annua probatione solutus est & admissus 13. Septembris 1684. Nominatus est superior 10. Novemb. 1685. Fundavit duos sacerdotes in Monte permauros & lampadem in ecclesia jugiter ardentem die XI. Febr. 1684. Obiit 20. Junii 1692.

XI. Johannes Franciscus de Valderie de Lescure e missione Occitanica redux, secundum dictum est superior 18. Nov. 1688. Insequenti cessit in manibus sacerdotum, qui cum his congregati de superiore eligendo convenire non potuissent, Johanni Francisco administrationem prorogarunt, quam acceptavit 9. Julii 1689. Electus quoque est ad alterum triennium 19. Novembris

1691. Plurima legavit pro anniversario congregationi, quam dimisit factus poenitentarius cathedralis Albienis, indeque Lucionensis episcopus obiit in sua dioecesi mense Junio 1723.

XII. Franciscus I. de Mosny presbyter Parisiensis receptus est 15. Augusti 1678. & in sodalium cooptatus 21. Maii 1688. absque probatione. Renunciatus est superior 26. Aug. 1692. iterumque 10. Septemb. 1695. Prior erat sancti Martini.

XIII. Josephus Brunet e familia senatoria, doctor Sorbonæ & abbas Baugesii, receptus 25. Julii 1698. admittus est in congregationem, quam superior rexit electus 5. Septembris anni ejusdem. Conventit 7. Maii 1700. cum parochia S. Mauricii Nannetodensis de sepulturis, aliisque juriis ab parochiam spectantibus. Paulo post a rege nominatus est abbas sancti Crispini Suesfontensis.

XIV. Franciscus de Mosny tertium electus 9. Septembris 1701.

XV. Josephus Brunet iterum dictus superior 12. Septembris 1704.

XVI. Franciscus de Mosny quartum renunciatur superior 12. Septembris 1704. & confirmatur die 14. a cardinali de Noailles. Defunctus 9. Augusti 1720. sepultus est die 21. in ecclesia Montis Valeriani.

XVII. Andreas II. Hanicle presbyter Parisiensis, receptus 27. Aprilis 1698. annuæ probationis gratiam obtinuit, admittusque est 28. Junii 1709. Bis electus est superior 10. Septemb. 1710. & 5. Septembris 1713. Bibliothecam legavit congregationi.

XVIII. Josephus Brunet tertium dictus est superior 3. Septembris 1716. Maxime laudatur ob immensam erga pauperes scholares caritatem, quos toto vitæ cursu inquisivit & fovit.

XIX. Claudius Hennequin d'Ecquevilly licentiatum in decretis, canonicusque honorarius ecclesiæ Parisiensis receptus est 7. Junii 1716. & in numerum permanentium admittus 26. Jul. 1719. Superior renunciatus est 21. Octobris sequentis, iterumque 14. Octobris 1722.

XX. Franciscus II. du Sault doctor Navarrens, aggregatus 18. Julii 1725. & gratia probationis obtenta cooptatus 21. Augusti, superior factus est 5. Septembris & confirmatus ab archiepiscopo die 7. secundumque renunciatus 6. Sept. 1728. rexit ad 26. Novembris 1732. quo dicto ad tempus superiore Claudio precedenti ab archiepiscopo Parisiensis, alterum elegere sacerdotes 10. Decembris sequentis, nempe Abrahamum Ludovicum Rousselot presbyterum Parisiensem, doctorem Sorbonæ, aggregatum 16. Julii 1727. & cooptatum absque probatione 21. Julii 1728. Hunc vero non confirmavit archiepiscopus, sed visitationem ad 27. Apr. indixit, regimenque Claudio interim reliquit, quod obtinuit ad 25. Julii 1733. qua die eodem titulo ejus in locum successit est ab archiepiscopo Ludovicus Alexander Noiret presbyter Cameracensis, licentiatum facultatis theologicæ Parisiensis, qui aggregatus 24. Augusti 1714. & cooptatus absque probatione

*Tomus VII.*

4. Augusti 1716. fuit vicel superior, sacrista, rector, iterum vicel superior, denum congregationem vice archiepiscopi rexit a die 21. Augusti 1733. ad 16. Novembris 1734. qua die ipse ab archiepiscopo subrogatus est N. de la Tour. Hic autem paulo post factus vicarius generalis archiepiscopi Turonensis, locum cessit Ludovico Alexandro Noiret, qui rursus nominatus ab archiepiscopo Parisiensis rexit iterum a die 12. Januarii 1735. ad 13. Septembris 1736.

XXI. Johannes Jacobus Franciscus de la Roque presbyter Parisiensis, licentiatum in jure canonico, rectorque feminarii & parochus sancti Martialis Encolimentensis, in congregatione receptus est 14. Septembris 1736. & a probatione solutus, in sodalium cooptatus die crastina. Ablatum Ludovico Alexandro Noiret ab archiepiscopo regimen obtinuit 28. Septembris 1736. quod a congregatione confirmatum est die 2. Octob. At instauratis comitiis a sacerdotibus, rite superior electus est 21. Maii 1737. & confirmatus die 23. ab archiepiscopo, qui cum adhuc superiore dicit 4. Sept. 1740. & 27. ejusdem mensis parochum sancti Lupi de Croquetaine. Ejus itaque in locum successit est ab archiepiscopo Josephus Mainard presbyter Cadurensis, doctor facultatis Parisiensis, congregationi cooptatus, quo defuncto 18. Octobris in collegio S. Firmini, Johanni Jacobo Francisco de la Roque, qui interim regebat, crucemque & oratoria instauraverat, subrogavit archiepiscopus die 15. Novemb. Philippum le Grand doctorem Parisiensem, rectorem seminarii Saisiensis & congregatione Eudistorum, qui sodales statim secum ad Montem adduxit. Philippus vero, intercedentibus ejus electioni sacerdotibus de Calvaria, una cum sociis missus est & abiit 18. Julii 1741.

XXII. Ludovicus Alexander Noiret, qui eo quo diximus modo congregationem jam reverat jussu & vice archiepiscopi, ejusdem rite electus est superior a sacerdotibus & confirmatus ab archiepiscopo die 19. Julii 1741.

#### CONGREGATIO SACERDOTUM, sive Seminarium S. Nicolai de Cardinetis.

ADRIANUS Bourdoise anno 1612. cum adhuc solum esset clericus, in collegio Remensis apud Parisios plurimis familiaribus, quos inter multi baccalarii, suavit, ut inter se rerum omnium communione jungerentur. Præcipui ac perpetui fuerunt sex; Guillelmus Compaing Parisinus, ex divite pauper, ex nobili omnium servus, sancti Nicolai vicarius per 44. circiter annos, qui sodales suos hospitio domi exceptos auxit & muneribus; dumque Domino templum exaltat, illud, tabulatis ruentibus oppressus, proprio calore facravit 21. Augusti anno 1665. Ejus imaginis talis est inscriptio:

*Non hic Elizeus, non Elias, sed utriusque  
Zelo zelatus pallium honoris erat.*

Alter fuit Thomas le Juge Parisinus, Judex nomine, sed pater omnium pro affectu appellatus, qui postea tertius ordine sodalium rectorum egit, seu rexit illud vice Parisiensis archiepiscopi veri

Sff ij

ejusdem superioris, ut infra dicitur. Porro hi duo cum Adriano sodalium protoparentes habentur, idque duobus verbis exprimitur in icone primitiarum ejus:

*Ore sodalium format Burdagus, are Firmat Compagnus, Jurdex dispergit odore.*

Sodalis tertius Franciscus Wiart Laudunensis circa annum 1623, quibusdam clericis Laudunensibus Mariz in Theorascie tractu, ut in communi vitam agerent, auctor fuit, qui deinde secundum exstitit oconomus seminarii sancti Nicolai, de quo inferius. Quartus Nicolaus Ruffin Bellocensis, Burdadium imitatus cunctis dabat monita salutis, & pergens per vicos unicuique de facultatibus suis dividebat. Obiit circa festum S. Martini anno 1650. ætatis 70. Quintus Michael Courtois Carnotensis, vir simplex & rectus, ac timens Deum & recedens a malo: qui mortuus & occisus sepulturam exhibuit, elurientes aluit, nudis vestimenta præbuit. Defecit Villa-julitæ prope Lutetiam 7. Octob. 1661. ætatis 68. Sextus denique Simon Cerné Saggiensis, supra modum pater amabilis, qui repletus sapientia singulos hortabatur; verum puerulos maxime ab infantia timere Deum docuit & abstinere ab omni peccato. Obiit 12. Augusti anno 1678. ætatis 68. Hæc sunt sodalium primitiæ, hi parentes, qui in ecclesia de Monte Martyrum sub auspiciis B. Mariz & SS. Dionysii, Ruflici & Eleutherii fe Deo ad clericorum instructionem, totiusque cleri utilitatem consecrarunt anno 1618. Elapso biennio sedem fixere anno 1620. in ædibus sodalium alterius Guillelmi Compaing non longe ab ecclesia sancti Nicolai de Cardineto, & 1631. cum ejusdem loci parochia N. Froger doctore Sorbonico paraxiales iniere conventiones, quæ per annos tredecim constitutionum loco illis fuerunt. Tum die 24. Octob. ejusdem anni rogatu laudati parochi & parochianorum S. Nicolai, Johannes Franciscus de Gondi primus archiepiscopus Parisiensis coetum hunc in sodalium erexit, initus recens conventionibus approbatis, palamque professus est hoc jam ante viginti circiter annos substituisse permissu voce prolato decessoris & fratris cardinalis de Retz; quod tamen authenticè scripto laudatum die quo supra, rex Ludovicus XIII. dato apud S. Germanum in Laya diplomate an. 1632. comprobavit.

Vacabant interim sodalium sacerdotes, vel antequam erectum fuisset, exercitiis seminarii, licentia verbo tenus accepta, & quidem tam prospere ut ab anno 1621. omittis anterioribus, quingenti & amplius sacerdotes aut clerici tam diocesis, quam extranei curis eorum scientia ecclesiastica probe imbuti essent. Quapropter idem archiepiscopus 20. Aprilis 1644. sodalium istud parochiale, etiam seminarium dixit soli jurisdictioni obnoxium episcopali; idque regio probatum est diplomate mensis Maio sequenti, ac denique constitutiones, quarum praxis jam dudum utilitas patebat, oblate archiepiscopo, fuerunt ab ipso probatæ 10. Junii ejusdem anni. Hæc sunt præcipua illarum capita:

*Sodalium istud constat viris ecclesiasticis vitam*

*in commune instituendis, eo consilio, quod infra declarabitur, caritatis vinculo colligatis, nullum votum emittentibus, nullamve singularitatem consequentibus.*

*Superiorem agnoscit illustrissimum ac reverendissimum dominum D. archiepiscopum Parisensem, cujus auctoritati ac jurisdictioni, necnon generalium ejus vicariorum plane subjacet.*

*Triplicem sibi finem habet propositum: Primus est pro peculieri ipsius sodalium bono, ut singuli quique salutem propriam sedulo amplectentes, progressum in vita christiana, ac præsertim in ecclesiastici status perfectione, quem poterunt maximum facere studeant. Alii duo sunt pro communi reipublicæ christianae modo: alter ut paraxiarum rectoribus ipsos excipientibus in ea omni opera, quæ ab ecclesiasticis paraxialibus impendi solet, collaborent: alter ut seminarium functiones obeant sub ejusdem illustrissimi præfulis auctoritate, quibus ad pietatem & clericalem professionis munia, cum sacerdotibus, tum reliquis aliquo ordine tonsuræ clericali initiatis, aut status clericali candidatos certum aliquod spatium temporis domi secum convenientes informant, & in ecclesia paraxiali de consensu rectoris exercent.*

Hucusque sodalium tria hæc obivit munia in parochia sancti Nicolai, ubi complures tam clerici quam sacerdotes ex dioecesi Parisiensi, omnibus Franciæ provinciis, imo & aliis regnis omni re ecclesiastica informantur. Ejusdem opera influita sunt sodalitia & seminaria, Aureliani 1617. Braiaci in Pertico diocesis Carnotensis 1620. Trevis 1621. Mariz in Theorascia 1623. Boinvilliers & Carnuti 1628. Arelate 1634. Catalauni circa 1647. Vestuntione, & aliis pluribus in locis; sic tamen ut ex sodalium sancti Nicolai nullatenus penderent. Cum enim hujus sit scopus alere communiter parochiæ sacerdotes, uti prope modum antiquitus vivebat clerus S. Augustini & aliorum, unaqueque aliquatenus familiam constituere, necesse non est ultra parochiam extendi, in qua commoratur. Duobus tamen Parisiis domibus potitur, seminario & parvo sodalio, necnon apud Villam-julitam domo ad secessum, quæ fuit aliquando seminarium; quibus adde seminarium Laudunense, quod annuente cardinali Noallio qua Parisiensi archiepiscopo, & rege volente gubernandum suscepit. Porro divinum fuisse opus illud sancti Nicolai sodalium maxime probat ejusdem tam singulare incrementum, ex nihilo, ut ita dicam, quod initio scilicet omni profus annuo reddito destitutum, sola nobilitum seminarum pia immitabatur caritate; quibus tertio quoque mense in exedram seminarii convenientibus, electa thesauraria pecunie acceptæ, quæ *burfa clericalis* appellata est, rationem reddebat. In his erat N. de Miramion, quæ cum animadverteret stabilem esse non posse societatem, cui sola hæc quotidiana suppeteret adjumenta, ædesque commodatæ, quibus nonnisi earum domino superflute frueretur, ac tandem non aliter concessum illi diploma regium, quam sub conditione abstinenti a legatis & fundationibus, nisi fundator usumfructum retineret, amoliri hæc incommoda curavit, usâ maxime serenissimi principis Contii auctoritate, qui ususu ejus triginta sex millia librarum dedit ad emendam

*Tom. VIII.  
Hist. ordinis  
religiosorum.*

seminarii domum; ipsamque vero N. Miramion prius adhibito studio ut regium pro seminario præceptum illimitatum in commentariis referretur, largita est 17000. libras pro necessariis ad cultum trium virorum ecclesiasticorum; cumque propter angustias domus directores seminarii necessarium edificare duxissent, illis non mediocrem contulit summam, effectique ut major adiceretur. Successu temporis ad tantas opes seminarii emerfit, ut anno 1695. *burgæ clericalis* deserit conventus.

Sodalitii superior audit Parisiensis archiepiscopus; vicem vero illius gerit titulo æconomi, qui singulis trienniis eligitur. Hactenus electi modo B sunt recensendi.

#### SERIES ÆCONOMORUM

qui Superioris vicem gerunt.

I. **ADRIANUS** Bourdoise natus est Braiaci in Pertico diocesis Carnotensis an. 1584. patre Adriano Bourdoise cognomento *le Prestre* ob summam in ecclesiis & ecclesiasticos viros reverentiam, ac matre Mathurina Luines, egenis quidem sed admodum piis. Septennis orbatus patre cogit primum pauperem agere, tum forensium scribam usque ad annum ætatis vigesimum, cuius inter hæc tantus in eo elucebat zelus, ut sacrarum procuratoris universalis, antihæretici, adiorumque sacerdotum vexatoris cognomina meritus sit. Cum vigesimum annum attingisset Parisius accessit humanioribus literis vacaturus, ubi cum omni careret ope, famulum se præbuit in quadam domo, cujus liberorum instituitur vir ecclesiasticus promissit illi se traditurum prima lingue latinæ elementa. Verum tertio post anno cui notus erat magistro usus quodam parochio, tantos in literis progressus fecit intra duos menses, ut initiatus tonsura inferioribusque ordinibus fuerit quamvis reluctans, demumque sacerdotio 1613. Sabato ante Dominicam Passionis. Degebat tunc, ut diximus, col. 784. in collegio Cenomanensi sollicitus instituti sodaliti clericali, in quo 1616. suscepit hospites Robertum Baudoin & Carolum Faure canonicos regulares abbatis sancti Vincentii Silvanæensis, quorum ille totum illic studiorum tempus transiegit, sic affectus tum Adriani tum sodalium exemplis, ut brevi Gallicanæ canonicorum regularium reformatæ congregationis caput evaserit. Adrianus autem Silvanæli anno 1620. constitutus coram imagine beatæ Mariæ Virginis totum se devovit salutem clericorum. Quocirca plures instituit missiones pro clericis ad instar missionum pro christianis; itemque apud S. Nicolaum de munitis & rebus ecclesiasticis collationes; sæpius nobiles clericos atque etiam regi & reginæ ab elemosynis alloqui aut hospites in sodaliti excipere abnuit, quod vicem talarem non gestarent. Magna pars fuit Adriani instituti seminarii S. Sulpicii, cujus auctor Johannes Jacobus Olier epistola 12. Jan. 1649. illum compellat *honoratissimum patrem*; S. Franciscus Saleus dignum operarium vineæ *Domini, unum e sanctioribus ætatis suæ sacerdotibus, studiosum ecclesiasticæ disciplina restauratorem*; S. Vincentius de Paul vocabat eum propter excellen-

tiam *sanctum sacerdotem, insignem Dei servum*; & Johannes Petrus le Camus episcopus Bellicensis, *theologum*, quia de solo Deo & ipsius cultu sermonem habebat. Circa 1650. puellis a S. Genovefa dictis postea Miramionæis primam regulam scripsit. Jamdudum Adrianus omnium sodalium in Christo pater desiderat esse superior seu æconomi, anno scilicet 1639. hac fe provincia liberatum scripto significavit. Denique obiit anno 1655. 19. Julii superpellicio indutus præ amore sanctæ illius vestis, sepultusque est in cœmeterio pro desiderio & summa in ecclesiis ubi sacratissimum corpus Christi requiescit veneratione. Talis est insculptæ imaginis ejus inscriptio:

*Hic fuit Elias more, & clamore Johannes,  
Ore Nathan, cura Paulus, amore Petrus.*

II. Franciscus Wiart Laudunensis, unus e sex prioribus sodalibus Burdassium excepit privata electione in æconomi assumtus; qui nihil aggressus sine consilio Burdassii, tandem officio liber defecit 4. Octobris 1661. ætatis 65.

III. Thomas le Juge Parisinus, unus quoque e sex antiquioribus sodalibus, in prima solemnitate electione, post acceptas constitutiones, cui rogatus præfuit Johannes Franciscus de Gondi primus Parisiensis archiepiscopus, die 27. Jan. anno 1647. electus est, ac iterum 1650. Obiit 30. Junii 1662. anno ætatis 62. cujus imaginem passim videre est sequenti disticho inscriptam:

*Ut fuit Elias Burdassius, alter ab illo  
Venit Elizeus ore, manumque potens.*

IV. Nicolaus Thiery Remensis electus est an. 1654. & iterum 1657. ac tertio 1675. Vivere desit sexagenario major anno 1685.

V. Johannes I. Barrat Tullensis, bis electus anno scilicet 1660. & 1663. Obiit 24. Januar. 1668. ætatis 52.

VI. Egidius Passé Remensis electus an. 1666. obiit 19. Septembris 1681. ætatis 80.

VII. Johannes II. de Beauvais Andegavensis duobus præfuit trienniis, electus 1669. & 1672. Obiit 5. Octobris 1684. ætatis anno 58. ex pulmonis vitio.

VIII. Michael Chamillart Parisinus, doctor socius Sorbonicus, paræcia sancti Nicolai de Cardineto per annos 27. vicarius, ter electus est superior, nempe anno 1678. iterum 1681. ac tertio 1690. Is liberalibus institutus disciplinis, emensque philosophiæ cursu, theses ex universâ philosophiâ græcè primum propugnavit, tum latine ac in utramque partem. Sorbonæ prior effectus, puerorum catechesibus in paræcia S. Nicolai dare operam non desistit. Paulo post ab Harluino de Perefice archiepiscopo Parisiensi monialibus Portus regis Parisiensis superior præfuit, & mox quinque aliis puellarum monasteriis. Cum autem anno 1682. de quatuor cleri Gallicani famosis propositionibus a sacra facultate, ut ipsi videbatur, non admittendis, libere quidem fed modeste sententiam declarasset, Exoloduni in agro Bituricensi quinque annis exilavit. Denique obiit Luteciæ 5. Octobris anno 1692. ætatis 64.

IX. Petrus Pillon Cenomanensis quater superior electus est, ann. scilicet 1684. 1693. 1696. præfente Ludovico Antonio de Noailles archiepiscopo, cui aliquandiu fuit a sacris confessionibus, ac denique 1705. eodem adfante archiepiscopo. Obiit 25. Julii anno 1717. ætatis 71.

X. Lambertus Berton Laudunensis, superior electus 1687. mortem oppetiit 13. Octob. anno 1704. ætatis 85.

XI. Firminus Polet Ambianensis, septies superior electus est 1699. 1702. præfente cardinali de Noailles, 1714. 1717. 1723. 1726. ac denique 1729. Vicarius S. Nicolai fuit annis 41. Superior monialium Portus regis Paris. Campensibus etiam aliquando præpositus est, puellis quoque a S. Genovefa, vulgo Miramionensis, monialibus a Visitatione, tum in via Santantoniana, tum in via Sanjacoba, & virginibus Carmeli in via *Chapou*. Collationibus ecclesiasticis doctrinalibus que publice in seminario S. Nicolai habentur, præfuit annos 25. in iisque solvit que ad mores pertinent questiones, ex cuius maxime decisionibus usus est, qui collationes Parisienses circa matrimonium & usuram novem voluminibus complexus est. Episcopis ac principibus passim a consiliis erat, vir prudens in consiliis proponendis, fortisque in exequendis. Firmo demum superiore agente, seminarium Laudunense de consensu cardinalis de Noailles sodalibus S. Nicolai commissum est regendum anno 1724. Obiit 22. Martii 1733. ætatis 81.

XII. Gilbertus Gandolin Descoureaux Biturix ter superior electus est 1708. 1711. & 1720. Altero post primam ejus electionem anno, quod nunc sodalium minus S. Nicolai vocant, quasi de novo suscitatum est, sodalibusque commissum, in quo clerici studiorum causa excipiuntur, & ecclesiasticis imbuuntur disciplinis. Superior fuit monialium Visitationis in via sancti Antonii; defunctusque est 12. Jan. anno 1723. ætatis 73.

XIII. Johannes III. Chevrelat Lingonensis, seminarii Laudunensis superior erat, quando Parisiensis sancti Nicolai electus est economus anno 1732. qui rursus dictus 1735. obiit vir ingenio, liberalibus disciplinis, theologia imprimis & jurisperitia insignis 13. Maii an. 1737. ætatis 65.

XIV. Philippus Leonorius le Vallois Constantiensis, doctör Sorbonicus, nunc superior & vicarius S. Nicolai, electus est 1738. & 1741. cuius modestia & mansuetudine cor unum & anima una cum sodalibus est.

#### CONGREGATIO PRESBYTERORUM SANCTI SULPICII.

UT magna solent ædificia, a minimo pariter incipit hæc toto Francorum regno notissima congregatio. Incunabula dedit Johannes Jacobus Olier Parisiis ortus die 20. Septembris an. 1608. parente libellorum supplicum magistro, & matre Maria Dolu. Decurulis philosophiæ ac theologiæ studii baccalaureus factus, fundatori Missionum sancti Lazari Vincentio de Paul modo sanctorum in album relato primum adhæsit, a quo socius adscitus, docendi pauperes rusticosque

A mutuatus est zelum. Sacerdotio initiatus 1633. jam tum abbas, seu domnus Piperaci in Arvernâ; illuc vix uno elapso anno, Parisiis relictus, una cum sociis aliquot ingenuis, unoque inter alios et discipulis S. Vincentii missionibus operam navaturus se contulit. Sex inibi commoratus mensibus, quo tempore suæ reformandæ abbatiæ insistentiam operam prædidit, missionibus interim assiduus, que non ita steriles fuerunt, interius remeavit. Currum mox abdicat, omnibus a familia præter unum fanulum ægre retentum submotis, vir summe modestus, qui nedum ambiret dignitates, oblatas episcopales insulas recusavit, hoc solo æstusans desiderio adeundi Novam Franciam, seu Canadensem regionem, ut ejus incolæ christiana fide imbuerent. At cum ad hanc suscipiendam provinciam nulla ei patuisset via, statim ac in Arverniam data redeundi facultas est, alteram illic cum sociis plurimis institutam missionem per octodecim menses extendit in omnes Arverniciæ partes & Vellaunium tractum in dioecesibus Clarimontis, sancti Flori & Ancicæ. Expleta cum ingenti fructu missione, tantoque cum applausu, ut a quodam ex illis capitulo cathedrati in episcopum fuerit postulatus, Parisiis revertitur, & inde paulo post in Armorican contendit, ubi quemdam parthenonem conciliatis animis ad mutuum concordiam, ad melioremque frugem revocavit. Fama meritorum crebescente iterum vocatur ad pontificium culmen, iterumque renuit suscipere delatum sibi ab oculissimo viro cardinali Richelio coadjutoriam Catalaunensem. In proximo tempus erat, quo functiones operosiores amplecteretur, gratiores tamen, quia modestiæ accommodatiores. Tuic habebat conscientia moderatorem Carolum de Condren superiorem generalem Oratorii D. Jesu in Francia, qui pluribus auctor fuit presbyteris, quos pariter in spiritalibus regebat, ut in unum coacti juniores clericos informarent, ad sacros ordines prepararent, & sacerdotii munia edoceret. Placuit consilium, nec mora unus aliorum superior electus fuit, sub quo nire subjectus tanquam sub Dei manu conversatus est Johannes Jacobus Olier, qui brevi futurus erat hujus ædificii lapis angularis, sed prius a summo architecso scalpri salubris icibus & tunsiene plurima expoliendus. Illum reapse Deus quasi maleatam animi cruciatibus toto biennio exercuit, ipsique sociis & extraneis ludibrium fecit, adeo ut etiam exprobrarent eum penitere quod Catalaunensem coadjutoriam detraisset. Verum fidelis Deus, qui non patitur tentari servos supra id quod possunt, & facit cum tentatione proventum, huic demum multo cum sanore animi serenitate redonavit. Pusillum interea sodalium missionibus undequaque susceptis sedulam navabat operam, donec pro voto Caroli de Condren instituendi seminarii daretur occasio. Sese non ita multo post dedit, quam id consilii apud Carnutum effectû caruerat; prope Parisiis, & mox apud hanc urbem. Annus incipiebat 1642. cum Johannes Jacobus Olier consilio virorum piorum accessit ad Vallem-Girardi prope Luteciam, ubi domunculam conduxit sodalibus capiendis vix sufficientem,



In ea necdum quatuor exegerat menses, quando enixe invitatus ab N. de Fieſque parochio ſancti Sulpicii Pariſienſis, ut parochi munus acciperet, daretque viciffim quod potiebatur beneficium, non continuo quidem aſſenſit, ſed piis viris ſuadentibus, ſuſſice ad Deum precibus, ut ſi voluntas ejus eſſet, auxilium præbens manifeſtaret, tandem aſſenſum præbuit, nec diu poſt inſignis hujus parochiæ poſſeſſionem accepit menſe Auguſto anni ejuſdem 1642. aduatiſque ſociis, quibus omnia ſecum erant communia, ſeruenti zelo cepit effrenatam eo tempore quorundam parochianorum coercere libidinem, depravatos corrigere mores, & uno verbo omnia vigilantiffimi munia paſtoris exercere. Sed neque inſtitutum ſodalitium curare deſtitit, imo vero quaſi totus huic promovendo incumbere viſus eſt; quod ut ſtabile ac firmum redderet, diploma regium obtinuit menſe Junio 1646. necnon abbatis ſancti Germani tanquam ſuburbii domini conſenſum, ſtatimque ad illius regimen, aliis parochiæ miniſterio deputatis, alios, utroſque tamen ſub cura ſua præcipua, deſtinavit; ſicque tota non ſolum parochiæ facies mutata in melius eſt, ſed etiam informati ſacerdotes, qui ſparſi per diſceſſes miſſionum opus tutarentur; quorum omnium præcipua laus eſt, non quæ ſua, ſed quæ Jeſu Chriſti querere. Faxit Deus, ut quod tam felicibus auſpiciis conſtitutum eſt, felicioribuſque perſiſtit, uberioribus in dies fructibus exuberet, ſub eximiis, quales hæcenus ſtere, præfectis, quorum hie elenchum dare nobis ſuperest.

PRÆPOSITI GENERALES.

I. JOHANNES Jacobus Olier ſancti Sulpicii Pariſienſis eccleſiæ parochus, primuſque ab eo inſtitutæ congregationis præpoſitus generalis, de quo plura jam attigimus, quam ſumma pietatis & prudentiæ laude decerni circiter annis ſancti Sulpicii parochiam gubernaverat, dimiſit in manibus abbatis ſancti Germani, qui conſultit eam ſequenti. Inſtituit apud Vivarium anno 1650. ſeminarium, quo etiam tempore in toto Vivarienſi agro miſſionem ampliffimam ſuſcepit collectis undique operariis ad fidei catholicæ gloriam, maxime vero apud Privatium, unde catholica religio extorris ab hinc triginta & amplius annis illuc revocata fuit, cujus & conſervandæ gratia nobiliſſimum e ſodalibus de patria benemeritum ſacerdotem impulit, ut parochiam urbis regendam ſuſciperet, & alium, qui pueros doceret, commiſit. Seminarium quoque Aniciæ conſtituit anno 1652. 10. Novembris; tandemque Pariſios redux in morbum incidit, cujus aliquantulum vi remiſſa vere anni 1654. miſit Claromontium in Arvernia operarios, qui ſeminarium hæc in urbe inſtituerent, quod tamen effectu caruit uſque ad annum 1659. Feliciter ceſſit quod aggregatus eſt conſilium de inſula Montis-regalis, *Montreal* in Nova Francia, ad quam miſit operarios, qui peritiles fuere, tum Francis, tum indigenis barbaris, quorum plurimi catholicam fidem amplexi ſunt, conſtanterque profeſſi. Denique Johannes Jacobus Olier ſacramentis eccleſiæ reverenter ſuſceptis obiit an. 1657. die 2. Aprilis feria ſecunda Paſchæ ætatis

annum agens 49. cui hoc elogium ad calcem expreſſe imaginis appoſitum eſt: *Johannes Jacobus Olier præbyter, fundator & ſuperior ſeminarii ſancti Sulpicii, vigore ſacerdotali clarus, paſtorali ſollicitudine clarior, zelo inſtaurandæ eccleſiaſtiæ diſciplinæ, omnium denique virtutum aggregatione clariffimus, in animis omnium, quos Chriſto & eccleſiæ genuit, vivit, mortuus anno Domini 1657. 2. Aprilis, ætatis ſuæ anno 48. menſe 6.º die 12.* Hoc unum addere liceat pios aliquot illum ſcripſiſſe libros, ex quorum lætione corda fidelium ad Dei cultum vehementer accenduntur. Quæ autem dicta ſunt, collegimus ex ipſius vita edita 1687. En ipſius epitaphium inſculptum majori tumbe nigri coloris coherenti tumbe ſuccelloris omnino ſimili, in medio majoris capellæ ſeminarii, cum hæc in circuitu epigraphæ uncialibus literis: *Quomodo in vita ſua dilexerant ſe; ita & in morte non ſunt ſeparati.*

D. O. M.

*Pugnent alibi marores & gaudia,*

*Hic conſpirant:*

*Ubi ſuo ſacerdos triumphat in milite,*

*Ubi ſacerdos apoſtolicus jacet,*

*Johannes Jacobus Olier*

*Pæſtor S. Sulpicii, ſeminarii inſtitutor;*

*Fundator, & primus ſuperior,*

*Quem ſuſcepit Lutecia*

*In animi ſimplicitate prudentem,*

*In cordis humilitate magnanimum,*

*In operationis ſucvitate potentem.*

*Hoc in ſubarbio*

*Suis Babylonem ſudoribus curavit,*

*Clerum ſuis in Gallia provocavit exemplis:*

*Novi orbis ſaluti ſuo zelo providit.*

*Seminariorum tandem erectione,*

*Scriptis & verbis energia*

*Clericalis ubique ſplendorem dignitatis*

*Mirifice propagavit.*

*Tum diuturnæ morbo paralyſis*

*Chriſto confixus cruci,*

*Dum ſuperioris munus obiret,*

*Pariſis obiit anno Domini 1657. ætatis 48.*

II. Alexander le Ragois de Bretonvilliers ſuſceſſit in utraque ſuperioris dignitate, & quidem in parochi munere per deſceſſoris ceſſionem & collationem abbatis S. Germani, cujus apprehendit poſſeſſionem 29. Junii 1652. in præſectura vero generali per obitum Johannis Jacobi 1657. quam dum æmula ſollicitudine gerit, concepta apud Claromontium inſtitutio ſeminarii perſicuitur anno 1659. aliaque duo ſeminaria, Lemovicis 1662. & Lugduni 1663. 31. Oct. ſtabilitur. Cum vero hæcenus ſeminarii Pariſienſis ædes plus nimio eſſent anguſtæ, neque forſan peculiare ſacellum haberent, Alexander coemto loco non longe ab eccleſiâ parochiali S. Sulpicii, primum cepit ex ampliffimo patrimonio ſacellum perlegans excitare, quod ſubinde plurimis in eo factis novorum epiſcoporum inaugurationibus inclauſit,

tum vastissimas ædes aggressus, lætanti animo vidit ante obitum perfectas. Vivere desit Alexander anno 1676. ex elogio illi pariter ad calcem expressæ imaginis appposito, his verbis: *Alexander le Ragois de Bretonvilliers presbyter, Johannis Jacobi Olier fundatoris & primi superioris seminarii sancti Sulpicii successor, heres operis, æmulus pietatis: stupendum in ditissimo patrimonio paupertatis exemplar, semper sibi parvus, pauperibus nunquam, vere pauperum pater: spiritu precum, sacerdotii zelo, ac Deiparæ Virginis amore conspicuus, obiit 13. Junii anno Domini 1676. ætatis suæ 56.* Sepultus est in medio majoris capellæ seminarii, quam extruxerat, sub tumba nigri coloris coherente, ut diximus, tumbæ Johannis Jacobi Olier superioris, sic inscripta:

*D. O. M.*

*Hic jacet*

*Alexander le Ragois de Bretonvilliers*

*Johannis Jacobi Olier*

*Pastoris S. Sulpicii*

*Et seminarii superioris*

*In utraque dignitate successor:*

*Hæres operis, æmulus pietatis:*

*In ditissimo patrimonio*

*Eximia paupertatis assertor.*

*Semper sibi parvus, pauperibus nunquam,*

*Vere pauperum pater;*

*Qui congregare divitias docuit*

*Dispersendo.*

*In oratione supra modum assiduis,*

*In Deiparæ cultu mirabilis,*

*In Gallorum, extremarum ino & gentium*

*Promovenda operibus opibusque salute*

*Indefessus & plane munificus.*

*Acuta demum vexatus pleuritide*

*Multisq; pro clero laboribus exhaustus,*

*Mortem latus prævidit,*

*Excepit intrepidus*

*Anno Domini 1676. ætatis 56.*

III. Ludovicus Tronfon, sub cujus præfectura Bituricis 2. Februarii 1680. Augustoduni 13. Decembris ejusdem anni, Tutæ 1684. & Andegavi 1695. 3. Septembris erecta fuere seminararia, mortem oppetit anno 1700. uti probat elogium ad calcem expressæ illius imaginis appositum, in hæc verba: *Ludovicus Tronfon presbyter, tertius seminarii S. Sulpicii superior: vir in nobili gravitate simplex & suavis, in rerum varietate semper sibi constans, in pietate insigni minime singularis, doctus suæ casti, suæ astutia prudens, sine disciplinæ remissione mansuetus, quam typis feliciter edidit formam cleri, factus feliciter expressit. Obiit 26. Febr. anno Domini 1700. ætatis 79.* Conditus est in inferiori sacello seminarii cum hoc epitaphio:

*D. O. M.*

*Hic jacet*

*Ludovicus Tronfon presbyter,*

*Tertius Sulpicianæ domus superior,*

*Qui spreta seculi gloria*

*Recusatis insulis episcopalibus,*

*Sola elegit Christi humilitate gaudere:*

*Quatuor super & quadraginta annos*

*Abconditus in seminario,*

*Sed eo notior quod amaret vesiri,*

*A cujusque gradus viri consultus*

*In arduis,*

*Tanquam imbres emisit eloquia sapientiæ suæ,*

*Mirantibus universis*

*Judicium ætæ, ingenium velox, scientiæ profundum,*

*Hominem Dei,*

*In doctrina sana exhortari potentem,*

*In insigni pietate minime singularem,*

*In auri contemptu efficacem,*

*Sibi semper constentem, virilitate mansuetum,*

*Anulalem nimis,*

*Hæc tota cum gaudio suscepit Gallia*

*Sed chen!*

*Dilectum Deo & hominibus sanctum,*

*Acerbissimis doloribus morientem*

*Videns ingenium,*

*Extinctamque lucernam flevit,*

*IV. kal. Martii anno Dom. M. DCC. atal. LXXIX.*

IV. Franciscus Leschaffier, sub quo Avenione 1705. 10. Martii & Aurelianis 1707. 19. Novembris instituta sunt seminararia, innotescit maxime ex elogio ad calcem expressæ illius imaginis appposito his verbis: *Franciscus Leschaffier presbyter, sacre facultatis Parisiensis doctor & decanus, quartus seminarii S. Sulpicii superior, a puero moribus ac prudentia senex, in obitendo sagax, parvus in loquendo, in agendo lente festinus, eo foris clarior, quo oculior domi. Avita pietatis ac fidei tenax* D commissam sibi familiam servavit illibatam. Obiit 19. Augusti anno Domini 1725. ætatis 84.

V. Carolus Mauricius le Peletier electus est mense Octobri 1725. sub quo 1728. apud Nannetas institutum est seminarium, non vero sub præfectura Johannis Jacobi Olier, uti legitur in ipsius vita edita 1687. pag. 93. qui forsitan id solum tentaverat. Cetera quæ spectant Carolum Mauricium Iliaci prope Parisios defunctum exprimit egregie sequens epigraphe ad calcem insculptæ imaginis appositæ: *Carolus Mauricius le Peletier, sancti Albini Andegavensis abbas, doctor sacre facultatis Parisiensis, seminarii sancti Sulpicii quintus superior, filius Galliarum administri, in senatu Parisiensi protoprasidus frater, insulis pontificibus pluries repulsus, cleri informandi factus exemplar, integer disciplinæ vindex, plurium alumnorum pater beneficus, sibi minus quam clero vixit, vir fuci nescius & amator veri. Obiit die 7. Septemb. anno 1731. ætatis 65.*

VI. Johannes Couturier Biturix, doctor sacre facultatis Parisiensis, abbas de Calma Senonensis diocesis, electus sextus seminarii sancti Sulpicii superior generatis anno 1731. decessorum suorum vestigia premit.

SEMINARIUM

SEMINARIUM CHRISTI FAMILIÆ  
vulgariter dictum Triginta trium.

**I**deo dictum Triginta trium est seminarium Christi familiæ, tum ut honor exhiberetur triginta tribus annis, quibus apud homines homo Christus Jesus conversatus esse creditur, tum quia regina Franciæ Anna Austriacæ ejus fundatrix primum sibi proposuerat in eo seminario fundare 33. buras pro totidem junioribus clericis, quorum parentes sumptibus necessariis ut ad sacerdotium pervenirent, pares non essent, ita tamen ut ex honestiori loco procreati anteferrentur. Cœptum illud est seminarium ob gratiam nati Ludovici XIV. anno 1638. institutore Claudio Bernard pio sacerdote, quem frequentius Patrem Bernard aut Pauperem sacerdotem appellabant. Is cum Anna Austriacæ regina matre communicavit consilium, quod pia princeps non modo laudavit, verum & promovit, parte impensæ quotidianæ, quandiu ipsa vixit, suppeditata, alteram supplementibus piis utriusque sexus nonnullis, quos pio huic operi associare curavit Claudius. In his præcellerunt post obitum ejus anno 1650. marescalla de Bassompierre, marchionissa de Baune, & N. de Bretonvilliers mater parochi sancti Sulpicii & præfidi hujus cognominis, qui duo fuere directores seu administratores. Primum vero pius institutor eductis, quos alebat pauperes scholares in collegio Duodevicensorum appellato, quod situm erat, ubi sacra postmodum ædes Sorbonæ ædificata est, alios quindecim adjunxit, quibus omnino 33. habitationem assignavit in ædium collegii Montis-acuti parte; paulo post tamen discretam domum e regione hujus collegii dictam *de Merly* eidem conduxit, donec tandem stabilem obtinere sedem in acquisitis ædibus *d'Albiac* in vico & monte sanctæ Genovefæ e regione collegii Navarræi. Unum restabat pro stabilienda domo regium diploma. Hoc concessum est anno 1657. mense Aprili: quod Senatus Parisiensis in commentarios retulit die 7. mensis Septemb. 1658. & camera rationum 30. Decembris 1659. Sic porro constitutis seminarii rebus exterioribus, de interioribus, seu regendi ratione statutum est, fore sub jurisdictione Parisiensium archiepiscoporum, sex administratorum, ex quibus tres ecclesiastici, & alii tres laici, unusque superioris præfecti sacerdotis in seminario assidue commorantis, ab archiepiscopo nominandi, qui statuendas ab eodem leges observari fatageret. De his infra, postquam de primario institutore pauca delibaverimus.

Claudius Bernard ipse institutor seminarii, natus est Divione 26. Decembris 1588. patre Stephano Bernard primario \* Cabilonensi prætore, quem hoc in munere Johannes natu major filius excepit, & matre Margareta Paradin pronepte Guillelmi Paradin scriptoris historiæ Lugdunensis. Claudius vero secundus eorum filius, cum jampridem variis erga proximum pietatis officiis claret, voluit eadem pauperibus clericis exhibere. Quapropter instituit seminarium de quo agimus, cujus & primus administrator fuit usque ad 23. Martii diem Sabbati an. 1641. quo ætatis annum

*Tomus VII.*

agens 52, non sine fama sanctitatis deceffit. Sepultus est, uti testamento caverat, in cœmeterio pauperum domus hospitalis Parisiensis de Caritate, qua subinde in cœmeterii parte capella S. Mariz constructa cœpit ecclesiæ partem constituere, ubi statua illi posita est provolutum in genibus representans. Cor vero delatum est Cabilonem deponendum sub tumba patris in ecclesia Patrum Minorum, cui frater primarius prætor adjecti marmor cum hac inscriptione:

*DIVIo nataLis Bernard Do 16LVXli, & CIVs  
Parislls Corpvs, Cor CabilLone laCet.*

**B** Oratione funebri laudavit Claudium Johannes Petrus Camus episcopus Bellicensis, qui quondam in illo ad meliorem revocando frugem felicem operam posuerat, uti postea posuit Claudius in Thoma le Gaultre prius rationum in curia Parisiensis magistro; qui mutata in melius vita, hortatu, sicut ipse fatetur, Claudii Bernard, factus est sacerdos, & postea ejusdem successor cum in administrando seminario, tum in ceteris caritatis officiis. Cum autem aliquando triginta millia librarum obtulisset ad fundandum in Nova Francia seu Canadensis regione episcopatum, hunc illi non mediocriter attonito contulit cardinalis Mazarinus; Cat dum ex consilio moderatoris conscientie Thomæ ea de re in secessu consulit Deum, apoplexia correptus interit 21. Mart. 1646. sepultus prope decessorem Claudium Bernard, cujus in vita auctore P. Lempereur Societatis Jesu presbytero editum est pag. 372. testamentum Thomæ, quo variis societates centum & amplius millibus librarum, in iis seminario Triginta trium decem millibus locupletavit.

DIRECTORES PÆFECTI.

**I.** LAURENTIUS alumnus Missionis sancti Sacramenti rexit seminarium Christi familiæ ab illo instituto anno 1638. ad 1644.

**II.** N. Goutil addictus etiam Missionis sancti Sacramenti præfuit septem annis, defunctus 29. Martii 1651.

**III.** N. Ribault ex eadem Missionis assumptus brevi tempore gubernavit.

**IV.** N. Chaillou canonicus Remensis seminarii præfuit quinque aut sex mensibus.

**V.** N. Molony Hibernus tribus tantum mensibus sedit.

**VI.** N. Burey rexit ab anno 1653. ad festum S. Johannis anno 1658.

**VII.** N. Himbert antea seminarii alumnus E illud postea duobus annis gubernavit.

**VIII.** N. Dechavane presbyter Missionis S. Sacramenti seminarium rexit a die xi. Septemb. anni 1660. ad x. Januarii 1662.

**IX.** N. Desforest presbyter congregationis sancti Sacramenti seminario præfuit ad diem 2. Augusti an. 1663.

**X.** N. Libeauchamp antea seminarii quatuor annis alumnus, ejusdem director 4. Aug. 1663. & magister laureæ donatus præfuit assiduis ad 5. Octob. 1668. quo regendi optima commendatus ratione, congregationi sancti Lazari nomen dedit.

T t t

\* Lieutenant  
general.

XI. N. Poulet exacto quinquennio in seminario, mox director institutus eidem præfuit septem annis, quibus lauream doctoris affectus, inde seminarium Autissiodorense, ex qua oriundus erat dioecesi, adivit operam impensurus.

XII. N. Garnuchot quatuor annis expletis in seminario, duobus postea cum dimidio director præfuit, tandemque ruficam parochiam obtinuit.

XIII. N. de S.<sup>t</sup> Mars quatuor annis seminarii alumnus, illud qua director repetit anno 1677. reliquit autem mense Februario 1683. ut parochiæ d'Armentières dioecesis Meldensis possessionem iniret.

XIV. N. Poulet iterum director 3. Februarii 1683. ibidem permansit ad finem anni 1706. quo valetudine infirma ad locum natalem *Saint-Fargeau* se recepit, ubi mortuus est 2. Aug. 1709.

XV. N. Dauqy post quinquennium in seminario expletum, ad dioecesim ex qua oriundus erat se contulit, ubi parochiam de Bourchicourt adeptus est. Tum seminarium hujus creatus est director anno 1706. at cogente valetudine parochiam repetiit 3. Februarii 1707.

XVI. N. Robine doctor theologiae facultatis Parisiensis, qua director seminarium ingressus est 21. Febr. 1707. Promotus quatuor post annos ab archiepiscopo Parisiensis ad parochiam dioecesis, rogatu directorum eam deprecatus, remansit director ad 1717. quo mense Octobri adeptus parochiam S. Germani in suburbio Castrensis ejus possessionem accepit initio mensis Nov. sequentis.

XVII. N. Roussel presbyter licentius in theologia seminarii director agnitus die 3. Nov. 1717. remeavit ad parochiam d'Anney prope Pontifaram circa festa Paschalia anni 1720.

XVIII. N. Boidot presbyter doctor theologiae facultatis Parisiensis admittus est director seminarii tempore Quadragesimæ anni 1720. quod cum singulari prudentia gubernasset, petiit ob infirmitates mense Februario anni 1726. ab ea exini præfectura.

XIX. Johannes Baptista Langlet subdiaconus dioecesis Audomarensis, quatuor annis in seminario exactis, director ejusdem electus est 10. Martii 1726. & sacerdotio initiatus mense Sept. ejusdem anni.

XX. Antonius Desultiers-Sarcey presbyter dioecesis Lugdunensis, Sorbonæ doctor die 6. Novemb. 1731. literis cum Carolo de Vintimille archiepiscopi Parisiensis tum regis subrogatur in locum Johannis Baptiste Langlet. Regit hæcenus summa cum prudentia: cujus maxime temporibus renovata domus est plurimumque adaucta, ex munificentiæ præsertim laudati archiepiscopi.

#### CONGREGATIO SACERDOTUM A MISSIONIBUS EXTERIS.

DE Missionibus exteris, seu ad exteras gentes sermonem habituris rem ab ovo repetere juvat. Cum per annos circiter 25. Alexander de Rhodes Societatis Jesu presbyter oriundus Avenione felicem operam posuisset in missionibus Cocincinæ, Tunquini & Sinenfis imperii, Romam

A adiit, ubi summo pontifici Ianocentio X. edixit necessitatem mittendi quamprimum in hæc Orientales plagas episcopos, qui clerum in singulis nationibus ex indigenis constituerent, quatenus pro his nascentibus ecclesiis sacerdotis initiarentur, qui quod ab Europæis Evangelii præconibus persecutionum temporibus expelli solitis frustra sperabatur, illis conferrent auxilium. Placuit consilium pontifici, qui patri de Rhodes in mandatis dedit, ut operarios inquireret. Invenit hic Lutecia Parisiorum in parva clericorum societate, cujus alter Societatis Jesu presbyter N. Bagot curam gerebat. Illico papa nuncio in Francia N. Bagny præcepit, ut eos inter, qui se missionibus ad-

B præcepit, ut eos inter, qui se missionibus adhiberent, tres eligeret, quos episcopali charactero digniores existimaret. Hi fuere Franciscus de Laval Montmorenci de Montigny, Franciscus Pallu & N. Pique. At defuncto Innocentio papa & Alexandro de Rhodes misso a superioribus in Persidiam, pium hoc consilium irritum fuit, aut certe moram passum est ad annum 1657. quo N. de Milion & Franciscum Pallu Romam cum tribus aliis contendentes Ignatius Cotolendy parochus sanctæ Magdalænæ Aquilexientis Masiliam adivit, ut ipsum suscepti per se consensum adficerent. Illi ultro se facturos, quando relirent, promiserunt; quibus demum Romam ingressi, & instigante inprimis ducissa d'Aiguillon a cardinali de Bagny deductis in conspectum Alexandri VII. pontificis, hic Franciscum Pallu renuciavit episcopum Heliopolis & vicarium apostolicum Tunquini, adjecta cura quinque provinciarum Sinenfis Tunquini regno viciniorum, qui Romæ statim consecratus est a cardinali Antonio Barberino præfecto congregationi de Propaganda fide. Idem quoque summus pontifex Petrus de la Mothe-Lambert creavit episcopum Beritensem & vicarium apostolicum Cocincinæ & regni de Laos cum administratione quinque provinciarum Sinenfis; qui, cum in Franciam rediret, Ignatium Cotolendy pro data fide Aquis-fextis convenit, ut pro ipsius votis socium missionis adhiberet. Nec mora is cum Francisco Deydier Telonenis presbytero Parisios accessit ad duos vicarios apostolicos, qui ex licentia sibi a pontifice data eligendi quem pontificio munere digniorem judicarent, Ignatium pape indicarunt, a quo mox donatus bullis, sacram Parisiis in ecclesia sancti Ludovici ab archiepiscopo Rotomagensi inaugurationem an. 1660. accepit sub titulo episcopi Metelopolis & vicarii apostolici Nanquini cum regimine ceterarum Sinenfis provinciarum. Ex tribus his episcopis E Petrus de la Mothe-Lambert præful Beritenis primus hoc ipso anno cum duobus sociis Lutecia iter arripuit ad Sinenes; sed cum illuc per Tartarorum & Persarum imperia exfluente bello aditus esset occlusus, mense Augusto anni 1662. ad Siamese regnum appulit. Inter hæc die 6. Januarii 1661. Parisiis egressus cum duobus presbyteris NN. Hainques & Chevreuril Ignatius Cotolendy episcopus Metelopolis, ut inquam sibi officium adimpleret, in pago dicto Palacol non longe ab urbe Masulipatan profusio sanguinis die 6. Augusti 1662. interit. Natus Ignatius

24. Martii 1630. Brinolin, unde parentes ob A pestem Aquas-fextias postea secesserant, vix annum ætatis decimum octavum attingerat, cum nuri degens licentiam obtinuit a vicinis parochiis in vicis & pagis elementa doctrinæ christianæ pueros edocendi, & populos informandi. Suscepit in theologia gradibus & subinde sacris ordinibus, mox a capitulo metropolitano unius insigniorum urbis parochiarum curio renunciatur; quam provinciam abdicavit, ut se missionibus devoveret. Denique Franciscus Pallu Heliopolis episcopus die 3. Januarii 1662. in viam se dedit cum sociis aliquot, quibus illi duo socii Ignatii Cotelendy sese comites apud Suratam adjunxerunt; haud B prius ad Siamen regnum appulsus est, quam anno 1664. Cum igitur ambo vicarii apostolici Siamum, quo neutri mens fuerat se conferendi, una cum sociis, Deo providente, convenissent, visus est locus Indiarum commodissimus, ut quasi missionum suarum medullium esset, & hinc mutua negotiorum cum Europa procuratio foveretur. Quamobrem petentibus illis regni hujus administrationem spirituales, pontifex jussit, ut successor demortui Metellopolis episcopi inibi vicarius apostolicus assidue confisteret, insularumque adjacentium Japoniæ, Pegon, & missionum omnium Indiarum curam obtineret. Dum vero C quidam Evangelii præco Romam delegatus vicariatum Siamii petiturus revertitur, Petrus de la Mothe-Lambert episcopus Beritenfis ad Sinenfes profectus, facto naufragio, terra Siamum redire cogitur; quo tempore exorta persecutione, Tunquini Franciso Pallu Heliopolis episcopo præfceptus fuit aditus, unde jam omnes Evangelii præcones extrinfi fuerant, & illis quominus reverterentur interdichum. Ad hanc tamen ecclesiam desertam vicarii apostolici miserunt Franciscum Deydier, qui mira visus prudentia illic perseveravit, eamque missionem fundavit, postmodum factus episcopus Alcalonis & vicarius apostolicus Tun-

quini. Dirã quoque sæviebat Cocincinæ persecutio, unde cum pulsus tres e societate Jesu presbyteri duoque Capucini Siamo Macaum pergentes, vi tempestatis Fasium ejecti fuissent, vicarii apostolici Cocincinam delegarunt N. Chevreuil, qui cum inibi aliquandiu laborasset, exul inde Siamum rediit. Verum Cocincinæ de novo apertam missionem cum collega repetiit tam feliciter, ut etiam unum singulari laude perseveret.

#### MISSIO SIAMENSIS.

Siam res interea belle se habebant ob eximiam E regis erga vicarios apostolicos existimationem, quibus & locum amplissimum non longe ab urbe regia, & speciosam basilicam ædificavit cum seminario, ad quod accesserunt e Cocincina & Tunquino plures elementorum doctrinæ christianæ explicatores ætatis provectæ & probate virtutis, quibus edoctis mores christianos, & ad ecclesiastica munia præparatis sacros ordines contulerunt, divinique vacaturos in patriam remiserunt. Erectum etiam collegium est, unitumque seminario, in quod admittuntur liberi veterum christianorum

Tomus VII.

Tunquinesium, Cocincinensium, Pegonensium, Sinenfium & Siamenfium; ex eoque prodierunt presbyteri complures Tunquineses & Sinenfes, qui christianam fidem hinc in vastis regionibus tuentur. Haud procul a seminario ædificatum fuit publicum valetudinarium pro pauperibus ægris, in quo & remedia his, quos capere locus non potest, gratuito distribuuntur. Quodque notandum inprimis est, his tam seminario quam publico valetudinario omni reditu destitutis seminarium Parisiense omnia omnino necessaria suppeditat, necnon pensiones annuas evangelii præconibus, & elementorum doctrinæ christianæ explicatoribus subministrat. Hæc quidem duæ missionum sedes ingentibus oppugnatæ sunt persecutionibus, fed gratia Dei prævalente, gentium furor expugnare illas non potuit, adeo ut seminario Siamenfe nunquam habere destiterit superiorem vicarium apostolicum ordine qui sequitur.

#### SIAMENSES VICARII APOSTOLICI.

I. PETRUS de la Mothe-Lambert Buxeriæ in diecesesi Lexoviensi natus 18. Jan. 1624. & post in curia subfidiorum Rotomagensi consiliarius, cum tunc esset episcopus Beritenfis inauguratus Parisiis in ecclesia monialium a Visitatione vici S. Antonii, & vicarius apostolicus Cocincinæ, regni de Laos & quinque Sinenfium provinciarum, primus seminarium rexit usque ad annum 1674. Ejus merito conciliata regis Siamii benevolentia, mirifice accrevit hæc missio, extructis, ut diximus, basilica, seminario, collegio & valetudinario. Duas in Cocincina & Tunquino visitationes obivit episcopales, duasque synodos habuit, in quibus statuta celeberrima condidit, que summus pontifex probavit. Idem crexit congregationem puellarum & viduarum sub titulo Crucem amantium, quarum partes sunt pie juniores puellas instituire. Denique sanctissimi pastoris vitam pia morte sinivit Siamii die 15. Junii 1679.

II. Ludovicus I. Laneau natus apud Montem Dubletum in Cenomanis anno 1639. decursis Luteciæ Parisiorum philosophiæ, juris ac theologiæ studiis, ecclesiasticæ vitæ institutum amplexus est tanta brevi cum superiorum laude, ut anno 1662. dignus sit habitus qui præfulem Heliopolis Franciscum Pallu ad Indos properantem comitaretur. Siamii porro constitutus, munia sibi commissa tam ferventer, tamque fideliter obivit, ut qui defuncto Ignatio Cotelendy episc. Metellopolis & vicario apostolico Nankuni, &c. succederet, delectus sit an. 1673. sub finem Septembris; quem episcopus Beritenfis Petrus de la Mothe-Lambert inauguravit Siamii, assistentibus Heliopolis episcopo & N. Chevreuil Sorbonæ baccalaureo sacerdote jam dudum in regionibus illis Evangelii præcone, 25. Martii die sancto Paschæ anno 1674. statimque Ludovicus in possessionem missus est vicariatus apostolici non solum Nankuni in imperio Sinenfi, verum etiam primariæ urbis & totius regni Siamii, uti præceperat Clemens papa IX. dato diplomate 4. Julii 1669. Is autem magno jam in pretio habitus a rege, facultatem obtinuit quinque in totidem provinciis ecclesias constituendi, in quibus &

T ii j

seminaria erexit. Iter fecit ad Cocincinam, synodumque habuit apud Faifum, cui adfuerunt octo sacerdotes Europæi, quatuor indigenæ & octoginta elementorum doctrinæ christianæ explicatores, inauguravitque Guillelmum Mahot episcopum Bidentem & vicarium apostolicum hujus regni. Siamum postea rediit, ubi felicem operam posuit formandis in collegio scholaribus, viris ecclesiasticis in seminario & catechumenis in toto regno. Verum adveniente regis morte, cum Ludovicus antistes præcipuus exlisset Francos inter & Siamenses conventionis arbiter, illorumque sponfor, Siamensibus a Francorum duce oblidibus abductis, fauciatus ipse, raptatus & catenis constrictus, carceri mancipatus fuit cum plurimis tam Evangelii præconibus, quam seminarii alumnis, scholaribus & Francis, expulsumque seminarium est. Tum quidem Cocincina rex, paganus licet, legatos misit libertatem præfalis postulaturus, sed neque auditi sunt. Attamen cum oblidis Siamenses ex urbe de Pondichery reduces Francorum in se urbanitatem regi prædicassent, hinc præfulem & Evangelii præcones educos e carcere quingentis donavit nummis. Suum inde Ludovicus repetit seminarium, quod cum collegio restitutum incolis denuo frequentavit, obtenta interim assiduis precibus & studiis centum Francorum libertate, quibus usque ad discessum ex mutata pecunia victum & vestitum subministravit, & christianis, quorum plerique bona & libertatem pro servanda fide amiserant, solatium præbuit. Nedom vero postea remissior esset Ludovicus in convertendis paganis, hoc ipsum opus novo profectus est ardore, & quidem tam laudabiliter tanque prospere, ut immortalis piis illis exercitiis non solum christiani, verum & gentiles, plebs & magnates, atque ipse rex deserverint, qui & suis impensis magnificum illi funus apparavit, adeo ut etiamnum Siam & in omnibus circumvicinis locis ipsius memoria stet in laude & benedictione.

III. Ludovicus II. de Cicé natus Redonis in Armorica anno 1650. ex antiquissima hujus provincie familia, apprime imbutus ecclesiastica disciplina, & sanctorum scientia in Parisiensis sancti Sulpicii seminario, quas ambire poterat, ecclesie dignitatus spretis, destinatur Evangelii præco apud Montem Regalem in Canada, unde res magni momenti revocarunt eum in Franciam an. 1681. Ast inibi diu non subsistit: audiens siquidem quantos Evangelium progressus apud Indos faceret ministerio vicarium apostolicorum, collaborandi sancto huic operi accessus desiderio, insequenti anni die 6. Aprilis illuc profectus est cum Francisco Pallu Heliopolis episcopo, a quo destinatus in Cocincinam, illic præconis Evangelici munia exercuit usque ad annum 1699. quo in Franciam remeavit. Tum vero cui probe nota erant ejus cum fidei ac morum sinceritas, tum eruditio & prudentia singularis, summus pontifex Ludovicum nominavit episcopum de Sabula & successorem Ludovici Laneau episcopi Metellopolis in vicariatu apostolico Siam & in administratione missionum omnium. Anno itaque 1701. inauguratus Parisiis a consanguineo Sanbriocensi

A episcopo N. de Coetlogon, Siamum protinus adivit, ubi decessoris exemplum egregie æmulatus, diem ultimum clausit prima die Aprilis anno 1727.

IV. Jacobus Tessier de Querzay Nannetis oriundus, episcopus Rosatiensis Ludovico de Cicé successit in vicariatu apostolico Siam. Rexit seminarium Siamense, omnesque Indiarum missiones usque ad annum 1737. quod 27. Novembris decessit, audacter confessus fident in ultima persecutione circa 1732. In qua mortem non effugisset, nisi quod qui Siam residet vicarius apostolicus Francie regis hac in regione vices oblectat.

#### VICARII APOSTOLICI TUNQUINI.

I. FRANCISCUS I. Pallu Turonis natus ex ingenua familia, primum fuit canonicus S. Martini, tum Romæ & Parisiis missionibus exteris instituentis sedulam ac prosperam operam navavit. Quapropter summus pontifex Alexander VII. eum nominavit episcopum Heliopolis & vicarium apostolicum Tunquini cum administratione quinque provinciarum Cocincinæ. Sacro inunctus oleo Romæ in ecclesia sancti Petri a cardinali Antonio Barberino præfecto congregationi de Propaganda fide, Parisiosque reversus, hinc terra viam arripuit ad Indos anno 1662. qui haud prius Siamum appulit quam anno 1664. Illic autem, cum bella inter Indorum reges subsistere illum cogere, cum Petro de la Mothe-Lambert episcopo Beritensi, de quo supra in vicariis apostolicis Siamensibus, & aliquot aliis evangelicis præconibus librum de institutionibus apostolicis scripsit, qui probatus summo pontifici, impensis sacre congregationis in lucem editus est. Sanctum Xavierum imitari sollicitus Franciscus fuisse Evangelii præconibus, ut votis emissis austriorem amplecterentur vitam, adeo tamen ut papa probaret vota, alioqui nulla D essent. Miratus est pontifex zelum episcopi, sed vota improbat. Siamo Tunquinum ire navigio tentat, quo in itinere circa 1673. procella jactatus Mechliniam, quasi explorator & hæreticus ab Hispanis in custodiam detrahus est, indeque Mexicum trajectus & hinc Madritum, ubi cum innocens ab Hispaniarum rege agnitus esset, donis ab eodem & honoribus cumulatus Romam repedavit. Præfulem hunc tanti æstimavit Innocentius XI. ut his excommunicatis, qui cum Mechliniæ detinuerant, in palatio sacre congregationis permiserit habitare, & a camera apostolica queque necessaria illi suppeditari curaverit. Neque vero E temere factum est, imo Dei omnipotentis nutu, ut tum Romæ degeret hic antistes, cum Lusitani missionem Gallicam convellere totis viribus satagebant. Francico igitur promovente, datis a pontifice duobus vicariis apostolicis pro Tunquino & alio pro Cocincina, in Franciam venit, adunavit octodecim Evangelii præconum turmam, quorum unus N. Maigrot, postea nominatus episcopus de Conon & vicarius apostolicus provincie de Fokien, anno 1691. primum suum contra superstitiones Sineses commentarium dedit. Franciscus autem cum illis octodecim operariis Cocincinam

profectus, cum ad illam extraneis prohiberent accessum Tartari, appulit ad insulam Formosam, unde copiarum Sinenfium vel Tartarorum dux eum tradidit ad provinciam de Fokien. Illic tandem novem post menses ærumnis confectus, sed omni virtutum genere clarus migravit ad Dominum anno 1685.

II. Franciscus II. Deydier natus Telone anno 1636. ex familia nulli totius urbis seu gloria, seu opibus cedente, tamen filius unicus, clero se addixit, qua in professione brevi cum eruditione, tum pietate præcelluit. Ab Ignatio Cotelendy postea episcopo Metellopolis, de quo supra, socius aditus Parisios accessit, unde ad Indos profectus, postmodum a vicariis apostolicis Francisco Pallu & Petro de la Mothe-Lambert missus est ad ecclesiam Tunquini tunc temporis desertam. Inibi certe eo majus erat periculum, quod Evangelii præcones hinc ejecti fuissent, & iis quominus reverterentur interdichum. Illuc tamen intrepidus properavit, secreto subit, missionem renovavit, seminario constituto ex elementorum doctrinæ christianæ explicatoribus, quos ad ordines sacros preparavit. Cum vero huc episcopus Beritenfis & vicarius apostolicus advenisset, duodecim presbyteros, complureque initiavit clericos, & inde recedens, Franciscum Deydier & Jacobum de Bourges pro vicarios suos eo in regno reliquit. Hi duo, quo persecutionem & exilium effugerent, simularunt se negotiatores, quibus regia Gallica societas permisit se dicere ejusdem inlitores & negotiorum procuratores; sicque suam fixere selem apud Hien vicum ad ripam magni fluvii non longe a mari, neque ab urbe principe, ubi tum Angli tum Batavi secreto illis subministrarunt merces ad faciendam exigam apothecam. Illuc porro commercii obtentu christiani accedebant cum fiducia, quibus illorum ædes ecclesie loco intersivebant, & seminarii elementorum doctrinæ christianæ explicatoribus. Denique papa edoctus literis Francisci Pallu episcopi Heliopolis labores assiduos & præclaras dotes Francisci Deydier & Jacobi de Bourges, illum Afcalonis episcopum & hunc antistitem d'Auren suosque in Tunquino vicarios apostolicos renunciavit. Illis hæc nova dignitas invidiam consilavit christianorum schismaticorum, qui veluti ditissimos provincie, in qua residebant illos præfecto denunciarunt. Quare die Dominica, hora tertia matutina illorum ædes circumobseste fuerunt a militibus, qui christianos illic congregatos catenis ferreis constrinxerunt, ædes expilarunt, amboque præfules isti crudeliter ceciderunt, ut, Jacobo semivivo relicto, Franciscus capillis tractus, renibus, collisque duabus contractis, postredie alligatus sit palo, ubi tribus diebus totidemque noctibus nudo capite expositus fuit ardentissimo æstatis tempore infidelium cachinnis & apostatarum christianorum. Eo certe in supplicio martyrium consummasset suum, nisi eunuchus Francisco familiarissimus, regique pergratus illum liberasset. Præfectus autem ejusque satellites severius multati sunt, omniisque præsulibus ablata restituere coacti.

A Pace restituta & sanitate recuperata, ambo prælati sua munia repetierunt, ita ut altero peragrante provinciam, alter apud Hien remanens novos edoceret elementorum doctrinæ christianæ explicatores, seminarii alumnos ad ordines præpararet, & christianorum, qui ex urbe regia circumvicinisque locis adventabant, confessiones audiret. Hæc dum agit verus pastor, qui non sua quaerit, sed que gregis, Franciscus Deydier vitam reliquit mense Julio 1693. post annos 14. vicariatus & 13. vicariatus apostolici in missione Tunquini, quibus ad fidem plures paganos, & ad poenitentiam plurimos christianos convertit, crexit non paucas parochias, initiavit triginta presbyteros Tunquinenfes, eruditique elementorum doctrinæ christianæ quinquaginta & amplius explicatores.

III. Jacobus de Bourges Luteciæ natus anno 1630. cum disciplinis omnibus apprime fuisset excultus, anno ætatis 30. cum Francisco Deydier euntem ad Indos Petrum de la Mothe-Lambert comitatus est. Siamum appulsi, jubente hoc antistite, adivit Romam, ubi ab Alexandro VII. impetravit, ut regna Siam, Pegon, Laos, Camboye & Champa cum insulis adjacentibus & Japonia curæ vicariorum apostolicorum subessent, sacre proposuit congregationi Franciscum Piquet consulem Galium apud Alep. ut esset episcopus Babylonis, indeque transfretavit ad Indos cum sex novis Evangelii præconibus, quorum tres in via occubuerunt. Jacobi dotes eximie & assidui labores moverunt Franciscum Pallu, ut scriberet ad summum pontificem, qui hunc antistitem d'Auren & in Tunquino vicarium apostolicum renunciavit, uti jam dictum est. Cum autem post obitum Francisci Deydier in vicariatu socii, totum solus aliquot annis sustinisset pondus missionis Tunquinenfis, rogavit papam Jacobus, ut sibi coadjutorem indulgeret Edmundum Belot, & loco defuncti Francisci Deydier N. Lezoli Dominicicum institueret episcopum & vicarium apostolicum. Assensit pontifex Innocentius XII. cujus acceptis bullis Tunquini anno 1700. biennio post die 8. Jan. Edmundum Belot episcopum Basilæ & coadjutorem suum inauguravit. At vero christiani Lusitanorum papæ rebellionis fautores, hosce novos episcopos agnoscere detrectantes, oblati pecunia & muneribus benemultis, edictum regium obtinere, quo Franci omnes et regno pellebantur. Coadunati ergo & aliquando diligenter custoditi, pergenti Siamum impositi sunt navi. Sed cum Jacobus ante professionem sibi navis præfectum conciliare studuisset, hic Tunquino jam extra conspectum posito permisit Edmundo Belot & Evangelicis præconibus navi relicta ingredi naviculam gubernatam a christianis, qui pastores suos in provinciam ab aula regia distant reduxerunt. Inter hæc, dum inibi nonnisi clam isti commorantur, Jacobus episcopus d'Auren octogenarius cum frequenti scholarium Tunquinenfium caterva sibi a christianis adducta, Siamum feliciter appulit, a Ludovico de Cioé Metellopolis episcopo, clericis & christianis reverenter exceptus, quin &

ab ipso rege per aliquot e suis potentioribus præfectis, qui regie illum benevolentie ac tutelæ certiore facerent. Tranquilliori statu, quo paulo post ecclesia Tunquini fruita est, recreatus Jacobus, nihil aliud cogitavit, quam se ad mortem preparare. Tametsi gravatus annis, in nulla re defuit piis exercitiis, quibus in seminario vacatur, folis ejusdem alimentis contentus; qui demum violenta febre correptus, post duos patientie singularis menses, omnibus ecclesiæ sacramentis munitus, Siami obdormivit in Domino ætatis anno 83. Incarnati Verbi 1713. cum per annos quinquaginta tres & amplius missionibus vacasset.

IV. Edmundus Belot natus Avalone in Burgundia, profectus est ad Indos anno 1682. Ad missionem vero Tunquini destinatus, tam assidue tamque prospere in ea laboravit, ut Jacobus de Bourges episcopus d'Auren, de quo superius, cum coadjutorem petiit & obtinuit inauguraverit episcopum Basileæ die 8. Jan. 1702. illique visitandi quotannis sui vicariatus ecclesiæ, ceteraque obeundi episcopalia munia, quibus ipse per ætatem & infirmitates corporis impar erat, curam commiserit. Ab ingressu Tunquinum presbyteris Gallis jam pene quadraginta effluerant anni, quibus singulis octo circiter seu adulatorum, seu infantium millia sacro abluta fuerant lavacro baptismatis, adeo ut ex christianorum mire adaucto numero labor in dies vicariis apostolicis accresceret. Haud terribus Edmundus totum solus perferere pondus eo fervore, ut exultare episcopus d'Auren & mirarentur fideles. Enimvero quamvis exortæ identidem discordiæ intestinæ a christianis sedi apostolicæ rebellibus fote, ac sæpius excitatæ a paganis persecuciones duriorum illi redderent pastoralem sollicitudinem, gratia Dei nihilominus exuberante, seipso fortior novas semper refumebat vires. Pulso & Tunquino 1712. Jacobo de Bourges episcopo d'Auren, Edmundus ea gloria excelluit, ut binis prægravibus catenis onustus carceri manciparetur, ubi sub dio nimis solis ardoribus, fami, siti & omnis generis calamitatibus obnoxius, navi demum impostus sit ad eundem Siamum; sed cum in via Tunquinum ingrediendi, præfecto navis favente, opportunitatem reperisset, anno integro inibi mansit abditus in vico silvas inter & montes medio, plures interim edocens elementorum doctrinæ christianæ explicatores, ex quibus tres ad sacerdotium promovit. Sedata persecutione suis e latebris egressus, solito fervore munia sua repetiit, his qui christianam religionem, dum sævirent pagani, audacter professi fuerant, animos addidit, plures apostatas poenitentia remedio in ecclesiæ sinum revocavit; quem demum post ecclesiæ suæ splendorem restitutum Deus copiosa nimis futurus illi merces ad se vocavit die 2. Januarii 1717.

V. Gabriel Guisain Parisius, præter voluntatem parentum ad Indos profectus circa 1699. ad Tunquinensem missionem allectus est ab episcopo d'Auren Jacobo de Bourges, cujus & laborum & ærumnarum effectus est particeps. Dein Edmundus Belot episcopum Basileæ abdere se coactus fecutus est, quos si quis deprehendisset, quando-

quidem solemnè edicto regio extorres regno, morte affecti fuissent. Cum vero, pace reddita, ad sua uterque munia redisset, ac tandem Edmundus sua morte Tunquinensem ecclesiam pastore vacuum reliquisset, summus pontifex Gabrielem nominavit episcopum de Laranda, & successorem Edmundi in vicariatu apostolico Tunquini an. 1718. Haud prius tamen quam 1721. bullis acceptis Gabriel sacram unionem accepit Dominica 3. post Pascha ministerio N. Ceru Dominicani, episcopi Nicææ & coadjutoris patris de Sainte-Croix vicarii apostolici in Tunquino. Excitata denuo persecutione, nonnisi clam sua obire munia in silvis & speluncis cogebatur; qui demum rebus ad vitam maxime necessariis destitutus, & accedente thoracis distillatione consumtus spiritum Deo reddidit 17. Novembris 1723. ætatis 58. postquam in missione 31. annos exegisset.

VI. N. Neez anno 1738. a summo pontifice renunciatur episcopus Senoniæ & vicarius apostolicus Tunquini.

#### VICARII APOSTOLICI COCINCINÆ.

I. **P**ETRUS de la Mothe-Lambert vicarius Beritenis, primus fuit Cocincinæ vicarius apostolicus; at Siami figere sedem coactus est, ut diximus in Siamensibus vicariis apostolicis. Usus autem est provicario generali N. Guyart Parisino, quo mortuo triduo post festum Pentecostes anno 1673. ipso loco, Guillelmus, qui sequitur, adhibuit.

II. Guillelmus Mahot oriundus e vico d'Argentan in dicecesi Sagieni, presbyter factus, enixe rogatus est ab episcopo dicecesano, ut insignem dicecesis parochiam acciperet. Hanc ut provinciam effugeret, se occultavit, privatamque ducere vitam decrevit. Postea tamen precibus ad Deum suscipis & consilio suæ conscientie moderator adductus ut missioni nomen daret, cum aliis pluribus Siamum petiit mense Novemb. 1665. an. ætatis 38. unde a Petro de la Mothe-Lambert episcopo Beriteni ad Cocincinam missus, illic cum incredibili fervore laboravit, gentiles multos ad Christi fidem convertit, quadriennem secundi principis natum aquis lustralibus tinxit, sanavitque a lethali morbo, qui tantum beneficium tam grato semper animo profectus est, ut a christianis nunquam desereret religionem. Quod autem virum apostolicum magis commendare debuerat, majorem in eum invidiam gentiliū concitavit. Delatus itaque præfectis, comprehensus, ferreis constrictis vinculis & in horrendum conjectus est carcerem, unde non exivit, nisi ut sisteretur regi & supremo ejus consilio. Extra dubium erat illum exilio saltem multandum, sed aule primorum beneficio, veniam ei rex indulsit, plurimisque christianis qui cum ipso comprehensi fuerant, libertate donatis, severius in præfectos animadvertit, quod cum illis acerbis egissent. Mortuo Petro de la Mothe-Lambert, ut diximus, anno 1679. Guillelmus jam tum ejus provicarius a summo pontifice successor datus est in vicariatu Cocincinæ, bullis Siamum missis ad episcopum Metelopolis Ludovicum Laneau, qui



persuasus modestum hunc virum illam nunquam accepturam dignitatem, nisi sancta vis adhiberetur, Cocincinam accedens synodum generalem coegit, in qua omnes Evangelii præcones, ceterique minores doctrinæ christianæ ministri ad pedes Guillelmi provoluti, sua se munia relictuos, si respuerit episcopatum, illi denunciarunt. Victus demum tam acri precatione inaugurari se permisit episcopus Bidentem prima Dominici Adventus & institui Cocincinæ vicarium apostolicum. Id munus adimplendi novo accensus zelo, perstravit totum gregem ut confirmationis sacramentum conferret, rationem agendi præconum Evangelii intelligeret, & christianorum fidem excitaret. Redux Faïsum ubi maxime residebat, obiit 15. Jun. 1684. ætatis annum agens 54. cuius tam celebris erat apud omnes christianos fama sanctitatis, ut corpus ejus invitis ministris evangelicis acceptum & conditum regionis more, triduo in capella expositum voluerint, ab ipsisque gentiliis urbis primoribus funus honoratum.

III. N. Perez presbyter Lusitanus ibrida, educatus in seminario Siamensi, qui postmodum Bugizæ in partibus infidelium nominatus episcopus, Cocincinæ tertius fuit vicarius apostolicus.

IV. Marinus Labbé ortu Cadomensis, e Francia 1678. ad Cocincinæ missionem destinatus, in ea laboravit usque ad 1697. quo anno in Gallias revocatus fuit. Monitus autem circa id tempus Innocentius XII. papa N. Perez infirmum esse atque imparem vicariatus implendis officiis, Marinum creavit episcopum Tilopolis, & N. Perez coadjutorem in vicariatu Cocincinæ, qui vix consentiens, Luteciæ inauguratus est cardinali Noallio diocæsanus archiepiscopus. Marinus tandem quindecim annis, quibus innumera cum a gentilibus, tum a christianis schismaticis mala sustinuit, vicarii apostolici munere functus, Cocincinæ migravit ad Dominum anno 1723.

V. N. Italus Barnabita Marino successor datus obiit 1738.

#### EPISCOPI BABYLONIS & in Perside vicarii apostolici.

**D**Ebet hic episcopatus suam originem piæ largitati N. Dugué Bagnols viduz N. Ricouart, quæ ad illum fundandum misit Romam 66000. libras, ex quibus collocatis in Monte pietatis factus est annuus reditus 3300. librarum, modo redactus ad 1800. eademque pia femina voluit, ut primus episcopus esset Bernardus a S. Teresa Carmelita excalceatus, cuius postea successores nominarentur a sacra congregatione de Propaganda fide, ita tamen ut Gallus semper nominaretur. Vide annales Carmelit. excalceat. pag. 335.

I. Bernardus a sancta Teresa dictus in seculo Johannes du Val, natus est 22. Aprilis 1597. in urbe Clameciaco agri Nivernensis. Patrum habuit Johannem Baptistam du Val Autifiodorensen, Parisiis professorem & interpretem linguarum Orientalium, veterum numismatum studiosum, varisque operibus notum, qui anno 1623. rationum domus fororis regis inspector generatis audiebat. Avunculium quoque Bernardus

habuit Antonium le Clerc de la Forest nobilem Autifiodorensen, qui senatoris Parisiensis recutato munere, satis habuit esse magister libellorum supplicum reginæ Margarete, cui mortienti addidit, tanta cum pietatis, tum eruditionis fama celebris, ut plures illius vitæ auctores, cujus exemplar habebat in bibliotheca sancti Germani Præsentis, etiam miraculis clarum exhibebant. Duorum illorum ductu Bernardus magnos in scientiis profectus fecit, maxime tamen in virtute, ad quam hortamentis & exemplis præsertim avunculi excitatus, exemplo tandem affinis Germani le Prince, qui dimisso canonicatu Autifiodorensis ecclesiæ, Carmelitarum excalceatorum amplexus erat institutum, idem vitæ genus ambivit, cum habitu, Bernardi a sancta Teresa fortius nomen. Noviciorum magistro feliciter usus Alexandro a sancto Francisco nobili Romano, pape Leonis XI. nepote & fratre cardinali Ubaldini tum in Francia nunciis, piis ejusdem curæ ac sollicitudini tam prospere respondit, ut vota die 15. Martii anno 1615. emisit in conventu Parisiensi non ita pridem erecto. Eximius subinde verbi Dei præco effectus, modo quo supra nominatus fuit episcopus. Romæ sacram unctiorem accepit a cardinali Palloto, obtinuitque a summo pontifice titulum vicarii apostolici Ispahami regis Persarum sedis, a quo insuper ecclesiæ Ctesiphontæ visitator apostolicus constitutus est. Ubi Persidem attingit, anno 1640. 9. Maii, quæ familiaritate conjunctus erat cum Claudio Bernard dicto Paupere sacerdote, sepulto in ecclesiâ hospitalis domus Caritatis apud Parisios, ad eum scripsit epistolam, quæ mortuum reperit. Subscriptio ejus est, *Fr. Bernard*, hoc est *Frere Bernard*, non vero *François Bernard*, ut in vita ejusdem Pauperis sacerdotis anni 1708. auctore P. Lempereur Societatis Jesu presbytero legere est. Ispahamum appulit Bernardus 7. Julii anno 1640. ubi diversatus apud Carmelitas, qui jam anno 1605. inchoaverant missionem, die festo Assumptionis beate Mariæ benigne auditus est a Persarum rege, statimque hac in urbe christianis demorantibus instituendis operam dedit, singulis Dominicis rem divinam peragebat, concionabaturque, & posthac elemosynam erogabat quadringentis & amplius pauperibus christianis. Ut autem facilius rem sibi propositam exsequeretur, qua linguas addiscendi facilitate pollebat, brevi Persicam ita sibi familiarem fecit, ut ejusdem scripserit dictionarium, quod se propria ejus manu scriptum testatur annalista Ludovicus a S. Teresa pagina 342. Tum igitur cum Persis sermonem habuit, quibus utpote scientiarum avidis christianæ religionis mysteria infillabat, caute rejeçtis quæ profitebantur capitibus. Sic multos idololatrias convertit, in quibus unum regi gratiosum tum ob genus illustre, tum ob animi dotes sacro fonte abluvit 18. Aprilis 1641. nominavitque Paulum Armandum, Paulum scilicet, quia præsertim sancti Pauli epistolam conversionem debebat, Armandum vero, quia cardinalis Richelius Bernardo proficicenti significaverat, velle se missionis hujus protectorem haberi. Tanta denique Bernardus apud Persas auctoritate valuit, ut qui pueros

egros & moribundos habebant, eos precibus ejus commendarent, imo si sanitas spes non esset, ejus omnimoda committerent potestati, unde fiebat, ut clam eos baptisaret, & si convalescerent, mercatoribus christianis traderet instituendos. Quinetiam contigit, ut cum parentes id ab ipso audissent, baptisami formam addicere voluerint, quo suos annim agentes pueros noctu baptisarent, & ex illis plures hoc sacramentum sibi conferri efflagitaverint. Plurimos etiam schismaticos christianos, quos vocant Armenios, Jacobitas & Nestorianos catholicæ veritati restituit eo facilius, quod iis sacramenta conferret gratis, & maxime sacramentum penitentis, cum ab eorum sacerdotibus non nisi multo pretio pro peccatorum numero & qualitate conferretur. Verum, cum aliquando christianum, quo usus fuerat interprete, propter vitam disolutam cubiculo inclusisset, ne corrumperet alios exemplo, hic obtinendæ libertatis gratia profertens se Mahometanum, submovit *Muphti* ut eum liberaret e domo *du Calise*, sic appellabant episcopum Bernardum, alioquin ipsum in die judicii accusaret. Illum itaque *Muphti* eduxit, missis satellitibus armatis, qui comprehensum simul episcopum sistendum pro tribunali *Muphti*, injuriis affectum, tribus sauciavit ictibus acinacis, quorum ei stigmata quoad vixit superfuere, quem & plane interemisissent, nisi ex eorum manibus ereptum regius minister in suam domum deduxisset. Nec sic tamen advocatus est a proposito Bernardus; cepit enim de missionibus regionis perquirere, quas cum ingentes reperisset, sed operarios deficere, in Franciam rediit, ut de omnibus cum cardinali Richelieu colloquium haberet, & seminarium extrueret, in quo plures adulescentes bonis moribus & ingenio præditi edocerentur linguis & scientiis, mittendi postea in Persidem ad inibi fidem catholicam diffeminandam. Defectum reperit cardinalem Bernardus; quamobrem solus operam navare construendo seminario compulsus, anno 1643. xdes atque aream in vico Pontonis suburbii S. Germani comparavit, quibus contigua platea Babylonis ab eodem episcopo sortita est nomen. Biennio post illum ob infirmitates ab assidua in sua dioecesi præsentia liberum fecit summus pontifex, indulgentique coadjutorem Placidum Ludovicum du Chemin monachum Benedictinum, quem episcopum Neocesærensem nominavit. Cum autem anno 1647. rex in suam potestatem Catalaniam redeisset, illic missus Bernardus cum titulo omnium regis consiliorum assessoris, ad obeunda episcopalia munia, pro indigenis, qui recesserant, episcopis, quam felicissime hanc adimplevit provinciam cum ad animarum salutem, tum ad regiam stabilendam auctoritatem. Parisios redux in unam se recepit seminarii domum, ubi solitarie admodum vixit, nec minus parce, quo res seminarii melius promoveret, huic tam bene affectus, ut ingravescente ætate anno 1663. quæ comparaverat in vico Pontonis congregationi Missionum exterarum dederit, sub pensione ter mille librarum ad vitam, & post mortem mille librarum pro denominatis in ea pactione, quæ regi probata, in commentarios senatus Parisiensis hoc

anno die 7. Septembris relata est. Suis autem & huic congregationi Bernardus, ut cum episcopis Babylonis perpetuum iniret societatem. Denique obiit Luteciæ septuagenario duobus annis major anno 1669. 10. Aprilis, postridie sepultus apud Carmelitas excalceatus; cor tamen delatum est ad seminarium Missionum exterarum, ubi in epigraphæ *Cor apostolicum* vocatur.

II. Placidus Ludovicus du Chemin antea congregationis sancti Mauri monachus, Bernardi superioris coadjutor titulo episcopi Neocesærensis, ejusdemque episcopi successor, cum necdum suam invisset sedem dimisit. Mortuus est Parisiis die 7. mensis Novembris anno 1682. ætatis 75.

III. Franciscus Piquet ortu Telonenis, solum laicus & consul Gallus apud Alep, in locum ceditis Placidi a congregatione de Propaganda fide destinatur, fama volante, quod esset Europæorum Evangelii præconum, & episcoporum Orientalium catholicorum defensor, egenorum parens, & uno verbo firmissimum religionis columnen habetur. Adde quod cum apud aulam cum Turcicam, tum Persicam magno esset in pretio, majora quolibet alio ecclesiis Orientalibus beneficia prætare posset. Auditio igitur papali decreto Romam se contulit Franciscus, ubi sacris ordinibus initiatus, ac tandem Babylonis episcopus creatus & vicarius apostolicus in Perside, postea Luteciæ contendit, sacrum inii foedus cum exterarum Missionum congregatione, cujus alumnos Gallos NN. Roch, Samson, Godereau & plures alios propter se voluit semper assidere. Qui plura de Francisco voluerit, consulat ipsius vitam nuper editam a Carolo Octaviano d'Anthelmy episcopo Grassensi. Obiit apud Hamadam die 25. Augusti 1685.

IV. N. de Saint-Olon Gallus Theatinus, frater legati quondam apud Marocum Francico successit.

V. N. du Galifcon post N. de Saint-Olon has ecclesias suscepit regendas.

VI. Dominicus Maria Varlet nominatus quidem & sacratu fuerat episcopus Babylonis, ac vicarius apostolicus in Perside; verum paulo post prohibitus a papa ne diocesim adiret, Ultrajectum se recepit, etiamnum superstes, cujus loco,

VII. Emmanuel N. Carmelita excalceatus a summo pontifice renunciatus, nunc degit Bagdati aut in Perside.

EPISCOPI QUEBECENSES,  
Et Vicarii apostolici in Canada, seu nova Francia.

DE Quebecensibus episcopali sede pauca jam delibavimus tomo secundo col. 170. occasione ipsius dotis, cum tunc aliam de illa differendi futuram haud prævideremus.

Gallica colonia, quæ prima sedem in Canada fixit circa 1534. quæque ab anno 1604. plurimum creverat, in dies crescente, Innocentius X. papa nolens hanc novam ecclesiam sine pulchore relinquere, anno 1657. Franciscum de Lavaul Montmorency de Montigny episcopum Petree nominavit, suumque in Canada vicarium apostolicum. At cum anno 1674. Quebecum, volente & dotante rege Ludovico XIV. erectum fuisset in episcopatum,

in episcopatum, primus ab eodem renunciatus fuit A & obijt 26. Decembris 1727.

I. Franciscus de Laval Montmorency de Montigny natus 1622. licet hujus tam illustri & opulente gentis primogenitus, clero nihilominus se addidit. Ut primum missionis Gallicæ ad Indos consilium probavit papa, nuncius ejus in Francia Johannes Franciscus de Bagni Franciscum designaverat primum vicarium apostolicum, uti supra dictum est; sed cum ob exortas improvise difficultates, id executioni demandatum non esset, postmodum speciali Americæ Septentrionalis fidei tum est bono, ut primum ejusdem rector haberetur. Dum is adhuc solum esset vicarius apostolicus, Quebeci jam anno 1663. seminarium excitaverat ad formandum clerum, qui pietatem in colonia Gallica fovaret, & conversioni Barbarorum per silvas errantium intenderet. At ubi fuit episcopus titularis, sua in ecclesia cathedrali capitulum instituit, cujus canonici omnes quæ primitiva mirabatur in suis ministris ecclesia, servabant ad amissum, proprii scilicet abnegationem, cum sua quisque in seminarium conferret, & pater communis quod cuique opus erat divideret, quodque usibus honestis supererat, in elemosinis distribueretur; sicque nullus erat pauper, nullus habendi cupidus. Idem antistes seminario præficens continuum clericis dabat exemplum propriæ utilitatis neglectus, laboris, modestiæ, sobrietatis & poenitentia. A visitanda diocesi asperimo hiemis in Canada tempore nunquam deteritus est Franciscus, quem cerneret sæpius baculo innixum & sacco ecclesiastica supellectile pleno humeris imposito longas vias per nives peditem suscepisse, ut parochos animaret ad incommoda regionis asperæ sustinenda, & subditos fideles ad recte vivendum excitaret. Idem & futuri præficus, suum videlicet clerum impari aliquando fore convertendis tot populis per hæc vastissimas aquilonis Americani regiones diffusis, anno 1674. Quebeci parochiam D

& obijt 26. Decembris 1727.

III. Ludovicus Franciscus de Mornay Capucinus, Eumeniæ titularis præsul inauguratus in ecclesia Capucinorum vici S. Honorati a cardinali de Rohan, assistentibus episcopis Vivariensi & Vurenensi die 22. Aprilis 1714. Tum fuit coadjutor Quebecensis, ac tandem episcopus. Cessit anno 1733. & obijt Parisiis 28. Novembris 1741. annuæ ætatis 78.

IV. Petrus Herman d'Hofquet patria Leodiensis, cum tunc esset Romæ procurator Missionum exterarum, inibi sacratu est episcopus Samoensis 25. Decembris 1725. tum coadjutor Quebecensis episcopi Ludovici & eo cedente 1733. episcopus, cessit & ipse 1738.

V. Franciscus Ludovicus de Lauberivière superiori cedenti successor datus, sacro innuctus est oleo in sacello seminarii sancti Sulpicii 16. Aug. 1739. ab antiquiori sedis ejusdem episcopo Ludovico Francisco de Mornay, assistentibus Treccorensi & Bethleemitano episcopis. Obijt post undecim dies quam adeptus possessionem fuerat.

VI. Henricus Maria du Breil de Pontbriant filius Josephi Ivonis du Breil & Mariæ Anglicæ Silvæ Marot de la Garaye, germanus Mariæ du Breil abbatis Landavallis, ex canonico ecclesiæ Macloviensis & episcopi vicario generali a rege nominatus est episcopus Quebecensis mense Dec. 1740. & Romæ propositus die 5. Martii sequentis, Parisiisque innuctus in sacello archiepiscopatus 9. Aprilis 1741. ab episcopo sancti Brioci, collaborantibus episcopis Aginensium & Bethleemitano, tandemque regi sacramentum dixit 17. eorundem mensis & anni.

#### SEMINARIUM PARIENSE

Pro Missionibus ad exteras gentes, seu Congregatio sacerdotum pro Missionibus exteris.

Stum in vico du Bacq suburbii S. Germani Seminarium Missionum exterarum institutum est anno 1663. probante rege eodem anno 26. Julii literis datis ad Armandum Poitevin & Michaelem Gazil presbyteros, qui jam trium vicariorum apostolicorum negotia curabant. Has literas paulo post Senatus Parisiensis, camera rationum & Castellum inscripserunt commentariis. Annuit etiam Henricus de Bourbon dux Vernolii qua commendatarius abbas S. Germani, & eo nomine suburbii dominus: quibus & accessit consensus archiepiscopi Parisiensis & eminentissimi cardinalis Chigii sedis apostolicæ legati a latere. Porro inter alia benemulta, quæ hoc seminarium maxime commendant, inde profecto non mediocres decus referre debet, quod tam seminarium, quam publico valedudinario Siamensibus omni reditu destitutum quæque necessaria suppeditet, quin & annuas pensiones Evangelii præconibus, ceterisque minoribus sacre hujus militiæ administris largiatur. Neque minor est hujus seminarii laus, quod illi anno 1674. unita sint cum parochia, tum seminarium Quebeci, quorum superiorem & parochum nominare, directoresque & Evangelicos præcones mittere ad illas duas in Acadia & Mississipi natas ex ea

Mon. du  
Chigii tom. 2.  
pag. 723.

II. Johannes Baptista la Croix Chevrieres de Saint-Valier doctor in theologia facultatis Parisiensi quondam ab elemosinis, eques Melitenensis & abbas Girumdi, cessione Francisci superioris admittitur, nominatus ad hanc ecclesiam mense Apr. 1685. sacram unctionem accepit in ecclesia sancti Sulpicii Parisiensis die 25. Januarii 1688. Rexit magna cum prudentia viginti circiter annos,

Tomus VII.

V u u

unione missiones penes est directores seminarii A  
Parisi. Hujus ecclesia edificari cepit anno 1683.  
Superiorum elenchum hic adtexere visum est.

## SUPERIORES

Seminarii Missionum exterarum.

I. MICHAEL Gazil, vocatus doctor theologus & archidiaconus in ecclesia cathedrali Ebroicensi, alter directorum seminarii & procurator Missionum exterarum, fuit alter presbyterorum, quibus inscriptum est diploma regis hanc approbantis congregationem anno 1663. 26. Julii. Primus autem seminarum superior memoratur.

II. Franciscus I. de Meurs Sorbonæ doctor, B  
electus in superiorem anno 1664. cum aliquot annis hanc domum digne ac laudabiliter rexisset, accitus est ad Augustodunensem diocesim, ut parochas ab inanibus curis & occupationibus abductos piis exercitationibus excoleret; quo in munere tanto cum zelo se gessit, ut aliquando sub finem adhortationis pleuritide correptus, paucis post diebus ex hac vita decesserit.

III. Michael Gazil secundum assumtus in superiorem & presfectum domus anno 1667. neminem suspectum novarum hæreseon, quæ delatæ ad sedem apostolicam fuerant, admitti voluit in congregatione. Romam postea contendit, C  
ubi prudenti consilio usus, vota quæ Siam præcones Evangelici aut emiserant, aut emittere proponebant, quippe quæ flare cum illorum muniis haud poterant, rescindi aut prohiberi curavit.

IV. Franciscus II. Bezar doctor facultatis Parisiensis, alter directorum seminarii & procurator Missionum exterarum, successor Michaeli datus est 1670. vir singulariter in Deum affectus, sibi durus, aliis benignus, regendis animabus adeo intentus, ut vix aliud efficere videretur, qui tamen omnibus seminarii exercitationibus erat assiduus. Denique tota epi agendi ratio grata erat intus & extra; quapropter iterum electus anno 1677. D  
dicitur ex primo assistente, aut, ut alii volunt, 1680.

V. Lucas Fernanel rexit domum simul procurator exterarum Missionum ab anno 1674 ad 1677. quo factam a Petro de Pons presbytero degente in seminario fundationem pro quinque presbyteris hujus congregationis accepit. Is erat doctus juxta & pius, qui cum & opibus & amicis plurimum valens ad ecclesiasticas dignitates pervenire potuisset, secedere in seminarium maluit. De cetero severius erat ipsius vitæ genus, quam ut esset diuturna. Obiit in seminario desectus ab omnibus sodalibus, tanquam amicus, benefactor E  
& pater.

VI. Franciscus Bezar successit ex dictis anno 1677. aut 1680.

VII. Jacobus Carolus de Brisacier doctor theologus, regi a consiliis & reginæ Mariæ Teresie ab elemosynis & concionibus, prima vice 1681. & octies postea superior electus, annis proinde viginti quatuor seminarium rexit. Ingenii maturitas, sermonis facundia tam in concionando, quam in familiari colloquio, peritæ quoque animas re-

gendi & pietas singularis illi regis, aulicorum, ac totius Gallie benevolentiam & exultationem conciliarunt. De hoc iterum inferius.

VIII. Ludovicus Tiberge superior electus est 1692. & post alteris trienniis cum superiore Jacobo Carolo usque ad annum 1709. Ludovici conciones, epistolæ, funebres orationes, pii libri & varia de carismosis Sinenfis imperii opera testantur egregie tum eruditionem, tum ingenii acumen & sagacitatem. Hinc illi quemadmodum & Jacobo Carolo plures haud tenues oblati sunt episcopatus, quos ambo constanter deprecati sunt, majora se beneficia præsulturos ecclesiæ tuendo missiones rati, quam si dioecesales gubernarent.

IX. N. Jobard regimen adeptus 1709. recessit a seminario, ut in dioecesi laboraret, jussu cardinalis de Noailles archiepiscopi.

X. Jacobus Carolus de Brisacier, idem qui supra, abscedente Jobardo, seminario præsuit usque ad 1736. quo anno, munere abdicato delunctus est Parisiis 23. Martii annos natus 95. quem diu desseverunt quas elemosynis sustentabat complures egenæ familie.

XI. Alexius de Sombes abdicanti Jacobo Carolo successit est anno 1736.

Dum vero hæc aguntur, Arturus de Lionne circa 1686. nominatus fuit episcopus Rosalie & vicarius apostolicus du Suceim in imperio Sinenfi, Filibertus le Blanc 1695. vicarius apostolicus provincie d'Yueuan apud eosdem Sinenfes, ac denique 1696. Ludovicus Quemener episcopus de Sura inauguratus Parisiis & inde missus ad Sinenfes in Tunquino.

## SEMINARIUM SANCTI PETRI ET SANCTI LUDOVICI.

PRIMUS audit institutor Franciscus de Chanciergues professione diaconus, patria nobilis Occitanus & dioecesi Ucticensis. Is enim gratuita pauperum scholarium subsidia, quæ nominare placuit seminaria Providentia sollicitus excitare, in his tria frequentissima in ipsa urbe Lutecia, unum scilicet in collegio Montis-acuti, alterum apud S. Marcellum, tertiumque fecus ecclesiam S. Spiritus; necnon triginta octo in ceteris regni urbibus erexit: ex quibus distracti nonnulli, postquam varias incolere domos conductas aut comodatatas, in parochia demum sancti Sulpicii, vico Inferni fixere sedem, cujus hodie nomen est S. Ludovici Seminarium. Hoc Ludovicus Antonius de Noailles cardinalis & archiepiscopus Parisiensis regio diplomate firmari studuit dato mense Dec. 1696. & in commentariis Senatus Parisiensis referri 28. Febr. 1697. quod etiam dum vixit, imo cum vivere desuit, beneficiis plurimis auxit. Quam vero Seminarium sancti Ludovici domum occupat Lutecia, cum ea quam possidet Gentiliaci, largitus est N. de Marillac cujus pater & frater regi erant a sanctioribus consiliis, eamque beneficentiam largitione cordis, quod assertur in epistola, superavit. Huic quoque illustri viro Parisiensis clerus debitor est vitæ regularis in eo suspectæ, ob quas in pluribus parocciis virorum

ecclesiasticorum instituit collationes, quarum ad-  
 insular in aliis pene omnibus instituta sunt. Semi-  
 narii capella, una ex pulcherrimis omnium Lute-  
 ciæ seminariorum, cunctaque nova ædificia debent  
 pie magnificentiæ Francisci Pingré toparchæ  
 de Farinwilliers in magno consilio senatoris &  
 Catharinæ Pepin conjugis, quos tot celebres in  
 urbe fundationes commendant. Instituuntur illic  
 circiter centum viginti clerici ex omnibus dice-  
 cesibus a philosophia usque ad sacerdotium, qui  
 student in Sorbona; igitormanturque ad omnes  
 ecclesiasticas functiones, nullo, aut certe modico  
 pretio. Immedie subest hæc domus tam in spiri-  
 tualibus, quam in temporalibus Parisiensium ar-  
 chiepiscoporum jurisdictioni, a quibus nominan-  
 tur superior- & directores. De quibus omnibus  
 vide regium diploma datum mensè Decembri  
 1696. relatumque in commentariis Senatus Pa-  
 risiensis 28. Februarii 1697. quod ex tomo 2.  
 monumentorum cleri pag. 679. infra recudimus  
 in appendice nostra col. 282. Id unum addam,  
 Franciscum de Chanciergues primum illorum de  
 Providentia seminariorum institutorem obiisse  
 1691. ætatis anno 55. probis omnibus relicto  
 desiderio, in quibus estatus rex est magnum illius  
 fato illatum ecclesiæ detrimentum. Sepultus est in  
 chastro parochiæ sancti Johannis in Gravia; qui  
 moriens sua commendavit fodalitia Paulo des Ma-  
 rets episcopo Carnotensi, Michaeli le Pelletier,  
 qui postea fuit episcopus Andegavensis, & Carolo  
 Magdalenæ de la Frezeliere episcopo Rupellensi,  
 ipsaque regenda commisit Antonio Lauzi parochæ  
 sancti Jacobi de Carnificeria, qui zelo, industria  
 & caritate illa promovere vel difficillimis tempo-  
 ribus non cessavit.

#### SODALITUM ET SEMINARIUM SANCTI SPIRITUS.

Stium Parisiis in vico *des Pesses* & parochia  
 S. Stephani de Monte sodalitium hoc initia  
 sumfit anno 1703. sub titulo sancti Spiritus &  
 Immaculate Conceptionis nuncupatione, auctore  
 Claudio Francisco Poullart des Places presbytero  
 diocesis Redonenfis, qui dum adhuc Parisiis theolo-  
 giæ studeret in collegio Ludovici Magni con-  
 victor, pium illud consilium cepit, quas illi pecu-  
 nias parentes ad relaxandum animum submini-  
 strabant, quinimo pauperibus alendis scholaribus  
 insumendi. In eo quippe differt seminarium sancti  
 Spiritus ab aliis pluribus in toto Franciæ regno  
 institutis, quod his exclusus, qui vel modicæ pen-  
 sioni solvendæ pares sunt, soli bonis omnibus  
 destituti in illo admittantur, modo vel philoso-  
 phiæ vel theologiæ studia inire possint; quibus &  
 absolutis, biennio adhuc ibidem remanere licet  
 ad acquirendam majorem vitæ clericalis perfec-  
 tionem. Primum duo tresve duntaxat adhaere-  
 runt pio institutori, qui vix abolverat theologiæ,  
 cum ad fere duodecim adaucti vitæ clericali addici  
 postularunt. Quare illos in unam extra collegium  
 eleocatam congregavit domum, quæ brevi facta est  
 adeo fecunda, ut ante annum 1709. quo decessit  
 fundator, septuaginta pene viris constaret, qui duro

*Tomo VII.*

& humili cultu ab illo educati cum verbo tum  
 exemplo, sic pro fine ab eodem intento ad que-  
 que difficiliora & inferiora munia ecclesiastica  
 parabantur. Is enim illorum ex ipsius instituto  
 finis est, ut vicarius in tenuioribus parochiis agant,  
 ministrant in ptochodochiis & ceteris locis pene-  
 desertis, quibus adimplendis munis vix ab epis-  
 copis reperiuntur ministri. Hujuscæ domus alumni  
 collegium Ludovici Magni frequentant, quorum  
 ut progressus cum in scientiis tum in pietate fiant  
 manifesti, binum singulis annis domesticum exam-  
 en institutum est, alterum scilicet in Paschate,  
 & alterum post decursum annum scholasticum, in  
 quibus si minus ad scientiam idonei aut in pietate  
 reperiantur segiores, amandantur absque miseri-  
 cordia; vir siquidem clericus, aiebat pius funda-  
 tor, divinarum rerum studiosus, sed expertus scienti-  
 æ, cæcum habet zelum; & clericus doctus sine  
 pietate prope est ut fiat hæreticus & ecclesiæ re-  
 bellis. Non aliunde vero familiæ fodalitæ assumuntur,  
 quam ex alumniis diu in illa exercitatis. Super-  
 ior autem a fodalibus eligitur singulis trienniiis,  
 cui ad plura, si lubet, prorogari potest provincia,  
 ut liquet in hodierno superiore, qui triginta ab-  
 hinc annis & amplius familiam regit tanto cum  
 zelo tantaque cum prudentia, ut defunctus Hen-  
 ricus de Thiard cardinalis de Bissy episcopus Mel-  
 densis, & Carolus Franciscus de Dromenil Vir-  
 dumentis præfuit exinde pro suis ambo seminaris  
 moderatores acciverint, quos suppeditat domus  
 Parisiensis. Plurimi quoque in hoc seminario edu-  
 cati per varias Franciæ dispersi sunt provincias,  
 qui felicem in procuranda populorum salute ope-  
 ram ponunt; alii extremas mundi plagas peragra-  
 runt, ut Christum annuñciarent; hodieque sunt  
 Evangelii præcones in imperio Sinenfi, Tunquino,  
 Siam, Cocincina & Canadensi regione, necnon  
 in colonis Gallicis, & apud Americæ barbaros.  
 Quamvis autem, ut diximus, societas hæc non-  
 nisi ad obeunda tenuiora ecclesiæ munia, destinat  
 alumnos, complures tamen episcopi Gallicani ad  
 præcipua dioceseon officia nonnullos promove-  
 runt, & etiamnum promovent.

Hæc & alia docet in appendice relatum diploma  
 regium Ludovici XV. datum mensè Maio 1726.  
 anno regni undecimo, quo significatur sex illam  
 tunc administrasse domum octoginta circiter viris  
 constantem, qui solis hæctenus, Deo favente, for-  
 titius elemosynis subsistenti, elargitur rex sex-  
 centas libras ex suis majoribus elemosynis, quas  
 subinde ex arcuæ auxit. Laudatur in eodem diploma-  
 te plurium episcoporum caritas erga hanc domum,  
 qui & effecerunt ut illi comitia cleri Gal-  
 licani anni 1723. pensionem mille librarum in-  
 dufferint. Meminit idem diploma Caroli le Baigue  
 presbyteri assidui in parochia sancti Medardi Parisi,  
 qui eidem societati fundum 44000. librarum fecerit  
 noni creditorum urbi Parisiensi, testamento legavit  
 ea lege ut ipsius perpetuum ageretur anniversarium,  
 & alumni domus divino interessent officio paro-  
 chiæ S. Medardi Dominicus diebus & festis. Quæ  
 quidem omnia prævio consensu cardinalis Noalli  
 archiepiscopi Parisi probavit rex laudato diplomate,

Ch. xviii,  
 col. 284.

Vuu ij

tribuitque licentiam comparandi domum & aream necessarias, quas jure morticini donavit, adjectique facultatem acceptandi legata & fundationes, usque ad bis mille nummos annui redditus. Paulo post datum diploma regium jussa est senatusconsulto 17. Junii 1726. inquisitio juridica postulante regio procuratore generali, de commodo & incommodo hujus seminarium, commissaque Petro de Paris in majori camera Parlamenti fenatori, qui testes appellavit 26. Junii 1726. Carolum Gerin presbyterum, doctorem Sorbonicum & parochum sanctæ Crucis in civitate, Johannem Baptistam Josephum Languet de Gergy presbyterum doctorem & socium Sorbonicum, parochum sancti Sulpicii, Firminum Paulet oconomum seminarium sancti Nicolai de Cardineto: Petrum Perrin virum nobilem & regi a secretis, &c. Petrum Nicolaum Aunillon regi a consiliis & protopresidem electionis Parisiensis: Sebastianum Josephum Galpin quaestorem Franciæ in generalitate Parisiensis; ac denique Johannem Vivant presbyterum doctorem Sorbonicum & decanum ecclesiæ collegiatae sancti Germani Autissiodorensis apud Parisios; quibus omnibus seminarario faventibus, diploma regium Senatus Parisiensis in commentarios retulit 19. Martii 1731. & rationum camera 30. Julii 1734. Quid amplius hæc familia desideret? propriam domum cum hæctenus per triginta & amplius annos nonnisi conductam incohuisset. Visum est itaque secundum privilegium regis comparare domum & aream, quæ sufficiunt centum circiter viris. De superioribus nungendum.

## SUPERIORES.

**C**LAUDIUS Franciscus Poullart des Places primus instituit seminarium 1703. primusque rexit ad mortem, quæ contigit anno 1709. ætatis circiter tricesimo. Is erat filius viri nobilis Sanbroicensis, qui postea fixit sedem in urbe Redonensi. Sororem unicam habuit adhuc superstitem nuptam N. le Chat fenatori Redonensi. Cum pater illum decurso humaniorum literarum & philosophiæ studio ad forenses actiones conferre statuisset, primum juri operam daturum misit Andegavum, deinde Cædomum ac postremo Parisios, ubi delusa pie patris intentione, dum theologiæ intumbit in collegio Ludovici Magni convictor, obvius pauperes Sabaudos doctrinæ christiænæ cepit præceptionibus erudire: tum incessit animum excitandi societatem pauperum scholarium cogitatio; quam Deus fecundavit & suis hæctenus benedictionibus implevit.

II. N. Garnier presbyter successit anno 1710. Claudio Francisco, cui nonnisi sex mensibus superles vixit.

III. Ludovicus Boitice presbyter diocesis Macroviensis electione septem ex antiquioribus decessoris in locum subrogatus regit hæctenus cum ea pietate & prudentia, quas non obscure demonstrat gubernandi provincia tandem illi prorogata.

EQUESTRIS ET HOSPITALARIUS  
ORDO S. LAZARI IN FRANCIA  
sub regula sancti Augustini.

**C**UM de ordine sancti Lazari nonnisi quoad regnum Franciæ attinet, scopus disserendi nosser sit, missis omnibus, quæ de ipsius antiquitate proferunt, ejus historiæ sumemus exordium ab anno 1150. quo turnæ duodecim equitum sancti Lazari Ludovicum Junioem hujus nominis septimum e Terra sancta redeuntem comitatz cæsit idem rex ecclesiam sitam in suburbio Parisiensis sancti Dionysii cum palatio contiguo, B regum olim domicilio, a quo tempore ista ecclesia, quæ prius erat castri hujus seu palatii capella, nomen habuit a sancto Lazaro; adjectique jus lignationis in bosco Vincennarum. Quarto post anno 1154. suum idem rex his equitibus dedit castrum de Boigny juxta Aurelianos caput ordinis circa maria futurum, ubi continuo permanerent sub tuitione regis ad exercendam hospitalitatem, uti legitur in regellis Senatus Parisiensis ad hunc annum. Ita manuscriptus codex recentior asservatus in bibliotheca serenissimi principis Ludovici ducis Aurelianensis, cui nuncupatus est ab auctore D. Julien de S. Didier, quo, & maxime altero melioris notæ, cujus auctor D. de Guenegaud toparcha des Broffes, regi a consiliis, & antiquus libellorum supplicum magister, præceptor domus S. Antonii de Gratemont, & cancellarius, sigillorumque ordinis custos, & approbator D. Gros de Boze unus e 40. viris academiæ Franciæ 2. Sept. 1717. ad hanc historiam concinnandam usi sumus, beneficio clarissimi viri D. Bose procuratoris generalis in curia subsidiarum, præceptoris domus sancti Antonii de Gratemont, & ejusdem ordinis cancellarii.

Eidem porro Boigniaci domui sic in supremam ordinis in Francia erectæ Theobaldus Blefensis comes & Franciæ senescallus indulsit 1185. jus lignationis in silvis Angliæ & Ligeri fluvio vicinis. Anno 1200. Philippus Augustus rex permisit equitibus sancti Lazari, ut quas in Francia naves habebant, servandas in portum Aquarum-mortuarum reciperent, & illic eas appellerent, quæ ad ipsos a fratribus Orientalibus, quibuscum mutuum fovebant societatem, accederent; quibus & castri Boigniaci domum anno 1208. confirmavit. Tempore sancti Ludovici Francorum regis, quo jam hic ordo nihil apud Terram sanctam possidebat, illum residui equites deprecati sunt, ut summi totius ordinis præfæcti seles in Franciam transferretur; quo cum illo appulis anno 1253. seu 1254. prius rex urbem & portum Aquarum-mortuarum largitus est cum pluribus bonis in orbibus regni provinciis, multorum eos in possessionem xenodochiorum immisit, conventus, seu præceptorias domos fundavit, privilegiis & immunitatibus auxit, donum castri Boigniaci rursum approbavit, deditque alteram domum Parisiis anno 1262. in qua cæcus eorum agerent. Summi quoque pontifices Johannes XXII. Gregorius X. Paulus II. & Urbanus VI. maximis hæc

ordinem sola tunc in Europa subsistentem gratiis amplificarunt: quos aulatici principes eidem domos in Germania, Hungaria, Sicilia, Hispania, Scotia, Anglia & Sabaudia elargiti sunt, adeo ut ter mille hoc ab ordine pendentes numerarentur domus, tam bene constitutæ, ut ex illis undique ordinis beneficio præditi equites in Franciam singulis triennis accederent cœtus habituri generales in domo magistrali Boigniæ ad festa Pentecostes pro more antiquo, sub dominio summi præfecti, cui certam pecuniæ summam singuli exsoluebant. Ita quidem fe res habuere per duo circiter secula, donec scilicet subortis christianorum principum & regum Hispaniæ atque Angliæ adversus Franciam dissidiis, hi, quominus sui ad comitia generalia convenirent, impellerent; sicque cessantibus visitationibus & correctionibus, adeoque summo præfecto debita reverentia, singuli principes in ordinem jus sibi & auctoritatem vindicarunt, maximaque bonorum ejus pars ad alienos, aut ad equitum heredes transit. Unde & summo pontifici Innocentio VIII. placuit anno 1489. extinctum ordinem unire ordini sancti Johannis Jerosolymitani; sed hæc bulla quantum certe ad Franciam, tanquam constitutionibus canonicis & concilii Constantiensis decretis contraria, edicto Senatus Parisiensis die 16. Februarii anno 1547. declarata fuit irrita.

Jani vero lubet eorum nomina, qui summam in Francia præfecturam adepti sunt, recensere, ex fide præsertim laudati D. Bosc codicis ms. qui quidem docet eorum electionem penes capitulum substituisse usque ad famosa illa Leonis X. papæ cum Francisco I. rege, ut vocant, concordata.

#### ORDINIS S. LAZARI IN FRANCIA Summi Præfecti.

**H**IS præmitto, ne pereat, Reginaldum summum magistrum domus Jerusalem translata Aconem, seu sancti Johannis de Aca, quando hæc civitas post occupatam a Saracenis Jerusalem facta est regni sedes & ordinis sancti Lazari caput. Notus est Reginaldus ex dono capellæ S. Blasii sitæ prope Villam-Dei in vico de la Lande Dairou dioc. Constantiensis in Normannia facto 1234. equitibus S. Lazaræ & Reginaldo magistro, cum promissio Guillelmi de la Lande Dairou addendi alia bona.

I. Thomas de Saintville primus in Francia summus ordinis sancti Lazari magister innotevit ex fundata in ipsius gratiam præceptoriam domo S. Thomæ Fontis-comitis in Pictonibus a Ludovico filio Philippi Audacis regis mortuo 1276. Anno sequenti feria secunda post festum sancti Petri, Boigniæ pactum inivit cum incolis vicorum du Tertre & des Espositoies in parochia Boigniæ, de quibusdam debitis baroniæ Boigniæ juribus, sigillis tam capituli, quam summi præfecti obfirmatum. Idem se dicens summum ordinis S. Lazari magistrum citra & ultra maria anno 1282. consilio & assensu fratrum equitum clientelam exhibuit nobili & potenti domino Hugoni de Car-

bonnières pro præceptoriam & conventuali domo S. Antonii de Rosson sita in parochia de Pleaux diocesis Claromontensis, quam uxoris ejus majores, domini de Rosson fundaverant. An. 1288. feria quinta ante festum sancti Gregorii, causa utrinque dicta, terræ Boigniæ adhaerens alta justitia asserta fuit Thomæ; cujus & studio ac diligentia debetur facta 1304. a Richardo de Boivert propter feudum, quem possidebat in parochia de la Fontelaye recognitio sexdecim hordei modiorum in comodum & rem Johannis du Ruy præceptoris domus sancti Antonii de Gratemont in vico de Panneville agri Caletensis. Anno 1308. B. mensis Julio diploma regium obtinuit a rege Philippo Pulcro, quo domus ordinis & bona in tutelam regiam suscipiuntur. Ceterum duæ probant generis Thomæ nobilitatem conjecturæ; prima est terræ de Saintville sitæ in Bessia prope Danneau venditio a Johanne de Saintville milite facta mense Julio 1238. abbati & conventui S. Benedicti Floriacensis, cujus abbatie dominio terra illa obnoxia erat, ex tabulario hujus monasterii; altera conjectura nititur inquisitione facta juridice 29. Maii 1531. ad probandam Jacobi de Pregrimault equitis sancti Johannis Jerosolymitani proxime admittendi nobilitatem; testes enim affirmaverunt Johannem de Pregrimault, illius patrem & Alixendem de Saintville matrem stirpe nobili procreatos, quod secundum ordinis statuta necessario ad finem seculi XIV. reveli debebat. Tumulus Thomæ integer adhuc stat in capella Boigniæ cum hac inscriptione: *Cy gist frere Thomas de Saintville chevalier, maître de l'ordre de St. Ladre de Jerusalem, qui trespassa l'an de Grace 1312. le Jedy devant la Pentecoste. Priez Dieu pour l'ame de ly, amen.*

II. Adamus du Veau in chartis Latine scriptis dictus Vituli, & Deodatus, a Philippo Pulcro regium accepit præceptum, quo jura omnia literis Henrici Angliæ regis, Normanniæ & Aquitanie ducis & comitis Andium feria secunda ante festum sancti Clementis 1259. ordini concessa firmantur mense Martio anni 1313. Causa utrinque dicta judicium obtinuit a Senatu 1317. Sabbato ante festum Assumptionis, quo, postulatu regii procuratoris generalis, bonorum domus Boigniæ invariorum copia facta est Adamo, & asserta in iisdem bonis alta justitia. Insequenti anno, quinto calend. Maii, bullæ Urbani IV. datæ idibus Novembris 1262. omnino similem accepit Adamus a Johanne XXII. qua denuo liber ab episcoporum jurisdictione, summoque pontifici proxime subiectus ordo declaratur. Effectus anno 1320. ut Guillelmus Ardouin & Johannes Hemeronde fratres nobilis militiæ sancti Lazari Jerosolymitani in Terra sancta licentiam obtinerent ab officiali Bituricensi elemosynas leproforum in gratiam queritandi. Denique 12. Maii 1327. præceptoriam de Rosson nobili & potenti viro Rigaldo de Carbonnières recognovit.

III. Johannes I. de Paris qua summus ordinis magister citra & ultra maria delegavit an. 1332. fratrem Johannem Corbet equitem, qui nomine

V u u iij.

ipſius in dioceſibus Remenſi, Colonienſi & Tre-  
virenſi elecioſynas colligeret, & fratres caperet,  
quos ordinis habitum exuiſſe reperiret. Literas ob-  
tinuit 25. Junii 1343. a Johanne duce Norman-  
niæ, Andium & Cenomanorum comite Philippi  
Valeſii filio & ſucceſſore, quibus ordini aſſertur  
uſagii jus in ſilva de Bray & aliis ductus Norman-  
niæ; & iterum die 10. Julii juſ antiquum poſſi-  
dendi redditus ab omni ſubſidio & ſervitute liberos.  
Exſtant ejuſdem pro domo præceptoris de Roſſon  
recognitions annorum 1342. & 1348. Gentiles  
autem habuiſſe creditur Michaellem de Paris bal-  
livium Viromanduenſem, qui die Lunæ ante me-  
diam Quadrageſimam 1328. mandatum miſit ad  
præpoſitum Montis Deſiderii ut literas Philippi  
Longi ad duos dominos de Langelt deſerri cura-  
ret, quibus Compendium die Dominica Palma-  
rum cum ceteris hujus præpoſituræ nobilibus con-  
veniret; itemque Raimundum de Paris, qui 9.  
Junii 1365. ſe dicebat equitem regis Navarræ &  
mandatorum executeotrem; ac denique Johannem  
de Paris, qui ſub finem ſeculi XIV. terram de  
Guigny in parochia d'Arrou electionis Caſtri-novi  
& generalitatis Aurelianenſis non longe a Boi-  
gniaco poſſidebat. Viſitur tumba fratris Johannis  
de Paris in capella Boigniæ cum hac epigraphe:  
*Cy giſt ſeu frere Jean de Paris chevalier, maître de  
l'ordre de S<sup>r</sup> Ladre de Jeruſalem, qui treſpaſſa l'an  
de Grace 1349. le 20. du mois de Janvier. Priez  
Dieu pour l'ame du deſunt.*

IV. Johannes II. de Couras ſummus ordinis  
magiſter ſolum innoteciſt ex teſtimonio domini  
du Beſloy advocati generalis in Senatu Toſolano  
libro de Inſtitutione ordinum, laudantis chartam  
annii 1354. qua die 14. Julii ſuum in Angliæ &  
Scotia vicarium generale inſtituit fratrem Ro-  
bertum Halidey Scotum, ea lege ut quotannis  
primariæ ordinis domui Boigniæ triginta ſter-  
lingæ beſtes ſuppeditaret, utque ad ſingula capita  
generalia in eadem domo habenda veniret ipſe,  
aut unum e ſuis equitibus delegaret. Verum hæc  
ipſa charta, quam auctor ſcriptam aſſerit Parisiſ  
a Johanne Boutet notario apoſtolico, ſervatam-  
que in archivis quam diligentiffime, non amplius  
reperitur.

V. Johannes III. Comte vel le Comte die 21.  
Maii 1355. nobili viro Rigaldo de Carbonnieres  
hujus loci domicello præceptoriam de Roſſon per  
procuratorem fratrem Johannem de Roſſon re-  
cognovit, & iterum 1357. 24. Novembris per  
procuratorem Guillelmum le Bernier præbyterum  
dioceſis Aurelianenſis, prout deſunctus Johannes  
de Paris recognoverat per dictum fratrem Johan-  
nem de Roſſon præceptorem huiſce domus &  
ſuum ad hoc procuratorem. Erutæ ſunt hæc duæ  
recognitions ex libro hominiorum baroniæ de  
Carbonnieres pertinentis ad ducem Noallium,  
aſſervato in ejuſdem caſtro de Peſnières ſeu Pei-  
gnieres in Arvernia. Johanniſ porro creditur eſſe  
tumulus poſitus in capella Boigniæ prope ſcalam,  
qua in turrim aſcenditur, ubi ſolum fragmenta  
ſtatæ cubantis pene delectæ, in qua liſium prope  
dextrum genu deprehenditur cum hiſce verbis,

quæ vix legi poſſunt . . . . . *de l'ordre de  
S<sup>r</sup> Ladre de Jeruſalem, qui treſpaſſa l'an de Grace  
1361.*

VI. Jacobus de Baine ſeu de Beſnes ex illuſtri  
ortus genere, primum reperitur die 20. Octobr.  
1368. Anno 1382. die prima Junii præcep-  
toriam domum de Montlouſſi in dioceſi Sagienſi  
vacantem ceſſione Johannis Eliot de Bleſne, præ-  
habita capituli ad ſonitum campanæ pro more  
deliberatione, Philippo de Grignard conceſſit.  
Tranſegit anno 1384. die 16. Julii cum Stephano  
Mareſchal domicello dioceſis Lugdunens de  
adminiſtratione præceptoris domus d'Aigrefeuille  
B in Breſſia pendentiſ ab ordine S. Lazari, cujus  
hodieum præceptoriam eſt, ſalva dicti Mareſchal  
promiſſione ſolvendi certis terminis ſupremo or-  
dinis magiſtro ſumma centum Francorum aureo-  
rum. Quartum addit laudatus du Beſloy inſtru-  
mentum anni 1377. ex archivis, inquit, ordinis,  
ubi modo deſideratur, ſcriptum Parisiſ a Thoma  
Saciſ notario apoſtolico, quo Dominicus de Saint-  
troy promiſit adſuturum ſe quotannis capitulo ge-  
nerali Boigniæ celebrando, & altarium quatuor  
beſtes argenti puri in recognitionem annuum ſuæ  
præceptoris ſitæ in urbe Strigonio Hungariæ me-  
tropolim, necnon curaturum, ut ſuis ſumibus ad-  
miniſtratur capella hujus præceptoris per præſby-  
terum a ſummo præſeſto nominandum. Jacobi  
mater Johanna de Baine uxor Alani deſunctæ  
menſe Januario anni 1372. ſepulta eſt in eccleſia  
parochiali Boigniæ, cujus ſepultura lapis ap-  
poſitus tabulæ principis aræ locum tenet, cum epi-  
taphio, ubi civis Pariſienſis nuncupatur; quod  
quidem non officiſt equis nobilitati, ut pluribus  
exemplis probari poſſet. Jacet autem Jacobus in  
capella Boigniæ cum epitaphio ſemi-eſo, cujus  
hæc ſola potuere legi verba: *de Beynes chevalier,  
jadis maître de l'ordre de S<sup>r</sup> Ladre de Jeruſalem,  
qui treſpaſſa l'an 13 . . . feria tertia poſt Epi-  
phaniam.*

VII. Petrus I. Deſtraux ſummus magiſter ele-  
ctus ad preces Caroli VI. regis, ob eximia illius  
exhibita regno ſervitia, anno 1413. die 10. De-  
cembris ſororibus duorum ordinis conventuum  
in Helvetia dioceſis Conſtantiens ſacultatem  
fecit eligendi equitem ordini S. Lazari aggregan-  
dum & poſtea præceptorem duorum illorum con-  
ventuum nominandi, ea lege ut ſingulis annis  
ſummo magiſtro, aut alicui ab ipſo delegato regi-  
minis tam ſpiritualis, quam temporalis rationem  
reddere teneretur. Exiſtat hoc instrumentum in  
hiſt. Tigurina ab Hottingero edita 1665. ſub hoc  
titulo: *Speculum Helvetio-Tigurinum*, ſub annum  
1443. ſed legendum 1413. ſuadet apographum  
ejuſdem instrumenti datum 1414. Idem Petrus  
nominatur ſummus magiſter tam ultra quam  
citra maria in charta date Aurelianis 13. Martii  
1424. qua a parentibus probatur venditio terræ  
de Prunay, quam Heſtor ſecundus de Pathay  
Petri ſororis filius annos natus 18. facere inten-  
debat. Anno 1430. parvam Jeruſalem & alia  
bona apud Balgentiacum ſita, utraque ad ordinem  
pertinentia elocavit. Inſequenti 1431. die 14. . . .



dicta utrinque causa obtinuit a ballivio Carnotensi a rege delegato iudice sententiam adversus decanum & capitulum Aurelianensis ecclesie, qua totus ordo S. Lazari exemptus ab omni jurisdictione præterquam papali & regia declaratur. Occasione distractorum bonorum a præceptoriam domo sancti Antonii de Gratemont, exoratus papa Innocentius IV. bulla Florentie data vi. calendis Aprilis 1436. delegavit ablatem S. Genovefæ Parisiensis, decanum ecclesie Lexovienfis & archidiaconum Rotomagenfis, qui præceptorie illi sua bona restitui eorarent, etiam hæc bonorum distractio summis pontificibus probata fuisset. Anno 1441. xv. cal. Maii Philippum Rouxel meritorum intuitu & in B ordine antiquitatis præceptorem domorum sancti Lazari de Gournay & de Lions in diocesi Rotomagenfi, sanctæ Magdalene in Marchia, sancti Leonardi de Pacy, S. Magdalene de Liré diocesis Ebroidensis, & S. Samonis diocesis Lexovienfis vacantium per obitum Petri de Foix nominavit. Eodem anno petenti Sabaudie duci licentiam elocandi bona pertinentia ad præceptoriam domum d'Aigrefeuille sitam in Bressia, cujus erat præceptor frater Antonius Jomard oriundus e Bugio indulfit: ex quo intelligas non solum in Francia verum & extra fuisse agnatum Petrum Desruaux summum ordinis præfectum. Anno 1449. 12. Junii præceptoriam domum sancti Antonii de Gratemont contulit equiti Petro Pottier dicto Conflans. Denique anno 1453. die 24. Septembris duo Senatus Parisiensis obtinuit edicta, quorum altero jus illi possessionis assertum est in quâdam zedes prope sanctum Jacobum de Carnificeria Lucezie sitas, dictas feodum de la Pierre-au-lait, & altero prærogativa civis Parisiensis ambita sæpius a viris primariis, & in dies majori habita in pretio ob immunitates eidem a regibus attributas, quam forte illi disputabant, quod vulgo non Parisiis, sed in conventuali domo Boigniaci resideret. Fratres illi fuere Johannes

Desruaux dominus de Crane, cujus castrum in parochia de Boesse agri Vastiniensis non infrequens fuit sessio regum cum ob amenitatem loci, tum ob amplitudinem ædificiorum, que adhuc integra stabant an. 1660. testante D. Guillelmo Morin in historia Vastiniensi; alter fuit Bertrandus Desruaux præceptor sancti Thomæ Fontis-comitis 1478. mortuus 1498.

VIII. G. Desmares solum notus ex duabus inscriptionibus: prima est epitaphium, quod incisum in lapide prope altare a dextris in choro præceptorie domus sancti Antonii de Gratemont ordinis sancti Lazari, sitæ in agro Calentis legitur in hunc modum: *Cy devant ce grand autel gist noble homme & religieux personne frere Pierre Pottier dit Conflans, prestre en l'ordre & chevalerie de S. Lazare de Jerusalem, commandeur de ceans & de la Lande Darou, en son vivant vicaire general de noble & puissant seigneur F. G. Desmares chevalier grand maître general de tout le dessous l'ordre & chevalerie deça & de là la mer, commandeur de la maison conventuelle de Boigny près Orleans, qui trespassa l'an 14 . . .* Alterum summi hujus

præfecti monumentum est statua lapidea sancti Antonii posita in eadem capella contra murum a latere Evangelii, in cujus infima parte legitur hæc inscriptio: *En l'honneur de Dieu & de saint Antoine celui-cy dessus luit m'a fait, & au devant de cet autel il gist feu noble & religieux personne frere P. Pottier dit Conflans, prestre en l'ordre & chevalerie de S. Lazare de Jerusalem, commandeur de ceans & de la Lande Darou en son vivant, & vicaire general, &c.* ut supra: ubi notandum hunc unum summum magistrum vocari nobilem & potentem dominum.

IX. Johannes IV. de Cornu e familia quatuor archiepiscoporum Senonensium, primum religiosam vitam professus in ordine sancti Spiritus in Salsia Romæ, præceptoriam habuit sanctæ Severæ in diocesi Bituricensi pendente a sancto Spiritu Montpelienfi, posteaque fuit admittus in ordinem sancti Lazari 12. Augusti anno 1449. a summo magistro Petro Desruaux, prius adhibitis omnibus necessariis, ut huic translationi consensum daret frater Guarinus Taillery summus ordinis sancti Spiritus citra montes magister. Evasis autem Johannes summus ordinis quem amplexatus fuerat sancti Lazari præfectus anno saltem 1469. quo vi procuracionis ejus datæ 7. Augusti, insequenti C 1470. Jacobus de la Chastia bona præceptorie domus Pastoralis, quæ præceptorie de Rossion membrum erat, infeodavit. Anno 1478. dictus venerabilis & religiosus magister totius ordinis & nobilis milita S. Lazari de Jerusalem citra & ultra maria, & præceptor domus conventualis Boigniaci, una cum Jovenetio Riberie præceptore domorum de Rossion & Pastoralis hominum præstitit nobili & potenti viro Guidoni baroni de Carbonnieres & de Merle pro præceptorie de Rossion. Factas eodem anno 16. Decembris acquisitiones a fratre Petro Pottier dicto Conflans, præceptore domus sancti Antonii de Gratemont ad suæ præceptorie utilitatem laudavit in capitulo generali 13. Junii 1481. Prata de Lailly pertinentia ad præceptoriam Balgentiaci elocavit ad 59. annos 8. Junii 1484. Guillelmum Martin præceptorem domus S. Antonii de Gratemont delegavit anno 1485. 18. Julii, qui elemosynas quæritaret ad injurias quas ex bellis pertulerant ordinis ecclesie reparandas. Memoratur adhuc Johannes 1486. 1487. 1488. & 1492. 12. Junii, quo potestas illi & Bertrando Desruaux præceptorii domus Fontis-comitis a capitulo generali apud Boigniacum facta est infumendi ad necessaria ordinis, quas Franciscus Texier regi a secretis ordini rependerat trecentas libras, ex quibus centum emendo apud Aureliam hospitio pro summo magistro & equitibus assignate sunt. Interea Innocentius VIII. bulla data 1489. ordinem sancti Lazari extinguere voluit & unire ordini equitum sancti Johannis Jerosolymitani, successive dicto Rhodiensi & Melitenfi, sed frustra, ut ex sequentibus constabit. Obiit Johannes Boigniaci die 9. Maii 1493. ubi & sepultus est. Die vero 27. ejusdem mensis Bertrandus Desruaux electus est vicarius generalis.

X. Franciscus I. d'Amboise natu major filius A Caroli regionum ordinum equitis, successive marchalli, regii palatii magistri, maris præfecti, a Ludovico XII. legati Mediolanum & ad rempublicam Genuensem, &c. summus ordinis magister electus est Boigniæ die xi. Julii anno 1493. Charta ejus electionis, cui alios inter subscripsit Bertrandus Desruaux præceptor domus S. Thomæ Fontis-comitis & ordinis sancti Lazari citra & ultramaria vicarius generalis, asservatur in archivis Cluniaci, quo, ut par est credere, illam transtulit Franciscus cum invisit patrum abbatem, ubi & vita sanctus creditur; utque robur huic adderet electioni, eodem ipsius die capitulum delegavit fratres Anianum de Mareul præceptorem domorum Balgentiaci & de Villaray, ac Ludovicum de Voisins, qui vel conjunctim, aut eorum alter chartam electionis probandam exhiberent papæ vel patriarchæ Jerosolymitano, cum sine alterutrius consensu electus obire munus non valeret. Mortuo subinde laudato Bertrando Desruaux ordinis vicario generali, Franciscus alium substituit Anianum de Mareul 8. Junii 1498. quem simul instituit præceptorem domus S. Thomæ Fontis-comitis. Vivere desit Franciscus anno saltem 1499. quo successoris agebatur electio.

XI. Anianus de Mareul præceptor domus S. Catharinæ de Montrevault anno 1484. de Villaray & Balgentiaci 1493. xi. Julii ex vicario generali & præceptore domus sancti Thomæ Fontis-comitis 1498. mortuo Francisco d'Amboise summus ordinis magister subrogatur. Eo nomine apud Boigniacum subsignavit apocham anno 1500. die prima Julii, quibus die & anno Guillelmus Martin præceptor domus S. Antonii de Gratemont gestæ administrationis bonorum præceptoris Boigniæ tanquam ejusdem vicarius rationem reddidit. Quam vero prius sancti Thomæ Fontis-comitis obtinebat præceptoriam, contulisse videtur Antonio de Mareul, qui potiebatur ea 1503. & post illum Carolus de Mareul cognomento de la Bastie anno circiter 1544. Stephanus quoque de Mareul in ordine sancti Lazari professionem emisit 1549. sed ab illa exemptus est bulla Pii papæ IV. 12. Octobris 1565. inscripta Michaeli de Seure priori Boigniæ in capitulo generali. Porro Anianus de consilio & assensu capituli anno 1501. necessarium duxit ut in præceptoriam Boigniæ elocationes bonorum aliarum præceptoriarum afferrentur, sive ut probarentur, sive ut quæ essent illa bona cognosceretur, idque maxime Guillelmo Martin præceptoris de Gratemont imperatum est. Die xi. Junii anno 1506. elocavit E Aurelianus ad centum duos annos domum sitam Parisiis terminatam a fronte in vico *de la Pierre-au-luit*, secus ecclesiam S. Jacobi de Carnificeria, hinc domui fabricæ, illinc hereditibus Petri Quatre-fives contiguam, & retro domui de la Couppe. Sub Aniani magisterio 1507. Aurelianus ad excipiendum hospitium tam pro fratribus, quam pro summo magistro comparatæ sitis aræ in dominio S. Aniani sitæ in plateis Burgundiæ & Quatuor graduum, in quibus extructæ sunt ædes necessa-

riae, quæ demum venditæ fuerunt circa 1678. vestigialium coactorum apud Engolismam, sub anno in perpetuum reditu sexaginta librarum. Ad centum & unum annos elocavit parvum Boigniacum pro prædio tredecim & dimidio frumenti modis anno 1511. & 1513. die 13. Novemb. plurima prædia ab ejus dominio pendentia ipsi recognita sunt. Exactis tandem in præfectura decem & octo annis, cessit Aulianus in manibus papæ Leonis X. in gratiam Claudii de Mareul ex fratre nepotis, cujus major esse vicarius non dedignatus est per novem annos, nempe a 1519. usque ad 1528. annum, ut videtur, mortis.

B XII. Claudius de Mareul sexdecim annos natus, cessione patris facta, uti modo diximus, in manibus papæ Leonis X. & admittæ, promovetur ab eodem ad summam ordinis præceptoriam, & ad præceptoriam Boigniæ, dictam domum principalem, & caput militiæ S. Lazari de Bethlehem, Nazareth & Jerusalem, sitam in diocesi Aurelianensi, 111. calendis Junii anno 1519. qua in bulla se id papa solo resignationis suis in manibus factæ jure facere profuturum. Anno 1521. die 22. Junii Boigniæ capitulum generale celebravit. Recensetur annis 1537. 1550. 1552. 1553. & 1554. sed annus maxime 1547. summo illi C vertit honori, quatenus scilicet occasione ab eo collatæ Carolo de Mareul præceptoris domus Fontis-comitis, & a Jacobo Pelloquin magno Aquitanie priore fratri Henrico Suriot equiti Melitensi vi laudatæ bullæ Innocentii VIII. anno 1489. obtinuit die 16. Februarii 1547. edictum a Senatu Parisiensi, quo bulla illa Innocentii ordinem sancti Lazari unientis ordini sancti Johannis Jerosolymitani irrita & inanis declarata fuit. Rexit Claudius ad 29. Septembris 1554. cum antea Carolo de Mareul filio resignare voluisset.

XIII. Johannes V. de Conti sui magisterii testes habet tres auctores, quos inter laudatus du Bessoy, qui omnes capitulum generale ab eo celebratum in festis Pentecostes anni 1554. memorant, in quo equiti Calabro tunc præfenti dedisse administrationem bonorum ab ordine pendentium in territorio de Suesiano in Apulia traditur, ea lege ut quotannis in festo natali sancti Johannis Baptistæ domui principali Boigniæ 220. florenos persolveret.

XIV. Johannes VI. de Levis filius Johannis lineæ de Caylus capituli, Melitensis ordinis eques, cum in re maritima optime de Henrico II. rege meritis esset, ab eodem per obitum Johannis le Conti nominatus fuit summus ordinis S. Lazari magister, & a summo pontifice confirmatus. Sane eo memoratur nomine anno 1558. qui sua tamen turbatus est in possessione, primum a Johanne de Bieure dicto de la Salle, deinde a Francisco Odet, Johannis de Bieure in jura substituto, quem cardinalis Trivulcius in Francia legatus literis datis xlii. calend. Februarii 1557. munivit. Ad nihilominus eum inter & Johannem de Levis judicium a majori consilio datum 21. Junii 1560. huic favit; cumque vocatus Franciscus ad capitulum generale ut a proposito desisteret, non comparuisset, habita

habita est delegatio 9. Aug. 1560. illum iudicio A prosequendi; ac licet eos inter 5. Aprilis 1562. inita esset compositio, alterum tamen datum est iudicium 13. Maii 1563. pro via juris continuanda, idque duravit ad mortem Johannis de Levis, & a Michaele de Seure fuit resumptum. Inter hæc a Johanne de Levis habitum est anno 1558. capitulum generale, cui adfuerit præceptores Angliæ, Hungariæ & Sabaudie cum pluribus Franciæ, uti Memimus Militarum ordinum Origin. lib. 23. pag. 15. & alii tradunt. Sub eius quoque magisterio Pius IV. pontifex bulla data VII. calend. Julii 1560. omnia ordinis privilegia laudavit; & iterum ejsdem tanquam summi magistri habetur mentio in bulla ejsdem papæ anni 1564. inscripta Michaeli, qui sequitur. Denique verisimile videtur, quam gerunt equites crucem, cujus anno 1314. brachia transversa minora erant, uti observat præceptor N. de Flatte in statutis a se redactis, sub Johanne de Levis mutatam fuisse in crucem octo acuminibus præditam ad exemplum summi hujusce magistri, qui talem qua Melitenis eques gerebat.

XV. Michael de Seure Lumigniæ in Briatatus parentibus Antonio & Dionysia de Verdelot, oblatum est 12. Januarii anno 1539. in magno Franciæ prioratu, ut eques admitteretur Melitenis: tum anno 1558. legatus a rege missus est ad Sebastianum Portugalliæ regem, & in insulam Corficam 1559. quo etiam anno legatus in Angliam fuit ad reginam Elisabeth loco Egidii de Noailles Insulæ abbas, qui egregie hac functus erat apud reginam Mariam defunctam mense Novembri 1558. legatione. Denuo ob rem præclare gestam hinc in legationibus, nominatur a rege Carolo IX. summus ordinis sancti Lazari magister per obitum Johannis de Levis, confirmaturque bulla Pii IV. data x. cal. Junii 1564. iterumque stabilitur decreto majoris consilii 12. Decembris 1565. dato de consensu equitis Francisci Odet, qui literarum cardinalis Trivulcii supradictarum prosequatur executionem, tamen iam 19. Novembris ejsdem anni pactum inter eos initum fuisse. Interea qui bullam Michaeli pro magisterio indulserat Pius IV. similem Johannoto de Castillon nepoti, nobili Mediolanensi in Hispania electo concessit IV. nonas Maii 1565. quam ex se caducam executioni demandare non est ausus. Ceterum Michael anno 1566. Romam a rege Carolo IX. missus est, ubi certe locus erat ejus impugnantis magisterium, si legitima ratio adfuerit, sed ne læsivus quidem, inde reversus generale capitulum celebravit ad festum sancti Michaelis, cum illud habere ad festa Pentecostes non potuisset. Obtinuit anno 1570. edictum regium, seu iudicium præsentem rege contra ordinem Melitensem, probavitque se præceptorem esse Boigniæ, ac proinde summum S. Lazari magistrum. Denique cum ob alia sibi a rege credita negotia tam assiduus esse in rebus magisterii non valeret, cessit anno 1571. 9. Augusti in manibus regis, sequentis in gratiam, retento summi magistri nomine cum præceptoribus Boigniæ & jure

*Tomus VII.*

promovendi ad duas primo vacaturas præceptoriarum: quod quidem exercuit circa præceptorium Fontis-comitis, ad quam 8. Febr. 1573. nominavit fratrem Johannem de Freyre per obitum Jacobi de Seure pronepotis. Fuit Michael regis cambellanus, dux cohortis quinquaginta virorum, eidemque regi a secretariis consiliis. Posthac in primarium locum magni Campaniæ prioratus ordinis Melitenis, dictum Velaines, ad quem promotus fuerat 1571. secessit. Adhuc superstes die 7. Junii 1594. obiit exeunte anno sequenti.

XVI. Franciscus II. Salviati nobilis Florentinus, primum admissus Melitenis eques in magno Franciæ prioratu 1541. atatis anno 13. eoque nomine præceptorium des Fieffes adeptus, & ordinis legatus 1566. subindeque receptus in ordine sancti Lazari, ejsdem magisterium obtinuit literis Caroli IX. datis in bosco de Malherbes 9. Augusti 1571. Vix tamen aliter gessit, quam ut magisterii consors & vicarius ulque ad annum 1578. quo 19. Maii in capitulo generali habito Boigniæ vere summus ordinis magister agnitus fuit. Interim anno 1572. seu 15. Januarii 1573. Gregorius papa XIII. unire voluit ordinem sancti Lazari magisterium ordini S. Mauricii in Sabaudia; qua bulla subnixus Filibertus Emmanuel dux Sabaudie præceptorium d'Aigrefeuille sitam in Bressia sibi arrogavit, ipsūque magisterium sibi tanquam successori Johannoto de Castillon competere scripsit ad ordinem S. Lazari 23. Januarii eorundem mensis & anni. Franciscus tamen non ideo desistit haberi summus magister, quo nomine Boigniæ quinque habuit capita generalia ad festa Pentecostes, nempe annis 1579. 1580. 1581. 1582. 1583. & sextum 1585. in abbatia sancti Germani Pratenis, cum ob captam a confederatis urbem Aurelianam, tutum non esset Boigniæ celebrare. Obiit anno sequenti mense Septembris, cum tunc esset cambellanus ordinarius fratris regis. Vacavit inde magisterium septem annis, quibus frater Franciscus de Fleury eques ordinis tanquam vicarius generalis ordinem gubernavit.

XVII. Ademarus de Clermont de Chaste dominus de Brosse prope Anicium, eques Melitenis & præceptor domus de Lorimateau jam anno 1530. dein marescallus, magnus Campaniæ prior ac Dieppæ gubernator, qui tunc electus esset una cum Petro d'Espinae Lugdunensi archiepiscopo, qui simul inquirerent de statu Normanniæ & Britanniæ, hortarenturque populos ad subsidia conferenda, summus ordinis sancti Lazari magister ab Henrico III. rege nominatus 26. Julii 1593. dignitatis possessionem accepit per procuratorem Petrum Viart, & iterum mortuo Michaele de Seure, qui retinuerat præceptorium Boigniæ, Carolum le Prieur civem Aurelianensem 19. Decembris 1595. nominavit procuratorem ad capiendam possessionem præceptorie Boigniæ, & ad convocandos equites ad capitulum generale inibi habendum in festis Pentecostes an. 1596. eundemque delegavit 7. Februarii ejsdem anni, qui bona ejsdem domus elocaret. Cessit anno

*XX*

1599. 27. Januarii in gratiam sequentis, retento jure equites creandi, donec successor possessionem accepisset. Obiit 13. Maii 1603. ex vulnere accepto, dum adversus confederatos burgum de Bourgdon tribus a Dieppa leucis tueretur, sepultus Dieppæ in ecclesia Patrum Minimorum a latere Evangelii, cui ædificandæ non parum contulerat. Amitinus erat Annæ de Joyeuse paris Franciæ & Norman. gubernatoris, qui 1582. rei maritimæ factus præfæctus, subpræfæctum Ademaram effici curavit, & cardinalis de Joyeuse, qui fundum licet non exiguum ad excitandum illi monumentum suppeditasset, nonnisi tamen laminæ cupræe muro sacriliis proximo adherentis incidit, quæ diruta fuit 1694. in urbis incendio, inscriptionem; adeo ut hoc unum tanti viri vestigium superet poematum civium traditione servatum :

*La noblesse n'est rien sans l'appuy de vertu :*  
*Sans la noblesse aussi la vertu n'a la presse :*  
*Mais celui qui a joint vertu à la noblesse*  
*Ne se verra jamais sous le temps abbatu.*

*Vous doncques, Monseigneur, qui tout etes vertu,*  
*D'un vertueux honneur joint à noble sagesse,*  
*N'ayant jamais manqué de vaillance & prouesse,*  
*Pour rendre à point nommé votre ennemy vaincu,*

*Méritez à bon droit un eternal registre,*  
*Où vos nobles vertus & votre brave titre*  
*De grand maitre soit mis à la posterité.*

*Mais faire ne le peux, car pour un tel Achille*  
*Un Homere il faudroit, qui d'un plus divin stile*  
*Scût graver jusqu'aux cieux votre immortalité.*

XVIII. Johannes Carolus de Gayant præcedentis ex forore nepos, toparcha de Moncerolles, nobilibus cubicularius regis 1597. avunculi cessione factus est ab Henrico IV. rege summus ordinis magister, at possessionem non accepit, neque aliud gessit præter quam quod ut testis & simplex eques die 23. Octob. una cum Ademaro de Chatte summo magistro apocham juris transitus, hoc est pecuniæ solutæ ab admisso in ordine Roberto de Bragelongne filio præfidis hujus nominis subsignavit, quem Ademarus 28. Octob. 1601. equitem fecit in sacello sancti Lazari Parisiensis, & 15. Novembris de assensu fratrum præceptoris sanctæ Catharinæ de Montrevault donavit. Eodem anno 1601. 17. Januarii commutatione marchionatus de Salutis facta cum duce Sabaudiz pro Bressia, præceptoris domus d'Aigrefeuille sita in hac provincia ordini S. Lazari in Francia restituta fuit. Dignitatem, seu potius ad illam jus abdicavit Johannes Carolus in gratiam sequentis die 5. Aug. anno 1604. regius eques ordinis sancti Michaelis effectus 1606. qui tandem mortuus est 1640.

XIX. Filibertus marchio de Neresfang filius Antonii creatus eques sancti Michaelis ab N. de Montmorencio rei militari præposito, pede-

strisque legionis tribunus, *Mestre de camp d'un regiment d'infanterie*, pro rege Henrico Magno, cum antea 1590. pro concederetur dux fuisset cohortis, Johanni Carolo cedenti ab eodem Henrico summo ordinis sancti Lazari magister subrogatus fuit literis datis apud Fontem-Bellaqueum die 7. Septembris 1604. quibus die 7. Januarii 1606. aliis ejusdem regis accedentibus literis, alteram Filibertus magisterii possessionem accepit 24. Maii ejusdem anni, de quo fidei sacramentum apud Fontem-Bellaqueum præstitit regi, qui crucem illius collo appendit. Romam ab eodem rege legatus ad prosequendam institutionem ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo in Francia dotandi a rege reditibus omnino laicis, feliciter obtinuit a Paulo V. bullis datis 16. Febr. 1607. & 26. Februarii 1608. quæ promulgatæ fuerunt ab officiali Aniciensi XI. Augusti 1609. Hujus interim ordinis magisterium adeptus Filibertus beneficio Henrici IV. die 4. Aprilis, summique nutu pontificis XVI. calendas Maii, regi sacramentum dixit 30. Oct. 1608. ipsomet die velle se declaranti Filibertum hoc frui magisterio, quomodo sancti Lazari ordinis magisterio fruebatur; ab eoque tempore quo sigillum ulus est, inscriptum erat *sigillum ordinis B. Mariæ Virg. de Monte Carmelo & S. Lazari in Jerusalem*. Tum vero eorundem ordinum causæ 29. Maii & 5. Junii 1609. quibusvis aliis iudicibus exclusis attributæ sunt magno consilio. Anno 1610. 25. Jan. Jacobum Seguiet regi a secretis scribam unicum & primum ordinis secretarium nominavit cum privilegio se dicendi equitem, quantum non esset, & præceptoris possidendi. Eodem anno 16. Aug. alios inter equites, filium Claudium de Neresfang creavit præsentem regina matre regni administratrice cum rege filio Ludovico XIII. qui quidem solito accepto sacramento vitam & crucem ordinis Claudii collo appendit; quod & præstitit erga Jacobum d'Aigremont, utroque in benevolentiam signum palpato. Capitulum generale Filibertus celebravit 2. Februarii 1612. eodemque anno mensè Aprili vacantem cessione Johannis le Mouton equitis domini de Mothe præceptoriam de Montlouff, sitam in diocesi Sagienti contulit Jacobo de Guillebert domino de la Lande, ubi se Filibertus duorum ordinum summum magistram dicit; qui demum obtenta in antecessum pro filio Joh. Claudio 26. Oct. ejusdem anni utraque dignitate, anno 1620. die 20. Aug. cum tunc etiam primæ custodum corporis turmæ præfæctus esset atque castorum, in oppugnatione Pontium Carolis prope Andegavum occubuit. Conditus est in sepulcro, quod extruui curaverat in ecclesia Carmelitarum exalceatorum Lugduni, quos fundaverat, uti testatur positum marmor in capella beatæ Virginis Benedictionis Dei, cujus filia tunc abbatissa erat; ubi vide tomo quarto col. 308. Imago Filiberti depicta est in porticu ecclesie dictorum Carmelitarum, cum hac inscriptione: *Messire Philbert marquis de Neresfang, chevalier des ordres du Roy, conseiller de sa majesté en ses conseils d'estat & privé, grand maitre des ordres militaires*

*de Notre-Damé du Mont Carmel & de S. Lazare deça & dela mer, marechal de camp dans les armées du Roy, mestre de camp d'un regiment de pie François entretenu, seigneur & baron de S. Didier, Aurec, Oriol, S. Ferreol, la Chapelle, S. Victor & Entremont, &c.* Cor ejus positum jacet in prædicto Benedictionis Dei parthenone. Vetus inscriptio domus de Nereflang, *Nec nimis nec minus*, in hancce mutata est, *Stellæ manentes in ordine*, Henrico magno permitteute Filiberto, ut in scuto gentilitio tres adderet stellas fixas, in testimonium fidei perpetuo servatæ regi.

XX. Johannes Claudius de Nereflang Filiberti patris successor designatus regia Ludovici XIII. nominatione, ut diximus, die 26. Octob. 1612. & ideo regi fidem pollicitus Parisiis die 16. Januarii 1613. succedit anno 1620. Jam tum Benedictionis Dei diocesis Lugdunensis abbas commendatarius, & post Medii montis in diocesi Claromontensi, ordinum beatæ Mariæ de Monte Carmelo & sancti Lazari summus magister dicitur in literis Ludovici XIII. datis 21. Maii anno 1624. pro J. de Maron domino de Pisani admittendo equite, quem revera 13. Junii ejusdem anni admisit in æde sacra Lugduni Carmelitarum exalceatorum, sicuti etiam Gabrielem Daligier 11. Julii; Casalius vero fecit equitem Guillelmum Seguier vexillarium primæ catervæ in legione de Nereflang prima die mensis Martii anno 1637. & in abbata Benedictionis Dei filium Carolum de Nereflang annos natum tredecim, ac denique Parisiis Jacobum Catelean seu Castelan per delegatum a se J. Theobaldum de Courville tum antiquiorem equitem 10. Mart. 1639. Johannes Claudius interim anno 1629. ineunte obtemta majoris sigilli delegatione pro codice censuali feodi siti Parisiis a Boigniaco pendens describendo, id feliciter executus est: qui demum ejusdem ac pater legionis tribunos, castrorumque præfectus anno 1639. 2. Augusti ætatis anno 48. dum urbem Taurinum, cujus erat gubernator, adversus cardinalem & Thomam Sabaudia principem tutaretur, occisus est. Corpus in æde Lugdunensi Carmelitarum exalceatorum, & cor in abbata Benedictionis Dei condita sunt.

XXI. Carolus marchio de Nereflang superioris natu major filius eundem schedula regia 12. Augusti 1639. in summa duorum ordinum præfectura exepit. Die 20. Octobris ejusdem anni præceptoris de Villaray, de Courzon & de Gratemont contulisse memoratur. Haud multo post delegavit antiquiorem equitem J. Theobaldum de Courville, qui Johannem Seguier & Carolum de Guillebert equites crearet, quod actum est in abbata sancti Germani a Pratis. Anno 1642. 30. Septembris Johannem Seguier de la Verrière nominavit præceptorem de Courzon in Piclonibus, & de Villaray prope Versalias. Interiit Carolus Lugduni 30. Decemb. 1644. ætatis anno 18. ex accepto vulnere Casalii, ubi legionis sui cognominis tribunum agebat. Corpus in ecclesia Lugdunensi Carmelitarum exalceatorum, & cor in abbata Benedictionis Dei recondita sunt, ut

*Tomus VII.*

A diximus tomo quarto col. 308.

XXII. Carolus Achilles de Nereflang superioris frater, a rege 8. Novembris 1645. summus ordinum beatæ Mariæ de Monte Carmelo & sancti Lazari magister nominatus, præceptoriam d'Aigrefeuille sitam in Bressia edicto magni consilii 29. Martii 1646. causa utriusque dicta, & iterum alio ejusdem anni 22. Septemb. Balthasari de Lemps a Carolo de Nereflang 1644. nominato præceptor, contra ipsius detentores vindicavit. Anno 1658. equitem de Bragelongne promovit ad præceptoriam S. Thomæ Fontis-comitis. Generale capitulum habuit 3. Januarii 1664. quo literas sue ad magistrum nominationis retulit. Eodem anno mense Aprili obtinuit a rege duorum ordinum privilegia confirmari. Carolum Guillebert de Montaignu præceptorem de Monliouff nominavit 1665. Insequenti præceptoris de Rossion & de Pastoralis die 10. Junii contulit Ludovico Loras de Chamanieu. Duas apud sanctum Maclovium instruendi naves sub titulo B. Mariæ de Monte Carmelo & sancti Lazari eodem anno 1666. a rege facultatem consecutus, & anno sequenti quatuor ab equitibus gubernandas, dux earumdem constitutus a rege delegavit anno 1668. N. Merault eorumdem ordinum cancellaria, qui ipso absente illas gubernaret. Cum vero bullas pro magisterio Carolus Achilles noudum accepisset, petenti cardinalis Vindocinensis legatus in Francia pridie nonas Junii ejusdem anni concessit, qui & posttridie privilegia ordinum approbavit. Ordinibus subinde placuit magnum in spiritualibus renunciare priorem N. Ronffeu episcopum Casarea, & ad magnos quinque prioratus, seu balivatus promovere cum insignia dignitatis congrua gestandi jure. Primum igitur provinciarum Lugdunensis & Delphinatus obtinuit eques de Chamanieu præceptor de Rossion & de Pastoralis: alterum in Aquitania lingua Casar Broffin marchio D de Meré, simul hac in provincia summi præfecti legatus generalis: tertium in provincia Belgarum Henricus le Picard de Montreuil marchio de Sevigny: quartum in lingua Franciæ præceptor Franciscus de Bernieres pro obitum patri Ludovici præceptoris d'Aigrefeuille, summi præfecti vicarius generalis: ac denique baro de Solas præses in curia subsidiorum Monpeliensi magnum Occitanie prioratum: qui quidem omnes prioratus mutati sunt anno 1680. in titulos Normanniæ, Britannicæ, Burgundicæ, Flandricæ & Occitanicæ. Hinc ordinibus tantus accessit decur, tantaque fama, ut intra octo circiter annos centum & quadraginta equites huic sacre militiæ dederint nomen. Anno 1671. 18. Februarii præceptoriam Remensem Nicolao Binot contulit, & eodem mense Johannem de Rochebonne de Laborange nominavit præceptorem de Rossion & de Pastoralis. Demum infirmitate fatiscens Carolus Achilles anno 1673. 26. Januarii præfecturam dimisit in manibus regis, qui rogatus ab equitibus, ut illum in se susciperet, ac ejusdem vicariatum tradere marchioni de Louvois dignaretur, prima petitione in suspenso relicta, postremæ annuit die 4. Febr.

X x x ij

ejusdem anni concessis vicariatus literis, & ab eo vicissim accepto 8. Februarii fidei sacramento. Cum vero antequam Carolus Achilles magisterio se abdicaret, rogatu equitum indicisset 22. Dec. capitulum generale Boigniâci habendum 19. Febr. anni 1673. id quidem probavit marchio de Louvois 12. Febr. sed cum adesse non posset, huic ejus nomine præfuit N. Merault ordinum cancellarius. Obiit marchio de Louvois exeunte anno 1691.

XXIII. Philippus de Courcillon Ludovici filius, marchio de Dangeau, comes de Mesle & de Civray, baro de S.<sup>te</sup> Hermine & de Bressuire, regii agminis præfecti legatus 1665. Turonum gubernator 1666. legatus in Suecia 1671. missus an. 1673. ad Electores Palatinum, Moguntinum & Trevirenses, Mutinam 1673. pro matrimonio in eundo inter Angliæ regem Jacobum II. tunc ducem Eboracensem & principissam Mariam d'Est foreorum ducis Mutinensis, quam in Angliam deduxit; regi a perferendis \* in acie mandatis ab anno 1672. ad 1684. missus interim denovo 1680. ad Angliæ regem; unus sex aulicorum a rege delectorum, qui serenissimo Delphino assiderent; Delphinæ deductor 1685. regionum ordinum torquatus eques 1689. ac tandem ducissæ Burgundiæ deductor 1696. cum jam anno 1693. 24. Decembris ordinum beate Mariæ de Monte Carmelo & sancti Lazari summus magister a rege nominatus fuisset, biduo post coram nuncio papæ fidei professionem emisit, bullaque subinde donatus ab Innocentio XII. tertio calendas Maii 1695. eisdem 22. Augusti ejusdem anni in manibus Pauli Godet des Maretz episcopi Carnotentis sacramento dixit, tandemque regi 18. Decembris in facello Versaliarum, hunc in modum: *Nous frere Philippe de Courcillon marquis de Dangeau, par la grace de Dieu, du S.<sup>t</sup> juge apostolique & de vostre majesté grand maistre de l'ordre royal, militaire & hospitalier de Nostre Dame du Mont Carmel, & de S.<sup>t</sup> Lazare de Jerusalem, Bethleem & Nazareth desà & delà la mer, jurons & promettons à Dieu tout-puissant, de garder & observer toute nostre vie ses S.<sup>tes</sup> commandemens, & ceux de la S.<sup>te</sup> eglise catholique, apostolique & Romaine, de vivre & de mourir dans la foy qu'elle nous enseigne, de la defendre d'un grand zele, & de nous jamais départir, Sire, de la defense de Vostre Majesté, & de luy estre toute nostre vie, très-humble & très-fidel sujet & serviteur; d'observer & faire observer exactement les regles & statuts dudit ordre, d'administrer & faire administrer tous les biens dont il jouit, pour la gloire de Dieu & le soulagement des pauvres, & particulièrement des lepreux, & d'en procurer de tout nostre pouvoir la conservation & l'agrandissement. Ainsi Dieu très bon & très puissant nous soit en aide & ses S.<sup>tes</sup> Evangiles par moy touchés.* Ordini demum sacramento se obligavit die 29. Januarii 1696. in æde Parisiensi Carmelitarum Billetes, eidemque vicissim equites obedientiam sponderunt; statimque novos equites fecit, Carolum comitem de l'Hospital, Carolum de la Rochefoucault de Roze comitem de Blanzac, &

\*Aide de  
camp du  
Roi.

A Henricum d'Aspremont fratri unico regis a perferendis in acie mandatis, &c. lictum quoque die & anno Johannem Baptistam de Breget ordinis thesaurarium nominavit, scribamque & primum ordinis secretarium Johannem Baptistam de Carcavy d'Ussy per cessionem præceptoris N. Seguier de Liancourt ordinis decani. Eodem anno 19. Februarii tres antiquos equites, tresque novos fecit præceptores, nempe N. de Balaine præceptorem de Bazoches in diocesi Suesionensi per obitum N. Hins de Hautmenil, N. de Gueneaud præceptorem de Souville prope Yeures le Châtel in Valtinesio, per obitum Stephani de la Borde regie navis præfecti, ultimi possessoris ab anno 1664. N. de Sauleux præceptorem S. Laurentii de Pignerol; comitem de Blanzac præceptorem S. Thomæ Fontis-comitis per obitum N. de Bragelongne; N. d'Arnault præceptorem de Monliouff, ac denique N. Maigret de Hauteville præceptorem d'Aigrefeuille per obitum Guillelmi de Beaumont de S.<sup>t</sup> Quentin nominavit; qui rursus 1697. N. Genouillac generale ordinis procuratorem præceptoris de Montevrault donavit. Cum inter hæc cancellarii ordinis ac sigillorum custodias vacaret munus, N. de Gueneaud libellorum supplicum magister a summo præfecto designatus, illud obtinuit a rege, de quo 16. Decembris 1696. sacramento dixit in capitulo generali; ubi & summus magister ordinis consilium instituit, cujus membra voluit esse præceptorem de Sauleux ceremoniarum ordinis magistrum, præceptorem de Genouillac ordinis procuratorem generalem, præceptorem N. de la Barre, N. d'Ussy scribam, N. de Breget thesaurarium, N. de Collins, N. Pidou de Saint Ollon, & Andream Richaume de la Borde fratrem equitum adiutorem, quibus adjunctum equitem de Pontnarin regium Duaci præfectum; hiisque omnibus datae sunt literæ 17. Augusti 1699. Habitu est die 15. Julii anni præcedentis capitulum generale in abbazia sancti Germani a Pratis, ac postriede in ecclesia ejusdem abbatiæ festum beate Mariæ de Monte Carmelo celebratum fuit præsentem serenissimo principe unico regis fratre, ubi & summus magister novos equites fecit N. Granouski nobilissimum Poloniam, marchiones de Castellane & de Panneville, N. le Grand de Vittenval, &c. Adhuc quoque 1699. domine ducissæ Aurelianensis & Lotharingæ ducissæ S. Lazari festo ibidem celebrato, in quo & summus magister creavit equites Francicum de Pontignac de Montbrison, Ludovicum de Marolles de Rocheplatte, Vincentium de la Lanne, & Drogonem de Crespy. Habitu est ibidem capitulum generale eodem anno 1699. 16. Julii, in quo datus est consensus inito pacto 30. Martii ejusdem anni a summo magistro & ordinis consilio cum Francico Huguet de Semonville equite pro castro Boigniâci restituendo; qui quidem illud novum ex proprio reedificavit, accepta per beneficii gratia præceptoris & administratoris Boigniâci cum ejusdem ad vitam redditum parte, prerogativa. Hæc autem ne pereiret memorabilis actio, principali domui portæ

inferunt est marmor cum hac inscriptione :

*Regiam hanc domum  
Ludovici septimi & sancti Ludovici pietate  
Sacra divi Lazari militia caput,  
Vetustate collapsam  
Ludovico Magno regnante  
Philippo de Courcillon marchione de Dangeau summo  
magistro  
Promovente & juvante,  
Franciscus Huguet de Semoville præceptor  
Administator restituit  
Anno Domini M. D. CC.*

Eodem anno 10. Januar. Philippus præceptoriam sancti Antonii de Gratemont cum aliis duabus, quas N. Seguyer de la Verriere ordinis decanus possidebat, ejusdem cessione contulit N. de Guenegaud ordinis cancellario, & hoc cedente, N. de Collins præceptor de Souville; ac per obitum N. de Carcavy d'Uffy, scribam ordinis N. Pidou de Saint Ollon eodem anno renunciavit. Mitto plures ab eodem summo magistro creatos equites, in quibus memoratur Philippus Egon marchio de Courcillon filius ejus, admissis in festo S. Lazari celebrato in abbazia sancti Germani die 8. Martii 1704. ad quam diem a 17. Decemb. anni præcedentis translatum fuerat, præsentibus duce Aurelianensi & Albeni duce Hispanie legato. In capitulo generali habito 16. Decembris 1706. denunciavit summus magister a se nominatum N. Breget ad præceptoriam de Courçon vacantem per obitum N. Seguyer de la Verriere; N. Pidou de Saint Ollon scribam ordinis ad præceptoriam de Monliouft per obitum N. d'Arnault; N. de la Barre ad præceptoriam de Betifly in Picardia, per obitum N. Richaume de la Borde, & N. de Ladournac ad præceptoriam sancti Quintini etiam in Picardia, per obitum N. de Richeran, qui hanc ordini tradiderat; postridie vero, nempe 17. Decembris anno 1706. in eadem sancti Germani ecclesia festum sancti Lazari celebratum fuit, decoratumque præsentia serenissimi ducis Bourbonii, principis & principissæ de Conty, ducisque ac ducissæ Cenomanensis. Denique Philippus de Courcillon marchio de Dangeau vitam cum magisterio absolvit die 9. Septembris 1720. ætatis anno 84.

XXIV. Ludovicus de Bourbon primarius regii sanguinis princeps, & dux primum Carnotensis, nunc Aurelianensis summa ordinum beatæ Mariæ de Monte Carmelo & sancti Lazari præfectura donatus est a rege Ludovico XV. anno 1720. quo duce quantus ordinibus accedat decor, quis par est dicere? Quo vivat serenissimus princeps ad ordinis, quinimo totius regni gloriam.

**EQUESTRIS ORDINIS**  
S. Johannis Jerosolymitani, dein Rhodiensis, & nunc Melitenis Majores in Francia priores.

**P**AULO post occupatam a Crucesignatis urbem Jerosolymorum, die scilicet 15. Julii 1099. institutus est ordo sancti Johannis Jerosolymitani, fundatore Gerardo Tūn, seu de Tom; cui succe-

**A**dens frater Raimundus Dupuy ordinem hospitalarium tantum, hoc est excipientis hospitibus & peregrinis additum, fecit & militarem circa annum 1118. totumque divisit in septem linguas pro cujusque patria equitis, Provincie videlicet, Arvernie, Francie, Italiæ, Aragoniæ; Germaniæ & Angliæ, qui ultimæ subinde ob hæresim extinctæ successit Castellæ & Portugalliæ lingua. De sola Franciæ hic agere sulcipimus, seu majorum illius priorum texere catalogum, post Sarmarthanos tomo quarto Galliæ Christianæ quadripartitæ pag. 985. Sed nos ter hic cum auctore, tum certior est, opera præsertim D. Jacquemia B ordinis archivorum cultodis.

I. Johannes I. le Turc anno 1130.

II. Gaufridus Breton 1174. Sub altertro duorum illorum priorum Ludovici VII. Francorum rex secum in Franciam adductis duobus e conventu Sebaltensi sancti Johannis Baptiste fratribus dedit anno 1170. die sancti Augustini prioratum apud Memorosium, ubi extructa est ecclesia sub patrocinio S. Johannis Baptiste.

III. Ancellus, Anselinus & Anselmus *Frater* appellatur ac *Dei gratia hospitalis prior in Gallia* in compositione inita cum Johanne priore sancti Stephani Belvensis, præsentem Theoberto episcopo C Nivernensi a papa delegato. *Actum Niverni 1187. regnante Philippo rege.* Idem quoque dictus frater Anselmus humilis magister in Francia, totumque ipsius capitulum anno 1199. paciscuntur cum abbate S. Sequani de quibusdam rebus quas habebant apud villam, quæ dicitur *Abogue*, ex tabulario sancti Sequani.

IV. Petrus I. Pilloz 1198. qui nunc, ut videtur, 1199.

V. Simon I. 1199.

VI. Isimbardus 1203.

VII. Ogerius 1204.

VIII. Guillelmus I. de Villiers *vel de Villers* D 1209.

IX. Rigaudus *Frater* nuncupatus & magister hospitalis Jerosolymitani Parisiensis compositionem iniiit cum abbate sancti Maglorii de quibusdam juribus anno 1224. mense Martio, ex tabulario sancti Maglorii.

X. Guirinus hospitalis Jerosolymitani prior in Francia 1228. ex codice ms. Oratorii, qui ad manum est. Eodem anno mense Februario legitur in chartario sanctæ Genovefæ Parisiensis: *Frater Gerinus domus hospitalis Hierosolymitani prior humilis in Francia* cuidam obnoxius reditit pro domo *Reimundi clerici Albigenfis.*

XI. Johannes II. Montgrossin 1235.

XII. Andreas Polerin 1241. idem qui jam anno 1239. mense Februario legitur in tabulario S. Genovefæ Parisiensis: *Frater Andreas Polynus sanctæ domus hospitalis Jerosolymitani prior humilis in Francia,* & iterum ibidem 1243. mense Maio. *Frater Andreas Polini, &c.*

XIII. Simon II. *Frater* appellatur & domus hospitalis Jerusalem Parisiensis magister anno 1245. mense Augusto recognovit ecclesiam Fossatensem habere jurisdictionem & justitiam in terra, quam R. de Mailly *excambiarit* prope Malliucum.

Xxx iij

XIV. Philippus I. de Egiles prior domus A hospitalis Jerosol. in Francia anno 1261. cujus fratres cognominantur de Rampillon.

XV. Johannes III. de Capriaco, de Chery 1269.

XVI. Radulfus I. de Paris 1271.

XVII. Johannes IV. de Capriaco, num idem qui supra? *Frater & sancta domus hospitalis Jerusalem prior in Francia* legitur anno 1276. die Mercurii post festum beatorum apostolorum Petri & Pauli, in tabulario Fossatenf. lisdem die & anno permutationem fecit cum monachis S. Walarici, apud Corbolum in capitulo Francie generalis.

XVIII. Johannes V. de Villaribus hospitalis B S. Johannis de Jerusalem prior in Francia reperitur 1283. mense Julio in tabulario d'Argonne. Tomo tertio hist. Paris. pagina 320. legitimus ad annum 1312. ex eadem familia Johannem de Villaribus preceptorem domus de Fressis prioratus Francie.

XIX. Itherius I. de Nantolio 1285.

XX. Radulfus II. d'Orleans 1287.

XXI. Itherius II. de Nantolio, idem forsan qui supra, *sancta domus hospitalis Jerosol. prior* legitur anno 1293. die Mercurii post festum S. Barnabæ, in tabulario sancti Maglorii.

XXII. Simon III. le Ras 1313. Humilis prior Francie nominatur anno 1317. tomo 3. historie Parisiensis pag. 322. col. 2. Anno 1319. mense Junio nonnulla permutavit cum monachis sancti Walarici. Idem anno 1323. die Dominica post Purificationem beate Mariæ se vocat *Fratrem Simonem dictum le Rat humilem priorem generalem in Francia sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani*, in tabulario Livriaci.

XXIII. Guillelmus II. de Citry 1331. & 1335.

XXIV. Florus de Fougerolles 1337.

XXV. Guillelmus III. de Mail 1339. idem qui de Mailly cognomen habet 1340. 5. Junii & 1344. in tabulario sancti Richarii, quinimo 1351. ibidem. At ex dicendis cesserat, retento dignitatis nomine. Num vero idem est, qui jacere in prioratu sancti Johannis de Corbolio 1360. a Sammarth. dicitur? de quo etiam vide hist. Melitenfem tomo 2. p. 61. auctore D. de Verthot.

XXVI. Johannes VI. de Nanteuil 1345.

XXVII. Nicolaus I. Suinet 1352.

XXVIII. Robertus I. de Juilly *vel* de Juliae 1363. & 1364. major prior Francie an. 1372. omnia Templariorum predia, quæ sita erant in jurisdictione ballivii Melodunensis & in castellaniam Corboliensis, ac insuper annualla vacantium in ecclesiis collegiatis sancti Quintini, Roix & Peronæ canonicatum largitus est priori sancti Johannis in insula ordinis Melitenf. prope Corbolum, ex antiquitatibus Corbolii pag. 213. ubi vocatur *de Jully*. Memoratur 1373. tomo secundo historie Melitenf. pag. 72. ubi hoc ipso anno summus ordinis magister legitur electus, ac post hanc dignitatem administratam duobus & paulo amplius annis, mortuus 1375. Verumtamen in archivio Templi jam anno 1371.

XXIX. Nicolaus II. de Thionville reperitur 1371.

XXX. Girardus de Vienne 1378. & 1380.

XXXI. Adamus Boulard *vel* Boulers 1388.

XXXII. Reginaldus I. de Girefne prior hospitalis S. Johannis Jerosol. in Francia 1393.

XXXIII. Robertus II. d'Aube 1403.

XXXIV. Ricardus Tricot 1410.

XXXV. Petrus II. de Beaumont *major hospitalarius & baillivus Moreæ* 1410. major Francie prior memoratur 1419. mense Julio.

XXXVI. Hugo I. de Sarcus 1420. ex Sammarthani, & 1431. Vide tomo secundo histor. Melitenf. pag. 199.

XXXVII. Nicolaus III. de Girefne 1435.

XXXVIII. Fulcaudus de Rochechouart 1446.

XXXIX. Reginaldus II. Gorre vocatur *preceptor hospitalis antiqui S. Johannis Parisius* anno 1464. tomo tertio historie Parisiensis pag. 319.

XL. Bertrandus de Chlys antea major Aquitanie prior, 1469. & 1480. jacet Parisius in basilica Templi, ubi in sacello ad Septentrionem cernuntur duæ statuae, hujus altera, Petri nepotis alia, cum hac inscriptione: *Icy est le monument de nobles & religieux personnes frere Bertrand de Chlys jadis prieur de l'Aquitaine, & depuis Grand prieur de France, & de reverend frere Pierre de Chlys son neveu aussi Grand prieur de France, lequel a fait construire cette chapelle de fond en comble, dediee en l'honneur de monsieur S. Panthaleon, en commemoration de la victoire obtenue par la grace divine contre le Grand Turc l'an 1480. le jour dudit saint. La chapelle fut faite l'an 1519. beniste l'an 1532. & depuis reparaee l'an 1547.* Vide tomo secundo historie Melitenf. pag. 265. & 297.

N. d'Aubuffon appellatum antecessorem Aimerici sequentis in codice ms. historie ordinis sancti Lazari asservato in bibliotheca serenissimi principis Ludovici ducis Aurelianensis, cui nuncupatus est, pag. 99. & iterum in alio ejusdem historie codice ms. bibliothecæ D. Bosc fol. 113. verso & 114. puto sic dictum non ratione majoris Francie prioratus, sed majoris præfecturæ totius ordinis, quam revera Petrus d'Aubuffon possedit ante Aimericum. Quapropter puto abradendum N. d'Aubuffon ex hac nostra serie.

XLI. Aimericus d'Amboise frater celeberrimi Georgii d'Amboise cardinalis & archiepiscopi Rotomagensis, major prior Francie 1483. & 1487. dein electus est totius ordinis archipræfectus die 10. Julii 1503. ex tomo septimo hist. genealog. magnatum Francie pagina 124. eoque nomine obtinuit a Julio II. bullam 1505. xii. calendis Julii, qua ordinis sancti Lazari unio cum ordine sancti Johannis Jerosolymitani facta 1489. ab Innocentio VIII. confirmatur, sed neutrius Leo X. rationem habuit anno 1517. uti postea videbitur.

XLII. Petrus III. de Cluys major Francie prior, miles ordinis sancti Johannis de Jerusalem 1490. in chartario sancti Chariarii.

XLIII. Jacobus I. de Chateau-Chalons 1504.

XLIV. Antonius Chabot filius Rainaldi baronis de Jarnac & Hâbellis de Rochechouart 1506.

XLV. Petrus IV. de Pons *vel* de Pontz 1510.

XLVI. Philippus II. de Villiers Lille-Adam



1513. tomo secundo historiæ Melitenfis pagina 412.

XLVII. Carolus I. de Brumiers 1514. & 1518.

XLVIII. Nicolaus IV. d'Aubuffon 1518.  
 XLIX. Philippus III. de Villiers Lille-Adam 1520. forsan idem qui supra numero XLVI. postea summus ordinis Rhodiensis magister, tomo secundo historiæ Melitenfis pagina 422. & 423. Obiit anno 1534. de quo vide Antiquitates Parisienses Claudii Malingre pagina 634.

L. Petrus V. de Cluys 1522 & 1532. in chartario sancti Richarii. Erat Bertrandi de Cluys majoris Franciæ prioris ex fratre nepos, de quo vide in patro num. XI. Adhuc major Franciæ prior obfessit a Turcis insule Rhodiensi, tomo secundo historiæ Melitenfis pag. 452. & 496. Adhuc memoratur 1534.

LI. Jacobus II. de Bourbon Ludovici de Bourbon episcopi Leodiensis nothus, vulgo dictus *le Bastard*, aut *le chevalier de Bourbon*, ex ballivio Moreæ fit prior Franciæ 1535. per obitum Petri de Cluys. Adhuc erat 1537. Vide tomo tertio historiæ Melitenfis p. 165. & præfationem tomi primi pagina ultima.

LII. Philippus IV. Carleau 1540. ex Sammarthani & adhuc 1542. & 1547.

LIII. Claudius d'Ancienville al. Dauffienville 1547. Obiit anno sequenti 10. Decemb. sepultus in Templo, ex Sammarthani.

LIV. Franciscus I. de Lorraine Claudii Guisæ ducis ex Antonia de Bourbon Vendôme filius, major prior 1549. & 1559. Defecit an. 1563. die 6. Martii anno ætatis 29. Luteciæ sepultus. Vide tommum tertium hist. Melitenfis pagg. 377. & 378. ac tommum quartum pag. 112. ubi auctor scite alias & eleganter scribendi peritus gravem in errorem lapsus est, cum ait sororem Franciscus fuisse Ludovicam de Lorraine Henrici III. Francorum regis uxorem, ob cuius gratiam scripserit rex ad summum ordinis præpositum, ut tres in Francia majores prioratus, Franciæ scilicet, sancti Egidii & Campaniæ largiri Franciscus dignaretur circa 1577. quandoquidem Henricus rex haud prius anno 1575. Ludovicam de Lorraine uxorem duxit, quo tempore jam dudum e vivis ex-cesserat Franciscus.

LV. Franciscus II. Piedeser ex magno Campaniæ priore, 1563. ex Sammarthani.

LVI. Petrus VI. de la Fontaine receptus eques 1512. ex majore itidem Campaniæ priore, in-quiunt Sammarthani, factus est major Franciæ prior 1563. Illi Sarvalius tomo tertio Antiquitat. Parisiensium pag. 642. scribit annum vecligal constitutum, ob diuturnam molendina Templi in Sequana; sed annus 1559. huic dono adscriptus Petro non convenit. Obiit 30. Novemb. 1572. annos natus 83. ex tomo 8. historiæ genealogicæ, magnatum Franciæ pag. 850.

LVII. Henricus I. d'Angoulesme Henrici II. regis filius naturalis ex amica N. de Leviston nobili Scotæ, Galloprovinciæ prorex, magnus prior 1567. ex Sammarthani & historia Melitenfis, &

adhuc 1573. Obiit 2. Junii 1586. Acquis sexuiis sepultus in ecclesia Carmelitarum in sacello Renati Andegavensis, Siciliae regis.

LVIII. Carolus II. de Valois Sammarthani, feu Carolus d'Orleans regis Caroli IX. filius naturalis, postea dux Engolismensis, circa 1587. majorem Franciæ prioratum sine ulla circumscriptione obtinuit, quemadmodum eo potius erat Henricus antecessor, ex tomo quarto historiæ Melitenfis pagina 124. simul Arvernici comes dicitur anno 1591.

LIX. Bertrandus Pelloquin 1594.

LX. Georgius de Regnier Guerchy 1600. & apud Sammarth. 1602. Reperitur 1609. tomo tertio historiæ Parisiæ pagina 45. & adhuc 1611. Obiit 25. Novembris 1618. ex Sammarthani.

LXI. Alexander de Vendôme regis Ludovici XIII. frater naturalis 1619.

LXII. Guillelmus IV. de Meaux Boissoudran 1631. tomo quarto histor. Melitenfis pag. 139. Obiit 1639. eique successit

LXIII. Amador de la Porte ballivius Moreæ, ordinis sui apud regem Ludovicum XIII. legatus, qui favore cardinalis de Richelieu nepotis ex Susanna sorore factus est major prior Franciæ, Franciscopolis & Andegavi gubernator, Insularum ac territorii Alniensis prorex an. 1639. Reperitur & annis 1642. & 1643. in edita S. Germani a Pratis historia pagina 235. Luteciæ devixit 31. Octobris 1644. conditus in Templo.

LXIV. Hugo II. de Bussy Rabutin ipso die obitus superioris adeptus possessionem regi Ludovico XIV. fidei sacramentum exhibuit Parisi. 20. Novembris ejusdem anni 1644. Occurrit adhuc die 9. Martii 1645. ac iterum 1653.

LXV. Nicolaus V. Paris de Boilly 1657. Obiit Parisiis 17. Febr. 1667. ætatis 82. sepultus in ecclesia Templi.

LXVI. Jacobus III. de Souvré filius Egidii Franciæ marescalli, præceptor sancti Johannis Lateranensis apud Parisios & ordinis legatus in Galliam, major prior reperitur 1667. & 1669. Fuit etiam abbas S. Michaelis de Uteriori portu, sancti Michaelis Tornodorensis, & S. Michaelis in Periculo maris, pro cuius abbatiæ damnis ab N. de Lorge de Montgomery illatis querelas ad regem detulerat anno 1644. Vivere desit 22. Maii 1670. annos natus septuaginta sepultusque est in Templo. Vide tommum septimum historiæ genealogicæ pag. 400.

LXVII. Hugo III. d'Estampes de Valançay 1675. Is haud dubie qui perperam vocatur Henricus tomo septimo hist. genealogicæ magnatum Franciæ pag. 550.

LXVIII. Philippus V. de Vendôme tom. IV. historiæ Melitenfis pag. 198. ad annum 1671. gratiam expectativam obtinuit a sancta sede pro magno Franciæ prioratu. Hunc obtinuit 1681. tomo quarto historiæ Parisiensium pag. 340. Abdicavit 1719. tomo quarto hist. Melitenfis p. 231.

LXIX. Johannes Philippus d'Orleans, dictus eques Aurelianiensis, nothus Philippi II. ducis Aurelianiensis, pro majori Franciæ prioratu regi

facramentum dixit 1720. Is quoque longarum A navium prætor & locum tenens regis in Oceano orientali, necnon Hispanicæ magnatibus adscitus, obtinuit die 8. Januarii anno 1721. commendam Altvillariorum, de quo vide tomo septimo historię genealogicę pag. 940.

ANGLO-BENEDICTINA  
CONGREGATIO IN FRANCIA.

**D**Uxit originem ab horrendo illo Henrici VIII. regis Anglorum schismate, quo vix oborto & exstinguente omnia pene diruta sunt Anglię monasteria, ac plerique monachi solum vertere coacti, ad alia diversarum congregationum transfirarunt cœnobia. Pauci tamen occulto manserunt in Angliã, in quibus dominus Johannes Fecknam professus olim in abbatiã Evethamienſi, cui Maria regina Westmonasterienſem abbatiam ordini S. Benedicti restitutam commisit regendam titulo abbatis. Huic sese mox quatuordecim alii, resumpto habitu, adjunxerunt monachi, pieque ibidem conversati sunt usque ad obitum Marię reginę anno 1558. quo Johannes abbas carceri mancipatus vitam clausit in vinculis post 26. annos, ceterique omnes ante annum 1607. interierunt uno excepto, Seberto nomine, seu Sigeberto Buckley hoc anno superſtitie, sed multum effeto.

Inter hæc cum anno 1602. summo pontifici visum eſſet miſſioni delineare aliquot Anglo-Benedictinos e congregationibus Cassinensibus & Valletolœtanis, laudatus ille Sigebertus, ne sua penitus deficeret Anglicana congregatio, ex iis nonnullos adoptavit in sua congregatione an. 1607. die 21. Novembris coram notario; idque Paulus V. summus pontifex anno 1609. probavit. In his duo præsertim eminebant, Vincentius Sadleir & Eduardus Mayhw, qui prius ex seminaris cleri secularis ad missionem destinati, jam tum a monachis congregationis Cassinensis admissi fuerant in sua & amplexi ordinem S. Benedicti; quorum ille præfex evasit Anglo-Benedictinę congregationis, uti postea dicitur, hic autem prior sancti Laurentii de Dei Custodia in diocesi Tullensi per aliquot quadriennia. Tum etiam alios octo vel decem Sigebertus priusquam moreretur, allegit in sua congregatione, quos anno 1610. moriens ejusdem reliquit instauratores.

Dum hæc in Angliã geruntur, dominus Augustinus Bradshaw Hispanicę in Angliã missionis vicarius, qui causa dire persecutionis inde se subduxerat, Transmariniquę in partibus laborans asylum querebat commodum seu in Belgio, seu in Lotharingia, ad quod Evangelii præcones Benedictini vitandę persecutionis gratia confugerent, in eoque juniores Angli vacarent studiis, unde ipsimet Evangelii præcones evaderent, Deo favente, locum reperit opportunum: cum enim Clemens VIII. papa Nanceiensem ecclesiam primatiale creasset anno 1602. in eamque transfuisset clerum omnem veteris cujusdam ecclesię collegiatę, quę de Dei Custodia vocabatur, sitę ad ripas Mollę, in diocesi quidem Tullensi, at

sub temporali Virdunenſis episcopi jurisdictione, hanc veterem ecclesiam obtinuit laudatus Augustinus Bradshaw ab eminentissimo cardinalē Carolo Lotharingę principe, Nanceiensi primate die 2. Decembris 1606. gratia maxime illustrissimi domini Arturi Pitts Angli, canonici & theologi abbatię Romaricimontis, qua multum apud principem valebat, necnon ab episcopis Tullensi & Virdunenſi.

Tum igitur inita quidem possessio est die 26. ejusdem mensis Decembris anni 1606. sed quoniam ædificia ruina minabantur, hæud prius quam reparatis illis, die 9. Augusti 1608. inibi B conventus cepit commorari, & officia divina frequentare; statimque hoc ipso anno quatuor adolescentes, in quibus Franciscus Walgrave, religionis habitum induerunt eo in loco, qui sic deinceps floruit, ut ecclesię Remensibus doctissimum archiepiscopum dederit, congregationi duos abbatē, præfides generales duodecim, compluresque provinciales seu visitatores, necnon e gremio suo viros emiserit religiosos, qui abbatiam Lambspringensē, ac prioratus sancti Benedicti Macloviensis & sancti Edmundi Parisiensis informarent.

Neque vero stetit hic laudati Augustini Bradshaw sollicitudo, qui jam Duaci tunc Hispanicę ditioris, cum primum ex Angliã venit, sedem fixerat, obtento uno tantum dormitorio pro se & pssulo suo grege in collegio abbatię Aquincensibus; sed cum post annum aut circiter locus hic angustior visus eſſet, alium conduxit a cœnobitis ordinis sanctissimę Trinitatis, in quo una cum sociis nonnullis, junioribusque ad noviciatum admittis convixit, obscure tamen per aliquot annos, donec eorum pia conversatio nota facta est exinio illi ordinis sancti Benedicti ornameto domno Philippo de Caverel abbati S. Vedasti Atrebatensis.

Ædificabat eo tempore vir pius & magnificus collegium ad usum Patrum Societatis Jesu, quod cum aliquando visitans, quemdam sacerdotem Cambrobritannum, ecclesię beatę Virginis canonicum, Ishelem nomine, curiosus intuentem interrogasset, quidnam de hoc ædificio sentiret, hicque respondiſſet, egregium opus esse riteque destinatum; credere se nihilominus posse abbatem Benedictinum ordini promovendo suam convenientius applicare caritatem; Duaci quippe degere paucos ordinis sancti Benedicti Anglos, qui extrema penuria laborantes, nec propriam domum, neque unde sustentarentur, habebant: abbas tamen quasi obſurdens, eos adjuvare distulit, donec archidux Austrię supremus Belgii Hispanicę prorex E literis ab Hispanicę rege & a præfide generali Hispanicę congregationis ejusdem ordinis acceptis, tam efficaciter illos eidem abbati commendavit, ut exinde serio fovere illos aggressus, domum & hortulum eisdem adificaverit; ad quod etiam non parum contulit eminentissimi cardinalis Montañi epistola scripta 10. Martii anni 1608.

Quis porro tam multiplices protectione munitos non credat tutos ab omni molestia esse debere? Attamen quidam inimici bulla simulata, non minus quam eos expellere cogitantes, primum apud

annuncium

nuncium apostolic. tanquam gyrovagos & fictos A monachos accusarunt, tum apud archiducem, ac denique apud episcopum; sed brevi detecta fraude, crevit in eos gratia Philippi abbatis S. Vedasti, qui constructo Duaci monasterio collegiatio duas in partes divisit, alteram suis Vedastinis monachis, & alteram Angli nostris cum pensione congrua contulit; quibus & visitatis locis anno 1611. decanus & canonici Atrebatenfes, sede vacante, facultatem concesserunt altaria excitandi, sacra faciendi, & officia divina celebrandi; sicque novum in cœnobium induciti sunt Angli monachi, laudante postmodum & approbante Richardoto episcopo Atrebatenfi. Sed cum is ad archiepiscopatum Cameracensem translatus fuisset, successor in Atrebatenfi cathedra deceptus ab eorum inimicis, non solum renuit datam a Richardoto permissionem confirmare, verum etiam interdixit quominus Angli habitarent Duaci ultra diem primam Julii ejusdem anni, nisi fe canonice & legaliter in hanc dicecesim admissos probarent. Episcopo factum est satis, tum literis ostensis Hispanie regis, tum ad ipsum præfulem scripta Bruxellis epistola a cardinali Bentivoglio nuncio apostolico. Neque deinceps turbati sunt Angli monachi, quin & perfecta frui sunt pace, quæ nec immutata est immutata dominatione: cum enim Ludovicus Magnus victor ingressus est civitatem, mox ad eorum ecclesiam accessit missam auditurus, qui postea regio diplomate non modo cœnobium firmavit, verum & illi annuam impertivit elemosynam, quam in hodiernum diem fruitur ex benevolentia regis Ludovici XV.

Prætereo quam anno circiter 1611. Anglo-Benedictini in civitate sancti Maclovii adepti sunt domum, quia hæc, ipsis cedentibus jam ab anno 1669. Gallicanæ S. Mauri congregationi cecit. Eosdem acciverat 1611. serenissima princeps Maria de Lorraine Calensis abbatissa, qui sanctimonialibus sacra ministrarent, sed neque hic ultra annum 1627. subsisterunt, quamquam piissimæ abbatissa sic ardebat regularis eorum vita & conversatio, ut statuerit apud se alios ejusdem instituti accerere, qui Parisiis, suæ sumptibus abbatiz necessariis ad vitam instructi, studiis navarent operam, quam postea vel abbatiz impenderent, vel apostolica in Anglia missioni, prout sese occasio daret. Expropter obtinuit ab Augustini Bradshaw Hispanice in Anglia missionis vicario sex alios monachos, nempe Clementem Reyner, qui postea fuit abbas Lambspringensis, Nicolaum Curre, Georgium Sayr, Albanum Roc, qui martyrio fidem obsequavit, fratrem Placidum Gascoigne, E

Tomus VII.

Remensis, ratus inglorium fore novæ congregationi, si deinceps Francico Walgravo Calenibus virginibus a sacris, qui huic interceperat unioni, Parisiensis conventus subjaceret, suis ipsemet impensis alium in locum, ubi nunc est palatium Aurelianense, transtulit conventum Parisiensem, qui sex annis cum dimidio inibi hæsit, donec hoc palatio ædificari cœpto, in vicum Inferni transmigravit, & inde 1632. in vicum sancti Jacobi, conducta domo de Fulentinis monialibus; tandemque anno 1642. propriam domum ejusdem vici, quam ex tribus emtis anno 1640. in unam conventualem adaptaverat, inhabitavit. Necdum Becclesia, dormitorio, ceterisve regularibus locis instructus erat locus, cum panti ejusdem incolis illic habitandi, sacra faciendi, & cantandi horas canonicas potestatem fecit archiepiscopus Paris. ut liquet ex regio Ludovici XIV. Burdigalæ dato diplomate mensè Octobri anni 1650. quo rex factam illam potestatem confirmat. Hoc ipsum & alia ad hanc historiam spectantia, cum serius quam ut pro more ad calcem rejici poterint, nobis tradita sint, hic prodimus:

*Louis, par la grace de Dieu, roy de France & de Navarre, a tous presens & a venir, salut. Nos bien amez & devots orateurs les religieux Benedictins Anglois de nation, étant en notre bonne ville de Paris, nous ont fait remontrer que pour le bien & utilité de plusieurs personnes de leur nation, faisant profession de la religion Catholique, Apostolique & Romaine, qui se sont habitez en notre dite ville & autres lieux de notre royaume, & de ceux qui sont journellement contrains de sortir d'Angleterre pour n'avoir audit pays la liberté de conscience, quelques religieux Anglois se seroient, par la permission du feu roy notre très-honore seigneur & pere, que Dieu absolve, établis en notre royaume, où ils assissent par leur doctrine, non seulement ceux de leur nation, mais aussi nos sujets, D qui profitent de leur dévotion & bons exemples; ce que lesdits exposans ont depuis quelque temps pratiqué & exercé au Jauxbourg saint Jacques de notre dite ville de Paris, en une maison qui leur a été donnée par certaines personnes meues de piété & d'affection en leur endroit, en laquelle notre ami & féal conseiller en nos conseils le sieur archevêque de Paris leur auroit assigné un établissement par forme d'hospice par ses lettres du 14. janvier 1642. avec pouvoir de célébrer en leur chapelle le saint sacrifice de la messe à basse voix, d'y chanter les heures & vêpres, & entendre les confessions des Anglois, Hibernois & Ecois qui sont residans en ladite ville, fors & excepté pendant la quinzaine de Pâques, durant laquelle ceux desdits étrangers qui entendoient la langue Françoisé seront tenus d'aller à leur paroisse, ainsi qu'il est plus amplement porté par lesdites lettres, le tout en attendant notre permission, sans laquelle ils n'ont osé entreprendre le bâtiment d'une église, ni les logemens nécessaires pour leur dortoir, réfectoire, cloître & jardins, encore moins chercher un autre lieu plus commode & plus spacieux que celui où ils sont, s'il ne leur est sir ce par nous pourvu de nos lettres sur ce nécessaires, qu'ils Nous ont très-humblement requis & supplié de leur*

Y y

vouloir octroyer. A ces causes, voulant favorablement traiter lesdits exposans, par la considération de la nécessité qu'ont les catholiques Anglois, Ecossois & Hibernois étant en notre royaume, qui n'en savent l'idiome, d'être assistez de leurs doctrine, instructions & exhortations, comme aussi en faveur de notre très-chère & très-aimée tante la reine de la Grande-Bretagne; après avoir fait voir en notre Conseil les lettres dudit sieur archevêque de Paris, sus mentionnées, cy-attachées sous le contre-scel de notre chancellerie, nous avons de l'avis de la reine régente notre très-honorée dame & mere, de notre grace spéciale, pleine puissance & autorité royale, ausdits religieux Bénédictins Anglois permis, accordé & octroyé, permettons, accordons & octroyons par ces présentes signées de notre main, de s'établir en tel lieu & endroit de notre dite ville & fauxbourgs de Paris, que bon leur semblera; & qu'à cette fin ils puissent faire construire & édifier une église, ensemble les logemens, dortoir, réfectoire, cloître, clôture de jardins & autres bâtimens nécessaires, sur les fonds & emplacements qui seront par eux acquis ou leur pourront être donnez, pour y vaquer au service divin, célébrer la sainte messe, & faire leurs autres prières & exercices de dévotion selon les règles & institut de leur ordre, & jouir des privilèges y attribuez. Lesquels fonds & emplacements desdits bâtimens & jardinages, de quelque étendue qu'ils soient, nous avons de nos mêmes grace & autorité que dessus, amonis & amonitions comme à Dieu dévot, sans que les exposans ni leurs successeurs soient cy-après tenus d'en vuidier leurs mains, ni de nous payer ou à nos successeurs roys, aucune finance ou indemnité, de laquelle à quelque somme qu'elle se puisse monter, pourvu qu'ils soient relevans de nous dûement, nous leur avons fait & faisons don par cesdites présentes; à la charge néanmoins de dire à perpétuité un service solennel en leur dite église le jour & fête de saint Louis de chacune année, & d'y prier Dieu pour notre prospérité & santé & de nos successeurs roys. Si donnons en mandement à nos amez & féaux conseillers les gens tenant notre cour de Parlement & chambre de nos comptes à Paris, prévôt dudit lieu ou son lieutenant, & autres nos juges & officiers qu'il appartiendra, que ces présentes ils fassent registrer, & du contenu en icelles gardent, souffrent & laissent chacun en droit soy, lesdits exposans & leurs successeurs, jouir & user pleinement, paisiblement & perpétuellement, cessant & faisant cesser tous troubles & empêchemens, nonobstant toutes choses à ce contraires: Car tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre notre scel à cesdites présentes; sauf en autre chose notre droit, & l'autrui en tout. Donné à Bordeaux au mois d'Octobre, l'an de grace 1650. & de notre regne le huit. Signé Louis. Et sur le reply, Par le roy, la reine régente sa mere présente. Et plus bas, le Tellier, avec paraphe. Et à côté du même reply: Registrés, où le procureur général du roy, pour jouir par les impétrans de l'effet & contenu en icelles, aux charges y portées, & outre qu'ils ne pourront être pourvus d'aucun archevêché, évêché ou abbaye de chef d'ordre, n'y avoir vicaires ou fermiers es bénéfices desquels ils pourront être pourvus en ce royaume, que naturels François. A Paris en Parlement, le 17. Avril 1651.

A Signé Giget, avec paraphe. Et à l'autre bout du même reply: Registrés en la chambre des comptes, où le procureur général du roy, pour jouir par les impétrans de l'effet & contenu en icelles, à l'exception de l'amortissement y mentionné; pour lequel rapportant lettres parvilles, sera fait droit, le 2. Juillet 1659. Signé Richer, avec paraphe. Et scellées du grand sceau de cire verte avec des lacets de soye verte & rouge: Et au côté: Scellées du contre-scel de la chancellerie. Et plus bas est écrit: Collationné à l'original par nous conseiller-secrétaire du roy, maison & couronne de France & de ses finances. Signé le Rossel, avec paraphe.

B Idem rex alio diplomate Verfallis dato 9. Septembris 1674. ejudem conventus alumnos regnicolarum jure donavit, concessa facultate possidendi beneficia sui ordinis per totam Galliam; eaque rursum privilegia firmavit altero diplomate dato in catris de Nydracsel 10. Januarii 1676. Hoc utrumque ab regio majori consilio in commentarios relatum, sicuti etiam alterum Ludovici XV. praeceptum mensis Februarii anni 1723. haec omnia confirmantis, ex ordine subjicimus.

Louis, par la grace de Dieu, roy de France & de Navarre, à tous ceux qui ces présentes lettres verront, salut. Nos bien amez & dévots orateurs les religieux Bénédictins de la congrégation d'Angleterre établie au fauxbourg saint Jacques de notre bonne ville de Paris, par nos lettres patentes du mois d'Octobre 1650. dont copie collationnée est cy-attachée sous le contre-scel de notre chancellerie, nous ont très-humblement fait remontrer qu'en conséquence de la grace à eux accordée par nosdites lettres patentes, ils se seroient appliquez, autant qu'ils auroient pu, d'élever des religieux en piété & science pour ainsi se rendre utiles, non seulement à leurs compatriotes, mais aussi à nos sujets, qui profitent beaucoup de leurs instructions & bons exemples; & comme dans nosdites lettres nous leur avons permis, accordé & octroyé de s'établir en notre dite ville de Paris, & d'y vivre selon les règles & institut de leur ordre, & jouir des privilèges y attribuez, sans aucune limitation ou restriction, ils nous ont très-humblement représenté que comme les affaires des catholiques en Angleterre s'empirent de jour en jour, la misère & pauvreté de leur coment s'augmentent à proportion, & qu'ainsi ils ont très-grand besoin de notre protection qui leur pourra être fort utile & avantageuse, si nous pluisoit leur accorder la permission de pouvoir posséder des bénéfices en notre royaume, en la même manière que les religieux de leur ordre, natifs de notre royaume. A ces causes & autres à ce nous mouvans, voulant favorablement traiter les exposans, & leur donner moyen de subsister & continuer leurs saints exercices & prières pour notre santé & prospérité, & de notre grace spéciale, pleine puissance & autorité royale, nous avons permis, accordé & octroyé, permettons, accordons & octroyons ausdits exposans, par ces présentes signées de notre main, de pouvoir posséder des bénéfices & dignitez de leur ordre, & jouir de tous les avantages & privilèges dits aux religieux dudit ordre, natifs de notre royaume, sans

aucune exception, les ayant quant à ce, habilités & dispensés, habitons & dispensons par ces présentes; & en outre, nous voulons étendre cette grace & permission aux religieux de ladite congrégation, qui ayant fait profession en icelle, en quelque maison que ce soit dans notre royaume & terres de notre obéissance, auront été envoyés audit convent au fauxbourg saint Jacques par ordre de leur supérieur, & y auront fait leurs études dans l'Université, & pris les degrez de maîtres-ès-arts ou autres; à la charge qu'ils ne pourront être sacreurs ni entremetteurs pour les étrangers, & à la charge aussi que si pour raison desdits bénéfices il se mouvoit procès ou différend, ils ne seront jugés que par nos juges auxquels la connoissance en appartient, & que dans six mois ils obtiendront de notre saint pere le pape un bref, par lequel il consentira, qu'encore que les bénéfices vaquaissent en cour de Rome, il y sera pourvu par nous ou par les collateurs de ce royaume; & en cas que sa Sainteté refuse d'expédier ledit bref, lesdits exposans prendront un acte de refus, lequel faisant vérifier par deux banquiers expéditionnaires en cour de Rome, ils en demeureront déchargés. Si donnons en mandement à nos amez & féaux conseillers les gens tenant notre Grand-conseil, que ces présentes ils fassent registrer, & du contenu icelles souffrent & laissent chacun en droit soy, lesdits exposans & leurs successeurs, jouir & user pleinement, paisiblement & perpétuellement, cessant & faisant cesser tous troubles & empêchemens à ce contraires, nonobstant opposition ou appellation quelconques, desquelles, si aucunes intervient, & de toutes les affaires généralement qui pourront en quelque manière que ce soit, regarder lesdits religieux dudit ordre & congrégation, tant en général qu'en particulier, nous en avons attribué & attribuons par ces présentes, la connoissance à notredit Grand-conseil, icelle interdisons à toutes nos cours & autres juges; à peine de nullité de tout ce qui sera fait au contraire: Car tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre notre scel à ces présentes, sauf en autre chose notre droit, & l'autrui en tout. Donné à Versailles le 9. du mois de Septembre, l'an de Louis 1674. & de notre regne le 32. Signé Louis. Et sur le reply, Par le roy, le Tellier, avec paraphe. Et au bout du même reply: Enregistrés ès registres du Grand-conseil du roy, suivant l'arrêté cejourd'huy donné en iceluy. A Paris le 24. Septembre 1674. Signé Herbin, avec paraphe. Et scellées du grand sceau de cire jaune.

**V**EU par le Conseil les lettres patentes du roy données à Versailles le 9. de Septembre 1674. signées Louis, & sur le reply, par le roy, le Tellier, & scellées du grand sceau de cire jaune, obtenues par les religieux Bénédictins de la congrégation d'Angleterre établie au fauxbourg saint Jacques de cette ville de Paris, par lesquelles le roy leur auroit entr'autres choses, permis & accordé de pouvoir posséder des bénéfices & dignitez de leur ordre, & jouir de tous les avantages & privilèges dûs aux religieux dudit ordre, natis du royaume, sans aucune exception, les ayant quant à ce, habilités & dispensés, & permission aux religieux de ladite congrégation qui auront fait pro-

Tomus VII.

cession en icelle, en quelque maison que ce soit en ce royaume, envoyés audit convent du fauxbourg saint Jacques par ordre de leurs supérieurs, & auront fait leurs études dans l'Université & pris les degrez de maîtres-ès-arts ou autres; & à la charge que si pour raison desdits bénéfices il se mouvoit procès ou différend, ils ne seront jugés que par les juges auxquels la connoissance en appartient, & que dans six mois ils obtiendront de notre saint pere le pape un bref, par lequel il consentira qu'encore que lesdits bénéfices vaquaissent en cour de Rome, il y sera pourvu par le roy ou par les collateurs; & en cas de refus par notre saint pere le pape, lesdits religieux en prendront acte de refus, qu'ils feront vérifier par deux banquiers expéditionnaires en cour de Rome, & ils en demeureront déchargés. Lesdites lettres adressées au conseil avec attribution de toute cour, jurisdiction & connoissance, interdiction à toutes les cours & juges, pour être enregistrées ès registres du conseil. Copie collationnée d'autres lettres patentes obtenues par lesdits religieux, du mois d'Octobre 1650. portant établissement desdits religieux au fauxbourg saint Jacques. Requête présentée au conseil par lesdits religieux, aux fins d'enregistrement desdites lettres patentes ès registres du conseil. Conclusions du procureur général du roy, le conseil a ordonné & ordonne que lesdites lettres soient enregistrées ès registres du conseil, pour jouir par lesdits religieux de l'effet contenu en icelles, selon leur forme & teneur. Fait audit conseil, à Paris le 24. jour de Septembre 1674. Signé Herbin, avec paraphe.

**L**ouis, par la grace de Dieu, roy de France & de Navarre, à tous présens & à venir, salut. Nos bien amez les religieux Bénédictins Anglois, établis en notre bonne ville de Paris, nous ont fait remontrer que la piété du sen roy Louis XIV. de glorieuse mémoire, notre très-honoré seigneur & bisayeul, pour le soutien de la religion, a été poussée si loin en leur faveur, que par ses lettres patentes du mois d'Octobre 1650. il leur a permis de s'établir en notre bonne ville de Paris, d'y acquerir tels biens & fonds qu'ils jugeroient à propos, sans que pour iceux ils soient tenus de payer aucune finance ou indemnité, dont il leur a été fait don; & pour leur donner des marques plus singulières de sa protection, par d'autres lettres patentes du 9. Septembre 1674. il auroit permis, accordé & octroyé aux exposans, de pouvoir posséder des bénéfices & dignitez de leur ordre, & de jouir de tous les avantages & privilèges accordés aux religieux dudit ordre, natis de notre royaume, sans aucune exception, les ayant quant à ce, habilités & dispensés, & permission aux religieux de ladite congrégation, qui auront fait pro-

Yyy ij



Calensis sex Anglos monachos anno 1615. col-  
locaverat, nempe hospitio sancti Andree in via  
& suburbio sancti Jacobi. Adstantes igitur omnes  
die statuto, oratione preavia de Spiritu sancto, lectis  
summi pontificis decreto & ipsius cardinalis, qui-  
bus convocati fuerant, literis, quidquid acturi  
erant, censura & correctioni sanctae sedis apostolice  
subijcentes, mox unanimiter legum & consti-  
tutionum corpus integrum pro regenda congrega-  
tione condiderunt. Exstat earum authenticum  
scriptum manu dicti domni Leandri in archivis  
collegii Duaceni sancti Gregorii.

Postea vero iidem definitores, quae capitulo  
generali auctoritas conveniret, eandem hisce pri-  
mis inesse comitiis decernentes, ac proinde in  
eis latis legibus aequae monachos omnes obligari,  
ac ipsis postea condendis in capitulis generalibus,  
stauerunt summo pontifici supplicandum, ut eas  
dignaretur suprema sua auctoritate ratas habere,  
ad supplendos omnes tum juris tum facti defec-  
tus; interimque processum est ad electionem praesidis  
generalis, ceterorumque congregationis mi-  
nistrorum.

SERIES PRÆSIDUM,  
sive Praepositorum generalium.

- I. **G**ABRIEL Gifford a sancta Maria primo  
loco praefes generalis renunciatus est, cui  
in Remensem archiepiscopum assumpto successit  
mense Septembri 1618.
- II. Leander a sancto Martino, secundo loco no-  
minatus. Ceteri ministri fuere Gregorius Granger  
provinciae Cantuariensis praepositus: Vincentius  
Sadleir Eboracensis provinciae praepositus: Francis-  
cus Atrobor prior sancti Gregorii Duaceni:  
Joelinus Eliner prior sancti Laurentii de Dei  
Custodia: Paulinus Greenwood prior S. Benedicti  
Macloviensis: Thomas Monington prior sancti  
Edmundi Parisiensis: Sigebertus Bagshaw procurator  
generalis in curia Romana; & Columbanus  
Maloon praesidi generali a secretis. Haec omnia  
coram testibus quodammodo confirmavit curiae  
archiepiscopalis notarius Thomas Callot, cujus au-  
thenticum scriptum asservatur in archivis conventus  
sancti Gregorii Duaceni.

Cardinalis autem Bentivoglius laudavit illas  
constitutiones, misitque Romam, quo brevi pro-  
fectus, multum in ea curia defudavit ut ibidem  
confirmarentur. Scripsit & eodem fine ad praepo-  
situm generalem Hispanicae congregationis, qui  
re cum suae congregationis definitores communi-  
cata, sequenti mense Octobri grata sibi & suis  
esse omnia quae facta fuerant in definitorio Pari-  
sienfisi respondit. Scripsit denique ad suum in curia  
Romana procuratorem, ut omnem suam operam  
poneret, quo summus pontifex illa omnia confir-  
maret. Verum non ita facilis & expedita fuit ea  
res in dicta curia. Ad illam porro quamprimum  
denuo mittendum, qui tam feliciter hac in pro-  
mouenda unione laboraverat, Sigebertum Bags-  
haw, definitores antequam a se invicem fecederent,  
stauerant, ut opus tam prospere inchoatum ad  
finem perduceret optatum.

Mox igitur ad Urbem viam carpit Sigebertus,  
quo vix appulsus tres adversarios potentissimos  
reperit; primum scilicet adfatum Cassinensem con-  
gregationem, quae quorundam pseudofratrum  
obmurmurationibus decepta, vere suam ipsorum  
libertatem bono publico praeferebant, multum  
sibi ex illa nova congregatione detractum iri exi-  
stimabat: alter potentior adversarius fuit ipsa Gallia  
ubi haec unio inceperat, seu christianissimum regis  
in curia Romana legatus, qui, quasi leges & con-  
stitutiones hujusce congregationis publico regni  
bono adversarentur, illas impugnavit. Tertius deni-  
que contra hanc unionem insurrexit ex prave  
intellecto constitutionum sensu procurator in curia  
Romana Philippi de Caverel abbatis S. Vedasti  
Atrebatensis, omnium abbatiarum excitarum  
Belgii praesidis, & omnium Hispaniarum in  
Belgio copiarum thesaurarii, dignissimi, ut dictum  
est, patroni & fundatoris collegii sancti Gregorii  
Duaceni.

At vero tandem post biennium his in concer-  
tationibus exactum, Sigebertus ita convicit omnes  
adversarios, ut ipsis jam quiescentibus breve apo-  
stolicum obtinuerit ab omni proflus cavillatione  
solutum, quod statim suis transmissit superioribus.  
Apographum ejus habetur in archivis Duaceni  
sancti Gregorii conventus.

Dein tamen rati superiores se non adhuc satis  
ab obedientia, quam in sua professione promisse-  
rant Hispanicae congregationi, emancipatos, prius-  
quam hoc apostolicum breve divulgarent, illud  
eiusdem congregationis praesidi miserunt, ut pro-  
mulgari consentiret, qui consultus per aliquot  
dies suis definitores, remisit breve cum plena  
facultate illud evulgandi, necnon & aggregandi  
antiquae illi redivivae congregationi sacros omnes  
Hispanicae jurisdictionis praedones, qui unionem  
istam amplecti cuperent, ac insuper Leandro a  
sancto Martino Anglicanae congregationis secundo  
loco praesidi electo, ceteros omnes qui eandem  
unionem suscipere nollent, ut suo ipsius vicario  
subjecit. Charta haec authentica servatur in archi-  
vis Duacensibus.

Jam ergo nil oberat quominus constitutionum  
& confirmationis earum factae a summo pontifice  
promulgatio fieret. Facta est Duaci die 3. Sept.  
anni 1619. in aliis autem conventibus, diebus  
statutis. Lecta videlicet ubique coram conventu  
capitulariter congregato, primum approbatio praesidis  
Hispanicae congregationis; secundum, manda-  
tum praesidis Anglicanae congregationis pro  
brevis apostolice ejusdemque ab Hispano praeside  
acceptatione facta divulgandis; tertium, dicti praesidis  
Hispanicae, definitorem & deputatorem con-  
sensus; quartum, ipsum breve apostolicum; quin-  
tum, electio quinque definitorum, &c. sextum,  
electio Leandri in praesidem Anglicanae congrega-  
tionis & ejusdem confirmatio per Hispanicae praesidem;  
septimum denique, superior cujusque con-  
ventus inscribi commentariis fecit diem promul-  
gationis, & nomina eorum omnium qui unioni  
dederant nomen, ut exinde ad eligendos supe-  
riores conventuales procederet. Decrevit enim  
Y y ij

præses ex illis solis qui amplexi essent unionem, eligendos esse, quamquam ceteris qui huic non adhererent, omnimodam promissit humanitatem & benevolentiam. Subscribere vero huic unioni quotquot habitabant terram continentem, tribus tantum exceptis, Walgravio, Barnefio & . . . .

Ceterum imminente jam sine quadriennii a tempore definitorii, seu primi capituli generalis Anglicanæ congregationis, sub medium anni 1620, ipsius præses scriptis ad omnes patres capitulares communibus literis, indixit proximum capitulum ad diem 2. Julii 1621. Duaci in conventu sancti Gregorii celebrandum.

- III. Rudensindus Barlow præses in secundo generali capitulo electus est primo loco, & secundo Thomas Torquatus Latham: Cantuariensis provincie præpositus Josephus Prater: Eboracensis provincie præpositus Robertus Haddock: vicarius Francie Bernardus Berington: prior sancti Gregorii Duaceni Leander a sancto Martino: prior sancti Laurentii de Dei Custodia Columbanus Maloon: cui defuncto intra quadriennium successit est Laurentius Reyner: prior S. Benedicti Macloviensis Paulinus Greenwood: prior sancti Edmundi Parisiensis Siebertus Bagshaw: procurator in curia Romana Robertus Therwood: præfidi & congregationi a secretis Clemens Reyner.

Solis ad annum 1623. constabat viris Anglicana congregatio, cum ecce hoc anno ex Anglia simul septem virgines nobiles cum aliis duabus in Flandriam sub auspiciis domini Benedicti Jones appellentes, propolere unanimes ex bonis septem nobilibus ædificare sibi conventum ordinis sancti Benedicti sub regimine congregationis Anglicanæ. Annuerunt superiores, statimque ad illas disciplinis regularibus informandas obtinuerunt ab Anglo-Benedictina Bruxellens abbata tres sanctimoniales pietate insignes, nempe Francisca Gawen, quæ prima facta est abbatisa seu priorissa Cameracensis, & post sex annos cum laude transactos, abdicato munere, privata subinde vixit ad annum 1640. quo, ætatis suæ 64. die 7. Maii defuncta est. Altera Bruxellis accita, fuit Pudentiana Dakens, quæ procuratrix, magistræ noviciarum & priorissæ per annos decem officiis laudabiliter perfuncta, obiit Cameraci 21. Decemb. 1645. ætatis 64. Tertia denique Vivina Yaxleg exactis 27. annis in officiis priorissæ, magistræ juniorum & noviciarum, cum jam conventum Cameracensem pietate florentem cerneret, proprio Marte Bruxellas ad suæ professionis conventum regressa, vivere desit 18. Februarii 1654.

Hæc porro sedes apud Cameracum fuit quoddam refugium juris antea Fidemienfis abbatiæ, sed tunc unitum abbatiæ sancti Andree, quod ultro hujus loci abbas commodavit, postquam ædificia jam pridem ruinosa, insumtis quingentis Sterlingibus libris, reparata fuissent. Tum igitur die 24. Decembris Franciscus Vander Burg Cameracensis archiepiscopus tam has tres Bruxellenses sanctimoniales, quam novem illas religiosam vitam ambientes hoc in novum monasterium induxit sacro in ecclesia factò, ubi nunquam antea

A celebratum fuerat; die vero 31. ejusdem mensis idem archiepiscopus novem illis candidatis religionis habitum dedit; cumque de felici earum progressu spem certam haberet, suam omnem hunc in consentum jurisdictionem Patris Angli-Benedictinæ congregationis transcripsit, adeo ut, quamvis illum visitandi jus sibi & successori bus retinuerit, nec ipse, neque successores unquam visitaverint. Nomen ejus est parthenon B. Mariæ de Consolatione, quo titulo singulis annis festum ejus celebratur die 4. Julii. Demum expleto probationis anno novem illæ virgines die Mercurii prima Januarii 1625. professionem emisissent; quibus mox aliæ tres accesserunt, duæ scilicet chorales, & alia foror laica. Anno 1638. commodatam haclenus domum idem abbas sancti Andree donavit, & iterum die 27. Jan. 1639. quam donationem laudatus archiepiscopus Cameracensis nomine & auctoritate summi pontificis ratam habuit, hac tamen apposita conditione, ut si posthac disciplina regularis in abbata Fidemienfi restitueretur, eidem sanctimonialibus Cameracenses summam 3500. florenorum Landrensum solvere tenerentur. Ceterum a quo tempore christianissimus rex urbem Cameracum occupavit, hunc non parum fovit parthenonem, cui & annuum elemosinam elargitus est.

C Tertium inter hæc habitum est Duaci capitulum generale anno 1625. die 2. Julii, in quo Justus Edner primo loco præses electus est, & secundo loco Johannes Harper, quo utroque hanc declinante provinciam, ea secundum constitutiones congregationis recidit in præsidem exstitit quadriennii Rudensindum Barlow; qui simul exstitit prior sancti Gregorii Duaceni: prior S. Laurentii de Dei Custodia Laurentius Reyner: S. Benedicti Macloviensis Jocelinus Aylmer: sancti Edmundi Parisiensis Siebertus Bagshaw: procurator in curia Romana Augustinus Hungate: præfidi & congregationi a secretis Clemens Reyner.

D Quartum Duaci 1629. die 2. Julii celebratur capitulum generale, in quo præses primo loco eligitur Benedictus Jones; sed eo moras in Anglia necente, secundo loco electus Siebertus Bagshaw, alter illorum quos Siebertus Buckley adoptaverat, officium capeffivit: provincie Cantuariensis præpositus, Claudius White: & Eboracensis Johannes Hutton: prior sancti Gregorii Duaceni Leander Jones: sancti Laurentii de Dei Custodia Jocelinus Elmer seu Aylmer: sancti Benedicti Macloviensis Adeodatus Langevin: sancti Edmundi Parisiensis Placidus Galcoigne: secretarius congregationis & præfidi Antonius Batt.

E Quintum generale capitulum Duaci cogitur anno 1633. die prima Augusti, ubi primo loco eligitur præses Leander Jones a sancto Martino; V. cui defuncto mense Decembri 1635. succedit Clemens Reyner secundo electus loco; provincie Cantuariensis præfectus Robertus Schervod, & Eboracensis Augustinus Hungate: prior sancti Gregorii Duaceni Josephus Frere: S. Laurentii de Dei Custodia Jocelinus Elmer: S. Benedicti Macloviensis Adeodatus Langevin: S. Edmundi



Pariensis Gabriel Brett : procurator in curia Romana Wilfridus Selby : secretarius congregationis & præsidis Christianus Gouaerds, cui successus est Johannes Worley. Hoc autem durante quadriennio, Petrus Bedacier major prior & elemosynarius Majoris monasterii Turonensis, ejusdemque monachi capitulariter congregati prioratum sanctorum Petri & Pauli de Cellis, situm in diecesi Meldensi, cum suis appendicibus dederunt Franciscus Walgrave Anglo-Benedictino monacho & sociis ejus, donatione a notario scripta, cum potestate quot vellent illic inducendi monachos, & provincia data Johanni de Horis eisdem in possessionem mittendi. Verumtamen ne in posterum hic prioratus ad domum sancti Laurentii de Dei Custodia, ubi Franciscus Walgrave professionem emisera, pertinere censeretur, die 22. Julii 1637. Jocelinus Elmer a S. Maria prior ejusdem sancti Laurentii cum fratribus ejusdem loci actu capitulari omne suum jus in prioratum Cellensem transfulerunt in perpetuum ad usum conventus S. Edmundi Parisiensis. Quæ omnia prepositus generalis congregationis sancti Mauri 27. Januarii 1638. decemque post annos 1648. 2. Martii abbatis Majoris monasterii capitulum approbavit; tandemque rex Ludovicus XIV. suo diplomate confirmavit. Totus porro hujus prioratus redditus ab anno possessionis acceptæ fuit 1400. librarum Turonensium, quas commendatarius abbas quatuor anni præcipuis festivitibus solvebat usque ad annum 1726. quo, majoris consilii decreto tertia pars reddituum prioratus Cellensis domui sancti Edmundi Parisiensis attributa est.

Sextum capitulum generale celebrari debuit ex constitutionibus anno 1637. sed quia tunc bellis tota pene Europa exarsuabat, indulto apostolico translatum fuit ad annum 1639. Hoc igitur anno die 9. Augusti Duaci patribus adunatis visum est quemque suis in officiis ad biennium prorogare; quod quidem superiores omnes locales non mediocriter afflixit, sed maxime præsidem Clementem Reyner, qui genibus flexis, patribus enixe supplicavit ut ab onere tam gravi absolveretur; sed frustra, hi siquidem poena inobedienti sancita, adhuc esse præsidem voluerunt, quibus ille vere pius ac religiosus respondit: *Fiat voluntas Dei & vestra*. Lecta vero est eo in capitulo & accepta bulla Urbani VIII. quæ incipit *Plantata*, &c. in gratiam congregationis.

Exactis subinde ab hoc capitulo duobus annis, Duaci coactum est anno 1641. septimum capitulum generale, in quo præses primo loco electus est Jocelinus Aylmer seu Elmer, & secundus loco . . . . . provincie Cantuariensis præfectus Paulinus Greenwood; Eboracensis vero . . . . . prior sancti Gregorii Duaceni Johannes Meutisse: S. Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: S. Benedicti Macloviensis Gabriel Brett, & S. Edmundi Parisiensis Franciscus Cape. Eodem anno mensè Septembri Lancastræ martyrii palmam accepit Ambrosius Barlow, & Londini Laurentius Mabbs in vinculis diem clausit extremum. Insequenti 1642. 31. Januarii Lon-

dini martyr occubuit Albanus Roc post carcerem 17. annorum. Londini quoque circa hoc tempus in odium sacerdotii constitutus in carcere Novæ portæ vivere desit Placidus Peto Hispanicæ congregationis alumnus, sed novæ, quæ de agimus, impugnat. Denique hoc ipso anno, uti jam dictum est, Anglo-Benedictini Parisiensis relicta domo conductâ, alteram, quam ex tribus centis anno 1640. in modum monasterii adaptaverant, ingressi sunt, obtempa prius ab archiepiscopo Parisiensi facultate sacrum faciendi & cantandi horas canonicas in capella domestica. Lambspringensem abbatiam monialibus Anglo-Benedictinis contulerat anno 1643. congregatio Bursfeldensis, at cum serenissimus elector Colonienfis, quæ simul episcopus Hildesheimensis loco monialium dari monachis voluisset, hi possessionem ejus apprehenderunt eodem anno, ac post biennium regularem illic induxerunt disciplinam; statimque hujus loci primus abbas dictus est in capitulo generali octavo: habitum est Duaci hoc anno 1645. 9. Augusti, ibique præses primo loco Wilfridus Selby electus est, & secundo . . . . . provincie Cantuariensis præfectus Claudius White, Eboracensis, . . . . . abbas I. Lambspringenfis Clemens Reyner: prior S. Gregorii Duaceni Johannes Meutisse: sancti Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: sancti Benedicti Macloviensis Gabriel Brett, & sancti Edmundi Parisiensis Franciscus Cape. Convenire autem ad hoc capitulum Eboracensis provincie superiores non potuerunt, ob insanos bellorum civium motus. Anno sequenti 31. Julii Philippus Powel *al. Morgan* Duaci professus, post 24. annos utiliter in missione transactis, captus a Parlamentariis ob sacerdotium & plurimos ab hæresi conversos, in quibus nobiles quinque, Londini *al. Tiburni* glorioso martyrio vitam finivit.

Duaci anno 1649. die 9. Augusti novum celebratur capitulum generale, in quo præsidis munus primo loco delatum est Placido Galcoigne, & Laurentio Reyner secundo loco; provincie Cantuariensis præfectura Claudio White, & Eboracensis Laurentio Reyner: electi priores, sancti Gregorii Duaceni Thomas Woodhope: sancti Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: sancti Benedicti Macloviensis Jocelinus Elmer, & sancti Edmundi Parisiensis Franciscus Cape: procurator in curia Romana Augustinus Conyers: secretarius præsidis Placidus Cary, cui successus est Hilarion Vake. Anno sequenti 1650. 23. Maii Benedictus Cox Londini condemnatus propter fidem & sacerdotium diem clausit extremum in E carcere.

Parisis capitulum generale decimum celebratur anno 1653. in quo præses primo electus est loco Claudius Bennet White, & secundo Laurentius Reyner, qui Claudio mortuo in suo S. Edmundi cœnobio 14. Octobris 1655. ætatis anno 72. professionis 50. & in abbatiæ arde S. Germani a Pratis ante capellam S. Margarete sepulto successit: provincie Cantuariensis præfectus Anselmus Crowder, Eboracensis Gregorius Hungate: abbas Lambspringenfis Placidus Galcoigne: prior sancti

VIII.

IX.

X.

XI.

*Hist. sancti  
Germani a  
Pratis, pag.  
251.*

VII.

E

- Gregorii Duaceni Bernardus Palmes : S. Laurentii de Dei Custodia Laurentius Reyner, cui biennio post Cuthbertus Horley subrogatus : S. Benedicti Macloviensis Ildefonsus Cliffe, cui successus est Johannes Meutisse : sancti Edmundi Parisiensis Johannes Meutisse, cui subrogatus est Augustinus Latham, & huic post breve tempus resignanti successit Benedictus Nelson : procurator in curia Romana Bernardus Palmes : secretarius congregationis & praesidis Hilarion Vake, cui ex epidemia extincto successus est Augustinus Constable.
- Undecimum Parisius cogitur capitulum generale 9. Augusti 1657. ibique praeses primo loco
- XII. renunciatur Paulus Robinon, & secundo loco . . . . . provincia: Cantuariensis praefectus Anselmus Crowder, Eboracensis Augustinus Hungate: abbas Lambspringensis Placidus Galcoigne: prior sancti Gregorii Duaceni Benedictus Stapylton: S. Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: sancti Benedicti Macloviensis Gabriel Brett: sancti Edmundi Parisiensis Franciscus Cape: secretarius congregationis & praesidis Augustinus Constable.
- Quarto post anno 1661. 9. Augusti duodecimum habitum est Duaci capitulum generale, in quo praeses primo loco renunciatur Augustinus Hungate, & secundo Benedictus Stapylton: provincia: Cantuariensis praefectus Anselmus Crowder, Eboracensis Beda Jaylard. Priores omnes iidem qui supra in capitulo generali undecimo, praeter Macloviensem, cuius loco nominatus est Thomas Arderton: procurator in curia Romana Leander Norminton: secretarius congregationis & praesidis Laurentius Appleton. Decretum est hoc in capitulo teneri omnes, qui beneficia in posterum obtinerent, fidem praestare, se nunquam in propriis usus versuros dictorum beneficiorum reditus, sed in communem domus in qua professionem emiserint utilitatem. Lata etiam lex est, qua prohibetur tum lectio librorum cuiusdam Thomae ex Albiis, *al.* Balcklow, tum disputatio, seu publica seu privata, in favorem ejusdem opinionum peculiarium, sub poena privationis vocis activae & passivae ipso facto, & secundo iterum loco Benedictus Stapylton: iidemque similiter provinciarum praefecti. Priores autem, S. Gregorii Duaceni Augustinus Conyers: sancti Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: S. Benedicti Macloviensis Benedictus Nelson: & S. Edmundi Parisiensis Michael Cape: secretarius praesidis Guillelmus Hitckorck.
- Londini quoque celebratum est capitulum generale decimum quartum die 30. Julii 1669. in quo praeses primo loco Benedictus Stapylton, & secundo Gregorius Mallet, qui & provinciae Cantuariensis praefectus, Eboracensis vero . . . . . abbas Lambspringensis Placidus Galcoigne: prior sancti Gregorii Duaceni Guillelmus Nedam, *al.* Hitckorck: S. Laurentii de Dei Custodia Cuthbertus Horley: S. Edmundi Parisiensis Thomas Arderton, & eo recusante Josephus Shirburne: secretarius praesidis & congregationis Placidus Belnsfon.
- Anno 1673. 9. Augusti coactum est Duaci capitulum generale decimum quintum, ubi secundum Benedictus Stapylton praeses electus est primo loco, & secundo Augustinus Conyers: provinciae Cantuariensis praefectus Gregorius Mallet, & Eboracensis Beda Jaylard: abbas Lambspringensis Placidus Galcoigne, qui sibi a capitulo facta secundum canones ecclesiae & constitutiones congregationis adfiscendi coadjutores licentia, allegit Josephum Sherwood: prior S. Gregorii Duaceni Guillelmus Nedam, *al.* Hitckorck: sancti Laurentii de Dei Custodia Gregorius Heshell: sancti Edmundi Parisiensis Augustinus Latham, cui recusanti successus est Josephus Shirburne: procurator in curia Romana Augustinus Latham: secretarius praesidis Franciscus Fenwick doctor forbonicus. Die 4. Aprilis anni sequentis prior Parisiensis Josephus Shirburne dirucere cepit capellam ubi haecenus officia divina celebrata fuerant, necnon & vetus dormitorium: & die 29. Maii sequentis filia Philippi ducis Aurelianensis ex Henrietta Angliae principissa, Maria, postmodum Hispaniae regina primum posuit lapidem in fundamento novae ecclesiae: cui operi perficiendo rex Ludovicus Magnus summa 7000. librarum Turon. jam tum elargitus est, neque unquam desinit regali munificentia conventum cumulare. Anno 1677. 19. Maii frater laicus Thomas Pickering falso accusatus quod mortem Caroli II. regis machinatus fuisset, mortem gloriosam obtinuit.
- D Eodem anno die 9. Augusti 1677. habitum est Duaci capitulum generale decimum sextum, in quo praeses tertium electus est primo loco Benedictus Stapylton, & secundo Augustinus Latham, qui simul prior sancti Edmundi Parisiensis: provinciae Cantuariensis praefectus Gregorius Mallet, & Eboracensis Franciscus Lawfon: abbas Lambspringensis Placidus Galcoigne: prior S. Gregorii Duaceni Augustinus Howard: sancti Laurentii de Dei Custodia Johannes Gurlington: secretarius praesidis Beda Jatham.
- Parisius anno 1681. celebratum est decimum septimum capitulum generale, in quo praeses primo loco electus est Josephus Shirburne, & secundo Augustinus Constable: provinciae Cantuariensis praefectus Gregorius Mallet, & Eboracensis Franciscus Lawfon: abbas Lambspringensis Josephus Sherwood: prior sancti Gregorii Duaceni Hieronymus Heskell: sancti Laurentii de Dei Custodia Augustinus Mather, quo recusante eligitur Bernardus Gregon, & huic in Angliam ad regiam capellam abeunti anno 1685. successit Jacobus Mather: prior denique sancti Edmundi Parisiensis Benedictus Nelson: secretarius congregationis & praesidis
- XIV. quo praeses primo loco Benedictus Stapylton, & XV.

præfidi Cuthbertus Parker. Biennio post, 21. A Dec. Benedictus Constable monachus Lambspringensis mortuus est in carcere propter fidem uno vix elapso mense ab suo in Angliam appulso. Anno 1685. 9. Augusti habitum est Londini in novo regali sancti Jacobi conventu iussu ipsius regis Caroli II. capitulum generale decimum octavum, in quo iterum electus primo loco Josephus Shirburne, & secundo Augustinus Constable: provincie Cantuariensis præfectus Augustinus Llewelin, & Eboracensis Robertus Killingbeck: abbas Lambspringensis Josephus Sherwood: prior Duacensis, seu sancti Gregorii Guillelmus Hitchcock: S. Laurentii de Dei Custodia Bernardus Gregion: B sancti Edmundi Parisiensis Jacobus Nelson: procurator in curia Romana Maurus Corker: secretarius & congregationis & præfidi Cuthbertus Parker. Anno 1688. tempore Paschali Philippus Ellis Anglo-Benedictinus Londini in capella conventus sancti Jacobi consecratus est episcopus Aureliopolitanus in partibus; eodemque anno serenissimus Wallie princeps ibidem salutaribus aëris ablatus est. Londini adhuc celebrandum erat capitulum generale sequens; sed heu! obstitit mutata rerum in Anglia facies, ab Araucano principe invaso regno. Itaque Parisiis anno 1689. habitum, in eoque præfes tertium electus est primo loco Josephus Shirburne, & secundo Maurus Corker: provincie Cantuariensis præfectus Augustinus Llewelin, & Eboracensis Robertus Killingbeck: abbas Lambspringensis Josephus Sherwood: prior sancti Gregorii Duaceni Guillelmus Hitchcock: sancti Laurentii de Dei Custodia Jacobus Mather: sancti Edmundi Parisiensis Franciscus Fenwick: secretarius præfidi Beda Moore.

Duaci anno 1693. 9. Augusti coactum est vigesimum capitulum generale, in quo rursus primo loco eligitur præfes Josephus Shirburne, & secundo Augustinus Howard: provincie Cantuariensis præfectus Augustinus Constable, & Eboracensis Michael Pullein: abbas Lambspringensis Maurus Corker: prior sancti Gregorii Duaceni Johannes Philipson: sancti Laurentii de Dei Custodia Laurentius Champney: sancti Edmundi Parisiensis Placidus Nelson: secretarius præfidi Beda Moore.

XVI. Anno 1697. Londini celebratur capitulum generale vigesimum primum, in quo præfes primo loco electus est Bernardus Gregion, & secundo Augustinus Howard, qui simul provincie Cantuariensis præfectus, Eboracensis vero Michael Pullein: abbas Lambspringensis Maurus Knightley: prior Duacensis Johannes Philipson: sancti Laurentii de Dei Custodia Laurentius Champney: sancti Edmundi Parisiensis Josephus Johnston, quo cedente mense Novembri sequenti ad tollendum Anglis offensiculum, electus est Guillelmus Hitchcock mense Februarii anni 1698. secretarius præfidi Laurentius Fenwick. Decretum est hoc in capitulo nullum deinceps ad missionem mittendum qui non attigisset annum ætatis trigesimalium.

Tomus VII.

Duaci anno 1701. coactum est capitulum generale vigesimum secundum, in quo præfes primo loco renunciatus est Augustinus Howard, & secundo Augustinus Constable: provincie Cantuariensis præfectus Bernardus Gregion, Eboracensis Augustinus Tempelt: abbas Lambspringensis Maurus Knightley: prior sancti Gregorii Duaceni Michael Pullein: sancti Laurentii de Dei Custodia Jacobus Mather: S. Edmundi Parisiensis Antonius Turberville: secretarius præfidi . . . . Rokwood. Eodem anno die Veneris 16. Septembris mortuus est in regio castello sancti Germani in Laya exul Anglie rex Jacobus II. cujus postredie corpus hora quasi decima noctis, iussu regis christianissimi Ludovici XIV. depositum est in capella ecclesie sancti Edmundi Parisiensis; cor vero eadem nocte in conventu monialium Calloelli prope ossa reginae matris ejus filie Henrici IV. Francie regis: cerebrum denique & scripta legavit Scotis seminarium Parisiensis, & viscera Patribus Societatis Jesu collegii sancti Audomari.

Habitu est Londini capitulum generale vigesimum tertium, in quo secundum præfes primo loco delectus est Bernardus Gregion, & secundo Augustinus Howard, simul provincie Cantuariensis præfectus, Eboracensis vero Philippus Metham: abbas Lambspringensis Maurus Knightley: prior sancti Gregorii Duaceni Guillelmus Pestel, cui reculanti succedens est Cuthbertus Tatham: sancti Laurentii de Dei Custodia Franciscus Watmough: sancti Edmundi Parisiensis Guillelmus Philipson, & eo reculante Josephus Johnston: secretarius præfidi Johannes Hardcastle.

Quod anno 1709. celebrari debuit capitulum generale vigesimum quartum, Duaci anno 1710. die 7. Septembris celebratum est; in eoque præfes primo loco electus est Gregorius Riddel, & secundo Michael Pullein: provincie Cantuariensis præfectus Bernardus Gregion, & Eboracensis Laurentius Caffé: abbas Lambspringensis Augustinus Tempelt: prior sancti Gregorii Duaceni . . . . S. Laurentii de Dei Custodia Robertus Hardcastle: sancti Edmundi Parisiensis Antonius Turberville: secretarius præfidi Edwardus Chorley.

Londini proximum generale capitulum vigesimum quintum actum est anno 1713. 9. Aug. ibique præfes primo loco dictus est Franciscus Watmough, & secundo Johannes Rokwood: XX. prior sancti Gregorii Duaceni Philippus Metham: S. Laurentii de Dei Custodia Augustinus Hudson: sancti Edmundi Parisiensis Placidus Anderton.

Anno 1717. generale capitulum vigesimum sextum habetur, in eoque præfes eligitur Laurentius Fenwick; prior autem sancti Edmundi Parisiensis Franciscus Moore. XXI.

Duaci anno 1721. celebratur capitulum generale vigesimum septimum, in quo præfes Thomas Southcot, & prior Parisi. Laurentius York. XXII.

Duaci quoque vigesimum octavum capitulum generale celebratum est anno 1725. 9. Augusti, ibique idem præfes Thomas Southcot primo loco renunciatus est, & secundo Guillelmus Bonnister: prior sancti Gregorii Duaceni Laurentius York:

Zzz

sancti Laurentii de Dei Custodia Franciscus Watmough : sancti Edmundi Parisiensis Edwardus Shirburne : procurator in curia Romana Albanus Dawney : secretarius praefidis & congregationis Bernardus Quoynau. Duaci rursus habetur anno 1729. capitulum generale vigesimum novum, in quo idem praefes Thomas Southcot proclamatus est, & prior Parisiensis Wilfridus Helme; qui ambo ad eandem promoti sunt dignitates in capitulo generali trigesimo Duaci coaetlo anno 1733. Quintum denique Thomas Southcot a die 5. Maii 1728. nominatus a rege sancti Andreae Avenionensis abbas, praefes in capitulo generali trigesimo primo apud Duacum renunciatus est anno 1737. 9. Augusti: provinciae Cantuariensis praefectus Robertus Hardcastle, & Eboracensis Cuthbertus Farnworth: prior S. Gregorii Duaceni Benedictus Stears: sancti Laurentii de Dei Custodia Bernardus Catrall: sancti Edmundi Parisiensis Henricus Wybarne, procurator in curia Romana Bernardus Withie.

XXIII. Celebratum est Duaci 1741. 9. Augusti capitulum generale trigesimum secundum, in quo Cuthbertus Farnworth praefes primo loco electus est, & secundo Placidus Naylor, qui & Eboracensis provinciae praefectus; Cantuariensis vero Franciscus Breuning: abbas Lambspringensis Josephus Roohby: prior sancti Gregorii Duaceni Anselmus Lynch, & eo reculante Benedictus Stears: S. Laurentii de Dei Custodia Bernardus Catrall: sancti Edmundi Parisiensis Henricus

A Wybarne: procurator in curia Romana Bernardus Withie: secretarius praefidis Maurus Coope.

Inter acta hujus capituli sessione prima sic habetur: *Tertio lecta est epistola reverendi domini Laurentii York nuper secundi defunctoris regiminis, & prioris cathedralis Glocestrensis, qua rationem suae absentiae reddidit; quod cum placuerit SS. patri nostro Benedicto XIV. cum in episcopum nominare, obligetur consecrationem recipere in festo sancti Laurentii (die quo capitulum inchoari debuit.) In eadem quoque epistola exponit sibi gratum fore, si RR. Patribus placuerit illum jam episcopum solum inter membra nostrae congregationis recipere: qua occasione R. admodum praefes proposuit, ut quemadmodum illustrissimus dominus Signensis (Philippus Michael Ellis episcopus Aureliopolitanus tempore Jacobi II. regis) olim membrum nostrae congregationis reputatus fuerit, & ulterius capitulo placuerit eidem illustrissimo concedere jus in capitulo nostro confedendi, vel per se, vel per deputatum, eadem privilegia illustrissimo domino Laurentio York Nibenensi episcopo concedantur, quo arcibus congregationi nostrae uniat; placuitque universis RR. dominis unanimi consensu decernere, ut illustrissimus dominus Nibenensis membrum congregationis nostrae ab omnibus reputetur, ut vocem activam in capitulo nostro generali habeat, vel per se, vel per suum deputatum, qui sit de gremio congregationis nostrae, habeatque ceteras qualitates pro deputato requisitas; & ut quandocumque ipse illustrissimus dignetur personaliter capitulo interesse, sedem praefidi generali proximiorum teneat.*



INSTRUMENTA  
AD TOMUM VII  
GALLIÆ CHRISTIANÆ  
IN PROVINCIAS ECCLESIASTICAS DISTRIBUTÆ  
SPECTANTIA.  
QUÆ PERTINENT AD METROPOLIM PARIENSEM.

## I.

*Ex hist. ecclia  
prob. pag. 1.* Charta fundationis monasterii S. Germani a Pratis.

358. CHILDEBERTUS rex Francorum, vir iustus. Recolendum nobis est & perpendendum utilitas, quod hi, qui templum Domini Jesu Christi reedificaverint, & pro requie animarum ibidem tribuerint, vel in alimonia pauperum aliquid dederint, & voluntatem Dei adimpleverint, in æterna requie sine dubio apud Dominum mercedem recipere meruerint. Ego Childebertus rex una cum consensu & voluntate Francorum & Neultrasorum, & exortatione sanctissimi Germani Parisiorum urbis pontificis, vel consensu episcoporum, cepi construere templum in urbe Parisiaca prope muros civitatis in terra quæ aspiciat ad fiscum Iſiciensem, in loco qui appellatur Locotitie, in honore S. Vincenii martyris, cuius reliquias de Spania apportavimus, seu & sanctæ Crucis, vel S. Stephani & S. Ferreoli & S. Juliani, & beatissimi S. Georgii, & SS. Gervasii, Protasii, pueri Nazarii & Celsi, quorum reliquie ibi sunt consecratae. Propterea in honore dominorum sanctorum cœli-mus nos fiscum largitatis nostræ, qui vocatur Iſciacus, qui est in pagis Parisiorum prope alveum Sequanæ, una cum omnia, quæ ibi sunt aspecta, cum mansis, comamentis, agris, territorii, vineis, silvis, pratis, fervis, inquitinis, libertis, ministerialibus, ( præter illos quos nos ingenuos esse præcipimus ) cum omnibus appenditiis suis, qui ibi aspiciunt, cum omnibus adjacentibus, qui ibi adhaerent; cum omnia quæ nos deseruiunt tam in aquis vel insulis, cum molendinis inter portam civitatis & turrim positis; cum insulis quæ ad ipsam fiscum adiacent, cum piscatoria quæ appellatur Vanna, cum piscatoris omnibus, quæ sunt in ipso alveo Sequanæ, sumantque initium a ponte civitatis, & fortiantur finem, ubi alveolus veniens Savara præcipitat se in flumine. Has omnes piscationes quæ sunt & fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostræ forestis est, tradimus ad ipsam locum, ut habeant ibidem Deo servientes victum quotidianum per succedentia tempora. Damus autem hanc potestatem ut cuiuscumque potestatis litorea fuerint, utriusque partis fluminis teneant unam partem terre legale, sicut mos est, ad ducendas naves & reducendas, ad mittenda retia & retrahenda absque ulla refragatione. De argumentis vero, per quæ aves possunt capi super aquam, præcipimus ut nulla potens persona inquietare audeat famulos Dei, sed omnia secure teneant, possident per infinitas temporum successiones, & cum aris & calis in Parisius civitate, cum terra & vinea & oratorio in honore sancti Andeoli martyris, quæ de Elario & Cerauno dato pretio com-

Tomus VII.

A paravimus, omnia & ex omnibus quidquid ea nos deseruerint in postmodum pro requie anime meæ, quando Deus de hac clarissima luce dederunt discessum. Ipse fiscus, qui vocatur Iſciacus, cum omnia quæ ibi sunt aspecta, ipso die ad ipsam templum Domini, quod nos ædificamus, deseruiat, & omnia quæ ibi sunt opus tam ad lumen, quam in Dei nomine ad stipendia fervis Dei, quos ibi institimus, seu ad ipsos rectores, qui ipsos regere habent, omnia & ex omnibus ibi transolvant, ejusque temporibus & per longum annorum spatia ad ipsam templum Domini absque contradictione vel refragatione, aut iudiciali contentione, inspecta ipsa præceptio omnique tempore proficiat in augmentum. Ut hæc præceptio cessationis nostræ futuris temporibus, Deo auxiliante, firmior habeatur, vel per tempora inviolabiliter conservetur, manibus propriis vel nostris signaculis subter infra decrevimus roborare. Datum quod fuit mense Decembre dies sex Anno XLVIII. postquam Childebertus rex regnare cepit. Ego Valentinus notarius & amanuensis recognovi. Signum Childeberti gloriosissimi regis.

## II.

Charta Clodovei II. regis pro fundatione Fossatenſis monasterii.

*Ecclia tom. 1. hist. ecclia. Paris. p. 171. & hist. Paris. prob. tom. 1. p. 20.*

CLODOVEUS rex Francorum, vir iustus, duci 638. Archenaldo, vel omnibus presentibus ac futuris fidelibus. Quidquid sacerdotibus ac religiosis ecclesiasticis viris ad opus Dei construendum concedimus, hoc & ad regni nostri stabilitatem & ad anime salutem pertinere non diffidimus. Proinde omnibus sanctæ Dei ecclesiæ tam presentibus quam ac futuris utriusque sexus fidelibus notum fieri cupimus quendam virum diaconum carnis generatio pollentem, ac in Christo venerabilem, valdeque a nobis per omnia dilectum, nomine Bidegifulum ad nostræ sublimitatis presentiam advenisse, & humiliter deprecasse, quatenus ad ecclesiam Dei sanctius ædificandam, in honore scilicet S. Dei genitricis Mariæ, ac SS. Petri & Pauli principum apostolorum, & monachos sub regibus S. Benedicti pro Christi amore in illo ibi congregandos, quamdam terram ex jure nostræ proprietatis in Parisiensi pago consistentem, illum videlicet castellionem, qui Fossatus dicitur, & quem vulgaris lingua callum \* Bagaudrum appellat, super fluvium Maserne suum, habentem ab introitu suo usque in alveum ipsius Materne, huiusaria

A

\* Sic dicitur  
Ecclia & res-  
belli Dioc-  
cretiani tem-  
pore caeret.

3  
 duodecim, cum tota terra vocabulo Varena, que est in circuitu ipsius castellationis, & quam Maternæ fluvius girat, & fossatus aque concludit, sibi in commendam. Cujus scilicet petitionis, ob id quia pro eterne vite compendio tali accessus ardore libenter assensum præbimus. Quapropter per præsentem auctoritatem atque præceptionem jubemus, ut hanc prædictam terram, quam ei tali firmitate ex jure nostre proprietatis in suum jus, ad opus Dei perficiendum transponimus, per nostram transfigurationem & revocationem firmiter recipiat; ita ut quod postmodum jam dictus vir præclarissimus ac nobis carissimus Blidegisilus diaconus ipsum castellionem cum prædicta Varena, quam fluvius Maternæ circumdat, sicut jam dictum est, & fossatus castellationis, in introitu suo ab aqua in aquam, totam terram concludit, ad integrum, quod sicut noster ibidem ad præsens tenere vel dominare videatur: una cum manentibus illis, qui ibidem super terram sicuti nostri commanent, & ad solum nostrum usque nunc aspexerunt, totum & ad integrum cum pratis, & piscuis, garricis & ulnis, cum aqua vero, & omni piscatione sicuti nostri, insulis quoque ac molestinis, seu piscatoriis, cum portis etiam & cunctis etiam ipsius aque transitoriis, vel cum omnibus adjacentibus cultis & incultis, ex nostra munificentia, ad locum sanctum, ut dictum est, regulariter construendum, ac funditus edificandum, plenissime ac firmissime habeat concessum. Et ibidem juxta hoc quod sua devotio locum sanctum, vel cellulam ad servos Dei sancti Benedicti exemplo, inhabitando, Deo adjuvante, ædificet. Et sicut ex sisco nostro processit, ita ipsum locum cum præfatis rebus & cæteris omnibus ad se perinentibus, atque cum omni ædificio, quod abhinc sacre poterit, firmiter absque ulla redhibitione sicuti nostri, vel iudicis publici requisitione sepeditus Blidegisilus, & qui ab illo constituendi sunt, in perpetuum valent possidere. Denique etiam & jam regio jure decernitur, quod jubeundo multum observare precipimus, ut nullus iudex publicus, neque episcopus, neque quælibet judicarie potestatis persona in eundem locum, aut infra prædictam terram, quam sepeditus circumdat fluvius, & fossatus aque concludit, ad causas audiendas, vel in iusta fæda tollenda, aut transitum publicum facientium, aut mansionaticos, vel paratas faciendas, aut sidsiurros tollendos, aut telonea exigenda, aut homines ejus tant ingenuos quam servos super ipsam terram commanentes distringendos; nec ulla redhibitiones, vel inlicitas occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi audeat, aut exactare presumat. Sed ipsi servi Dei præfentes ac futuri nullam ibidem a quacunque occasione patiantur inquietudinem, ut semper sub sancto proposito ibidem Deo serviant, & pro nobis ac genitrice nostra vel conjuge, sive proli necnon & totius regni statu Domini misericordiam devotius exorare delectet. Ut autem hæc præceptio nostre concessionis firmiter habeatur, vel per futura tempora, Deo propicio, inviolabiliter conservetur, nos & præfata genitrix nostra Nandehildis manum nostrarum signaculis adunbravimus. Data anno primo regni nostri.

4  
 vulgaris lingua castrum vocat Bagaudarum, super fluvium Maternæ situm, habentem ad introitu suo usque in alveum ipsius Maternæ luminaria duodecim, cum tota terra vocabulo Varena, que est in circuitu ipsius castellationis, & quam Maternæ fluvius girat, ac fossatus aque concludit, ipsi sancto loco in honore Domini ac scilicet genitricis ejus Mariæ, necnon & principum apostolorum Petri & Pauli a nobis constructo, in quo egregium virum nomine Baboloneum, sub S. patris Benedicti exemplo, nuper constituimus abbatem, propter abluenda delictorum meorum facinora, vel Christi gratiam conquirendam compiacuit, dedisse volumus. Præterea ut prædictus vir sanctissimus Baboloneus (quem pro amore Dei in eodem, sicut diximus, loco abbatem constituimus) sicuti monachi sui successores eorum, sepeditum castellionem cum jam dicta Varena quam fluvius Maternæ circumdat, & fossatus castellationis, ut dictum est, in introitu suo ab aqua in aquam totam terram concludit, cum quo manentibus illis qui ibi appendunt, cum pratis ac piscuis, garricis & ulnis, cum aqua vero, & omni piscatione, insulis quoque ac molestinis, necnon & piscatoriis, cum portis etiam, cunctisque ipsius aque transitoriis, vel cum omnibus adjacentibus cultis & incultis ab hodierna die, usque ad ultimam hujus sæculi horam teneant ac perpetuo possideant. Et sicut de regali munere hoc promerimus, ita de jure nostre proprietatis cum præcepto & omni instrumento, sive omni donatione, quam supra memoratus rex domnus Clodoveus, ac inclya ejus genitrix Nandehildis fecerunt, & nobis, Deo inspirante, placabiliter dederunt, in eorum ejus potestatem ad ipsam locum sustinendum, atque ad eorum corpora in C. Dei servitio ibi sustinenda, Deo auxiliante, transponimus, ac firmiter transfundimus: quatinus ipsi servi Dei, omnesque successores eorum, ut prædictimus, ibidem sub regula sancti Benedicti, ad modum & similitudinem Luxoviensis monasterii Domino Christo valeant devotissime famulari, & in omnibus eam scelerum normam, ut in omnibus postpositis peculiaribus, juxta apostolicam traditionem, cuncta possint possidere communia: ut & sibi salutem acquirant, ac pro anima præscripti regis domni Clodovei ac matris ejus Nandehildis, qui mihi hoc, ut præfatum est, contulerunt, necnon & pro me indigno ac miserissimo Blidegisillo peccatore, Dominum toto corde fideliter exorare delectet. Si quis vero, & act. Anni Parisius, sub die nonarum Maiarum an. III. regnante Clodoveo gloriosissimo rege. Signum Blidegisilli diaconi, qui hanc epistolam donationis fieri rogavit & subscripsit. Signum Audoberti Parisiense urbis episcopi, qui hanc epistolam, rogante Blidegisillo, subscripsit. S. Annotberti Senonice ecclesie episcopi, qui & hanc conscriptionem confirmavit. Signum \* Agomari episcopi, qui similiter eam signavit. S. Argundi episcopi, qui hoc similiter signavit. S. Audonis qui admiravit, Wandeberti adfignavit, Randegranni conscribens, Theoberti, Charaуди abbatis, Hilkoardi abbatis, Catherini abbatis. S. illustris viri Valdeberti comitis.

III.

Charta Blidegisilli de fundatione Fossatenfis monasterii.

E. Ana. hist. Paris. prob. tom. 1. p. 95. 22.

640. IN nomine sanctæ Trinitatis, Blidegisilus diaconus, servus servorum Dei. Omnibus ordinibus, clericis quoque, necnon & laicis, cunctisque sanctæ Dei ecclesie fidelibus tam præsentibus quam futuris, cognatum fieri volumus, quia quandam terram in pago Parisiaco sitam, quam domnus rex Clodoveus gloriosissimus ac præfata genitrix ejus Nandehildis regina, per præceptum illorum pro mercede sua, ad ecclesiam Dei inibi edificandam quondam nobis concesserunt: illum videlicet castellionem, qui Fossatus dicitur, & quem

IV.

Placitum Childeberti III. de monasterio Lemauso in gratiam canobii S. Germani.

Ex archiepis Parisi.

Apud Mabillonium Suppl. lib. de Re Diplom. p. 95.

CHILDEBERTUS rex Francorum, vir iustus. Majorem nos in Dei nomine Carracaco villa Grimoldo cum rebus domus nostre una cum nostris fidelibus referimus, ibique veniens venerabilis vir Chedelmarus abba adversus missio Adalgale Deo sagrata, nomine Aigatheo, suggererat dum diceret, eo quod monasterio in pago Stampinse, noncombane Lemofo, una

\* Qui subscripsit leguntur. pene omnes incogniti, unde hæc literas omnino sinceræ præfate non audeat Mabillonius.

cum adjacentias suas, in quibuscumque pagis adque terreritibus, villabus, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, liberis, campis, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decuribus, farinarius, gregis cum pastoribus, praesidiis, mobilibus & immobilibus, rem inexecutablem, ad integrum, quicquid possessio Gammonae condam & conjuge suae memorata Adalgude fuerunt, per eorum instrumenta ad monasterio S. Vincenti vel domni Germani, ubi ipsi preciosis domus, in corpore quietis, quae est supradictum Parisius civitate constructus, ubi Chedelmarus abba praesens videtur, condonaverat, & ipsa instrumenta in praesenti ostendit ad relegenda. Relecta ipsa instrumenta sollicitum fuit ipsi Aigatheo à nobis vel à proceribus nostris interrogasse, se aliquid contra ipsa instrumenta dicere aut obponere volebat, in praesenti dicere debuit. Sed ipsi taliter adferuit, quod ipsa donationis, quem venerabilis vir Chedelmarus abba profecerat, veracis aderant, & eas recognovit, & nihil contra hoc dicere, nec proponere volebat. Qui & ipsi Aigatheus in praesenti per sua instrumenta, tam pro se, quam & pro sua Adalgude, se in omnibus de ipso monasterio Lemauso, una cum adjacentias vel adpendiis suis superius intematum dixit esse exitum. Proinde nos taliter una cum nostris proceribus confletis decrevisse, ut dum inluster vir Ghyflemarus comes palatii noster testimoniavit, & inter ipsi fuit iudicatum, ut dum contra ipsa instrumenta nihil habebat quod dicere, nec quod obponeret, per sua festuca se exinde in praesenti dixit esse exitum; jobemus ut ipso monasterio superius nomen Lemoso, cum omni integritate sua ad se pertinet vel aspiciente, quem jam dictus Gammo condam vel conjux sua Adalgude per eorum instrumenta ad ipso monasterio sancti Vincenti vel domni Germani condonaverat; vel quicquid ipsi Gammo moriens dereliquit, absque repeditione jam dicta Adalgude aut herilibus suis omni tempore ad partem ipsius monasterii sancti Vincenti vel domni Germani, aut rectoris suos habiant evindicatum, adque eliditum, & sic inter ipsi ex hac re in postmodo subita causatio. Bessa recog. ac subf. Datum quod fecit mensis Februarii dies xxv. anno viiii. regni nostri Carraciaco feliciter.

## V.

*Diploma Chilperici regis monasterio Dionysiano concessas immunitates confirmantis.*

*Part. 2. saeculi III. Bened. p. 620.*

716. CHILPERICHUS rex Francorum, vir inluster.

Oportet clementiae principale inter ceteras petitiones illud quod pro salute adscribetur, & pro divine nominis possoletur, placabile auditum suscipere, & pro cui dubio ad effectum perducere: quatenus de talibus rebus praesentis saeculi aeterna conquirantur, juxta praecipuum Domini decensis: *Facite vobis amicis de mammona iniquitatis.* Ergo de mammona iniquitatis, juxta ipsius dictum, nos oportet mercare aeterna caelestia: ut sacerdotum congrua impertimus beneficia, retributorem Domino ex hoc habere meriamur in aeterna tabernacula. Igitur venerabilis vir Chillardus abba de basilica peculiaris patroni nostri domni Dionysii martiris, ubi ipse preciosis domus in corpore requiescit, clementiae regni nostri supplicavit, ut juxta quod ab antecessoribus regibus parentibus nostris a longo tempore omnis emanitas de villa praesentis sancti basilicæ fuit concessa, unde & ipsa praecipionis se praer manibus habere adfirmat, & hoc usque nunc in violabiliter adferre esse conservatam. Unde petit, ut hoc per nostram auctoritatem dinuo pro rei firmitatis circa ipso sancto loco, vel hominis qui secum substantia eorum ad ipsa basilica tradunt vel condonant,

\* Carraciaco seu Carriciaco, vulgo *Kiryf*, vicus ad Ileram buriam.

*Tomus VII.*

A juxta quod anteriores parenti nostri vel praecessoribus nostris Theodericus, seu & consobrini nostri Chlodovius, Childebertus & Dagobertus quondam regis, per eorum auctoritates ad ipsa basilica hoc praesentium vel confirmaverunt; hoc iteratis circa ipso abbatem concidere & confirmare deberemus. Ideo cognoscit magno suo utilitas vestra, quod nos pro reverentia ipsius sanctae locae, vel pro quietem ibidem Deo famulancium, piantissima voluntate denuo concessisse & in omnibus confirmasse vestra cognoscit solertia. Quapropter per hunc praecipuum quod specialis decernemus, & in perpetuo volumus esse mansurum, jobimus, ut neque vos neque juniores seu successores vestri, nec quilibet de judicaria potestate in curias praesentis sanctae basilicæ domni Dionysii, ubi & ubi, in quacumque pagis, in regna, Deo praesentio, nostra, quod a die praesente pars ipsius monasterii post-die vel

B quod a die praesente pars ipsius monasterii post-die vel dominare veditur, vel quod a Deo timentibus hominibus per ligetama instrumenta ibidem fuit concessum, aut in antea fuerit adtemum adque delegatum, nec ad causas audiendum, nec ad fideiussiones iollendum, nec fieda exigendum, nec ad mansiones faciendum, nec paratas, nec ullas redevuaciones requerendum, ingredire nec exigere quoque tempore penitus nos praesentibus, nisi quicquid fideus noster exinde potuerit esperare; omnia & ex omnibus pro mercedis nostri conpendium cum omni fiedus ad integrum sibi tem concessis, ut dictum est, inspectas ipsa praecipionis anteriorum regum, parentum quondam nostrorum, vel juxta quod praesentis nostra continere videtur auctoritates, quicquid ipsi sanctus locus a die praesentis, ut diximus, habere videtur, quam quod in postmodum a Deo timentibus hominibus vel a nobis fuerit adtemum vel constatum fua quicunque iuste & rationaliter cum omne substantia ad ipso monasterio se tradidit, & res suas per ligetama instrumenta ibidem delegaverit vel firmaverit; sub integra emanitate a die praesente vakat redire quietus adque securus: & ut dictum est, quicquid exinde forsitan fideus noster sperare potuerat, ni lummarebus vel elipendiis, seu & in elemosis pauperum ipsius monasterii perenniter pro nostris oracolis ad integrum in omnia & ex omnibus sit concessum adque indultum, ut eis melius delectit pro stabilitate regni nostri, vel pro quietem quibuslibet chartis nostris Leodis nostris Domini misericordiae adentibus deprecare. Et ut haec auctoritas nostra & futuris temporebus circa ipso sancto loco perenniter firma & inviolata permaneat, vel per tempora inlefas custodiatur adque conservetur, & ab omnibus iudices eam credatur, manus nostri subscriptionibus subius eam decrivemus roborare. Chilpericus rex. *Cancelarii nomen legi non potuit.* Datum sub die pridie kalendas Martias, anno primo regni nostri, in Dei nomine Compendio feliciter. *Cum sigillo cereo charta adfixa jam pna deleta.*

## VI.

*Charta Chilperici regis pro monasterio Fossatenf.*

*Edita lib. de re diplomatica pag. 486.*

CHILPERICUS rex Francorum, vir inluster. Si iustus petitionibus fervorum Dei aures nostras commodamus, consuetudinem regiam excercemus, & hoc nobis procul dubio ad statum animarum nostrarum & ad profectum regni nostri prodeffe credimus. Ideo venerabilis vir Waldomarus abbas considerans infirmitatem & imbecillitatem corporis sui & frequentes infirmitates quibus illum Dominus castigare dignatus est, petradans cum omnibus fratribus qui monasterio Fossatenf in pago Parisiaco omnipotenti Domino deservire videntur, clementiae regni nostri suggestit, ut secundum eorum privilegium quod ab antecessoribus nostris & pontificibus conservatum fuit, a nobis etiam pro reverentia sanctae Dei genitricis virginis Mariae & sanctorum

A ij

apostolorum Petri & Pauli, & pro intuitu animæ nostræ & æterna retributione per cuncta tempora maneat confirmatum atque conservatum. Proinde ipsi abbas vel suis monachis tale præceptum & confirmationem fieri rogamus, una cum consensu Majoris domus nostræ Ragulfredi, ut quicquid in ipso eorum privilegio loquitur, hoc nos pro nostra auctoritate & successorum nostrorum per tempora conservatum & inviolatum esse volumus atque decreverimus, & omnino hoc jubemus, ut in ipso monasterio nulla extranea vel opposita persona sine voluntate abbatis vel fratrum suorum ad dominandum vel competendum ingredi præsumat: sed juxta privilegium quod nostræ prudentiæ præsentaverunt, quem abbatem elegerit & illa pars monachorum melior de ipsa congregatione, vel si necessitas fuerit de quolibet monasterio post decessum abbatis, vel quodcumque ipse abbas voluerit, omnia cum ipsius consensu & voluntate subjectionum suorum, licentiam habeant constituere abbatem, sicut in eorum privilegio manifestissime designatur. Ita tamen ut talis eligatur, qui corpore sit castus, mente devotus, sacris scripturis eruditus & conversatione regulari instructus, ut ipsi monachi sub quieto ordine viventes, nihil patientes inquietudinis profectu regni nostri vel pro salute totius populi melius & melius exorare delectet. Unde & confirmationem principis consobrini nostri Dagoberti quondam regis se ex hoc præ manibus habere affirmat, & ipsum beneficium concessum de eo tempore usque nunc videtur esse conservatum, ita & lvanie inspectas ipsas præceptiones superscriptas principum, sicut per eandem declaratur, omni tempore ipsum beneficium concessum valeat & conservetur. Et ut hæc præceptio firmiter sit, manus nostræ subscriptionibus subter ea decreverimus confirmare. Chilpericus R. Franc. Ado justus obtulit. Data sub die viii. calend. Maris anno ii. regni nostri, Parisius civitate feliciter.

## V I I.

*Præceptum Ludovici Pii de restituro S. Petri  
Foffat. monasterio a Begone comite.*

*Edictum tom. 1. hist. eccl. Paris. pag. 223.*

816. **I**N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi Ludovicus divina ordinante providentia imperator augustus. Cum petitionibus servorum Dei justis & rationabilibus divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non diffidimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet & futuris, quia Bego fidelis noster resulti serenitati nostræ qualiter quoddam cœnobium in pago Parisiaco in loco qui dicitur Foffatus, in honore beate Mariæ semper virginis, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli constructum, situm super fluvium Matronam, ubi olim monachi sub sancta regula deguerunt, pene destructum inveniens, ob emolumentum animæ suæ eundem locum assumpto labore restituit, & ad pristinum statum revocare curavit, sed his peractis veniens ad præsentiam nostram commendavit nobis idem monasterium cum abbate nomine Benedicto, una cum monachis eidem abbati ad regendum commissis, obsecrans ut deinceps sub nostra defensione & immunitatis tuitione quemadmodum ceteros abbates monachorum per imperium divinitus nobis concessum consistunt, ita & illum una cum monasterio vel monachis, & rebus vel hominibus eidem monasterio iuste subiectis consistere faceremus; cujus petitionem, quia rationabilem limo Deo amabilem esse cognovimus, libenter suscepimus, & per hos nostros apices, sicut petit, ita & concessimus. Proinde volumus, ut prædicti abbas & monachi in prædicto monasterio degentes, cum rebus, quas vel habere noscuntur, vel deinceps iuste acquirere poterunt, sub nostra defensione & immunitatis tuitione

perstent, & jubeamus, atque modis omnibus decernimus, ut nullus iudex publicus, vel quælibet iudicialia potestas in ecclesiis, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones prædicti monasterii, quæ moderno tempore iuste & rationabiliter possidere videtur in quibuslibet pagis & territoriis, quidquid ibidem propter divinum amorem conlatum fuit, quicquid etiam deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit divina potestas augeri ad causas audiendas, vel fredda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut sicciflores tollendas, nec homines ipsius monasterii tam ingeniosos quam & servos super terram ipsius residere videatur iniuste distringendos, nec ullas reditiones aut illicitas occasiones requirendas ullo unquam tempore ingredi audeat, vel ea, quæ supra memorata sunt, penitus exigere præsumat, & quidquid de rebus prædicti monasterii fidei sperare poterat, totum nos pro æterna remuneratione prædicto monasterio concedimus, ut perpetuis temporibus in alimonia pauperum & stipendia monachorum ibidem Deo famulantium proficiat in augmentum. Et quando quidem divina vocatione supra dictus abbas vel successores ejus ab hac luce migraverint, quando ipsi monachi tales inter se invenire poterint, qui ipsam congregationem secundum regulam sancti Benedicti regere valeant, per hanc nostram auctoritatem & consensum licentiam habeant eligendi abbates, quatenus ipsos servos Dei, qui ibidem Deo famulantur pro nobis & conjugale proleque nostra atque stabilitate totius imperii nostri a Deo nobis concessatque conservandi jugiter. Dominum nostrum exorare delectet. Et ut hæc auctoritas nostris futurisque temporibus, Deo protegente, valeat inconcussa manere, manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari iussimus. Signum Ludovici piissimi imperatoris. Durandus diaconus ad vicem Helyschar recognovit. Data xii. calendis Julii anno Christo propitio imperii domini Ludovici piissimi augusti 11. \* indictione ix. Actum Aquigrani palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.

## V I I I.

*Ludov. Pius precibus Theodrada fororis suæ decernit  
ut post ejus decessum prioratus B. M. de  
Argentolio ad S. Dionysium revertatur.*

**I**N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus & Lotharius divina ordinante providentia imperatores augusti. Si ea, quæ a Deum timen- circa 822.  
tibus hominibus ad loca divino cultui dedicata, solemnitate donatione largita vel condonata sunt, & postea qualibet occasione inde abstracta esse noscuntur, nostra auctoritate ad statum suum revocamus, & iterum nostræ iussionis oraculo confirmamus: hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem adipiscendam, seu stabilitatem imperii nostri roborandam pertinere confidimus. Ideo notum sit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam & futurorum inditrix, quia illustris femina soror videlicet nostra Theodrada Deo sacra, nostræ suggestit mansuetudini, qualiter contemptum habuisset, quod monasterium vocabulo Argentolium, situm in pago Parisiaco super fluvium Sequanum, quod ipse primo per beneficium Domini & genitoris nostri Karoli serenissimi imperatoris, & postea per nostram largitionem tenebat, ad monasterium beati & gloriosi Christi martyris Dionysii, ubi presentem tempore vir venerabilis Hilduinus abbas, & sacri palatii nostri archicapellanus, rector preesse videtur, pertinere deberet. Petitque ut pro mercedis nostræ augmento ad statum pristinum illud revocari fecissemus, eo videlicet modo ut memoratum monasterium post suum ab hac luce discessum, si tamen aliud monasterium ei antea in comparationem pro ipso a nobis datum non fuerit, aut propria voluntate eum dimittere non voluerit, ad potestatem monasterii sancti Dionysii

\* ante

\* qui

\* hie 11.

\* ipse



9 abque ulla contrarietate vel cuiusque interrogatione A  
reciperetur. Nos vero audita illius salubri ac religiosa  
petitione, praedictum venerabilem virum Hilduinum,  
quis praefens aderat, si quid de hac re compertum haberet  
interrogamus. Quis statim donationem cuiusdam Deum  
timentis ac religiosi hominis nomine Ermenrici ac con-  
jugis suae Nummannae, qui praefatum monasterium in  
suo proprio construxerant, & id per testamenti paginam  
ad beati Dionysii martyris Christi monasterium solenni  
donatione consulerant, necnon & praecipuum confir-  
mationis Lotharii \* quondam regis, quod fuerat eandem  
donationem conscribere iusserat, nobis petitioni memo-  
ratae dilectae sororis nostrae Theodrade amovere, & sicut  
petebat, per nostram auctoritatem speiudicium monas-  
terium Argentogilium ad potestatem sancti Dionysii  
pretiosissimi Chitilli martyris revocare. Quapropter  
hanc nostrae auctoritatis confirmationem fieri praecipimus,  
per quam omnimodis decernimus atque iubemus,  
ut iam dictum monasterium Argentogilium post ipsius  
dilectae sororis nostrae ab hac via discessum ad monas-  
terium & potestatem sepe dicti beatissimi Christi mar-  
tyris Dionysii ad quam primitus ob Dei amorem, &  
ipsorum sanctorum reverentiam planque intercessionem  
a supradictis fidelibus Dei traditum vel condonatum esse  
notitur, absque illius personae contradictione, aut nostra  
vel successorum nostrorum interrogatione recipiatur, &  
in iure ac dominatione ipsius monasterii cum omni in-  
tegritate vel appendiciis suis quicquid ibidem praesenti  
tempore cernitur pertinere, revocetur. Et si forte contigerit  
ut eadem soror nostra ipsum monasterium, aut  
spontanea voluntate, ut diximus, aut pro commutatione  
alierius monasterii ante finem vitae suae dimittere velit:  
tunc nihilominus absque ulla contradictione, aut expec-  
tata consignatione ad praefati beatissimi martyris Christi  
Dionysii monasterium, sicut supra insertum est, perpetu-  
aliter ad habendum recipiatur, & in postmodum nullo  
unquam tempore ulla qualibet dignitate aut potestate  
praedicta persona rectoribus praefati monasterii, ac beatis-  
simi Christi martyris Dionysii alicquam requisitionem  
facere, aut ullam calumniam ingerere praesumat, sed  
liceat illis sine cuiuslibet iniusta interrogatione praefatum  
monasterium Argentogilium sicut ceteras res, ad beati  
Dionysii potestatem simili modo condonatas ac perti-  
nentes, quicquo ordine tenere ac disponere. Et quicquid  
pro opportunitate atque utilitate ipsius ecclesiae secun-  
dum religionis christianae regulam facere voluerint libe-  
ram in omnibus habere potestatem. Et ut haec auctoritas  
confirmationis seu redditionis nostrae per futura tempora  
inviolabilem atque inconsumam obtineat firmitatem,  
manibus propriis nostris subter eam firmavimus & an-  
nulli nostrae impressione signari iussimus.

Signum Ludovici imperatoris serenissimi.  
Signum Lotharii gloriosissimi augusti.  
Durandus diaconus ad vicem Fridugisi recognovit.

I X.

*Præceptum Caroli Magni pro ecclesia Parisiensis.*

*Collatum cum exemplari quod existat in magno chartulario  
ecclesiae Parisiensis lib. i. cap. 58.*

An. 829. CAROLUS gratia Dei rex Francorum & Longo-  
bardorum, ac Patrius Romanorum, omnibus fide-  
libus nostris tam praesentibus quam & futuris. Si peti-  
tionibus sacerdotum hoc quod nostris auribus inno-  
verit ad effectum pro Dei amore mittere studuerimus,  
procul dubio aeternae vitae remunerationem habituram  
non dubitamus. Ideoque plura habetur perco-  
gnitum, qualiter ecclesia Parisiaca, quae est in honore  
sanctae Mariae matris Domini nostri Jesu Christi &  
sancti Stephani protomartyris & sancti Dionysii & sancti  
Germani & sancti Marcelli vel sancti Clodoaldi &  
ceterorum dominorum, quorum pignora in ipsa plebe

vel in ipsa ecclesia Parisiaca adunata requiescunt, uld  
praestitit Erkenradus in ipsa plebe episcopus, peccit quar-  
liter ad anteriores reges vel a nobis integra habere vi-  
dentur concessae, sed hoc nos pro mercedis nostrae  
compendio vel pro reverentia ipsius sanctae pignora  
quae sunt in ipsa Parisius reconditae tam villis, agris,  
territoriis cum omnibus ibidem pertinentibus quarum  
nomina sunt haec, Vindrefracum cum omni integritate,  
Hibiacum cum omnibus ad se pertinentibus, Aure-  
liacum, Civiliacum, Castellum cum omnibus quae  
illis adjacent, Balneolum, Laiacum & Sievilla cum  
universis quae pertinent ad eas, insuper & fundos quos  
fidelium liberalitas stipendiis eorumdem fratrum dele-  
gavit, videlicet Sulciacum, quem Stephanus pater  
recondationis comes, necnon & uxor ejus Amaliruda  
eorum usibus delegaverunt & adhuc tam ultra Ligeram  
& citra Ligeram, vel ubi & ubique in regno nostro Deo  
propitio ecclesia Parisiaca possessio esse videtur tam  
per immunitatis anterioris quondam regibus quam &  
per reliqua instrumenta species cartarum ipsius ecclesiae  
Parisiacae vel undique ibidem delegatum habentur, aut  
adhuc in Dei nomine a Deum timentibus hominibus  
additum vel collatum fuerit, per nostram praecipuam  
plenius confirmamus & nostra immunitate a novo per-  
petualiter concedimus, ut quicquid fidei noster de  
quolibet modo de omnibus liberis hominibus qui super  
terram ipsius ecclesiae Parisiaca commanere noscuntur,  
tam de capitibus quam & de omnibus redditionibus  
quibuslibet absque illius iudicis introitu aut repetitione  
ipsa ecclesia Parisiaca habeat perenne successum. Prae-  
cipientes enim iubemus, ut neque nos neque iuniores,  
neque successores nostri, nec ullus quilibet ex iudicaria  
potestate accinctus vel per quemcumque modum nullius-  
geniis in curia, vel in territoriis, in insulis po-  
sitis, vel in aliis locis, quod praesenti tempore habere  
vel possidere videntur, aut quod inante a Deum timentibus  
hominibus ibidem additum vel collatum fuerit,  
nec ad causas audiendas, nec fides exigenda, nec diffi-  
cultatis sciendas, nec ulla paratas requirendas, nec  
ullum teloneum de omnibus causis exactando, nec  
rotaticum, nec foraticum, nec pulveraticum prendere  
vel exigere, nec facere ullatenus praesumatis & prae-  
missis vestras repetitiones quasi aut a vestris temporibus  
aut successorum regum quasi ibidem fuissent consueto  
ingrediendi super terram sanctae Mariae ab hodierna  
die calcatas facti. Igitur cognoscit omnibus securita poste-  
ritas, praesulumque nobis succedentium pia paternitas,  
quia petierunt a nostra exiguitate fratres nostri S. Matris  
ecclesiae, cui miserante Deo deservimus. Quorum nos  
petitioni assensum praebentes in ecclesia quae est in  
honore sancti Stephani protomartyris coram ipso sacro-  
sancto altari in praesentis venerabilium episcoporum  
concedimus Ebboni videlicet archiepiscopi, Aldrici  
episcopi, Ramoardi episcopi, Rangarii episcopi,  
Lantdranni episcopi, Lonae episcopi, Jesse episcopi,  
Rothaldi episcopi, Adelelmi episcopi, Hildemanni  
episcopi, Godefridi episcopi, Fraculsi episcopi, Vu-  
cladi episcopi, Theodilici episcopi, Amatheri episcopi,  
Aligaril episcopi, Franconis episcopi, Bernoldi episcopi,  
Ariboldi episcopi, Elze episcopi, item Lonae  
episcopi, Hugberti episcopi, Fulcari episcopi, Er-  
memberti episcopi. Si quis vero, quod ablit, contra hoc  
nostrae auctoritatis edictum vel concessum insurgere  
tentaverit, in Dei omnipotentis incurram maledictionem,  
& arratus atque constructus ignis caubens profundum  
inferni percussione S. Dei genitricis Mariae & omnium  
sanctorum horumque episcoporum fit anathematizatus,  
atque divina ultione percussus, animam expiaret vindic-  
tationis lepre laniatus. Amen. Signum Karoli regis  
gloriosissimi.



## X.

## A

## X I.

*Confirmatio donationis villæ ad illum brogilum facta monasterio Fossatensi.*

*Diploma Caroli Calvi pro monasterio S. Germani a Pratis.*

845. **I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus gratia Dei rex. Cum locis divino cultui mancipatis ob divinæ servitutis amorem openi congruum ferimus, & regium morem decenter implimus, & id nobis profuturum ad æternæ remunerationis præmia capeßenda veraciter credimus. Itaque notum sit omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus & nostris presentibus atque futuris, quia venerabilis vir Ingilbertus monasteriū Fossati abba ad nostram accedens sublimitatem, ad memoriam celsitudinis nostræ reduxit, qualiter dominus & genitor noster pie recordationis augustus Hludovicus quandam villam, que vocatur ad illum brogilum ad admonitionem seu deprecationem Aldrici Cenomanensis episcopi mari ecclesiæ ejusdem civitatis in honore gloriosiorum martyrum Christi dedicatæ Gervasii & Protasii imperiali auctoritate reddidit, seu restituit, ea videlicet ratione, ut ob amorem Dei & ejusdem genitoris nostri animæ remedium regularis normæ inibi conflueret habitatores; & monachici ordinis aggregaret habitatores; ac proinde per licentiam ejusdem domni imperatoris idem Aldricus episcopus præfatum reverendum abbatem Ingilbertum precatus est ut sibi commo-deret monachos, qui secundum patris Benedicti institutionem docerent hujus seculi periculum evadere ipsius loci monachos, sed quia variis mundi emergentibus calamitatibus, rara voluntas raræque devotio genitoris nostri de præmissio loco plenarium non obtinuit effectum, placuit clementiæ nostræ eandem villam a potestate sanctorum præscriptorum martyrum commutare, seu concambiare, suprataxatoque Fossato monasterio regulariter conferre seu delegare, scilicet ut prænominati abbas prænominate monasterii religiosorum virorum studio plenarium effectum prænotata piissimi genitoris nostri obtineat devotio. Quocirca hanc præcellentiæ nostræ regalem præceptionem fieri iustissimè, per quam cum suis appendiciis remoraturam villam, que dicitur ad illum brogilum plerumque dicto monasterio Fossato, in honorem sanctæ Dei genitricis Mariæ, sanctique Petri apostolorum principis pleniter conferimus, & regulariter firmamus, scilicet, ut supra significavimus, pro sit ad salutem animæ genitoris nostri, monachorum ibidem fiat congregatio, regularitque servetur perennibus temporibus religio, nihilque ab eadem villa, quam deinceps volumus vocari monasterium sancti dominici, aut in qualibet alia parte requiratur, aut exigatur, sed quicquid exinde fieri potest in honestatibus ejus loci seu Fossati monasterii, cui eundem locum coniungimus, proficiat in augmentum, cum stipendiis monachorum eorumdem locorum pro sit in adiutorium, & animæ memorati domni genitoris nostri augusti Hludovici præset remedium. Unde etiam obsecramus omnes, quoscunque post nos in regni hujus gubernatione divina pietas subrogaverit, ut ita hanc pie devotionis nostram imperaricabilem servent auctoritatem, veluti sua pia jura ab ipsis statuta possit observari voluerint. Quam denique serenitatis nostræ auctoritatem, ut plenioris semper in Dei nomine obtineat firmitatem, more regio manu propria subter firmavimus, & de annulo nostro sigillari iustissimè. Signum Karoli gloriosissimi regis. Aeneas notarius ad vicem Hludovici recognovit. Data VII. idus Octobris Indictione VIII. in anno VI. regni Karoli gloriosissimi regis. Actum in villa Raufaco in Dei nomine feliciter. Amen.

*Apud Labbeum in miscell. cur. p. 462.*

**K**AROLUS gratia Dei rex. Vir venerabilis Hebroinus episcopus, monasterii confessoris Christi Germani abbas, necnon sacri palatii nostri archicapellanus, postulat serenitatem nostram, ut præfato monasterio, vel congregationi ibidem Deo famulanti teloneum de navibus eorum, quæ per fluvium Sequanæ, sive per alia flumina in ipsum confluentia, id est per Matronam, per Yonnam, Ilam & Axonam, vel per cetera flumina regni nostri propter diversas utilitates ecclesiæ discurrunt, in elemosina genitoris nostri ac nostra concedere seu indulgere dignemur, &c. Jubemusque naves potestatis ejusdem S. Germani monasterii per præscripta, vel alia quælibet regni nostri flumina discurrentes ob utilitatem prædictæ ecclesiæ, ad quoscunque civitates, castella, aut portus, vel cetera loca accessum habuerint, nemo fideium nostrorum, nec quilibet exactor jurisdictionis potestatis, nec ullus telonearius de ipsis aut hominibus, qui eis provident, ullum teloneum, aut ripaticum, aut portaticum, aut salutarium, aut cessipaticum, aut canaticum, aut passionem, aut laudaticum, aut trabaticum, aut pulveraticum, aut ullum occursum, vel ullum censum, aut ullum redhibitionem accipere aut exigere audeat: sed licitum sit abique aliquis contrarietate vel detentione per hanc nostram auctoritatem ipsis navibus vel hominibus, qui eis providere debent, cum his que deserunt, per universum regnum nostrum libere ac sicure ire ac redire. Et si aliquis moras in aliquo loco fecerint, aut aliquid mercati fuerint aut vendiderint, nihil ab eis rursus, ut dictum est, exigatur. Sed quicquid exinde respública exigere poterat, pro mercedis nostræ augmento utilitatibus sæpe dictæ ecclesiæ proficiat in augmentum. Et ut hæc magnitudinis nostræ auctoritas ab omnibus melius credatur, ac diligenti in omnibus conservetur, de annulo nostro subter eam iustissimè sigillari. Aeneas notarius ad vicem Ludovici recognovit. Datum VI. idus Augusti anno septimo regnante Carolo glorioso rege, Indictione nona. Actum Verno palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

## X I I.

*Decretum cleri Parisiensis de electione Aeneæ episcopi.*

*Inter epistolas Lupi Ferrariensis n. 98.*

**R**eligiosissimis patribus & fratribus, Weniloni metropolitano Senonice sedis antistiti, & universo clero ejus, & ceterarum ecclesiarum presidentibus, quæ in diocesi memoratæ sedis censentur, cunctis in eis Domino famulantibus, clerus matris ecclesiæ Parisiorum, & fratres cenobii S. Dionysii, & S. Germani, & B. Genovefæ, ac Fossatensis, diversorumque monasteriorum unanimis, presentem & futuram salutem. Venerabilem pastorem nostrum Ercanorum nuper defuncti cum longe hæcque divulgatum sit, tum sinceritatem vestram latere non potuit, nosque affici maestitia de vocatione patris defuncti, ac sollicitudine permoveri de electione successu, prudentia vestra intelligit. Cum enim principaliter sit futurum Dominus Jesus pollicetur cum his, qui principes religionis existunt, non patimur diu carere antistite, cujus doctrina ad salutem nostram instituat, exemplo inornemur, benedictionibus in nomine Domini unjanur. Ejus utpote honorum omnium auctoris nequaquam nos cura destitutos firmissime credimus, dum ipse curas nostras sua clementia sustulit, & vota ultroque benignitate præcevit.

Namque ipse, in cuius manu cor regis est, gloriosi Domini nostri Caroli, quemadmodum plene confidimus, menti insudit, ut ejus nos regimini committeret, quem in divinis & humanis rebus sibi fidelissimum multis experimentis probasset. Igitur Dei prouiam in nos amplectentes misericordiam, & regis nostri piam suscipientes providentiam, *Aeneam* cujus praeconia praesentissimus, concorditer omnes eligimus. *Aeneam* patrem, *Aeneam* pontificem habere optamus. Quavis enim tanta providentia ac probitate praecellentissimus rex noster possit, ut solum ejus iudicium de viro memorato posset sufficere; tamen conditionis humanae non nescii, futurorumque curiosi, sulicorum nos ipsi propositum ac mores longe prius inspicimus, & inter graves, probabilisque personas & sanctitate ferventes, hunc, quem antistitem habere cupimus, quotquot eum nosse potuimus, ut nunc palam est, absque errore annumeravimus. Proinde, sancti patres, animum ne dilatione divini & regii beneficii torqueamur: sed nobis suspensis, nobis desiderantibus, nobis flagrantibus ponatur celesriter lucerna super candelabrum, ut lumen veritatis populus Dei videat, & aemula devotione praesulis vestigia tenens, sempiternae beatitudinis praeparatur. Professionem vero nostri consensus in *Aeneam*, Deo anuente, per vestrum ministerium nobis futurum antistitem subscriptionibus nostris certam roboravimus, ut nostra unanimitate comperta votum summa propretantia complectas.

## XIII.

*Rescriptum episcoporum ad clerum Parisiensem.**Inter epistolas Lupi Ferrariensis n. 99.*

**W**ENILO sancte Senonice sedis metropolitani episcopus, Heriboldus Autistodori episcopus, Agius Aurelianorum, Prudentius Tricassinorum, Herimannus Nivernensium, Frobaldus Carnutum, Hildegarius Meldorum, clero matris ecclesiae Parisiorum, & cunctis in diversis coenobiis sub ea Domino militantibus salutem. De excessu reverentissimi coepiscopi nostri Ercanradi non mediocriter anxii, vestrique mororis participes, tandem iustissima dispositione Dei non minores consolationes recepimus, dum vos sub pastore bono agentes, qui summe bonus est, vicarium ejus scilicet visitabilem, ministerique nostri confortem, absque dilatione expetere vestris literis tenentibus lineas rationis cognovimus. Praeparatum enim a Domino ei bonum exitum credimus, cujus munere talem videmus patre ingressum, quamquam nobis futurum nunc focus olim fuit praecognitus, & merito fuit probitatis amabilis. Quis enim vel leviter teigit palatum, cui labor *Aeneae* non innotuit, & fervor in divinis rebus non apparuit! Quamobrem electionem vestram in eo factam Deo proprio libenter sequimur, ut eum profuturum populo ejus ad dignitatem pontificatus promovendum concorditer decernamus. Sit igitur vobis pastor qui pro suis in Deum meritis bene complacuit, & sequentes ejus veracem doctrinam, & sancta opera imitantes, ad caelestis regni pascua proparate felices. Ordinationi autem ejus subscripsimus concorditer universi, ut securi ministerio potestatis ejus fruamini.

## XIV.

*Aeneas Parisiensis episcopus praebendam in ecclesia Parisiensi Fossatensis concessit monachis.*

868. **I**N nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, amen. Dei gratia ego *Aeneas* Parisiorum episcopus, notum factis cunctis sanctae Dei ecclesiae filiis, praesentibus scilicet & futuris, quod anno Dominicae Incarnationis d. CCC. LXVIII. Ind. 1. i. iussu serenissimi Caroli regis, ad Fossatensem ob recipiendum corpus B. Levitae

**A** Mauri, accedens abbatiam: dum a propriis sacra praefati sancti depositi humeris super beatorum apostolorum altare glebam: concessi eidem ecclesiae annuentibus cunctis archidiaconibus & clericis nostris, qui una mecum illic aderant, in sede nostri episcopatus, in ecclesia videlicet B. Dei genitricis Mariae perpetuo praebendam integram. Ita ut ab hac hora usque in novissimam hujus saeculi horam, tam venerabilis Odo, qui nunc illi coenobio praestitit, quam fii successores, eam libere & absque ulla molestia, vel inquietudine, aut aliquo servitio habeant & secure possideant. Professionem denique annuatim in Quadragesima, quarta scilicet feria post Dominicam quae passioni Christi praetitulatur, nostris sequacibus, in monasterium professionis quam Christi dilecto confessori Mauro exhibuimus die qua primum receptus est a Fossatensibus, indicimus: ut cujus semel in anno membra revivimus, ejus precibus & meritis assidue muniamur. Quicumque ergo nostrorum ad hanc venerint professionem, nullam ibi fumant refectionem; sed sola charitate, quae multitudinem peccatorum operit, illuc adeant: atque sibi nutuo data benedictione, ad propria sejungi redeant. Abbas vero praescripti coenobii, sibiique fratres subditi, nullam hujus rei gratia perfolvant Parisiensi ecclesiae consuetudinem, neque nobis aut successoribus nostris aliquam rehibitionem. Quod si aliquis successorum nostrorum hujus concessionis calumniator aut retractor extiterit, & praebendam reciderit, vel imminuerit: processionem quoque Fossatensis ecclesiae, a nobis ob amorem B. Mauri traditam, fieri, nisi occasione rationabili aliquoties prohibuerit: excommunicamus, nisi poenitentia resipuerit, pereat in aeternum. Amen. Ut ergo hoc donum firmum & stabile maneat per successura tempora, coram omnibus in capitulo B. Mariae illud manu propria, ac nostris archidiaconibus, cunctisque clericis ad roborandum tradidi, nostroque sigillo munivi.

## XV.

*Diploma Caroli Calvi regis de donatione Riogili facta coenobio S. Dionysii.*

**I**N nomine sanctae & Individuae Trinitatis, Carolus gratia Dei rex. Si sacris locis & divinis mancipiis cultibus, inibi Deo famulantibus largitionis nostrae munere aliquid conferendo tribuimus; Deum nobis ob id in praesenti & in futuro saeculo profuturum nullatenus dubitamus. Quapropter omnium sanctae Dei ecclesiae praesentium & futurorum compesat generalitas, quoniam nos ob Dei & Domini nostri Jesu Christi amorem, specialisque protectoris nostri magni Dionysii venerabilis intercessionis spem, villam juris nostri Riogilum\*, cum omni suarum integritate rerum & mancipiorum, cum terris arabilibus, cultis & incultis, vineis, campis, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, piscatoriis, molendinis, exitibus & regressibus, nec non forestam aquaticam a fluvio Saurz usque Cambeiris, cum ripaticis, quam nunc usque nostra visa est dominari potestas, atque indulgentis omnes exactiones regis in aqua, culcumque potestati subditi sint ripatici, sive in terra, quemadmodum olim reges tenuerunt, & nos haec usque visi sumus absque querimonia veluti sicutum regium tenuisse: quae villa sita est in pagis Parisiaco & Pincianse, venerandis monachis jam dicti domini Dionysii ad agendum perpetuiter subtermissura conferimus, & inviolabili a successoribus nostris traditione confirmamus: eo scilicet jure, ut septem lunaria ante altare sanctae Trinitatis, post quod nos humanis solum legibus sepeliri optamus, semper tam in die, quam & in nocte sine aliqua extinctionis intercaedens ardeant, lumenque in praesenti saeculo perpetuiter tribuant: quarum una sit pro patre nostro pie recordationis Ludovico augusto: altera pro genitrice nostra Judith regina: tertia pro nobis: quarta pro Hymiltrude olim conjugae nostra regina: quinta pro hac etiam

\* Rudi.

conjugē noſtra Richilde regina: ſexta pro omni prole noſtra vivente ſe defuncta: ſeptima pro Boſone & Widone, ac reliquis familiaribus noſtris. Statuimus etiam ut quia omni tempore non plena luce, cauſa ſolemnitatum aut alicujus prædicationis, omnia fieri poſſint, quindecim luminaria in reſectorio per tria loca æqualiter diſtinſta tempore congruo ardeant. Præterea ut omni menſe ex jam dicta villa fratres generalem de omni re reſectionem habeant, decernimus atque ſancimus, ita tamen ut hæc reſectiones non diebus feſtis, neque loco aliarum reſectionum, quas fratres ex aliis rebuſ habere debent, tribuantur. In hiſ ergo generalibus reſectionibus, generalis pro nobis fiat commemoratio, neque hæc generalis oratio ſpecielem præſtat ſupplicationem, quæ pro nobis fieri debet ex aliis rebuſ a nobis collatis. In anniversario quoque obitu noſtri & Richildis ſimilis oratio, ſimilique fiat reſectio. Non ergo opus erit ut reſectio natiuitatis noſtræ transferatur in obitum: ſed manente, ea reſectio obitu unde ſtatutum eſt ut fiat. Hæc autem & villa, & omnia quæ ex ea faciendum retro conſenſimus, in providentia decani omni tempore ſint, ſæpæ diſpoſitione & ordinatione iſta omnia agantur, rationem coram Deo, ſi quid minus fuerit, redditurus. Obſcrvamus ergo & obſcrvantes obſteltamur omnes ſucceſſores noſtros, qui hæc villam aut aliquod ad eam pertinencium de his quæ antecſores noſtri ſalvo juſſu regio tenentur, prænominatiſ rebuſ a poſtlate ſancti Dionyſii ſubtrahant, aut immutent, ſeu alicui abbatum ſubtrahere, vel immutare permittant, quo in aliquo minus fiat quam Domino & ſancto Dionyſio voto noſtro ſacratum eſt. Quod ſi fecerit, manente integrum miſeratione divina, quod ſpeciali præſertim voluntate ſemel conſultimus, ſe reum abſtractionis vel immutationis in conſpectu divine maieſtatis manſurum eſſe cognoſcat. Hæc nos Dei conſtitutione rex, ipſiſque & patrum electione monaſterii magni Dionyſii alba a ſæpe cauſa tutelæ tradidit, ut hæc pie confirmatio conſtitutionis per omnia tempora firmior habeatur, firmiorque ab omnibus obſervetur, manibus propriis ſubter firmantes, bullis noſtris juſſimus inſigniri.

Signum Caroli glorioſiſſimi regis. Adalgarius notarius ad vicem Goſſeni recognovit.

\* L. XXXIV. Data VII. idus Octobris anno XXX\*. regnante Carolo rege in ſucceſſione regni Lotharii anno quinto. Actum ſancto Dionyſio monaſterio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XVI.

*Carolus Simplex privilegia ſancti Germani a Pratis confirmat.*

*Ex chart. S. Germani a Pratis.*

903. **I**N nomine ſanctæ individue Trinitatis, Karolus divina propitiante clementia rex. Noverit univerſitas, quod quidam comes nobis admodum dilectus nomine Robertus, necnon & grex ſcilicet monachorum ſancti Germani Pariſienſis, ad noſtram accedentes manſuetudinem obtulerunt præceptum nobis dixæ memoriæ atavi noſtri Karoli imp. atque alavi Ludovici, necnon & Karoli nepotis avi noſtri, qui Pariſius rabie paganorum ſeviente devenit: deprecati ſunt, ut noſtram munificentiam auctoritative eiſ reconceſſiſſemus. Nos vero pro Dei amore & S. Germani reliquorumque ſanctorum veneratione, in quorum honore iſdem locus conſtructus habetur, id fieri conſenſimus. Unde hoc noſtræ aſtutidinis præceptum fieri, & memorato loco dari juſſimus, per quod jubemus ut ſicut id memorato edicto atavi noſtri & abavi, necnon & memorati Caroli junioris continetur, ita per ſuccedentia tempora, conſervatum a nobis & ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter habeatur: reconſirmamus igitur jam dicto ſancto loco & fratribus ibidem Deo ſervientibus, villas quæ in ſupradictis continentur edictis, &c. Signum Karoli regis glorioſi. Ernultus notarius ad vicem Anſcherici

A episcopi ſubnotavit. Datum VII. kal. Maiſ, indiſt. vi. anno XI. regnantis glorioſi regis Karoli, redintegrantiſ ejus VI. Actum Compendio palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

## XVII.

*Carolus Simplex eccleſiæ Pariſienſi abbatiam Reſbacenſem concedit.*

*Chart. fol. 28.*

**I**N nomine ſanctæ & individue Trinitatis, Karolus divina propitiante clementia rex. Si locis ſacris & divinis cultibus mancipatiſ opem noſtræ impendimus manuſcentiæ, profuturum nobis & ad præſentem vitam profpere tranſiendam, & ad perpetuam felicium obtinendam omnino conſidimus. Quocirca omnium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque præſentium ſeu futurorum noverit religioſitas, quod Anſchericus Pariſiace urbiſ præſul venerabilis, noſtræ adiens præſentium ſerenitatiſ, felicibus intimavit vocibus, noſtrorum coram præſentia fidelium, eccleſiam S. Mariæ prædictæ videlicet urbiſ qua iſdem præſul eſſe dignoſcitur, Normancia penitus inſiſtatione diſtructam, atque ſervitia conſuetâ propæ ad nihilum redactam, unde inventuſ quorundam principum viciniuſ nobis aſſentientium, Frederux vide licet conjugis cariſſimæ, necnon & dilectæ Giſlæ abbatiffæ, atque venerandiſ comitiſ Roberti, & Adelæ comitiſſæ, Atmari, quinqueſ atque Erchenbergii comitum, & Roberti nobis dilecti, humiliter expetit, ut ad ſupplementum deſolatæ eccleſiæ, & abbatiam ſancti Petri Reſbacis nomine dictam, & quondam Hieruſalem cognominatam, in comitatuſ ſiam, quam iſdem epicoſopus in beneficiuſm hætenuſ habuiſſe diſnoſcitur, per noſtræ autoritatiſ præceptum concedere dignaremur, quatenus eidem præſuli, ſuiſque foret augmentum ſucceſſoribuſ, quo noſtræ liberius poſſent ſervitiuſ explere negotia. Præſertim igitur principum cognofcentes conſilia eſſe ſalubria, eorum acquieſcimus benigne poſtulationibuſ, atque communi conſensuſ fidelium jam dictam S. Petri abbatiam, quo fiat perpetuum eccleſiæ S. Mariæ urbiſ duntaxat Pariſiace & epicoſopis ejuſdem loci adminiculium, regia concedimus aſſentienteſ. Quapropter hoc præceptum noſtræ juſſimus fieri autoritatiſ, ac memoratæ eccleſiæ beate Mariæ per manus ejuſdem loci præſulſ Anſcherici juſſimus dari, per quod ſupraſcriptam abbatiam in juſ & dominationem illiuſ transfundimus, & perpetuallter poſſidendam concedimus cum omni integritate, omnibuſque legitimiſ terminationibuſ juſte & legaliter ad ſe pertinentiuſ, ea ſi quidem ratione ut ſæpe nominatuſ præſul Anſchericus necnon & ſucceſſores ipſiuſ, prædictas res jugiter habeant, quiete teneant, ſecure poſſideant, ac libere diſponant. Et quicquid pro communi utilitate eccleſiæ facere voluerint, quietam ac firmiſſimam in omnibuſ habeant poſteſtatem. Et ut hæc noſtræ auctoritatiſ conſeſſio firmior habeatur, omnibuſ temporibuſ a noſtris conſervetur ſucceſſoribuſ, continuuſque in Dei nomine obtineat firmitatiſ vigorem, manuſ propriaſ ſubter firmavimus, & de annulo noſtro ſigillariſ juſſimus. Signum Karoli glorioſiſſimi regis. Ernultus notarius ad vicem Anſcherici ejuſdem epicoſopi recognovit. Datum XI. kal. Junii, indiſtione x. anno xv. regnante Dom. Karolo glorioſiſſiſ. rege, redintegrante x. Actum in villa Diſco in Dei nomine feliciter. Amen.

## XVIII.

*Carolus Simplex eccleſiæ Pariſienſiſ donatum jam pontem urbiſ Lutetiaſ confirmat.*

*Ex magis Papiſi.*

**I**N nomine ſanctæ & individue Trinitatis, Karolus divina propitiante clementia rex. Si juſtas fidelium petitiones benigne ſuſcipimus, & ſervorum Dei utilitatiſ conſulimus, regium procul dubio morem exequimur, ac profuturum nobis omnino conſidimus. Quapropter

Quapropter omnium sanctæ Dei ecclesiæ nostrorum fidelium præsentium scilicet futurorumque religiositas noverit, quoniam Anthechericus Parisiæ urbis præsul venerabilis innotuit serenitati nostræ, qualiter avus noster dignæ memorie rex Carolus, pontem jam dictæ urbis cum arcis & molendinis ecclesiæ S. Mariz, necnon & episcopis ejusdem loci, pro animæ suæ remedio per præcipuum propriâ manu corroboratum condonavit perpetualliter possidentium. Unde etiam humiliter petit, ut præfatum pontem cum arcis & molendinis, fratibus ibidem Deo militantibus, pro nostræ remedio animæ, necnon & ipsius præsulis, per nostræ auctoritatis præceptum dignaremur concedere jugiter habendum, eorumque stipendiis ac necessitatibus sine intermissione deserviat, sine aliquo veniri episcopi, comitis quoque aut viccomitis, aut alterius respectu personæ vel contradictione. Nos vero præfati præsulis iustam & salubrem cognoſcentes fore petitionem, concedimus memoratis fratribus, per hoc nostræ auctoritatis præceptum, supra dictum pontem, cum arcis & molendinis, præcipientes, regniæ auctoritate interdicentes, ut nullus episcopus, comes, aut viccomes, aut aliquis ejusdem loci ministerialis, præfatis fratribus esse sæpe dicto ponte, arcis vero aut molendinis, aliquam præsumat facere inſuetudinem; sed quod benigne concedimus jugiter habeant, quiete teneant, ac perpetualliter possideant, & quicquid exinde facere voluerint, secundum canonicam auctoritatem, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem, pro nostra duntaxat salute, & conjugis quoque ac prolis, ac totius regni statu Dei misericordiam assidue exorantes. Et ut hæc nostræ auctoritatis concessio firma jugiter & stabilis permaneat, monu propria subterfirmavimus, & annuli nostri sigillari jussimus impressione. Signum Karoli gloriosissimi regis. Ernultus notarius ad vicem Anthecherici episcopi subnotavit. Datum XVI. kal. Odobris, ind. XII. anno XVII. regnante Karolo rege gloriosissimo, redintegrate XII.

## X I X.

*Ex charol. Carolus Simplex immunitatem clauſtri & domorum canonicis Parisiensibus largitur.*

911. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, Karolus divina propitiatae clementia rex. Si precibus sacerdotum, quando pro suis vel ecclesiarum sibi commissarum necessitatibus aliquid nobis intimare voluerint, aurem libenter accommodamus, eorumque iustas petitiones ad optatum effectum perducimus, non solum regiam consuetudinem in hoc exerceamus, sed eosdem sacerdotes ad Domini misericordiam pro nobis exorandam promptiores atque devotiores efficiamus. Igitur omnium sanctæ ecclesiæ Dei fidelium, nostrorumque iam presentium quam futurorum noverit industria, quoniam aliens serenitatis nostræ presentiam dilectus noster ac venerabilis Theodulfus Parisiæ ecclesiæ sanctæ Mariz perpetuæ virginis episcopus, humiliter deprecatus est, quatinus fratris ejusdem ecclesiæ inibi Domino famulantibus, & clauſtro eorum hoc nostræ auctoritatis præceptum fieri jubereamus; ita ut illud sine ullius episcopi aut cujuscumque personæ inquietudine, sicut a præfatis temporibus ad cohabitandum eis, pro observando licentiam suæ religionis proposito concessum est, perpetim simul possidere valerent, atque cohabitaciones domorum suarum inibi constructas, immo etiam in posterum construendas, absque aliquo calumnâ jugiter quiete obtinere possent. Insuper & cuicumque consolatium suorum, aut pro suæ necessitatis negotio, aut iustæ utilitatis arbitrio, singillatim easdem concedere aut vendere vellent, liberatissimam id agendi potestatem haberent. Cujus namque congruum ac necessarium considerantes petitionem, necnon & proavi nostri Karoli imperatoris, cujus edicto optatum imperii sui consilio exit, ut universa canonicorum claustra absque cœnis exactione absoluta

*Tomus VII.*

**A** permanerent, & inclite prolis ipsius avi nostri scilicet Karoli regis, id præcepto corroboratum est; insuper & quicquid eidem canonici infra claustra ædificaverint, licentiam habeant inde faciendi quod voluerint, vestigiis imitantes: placuit serenitati nostræ ejusdem episcopi Theodulfi adquirere postulationibus, & munificentia nostræ præcepto concedimus eidem fratribus sanctæ Mariz, ut prædictum claustrum illorum, tam ipsi quam successores ipsorum Domino serventium, ab hodierna die, & deinceps absque fœverio, vel aliquo hominis impulsione, simul cum domibus suis iustis & extra existentibus, indefinenter libere ac quiete possideant, & quicquid ex eis videlicet domibus, ut dictum est, agere voluerint, Christo propitio in omnibus habeant potestatem faciendi pro nostra tantummodo salute, conjugisque nostræ Fidei regni ac prolis, totius quoque regni statu Domini clementiam propensius obsecrantes. Ut autem hujus auctoritatis præceptum per futura tempora inviolabiliter obtineat firmitatis vigorem, manu propria subterfirmavimus, & annuli nostri impressione insigniri jussimus. Signum Karoli regis gloriosissimi. Hugo regis dignitatis notarius ad vicem Hervei archiepiscopi recognovit, & subscripsit. Datum XV. kal. Julii, indictione XIV. anno Incarnationis Dominicæ D. CCCC. XI. regnante Domino rege Karolo XIX. redintegrate XIV. Actum villa Cangiacio in Dei nomine feliciter. Amen.

## X X.

**C** *Privilegium Ludovici Transmarini pro ecclesiâ S. Mederici.* *Sammark.*

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, Ludovicus Dei gratia rex. Quæcumque pro amore Dei & reverentia sanctorum ejus efficere bonæ devotionis studio contendimus, profutura nobis ad æternam beatitudinis gloriam facilius obtinendam, & ad presentem vitam feliciter transigendam omnino confidimus. Noverit igitur omnium sanctæ Dei ecclesiæ fidelium nostrorumque tam presentium quam futurorum solertia, quia adveniens presentiam illustre serenitatis illustres fideles nostri Hugo comes, necnon Galerius Passiflorum episcopus, atque Teudo vicecomes, humiliter petierunt, ut ecclesiæ S. Petri, in qua S. Medicus corpore quiescit, manusimas quas fecerunt comes Adalardus, & Abbo Vassus, unde & præcepta corroboraverunt Charolmannus & Odo gloriosissimi reges, præcepto nostræ auctoritatis renovavimus, atque confirmavimus. Placuit itaque celsitudini nostræ, eorum saluberrimis acquirere postulationibus, ideo præceptum ex hoc nostræ altitudinis fieri, & Joanni, maritique suæ Alberadz, filioque ejus nomine Gauſterio dari jussimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut tam ipse prænominate personæ, & c. quam successores eorum prædicti, ecclesiæ S. Petri & pretiosissimi confessoris Christi Mederici, abbatiam ubi adſcipiunt in villa Linas manselli XX. in Vivatis similiter manselli XX. in manso Villare III. in Ivriaco mansos, &c. Hæc omnia in utilitatibus ecclesiæ jam dictæ, in suorum usus omni tempore possident, absque ulla dominatione, neque theoneum, neque portaticum, neque piraticum, seu vitaticum, nec etiam vulturicum exinde aliquid accipiant potestas judicarii. Ut autem hoc præceptum nostræ auctoritatis inviolabilem in Dei nomine obtineat perpetualliter vigorem, manu propria subterfirmavimus, atque annuli nostri impressione insigniri jussimus. Signum Ludovici gloriosissimi regis. Geraldus cancellarius ad vicem Artoldi archiepiscopi recognovi. Actum Lugduni Clavati, cal. Februarii, anno Doui. Incarnat. D. CCCC. XXXVI. Indictione autem V. anno vero primo Ludovico rege gloriosissimo.

## X X I.

*Privilegium Lotharii imperatoris filiique eius  
Ludovici pro ecclesia Parisiensi.**Ex charit.  
actif. Paris.  
lib. 19. cap.  
11.*

Circa 980.

\* S. Beati  
\* Elipnone  
\* Meviers

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis, Hlotharius genitor, genitulusque ejus Ludovicus, utriusque opulante gratia Dei Francorum reges. Si sacerdotum ac servorum Dei petitiones, quas pro utilitatibus & necessitatibus suis, suorumque subditorum nobis innotuerunt, ad effectum perducimus, non solum regionem exercemus consuetudinem, verum etiam ad eterne retributionis beatitudinem talia facta, auxiliante Domino, nobis profutura consilium. Idcirco notum esse volumus omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus, tam nostris presentibus quam scilicet & futuris, quia vir venerabilis Elysiardus Parisiensis ecclesie episcopus nostre innovati ferentati, suggerentibus inique ac intervenientibus dilectis fidelibus nostris, videlicet dulcissima conjuge Emma, atque Hugone excellentissimo duce, egregiique presulibus Alberone Remensi, Gibluno Cahalaunenfi, quod pro Dei omnipotentis amore, & futuro ejusdem congregationis cavendo periculo, ne aliqua successorum suorum aut secularium personarum negligentia vel paritate, ordo in ea sede commemorata futuris temporibus perturbaretur canonicus, quandam potestatem Spedonam nomine cum ecclesia in honore S. Beati \* dicata, ac villam vocabulo Maceris \*, cum terris cultis & incultis, vineis, sylvis, molendinis, pratis, piscibus, piscariis, aquis aquarumve decursibus, & cum omnibus inibi iuste legaliterque aspicientibus, quem idem presulibus presul Elysiardus amore Dei ductus, tam a suo quam a successorum suorum dominio auferens, in fratrum S. Marie prelatate sedis delegavit usus, pro hoc regale preceptum stabili jure eis concederemus. Præter humiliter exorantes petierunt, ut pro divino intuitu, & pro ipsius congregationis cavenda necessitate, avorum nostrorum precepta regum, ex stipendiis ipsorum fratrum, que in membranis vetustissimis continebantur inserta, in hujus corpore precepti breviter accumulata, regali auctoritate confirmaremus ad integrum. Ob firmitatem tamen religionis petiti memoratus Elysiardus episcopus, ut & claustrum ipsius congregationis, sicut ab avo nostro rege Carolo supplicante Theodulpho ejusdem loci episcopo confirmatum est, jure perpetuo ac stabili ordine corroboraremus, quod absque ullius inquietudine tam ipsius felis episcopi, quam altarum personarum securi viverent, & uniuscuique canonicus suam propriam domum, cum omni substantia dare, vel vendere valeat, cuiuscunque voluerit tantum ex fratribus, velut constitutum est a precisa temporibus. Nos vero petitioni eorum, quia necessaria & rationalis erat, assensum præbentes, velut postulaverint fieri adjudicavimus, quinque nulla occasione, nec reipub. servitio quicquam ex successibus seu secularibus personis, impedimentum in futuro eis inferre potuisset, pro quo a via relictudinis, & observatione canonica eos oberrare necesse foret, sed de rebus fidei deputatis contenti, absque necessitate & inopia, canonicum ordinem tenere, & sine prævaricatione quantum humana sint fragilitas observare quivissent. Et semetipsis semper per communem omnium assensum eligentes præpositum & decanum, qui & eorundem prævident villas, & debita stipendia, fratribus fideliter administrarent. Quapropter statumque atque jubemus, & nostra preceptione confirmamus eis villas, quas dudum per privilegia & per precepta regum habere consueverunt, ad eorum necessitates procurandas, & metu futurorum casuum, propehendo videlicet Ondrefiacum cum ecclesia & altare omnique integritate & suis adjacentibus, Aureliacum cum ecclesia & altare suisque appenditiis, Civiliacum cum ecclesia & altare & omnibus inibi adjacentibus, Lajacum, Castanedum cum ecclesia & altare omnibusque

**A** adjacentibus, Balneolum cum ecclesia & altare etique appenditiis, Sulciacum cum ecclesia & altare, & res in Larziaco & in Lotueo villa, cum omnibus ad usus fratrum pertinentibus, Christolum cum ecclesia & altare, vel quidquid inibi ad prædiorum stipendia pertinet. Hæc cum septem altaria Parisiæ sedi attinent, prædictus presul Elysiardus, ex proprio dominio suo, sine sua suorumque successorum venditione, nullo contradicente stipendiis perpetuaverit attribuit, ipsorum fratrum. Eleiacum videlicet, Sieovillam, Roseum, Cellas & Vernou, Machelum & Samefium, Minziacum & Mauriacum cum ecclesiis, & universis ad se pertinentibus. Viriacum cum omnibus que videntur ad prædiorum usus fratrum aspicere, sed & medietatem nonæ ac decimæ que de rebus ipsius ecclesie que abstrahæ fuerant ab iis qui eis unumque accipi solent. Hanc ergo prædictam potestatem Spedonam, & has nominatas villas cum omnibus appenditiis, & redditibus suis, ut diximus, ad omnes ejusdem congregationis necessitates, & sustentata mortalitatis vitæ ministranda, vel quod a longo tempore ibidem sunt aspicientia, vel ad presens videntur aspicere, aut deinceps a Deum timentibus adhibitum, vel collatum fuerit, regali auctoritate & indulgentia per hoc præceptum confirmationis nostre stabili jure eis concedimus, ac confirmamus. Præcipientes ut nullus episcoporum, per successiones subtrahere, minuire, aut ad usus suos retorquere, vel alicui in beneficium tribuere, neque ullum impedimentum ex prædictis rebus eis inferre, sed nec servitia ex eisdem villis exactare, neque ullas in aliqua re exactationes inole exigere præsumant; si augere eis aliquid placuerit licitum habeant; distrahere autem vel minuire ea que pro Dei statuta sunt amovendo, nequaquam valeant. Eo namque ordine præcipimus & corroboramus pro saluti nostre remuneratione, & pro sancte Dei ecclesie statu, reique publicæ gubernatione, velut ab antecessoribus nostris confirmatum est, ut nullus unquam ex judiciaria potestate accedens, vel quocumque modo, nullisque ingentis in prædictis villis aliquid iudicandi potestatem inibi exercat, neque aliquid censum, neque teloneum, neque ripaticum, neque rotaticum, neque portaticum, neque bannum, nec freda, nec ullas districtiones faciendas, nec ullas paratas requirendas, nec foraticum, nec pulveraticum, nec ullas leges faciendas, nec de liberis hominibus, albanisque, ac colonibus in supradicta terra commanentibus aliquid censum, vel aliquos reddituitus accipere præsumat, sed quicquid situs nosse inde exigere aut sperare præsentialiter poterit, requirere non præsumat. Et si forte calliditate iudicis, aut alicuius persone ipse emunitates alicui irrupæ fuerint, plicorum lege id est solidis DC. multetur. Petimus ergo successores nostros, ut hanc nostram liberalissimam ita conservent concessionem, sicut ea que ab amore Dei æternamque mercedem statuerint, a suis videlicet successibus esse servanda. Et ut hæc auctoritas quam ob dilectionem Dei & animarum nostrarum remedium statumque, firmiter in Dei nomine obtinet vigorem, & deinceps perpetuaverit inconcussa permaneat, manibus propriis eam subfirmavimus. Signum Hlotarii gloriosissimi regis, filiique ejus Ludovici. Ermulfus cancellarius ad vicem Alberonis archiepiscopi recognovit. Actum Compendio palatio.

## X X I I.

*Benedictus VII. ecclesie Parisiensis res &  
privilegia confirmat.**Ex charit.  
actif. Paris.  
lib. 19. cap.  
10.*

Circa 980.

**B**ENEDICTUS episcopus servus servorum Dei, sancte Romanæ sedis apostolicus, omnibus coepiscopis & omnibus principibus in parte Galliarum residens, perpetuam in Domino salutem. Convenit apostolice moderantine pia religione pollutibus benivoli compassione succurrere, & poenitentium animis alacri devotione impertire assensum; siquidem etenim potissimum luci

præmium apud condonem omnium reponitur Deum, quando venerabilia loca opportune ordiata, ad meliorem fuerint sine dubio statum perducta. Noscat igitur vestre excellentie laudabilis mansuetudo, quod Elysiardus Parisiæ sedis episcopus, aliens limina beatorum apostolorum Petri & Pauli Romæ, instantia ostendens regalia præcepta, que pro remedio animarum suarum, necnon & antecessorum nostrorum privilegia ecclesie B. Dei genitricis & virginis Mariæ & S. protomartyris Stephani præfati loci, firma conscriptione tradiderunt. Hæc autem ratione commotus supplicii devotione deprecatus est nobis, quatenus apostolica auctoritate el confirmarem prædictas conscriptiones & episcopatum præfate sedis, cum omnibus pertinentiis vel adjacentiis suis, videlicet abbatiam S. Eligii, abbat. S. Germani Rotundi, abb. S. Marcelli, abb. S. Clodoaldi atque S. Martini, abbat. S. Petri que dicitur Respaci, abb. S. Saturnini de Caurofa, abbatiam S. Petri que dicitur Nigella, abb. S. Martini que est in campellis, abb. S. Petri que dicitur Caziacus super Matrona, cum omnibus adjacentiis eorum, & quicquid tam in præsens quam in futurum præfata ecclesia possidenda est. Simili modo de stipendiis fratrum ipsius loci, scilicet Spedonam potestatem cum ecclesia, ac villulam nomine Macerias, cum omnibus inibi iuste legaliterque aspicientibus, quam idem prælibatus præfatus Elysiardus, amore Dei ductus, tam a suo, quam a successorum suorum dominio auferens, in fratrum S. Mariæ præfate sedis delegavit usus. Undrefactum cum ecclesia & altare omnique integritate & suis adjacentiis. Aureliacum cum ecclesia & altare suisque appenditiis; Civiliacum, Lajacum cum ecclesia & altare omnibusque inibi adjacentibus, Castenedum cum ecclesia & altare suisque appenditiis, Baniolum cum ecclesia & altare & suis adjacentiis, Sulciacum cum ecclesia & altare cum omnibus ad usus fratrum pertinentibus, Christolium cum ecclesia & altare, vel quicquid inibi ad prædictorum pertinet stipendia. Hæc enim septem altaria præfate sedi ainentia memoratus præfatus, ex proprio dominio sine sua suorumque successorum venditione, nullo contradicente, stipendiis perpetuatur ipsorum attribuit fratrum; Eleriacum, Sieovillam, Rozelum, Cellas & Vernou, Machelum & Samesum, Mintriacum, Mauvicum cum ecclesiis & universis ad se pertinentibus, Viriacum cum omnibus que videntur ad prædictorum usus fratrum aspicere, sed & medietate nonne ac decime, que de rebus ipsius ecclesie abstractæ fuerant, ab his qui eis utuntur, accipi solent. Fontenetum cum ecclesia, Vilenam cum omnibus inibi adjacentiis, ob firmitatem tamen religionis petit supra taxatus Elysiardus episcopus, ut & claustrum ipsius congregationis iure perpetuo confirmarem, quo absque ullius inquietudine tam ipsius loci episcopi, quam altarum personarum securi viverent, & unusquisque canonicus suam propriam domum, cum omni substantia dare vel vendere valeat, cuiuscumque canonico voluerit ex ipsa congregatione, nulliusque alio, velut constitutum est a præfatis temporibus. Nos vero inspectis piissimorum Augustorum, & paternis præceptionibus, libuit nobis petitionibus ejusdem episcopi assensum præbere, ut sub jure & patrocinio S. Romanæ & apostolicæ S. Matris eccl. omnia firma atque inviolata jungeri maneat, præcipiente apostolica auctoritate jam dictis canonicis, & eligentes ex semetipsis per communem omnium assensum præpositos & decanos, qui & eorum prævideant villas, & debita stipendia eis administrant fideliter. Eo namque ordine præcipimus, ut nullus episcoporum per successiones subtrahere, minuire, aut ad usus suos retorquere, vel alicui in beneficium tribuere, neque ullum impedimentum ex prædictis rebus fratrum inferre, sed nec servitia ex eadem terra exactare, neque ullas in aliqua re exactiones inde exigere præsumant, si augere eis aliquid placuerit, licitum habeant; distrabant autem vel minuendi, ea que pro Dei amore statuta sunt, nequidquam valeant; statumque manere sub divini iudicii intuitu, obstela-

tionem & B. apostolorum Petri & Pauli nostræque humanitatis justione, ut nullus unquam ex imperatoribus, regibus, marchionibus, ducibus, comitibus, principibus, vel ex omni judicaria potestate accindus, seu in quolibet ordine & ministerio constitutus, in supra dictis episcopi vel canonicorum rebus, nec in ipsa intula ubi civitas Parisius videtur esse posita, & de regali via ex parte S. Germani Rotundi à S. Mederico usque ad locum qui vulgo vocatur Tuedella in ruga ejusdem S. Germani, nec in aliis minoribus viis que tendunt ad eundem monasterium, aliquam judicandam potestatem inibi exerceat, nec aliquem censum, neque teloneum, neque ripaticum, neque rotaticum, neque portaticum, neque bannum, sed nec ullas distinctiones faciendas, nec ullas paratas requirandas, nec foraticum, nec pulveraticum, nec ullas leges faciendas, nec de liberis hominibus albanisque ac colonibus in supra dicta terra commanentibus, aliquem censum, vel aliquas redditiones accipere præsumant, nec quamlibet maliciam, nec jacturæ molestiam, ibidem five pacis, five belli tempore inferre conentur, dum profecto amodo usque in finem seculi, ut prædictum est, summa stabilitate sub patrocinio & jurisdictione S. Romanæ Matris ecclesie permanendum cuncta decernimus. Si qui autem, quod non optamus, hæc que a nobis ad honestificandum S. Dei genitricis Mariæ & B. protomartyris Stephani, ceterorumque sanctorum qui ibi venerantur, pro ipsius stabilitate episcopatus statuta sunt, transgredi ausu nefario præsumpserit, sciat se anathematis vinculo innodatum, & cum diabolo & omniabus impiis, æterni incendii atrocissimo supplicio committitur. At vero qui pio intuitu custos & observatores horum præceptorum exstiterit, omnimodæ benedictionis gratiam, omniumque peccatorum suorum absolutionem & indulgentiam, & celestis vite beatitudinem cum sanctis & ecclis a misericordissimo Domino Deo nostro consequi mereatur in sacula sæculorum. Benevaleat. Amen. Data III. kal. Januarii per manum Dom. Stephani episcopi & bibliothecarii S. Romanæ ecclesie.

## X XIII.

*Charta fundationis ecclesie S. Maglorii Paris.*

*Edita est tom. 3. hist. Paris. qui completitur instrumenta ad eam pertinentia pag. 39. col. 2. & tom. 1. Hist. eccl. Paris. pag. 549.*

**I**N nomine Domini Dei & salvatoris nostri Jesu circa 980. Christi, Hlotarius & Hludovicus divina ordinate providentia reges augusti. Dum petitionibus Hugonis Francie ducis rationalibus & iustis divini cultus amore favemus, superna nos gratia muniri non dubitamus. Proinde novit omnium fidelium nostrorum, presentium scilicet & futurorum solertia quia vir prætaxatus honorabilis nostram petit clementiam præceptum firmisais a nobis fieri ex rebus quas idem pie monasterio sanctorum Bartholomæi apostoli & Maglorii archiepiscopi Britannie, urbis scilicet Dolensis contulit, quod fundavit in urbe Parisiaca ad sanctorum corpora, quæ ut peregrini hospitabantur per aliorum rura. Est autem prius terra in qua ipsum situm est monasterium quoniam datum est ipso die consecrationis ejusdem, videlicet redditiones nostrarum præbendarum quas libere tenemus; alodis quoque quem dedit ipso die translationis sanctorum ex potestate Milsiduni\*, cum omni integritate quæ ad ipsum pertinent, & capella inibi sita & consecrata in honore S. Dei genitricis Mariæ. Item alie res que prius dæte sunt, unde prior est capella in suburbio Parisiaco haud procul a monibus in honore S. Maglorii dicata, cum terra inibi adjacenti, in qua ipsorum sepultura est monachorum. Claufus etiam vineæ juxta Sanctas\* situs, quem dedit bonæ memoriæ Hugo filius Roberti regis. Item pars terre juxta montem martyrum, quem comes Fulco dedit; parvus & alodis quem dedit Willelmus juxta

\* Savetas, t. 4. anal. Bened. pag. 122.

eundem situs supra scriptum montem, necnon & Alodius in comitatu Melicko, qui dicitur Grandiscampus. Sed & ecclesie in Pincianensi comitatu, prima in potestate Medriaca, in honore S. Dionysii dicata, cum capella in Marois sita, in S. Marini honore fundata; alia in Vernolio ecclesia in honore S. Stephani dicata; & in eadem villa capella S. Hilarii nominata. Denique capella in villa que dicitur S. Leodegarii, in cuius nomine & honore benedicta constat; etiam Mansi 111. que tenet Ricullus in beneficio & supradicta potestate Madria. In episcopio Parisiaco & comitatu ecclesia S. Marie nomine sanctificata, & in eodem comitatu in potestate Iffica vinee unde exit census solid. xi. In comitatu etiam Milidunensi in potestate Savignica Manium i. Hec omnia supradicta, vel que deinceps a catholicis viris eodem constata fuerint ecclesie, ob amorem Dei & reverentiam ipsorum sanctorum confirmamus auctoritate nostra, quatenus semper sub plenissima defensione & emunitatis tuitione corroborata permanent. Ita videlicet ut nullas abhinc ad causas exigendas, aut fructu aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, vel seditiosos tollendos, aut homines ejusdem ecclesie tam ingenuos quam servos super terram ipsorum dominantes, in injure distringendos, nec ullas retributiones aut silticias occasiones requirendas nostris aut futuris temporibus ingredi audeat, vel ea que supra memorata sunt, exigere presumat; sed licet abbatii hujusmodi successibus res predicti monasterii sub emunitatis nostre defensione quicquid possidere, ad stipendia monachorum ibidem Deo famulantium perhenniter proficiat temporibus in augmentum. Volumus etiam ut nollet ac vellet, o dux clarissime, omniumque episcoporum ac comitum in hoc concordet assensus, ut idem locus semper abbatem habeat ex propria congregatione, qui ipsam causam Dei & monachos ibidem degentes sub normali honore custodiendo tractet: simulque volumus ut nullus metropolitanus aut aliquis subtersubjectus, etiamque pontifex Parisiaca causa alicujus ordinationis illuc ingredi presumat, nisi vocatus venerit, aut ad sanctam nullam celebrandam, aut ad ecclesias consecrandas, aut ad benedictiones clericorum faciendas, & quod debuit excusare non debet qui vocatus fuerit. Et quoniam peregrini atque alienigenae esse noscuntur, benigne, misericorditer ac pie a bonis & catholicis viris semper tractari ac contineri debeant pro Christo a quo & nos peregrinamur in mundo. Decrevimus etiam per nostri auctoritatem precepti ut novo super ipsos servos Dei potestatem exerceat, aut queptiam inter eos contra voluntatem ipsorum imponere tentet, sed in eorum semper dispositione, ordinatione & electione intus & foris omnia consistant, quatenus servos Dei, qui inibi Deo famulantur pro nobis, & conjugae ac prole nostra, seu pro duce ejusque conjugue necnon & prole, vel stabilitate totius regni a Deo nobis concessi, proque remedio animarum eorum qui pro amore Dei & sanctorum inibi sua tradidere donaria, eorum quoque qui futuris temporibus daturi sunt premia. Et hanc auctoritatem ut firmiter in Dei nomine habeatur a fidelibus sancte Dei ecclesie, & nostris diligentius conservetur, manu propria subterfirmavimus, & annuli nostri impressione signari iussimus.

## X X I V.

*Diploma Hugonis regis pro monasterio Fossatenfi.*

989. I. N. S. E. I. T. Hugo gratia Dei rex. Quidquid locis divino cultui mancipatis largiendo conferimus profuturum nobis ad eternam beatitudinem obtinendam, & ad presentem vitam feliciter transigendam omnino confirmamus. Itaque noverit omnium S. Dei ecclesie fidelium nostrorum presentium & futurorum industria, quis pro absolute peccatorum nostrorum, ad deprecationem venerabilis abbatis monasterii Fossatenfi,

nomine Maioli, & monachorum ejusdem congregationis, quod est dedicatum in sancte virginis Marie, ac principis apostolorum Petri, consociatione eorum non modicas necessitates, propter hoc placuit celestidini nostre in quadam villa in comitatu Parisiensi sita, cui est vocabulum Mansiones, mansum indominicatum, cum pratis, & terris arabilibus, cultis & incolis, & farinais, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, cum mancipiis utriusque sexus de quibus commemorantibus, five cum omnibus appendiciis suis, videlicet ecclesias duas, quarum una est mater ecclesia in honore B. Remigii & alia capella in honore S. Germani, & omnem vicariam in ea potestate habendam predicto abbati vel fratribus tradere & delegare. Unde etiam hoc celestidini nostre preceptum fieri, predictoque abbati vel congregationi dari iussimus, per quod memoratas res omnes ad supradicti monasterii fraterumque subsidium iuste legaliterque pertinentibus omniumque rerum summa integritate tradamus & delegamus, ut secundum eorum dispositionem successorumque administrationem per futura tempora ordinetur, eisque pro sua opportunitate utantur. Nostrum memoriale conjugueque, seu filii nostri Roberti, ac consortis regni nostri eternalis, fundens pro nobis preces inibi habeatur. Et ut haec auctoritatis nostre largitio nostris futurisque temporibus diligentius conservetur, atque ab ipsis fratribus securus possideatur, manu propria eam subter firmavimus, annulique nostri impressione insigniri iussimus. Signum Hugonis gloriosissimi regis anno secundo regnante Hugone rege. Regenaldus cancellarius scripsit. Datum mense xii. kal. Julii, indictione 11. Acta publice Parisiaca urbe.

## X X V.

*Donum Regenaldi Parisiensis episcopi factum mulieri nomine Oda.*

I N nomine regis aeterni Rainaldi Dei clementia 992. Parisiensis episcopus notum fieri volumus omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris quia per deprecationem fratrum congregationis sancte Marie cuidam femine cui vocabulum est Oda, quandam terram concessit in pago Volgassino ex Andrefiaca potestate, videlicet dimidium manium cum suis appendiciis, terris cultis & incolis, una cum assensu canonicorum nostrorum jure censuali concessimus, literas manus firmitatis exinde ei fieri iussimus, eo vero ordine ut quandiu supradicta mulier Oda cum filia sua Einengarde uniusque earum heres quicumqueque elegerint adixerint, omnia supradicta secure teneant & possideant, &c. Actum Parisiis pridie calend. Aprilis, anno v. regnante Hugone serenissimo rege, episcopus nostri anno i. Ego Rainaldus Parisiensis episcopus subscripsi. S. Hilarii decani, &c.

## X X V I.

*Rainoldus Parisiensis episcopus donum confert Majori monasterio.*

Eschival.  
Majoris monasterii.

I N nomine sancte & individue Trinitatis. Rainoldus non meis exigentibus meritis, sed gratia preveniente Redenprois Parisiensi episcopo, notum fieri volo omnibus coepiscopis, nostris presbyteris, diaconibus, seu cunctis utriusque ordinis clericorum scilicet ac monachorum quam presentibus tam & futuris per ventura tempora succedentibus, qualiter sancti Martini Majoris monasterii nostrum ferentem adierunt humiliter deprecantes, ut ob amorem Dei omnipotentis & sancte Marie ejus genitricis simulque prenominati confessoris Martini, & ut memoria nostra ac successorum nostrorum in eo loco perpetuatur habeatur, quandam terram de altare S. Stephani Parisiensis hanc locum ab urbe juxta ecclesiam S. Genoveve eis in perpetuum



populendam concederemus. Quod ita fecimus, Burchardo comite cui pertinere videtur, assensum prebente, eo videlicet ordine ut unoquoque anno missa sancti Martini habernalis in centus solidos v. persolvant, & si negligentes extiterint, legaliter emendant, & abique ulla inquietudine alicujus ejusmodi seu alicui homini ab hodierna die, & deinceps monachi Deo inibi fanu-lantes prestant terram & quidquid pertinere ad eam videtur, secure tenant atque possideant. Consilium hæc terra in pago Blesiacensi in villa que dicitur Gilliacus quatuor parte, & in Manico una quarta, & in villa Levris una. Actum Parisius VII. cal. Aprilis, anno VIII. regnante Hugone ierensissimo rege, episcopatus nostri IV. Et ut hæc descriptio majorem per tempora vigorem obtineat, coram nostris fidelibus manu propria eam subterfirmavimus, manibusque nostrorum fide-lium canctorumque canonicorum corroborandam tradidimus. Si quis autem, quod futurum non credo, post mortem nostram, aut episcopum nostro loco succedens seu aliqua persona contra hoc scriptum surgens infringere conaverit, sciat se ex autoritate Patris & Filii & Spiritus sancti & sanctorum Patrum, necnon ex ministerio nostro excommunicatum. S. Rainoldi Parisiorum episcopi. S. Burchardi comitis. Hilarius decanus. Elifernus archidiaconus. Albericus archidiaconus. Warinus archidiaconus. Humbaldus. Ansfoldus. Ermarus. Hildodus. Adelelmus. Ingelardus. Clarembaldus. Huido. Herbertus. Hildodus cancellarius hoc scriptum se præ-sente fieri iussit.

## X X V I I.

*Dubis tom.  
1. p. 630.*

*Charta Roberti regis canobio S. Maglorii nonnulla conferentis.*

997.

**E**GO in Dei nomine R. gratis Dei Francorum rex, notum volo esse omnibus sancte Dei ecclesie cultoribus nostrisque fidelibus tam futuris quam & præ-sentibus, quia memor divini iudicii & anime mee prodecessionem meorum filialis, per deprecationem gloriose genitricis mee Adelaïdis reginæ & per exhortationem domini Hugonis educatoris & consiliatoris nostri ad exaltandam & corroborandam congregationem SS. Bartholomei atque Maglorii concedimus quandam villam sitam in loco Petrosi vadi cum omnibus appenditiis & consuetudinibus, id est bannum & viarum & omnes terras ad Maiiacum pertinentes. Super hæc etiam omnia concedimus prenomminatis sanctis decimas omnium stipitem silve que dicitur Eulina, & decimationem piscaticæ totius salus Euline. Si quis autem successorum nostrorum, quod omnino non credimus esse futurum, contra hunc traditionis & donationis cyrographum venire aut infringere temptaverit, divine maledictioni & perpetuæ damnationi subjacet, & sit pars ejus in inferno interiori cum Dathan & Abiron, Simone atque Pilato & Juda traditore Domini in perpetuum. Fiat, fiat. Actum Parisius regnante Rotberto rege adolescentulo in anno secundo cum gloriosa matre sua Adelaïde regina. S. Rotberti regis. S. Adelaïdis reginæ. S. Burchardi comitis. S. Hugonis comitis. S. Ansfoldi. S. Hugonis Mellicensis.

## X X V I I I.

*Ex chart.  
Majoria mo-  
nasterii.*

*Robertus rex factum Majori monasterio donum confirmat.*

*Circa  
1004.*

**I**N nomine Domini Dei & Salvatoris Jesu Christi, Robertus rex & augustus divina ordinante providentia. Si illius amore cuius munere ceteris mortalibus sublimiores sumus, proprias facultates in alimoniis pauperum fue vestrum, quod usibus die noctuque invicem servientium digna retributionis mercede distri-buerimus, a Domino remunerari fideliter credimus. Nos quoque congruis petitionibus fidelium nostrorum; quas pro univeritate nobis annuatim gratuita mente,

A secundum nostræ regis magnificentie negotium probemus, protinus consensum ut cultum regie celsitudinis sectari videbimur, eosque ad nostræ fidelitatis profectum devotiores, & ad tuamen summi regnorum gubernaculi promptiores sentiamus. Quæ propter noverit universonum industria, tam etiam presentium quam futurorum, qua deprecatur adiens fidelissimus comes Burchardus, illiusque filius Parisiorum antistes, nostræ regalis largitionis munificentiam, ut ex rebus suorum beneficii, pro indulgentia eorumdem animarum, concederemus eis aliquid perpetuo condonare, oratorio videlicet piissimi confessoris episcopi Martini, quod Majus monasterium præ ceteris in nostris partibus hujus nuncupatur, ad usus fratrum ibidem Deo devote famulantium, hoc est etiam capella quedam S. Audoeni vice conservata, que proprio nostro olim eidem loco videbatur adjecta, sed a duobus Francie fuisse privata, ab eodem loco vero secit hæc tenus beneficiorum collata, quorum petitioni propter amorem & venerationem prædicti sanctissimi egregii alacriter adquevimus, & memoratam ecclesiam cum omni ejusdem adjacentia, vineis, pratis, rurius incultis atque cultis, cursus aquarum ac mancipia utriusque sexus, per nostræ traditionis auctoritatem ad eundem locum restitimus & præstitimus, eo scilicet tenore, ut perpetuo in ipsius jure monasterii consistat inconcussa, & nullus fidelium nostrorum, neque abbas ipsius monasterii, vel etiam Deo dispensante nostrorum successorum ullam habeat potestatem, prælibatam ecclesiam, atque omnia que ad eam pertinere noscuntur, de usu fratrum degentium loci abstrahendi vel minorandi, sed sicut supra sanctum est, memorata congregatio successores que sui ad id, quod superius diximus, de eis rebus quidquam inde quolibet modo exigi potest, sed habeant licentiam faciendi, ordinandi atque in melius dispo-nendi, tam presentibus, quam futuris temporibus. Proinde vero ut eis libentius pro nostri auxilii augmento, posterorunusque nostrorum Domini misericordiam impetra-re delectet. Et ut hæc nostræ concessionis atque reditionis auctoritas perpetuum & undique parte continet subnixum vigorem, propria manu corroboravimus, subter eam & annui nostri superficis presignari iussimus.

## X X I X.

*Johannes XVIII. confirmat donum a Rainaldo episcopo Parisiensibus canonicis factum.*

*Ex chart.  
13. 19. cap.  
11.*

**J**OHANNES episcopus servus servorum Dei. Impe-riose rationis institutione in quolibet ordinandis ac disponendis rebus aniquorum piæ & provide auctoritati, ut totius posteritatis subsequens adinvas diligenter obtemperando & prudenter imitando respon-deat utilitate sentitur & sanioris censura iudicii omni-modis roboratur. Et quoniam vita ipsa que fruimur, pollice multimodæ brevitate cohercet & plurique immatura succiditur, ad interminabilem diuturnitatis palmam altioribus salutarium velis virtutum subtrigi, ac felicioribus bonorum incrementis operum diatim unum-quemque summoneri quom fit sanissimum facile est in-terui: quibus in Dei nomine & pace sanctorum omnium permotus ego Regenoldus Parisiorum episcopus ex mei vice officii, commissi gregis vigilantia cura sollicitus, & memor magnæ diel tremendi examinis, & utriusque iustorum, sive iniustorum retributionis, operæ pretium duxi, ex accessibus patrimoniorum meorum, felici commercio mihi interiorum subsidia civium fenorari. Cujus devotionis fervore successus, notum esse volo omnibus tam futuris quam & presentibus, quia ob sempiternæ præntie remunerationis, & pro obtinenda delictorum venia genitorum meorum comitis videlicet Burchardi, ejusque opinatissime conjugi Elisabeh, ut gremiis sanctæ immortalitatis confoveri, & jucunditate lucis æternæ perpetim mereamur letari, placuit vestræ reverentie synodali conventu & favore, ac notitia

B ij

centus reipub. quoddam alodum, vulgo vocitatum Largum campum, conferre S. Marie Parisiensi ecclesie, & rebus vel usibus deputare fratrum inibi degentium, Deo que canonice militantium. Ut autem prædictus Largus campus in pago & comitatu Wallinensi confusus, filvis, villa & villulis, vineis, pratis, terris cultis & incultis, cum ecclesia in honore S. Maturini dicata cum omnibus appenditiis suis, ea quidem lege; ac omne iam dicti possessionem aliodi S. Marie & prædictis collegis canonice congregationis offerimus, ut nostri memorie illis ab omnibus habeatur in pfalleris, ac missarum sollempnis, ac cunctis vesperis, ac matutinalibus vigiliis, perpetuoque sit ratum iure, tria denique nostri anniversaria, videlicet patris & matris, atque ipsius annisitis Regenoldi, ut sollempni devotione & celebri commemoratione, annuatim profiteatur obnixè precamur. Si quis vero rationis expertus, livore & facilius avaritiæ pervasus, nostræ devotionis adeo manifestum pignus auferre, & quolibet iure, quacunque injuria voluerit impedire, mille auti librarum fratibus, vel canonicis S. Marie regia sublimitate cogatur exolvere, & rusticano more vel paritate, submissis, capitalis census dissolutione plectatur, & ad tollerandum perpes totius perpetuitatis tormentum, auctoritate Patris, & Filii & Spiritus sancti sit maledictus & confusus, & nullis sanctorum suffragiis mereatur mederi; sitque conjunctus diabolo & angelis ejus in inferno inferiori, & pereat in æternum. Datum IV. non. Decembr. per manus Petri abbatis & cancellarii sacri Lateranensis palatii, anno III. pontificatus Domini Joannis octavi decimi, & univèrsalis papæ in sacratissima sede B. Petri apostoli, indict. v.

## X X X.

*Ex chart. Privilegium Burchardi comitis Corboith & Rainaldi Parisiensis episcopi pro monasterio Fossatenfi.*

1006.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Utile ac peneecessarium est unicuique nostrum ex his quæ in hoc mundo sunt, sibi ad tempus a Deo collata propter Omnipotentis honorificentiam, maximeque delictorum nostrorum absolutorem loca & ecclesias in sanctæ & interemeratæ Dei genitricis honore & memoria, & leatorum apostolorum Petri & Pauli, aliorum quoque nihilominus sanctorum longe lateque per diversa orbis spacia constructæ auri argenteique copiis, ac plurimarum rerum donis locupletare, post gloriosam igitur genitricem Dei & hominis Mariam dignis, præ cunctis ac sublimis B. Petrum apostolum optimus & permixtissimus numeribus debeat placere, & ecclesias ejus novini dicatas, qui ligandi solvendique a Domino Jesu Christo plenam accepti potestatem, honorifice tractare, terrenis quoque possessionibus ditatas magis ac magis abundanter ampliare. Idcirco ego Burchardus nutu Dei & gratia Domini nostri Francorum regis Roberti, castri comes Corboith, una cum filio meo Rainoldo venerabili Parisiensium episcopo concedimus, & juris perpetui dono acquiescimus, & acquiescens favemus, ut omnibus ejusmodi que ordinis noster sit vel clericatus, qui de nostro beneficio aliquid in feudum quamvis magnum vel parvum possident, licentiam dandi aut relinquendi partem ex illo, ecclesie Fossatenfi & abbati Theobaldo qui ipsi ecclesie præest tunc, cunctisque ejus successoribus & monachis illic Domino sanctique militantibus, habeant & hoc absque seim & assensu dominorum, de quibus videntur possidere semper faciant. Hoc itaque donum tam pecuniare & maximum Fossatenfi ecclesie facimus ob amorem Dei & sanctæ ejus genitricis Marie ac sanctorum apostolorum Petri & Pauli sanctique Mauri dilecti confessoris Christi concedimus, quod nulli alii sancto vel ecclesie facimus. Insuper etiam addentes, ut si quis clericorum aut canonicorum ejusdem castri voluerit monachus effici, Fossatenfi efficiatur, sive dives sit, sive pauper: laici denique extra parochias suas ad nullam aliam ecclesiam admit-

tantur, nisi ad abbatiam Fossatensem, quia hoc in mandatum a dominis & principibus regibus nostris Hugone atque Roberto ipsius filio accepimus, ut omne bonum quod ipsi ecclesie impendere quocummodo poterimus, eorum fulti auctoritate & auxilio faciamus. Ut igitur nostri memorie a cænobitis semper habeatur & reclaratur in eadem ecclesia, hanc juvis concessionis componere & describere iussimus cartam, ut tanti talique doni semper habeatur in monumentum, ne unquam per futura ævi tempora labatur a memoria posterorum. Et ut securius ac firmius a nostris successoribus observetur, manibus propriis eam firmavimus fidelibusque nostris torbandam, tam clericis, quam laicis dedimus, quorum nomina describi iussimus. Actum publice in curia nostra Corboith, anno Incarnationis Dominicæ M. VI.

## X X X I.

*Præceptum Roberti regis pro Argentolio.*

*Ex chart. episc. Paris.*  
1007.

**R**Egis regum nutu Francorum rex Robertus. Cum nostris fidelibus cunctis catholicis palam id fieri volumus, a prædecessorum nostrorum curia circa sacre religionis iura constituto nequaquam deviare volentes, hortamur omnes ad finem locutitudinis tendentes quatinus sumopere invigilando auxilientur nobis ad privilegia erga res Dei sanctorumque ejus corroboranda, ut recipient ipsi nobiscum remissionem peccatorum pro hujusmodi re dignè exequenda: precibus etenim nostræ genitricis scilicet Adelaïdis regine insignis, cui profusus nihil denegare, verum omnimodis devotè inservire debentus, promoti, super quarundam ecclesiarum villarumque adquisitione præcepti que monialibus Deo famulantes in monasterio S. Marie de Argentolio ob animæ suæ patris quoque nostri Hugonis beatæ memorie atque reque nostra dedit libenter, cuius voluntati paravimus, & dilectissimæ petitionem ipsius idonea ratione persolvere curavimus. Sunt autem res collatæ hæc. Imprimis ea quæ possidebat Argentolio rex Hugo donans illa Deo sacris inibi degentibus, ad hoc Cænoibis ubi haberi æstimantur mansa viginti cum ecclesia in honore sancti Petri. Villa quoque Monialicum cum mansis septem & ecclesia in honore S. Martini. In Aconico vero vico mansa duo, & in Otrevilla similiter mansa duo & dimidium. In Villena quoque manum unum, inter Alneclum & Lisvillam manum unum. In Satorvilla x. mansa cum duabus piscationibus in insula de Berlicia, & in ipsa villa Toruella altera piscatio. In Argentolio mercatum & teloneum rotarum atque tenementum vini. In Lupocuite sex mansa. Villa Trapas quoque & quiddid ad eam pertinet cum ecclesia. Villecuis vero villa & quiddid ad eam pertinet cum ecclesia. Burdeinum quoque villa & omnia ad eam pertinentia cum ecclesia. Monasterium quidem villa cum ecclesia. Sanctum Loanvium villa cum ecclesia & molendino uno & cum arpenis vinearum XYIII. cum arpenis pratorum XII. Brathica villa cum omnibus appendiciis suis & ecclesiis. Merlant quoque villa. Caritus quoque villa cum tibus molendinis atque pratis. Hæc omnia supradicta prædictis monialibus data & ob amorem Dei & reverentiam beatissime Dei genitricis Marie confirmamus auctoritate nostra, quatinus sub plenissima defensione & emunitatis tuitione rata permanent. Ita videlicet ut nullus abhinc ad causas exigendas, aut freda, vel triluta, aut mansiones, vel paratas faciendas vel silepissuros tollendos aut homines ejusdem ecclesie tam ingenuos quam servos super terram earum commanentes injuste distringendos, nec ullos redditus aut illicitas occasiones requirendas nostris & suavis temporibus ingredi audeat, vel ea que supra memorata sunt exigere præsumat; sed licet ipsi supradicta sub firmatiss defensione quieto ordine possidere ad stipendia eorum sine tenus ibi Deo militantium. Et hæc auctoritatem ut firmior in Dei nomine habeatur,

in fidelibus quoque sancte Dei ecclesie & nostris diligenti observetur, manu propria subfirmavimus & sigilli nostri impressione signari iussimus. Actum in Palatia apud S. Dionysium anno XIII. regni Roberti gloriosissimi regis Francorum, indictione prima. Franco cancellarius ex regio precepto recognovi atque subscripsi. Robertus. Nos Johannes sancti Victoris, Jobertus S. Maglorii, Odo Herivallis, Thomas Hermeriarum, Nicholai Montis-astivi, Acho Livriaci abbas Parisiensis diocesis prefens scriptum contulimus cum ipso authentico sigillato sigillo quondam regis Roberti Francorum. Quod sigillum diligenter inspeximus, & tam in authentico quam in presenti rescripto eundem prolixum tenorem de verbo ad verbum invenimus, super quo testimonium perhibentes presenti charte sigilla nostra apponi fecimus.

## XX XII.

Ex chart.  
S. Marini  
a comiti.

Robertus rex Lemovecas canonicis S. Dionysii de carcere concedit.

Circa  
1014.

IN nomine S. Trinitatis, Robertus divina propitiantie clementia rex. Si precibus nostrorum fidelium, quando pro suis vel ecclesiarum necessitatibus aliquid nobis intimare voluerint, aurem libenter accomodamus, eorumque iustas petitiones ad optatum effectum perducimus, non solum regiam consuetudinem in hoc exercemus, sed eosdem nostros fideles Deo atque nobis promptiores facimus atque devotiores. Igitur omnium sancte Dei ecclesie fidelium, nostrorumque tam presentium quam & futurorum noverit indultum, quoniam adiens serenitatis nostre presentiam, quidam fideleium nostrorum nomine Anselmus, & uxor sua Reitrudis, assensu Rainoldi Milidunensis comitis & sancte Marie sedis Parisiense episcopi, humiliter deprecatus est, quatenus canonicis S. Dionysii de Parisiaco carcere pervigili prece inibi Domino famulantibus, ex quadam villa que vulgo vocatur Lemovecas, cum ecclesia & omnibus appenditiis, terris cultis & incultis, omnibus mancipiis, hoc nostre auctoritatis preceptum fieri iuberemus. Cujus namque congruum considerantes petitionem, predictis canonicis S. Dionysii predictum alodium sub precepti auctoritate, cum ecclesia & omnibus appenditiis concedimus perpetuo habendum. Si quis autem, quod nefarium est dici, plenus demoniaca potestate contra hujus precepti auctoritatem insurgere ausus fuerit, severis pressus iudiciis, terdenas auri libras regali censura cogatur exolvere. Ut autem hujus auctoritatis preceptum per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, manu propria subfirmavimus, & sigilli nostri impressione insigniri rogavimus. Franco cancellarius palatii subscripsit. Actum in palatio Aurelianis.

## XX XIII.

Charta Roberti regis pro Latinaco.

Diplom.  
pag. 581.

1019.

ROBERTUS Dei ordiante clementia Francorum rex. Si iustus fideleium nostrorum petitionibus libenter assensum prebuerimus, & que rationabiliter petierint, bone voluntatis gratia sine quovis typo persequere curaverimus, & hos nobis fideles fieri & nostri regni statum sub divina custodia credimus confirmari, maxime tamen si de his que ad honorem S. Dei ecclesie pertinent, id fieri contigerit. Noverit igitur communis ecclesie atque nostrorum industria fidelium, quod quidam de nostri regni principibus nomine Stephanus, nobilitate & potentia comes clarissimus, noster etiam nepos amantissimus, cessitudinis nostre munificentiam humiliter adit, & auribus nostre serenitatis devote intimavit, qualiter quondam abbatiam, cujus monasterium in Parisensi comitatu fundatum, in loco situm habetur, qui Latinacus dicitur, que olim amplis

terrarum spatiis, & largis possessionibus ditata claruerat, sed paganorum postea persecutione destructa, & penitus desolata fuerat, pater suus comes Herbertus restauraverit, ac suis fidelibus concambis redditus, abbatie propriam terram pro parte maxima restituerit. Prædictus igitur comes Stephanus humiliter expetit, ut precepto nostre auctoritatis confirmaremus, quantum terram quam pater suus ibi reddidit, sine doravet, vel ipse adhuc datus est, seu alii quilibet Christi & ecclesie fideles ex devotione datui sunt, hanc ipsa abbatia firmiter tenere & in perpetuum valeret possidere. Cujus precibus libenter gratia præbens assensum, consilio nostrorum principum, nostreque regni primatum, quod humiliter expetit efficaciter impetrare promeruit. Hoc igitur nostre celsitudinis preceptum fieri iussimus, per quod prædictam atque firmam, ut quicquid prædicta abbatia ad presentem tenere noscitur, vel quicquid ei deinceps possidendam a Christi fidelibus donatum fuerit, jure firmissimo tenet atque possidet. Ut autem hæc nostre auctoritatis preceptio firmior in Dei nomine obtineat vigorem, annuli nostri impressione subter eam iussimus sigillari. Actum Senonis civitate anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. regnante serenissimo rege Roberto XXXII. VI. kal. Martii Signum Roberti regis. Signum Hugonis regis. S. Henrici, S. Roberti. S. Letrici archiepiscopi. Baldunus subcancellarius vice Arnulphi archiepiscopi primi cancellarii recognovit atque firmavit.

## XX XI V.

Epistola Fulberti Carnotensis episcopi de Franconem episcopo Parisiensi.

Inter Fulbert. 88.

Benignissimo Domino suo regique R. F. humilis Circa sacerdos, si qua potest, orationis suffragia. Ex parte 1020. celsitudinis vestre dictum est, quod dominum Franconem Parisiensem ecclesie dare vultis episcopatum, & ad hoc peragendum nostre humilitatis habere favorem. Nobis autem videtur, quia si episcopus de quo agitur, apertus est clericus, est optime literatus, & ad sermonem faciendum agilis: in qua re omnes episcopi decet esse, non minus quam in operatione potentes, atque dicentos. Unde si hoc fieri posse canonicæ domni archiepiscopi Senonensis, & coepiscoporum nostrorum probavit sagacitas, nostrum etiam qui de hac discussione appellati non sumus habent assensum. In nullo enim quod bonum sit coram Deo vestre voluntati nitimur contraire.

## XX XV.

Epistola ejusdem de abdicatione Aetlini & electione Franconis.

Inter Fulbertinus 8.

Venerabili fratri & coepiscopo F. salutem. Circa Superfluum duxi longam fabulam nostri senis transcribere & mittere tibi, cum totam rationem, ejus si qua est, ex mea brevi responsione facile percipere possis, que fuit hujusmodi: Venerabili fratri in Domino & confederatori suo A. Fulbertus. A bit, frater, ut credatur, verum esse quod scripsisti, meum archiepiscopum & me, tuam confessionem publicasse, non est enim verum; tuque, dum talia scribis, bene meritis de te ingratus es, & injuste contumeliam facis. Si qua enim honesta tu novimus aut speravimus, fideliter es publicavimus, ad testimonium tue probitatis, contra illos maxime, qui discessionem tuam ab episcopo, avaritæ vel ignavie, vel turpitudini adscribere nitentur. Si qua vero occulta, que penitenda forent, nostre fidei credidisti, caute celata sunt. At si talia confessus es, que prius & postmodum ore vulgi ventitata sint, ea nos occultare nequivimus. Comperi autem ex litteris tuis tibi molestum esse, quod te monastice vite diximus amatorem,

Circa  
1020.

quod quia nocere non intelligo, molestum esse demiror. A Amor namque religionis, episcopali gradu quem repens, dignum te potius, quam indignum efficeret, si nihil aliud impediret. Utrum autem sit, vel quid sit, quod impedit, sagacitatem tuam non arbitror ignorare, si quadam gravis causa quam dissimulas non obstaret. Ea est huiusmodi. Si de repetendo episcopio querimoniam incipere velis, non satis apparet, cui cum iure intendere possis. Nullus enim te expulsi, nullus cathedram tuam te renitente pervasit. Sed tuemet ultro causa agitandis, ut aiebas, curam episcopalem simul & cathedram reliquisti, ut perhibent, & sine Franconem tunc decanum Parisiensem ecclesie, sive quemlibet alium subrogari tibi verbis & scriptis a rege petisti. Quod si ita est, & sic tibi consequenter substitutus est Franco, eligente clero, suffragante populo, dono regis, approbatione Romani pontificis per manum metropolitani Semonensis, fulcitur utique substitutio & consecratio ejus, favore quoque & auctoritate B. Gregorii pape, qui scriptis suis sicut nulli pontificum non petenti pro qualibet agritudine succedendum fore docuit, ia voluntarie renunciasti sedi suae successorem nullo modo denegavit. Si quid aliud est, quare te episcopatu carere oporteat, tu te noveris. Sin autem, hoc tibi nobis esse videtur, ut te facere valeat recuperationis exorem. Quapropter desine curiosos inligatores audire, desine reges & principes inefficaci querimonie tediosis scriptationibus fatigare, & ecclesie Parisiensi te importune obstrudere velle, quae, ut fatetur, nec patronum te habuisse gavisa est, nec doluit amississe. Quippe cum neque ex praesentia tua doctrinae profectum, neque ex absentia senserit detrimentum. Vive memor nolli.

## X X X V I.

*Henricus rex ecclesias S. Stephani, Juliani, Severini, & Bacchi canonicis Parisiensibus tradit.*

I N nomine sanctae & individuae Trinitatis, Henricus gratia Dei Francorum rex. Noverit posteritas omnium S. matris ecclesiae fidelium & nostrorum, quod quidam Imbertus Parisiensem ecclesiae episcopus, nostrae serenitatis adierit praesentiam, rogans & obnixus postulans, ut quosdam ecclesias in suburbio Parisiensi, nostrae potestati & antecessorum nostrorum antiquitus mancipatas, S. Stephani scilicet, Juliani martyris, Severini solitarii, necnon & sancti Bacchi, quarum quaedam olim abbatiarum dignitate sublimatae, & ideo receptaculum & stationem congregationi canonicorum praebentes S. Martini, sed propter regni perturbationem rebus concessis spoliatae solitudinis vacantes, parvum aut nullum antiquae possessionis retinuerant statum, praedictae congregationi concederemus. Sed quia apud nos pro suis meritis praedictus episcopus erat magnus, ejus voluntati nolentes aliquid derogare, concessimus ejus petitioni praedicta loca regali precepto & liberalitate, eo pacto & conditione, ut quando Giraldus clericus earum possessor vixerit, sine inquietudine per assensum canonicorum totius congregationis teneat, & post ejus excessum usibus canonicorum sine reclamacione mancipetur: & ibi pro remedio anime suae vel parentum meorum canonicis aggregentur, qui pro statu & incommutabilitate regni nostri exorantes ad utrumque sufficiant, scilicet & ad stationem more solito reddendam ecclesiae, & ad serviendum canonicis valeant communiter degere.

## X X X V I I.

*Henricus rex abbatiam S. Germani in Laia ecclesiae Parisiensi concedit.*

C UM vere gaudia immortalitatis sanctorum procul dubio neque aliis virtutum adquirantur obsequiis, & exhibitionibus elemosinarum ad profectum perve-

niatur animarum; cumque regie dignitatis semper requirat officium sanctae matris ecclesiae, si quod imminet, exterminare periculum, ipsiusque longaque propagare beneficium defunctorum patrum pietate collatum nullomodo externi viare supplicii speramus incendium, sic in quantum nostrae permittit facultati, divinum cessamus explere misterium. His igitur accensus monitis ego Henricus princeps licet non idoneus in regnum Francorum Deo volente constitutus, tam dominum Imberti Parisiorum praesulis adque peticionibus, quam christifidelis omnibus tam futuris quam praesentibus reverentiam christiane religionis debita, necnon condigna veneratione colentibus. Sanctae matris supradictae feliciter a cumalibus educatis uberius innovescere decrevi, ut abbatiam quandam in sylva quae

Lea dicitur, patris mei Rodberti clementia in honore S. Germani fabricatam S. Parisiensi ecclesiae concederem. Quod quia dignum videbatur annuens, orataque corde benigno suscipiens, cum consensu ac voluntate episcoporum atque abbatum, seu omnium comitumque militum meorum S. Dei genitrici cum omnibus quae ad eam pertinent, ipsam abbatiam contuli, ut quandiu loci illius praesules viverent, teneant, regant, nulloque nostrorum successorum auferente possideant, videlicet terram Filioicurti & in pago Pincio alare Aurex vallis & in pago Vilcafino alare Trece, in pago Belvacensi altare Borreui, & ecclesiam S. Martini in insula Parisii, item praefato praesuli quae ad ecclesiam ipsam non pertinent in suburbio Parisii quatuor arpennos vinearum. Sed ut hoc nostrae clementiae donum nostris futurisque temporibus firmum habeatur, placuit nobis quatinus exinde preceptum fieri jubereimus, videlicet ut nec nostris, nec reliquis post futurisque temporibus, aliquis hominum quodlibet ei impedimentum de iustem rebus inferre praesumat. Et ut haec nostri precepti auctoritas firmior habeatur, manu nostra fulserimuravimus, & sigilli nostri impressione figuravimus.

## X X X V I I I.

*Henricus I. rex inducit canonicos regulares in ecclesiam S. Martini a campis a se restauratam.*

*Edita haec charta in hist. S. Martini pag. 4.*

I N nomine sanctae & individuae Trinitatis, &c. Igitur ego Henricus Dei gratia rex Francorum sedula cogitatione recolens, qualiter decorem domus Domini & locum habitantium \* ejus dilexi; omnibus tam praesentibus quam futuris notum fieri volui. Porro antea Parisiense urbis portam in honore confessoris Christi Martini abbatia fuisse dignoscatur, quam tyrannica rabie (quasi non fuerit) omnino deletam, ab integro auxilio liorem restitui, ecclesiam, quae diu sterilis amissa prole ferverat, quaerens reddere fecundam caelesti sponso, religiosorum consilio viroorum, canonicis regulari conversatione illidem Deo famulantes attulimus, ut sine sollicitudine magis divinis, quam saeculi curis vacantes valeant vivere, de facultatibus dotem sacris ecclesiae ob remedium patris mei matricum meae animarum, atque pro mei conjugii meae & prolis salute & pace haec illis largior possidenda perpetuo jure: altare inprimis ejusdem basilicae omni clarificatum libertate, & terras quas circa eundem ecclesiam prius habebam, & quas illidem Ansfoldus cum nepotibus suis Milone scilicet & Warino mihi dedit, necedente Hugone comite propter praefati Milonis reconciliationem, qui tunc rex magni criminis erat advensum me; sed precibus Imberti praesulis accepta terrae cultura a supradictis nullibus, commissum illud, (unde centum libras iusto iudicio exolveret) dimisi. Has ego \* terras circa muros ecclesiae sitas eidem ecclesiae concedo, ea videlicet libertate, ut nullus in eis aliquam retributionem exigere praesumat: apud Parisios vero molendinum unum: in villa quae dicitur Alberti villare, terram quam ibi habebam: Noisfacum vero super Martenam situm, cum omnibus redditibus

Ex charta. lib. 19. pag. 47.

\* habitacione. Hist. 5. Mart. p. 4.

\* ergo. Hist. 5. Mart.

redditionibus & redhibitionibus terræ, silvæ, vinearum atque pratorum: in territorio autem Meldensi villam nomine Anethum cum omnibus redditionibus & redhibitionibus terræ, silvæ, vinearum, atque pratorum: de redditionibus quidem passionis, viciæ silvæ atque liegii \* omnem decimam. Item in pago Parisiensi Bongias cum omnibus redditionibus & redhibitionibus libere sibi adjacentibus. Sed & in pago Laudunensi Difiaci (excepto altari) dimidium cum præfatis possessionibus habeant, teneant, regant quæ possident. Illud ergo prætermissi nullatenus volo, quæ præfatam ecclesiam ea firmitate munio, quatenus in perpetuum regio jure ab omnibus fore concedatur libera, tam videlicet intra ambitum munitiois ejus, quam extra in proximo illius, in thelonis, in fredis, in iustitiis, in omnibus quæcumque jus nostrum exigit fisci, nemo unquam illam inquietare audeat. Canonici etiam hanc potestatem habeant, ut, abbate obeunte, assensu fratrum, boni testimonii virum, nemine perturbante, restituant. Verum etiam ut ea fiska firmitate teneantur stabili, hanc chartam in qua, me præcipiente, hæc omnia scripta sunt, sigillo meo faterfirmavi. Ego ipse rex Henricus & regina pariter, & Philippus filius meus cum fratribus suis manu firmata corroboravimus. Quam quidem Mainardus Senonum archiepiscopus cum Ymberto Parisiorum prælate, alique quam plurimi, tam pontifices quam laici principes confirmaverunt & corroboraverunt omnibus supra memoratis favemus. Si quis autem post hæc privilegium hoc violare præsumpserit, primum sacrilegii sine tante auctoritatis negligentie reus duro anathemate feriatur, deinde nefarie præsumptionis irritus gravi census detrimento damnetur. Anno regni supradicti regis XXXVI. \* Adum anno ab Incarnatione Domini M. LX. Indiæ. XV. Parisius publice. Signum Henrici regis. S. Philippi regis. S. Annæ reginæ. S. Mainardi archiepiscopi Senonensis. S. Gervasii Remensis archiep. S. Ymberti episcopi Parisiensis. S. Odolrici archidiaconi Parisiensis. S. Balduini cancellarii. S. Voizelini capellani. S. Richardi capellani. S. Radulphi comitis. S. Theobaldi de Montemorencii. S. Rainaldi camerarii. S. Albrici constabularii. S. Wilhelmi seniscalci. S. Hugonis buicalarii. S. Roberti cocli. S. Radulphi Belvacensis. S. Yvoris subcamerarii. S. Walteri filii Berneri. S. Amalrici Rufi. S. Willibradi fratris Baldrici. S. Widois Ambianensis episcopi. S. Walteri Meldensis episcopi. S. Elinandi Laudunensis episcopi. S. Frolandi Silvanectensis episcopi. S. Trecentis episcopi. S. Roberti filii comitis Balduini. S. Widois Pontibvensis comitis. S. Baldrici. S. Engenulfi. S. Amalrici de Monteforti. S. Stephani præpositi. S. Framericoci.

### X X X I X.

#### *Diploma Philippi regis pro monasterio sancti Germani a Pratis.*

1061. **I**N. S. I. T. Ego Philippus gratia Dei Francorum rex. Innotescit quod Dagobertus olim rex Francorum inter alia pietatis opera quæ gessit, maxime ecclesiarum Christi cultor devotissimus extitit: nam quasdam a fundamentis ædificavit, ut ecclesiam S. Dionysii martyris, basilicam quoque S. Martini Turoneris regali munificentia ampliat, atque complures, inter quas ecclesiam S. Vincentii & S. Germani in suburbio Parisiæ urbis suis temporibus ditare cupiens, ut dignum erat regali majestate, plurima prædia ipsi loco tribuit. Inter quæ etiam quandam villam sui juris nuncupatam Cumbis assuetudinibus redditionibus copiosam in Briacensi territorio suam sibi delegavit. Quæ ut diximus, ita copiose exuberabat redditionibus, ut olim, Danorum scilicet temporibus, asylum foret monachis

\* Annu XXXVII. regni Henrici & annu Christi 1060. non conveniunt, error est præterea in Indictione quæ non XV. ut in charta, sed XIII. anno 1060. numerabatur.

A præfatæ ecclesie. Illi namque ingruente persecutione præfatæ gentis monachi cum corpore almi Germani non fesset, sed bis & ter, confugerunt. Hanc igitur villam dum per succedentium temporum curricula jam dicta ecclesia absque inquietudine retineret, accidit tempore Hugonis ducis, qui Magnus cognominabatur, ut ipse dux, sicut alias ecclesias attenuaverat multis prædiis, ita quoque hæc ecclesiam militaret ablatione multorum possessionum. Unde inter alia præfata villam Cumbis cænobio S. Vincentii & S. Germani detraxit, quæque desit in beneficio cuidam Hilduino nomine comiti de Monte, qui vocatur Desiderius. Qui cum diuturno tempore vivens via decessisset, iocundum Hugo dux, qui cum ecclesiis SS. Injuste abstulerat, in proprios usus sibi vindicavit, & post eum olim Hugo rex filius ejus, dum advixit, similiter eam tenuit. Dominus quoque Robertus rex filius ejus post illam villam mortem jam dictam aliquanto tempore in suo dominiu habuit. Cujus temporibus, domini scilicet Roberti regis, & maris ejus Aedelidis accidit ut ipse dominus rex daret in matrimonio forem suum Rainerio comiti Montensium. Cum foret desit ipsi comiti quasdam villas S. Germani super Mosam postitas, videlicet Cuvinum, Fraxinum, Nimam, Evam, Bons, pro quarum commutatione reddidit monasterio prædictorum SS. villam sæpius nominatam Cumbis, quam, sicut præstavimus, a Dagoberto rege ipsa ecclesia acceperat, & longo tempore tenuerat. Igitur ea tempestate quæ dominus Robertus rex a seculo migravit, dum ei successisset in regno viro memorato dominus Henricus rex filius ejus, & multis lætiorum turbulentiis regnum ejus ab Odone comite, & aliis quam plurimis inquietaretur, ratus Manasses nepos supradicti Hilduini comitis invenisse se tempus & occasione recuperandi villam quam suus avunculus Hilduinus tenuerat, adit domini regem Henricum inquietans eum sæpius pro eisdem villæ repetitione. Qui reitius ne ab eus fidelitate una cum aliis discederet, coactus ei reddidit prædium Cumbis, quod avunculus patris ejus Hilduinus scilicet temerario ausu, sicut jam diximus, usurpaverat. Sed cum idem Manasses post trimum fere via decessisset, iterum R. Henricus eandem loco SS. restituit, quam hæctenus absque aliqua inquietudine ipse locus tenuit. D. vero Henrico R. obeunte dum ego Philippus filius ejus admodum parvulus regnum eius cum matre suscepissem, plurimi ex prociis nostris in quorum tutela & nos & regnum nostrum esse decelari, insidite ceperunt plura a nobis exigentes, quæ juste vel quæ injuste illis autem visum est omnia iuste. Inter quos Odo comes filius præfati Manassetis villam Cumbis exigebat dicens eam sibi debere hereditario jure, eo quod avunculus patris ejus Hilduinus usurpaverat. At nos nolentes homines nostro palatio contiguos & lateri quodammodo adherentes perturbare, coacti ei reddidimus villam Cumbis quam petebat. Sed ne veneretur nobis in infantium istud delictum, scilicet quod a loco sanctorum auferamus, hoc prædium quamvis coacti, pro salute genitoris & nostræ etiam nostræ pro commutatione villæ Cumbis novavimus cænobio S. Vincentii & S. Germani quamdam villam nostris juribus nuncupatam Banniolis suam prope viciniam Parisiæ urbis, cum omnibus redditionibus & consuetudinibus, sicut patet meo jure quieto tenuerat, nec non cum omnibus appendiciis suis, ea tamen conditione interposita ut dum prædictus Odo comes via decesserit, ut si iterum qualibet justa occasione ipsam villam Cumbis amiserit, ad domini SS. redeat, unde ad præsens auferatur & nostra possessio absque ulla calumnia ad nostrum jus redeat. Hujus scripti & conventionis adimplationem & corroboracionem nostra auctoritate & sigilli nostri impressione firmavimus. Actum Philippo rege anno ab Incarn. Domini 1061. regni vero ejus primo. Ego Balduinus scripto subscripsi.

## X L.

Epist. sancti  
Martini a  
Campis pag.  
12.

*Philippus I. Francorum rex dedicari curat ecclesiam S. Martini a Campis, cui ab Henrico rege donata confirmat, traditque abbatium sanctorum Symphoriani & Samsonis Aurelianensium.*

1067. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, &c. Ego itaque Eduodus Francorum rex, hac prophetica edoctus exhortatione, & precedentium patrum, Francorum videlicet regum ( & maxime dilectissimi patris mei Henrici ) exemplo provocatus, quorum devotissimum studium erga divinam religionem & ecclesiarum instructionem cognovi, notum fieri volo cunctis fidelibus sanctæ Dei ecclesie curam gerentibus, tam presentibus, quam futuris, quia ecclesiam sancti Martini prope Parisius sitam, quæ vocatur de Campis, quam tyrannica rabie destructam, & pene ad nihilum redactam pater meus quod pater meus renovare & reedificare studuerat, & nullis beneficiis & donariis ditaverat atque ornaverat, & canonicos quamplures corobaliter viventes ibidem aggregaverat, post mortem ipsius dedicari feci; & opus quod pater meus mortis surripiente articulo præventus complere non potuit, ego pro ipso supplivi. Ad cuius dedicationem celebrandam multo convocato conventu pontificum & procerum nostrorum nobilium, tam clericorum, quam laicorum, ego ipse præsentiam meam obtuli, & ob amorem Dei & honorem pretiosissimi confessoris B. Martini, cuius nominis attilulata est, & requiem supradicti patris mei defuncti omnia quæ ipse sibi donaverat concessi; plurima etiam, quæ in nostra potestate erant, adauxi. Abbatium videlicet S. Symphoriani & S. Samsonis, quæ est Aurelianis intra muros civitatis sita, & medietatem fori, quod statumius in loco ipsius monasterii calendis Novembris, tan de thelonis, quam de iustitiis & fecis & redditibus, quæ in toto tempore ipsius fori jus nostri exigit fici. Hæc omnia illi ecclesie in perpetuum habenda concessi, & hoc testamentum in se fieri præcepi. Et ut æternum firmitatem habeat, sigillo meo subfirmavi & corroboravi, & omnibus episcopis, qui adfuerunt, & principibus regni mei firmandum præsentavi. Si quis vero, quod absit, & quod minus credimus, hoc regale & legale statutum aliqua temeritate calumniare vel violare præsumpserit, sciat se regie majestatis reum & anathematis gladio ferendum. Actum Parisius publicè anno ab Incarnatione Domini M L X VII, Indiæ. v. auno regni Philippi regis VII. Dedicata sub eodem tempore ipsa ecclesia a supradictis pene omnibus episcopis. Signum regis Philippi. Hugo frater regis, Balduinus comes Flandrix. Richerus Senonensis archiepiscopus. Gaufridus Paris. episc. Guido Ambian. episc. Gaulterus Meldensis episc. Hugo Trecentis episcopus. Rogerus Caslaun. Episcopus. Agolandus, idem. Ivo Savenus episcopus. Drogo archidia. Paris. Ivo archid. Parisiensis. Lando præceptor Parisiensis. . . . . Milo decanus S. Dionysii de Carcere. Engelardus abbas ipsius loci. Gillebertus prior. . . . . Haimo decanus sanctæ Crucis Aurelian. . . . . Rainaldus S. Martini thesaurarius Turonensis. Balduinus comes junior. Hugo comes Mellensis. Willemus comes Suceffion. Rainaldus comes Curbulienis. Ursio vicecomes Melidun. Guido de Monte-Letheri. Simon de Monteforti. Theobaldus de Montmoraco. Radulfus senescalcus. Walteranus camerarius. Baldricus consularius. Engenullus hucularius. Adam pincerna. Guido marscalcus. Drogo pincerna. Engelramus pedagogus regis. Petrus cancellarius. Eustichius capellanus. Gaufridus subcapellanus. Amalricus de Castelloroni. Fredericus de Curbaillo. Stephanus præpositus Parisiensis. Malbertus præpositus Aurelian. Walterus præpositus Piffacensis. Willemus de Gomethiaco. Hugo de Novo castello. Mairenus de Sparrone. Herveus de Marlio. Warinus de Illo. Warnerus de Parisius.

IV. cal. Jun.  
ex recentiori  
ms. codice.

**A** Fromundus frater ejus. Giraldus Hostensis episcopus. Post subscriptis similiter Rainaldus apolloicæ iodiæ legatus.

## X L I.

*Gaufridus Parisiensis episcopus dat monachis sancti Florentii Salmauricenis priorem de Brueris.*

De chart.  
Salmauric.

1070. **E**GO Gaufridus Dei gratia Parisiorum episcopus omnium Dei servorum servus. Notum fieri volo omnibus christiane fidei cultoribus dominum Willemum abbatem S. Florentii cum monachis nostram in nostra sede presentiam adfuisse, nostram fraternitatem suppliciter exorasse quatenus Deo sanctoque Florentio ac monachis ejus ecclesiam S. Desiderii & capellam B. Marie de castello Brueris dicto concederemus, necnon ecclesias ad castellum Gomer pertinentes, videlicet ecclesiam S. Germani & ecclesiam S. Clari, atque apud villam Buqueval ecclesiam S. Marie, apud villam Duell ecclesiam sancti Eugenii martyris. Ego autem attendens humilitatem & in Dei servitio sanctam devotionem consilio archidiaconi nostrique canonice canonice approbato, maxime eorum humilitati, sanctæ devotioni illorum per omnia libenter adquevi, & quod a me petebant salva quidem omni susceptione. . . . . meis prius habueram, sed in omnibus episcopi archidiaconi communicatione seu. . . . . communicatos, seu interdiktos. Observata ut deinceps inconsummum habeatur. . . . . confirmandum fuerat confirmandum tradidi. Sig. episcopi. S. archidiaconi. S. sacerdotis. S. Godefridi sacerdotis. S. Giraldi diaconi, &c. Ulgisii cancellarius. Actum Parisius anno ab Incarnatione 1070. regnante rege Philippo, Gaufrido Parisiorum episcopo, qui relegit & subscripsit.

## X L I I.

*Præceptum Burcardi Corboilenfis comitis pro abbatia Corboilenfi.*

*Edita est integra tom. 2. hist. ecclæs. Paris. pag. 3. ubi pro 1071. legitur 1070.*

1071. **C**AROLUS Dei gratia Francorum rex. Notum fieri volumus universis, &c. nos litteras vidisse formam quæ sequitur continentes. In Dei nomine ego Burcardus gratia Dei Corboilenfis comes. Orthodoxæ religionis auctores, &c. Omnibus igitur, &c. Innotescit quod nostri castelli proceres & optimates pari consilio ac simili voto nostram presentiam adierunt omnine suppliciterque postulantes & deprecantes, quatenus ecclesiam duodecim apostolorum & leatorum confessorum Exuperii & Lupi in eadem videlicet Corbolio sitam, ab antecessoribus nostris antiquitus constitutam, & diversarum rerum commoditate admodum ditatam, ad extremum vero a quibusdam tyrannica pervasione pene desolatam, & pravis usibus pervertitque occasionebus undique circumventam, liberam & immunem ab omni iniuria potestate & iniqua dominatione sub litterarum testamento amodo efficere curarem. Quorum petitioni tam iustæ & rationabili libensissime adquecens pro nostris parentumque nostrorum animarum redemptione ab ipsa ecclesia ejusque canonicis, omnem injustæ dominationis infestationem removemus. Claustramque insuper ibidem antea non habitum sicuti fidelium nostrorum hortatu precibusque designavimus eidem canonicis habendum immunem, & sine ulla inquietudine in perpetuum concedimus, tali tenore, talique conditione, ut neque nos, neque successores nostrorum aliquis, neque ejusdem loci abbas, sive ulla cujuslibet dignitatis persona in ipsa ecclesia, sive in ipsa canonicis, vel in claustrum aliquum deinceps injustam potestatem exercere præsumat. Hujus ergo libertatis sacrificium ego Burcardus comes Deo inviolabiliter offerre cupiens, hoc præceptum fieri jussi: & ut perpetuum obtineat vigorem, regie majestati

corroborandum transiit, &c. Actum Parisius ab In-  
 caratione Domini anno M. LXXI. indict. x. epacta  
 XXVIII. concurr. v. iv. non. Novemb. regnante  
 Philippo, XII. regni actum est.

Ego ipse rex Philippus & Burcardus Corboilenfis  
 comes hanc cartam manu firmatam corroboravimus,  
 quam quoque Richerus Senonensem archiepiscopus, cum  
 Gaufrido Parisiensi presule, alique quam plurimi,  
 tam pontifices, quam laici principes corroboraverunt . . .  
 annuente Johanne abbate suprascripte ecclesie, &c.  
 S. Philippi regis Francorum. S. Richerii archiepiscopi  
 Senonensis. Sig. Gaufridi Parisi. episcopi. S. Gauterii  
 episcopi Meldensis. S. Hugonis Trecentis episcopi.  
 S. Milonis decani. S. Gotselini archidiaconi. S. Drogonis  
 archidiaconi. S. Luonis archidiaconi. S. Frederici fenealci.  
 S. Guidonis buticularii. S. Adelini constabularii. S. Watriani  
 camerarii. S. Eustachii capellani. S. Gaufridi  
 capellani. S. Manassei Remensis archiepiscopi. S. Widonis  
 Ambianensis episcopi. S. Widonis Belvacensis episcopi.  
 S. Elinardi Laudunensis episcopi. S. Rogerii Cata-  
 lunensis episcopi. S. Radolphi Noviomensis episcopi.  
 S. Odolrici prepositi ecclesie Remensis. S. Warini  
 archidiaconi. S. Hermannii grammatici. S. Johannis  
 abbatis Corboilenfis. S. Gonerii precentoris. S. Du-  
 ranti thesaurarii. S. Moradi canonici. S. Wlgynti  
 fratris abbatis. S. Seint canonici. S. Theobaldi Ger-  
 nardi. S. Gaudeici filii Herteyndi. S. Helie filii  
 Richardi. S. Gauterii Tolani. S. Burcardi comitis.  
 S. Willelmi comitis Noviomensis. S. Radulphi comitis.  
 S. Hugonis comitis Meldensis. S. Hugonis comitis  
 Domini Martini. S. Luonis comitis Belluonensis. S. Wi-  
 donis de Montethei. S. Hervi de Marluco. S. The-  
 baldi de Montemorenci. S. Simonis de Monteforti.  
 S. Willhmi de Guiseho. S. Gileberti de Firmitate.  
 S. Almarici de Castelloroti. S. Baldaini Corboilenfis.  
 S. Udonis vicecomitis. S. Berardi Pagani. S. Tedonis  
 filii Sigifmundi. S. Petri Tolardi. Petrus cancellarius  
 subscripsi.

## X L I I I.

*Charta Philippi regis donationem Simonis comitis  
 Montisfortis factam canobio S. Maglorii  
 confirmantis.*

1072. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Ego Phi-  
 lippus gratia Dei Francorum rex, omnibus sancte  
 matris ecclesie fidelibus, tam futuris, quam presen-  
 tibus, notum fieri volumus, quod quidam miles de  
 castro, qui *Montisfortis* vocatur, Symon nomine,  
 nostram adierit presentiam, rogans & obnixè postu-  
 lans, ut suæ devotioni assensum preberemus, quatinus  
 ecclesiam SS. Petri apostolorum principis atque Lau-  
 rentii archidiaconi & martyris, quæ in eodem castro  
 suæ habentur, & quæcumque ad eandem pertinent, sibi  
 liceret dari nostro nutu ecclesie SS. Bartholomei &  
 Maglorii nostro pabito adherenti; cujus petitioni be-  
 nigne assensum præbentes eo tenore concedimus cum  
 voluntate optatum nostrorum, ut quæcumque inibi  
 nunc vel anodo miles jam dictus, sive quique fideles  
 dederint abbati & suis monachis, ad Dei servitium  
 præagendum, sine ulla inquietudine licet habere & per-  
 petualiter possidere, ut pro nostra incolumitate seu  
 regni stabilitate, vel pro nostrorum peccatiuum &  
 eorum omnium qui inibi sua tradiderint absolute  
 die noctaque Deum ac Dominum nostrum assidue  
 valeant exorare. Et quoniam idem locus ex beneficio  
 nostro fundatus ecclesie nostre jure redditur, ea ratione  
 quæ & antecessor noster Hugo magnus precepto suo  
 ecclesiam S. Maglorii firmaverat, & nos hanc præci-  
 pinus firmari; ita ut ab hodierna die nullus metropoli-  
 tanus, nullus episcopus, nec is etiam qui Carnoimam  
 tenuerit cathedram, aliquam violentiam super ipsos ser-  
 vos Dei audeat inferre vel aliquo modo aliquid ab eis  
 violentè exigere. Denique præcipimus, donno Symone  
 volente, qui hujus loci post patrem ædificator esse

*Tomus VII.*

**A** cernitur, ut omnes homines ad ipsos pertinentes, vel  
 quæcumque a nobis & ab antecessoribus nostris hereditas  
 donata sunt, vel anodo habent, ab omni omnino  
 exactioe nostrorum hominum & suorum sint liberi.  
 Quod si quis contra hujus nostre auctoritatis præceptum  
 assurgere temptaverit, primo centum libras auri coactus  
 nostro fisco persolvat, insuper & fidelibus sancte Dei  
 ecclesie & nostris diligentibus confiteatur, manu propria  
 subterfirmavimus, sigillique nostri impressione  
 figurari iussimus, ac fidelibus nostris corroborandam  
 tradidimus. Signum domini Richarii Senon. archiepiscopi.  
 S. Gaufridi Antistodori. episcopi. S. Simonis de castro  
 Montisfortis. S. Guillelmi abbatis S. Benedicli. S. Waler-  
 ranni camerarii. S. Frederici dapiferi. S. Almarici  
 Simonis filii. S. Guidonis buticularii. Sig. Samsonis  
 cap. Sig. Warnerii militis. S. Ainaridi militis, & alii  
 quamplures. Actum publice Parisius in aula regis,  
 anno Domini Nativitatis 1072. indict. x. regni quæ  
 Philippi regis XIII. Ego Gaufridus cancellarius re-  
 legendo subscripsi.

## X L I V.

*Philippus I. Francorum rex S. Martini monasterium  
 tradit Hugoni Cluniacensi abbati.*

*Hist. Leodi-  
 Marini pag.  
 19.*

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis, Patris &  
 Filii & Spiritus sancti. Noverint cuncti fideles sancte  
 Dei ecclesie, quod ego gratia Dei Francorum rex  
 Philippus nomine, dono & concedo Domino Deo, &  
 sanctis apostolis ejus Petro & Paulo ad locum Cluni-  
 acum in manu domini Hugonis abbatis, & omnium  
 abbatum, qui in eodem loco futuri sunt post eum in  
 æternum, locum qui dicitur S. Marini ad Campos,  
 quem pater meus Henricus fundavit, ut habeant &  
 possideant in perpetuum, cum omnibus appendiciis ad  
 eundem locum pertinentibus, id est terris, vineis, sicut  
 Engelardus abbas possedit in vita patris mei & in tem-  
 pore meo, salva subjectione debita sancte matris ecclesie  
 Parisiacensis. Facio autem hanc donationem pro remis-  
 sione peccatorum meorum & genitoris genitricisque  
 meæ & omnium regum Francorum antecessorum meo-  
 rum, ut cum omni libertate & quiete absque ulla ca-  
 lumnia alicujus viventis persone vel potestate præstant  
 locum possideant; ut Deus omnipotens, intervenien-  
 tibus beatis apostolis suis Petro & Paulo, regnum &  
 vitam nostram cum pace & tranquillitate disponat in  
 presenti seculo & in futuro seculo sempiterna gaudia  
 concedat. Ut autem hæc donatio firma & stabili atque  
 inconcussa permaneat, hoc præceptum manu propria  
 firmo & corroboro, ac sigillo proprio sigillari præci-  
 pio, testibusque firmandum trado. Signum Philippi  
 regis Francorum. Sig. Hugonis Eduensis episcopi.  
 S. comitis Raimaldi de Nivernis. S. Roberti dapiferi.  
 S. Roberti de Alliaco. S. Gauterii de Cluniaco. S.  
 Ebonis de Montecello. Si quis autem hoc donum vel  
 præceptum calumniare tentaverit, iram omnipotentis  
 Dei & omnium sanctorum ejus incurrat, & insuper  
 regia potestate contritus vendicare nequeat quod  
 repeti, usque dum a calumnia recedat. Hujus rei testes  
 sunt & confirmatores, canonici ipsius loci, Gotsfredus  
 prior, Eustachius, Gislebertus, Daimbertus, Gauterius  
 duo, Mainardus, Gotsbertus, Malfredus, Bernardus,  
 Hugo, Robertus, Arraldus. Actum publice apud S.  
 Benediclium de Floriaco, an. incarnati Verbi M. LXXIX.  
 anno regni nostri XIX. Ego Gislebertus ad vicem Ro-  
 gerii cancellarii relegendò subscripsi.

Cij

## X L V.

*Es cartul. S. Martini.* *Gaufridus Paris. episcopus monachis S. Martini a Campis largitur altare in villa Bongecis.*

1088. **I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Divinarum auctoritate scripturarum informamur, ut dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime vero ad domesticos fidei operemur, & peccata ac iniquitates nostras tabernacula, iuxta illud evangelicum, de his que relinquenda indignè possidemus, nobis faciamus. Qui vero fideles amici ac veriores pauperes seu ad interpellandum Deum familiariores, quam hi qui instar apostolorum omnibus exuti pauperem Christum & pauperes ipsi sunt secuti, ac pro amore cœlestis patriæ dura obedientie onera laturi, alterius jugo se summiserunt religiosi scilicet ac catholici monachi? Quisquis ergo in nullis se meministi deliquisse, studeat necesse est illis prodesse & auxiliari, quorum merita sibi credit in ipso districto examine suffragari. Hæc itaque & hujusmodi ego Gaufridus Dei gratia Parisiorum episcopus apud me pertractans, notum fieri volo omnibus, tam presentibus, quam futuris, quoniam confratrum ac amicorum nostrorum monachorum Cluniacensium in ecclesia beati Martini prope Parisius sua Deo simulantium exemplo ac petitione provocatus, dono Deo & ipsi predictæ ecclesie, que vocatur de Campis, fratribusque ibidem Deo servientibus altare quoddam, quod fuerat mei juris cum arrio & his omnibus que ad ipsum altare pertinent in villa quadam Bongecis nomine. Quæ villa ex largitione pie memorie excellentissimi regis Francorum Henrici, qui ipsam predictam ecclesiam honorifice restauravit, cum multis aliis donatis ipsi ecclesie primum tradita fuerat. Hoc, inquam, altare cum omnibus rebus & redibitionibus ejus dono, liberum concedo & transfundo predictæ ecclesie, ipsisque fratribus Cluniacensibus perpetuo jure tenendum & possidendum, nullo mihi vel successoribus meis inibi jure retento, præter synodum ac circalium & curam animarum pocheriano presbitero a nobis commissam. Hoc in domino facio & ego Drogo archidiaconus, in cujus archidiaconatu ipsum altare habetur, & ad cujus manum tertia pars omnium reddituum ipsius altaris tunc pertinebat, omnia videlicet supra memorata predictæ ecclesie donando & concedendo, laudantibus quoque & annuentibus omnibus canonicis, tam præpositis quam inferioris ordinis ecclesie B. Marie Parisiensis. Et ut hoc donum stabile & inconcussum permaneat, hanc cartam in qua me præcipiente hæc omnia scripta sunt, sigillo meo subscriptam, &c. Adum Parisius publice in capitulo sancte Marie Parisiensis, anno ab Incarnatione Domini 1088. regnante Philippo Francorum rege anno XXVIII. Goisfredo vero Parisiorum episcopo anno XXVII. Indictione quoque x. S. Goisfredi Parisiorum episcopi. S. Johannis decani. S. Joscelini archidiaconi. S. Walterii sacerdotis. S. Goderanni sacerdotis. S. Walterii canonici, & Meldensis episcopi. S. Ivonis archidiaconi. S. Roberti sacerdotis, &c.

## X L V I.

*Hist. sancti Martini. p. 2. 317.* *Donatio ecclesie Montis Martyrum facta canobio S. Martini de Campis.*

1096. **V**IR quidam egregius & miles strenuus, Paganus appellatus, a baptisinate Walterius, & uxor ejus a baptisinate Hodierna comissa nuncupata, imitari volentes præcedentium patrum exempla, de possessionibus suis sancte B. Martini de Campis ecclesie dedere ecclesiam, que sita est in monte, qui nuncupatur Mons Martyrum, altare videlicet & capsum, sepulturam & tantum atrii uli fierent officinæ fratrum, decimæ tertiam partem & tertiam partem hospitium, terræque medietatem carrucæ ad possidendam. Hoc

A vero publice factum est in suprascripta B. Martini de Campis basilica, & super sacrosanctum altare donum est positum a suprascripto Pagano, & conjuge sua, videlicetbus cunctis, qui aderant, quorum hæc sunt nomina, Petrus & Walo milites ipsius Pagani, &c.

Volens itaque omnipotens Deus, qui est futurorum omnium prædictus, ut absque calumnia, sua quiete possideret ecclesia, eo disponente ad suprascriptam ecclesiam B. Martini, que dicitur de Campis, venit Bernardus de Montemorenciaci, de cujus hoc donum, quod fecerat Paganus & uxor ejus, erat beneficium, quod & ipse Deo & senioribus monachis, scilicet Cluniacensibus inibi Deo servientibus, libenter & libere concessit, & super sacrum altare ipsius S. Martini, quod est principale, coram cunctis, qui aderant, donum misit. Hujus rei testes sunt milites ejus, qui cum eo venerunt, & quique hoc pactum libenter laudaverunt, quorum nomina hæc sunt, &c. Hoc autem factum est in Gallia regnante Philippo. Cluniacensis ecclesie Hugone exilente abbate, apud Campos, sub eo Ulfone priore; Willemo episcopo ubi Parisiæ, anno Domini Incarnationis MXXVI. indii. IV. qui hæc suprascriptæ ecclesie abstulerit, erit anathema.

## X L V I I.

*Eidem canobio facta donatio parva, qua in colle Montis Martyrum est ecclesia.*

*Hist. sancti Martini. p. 2. 319.*

**C**NOTUM esse volumus contemporaneis & posteris nostris, quoniam parva ecclesia, que in colle Montis Martyrum est, & a vulgo appellatur sanctum Martyrium, erat olim hincorum hominum, qui pro absolutione peccatorum suorum & salute animarum suarum consequenda eam dedere Deo & S. Martino de Campis, & domno Ursino priori & senioribus ejusdem loci. Domnus autem Ursus assensu seniorum & rogatu laicorum concessit oblationem totam, que afferretur in eam, Bernardo laico in vita sua ad centum x. solidorum, quos perisset ad festum S. Johannis Baptiste singulis annis, eo tenore ut in die mortis ipsius Bernardi præfata oblatio S. Martino remaneret, & quidquid facultatis eo die Bernardus haberet, sancto Martino relinqueret pro anima sua. Et dum viveret, missam celebrari faceret in ipsa ecclesia bis vel ter in hebdomada.

*Circa 1096.*

## X L V I I I.

*Guillelmus episcopus Paris. dat canonicis ecclesie Parisiensis ecclesiam S. Christophori.*

*Es magno Passorub.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, &c. Ego 1097. Willemus Dei miseratione Parisiorum episcopus, ante mentis oculos diem illum reducens, & periculum animum meæ accusante conscientia metuens, canonicis B. Dei genitricis Marie quamdam ecclesiam infra muros civitatis Parisius sitam, & in honore B. Christophori martyris Deo consecratam, precibus amicorum nostrorum, & assensu Wlgrini ejusdem civitatis archid. liberam & quietam episcopali auctoritate concedimus, & quidquid juris in eadem inimus, perpetuo eis habendum donamus. Ut autem hoc donum firmum inconcussumque permaneat, cartam istam fieri precipimus, manuce propria firmavimus, manibusque canonicorum nostrorum firmandum tradidimus. Actum Parisius in capitulo sancte Marie anno ab Incarnatione Domini 1097. regnante Philippo rege anno XXXVIII. Willemo vero anno primo, indictione v. concurrente III. epocla IV. Signum Willemi episcopi. S. Fulconis decani. S. Gualeranni precentoris. S. Wlgrini archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Rainaldi archidiaconi. S. Roberti sacerdotis. S. Goderanni sacerdotis. S. Rogeri sacerdotis. S. Ankeri diaconi. S. Poncei diaconi. S. Henrici diaconi. S. Theodolini subdiaconi. S. Nanton. subdia. S. Hugonis subdia.



S. Liferardi acoliti. S. Petri acoliti. S. Godefridi acoliti. Amelinus cancellarius scripsit.

Carnotensis, & altiarum ecclesiarum, quibus episcopali auctoritate excommunicandi jus concessum est. Unde non aliud sanis consilium vobis dare possumus, quam ut consuetudinem fortiter tenetis: a qua si semel cesseritis, non ad arbitrium vestrum recuperare valebitis. De cetero culpa dilectionem vestram quod Paganum a nobis ecclesiasticè excommunicatum, & apostolica auctoritate exigentibus culpis suis in infamiam pulsam, in communionem recipitis, & Hugonem Puteaensem similiter, quod a nobis fieri de vestris excommunicatis iustissime culpatis. Moneo itaque ut de cetero quam a nobis iustitiam in necessitate vestra vobis fieri velletis, eandem nobis in nostra necessitate faciatis: ne si vos negligentes invenerimus in nostris, & nos similes inveniamur in vestris. Et ut hoc apostolica auctoritate debere fieri sciatis, litteras domini pape, quas misit Senonensi ecclesie, & Aurelianensi, & Parisiensi, interim vobis transmitto, quas jam bullatas domnus metropolitani accepit.

## X L I X.

*Guillelmus Parisiensis episcopus quadam altaria monachis S. Martini a Campis concedit.*

*Ex chart. S. Martini a Campis.*

1098.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, Amen. Sanctorum canonum auctoritate didicimus, & piorum patrum institutionibus edocui sumus nos de possessionibus nostris impetiri debere cunctis Deo servientibus. Igitur approbate consuetudinis est in ecclesia, omnia cum fratribus habere communia: in hoc enim maxime charitas comprobatur, per quam Dei misericordia comparatur, si charitatis fructus Dei fidelibus fideliter exhibetur: probatio enim dilectionis, exhibitio est operis. Quod per ipsius veritatis testimonium satis evidenter sanctum nobis inimit evangelium. Qui habet, inquit, mandata mea, & servat ea, ipse est qui diligit me. Ergo qui charitatem habet operibus eam magnificare debet. Ego itaque Guillelmus Parisiensis episcopus notum volo fieri, non minus futuris, quam presentibus, quod monachi S. Martini de Campis Parisiis, nostram adierunt presentiam, cum quibusdam nostris familiaribus, qui supplicando nobis multiplicatis peterent intercessionibus, quatenus ad sustentationem fratrum, altaria, que subscripta sunt, in diocesi nostra sita, monasterio S. Martini de Campis in perpetuum habenda concederemus. Videlicet altare Montis Martyrum, & altare villæ que dicitur Penthinum, altare etiam villæ quam vocamus Detentiacum, altare villæ que dicitur Castanetum, & duas partes altaris villæ que dicitur Lueris: duas partes etiam altaris villæ que dicitur Confluentium, altare quoque villæ que dicitur Clamadri. Quorum postulationem exaudiri debere decrevimus, tamen pietatis affectu, quam supradictis autoritatibus; adhibito igitur assensu & consilio archidiaconorum nostrorum, videlicet Wlgrini, & Stephani, & Reinaldi, & cleri nostri totius, supradicta altaria dicto monasterio S. Martini de Campis, omni tempore possidenda concessimus. Retinimus tamen ecclesie nostræ ipsorum altarium debitam obedientiam, & synodum & circumdum. Quod ne prolixitate temporis valeat aboleri, placuit nobis scripto memorie commendari. Signa quoque nostra subscripsimus, manibus nostris tangendo firmavimus, ne qua violentia corrupti possint nostris successoribus. S. Willelmi episcopi. S. Fulconis decani. S. Gualeranni precentoris. S. Wlgrini archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Rainaldi archidiaconi. S. Goderanni sacerdotis. S. Roberti sacerdotis. S. Rogeri sacerdotis. S. Anselmi levite. S. Pontii levite. Sig. Henrici levite. S. Hugonis subdiaconi, &c. Actum Parisiis in capitulo S. Marie anno ab Incarnat. Domini M. XCVIII. regnante Philippo rege anno XXXVIII. Willelmo episcopo anno III. indict. VI. epacha XV. concurrente IV. Ego Ricardus cancellarius scripsit.

L.

*Epistola CXII. Ivois episcopi Carnotensis ad Fulconem decanum Parisiensem.*

Circa

1102.

**I**VO humilis Carnotensis minister Fulconi Parisiensis ecclesie decano & clero sibi commissio dilectionem & salutem. Quoniam omnino iniuria ecclesiastica que admonitione non corrigitur, anathemate plectenda est, si ancillam ecclesie vestre adversus dominos suos calcitrantem excommunicatis, quod vestri juris erat, fecistis, maxime cum dominorum potestatem in servos suos illibatam debere esse lex constituat, nec cuiquam hominum jus suum detrahi posse permittat. Quod autem ex consuetudine ecclesie vestre hoc vobis licere absque alterius personæ interpellatione adferitis, non est hoc solius ecclesie Parisiensis consuetudo, sed etiam

B

C

D

E

L I.

*Galo eiecit monachos ecclesiam S. Eligii monachis Fosstatis concedit.*

*Ex chart. Paris. lib. 20.*

1107.

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis. Ratio quidem, & sanctorum scripturarum monet auctoritas, ut qui pastoraliter ecclesie præsent, vigilantibus cura, pastoralis sollicitudine subditorum vitam inquirant & inspiciant, ut in ecclesiis sibi commissis, si inhonestas & incorrigibiles viderint personas, aut ad alium religionis student revocare, aut alias omnino personas commutare, ne male vivere exemplo bene viventes corrumpant, & pastores si dissimulerint aut taceant, ex consensu taciturnitatis in perpetuum condemnentur. Omnibus igitur notum fieri volumus, monasterium S. Eligii Parisiensis, ordini quidem monacharum antiquitus fuisse deputatum, sed tandem diabolico instinctu, fragilis ille sexus ad tantam turpitudinis prolapsus est miseriam, ut publice secularitatem impudenti adherens, voce castitatis rupto, proposito religionis penitus abjecto, templum Dei speluncam fornicationis effecerit, & vocem nostræ ammonitionis nullatenus audierit. Ego igitur Galo Dei gratia Parisiorum episcopus, & Guillelmus archidiaconus, tantum scandalum, tantam pestem minime ferentes, ex precepto quietæ domini pape Palchalis, ex consilio regis nostri Philippi & filii sui Ludovici, hortau etiam canonicorum nostrorum, infames & incorrigibiles personas pro turpitudine vite a prædicto monasterio eliminavimus, & omnino alienavimus, & aliorum religionis ordine, cum Dei auxilio sanctum locum decoravimus. Noverit igitur omnes tam posteri quam presentes, quia monasterium S. Eligii cum omnibus ad illud pertinentibus, ecclesie B. Petri Fosstatis, salvo quidem iure Parisiensis ecclesie, perpetuo habendum concedimus. Ita scilicet ut abbas Fosstatis prædictum monasterium, tanquam cessant suam possideat, & in monachos illic Deo militantes, plenam ac perfectam abbas potestatem exerceat; institutus est ut duodecim ad minus monachi cum suo priore ad servendum Deo illic apponatur, qui iuxta regulam S. Benedicti ad ordinem tenendum sufficere videantur. Sciendum vero est, quia illam eandem potestatem quam prædecessores nostri in monasterium S. Eligii, & in abbatiam illius loci antiquitus habebant, nos in abbatem Fosstatis ex integro habemus, & in perpetuum retinemus, quantum scilicet ad cenobium S. Eligii, & ad res illius monasterii pertinere videntur. Sed ut totius alterationis molestia in posterum excludatur, quid potestatis inoffensa, quid jusserit aut consuetudinis canonice sanctæ Mariæ, tam in abbatiam, quam in monasterium illud vris possederint, & modo possident, evidenter & aperte dissimulamus. Sciendum igitur est, quod quotiens Parisiensis episcopus abbatiam ad iustitiam vocavit, illa proculdubio omnes

C ij

executuram iustitiam ante episcopum se praesentavit: si autem vel servus, vel ancilla, vel hospes illius monasterii, contra personam episcopi aut contra proprias res illius, aliquid forefecisset, abbatissa audio prius episcopi mandato, in praesentia episcopi, illos ad iustitiam faciendam adduxisset, & post iustitiam episcopi, abbatissa suos districtus accepisset si voluisset; quod si abbatissa servos vel ancillas illius monasterii libertate donare, aut terram alienare, aut manus firmam facere voluisset, nullam potestatem, nullam id faciendi licentiam habuisset, absque assensu episcopi, & absque carta sigillo ejus & cancellario firmata. Hanc ergo potestatem in abbatissam & in monasterium S. Eligii antecessores nostri habuisse dignoscuntur, & nos quoque in abbatem Fossatis ecclesiae, eandem potestatis dignitatem, ut superius determinatum est, obtinemus. Nihil scilicet nostri iuris relinquentes vel relaxantes, sed tantummodo abbatiam in cellam commutantes: canonice vero B. Mariae praedictum monasterium S. Eligii per singulos annos duos passus ex consuetudine debita persolvit, unum scilicet in festivitate S. Pauli, alterum in festivitate S. Eligii; si talis quod uterque passus in refectorio canonicorum recipitur. Consuetudo etiam est ut conventus praefati monasterii, unam cum canonicis B. Mariae professionem faciant, & in diebus rogationum, & in die Ascensionis, & in funebribus canonicorum, alias etiam professiones, aut pro aeris serenitate, aut pro aliqua tempestate, sive necessitate, si canonice facere disposuerint, necesse est praedictum conventum canonicorum instituta sequi, eosque si mandaverint, in his processionalibus semper comitari. Illud etiam silentio praetere volumus, quia quotiens mater ecclesia a divino officio cessaverit, cenobium S. Eligii ex necessitate cessare, & tacere oportebit. Sub hac igitur distinctione potestatem, iura, consuetudines, tam episcopi quam canonicorum, breviter comprehendimus, ut nulla de cetero controversia oriarur, & jus & consuetudo utriusque ecclesiae praesentis privilegio defendatur. Salvo igitur, ut dictum est, iure Parisiensis ecclesiae, assensu quidem regis nostri Philippi, & filii ejus Ludovici, communi etiam canonicorum nostrorum conventui, ecclesiae B. Petri Fossatis monasterium S. Eligii in cellam possidendum concedimus, ea videlicet ratione, quotiens Fossatis abbas debitam professionem in Parisiensis ecclesiae fecerit, ibidem in praesentia episcopi profiteatur monasterium S. Eligii ex dono episcopi, ex beneficio Parisiensis ecclesiae habere & possidere. Volumus etiam illud determinare, quia homines praedicti monasterii in exercitum regis inconvulso episcopo nullatenus debent ire, sed abbas aut prior ex consilio & mandato episcopi illos debent monere & in exercitum mittere. Diffinitum est etiam quotiens in festivitate sancti Eligii canonici sanctae Mariae dextrum chorum, monachi vero sinistrum teneant, ita scilicet ut cum canonico illo qui chorum tenuerit, aut prior, aut cantor monachorum ad chorum tendendum recipiatur, & nulla alia persona ad id faciendum admittatur. Missam vero aut abbas aut prior cantabit, si neuter interierit, aliquis de clero nostro illam celebrabit. Sciendum vero est, quod illo die praedictus passus redditur, scilicet ex sex porcis vivis & sane carnis, ex duobus modis vini & dimidio sextario, & ex duobus sextariis & dimidio frumenti bene vanati. Passus vero qui redditur in festo S. Pauli, de octo constat arctibus, & duobus modis vini ad mensuram nostri clausuli, & ex tribus sextariis frumenti bene vanati, & ex sex denariis & obolo. Ut autem haec concessio & institutio inconcussa permaneat, praesentem cartam fieri praecipimus, & in signum perfectae firmitatis sigillo nostro illam signavimus, & manibus canonicorum nostrorum firmandam tradidimus. Sig. Galonis episcopi, S. Berneri decani, S. Ade praecursoris, S. Guillelmi archidiaconi, S. Stephani archidiaconi, S. Rainaldi archidiaconi, S. Rogeri presbyteri, S. Landonis presbyteri, S. Durandi presbyteri, S. Atucheri levitae,

S. Johannis levitae, S. Guineranni levitae, S. Theobaldi subdiaconi, S. Guillelmi subdiaconi, S. Guillelmi subdiaconi. Actum publicè in capitulo sanctae Mariae, anno Incarnationis Dominicae M. C. VII. indictione XV. epacta XXV. concurrente I. Philippo rege regnante anno XLVII. anno episcopatus Galonis III. Guiberti cancellarii scriptis.

## L I I.

*Philippus rex donum Galonis confirmat.*

Ex chart.  
Fofat.  
1107.

**I**N nomine sanctae & individuae Trinitatis, Philippus Dei gratia Francorum rex. Novum fieri volumus universis sanctae Dei ecclesiae cultoribus, tam futuris, quam & praesentibus, quia divina providente clementia, & assensu domini papae Palchalis, monitione quoque & consilio canonicorum sanctae Parisiensis ecclesiae, & consensu nostro, & Ludovici filii nostri, Guislo Parisiensis episcopus ab ecclesia B. Eligii membro videlicet episcopatus sui, propter intertemporiam quam impudenter agensat fornicationem, quamvis canonice lesifus correptus, templum tamen Domini apertè prius usque violenter, ac correctionem, noniales deiecit; acceptis itaque domini papae litteris tunc temporis Parisius venientis, dataque licentia ordinem religionis inhiberi ponnendi nostra licentia & oratione cum filii nostri Ludovici obsecratione B. Petro Fossatis episcopo loci Theobaldi abbati praefatum ecclesiam B. Eligii in cellam XII. monachorum cum priore suo perpetua iter possidendam concessit & habendam, salvo quidem iure suae potestatis & ecclesiae Parisiensis quatenusmodum & in ipsius carta determinatum est. Et ut haec carta firma & inconcussa permaneat, memorialis illud inde fieri, & nostri nominis caractere, & sigillo Philippi signari & corroborari praecipimus, adhaerens de palatio nostro quorum nomina intitulata sunt & signa. S. Hugonis de Greccio tunc temporis dapiferi nostri, S. Wallonis de Piliaco constabularii nostri, S. Papani Aurdiaensis tunc temporis baucularii nostri, S. Vidonis tunc temporis camerarii nostri. Actum Parisius in capitulo sanctae Mariae, anno ab Incarnatione Domini M. C. VII. anno regni nostri XLVII. Stephanus cancellarius relegendo subscripsit.

## L I I I.

*Ansellus cantor sancti Sepulchri ecclesiae Parisiensis portionem ligni sanctae Crucis mittit.*

Ex chart.  
Parif. Ab.  
20. c. 21.

**G**ALONI Dei gratia Parisiorum episcopo, & 1108. Stephano archidiacono, cuius Lullis & potestatis magnitudo per multa terrarum loca etiam apud nos celebris innotuit, & B. decano, & R. archidiacono, & N. praecentori, omnique conventui sanctae Mariae Parisiensis, Anticellus gloriosissimi Sepulchri cantor & presbyter licet indignus, subjectionem, reverentiam, & amorem, & sic in hoc saeculo vivere, ut per orationes vestras in futuro vobiscum mereat sine fine durare. Cum ab ecclesia vestra, & a vobis, in qua, & cum quibus nutritus & eruditus fui, jam per viginti quatuor annos remotus sin corpore, tamen animo fervens in amore vestro, & ecclesiae vestrae vobiscum E. cohabitato mente. Namque cum his qui per singulos annos a vobis ad nos veniunt, qui vos noverunt, & a vobis noti fuerunt, semper vobis mihi sermo, & est sedulae inquisitionis de statu ecclesiae vestrae, & de vobis quid agatis, & quomodo vos habeatis, de vobis praecipue quos vidi, & quos cognovi, & quando visero, licet abiens, semper animo, saepe quoque per somnia, in sollemnibus, & processionalibus, necnon & ferialibus manibus; & officiis vestris videri interesse, & vobiscum passere. Hac ergo dilectione pro vobis sollicitus dominum venerabilem patriam, & canonicos nostros rogavi, ut orationibus, & beneficiis nostrae congregationis fratres & participes jungeremini: cui petitioni concedentes ibidem a vobis rogant, & requirunt,

Præterea, de donis quæ dedit mihi Deus ad honorem & gloriam, & sublimationem ecclesiæ vestræ, & vestri, vestraque civitatis; donum maximum, & incomparabile, videlicet crucem unam de ligno sanctæ crucis per Anselmum fidelem vestrum vobis devotus transmisit, a quo & litteras vestras nobis missas accepi. Sicut a Græcorum & Syriacorum scripturis didicimus, patibulum crucis Christi, de quatuor lignis fuit, unum in quo Pilatus titulum scripsit, aliud in quo brachia ejus extensa, & palmæ affixæ fuerunt, tertium in quo corpus ejus appensum est, quartum in quo crux affixa fuit, quod etiam aspersione sanguinis lateris, & pedum intinctum, & sanctificatum est; & crux ista, quam vobis misi, de duobus est lignis, quia crux inserta est cruci. Inserta est de eo in quo pependit, in qua inseritur, de suspensio in quo crux affixa fuit, utrumque dignum, utrumque sanctum. Porro David rex Georgianorum, qui cum suis prædecessoribus portas Caspis tenuit & custodivit, ubi sunt inclusi Gog & Magog, quod & filius ejus adhuc facit, cujus terra & regnum contra Medos & Persas est nobis quasi æternale; hæc vero crucem, quandiu vixit, in summa veneratione & dilectione habuit, quo defuncto, & filio in regno promotio, uxor ejus venerabilis plus sanctitate, quam generis nobilitate caput rotundit, habitumque religionis suscepit, & assumpta cruce ista, multo auro Hierusalem cum paucis non rediura, sed ut ibi in quieto silentio & oratione vitam finiret. advenit, & de auro quod attulerat, congregationibus sanctæ civitatis partes distribuit, pauperibusque & peregrinis elemosinas erogavit, postea sub manu domini Gibbelini patriarchæ congregationem sanctimonialium Georgianarum, quæ est in Hierusalem, instituit. Nec multo post rogato fororum, & patriarchæ, regimen congregationis suscepit; denique distribuit, & erogatis, & in necessitatibus commissa congregationis, omnibus quæ attulerat, expensis, cum inedia regionem nostram oppressisset, ipsa cum subditis cepit egere, cumque jam multa dono, multa mutuo recepisset, quod nullo modo pro necessitatibus sui corporis faceret, pro necessitatibus congregationis sibi commissa, pio affectu facere compulsa est. Itaque istud lignum nulli pretio comparandum hac ratione pretio est comparatum, ecce illud vobis misi, precor habetote illud honorifice sicut debetis. Verumtamen, ut memoriale sit posteris, & successoribus nostris, unde & quomodo illud habuistis, scribite in libro vestris: *Anselmus clericus noster hanc Crucem de ligno sanctæ Crucis ecclesiæ vestræ, & nobis, de Hierusalem transmisit.* Postulo igitur a vobis, ut me diligenter vos diligatis, & post mortem meam in orationibus vestris mei memoriam habeatis. Quid vero tanti thesauri lateri contigerit, utrumne ad vos prospere pervenerit, per litteras vestras mihi notum faciat.

## L I V.

Libro 20. *Alia epistola Anselmi ad eisdem de Cruce Domini.*  
cap. 22.

Quæsitum quæ ratione, quæ necessitate portio ista de dominica cruce assumpta fuerit; ego quid inde ex litteris & relatione seniorum Surianorum audivi, & didici vobis manifestabo. Legitur in evangelio, multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectum discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc, & vos multa legistis, sed non omnia: multa enim habent Græci, quæ non habent Latini: legistis tamen quod sancta Helena crucem dominicam per medium seculi fecit, & crucem Constantinopolim ad filium detulit, crucemque Hierosolymis reliquit; relictam Chosroë vastata Hierusalem rapuit, & in Persidem detulit, quam intersecto Chosroë Heracius imperator Hierosolymam restitit, & in Calvarie loco ut a populo christiano veneretur, repositit. Post mortem vero Heracii populus infidelium adeo christianos oppressit, ut nomen Christi conarentur extinguere, & memoriam

crucis, & sepulchri delere. Itaque congerie lignorum supposita jarem sepulchri conbulerunt, & Crucem similiter comburere voluerunt; sed christiani eam absconderunt; quocirca multos ex eis occiderunt. Denique christiani habito consilio secutam in multas portiones dividerunt, & per ecclesias fidelium distribuerunt, quatenus si eis una pars ad comburendum auferretur, tali modo alia partes referantur. Itaque in Constantinopoliana urbe, præter imperatoris crucem, sunt inde tres crucis, in Cypro duæ, in Creta una, in Antiochia tres, in Edesa una, in Alexandria una, in Ascalone una, in Damasco una, in Hierusalem quatuor, Surtani habent unam, Græci de sancto Sala unam, monachi de valle Josaphat unam, nos Latini ad sanctum Sepulchrum habemus unam, quæ habet palmum & dimidium longitudinis, & pollicem unum latitudinis, & grossitudinis in quadro. Patriarcha quoque Georgianorum habet unam, rex etiam Georgianorum habuit unam, quam modo, Deo gratias, vos habetis. Nunc vero ad supplicandum gaudium vestrum, & ad gloriam & honorem ecclesiæ vestræ, & regie dignitatis & civitatis vestræ, & vestrum donum maximum, & thesaurum incomparabilem, nec inferiorem priore, videlicet crucem unam de lapide dominici sepulchri per Bernardum sanctæ Genovefæ precentorem, testimonio vestro virum honestum, vobis devotus transmisit, quam obnixè imploro, ut honorificè, sicut dignum est, habeatis. Postulo igitur a vobis ut post mortem meam in orationibus vestris mei memoriam habeatis. Quid vero tanti thesauri lateri contigerit, utrum prospere ad vos pervenerit, per litteras mihi vestras notum faciat, vale.

## L V.

*Charta fundationis abbatis sancti Victoris Parisi.*

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis. Quoniam, I Deo disponente, bona, quæ temporaliter agimus, & contra adversarium nostrum arma sunt inexpugnabilia, & æternæ hereditatis indubitatus nobis acquirunt præmia, totum consulit, necessitas cogit, ut dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei, operemur, ut pauperes spiritu nostræ largitatis munificentiæ necessitatis vis obineant remedium; & nostra fragilitas eorum orationibus adiuta in districto examine iudicem sibi misericordem inveniat, ac propitiū. Elemosyna enim, teste scriptura, & oratio iusti assidua vitiorum inceniua extinguit, & Dominus \* cuius imaginem portamus valet inoffensum reddere, in cuius manus durum & horrendum est incidere. Illustri vero memoriæ antecessores nostri, quorum excellentia, & quorum virtute regnum Francorum usque in hodiernam diem floruit, ad laudem & gloriam Dei, cui servire regnare est, multas in regno nostro ecclesias fundaverunt, & immensas eis donariis honorate decederunt, elemosynis quidem peccata redimentes, & amicos in æterna tabernacula facientes. Ego igitur Ludovicus Dei gratia Francorum rex, antecessorum nostrorum exemplis informatus, & accusante conscientia diem extremi \* examinis ante oculos reducens, ob remedium anime nostræ, pro salute etiam patris nostri Philippi regis & antecessorum nostrorum in ecclesia beati Victoris, quæ juxta Parisiorum civitatem sita est, consulo quidem archiepiscoporum & episcoporum & opimatum regni nostri, canonicos regulariter viventes ordinari volui, qui videlicet tam pro nobis, quam pro salute regni nostri Dei misericordiam implorarent, & memoriam nostri & nostrorum antecessorum in suis orationibus haberent. Et ne cura temporalis sollicitudinis \* fratrum spirituale propositum ad exteriorum sollicitudinem inclinerent, eandem præfaram ecclesiam nostræ largitatis beneficio dotavi & dotavi. Convenientibus vero in unum Casalanti archiepiscopis, episcopis, comitibus, & ceteris regni nostri

\* *al. Dp  
mini for  
Domum;*

\* *al. expe  
mon.*

\* *al. no  
cessitudinis  
fratres.*

\* *al. omnium.* optinavit communi \* assensu definitivus, quatinus prædicti canonici de grege suo, vel de alia ecclesia, quem vellent sibi abbatem eligere: ita tamen quod in illa ablati electione, nec regis assensum quaerere, nec regis auctoritatem ultimates expectarent, nulliusque alterius personæ voluntatem vel laudem attenderent, sed quem Deus eis concederet inconsulto, ut diximus, rege, vel qualibet alia persona canonice eligerent, & Parisiensi episcopo irrefragabiliter consecrandum offerrent. Promulgavimus etiam in eodem convenu villas, prædia, & cætera beneficia, que ad usum canonicorum præfate contulimus ecclesiæ; & hæc omnia perpetuo jure, perpetua libertate eis habenda concessimus: nihil potestatis, nihil nostri juris reservantes nobis: sed omnia que ad nos pertinere videbantur eis omnino emancipantes: Hæc scilicet, Puteolis villam, que est in territorio Nantoniensi cum servis & ancillis, cum feodis militum, cum terris cultis & incultis, cum vineis & silvis, cum omnibus ad eam pertinentibus; mercatum etiam in eadem villa per singulas hebdomadas regia potestate in perpetuum annuus; aqua \* etiam que proxima est eidem villæ, que scilicet aqua Essonina vocatur; omnia, inquam, ista, quemadmodum possidebam in \* perpetuo libertate concessimus; Orgeniacum etiam quod in territorio Miliudiensi situm est, cum servis & ancillis, & cæteris omnibus que ibi possidebam, huic dono adjunximus: unum etiam ex Molendiis nostris que sunt apud veteres Stampas prædictis canonicis perpetuo possidendum tradidimus. Apud Corbellas etiam juxta castrum Nantonis viginti arpennos pratorum, & vistorum de Bulliaco, quam a Teledino Bunocensi \* comparavimus, & quiddam apud idem Bulliacum, quod juxta Liricantum situm est, habebam. Bulliacum \* insuper villam, que in territorio Aurelianensi sita est, cum servis & ancillis, cum omnibus appendiciis suis. Hæc omnia, inquam, istidem canonicis plena libertate perpetuo obtinenda annuus. Apud Fontanetum etiam in territorio Parisiensi terram duabus curciis sufficientem, & quinque hospites & decem solidos census in eadem villa parim a supradictis hospitibus, parim ab alia terra, & ibidem torcular unum, & dimidium cum pressuris ad ea pertinentibus, & apud Mustertolium, quod est juxta idem Fontanetum, terram unius caruce, cum uno hospite præfate contulimus ecclesiæ. Præter sciendum est, quod canonici sancti Severini de castro Nantonis apud Uricum \* villam, terram, servos & ancillas antiquitus possidebant, medietatem cujus possessionis prædecessori nostro regi videlicet Philippo sano usi consilio concessere: hæc scilicet commutatione quod idem Philippus noster prædecessor pro hac cessione eidem canonicis sancti Severini, omnes consuetudines, quas apud Brolium eorumdem canonicorum villam juxta Puteolis \* sitam, juste vel injuste petierere videbatur, præter \* corvatis ter \* in anno omnino remisit. Præter hæc etiam apud prædictum Uricum terram ad siscum nostrum pertinentem possidebamus quam scilicet terram cum medietate supradictæ possessionis, cum prædictis etiam corvatis præfate sancti Victoris ecclesiæ plena libertate habenda tradidimus. Notum etiam omnibus fieri volumus, quia ecclesiam beate Marie de Puteolis, & altare de Amponvilla, cum toto atrio, cum medietate magne decimæ, cum terra insuper nostri juris in eadem Amponvilla exillente: panes etiam ad altare de Estragola pertinentes: omnia quidem ista sicut obtinebamus, præmemoratis canonicis regularibus de integro possidenda concessimus. Ut autem præfata sancti Victoris ecclesiæ præcipue nostre largitis beneficia legitimo haberet dono, legitimo obtinere ordine, ea que regii juris, que nostre erant proculdubio potestatis, eidem ecclesiæ inviolabiliter obtinenda nostra manu tradidimus. Ecclenas vero, & que ecclesiastici juris sunt in manu Dainberti Senonensis archiepiscopi reddidimus. Ipse autem utilitati fratrum providens prætaxatis regularibus eadem omnino concessit. Confirmatum est etiam

A in supradicto episcoporum ac procerum nostrorum convenu quod quicumque alodia sua que vel nostra tutela sunt, vel quicquid quod ad siscum, vel feudum nostrum ainent, eisdem regularibus imperiis voluerit, diligenter annuimus, & regia auctoritate firmamus. Annuus etiam quod si aliquos ex servis vel ancillis suis præfati canonici manumittere voluerint, nostro super hoc assensu minime requisito quos vel quod voluerint, servos vel ancillas jure servitus abolvant, perpetue libertati tradant, remota scilicet omnium calumnia, & sopita totius retractionis molestia. Illud insuper summo jure determinavimus, & determinando definitivus quod omnia que superior continet pagina eo jure, ea libertate qua tenuimus, prædicta sancti Victoris ecclesia in æternum possidet: & hoc præceptum nostrum quod nostri nominis carere sigmavimus in signum & argumentum perpetue firmitatis obineat; in supradictis tamen omnibus salva auctoritate, salvo jure, salva debita obedientia Senonensis archiepiscopi, & Parisiensis episcopi. Signum Rodolphi Remorum archiepiscopi. Sig. Ludovici regis. Signum Lizardi Suesonensis episcopi. S. Ivonis Canonici episcopi. S. Galonis Parisiensis episcopi. S. Manasse Meldensis episcopi. S. Joannis Aurelianensis episcopi. S. Godefridi Ambianensis episcopi. S. Aulfiodorensis episcopi Humbaudi. S. Philippi Trecentis episcopi. S. Humberti Silvanctensis episcopi. Actum Cataluni in palatio publice. Anno Incarnationis Domini MCCCIII. anno vero regni nostri v. Data per manum domini Stephani cancellarii. Sig. Ancillis tunc temporis dapiferi nostri. S. Hugonis consiliarii. S. Guydonis camerarii. S. Gilberti bouticallarii.

## L V I.

*Præceptum Ludovici regis pro ecclesia Parisiensi.*

*Es chart. Paris. lib. 19. c. 64. 1119.*

I N Christi nomine, ego Ludovicus Dei misericordie providentia Francorum rex. Cum juxta sacratissimarum legum instituta, regia potestas ex injuncto sibi officio ecclesiarum utilitati & honori plurimum vacare debeat, operæ pretium est eos quibus tanta permittit a Deo potestas, earum tranquillitati & paci attentiori sollicitudinis cura providere, & ad laudem Dei omnipotentis per quem reges regnant, ecclesias, & quoniam res quodam honoris privilegio decorare, ut in bonis actibus & regum morem exercent, & superæ retributionis premium indubitanter adquirant. Novent igitur omnes, tam præsentem quam futuri, quoniam dominus Girbertus Parisiorum episcopus, domnusque Stephanus cancellarius noster, & Parisiensis ecclesiæ archidiaconus, serenitatis nostre præsentiam adierunt, ac domni Caroli prædecessoris nostri, gloriosi Francorum regis, de immunitate & confirmatione claustrii Parisiensis ecclesiæ præceptum celsitudinis nostre obtulerunt, humili petitione deprecantes, quatenus & illud auctoritate regia confirmaremus, & ad sanctæ Dei genitricis honorem & exaltationem, eidem claustro, & ipsius libertati aliquid ex nostra parte superadderemus. Nos vero humiliter & congruum eorum petitionem indignum repellere judicantes, præceptum claustrii, & canonicorum libertatem, a prædecessoribus nostris & a prædicto Karolo rege collatam & confirmatam, in perpetuum confirmavimus; & ut ex libertatis nostre munificentia benignius ageremus, domos Huberti Silvanctensis, & Algrini Stampensis ejusdem ecclesiæ canonicorum, que antea de claustro non erant, ante portam ecclesiæ ad occidentalem videlicet plagam sitas, cum earum appenditiis & omnibus que infra ipsarum muros, usque ad fluvium Secane continentur, claustro B. Marie & ipsius libertati superaddimus, & in claustrum perpetuo stabilitate confirmamus; ita scilicet ut neque rex, neque episcopus, neque profus alia que libet persona in ipsis, sive in earum appenditiis exactiones, vel consuetudines aliquas, ulterius requirere vel

\* *al. Puteolium & Puteolis.*  
\* *propriet sed male.*  
\* *al. quatuor.*

\* *al. Uria*

\* *al. Brinocensi*

\* *Buciacum*

\* *al. equam & que*

\* *al. eis*

\* *al. omnium.*

vel accipere præsumat, sed in eadem libertate & tuitione alterius clausit perpetuo & inviolabiliter persistant. Ut autem hoc nostre auctoritatis præceptum per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, sigilli nostri auctoritate, & nominis nostri karactere firmati & corroborati disposuimus. Actum Parisius anno Incarnationis Verbi M. C. XIX. regni nostri XII. Adelaidis regine IV. assantibus in palatio nostro quorum nomina subscripta sunt & signa. Signum Willelmi dapiferi, S. Hugonis constabularii, S. Gilleberti buticularii, S. Guidonis camerarii. Datum per manus Stephani cancellarii.

## L VII.

*Diploma Ludovici Crassi pro S. Dionysio.*

1120. **L**UDOVICUS Dei gratia rex Francorum archiepiscopus, ducibus, comitibus, & universis regni nostri proceribus, &c. Communicato cum palatinis nostris consilio ad ipsam sanctissimorum Martyrum basilicam cum conjugate acceleravimus, & præfente venerabili episcopo domno Conone sancte sedis apostolice legato, quoniam jure & consuetudine regni Francorum insignia demigrantium regni ipsi sancto Martyri, tanquam duci, & protectori suo refererunt, eorumque patris nostri ei reddidimus: pro dilatione redditionis suscepcionis. Actum publice anno Incarnati Verbi M. CXX. regni nostri XII. Adelaidis autem regine quinto, concedente Philippo filio nostro, adstantibus in palatio nostro, quorum nomina subscripta sunt & signa. S. Stephani dapiferi. S. Gilleberti buticularii. S. Hugonis constabularii. S. Guidonis camerarii. Data per manus Stephani cancellarii.

## L VIII.

*Ex chart. S. Martini a Campis. Carta Gilberti Parisi. episcopi pro ecclesia sancti Dionysii de Carcere.*

1122. **P**ASTORALIS providentia est pio affectu ac studiosa sollicitudine omnibus invigilare, maxime autem, juxta Apostolum, domesticos fidei beneficiis & munificentia ampliare, & amplius diligenti cura protegere, ac contra insigniorum veritatis præmunire. Ego igitur Gilbertus Dei misericordia Parisiensis ecclesie humilis episcopus notificare curavi, tam posteris, quam presentibus, quod quidam miles Ansfeldus nomine, & uxor ejus Retruasis pro antecessorum suorum, necnon & animarum suarum remedio, prout accepimus, ecclesiam B. Dionysii de Carcere suis opibus fundaverunt, & clericos qui ibidem Deo militarent, devote ibatuerunt, plurimisque beneficiis in sustentationem & in usum prædictorum clericorum eandem ecclesiam liberaliter dotaverunt. Inter que supra dicta munificentie dona idem Ansfeldus & uxor ejus Retruasis deleverunt præfate ecclesie beati Dionysii de Carcere jure perpetuo ad possidendum de episcopi sui feodo, unum videlicet arpennum terre cum omnibus ejusdem arpeni consuetudinibus, apud villam que dicitur Marefcalcis, & totam decimam culturarum duarum villarum, quarum villarum altera Marefcalcis, altera vocatur Noeretz, quicunque eas culturas excolat sive possideat. Et hoc totum præfata ecclesia, prout accepimus, plurimis atque pene innumeris annis, quiete ac justa tranquillitate usque hodie possedit, & Deo opitulante possidet. Nos vero a quibus charitatis fragrantis in alios debet redundare, & ad quos præcipue pertinet, tam in se bene agere, quam aliorum beneficia & dicta sustentare & affirmare, assensu Henrici archidiaconi, & totius capituli nostri, & precibus Roberti decani, & canoniorum præfate ecclesie S. Dionysii, totum quod de episcopi sui feodo prædictus Ansfeldus & uxor ejus Retruasis præfate ecclesie contulerunt, & sicut ejusdem ecclesie canonici, ut determinatum quiete & tranquille possederint, confirmamus, & eidem ecclesie

Tomus VII.

S. Dionysii de Carcere perpetuo jure obtinendum & possidendum in gratia & charitate Deo concedimus, &c. Signum Gilberti episcopi. S. Berneri decani. S. Ade præcentoris. Sig. Stephani archidiaconi. Sig. Henrici archidiaconi, &c. Actum publice Parisiis in capitulo B. Marie, anno Incarnati. M. C. XXII. concurrente VI. epacta XI. indict. XV. episcopus Gilberti anno VI. Theobaldus cancellarius scripsit.

## L IX.

*Fundatio prioratus B. Marie de Gornayo.**Ex chart. S. Martini a Campis. 1122.*

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Quoniam beneficia a Domino collata & impensa, summa nitendum est cura, summo laborandum est studio, ne valeant ad malivolentia distrahi, aut negligentia minui. Sed perpetuo stabilitatis munimine roborata, & subsidia sint viventium & suffragia morientium. Ego igitur Gilbertus Dei misericordia Parisiorum episcopus, pro injuncto nobis officio ecclesiam Dei & pauperes Christi sustentare habens & detinere, ecclesiam sancte Dei genitricis Marie, sanctique Johannis Evangeliste, supra Maternam fluvium juxta Gonayum cultum sitam, quibus fuerit fundatoribus constructa, quorumve donariis & auxiliis fuerit ampliata, presentibus scriptis annotare disposui, ut vivente memoria possessio ecclesiastica nulla valeat perturbatione mutari, aut immutatione perturbari. Guido igitur cognomine Rubeus, & ejus uxor Adelaida pari voto, communi devotionis animo prædictam ecclesiam ab ipsis etiam fundamentis construxerunt, multa illic beneficia contulerunt, eamque cum omnibus ad eam pertinentibus, glorioso Ludovico rege annuente, monachis S. Martini de Campis perpetuo habendam concesserunt, villas vero & beneficia ab eis eidem monasterio collata subscrivere decrevimus, ut eorum dona ab aliorum beneficiis distingueremus. Primum ergo donum est præfata ecclesia cum suis clausuris, & toto circumadjacente ambitu, capella de Gornayo, terra de Lauland, molendinum apud Gornayum, apud Russiacum ecclesia cum atrio & tertia parte villæ. Illa sunt specialiter Guidonis & ejus uxoris donaria, præfatio monasterio contrahita, & regali auctoritate firmata. Ansellus vero de Garlanda dapifer regis, de proprietate sua eidem monasterio donavit apud Russiacum duas partes ejusdem villæ; sic totam omnino villam monachis concessit, excepto nemore, & ipsum nemus monachis & hospitibus eorum ad ardeandum & hospitandum, & ad chusuram messium suarum, Nussellum quoque, ecclesiam scilicet & quicquid ad illam pertinet, cum hospitibus, terris, pratis, vineis, cum nemore & molendino, sicut monachi ea tenent, decimam de Berchorellis, & duas partes decime de Becheris. Tertiam vero partem cum atrio Baldovini de Chiacio monachis dedit, assensu domini Anselmi, totam quoque decimam de Fontelz, & apud Torciacum medietatem decime que dicitur S. Martini, & ecclesiam Effonia cum atrio & decima Ansellus eidem monasterio consuli. Hospites vero in eodem atrio commanentes, Stephanus frater ejusdem Anselmi eidem monasterio concessit, apud Canolium quoque, quicquid illi proprietatis habebat Albertus de Bry, ecclesiam scilicet cum decima, prata & terram & nemus monachis præfati monasterii concessit, ipso Anselmo annuente, ex cuius feodo habebat. His & aliis beneficiis bonæ memorie Ansellus præfatum monasterium locupletavit, & Christum heredem fecit, assensu fratrum suorum, domini scilicet Stephani, Guillelmi quoque & Gisleberti, plurimum etiam rege Francorum Ludovico gratanter annuente, & omnia confirmante. Quoniam ergo juxta canonum decreta, ecclesiatum boni sub tuitione & potestate sunt episcopi, nos qui ecclesie Dei habemus & præfate & prodeste, præsentem cartam fideiuram dona exponentes,

D

51  
 assensu archidiaconorum nostrorum Stephani scilicet, Henrici & Theobaldi, communi etiam totius capituli nostri assensu confirmante, & signis canonicorum nostrorum signare decrevimus. Signum Berneri decani. Sig. Stephani archidiaconi. Sig. Henrici archidiaconi. Sig. Theobaldi archidiaconi. Sig. Adam precentoris. S. Roberti succentoris. S. Theoderici presbyteri, &c. Actum publice Parisiis in capitulo S. Marie, anno Incarnat. Domini M. C. XXII. regni Ludovici regis anno XIV. episcopatus nostri anno VI. indictione I. epacta XXII. concurrente VI. Ego Theobaldus cancellarius legi & subscripsi.

L X.

*Girbertus quasdam consuetudines ecclesie Parisiensis admittit.*

1123. **E**GO Girbertus Parisiensis episcopus, notum fieri volo, tam futuris, quam & instantibus, quoniam rogatus ac petitione Berneri decani, ceterorumque fratrum nostrorum ecclesie sancte Dei genitricis Marie, ego, inquam, & Tebalus ejusdem loci archidiaconus, in altari de Cristillo, duas partes oblationum in quatuor solemnitatibus anni, videlicet in Nativitate Domini, in Purificatione B. Marie, in festo ejusdem sancti, in festivitate omnium sanctorum donamus & concedimus autoritate episcopali, sub anathemate defendentes, ne quis in posterum consuevis Parisiensem super hoc infestare presumat, vel de iis aliquid ulterius requirere audeat. Verum ut hoc ratum permaneat in sempiternum, presentem cartam nostri autoritate sigilli corroborari disposuimus. Actum Parisiis anno Incarn. Verbi M. C. XXIII. regnante Ludovico rege anno XVI. episcopatus nostri anno VII. Signum Girberti episcopi, S. Berneri decani, S. Ade precentoris, S. Stephani archidiaconi, &c. Datum per manum Algrini cancellarii.

L X I.

*Stephanus Parisiensis episcopus canonicis suis nonnulla dona largitur.*

1124. **E**GO Stephanus humilis Dei gratia minister Parisiensis ecclesie, notum fieri vobis cunctis fidelibus tam futuris, quam & instantibus, quod de rebus ad presbyteratum sex ecclesiarum, ecclesie videlicet de Orliaco, Civitaco, Castaneto, Succitaco, Balneolo, & de Cristillo pertinentibus, B. Marie & capitulo Parisiensis ecclesie, in ecclesia de Orliaco duos, & in singulis predictarum villarum ecclesiis singulos frumenti modios, singulis annis habendos, pro remissione peccatorum, & pro servitio Dei amplificando, jure perpetuo donamus & concedimus. Statuimus tamen & precipimus, ut tempore Quadragesime a capite jejunii usque in quintum, annona illa ad hoc durare & sufficere poterit, singulis canonicis in chausro beate Marie mansiones habentibus, panes inde singulis diebus singulis tribuantur. Nos ficut autem & ceteri canonici, nobis singulos panes singulis diebus inde habebimus, canonici vero annuales quosdam, quas ab predictarum ecclesiarum sacerdotibus exigere annuimus, & habere consueverunt, ab eis nec amplius exigent, nec habebunt. Sub anathematis autem periculo interdicens, ne ulli episcopo, ulli archidiacono, ulli ecclesiastica seculari persone, hanc pii voti nostri institutionem aliquo modo liceat immutare aut imminuere, sive eos qui hoc nobiscum instituerunt, aliqua occasione impoiterum vexare, &c. Hec autem omnia que supra diximus, assensu archidiaconorum nostrorum Teobaldi videlicet & aliorum Teobaldi in quorum archidiaconatibus predictas habentur ecclesie, & fecimus & institimus, &c. Actum Parisiis publice in capitulo beate Marie anno Incarn. Verbi MCCCIV. Ludovico rege

52  
 anno XVI. Stephano episcopo an. r. Signum Stephani episcopi, S. Berneri decani, S. Ade precentoris, Sig. Stephani archidiaconi, S. Theobaldi archidiaconi. &c. Datum per manum Algrini cancellarii.

L X I I.

*Fundatio Vallium Sernati.*

*Ex tab. laris.*

**I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus, quam futuris, quod Simon de Nielfi donavit Deo & monachis de Savigneco terram de Vallebricart in abbatiam construendam in honorem sancte Marie virginis, sanctique Johannis Baptiste, concedente uxore Eva, ad cujus dotarium locus ille pertinebat, filisque ipsius Simons, Milone primogenito, Godofrido Almarico, & Samedina sorore eorum huic donationi assensum prebentibus. Addidit, ut monachi de memoribus que in vicinia loci habebat, acciperent, videlicet ad edificandum passionem, &c. Quin etiam terram de Essario Roberti dedit eis, retenta sibi campi parte, hocque concessit, &c.

1128.

L X I I I.

*Charta Matthaei episcopi Albanensis & sedis apost. legati pro cambio beate Marie de Argentolio Sandionysiani monachis restituendo.*

**I**N nomine summi Dei, & salvatoris nostri J. C. Mattheus divine gratie dispositione Albanensis episcopus, & apostolice sedis legatus. Quoniam ad nostre dignitatis potestatem pertinere constat circa ecclesiastica cultum religionis summa sollicitudine fideliter elaborare, immunda cuncta eliminare, utilia quoque studiose subplantare, ideo summopere nobis injuncto officio oportet invigilare. Eapropter cum nuper in presentia domini serenissimi regis Francorum Hladovici, cum fratribus nostris episcopis, Remensis scilicet archiepiscopo R. Parisiensi episcopo Stephano, Carnotensi episcopo G. Suelcioniensi episcopo G. aliisque quam plurimis de sacri ordinis reformatione per diversis Galliarum, in quibus reperat, monasteria, Parisius aegeremus, subito in communi audientia conclusum est super enormitate & infamia cujusdam monasterii sanctimonialium, quod dicitur Argentolium, in quo jusse montales multiplici infamia ad ignominiam sui ordinis degeneres multo tempore spurca & infami conversatione omnem ejusdem loci assuetudinem sedaverant; cumque omnes qui aderant . . . . . illarum expulsiom insisteret venerabilis abbas sancti Dionysii Suggestus emunitatibus suis apostolorum confirmatione certissimis in medium ostensis, presatum monasterium ad jus ecclesie suae pertinere satis evidenter ostendit; unde nos cum fratribus nostris prenominationis participato consilio, & quia illud venerabile B. Dionysii coenobium potissimum in suis temporibus inter alia Gallicie totius monasteria Dei misericordia, & sanctorum martyrum intercessione omni religione irradiatum vidimus, hanc ei injunctum obedientiam, ut illis in religiosis locis non essent, ibidem monachos suos, qui Deo religiose deserviant, substitueret. Et ut hac nostre constitutionis concessio, tam sibi, quam posteris, firmissima habeatur in perpetuum, ei apostolica auctoritate, nostreque sigilli corroboracione firmavimus, hoc idem Parisiensi episcopo, in cujus parochia est, primum faciente & confirmante.

1129.

L X I V.

*Littera Honorii II. papae superiorem chartam confirmantis.*

**H**ONORIUS servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Suggesto ablati S. Dionysii salutem & apostolicam benedictionem. Tunc religionis

amor & caritatis unitas in sui status perfectione servatur, si quod a membris ecclesie rationali dispositione restituitur, a capite roboretur. Nos igitur in sede B. Petri apostolici, cui Christus contulit ecclesiarum omnium principatum, licet indigni a Domino constituti, unitatem spiritus in vinculo pacis conservare volumus, & que a fratribus nostris constituta sunt, propensiori studio auctoritate apostolica confirmamus. Venerabilis siquidem frater noster Stephanus Parisiensis episcopus, sicut ex litterarum suarum inspectione cognovimus, monasterium Argentoum, in quo quaedam male vite, prout dicebatur, mulieres vivebant, quod etiam ex antiquis regum preceptis cognoverat jure monasterio S. Dionysii pertinere, in presentia venerabilium fratrum nostrorum Matthæi Albanensis episcopi, & apostolice sedis legati, Rainaldi Remensis archiepiscopi, Gaudrifi Carnotensis, Gosleni Sueffoniensis episcoporum, hortata etiam carissimii filii nostri Ludovici illustri & gloriosi regis Francorum, dilecte in Domino filii Suggesti abbas, intuitu religionis tibi & monasterio S. Dionysii, salvo jure Parisiensis ecclesie concessit, ita tamen ut mulieribus in religiosis locis ubi animas possint salvare provideat. Quod ergo pro reformando religionis amore de prefato monasterio a predicto Stephano Parisiensis episcopo statutum est, auctoritate nostra firmamus, & firmum volumus futuris temporibus permanere. Tux igitur dilectioni mandamus, ut religionem & monachum in prefato loco statuere diligenti vigilantia studeas; & ne preclaram mulierum aliqua in tua culpa deperat, in locis religiosis sollicita cura provideas. Datum Laterani nono calendis Mali.

## L X V.

*Ex charta S. Martini.* Charta Stephani episcopi de S. Dionysio de Carcere.

1133. IN nomine sancte & individue Trinitatis, ego Stephanus Dei gratia Parisiorum episcopus licet indignus non ignorans quid sollicitudinis, quid amoris Christi & ecclesie filius debeam, & cum multo timore perpendens quid oneris pro regendis fidelibus populis sustineam, quanto ad hæc auxilio, quantave pro distribuendis illis eorum oblationibus solertia indigeam, sciendum pro necessitate cognovi ad supportandum tantæ impositionis sarcinam, servorum Dei auxilia querere; coque ut nobiscum ob custodiam gregis Dei vigilent & orant stipendiorum nostrorum participes efficere: cum autem omnibus, si fieri possit, munificum & utilem episcopalis meæ dignitas esse deponat, religiosis maxime viris munificentie & utilitatis meæ liberalitatem aliquam impendere studui. Quapropter ecclesie B. Martini de Campis, & fratribus illi Deo serventibus ecclesiam sancti Dionysii, que dicitur de Carcere, quam diu manus illa iniuste invaserat, que etiam tempore nostro ad manus regis redacta fuerat, ipsam in manibus nostris reddidit, ex consensu, petitione & voluntate ipsius Domini regis Ludovici, annuente Adelaide regina, filius etiam ejus Ludovico rege, & Henrico ejusdem ecclesie abbate concedentibus, salvo in omnibus jure Parisiensis ecclesie, in perpetuum donavimus, cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, scilicet molendino uno in Mibray, furno etiam uno eidem ecclesie proximo, villa de Fontanis, cum ecclesia & decima, nemore & portu, villa etiam de Limogis, cum ecclesia & decima, villa de Furcis, cum ecclesia & decima, terra & pratis, in loco qui dicitur Roundel, cum prebenda etiam B. Marie majoris & sedalis ecclesie, & cum universis cæteris appenditiis, eo duntaxat modo, quo presentate ecclesie clericis catenus tenebant. Nos autem tranquillitati fratrum ibidem Deo famulantium providentes, ex consensu Bernerii decani, & Adæ precentoris,

\* Ratum habuit hæc restitutionem an. 1129. indictione VII. apud Remos in solemnibus sessionibus D. Philippus gloriosi regis, filii Ludovici.

Tomus VII.

A totiusque capituli, solas processiones (exceptis cruce & capellano, & textu, & aqua benedicta) eis condonavimus, ceteraque omnia ad jus Parisiensis ecclesie pertinentia, nobis & ecclesie nostre retinimus, &c. Actum Parisiis in capitulo, anno Incarnat. Dom. M. C. XXXIII. regnante Ludovico an. XXV. episcopatus autem nostri IX. Signum Bernerii decani. Sig. Adæ precentoris. S. Stephani archidiaconi. S. Theobaldi archidiaconi. S. Theobaldi archidiaconi.

## L X V I.

Theobaldus prior S. Martini de Campis ecclesiam Montis Martyrum & capellam de sancto martyrio permutat cum rege Ludovico VI. pro ecclesia S. Dionysii de Carcere.

*Hist. sancti Martini pag. 326.*

IN Christi nomine. Ego Theobaldus prior beati Martini de Campis, totiusque ecclesie conventus, notum fieri volumus tam presentibus quam futuris, quatenus ecclesiam Montis Martyrum cum suis appenditiis Ludovico Dei gratia Francorum regi, & Adelaide eidem gratia regine, & Ludovico eorum filio jam in regem sublimato anno tercio, ad hoc scilicet donavimus & concessimus, ut eam sanctimonialibus ibidem Deo famulantibus donarent, & perpetuo concederent. Donavimus etiam eis ad hoc idem capellam de sancto martyrio, & culturam Morelli, & domum Guerrieli cambiatoris, sicuti eam habebamus & tenebamus. Rex autem Ludovicus ecclesie B. Martini de Campis & nobis ecclesiam B. Dionysii donavit, & habendam perpetuo concessit. Quod ut ratum & firmum permaneat in sempiternum, scripto commendavimus, & ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate subterfirmavimus. Actum publice in capitulo beati Martini, anno Incarnat. Verbi M. C. XXXIII. regnante Ludovico anno XXVII. Signum Theobaldi prioris: S. Odonis subprioris. S. Gislemeri tertii prioris. Monachi. S. Petri a secretis. S. Manasterii a secretis.

## L X V I I.

Petrus venerabilis abbas Cluniacensis laudatam ibidem commutationem approbat.

IN nomine sancte & individue Trinitatis. Diligens præcedentium patrum providentia, & studiosa nihilominus sagacis providentie eorum solertia, alumna pacis, amica concordie, presentium futurorumque consulens utilitati, hoc instituit, hoc prævidit, hoc inspirante Deo decrevit, ut quoties aliquid precipuum agitur, vel Deo servientibus memoria dignum confertur beneficium, litterarum testimonio, & scriptorum privilegio roboretur, quo memorie tenacius commendet. Cujus constitutionis doctrinam divinitus editam, ego frater Petrus abbas Cluniacensis subsequens actionem illam salutaris inter ipsius regem Francorum Ludovicum, & uxorem ejus Adelaidam reginam, eorumque filios, ac priorem S. Martini de Campis donum Theobaldum & conventum sollempniter peractam, de ecclesia videlicet Montis Martyrum, & de ecclesia S. Dionysii de Carcere, approbo & concedo; utque nostris temporibus, & futuris firmior habeatur, inviolabiliter teneatur, rata conservetur & indissolubilis, scripto presentem confirmo. Sunt autem hæc, que ego & conventus concessimus, ecclesia videlicet libera eo duntaxat modo, quo monachi nostri tenebant, & decima ad eandem ecclesiam pertinens, cum vineis, & terra arabis, cum uno hospite apud Darentiacum, cæterisque appenditiis, que ibidem Deo servientes possederant. Addidimus præterea ecclesiam de sancto martyrio, cum vineis Adam, & Morelli culturam, culturam etiam, quam domnus Mathæus prior comparavit a Warnerio de Portu. Actum Parisiis apud S. Martinum de Campis, anno ab Incarnat. Domini

D ij

M. CXXXIII. Indictione XIV. residente in apostolica sede papa Innocentio, Ludovico rege Francorum & domini Petri Cluniacensis abate anno XII.

## L X V I I I.

*Albas sancti Germani dat Fossatenfis licentiam capelle edificanda apud Colliacum.*

*Edita est in prob. list. S. Germani a Pratis n. XLIX.*

Circa  
1133.

NOverint ad quos literarum istarum tenor pervenerit, venerabilis Theobaldum Fossatenfis monasterii abbatem a reverendo beati Germani Parisiensis abbate Hugone, ejusdemque monasterii fratribus, medicantibus religiosus vir Mathæo Albanensi episcopo, sedis apostolicæ legato, Burchardo episcopo Meldensi, Stephano Parisiensi, abbate beati Dionysii Arcopagie Sugerio, postulasse quatinus in parochia S. Germani, que Colliacum dicitur, in villa que Muntericus appellatur, ædificandi capellam licentiam tribuerint; unde idem venerabilis Hugo abbas communicato cum fratribus consilio, quia iusta & rationabilis petitio ei visa est, quod petebatur concessit, eo videlicet pacto, ut solam ipsam in quo capella edificaretur, cum ipsa capelle area ad domum presbyteri edificandam, cum ipsa domo que edificabitur, in jus & dominium beati Germani perpetuo traderetur, & presbytero ad habiendum per succedentia tempora manciparetur, abbas vero Fossatenfis de suo proprio, vel de rebus rusticorum suorum, silvis rebus beati Germani, videlicet decimis & aliis iusticiis, tres vini modios, & tres annonæ modios dabit. Et ut hæc conventio firma stabilisque permaneat, a successore ejusdem Theobaldi Ascelino abbate venerabilis huius literis, sigilloque eorum infra scriptis testibus firmata. Signum domini Ascelini abbatis, S. Richardi prioris, S. Ainaris, S. Rouberti, S. Bertrami, Sig. Girardi, Sig. Laurentii, Sig. Serlonis, S. Odonis. Testes nostri, magistri Philippus, Fredericus, Herberus major Munterici. Testes eorum, Robertus monachus, Stephanus monachus, Godefredus capellanus, Ulnardus laicus. Ego Ingelberus cantor sancti Petri Fossatenfis, scripsi & subscripsi.

## L X I X.

*Fundatio abbatis Montis Martyrum.*

1134.

IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. Ego Ludovicus Dei misericordia in regum Francorum sublimatus. Notum fieri volumus curæ fidelibus, tam futuris, quam presentibus, quod pro remedio anime meæ & predecessorum meorum, & prece, & consilio carissimæ uxoris meæ Adelaidis reginæ, ecclesiæ & abbatis in monte, qui Mons Martyrum appellatur, auctore Deo construximus, cui videlicet ecclesie, & sanctimonialibus ibidem Domino famulantibus, hæc que subscripta sunt in perpetuum habenda & possidenda de rebus & possessionibus nostris, annuente Ludovico filio nostro, jam in regem sublimato, donamus & concedimus villam ante S. Clodoaldum sitam, que vocatur Mansionillium, cum omnibus appenditiis suis, vineis, pratis, & nemore ad suos & hominum suorum usus, molendinum apud Clipacum \* cum conclusione aque, & molitura totius villæ. In civitate Parisius furnum quem ibi proprium habebamus, eam omnibus consuetudinibus, in silva quoque nostra, que Vulecia vocatur quotidie vehicularum unam mortuorum lignorum eis concessimus. Domum præterea Guericci, & stationis, & fenestras ibi constructas, & ejusdem terre vicariam, prædictis sanctimonialibus liberam prorsus ab omni consuetudine & quietam, perpetuo habendam destinamus. Omnibus siquidem innotescere volumus, quod Guillelmo Silvanectensi, cuius erat illius terre vicaria, pro eadem vicaria, stallam

\* Clichy.

unum inter veteres stallos carnicium, & fenestras duas ex alia parte viæ Parisius, in commutationem dedimus. Eisdem insuper sanctimonialibus dedimus hospites quatuor \* in foro nostro Parisius prorsus liberos ab omni exactione & quietos, & terram quam emi a Theoberto filio Gerardi, que vocatur Puncta, liberam & quietam, & piscaturam quam Parisius in Sequana habebamus, & terram in insula de Berçillis ab omni consuetudine liberam. Apud Chiellam arpentia pratorum decem. In pago Silvanectensi apud Brayum, domum unam, & vineas quas ibi habebamus, & terram uni curæe sufficientem, ab omni exactione & consuetudine liberam, ita quod de curra illa, aut de aliis, si plures Deo donante carrucas ibi habuerint, nullam campi partem, nullam consuetudinem unquam tribuant. Dedimus etiam illis in pago Stampensi, villam que Tolfosium dicitur, cum omnibus appenditiis, villam que Tolfosium dicitur, cum omnibus appenditiis, villam que Tolfosium dicitur, cum omnibus appenditiis, villam que Tolfosium dicitur, cum omnibus appenditiis. Sub silentio autem præterire non volumus, quod pro domo Guericci, cuius monachi B. Marini de Campis in manu sua habebant, & pro ecclesia Montis Martyrum quam ibi possidebant, nos eisdem monachis ecclesiam B. Dionysii de Carcere, quam in manu nostra propria habebamus, cum omnibus ejus appenditiis, in commutationem donavimus. Quod ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus; & ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate, & nominis nostri charactere subfirmavimus. Actum Parisius in palatio nostro publice Incarn. Verbi M. CXXXIV. regni nostri XXXVII. concedente Ludovico filio nostro jam in regem sublimato anno III. astantibus in palatio nostro quorum nomina subscripta sunt & signa. Signum Raulphi Viromandorum comitis, & dapiferi nostri, & Guillelmi buticularii, Hugonis consabularii, Hugonis camerarii. Data per manum Stephani cancellarii.

## L X X.

*Bulla Innocentii papa II. possessiones monasterii Fossatenfis confirmantis.*

*Edita list. Paris. prob. tom. 1. pag. 22.*

INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Ascelino abbati monasterii sancti Petri Fossatenfis, quod in Parisiensi pago situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur quod rationi convenire cognoscitur, animo nos decet libenter concedere, & petentium desideria congruum suffragium impertiri. Proinde, dilecte in Domino fili Asceline abbas, tuis rationalibus postulationibus affectione paternæ gratiam præsentem assensum, B. Petri Fossat. monasterium, cui Deo auctore præesse dignoscitur apostolicæ sedis privilegio communium, statuentes ut quascunque possessiones, vel bona ex concessione, vel confirmatione Romanorum pontificum, seu Francorum regum, vel quorumlibet episcoporum imperantium iuste & canonicè possides, quæcumque etiam in futurum auxiliante Domino poteris adipisci, firma volis in perpetuum, & illibata permanent, in quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda.

1136.



In archiepiscopatu Senonensi, villam quae dicitur A Seia, & ecclesiam ejus, prioratum Capellae, & ecclesiam ejus, ecclesiam de Acheris, ecclesiam de Colliaco.

In episcopatu Carnotensi, prioratum S. Arnulphi, & ecclesiam ejus, prioratum de Monasterio, ecclesiam de Longo villari, ecclesiam de S. Mauricio.

In episcopatu Parisiensi, in burgo Castrensi, prioratum S. Clementis, & ecclesiam ejus, ecclesiam de Evricco in castro Corbiole, prioratum S. Johan. Bapt. in castro Turnonio, prioratum S. Dionysii, & ecclesiam ejus, cum capellis & rebus ad prioratum pertinentibus, ecclesiam de Oratorio, ecclesiam de Ferrois, ecclesiam de Brucia, ecclesiam S. Hilarii de Varenis, cum capella S. Nicolai, sita in Foffat. villa, ecclesiam de Boillaco, ecclesiam de Mansionibus, ecclesiam de Nobiliaco, ecclesiam de Noiffaco sicco, praeterea prioratum S. Eligii, infra civitatem Parisiensem situm, & ecclesias ad ipsum pertinentes, videlicet ecclesiam S. Martialis, ecclesiam sancti Petri de Arsonibus, ecclesiam S. Crucis, ecclesiam S. Petri de Bobus infra murum ejusdem civitatis sitas, ecclesiam S. Bonii ultra magnam pontem, ecclesiam S. Pauli extra civitatem, cum terris & rebus ad eam pertinentibus; & in archiepiscopatu Senonensi, ecclesiam sancti Hilarii, in villa quae dicitur Messia; praeterea prioratum S. Verani, cum terris & rebus ad eum pertinentibus, prioratum de Equata, cum omnibus ad eum pertinentibus. Volbis nihilominus confirmamus in ecclesia Parisiensi praebendam unam ad monasterium vestrum spectantem, & in eadem ecclesia aliam praebendam ad prioratum S. Eligii pertinentem.

In episcopatu vero Meldensi, ecclesiam de Curte Prothasii. Auctoritate insuper apostolica firmiter inhibemus, ut nullus episcopus seu archiepiscopus, nisi de mandato Romani pontificis, aut nisi legatus ad hoc missus specialiter in vos, vel aliquem de congregatione vestra fratrum, sive monachum excommunicationis sententiam promulgare nedum ferre praesumat. Quae si facta fuerit, seu modo quolibet promulgata, eam auctoritate apostolica decernimus non tenere. Pro dedicatione ecclesiarum, pro consecrationibus altarium, christianis, olei & similium, pro locatione abbatum, cum in novitate sua pastoralis locatur, nullus decanus, nullus archidiaconus, nullus ecclesiae praebatus, aliquid aliquando exigere vel extorquere praesumat. Obsecro vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullis inibi qualibet subreptionis alutia, seu violenta preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars sanioris consilii, secundum Dei iunorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat praesumtum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, &c. Datum Pisis per manum Almerici S. R. E. diaconi, cardinalis & cancellarii, x. cal. Martii indictione XII. Incarnationis Dom. m. cxxxvi. pontificatus domini Innocentii papae II. anno vi.

## L X X I

Ex charrol.  
episc. Paris.

*Privilegium Innocentii II. de ecclesijs episcopo Parisiensi subiectis, &c.*

1137. INNOCENTIUS episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Stephano episcopo Parisiensi, ejusque successoribus canonicè promovendis in perpetuum. Quanto nobilis & gloriosa Parisiensis ecclesia pro sede regis Francorum exillit famosior, & in amore & reverentia B. P. & S. R. ecclesiae, venerabilis frater Stephane episcopo, manifestis argumentis exaltat devotior, tanto propensius in his quae ad utriusque decus & emolumentum spectare nescuntur, optata suffragia impetitur. Ideoque, karissime frater Stephane, rationabilibus postulationibus tuis praesentes assensum, que-

cumque Parisiensis ecclesia inpraesentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, vel aliis iustis titulis Deo proprio poterit adipisci, tibi tuisque successoribus, & per vos Parisiensi ecclesiae apostolice munimur privilegio communitum. In quibus haec propriis duximus exprimentia vocabulis, ecclesiam videlicet S. Marcelli, ecclesiam S. Clodoaldi, cum villa & omnibus appendiciis suis, ecclesiam S. Germani Antifiodorensis, ecclesiam S. Eligii, ecclesiam quoque de Campellis, cum praebendis & nullis parochiis, id est de S. Mederico, de Capella, & de Keris eidem ecclesiae pertinentibus, salvo nimirum centu duorum solidorum monetæ illius terræ, videlicet quæ in partibus illis appenditur, Senonensis ecclesiae annualiter persolvendo; quæ videlicet supradictæ ecclesiae ad jus & proprietatem Parisiensi episcopi spectare noscuntur. Jus etiam episcopale in subscriptis abbatibus, & earum parochiis, seu parrochiis omnibus, videlicet in abbatia Lathiacensi, in abbatia Fossatensi, in abbatia sancti Maglorii, in abbatia sancti Victoris, in abbatia vallis sanctæ Marie, in abbatia de Sarneya, in abbatia sanctimonialium, scilicet de Monte Martyrum, & de Kala; in ecclesia insuper Argenteoli. Praeterea postulat & conventionem inter te & karissimum filium nostrum Ludovicum regem Francorum illustri memorie licetam de loco in suburbio Parisiensi sito, qui Campellis nominatur, tibi nihilominus confirmamus, ita videlicet quod tertia pars totius redditus solati illius terræ; sive in censu, sive in emptionibus, quolibet, aut aliis quibuscumque modis aliquid inde percipierit, tibi & successoribus tuis absque diminutione aliqua perolveretur; duæ vero reliquæ partes regali fisco redduntur, cumque vero fuerit praepositus regis super hoc fidelitatem tibi tuisque successoribus faciat, & tuus regi & hereditibus suis, & unus abque altero nihil de terra illa suscipiat vel disponat. Statuimus etiam, ut si aliquis ecclesiae Parisiensis canonicus ad episcopatum fuerit honorem promotus, ipsius praebenda ad Parisiensem ecclesiam libere revertatur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, te vel successoribus tuis, super hac nostra confirmatione temere perturbare, vel possessiones ecclesiae Parisiensis auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet molestiis fatigare. Si qua vero in posterum ecclesiastica, seculariis personis hujus nostrae constitutionis paginam scienti contra eam tenere venire temptaverit, secundo teroive communita, nisi praesumptionem suam satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & ranteque se divino iudicio existere de perpetua iniquitate cognoscat, & a sacramentis corpore & sanguine Dei ac Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiacet. Cunctis autem eidem loco & ecclesiae sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quantum & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem premia aeternae pacis inveniant. Amen, amen, amen. Ego Innocentius, &c. Datum Laterani, per manum AymERICI sanctae Romanae ecclesiae diaconi cardinalis & cancellarii, VII. calend. Apr. indict. 1. Incar. Dom. anno m. cxxxvii. pontificatus vero domini Innocentii papae II. anno VIII.

## L X X I I.

*Confirmatio fundationis abbatiae Vallis B. Mariae:*

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis, amen. Ego Ludovicus Dei gratia Francorum rex, & dux Aquitanorum. Notum fieri volumus cunctis fidelibus, tam futuris, quam presentibus, quod Theobaldo abbatii & fratribus, in loco qui dicitur Vallis sanctæ Mariae, Domino famulantibus, pro animæ nostræ & parentum nostrorum remedio in perpetuum concedimus, ut quicquid de feodo nostro, ex quorumlibet beneficio adepti D ij

sunt, aut in futurum, largiente Domino, poterunt adipsi, jure proprio habere & possidere. Hæc sunt autem que ante presentem concessionem nostram jam adepti erant, & que in proprium illis concedimus: scilicet videlicet abbacie sue, que *Vallis S. Marie* appellatur, ex dono Anselmi de Insula, terram in foresta de Tellis ex dono Anselmi de Senott, terram de Monte Arsitio ex dono Hugonis Tirelli, terram de Guncii villa ex dono Roricis ejusdem villæ domini. Hæc & alia omnia, que predictis fratribus in futurum de feodo regali Deo auctore conferentur, illis in perpetuum confirmamus, & concedimus. Quod ut ratum & inconcussum permaneat, signo nostræ auctoritatis, & nominis nostri caractere subterfirmari præcipimus. Actum apud Fontem Bleaudi publice an. M. CXXXVII.

**B** Fognani in palatio nostro, quorum nomina substituta sunt & signa. Signum Radulphi Viromand. comitis & dapiferi nostri, Sig. Guillelmi buticarii, Sig. Hugonis consularii, Sig. Hugocamerarii. Ludovicus. Data per manum Algrini cancellarii.

## L X X I I I.

*Charta Ludovici regis, dicta magna S. Martini charta, qua donationes antecessorum regum confirmantur.*

1137. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, &c. Ego Dcfr gratia Ludovicus Francorum rex, & dux Aquitanorum, dignum duxi, ut illa que subscripta sunt, & que prædecessores nostri Francorum reges de morte mediantes Deo, & B. Martino de Campis caritative tribuentes tradiderunt, more regio nostri nominis caractere, & sigilli corroboratione confirmaremus. Ipsam imprimis B. Martini ecclesiam, cum terris, que circa eandem ecclesiam habentur, una cum theloniis, & fredit, & justitiis eandem terrarum. Præterea Parisius ad magnam portem molendinum unum de elemosyna patris mei pie recordationis Ludovici regis, alterum vero ad eundem portem de elemosyna Odonis filii Stephani, alterum etiam ad eundem portem de elemosyna Gerriaci de Porta; iterum alterum in Milbray de elemosyna Roberti Pifil. Terram etiam Albertivillaris. Nostra villam, cum omnibus redditibus terre, silvæ, vinearum & pratorum, & aque Maternæ. Anetum villam, cum omnibus redditibus terre, tan in silvis quam in vineis, & pratis, & piscuis, & aqua, & portu; omnem vero decimam pascuorum, leigii & vierle. Bongesias insuper, cum omnibus redditibus libere sibi adjacentibus, & Dificacum villam in Laudunensi territorio, quas quatuor villas dedit avatus meus rex Henricus, cum altaribus Hyen-villæ, & Novævillæ. Gordum etiam piscium apud Poissiacum in Sequana de dono patris mei. Ex dono etiam ejusdem patris mei apud Pontifaram habet ecclesia sancti Martini de Campis terre sue consuetudines, scilicet libertatem omnium exactationum, seu quarumlibet inquietationum, quas ibi habebant prædecessores nostri, quod pater meus concessit ad petitionem D. Matthei venerabilis episcopi Albanensis, & precibus matris mee Adælidis reginæ; ita tamen quod expeditiones nostras, & equitatus nostros, tantummodo in hominibus in prædicta terra morantibus reinemus, qui tamen, neque a preposito, neque ab aliquo ministrorum nostrorum submoveantur, nisi ex præcepto nostro & dapiferi nostri, Viginti etiam solidos in pedagio Bongearum de elemosyna Alberti militis, cognati Wilhelmi de Garbula, quos concessit prædictus Wilhelmus de prædicto pedagio. Exaltationem quoque servorum beati Martini, quos omnes pater meus rex Ludovicus humiliter pontificum suorum rogatu, comiumque & procerum suorum assensu, prærogativa regie majestatis indifferenter honestavit, quatenus in omnibus causis, placitis, & querelis contra universas ingenue potestatis personas veritatis testimonium regali instituto usque in sempiternum exaltati, ut testes legi-

mini proferant, & proferendo afferant, salvo & integro jure cuius sunt ecclesie, ac decemque damnum vel repullam se in ejusmodi negotiis perire nulloatenus dolant, vel erubescant, & eorum probationes liberi aut suscipiant, aut contradicendo falsificent. Dignum est enim supra ceteros servos exaltare qui se servant, qui servite est regnare. Ecclesiam quoque S. Dionysii de Carcere, que tempore patris mei ad manus regis redacta fuerat, quam ipse ex consensu, voluntate & petitione domine Adælidis reginæ matris mee, me etiam in regem sublimato assentiente, & domno Henrico fratre meo ejusdem ecclesie abbate, in postremum jure perpetuo concessit possidendam, cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, scilicet molendino uno in Milbray, fumo etiam uno eidem ecclesie proximo, villa de Fontanis, cum ecclesia, & decima, & nemore, & portu, villa etiam de Linogis, cum ecclesia & decima, villa de Furcis, cum ecclesia & decima, terra & pratis in loco, qui dicitur Roundel, & cum domo & curia Matthei de Maula, pro qua pater meus concessit prædicto Mattheo terram Pagani Bigot de Castellis, & cum universis ceteris appenditiis, eo duntaxat modo, quo præfate ecclesie clerici tenentur. Insuper quinque solidos, quos ego debeo de censu prædictæ ecclesie S. Dionysii, de terra que est in Campiaux, in qua pater meus subillavit novum forum, ubi habent locum venditores mercium, & pars cambiatorum; quos denarios ego percipio ab eisdem mercium venditoribus singulis annis præfate ecclesie de meis redditibus reddi. Centum etiam solidos ecclesie Cluniacensi, & quadraginta sancti Martini de Campis, quos dedit Burchardus de Montemorenciac de pedagio suo, quod est in camino Pontifarsensi, confirmatos a patre meo, de cuius erant feodo, piis & devotis ipsius Burchardi precibus. Qui centum solidi statui sunt persolvendi in capite jejuniis, in Quadragesima, & in transitu S. Martini.

Donationem etiam, quam fecit pater meus pie memorie rex Ludovicus monachi sancti Martini de Campis temporibus & humiliter prece domni Odonis ejusdem loci prioris, scilicet quod nos, vel heredes nostri nunquam B. Martini homines, vel hospites capiemus, nisi in presenti forasde fuerint deprehensi, & si nos, vel homines nostri queramus adversus eos aliquam habuerimus, in curiam B. Martini ibimus, & justitiam per manum prioris & monachorum inde suscipiemus. Concedimus etiam, quod B. Martini homines nunquam in expeditionem, vel equitatum ex consuetudine, nisi ex amore solummodo, & prece, & voluntate, & licentia prioris ibunt, exceptis hominibus de Pontifara, quorum illa retinuit pater meus, sicut superior scripsimus est. Præterea quicquid de feodo nostro prædictis monachis S. Martini datum est, vel in futurum poterunt, largiente Domino, adipsi, illis jure perpetuo confirmando concedimus. Quod ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus; & ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate, & nominis nostri caractere subterfirmavimus. Actum Parisius, anno Incarnati Verbi M. CXXXVII. regni nostri v.

## L X X I V.

*Charta fundationis abbacie Hedrensens.*

**S**TEPHANUS Domino ordinante Parisorum episcopus, universis Christi fidelibus, tam posteris, quam presentibus saluten. Ad hoc nobis episcopalis officii cura ab omnipotente Deo commissa est, ut religionis diligens peritosus, & bene placenti Domino religionem studeamus modis omnibus propagare. Noverit igitur universi, quod ecclesiam sanctæ Mariæ Hedrensens nostro labore, nostro studio, Dei gratia nos in omnibus præcedente, a fundamentis extruximus, & sanctimonialis feminas in ea ponentes, religionis ordinem in eadem ecclesia perpetuo conservari decrevimus. Sed quia formicam sexum fragilem, atque

adeo libenter esse cognovimus, licet pro predictis sanctimonialibus, archidiaconi proposita disciplina, tam per nos, quam per religiosos viros ligare curavimus; habent enim institutiones optimas ex maxima parte de ordine monachorum Cisterciensium subscriptas, partim etiam de observantiis aliarum religionum collectas, quod consilio venerabilis viri domini, scilicet Hugonis Pontificensis abbas, necnon industria fratris nostri Wilhelmi, consilio etiam & voluntate carissimae filiae Hilardiis, ejusdem ecclesiae sanctae Mariae venerabilis abbatissae, conventusque totius, factum est, volumus & auctoritate episcopali praecipimus, ut praedictae sanctimonialibus praedictas institutiones, sicut determinatae vel scriptae sunt in libris, quos consuetudines vocamus, in perpetuum teneant, nec unquam in aliquo, eas minuere vel mutare praesument. Obeunte abbatissa, aliam quae substituenda erat, hoc modo eligendam censimus: in primis Parisiensi episcopo voluntatem & necessitatem suam insinuabunt, deinde religiosos viros, abbatem sancti Victoris, & abbatem sanctae Mariae de Valle in suo capitulo, praesente episcopo convocabunt, his autem in unum convocatis, de electione abbatissae tractabunt, & sine contradictione quacumque voluerint, dignamque judicaverint, eligent, si vero abbatessae habere nequerint, prior cum tribus religiosissimis sanctimonialibus in praesentia episcopi subsistentur: hoc etiam notum fieri volumus, quod eandem ecclesiam ab omni exactione temporali, quantum ad nos & successores nostros spectat, liberam omnino & quietam fore concedimus, &c. Actum Incarnationis Dominicae anno M. CXXXVIII. Data per manum Algrini cancellarii.

L X X V.

*Ex char. Privilegium Ludovici regis de libertate suppellectilis decedentis episcopi Parisiensis.*

1143. **I**N nomine sanctae & individuae Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia rex Francorum & dux Aquitanorum. Scimus quia ex auctoritate veteris testamenti etiam nostris temporibus ex ecclesiastica institutione soli reges & sacerdotes sacri christiani unctioe consecrantur. Decet autem ut qui soli pro ceteris omnibus sacrosancta christiana linitioe consecrati ad regendum Dei populum praeficiantur, sibi ipsis & subditis suis temporalia subministrando provideant, & providendo invicem subministrant. Notum igitur facimus, quia nos quibus ex antiquo praedecessorum nostrorum tenore, quasi jure sacri omnia quae mortuo Parisiensi episcopo in domibus ejus inveniebantur assignata licebat, volentes ecclesiae Dei, & episcopis Dei servitio mancipari, debitam reverentiam exhibere, & eos donis majoribus ampliare, inhonestas consuetudines reformare, moti precibus & supplicatione karissimae nostrae Teolaldi Parisiensis episcopi viri religiosi, quidquid suppellectilis de materia lignea vel ferrea deinceps inventum fuerit in domibus episcoporum Parisiensium post mortem ipsorum, in quibuscumque locis & villis domus illae forte sitae sint, integrum & intactum succedentibus episcopis in perpetuum possidendum libere & quiete manumittimus & confirmamus assensu & consensu domine Alienordis reginae collateralis nostrae. Omnia autem quae manumissimus sub custodia capituli beatae Mariae, ad usum episcopi subsistendi conservabuntur. Hoc siquidem donum super altare beatae Mariae pro delictis nostris & patris nostri supplices offerentes, ne aliquis succedentium regum, quod abist, infringat, sigilli & characteris nostri auctoritatem apponimus; & quod publice ac celebriter actum est in ecclesia Parisiensi, & in ipsis domibus episcoporum literis annotari, & excommunicationis sententiam ab ipso episcopo & universis ejusdem ecclesiae sacerdotibus jussu nostro pronuntiatam, ne quis videlicet contra regiam majestatem, & christos domini sacerdotes praesumere audeat, subscribi praecipimus. Actum publice Parisius, &c. M. CXLIII.

L X X V I.

*Praeceptum Ludovici regis pro Hederensii monasterio.*

**L**UDOVICUS Dei gratia rex Francorum & dux Aquitanorum, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam Deo disponente bona quae temporaliter agimus, & contra adversarium nostrum arma sunt inexpugnabilia, & aeternae hereditatis indubitanter nobis acquirunt praemia; ratio consilium, necessitas exigit ut dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei operemur. . . . . Hac igitur ratione instructi, hac consideratione admoniti volumus, & immobilis lege statimus, ut panis qui ad curiam nostram & successorem nostrorum quotienscumque Parisius fuerimus, deferatur, totus ex integro declinetur, atque eadem decima sanctimonialibus B. Mariae de Heder, ob remedium animarum nostrarum in perpetuum praebatur. Id eam regibus posteris nostris denuntiamus, quatinus hanc eleemosynam nostram acceptam habeant, manuteneant, & in nullo unquam minui permittant. Quod ne valeat oblivione deleri scripto commendavimus, & ne postea a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate, & nominis nostri characterem subterfirmavimus. Actum Parisius publice, anno Incarnati Verbi MCLXIII. regni nostri VII. astantibus in palatio nostro quorum nomina subscripta sunt & signa. Signum Radelphi Viromandorum comitis dapiferi nostri. S. Wilhelmi buticularii. S. Matthaei camerarii. S. Matthaei constabularii. Datum per manum Calocri cancellarii.

L X X V I I.

*Privilegium regis Ludovici pro S. Dionysio.*

**I**N nomine, &c. Ego Ludovicus Dei gratia rex Francorum & dux Aquitanorum. Quia Dei omnipotentis larga misericordia regnum nostrum flare, & nunquam tererum nisi per caeleste veraciter proficere mansisse cognovimus, summa cura, sollicitudine continua instandum nobis est circa ecclesiae Dei cultum ex regiae majestatis munificentia, benignitatis opera impendere, terrenis caelestia sacri commutatione communicari, ut per haec regni nostri administrato temporaliter fiat gloriosa, & illis deficientibus illa nos recipient in aeterna tabernacula. Nos igitur cum & aliis longe lateque ecclesiis, cum praecipue nobili monasterio ter B. Dionysii sociorumque ejus propentius attendentes, eo primum affectu quo totum regnum nostrum forte apostolica suscipiens Domino Deo proprii sanguinis effusione restituit, eo etiam quo ci antecessores nostri benignvolentia & familiaritate confederati sunt, qui cum multa ei contulerint, multo majora per ipsum receperunt, ad ipsorum sanctissimum martyrum basilicam dedicationem, quae in novo ecclesiae augmento in capitali vide licet parte celebravit facta est cum conjugae nostrae Alienordis reginae, & plurimo optimatum nostrorum comitatu acceleravimus. Ubi cum post ipsius ecclesiae consecrationem ad locum antiquum in peculiarem partem nostrae beatissimi videlicet Dionysii ejusque sociorum sacra corpora continebantur, cum archiepiscoporum & episcoporum plurimo conventu accessitissimus apertis scriniis, extractisque thesauris, & propriis numeris per ipsum ecclesiam deponatis, in loco gloriosissime superius preparato sacra pignora laetis cum lacrymis deposuimus. Denique Dei omnipotentis suspiratione, & ipsorum martyrum amore tactus convocatis archiepiscopis & episcopis qui aderant, & ipsis ecclesiae venerabilibus abbatibus Suggestio amico ac familiari nostro, quasdam consuetudines quas in quibusdam villis eorum habebamus, pro quibus nobis quotannis decem & octo libras persolvebantur, luminaribus ipsis ecclesiae continendis dotis jure contulimus, videlicet apud Ciriacum, & apud Cornelias quocumque vel in vicaria vel in

advocatione habebamus, & omnia omnino illidem ad nos pertinentia, præter vium nostrum & avem, præter jacere nostrum, & exercitum & equitationem pro servientis beati Dionysii submonitione: apud Comacum quoque quicquid habebamus, præter prælium, & jacere nostrum, præter exercitum & equitationem pro servientis beati Dionysii submonitione: apud Trappas vero, & apud Heronculum quicquid similiter habebamus, præter jacere nostrum, & exercitum, & equitationem pro servientis, ut divisim, beati Dionysii submonitione. In Cultura denique de infirmaria, quæ est prope burgum beati Dionysii, quicquid habebamus cum suprascripta largitione contulimus. Quod ut perpetue stabilitatis, &c. Actum publice Parisius, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo quarto, regi vero nobis octavo.

## L X X V I I I.

*Ex charta  
episc. Paris.* Privilegium Ludovici regis ne talia vacante sede, numerum LX. librarum excedat.

1147. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia Francorum rex & dux Aquitanorum omnibus in perpetuum. Dignum proferus esse decernimus ut quoniam ex omni orationis Dei misericordia sepeurum regni suscepimus, quorum testimonio studeamus offendere, quam propiã voluntate ecclesiarum regni nostri libertatem vestris adaugere. Inter quas Parisiensem ecclesiam tanto propius nos honorare debere recolimus, quanto cum ex longo temporum usu coronæ regni familiaris adiunctam esse perpeditimus. Quo nimirum intuitu dilectissimi nostri Theobaldi venerabilis Parisiorum episcopi iustis postulacionibus delata benignitate gratum imparietis assensum, exactionem & talliam quam post obitum prædecessoris sui Stephani sic recordationis episcopi in terris ejusdem episcopi otus nos fixisse meminimus, sibi & successoribus suis episcopis in perpetuum condonamus, & ne in posterum, vel per nos, vel per aliquem successorum nostrorum aliquatenus requiratur, per præsentis præscriptum pagine regis requisitus auctoritate concedimus & confirmamus, sub ea tamen exceptione, ut quareo episcopatus in manus regis devenit, consuetudinarios redditus, & talliam statim tempore episcopi o debitam ministeriales nostri, & successorum nostrorum ex regio mandato possint accipere, ac sine contradictione ecclesie Parisiensis habere. Ac ne etiam tallie illius summa ad gravamen ecclesie ultra & supra modum ullis occasionebus augeatur, certa sub assignatione statimur, ac modis omnibus inhibemus ne numerum LX. librarum excedat. Quod ut ita perpetue stabilitatis obtineat munimentum, & in posterum quam præsentibus, tam futuris premiter inascescat, scripto commendarari ac sigilli nostri auctoritate muniti, nostrique nominis subter inscripto karolice corroborati præcipimus. Hujus autem nostre condonacionis testes affectu venerabiles viri, &c. Actum Parisius, anno ab Incarnatione Domini M. CXLVII.

## L X X I X.

*De Chise  
mon. de He  
rville Fran.  
cise Inqre  
tam.* Epistola Sugerii abbatis S. Dionysii ad Eugenium III. summum pontificem de inductis in ecclesiam S. Genovefæ regularibus S. Victoris Parisiensis canonicis.

1147. **C**arissimo domino & patri universali Dei gratia summo pontifici Eugenio, Sugerius B. Dionysii humilis minister, devotas in Christo orationes, obedientie & servitii plenitudinem. Susceptis apostolicis præceptionibus venerandis apibus de monasticæ religionis positione in ecclesia B. Genovefæ Parisiensis, tantum tempore Deo placitum negotium, tanquam crebitus nobis commissum gratantissime amplectentes, eo

quod super hoc ipso præsentialiter sancte paternitatis vestre celsitudo, cum nominis imperare oporteret, parvitatem nostram prius rogaverit, totis animi viribus effectus inancipare elaboravimus. Quamvis enim occasione querulorum canonicorum ad vos proficiscentium, eo quod curia Romana consuevit aliquando, quod turpe non est, cum te mutare consilium, dicere distulissimus, nulla tamen contradicentium nobilium aut innotulorum clericorum, seu laicorum opposicione teperescere, aut in aliquo super hoc ipso remissius habere decreveramus. Cui subito proxima die, sere tercia, aut quarta, qua designatum abbatem, & monachos in ecclesia eadem ponere proposueramus, ecce præfati canonici, videlicet cantor & alii, a facie vestra redeuntes, mutatam pro bono pacis sententiam in canonicorum

regulationum positione nobis reddiderunt. Nos tamen reque devote, ac gratanter fecundam, ac si primam recipientes sententiam, assensum nobiscum venerabilibus & sapientibus viris, videlicet abbate sancti Germani, S. Petri Fossanensis, S. Maglorii, S. Petri de Ferrariis, & aliis de melioribus personis assensuum vicinorum, ad eundem locum Genovefæ locum acceleravimus, & in capitulo eorum quid super hoc extremo, quid super primo capitulo, secundum tenorem litterarum quas nobis detulerunt, prosequi vellent, consilium convenimus. Qui, ut erant diversi diversa sentientes, cum aut utram aut neutram concorditer prosequi nollet sententiam, multa & morosa reprehensione, quod etiam postulata, quod etiam misericorditer concessa restutarent, insistebamus: donec qui favoriter erant consilii & filii lucis, canonicos regulares se suscepisse pacifice promiserunt. Nos autem super hoc ipso exhiberati, quoniam quidam de melioribus abbatem sibi consilium, & canonicos de S. Victore postulabant, communicato cum assensuum consilio, tunc quia nullam penes nos religioforum in suo statu novimus ecclesiam, tunc quia propinquitate loci ad omnes eorum, sive interiorum, sive exteriorum commodior exiit necessitatem, ad eos divertimus, viamque venerabilium abbatem S. Victoris operibus pietatis approbavimus, modo fororum, modo in conventu suo, ut his orem ferret, & adjuvor divinitatis evelleret & daretur, edificaret & plantaret, in nomine Domini simpliciter efflagitabamus. Qui ut emeritum pater, & eundem loci providus procurator, cum hoc ipsum instanter recularer, ut pro eorum viam venerabilem & religiosum, abbatem sibi postulare nos conperit, olortis lacrymis cum fletu & angustia cordis, senium, desolacione suam opponens, ejusdemque prioris consilium & auxilium si eo caret deplorans, sere per totam diem recusando, & quod nunquam fieret detestando, usque ad proximum nonam deliquit. Tandem vero victus precibus multorum, immo auctoritate vestra, qua cum importune, opportune adjuvabamus, tam misericordia, quam pietate, pro alieno commodo suum sustinens incommodum, eundem venerabilem priorem cum duodecim fratibus viris religiosis & honestis, nobis contradidit, quos in festo S. Bartholomei ad eandem ecclesiam solemniter cum clero & populo civitatis induvimus, & venerabili episcopo Meldensi M. quem nobiscum his agendis susceperamus, eadem die coram altari ejusdem

sanctæ Genovefæ altarem benedixit solemniter optinente sanctitate vestra fecimus. Initia vero ejusdem officii missa, chalcium, capitulum, & refectorium eis adhiberavimus, dicque sequente regulationi, ex parte domini regis cuius vicis agimus, potestatem contulimus, fidelitatem viciorum ad eos pertinenciam, & juramentum securitatum eis fieri fecimus. Eapropter, præter sanctissime, actionem nobis commisso negotio celsitudini vestre summam significare dignam duximus, ut & vobis quod præcepissis factum esse placeat, & quam propiã sit parvitas nostra ad obedientie vestre expletionem innotescat. De cetero S. Apostolorum vestri genibus provocandi spiritus, omnino, subnixè supplicamus, opus hoc, opus manuum vestrarum manentem & protegere, gladium

**D** **E**

**E**

gladium S. Petri contra omnem æmulorum importunitatem cominus evaginare. Appellationem quoque molestias, quibus quietem eorum jugiter indiscrete perturbarent, misericorditer, si placet prohibere, eandem ecclesiam Deo innovatam, tanquam novam plantam, donec perfecte radicata fuerit, crebra propagatione extendere. Quibus omnibus maxime poterit præstare suffragium, si quemadmodum inceptum est, in eadem ecclesia plenitudinem officii secundum observationem ordinis sui, usque ad unum iota, & utrum apicem conservari feceritis, ne dissonantia officii, legendi & cantandi diversitas in scandalum regularium & irregularium emerget, ne olivorum apertio hac occasione die ac nocte fratres conturbet, ne per eisdem æmulos aliqua infamia in eos subrepat; ut quiete ibidem omnipotenti Deo ad laudem & honorem S. Apostolatus vestri, & personæ vestræ sempiternam remunerationem dignum Deo simulatum exhibere valeant. Quid namque de paternitate vestra sperarem? Ego ipse peccator ex hoc vestro opere aliquid misericordie Dei me lucraturum confido. Est & aliud quod paternitati vestræ volunus capitulum innotescere, ut sicut primum mandastis, falsis eorum tantum prælendis, præposituræ & terrarum custodia canonici regularibus remaneant. Quoniam si exterioribus remanserint, omnia dilapidabunt & sibi subripient, & ad defectum vidualium, ut vel sic ordo periclitetur, forsitan crudeliter elaborabunt. Aliud quoque est quo in hoc principio laboris sui filii vestri postissimum indigent. Quendam Rodulfum æmulorem & derogatorem eorum religioni, mucrone beati Petri, ut convertatur, feriendo compescatis; & ne impunitate ejus aliorum emerget contumacia, ejus stultitiam reprimitis. Constat Dominus omnipotens omnem hostem sub pedibus vestris. Nos autem servitio vestro paratos, & ecclesiam nostram, sed & carissimum filium vestrum Ludovicum regem Francorum in opere Dei tam laboriose negociantem, sanctis orationibus vestris commendamus: rogamus ut si quid certum de eo audistis, nobis infirmis. Valeat in æternam famulitas vestra, amantissime pater & domine.

## L X X X.

*Epistola Sugerii abbatis de electione decani Parisiensis.*

1148. **A** Mantissimo Patri & Domino Dei gratia summo pontifici Eugenio, Sugerius beati Dionysii humilis minister, obediens & servitii plenitudinem. Nobilem beate Mariæ Parisiensis ecclesiam, invitante caritate, multisque rogantibus, pater sancte, discretioni vestræ attentius commendantes, quia plus solito eget, ut plus solito subveniat, ad præiens suppliciter poscimus. Cum enim venerabilis status nobilitate & famola doctrinæ lampade hæcenus clarere consuevit, in defectu personatus decanæ vacillans graviter, si non ei subveniatur, declinare festinat. Cum enim qui alios doctrina & vitæ exemplo præcedere debet, etiam sequi nesciat, profecto subditorum disciplina per ejus incitiam a doctrinæ & prudentiæ tramite exorbitat. Sane, cum in Galliis vestra Deo & hominibus grata frueretur præsentia, assumpto ejusdem ecclesie decano B. in episcopum Catalaunensem, propter diversarum partium Parisiensis capituli dissonantiam, qui crebro localiter convenientes, in acceptione ejusdem personæ in decanum convenire non valebant, a paternitate vestra eandem electionem committere honestioribus personis ejusdem ecclesie, quorum industria ad honorem Dei pacificaretur controversia, mandatum susceperunt. Qui parati obedire, quatuor ejusdem ecclesie canonicis, quorum unus hic erat, nihil mali in eis aut de eis suspicantes, electionem commiserunt. Qui quod semel inter se susceperant, extra se erogare recusantes, quin potius inter se retinentes, ipsi hunc de quatuor forsitan sibi in decanum elegerunt. Super quo valde mirati sumus, quod cum auctoritate

Tonus VII.

**A** vestra quatuor commissa fuerit electio, si tres quartum elegerant, minus obediunt. Quod si quartus cum aliis se elegit, paternitas vestræ discretio infinite melius quam nos cognoscit quid fecerit. Verum si quod minus in electione invenitur, in personæ probitate suppleretur, in recompensatione sustineri possit. Sed sicut perhibent qui cum noverant, nec alicujus discretionis, nec bonæ conversationis, nec bonæ famæ existit. Prioriorem enim publice hæc privatim dicant eum ad omne deterius, expertem consilii & auxilii, in omnibus ecclesie necessitatibus pene nullum, sub quo languere potius quam prosperari ecclesia valet. Cujus indiscretionis argumentum in ea potestis actione cognoscere, quam episcopus Parisiensis paternitati vestræ transmittit, de ea quam audire potestis cantor ejusdem ecclesie cæterum controversia eum movisse. Cum enim pro consuetudine ecclesie & apostolicæ immunitatis auctoritate præfatus cantor ita decano pariteretur, ut neque de ecclesiasticis, neque de civilibus, sive in capitulo, sive extra absque ejus consilio dissonare habeat: quadam die cum esset in choro, horum canonicorum decantans, & cantor eisdem clerico loqueretur, quo more solet omnibus de canens vel legendis pronuntiare: accepta inde occasione invehive insilens in cantorem, turpiter tacere imperavit, & dum cantor auditori proferebatur quod incooperat, admirans indiscretam decani vehementiam, decanus ipse more arreptitii furens choro decantanti silentium imperavit: non reputans, quod si minimus canonicorum, ne dum iste, qui more ecclesie illi parificatur, ut nihil absque eo neque in choro, neque in capitulo constituit, aliquid in choro commisitisset, in capitulo canonicè corripere. Hinc emerit inter eos, cujus acanationem dominus Parisiensis episcopus paternitati vestræ scribere curavit, querela: hoc habuit primordium, hoc motus ille pedibus & manibus movet ecclesiam, inquietat, ut inquietetur, pacis & quietis ignarus. Cantor præfatus injuriarum aliquanto quietus sustinens, tam per dominum episcopum Parisiensem, quam per capitulum ecclesie, tam per dominum Autistodorensem, quam Suesionensem, per nos etiam & per alios multos ad justitiam faciendam & suscipiendam, ne indiscretus videretur, crebro fe obulit, & prioriorem ad pacis compositionem & justitiæ executionem audivimus eum qui passus est, quam qui fecit injuriam. Nec hoc solum ut primum factum est, quo Parisiensem ecclesiam modo generaliter, modo personaliter, sicut indiscretione rapitur, vesare consuevit. Quæ omnia si referrentur ad vos, fastidium generarent. Placeat igitur sanctæ paternitati vestræ, ad quam omnia spectat corrigere, mutare, movere, (oculi enim omnium in te sperant, domine,) taliter eidem ecclesie providere, ne in defectu decani intus & foras deperat, ne nobilis ecclesia Parisiensis afflicta degeneret, ne cum non oporteat, viri illius occasione omnino declinet. Sero fortassis ejus restitutioni manus offeritis.

## L X X X I.

*Privilegium Ludovici VII. pro ecclesia Parisiensis.*

**E** IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, ego Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Notum esse volumus omnibus sanctæ ecclesie fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod Theobaldus Parisiensis ecclesie venerabilis episcopus, & Clemens decanus, alique canonici nostræ supplicaverunt serenitati, quod pro Dei omnipotentis amore & ejusdem ecclesie, & postmodum cavendo periculo, ne aliqua malorum hominum suggestione seu machinatione, aliquo modo turbaretur ecclesia, emunitate immutabilis possessiones, consuetudines & jura que in villis, quarum nomina adscripta sunt, Oriacum, Cliviacum, Laiacum, Castanedum, Balneolum, Rosetum, Ivricum, Steovillam, Verenum, Machelium, Cellas, Mintriacum & Moriacum, Viriacum, Christolium, Sulciacum, & in omnibus

Es pars  
Falsalis  
fol. 56.  
1157.

E

earundem appenditiis habent, auctoritate regia communi-  
siremus, inter quæ præcipue postulare, ut nec nostro,  
nec aliorum tempore, nec a nobis, nec a ministerialibus  
nostris, seu a successores nostris regibus, quædam  
convivia quæ vulgo corredæ vel gîte vocantur, in  
villis prædictis exigere, vel accipere liceret. Nos ergo  
ecclesiam Parisiensem, in cuius claustris quasi quodam  
maternali gremio incipientis vitæ & pueritæ nostræ  
exegimus tempora, antecessoribus nostris carioribus, &  
inter regni ecclesias eminentior considerantes, inuito  
consilio cum fidelibus nostris, petitionibus jam dicti  
cleri assensum præbentes, velut postularerunt fieri, id  
est, quod convivia illa, seu corredæ vel gîte in præ-  
dictis villis nullatenus de cætero exigantur præcipimus,  
atque pro peccatorum nostrorum remissione, & præ-  
decessorum nostrorum Franciæ regum salute confir-  
mamus. Quod ne valeat infringi, & in futuro ratum  
& prosum inconsummum permaneat, auctoritate sigilli  
nostris communiti, nostrique nominis caractere confir-  
mari præcepimus. Actum publice Parisius anno ab-  
incarn. Domini m. c. LVII. Data per manum Hugonis  
cancellarii.

## L X X X I I.

*Bulla Adriani IV. confirmantis possessiones cœnobii  
sancti Maglorii.*

1158. **A**DRIANUS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati monasterii S. Maglorii Paris. ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, monasticam vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse prædictum, ne forte cujuslibet temeritatis incurfus, aut a proposito revocet, aut robur, quod abest, sacre religionis infringat. Exapropter, dilecti in Domino filii, vestris iussu postulationibus clementer annuimus, & præstatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis privilegii communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in presentibus possessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iussu modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrique successores vestros & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Terram ex utraque parte ipsi monasterio adiacentem liberam & quietam. Ecclesiam S. Maglorii in civitate Parisiensi cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Saturnini de Nogent cum pertinentiis suis. Ecclesiam B. Marie de Reis cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Dionysii & S. Crucis de Briis. . . . & decima Unvillaris, & decima Sancivri. In Carnotensi episcopatu, ecclesiam S. Laurentii cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Nicolai cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Dionysii de Madrisco cum pertinentiis suis, ecclesiam S. Martini de Bafethis cum tota decima ad ipsam pertinente. Ecclesiam SS. Cornelii & Cypriani de Novallibus. Ecclesiam S. Petri de Pugnies cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Bartholomæi de Bussoria cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Martini de Grollio robore cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Martini de Galleis cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Martini de Marolio cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Martini de Bainna cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Stephani de Vernoilo cum pertinentiis suis. Ecclesiam de Orvillaris cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Cyrici de Baiolo cum pertinentiis suis.

In Britanniâ, ecclesiam S. Petri & Pauli & S. Maglorii in Lebonensi pago cum ecclesiis & capellis ad eam pertinentibus, videlicet ecclesiam sancti Petri de Juram cum capellis suis. Ecclesiam S. Juvati cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Judoci cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Laurentii de Treveron cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Maglorii de castro Trivan

A cum pertinentiis suis. Ecclesiam S. Cophili \* desuper mare cum pertinentiis suis, & prata que Ludovicus illustis Francorum rex in maucis sancte Opportune legitime vobis concessit. Decimam totius nemoris, quod dicitur Eulina, decimam palmatis ejusdem nemoris. Decimam & villas quas a XL. retro annis quiete ac pacifice tenuistis, nulli laico, vel monacho, seu alteri liceat vobis auferre. Statuimus autem, ut in prædictis ecclesiis vestris nullus episcoporum vel quorumlibet hominum injustus aut indebitus exactio debeat exercere. In parochialibus scilicet ecclesiis quas tenetis, liceat vobis sacerdotibus eligere, & electos episcopo representare, quibus si idonei inventi fuerint, episcopos animarum curam committat, & de plebis quidem cura solum sacerdotibus episcopo, de temporalibus vero vobis

B debeat respondere. Quod si facere reculerint, subtrahendi eis temporalia que a vobis tenent, liberam habeatis auctoritate apostolica facultatem. Obvenit vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & B. Benedicti regulam providerint eligendum. Prohibemus etiam ut nulli episcoporum liceat sine assensu abbatis ejusdem loci vestras ecclesias consecrare. Sane novallium vestrorum que propriis manibus aut sumibus colitis, five de nutrimentis vestrorum animalium nullas a vobis decimas præsumat exigere. Sepulchrum quoque ipse loci liberam esse concessimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati que illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstitat, salva tamen justitia parochialium ecclesiarum, de quibus mortuorum corpora assuuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut eas possessiones auferre, vel alias retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate, & diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra tam temere venire temptaverit, secundo tertioque communita, nisi præsumptionem suam congrua satisfactione correxerit, postestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio de perpetrata iniquitate cognoscit, & a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiacet. Cunctis autem eisdem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniunt, amen.

Ego Adrianus catholice ecclesiæ episcopus. Amen.

Ego P. Tusculanus episcopus S.

Ego Humbaldus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jerusalem S.

Ego Hubaldus Hostianus episcopus S.

Ego Johannes presb. card. tit. S. Anastasie S.

Ego Galterus Albanensis episc. S.

Ego Abbo diac. card. S. Georgii ad velum aureum S.

Ego Jacinthus diac. card. S. Marie in Cosmedin S.

Datum per manum Robandi S. R. E. card. & cancellarii IV. norm. Mart. indicl. VII. Incarn. Dom. anno M. CLVIII. pontificatus vero domini Adriani pape III. anno V.

## LXXXIII.

*Charta Ludovici VII. dicti Junioris monasterii  
S. Maglorii possessionis confirmantis.*

1159. **I**N nomine Domini Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, ego Ludovicus Dei gratia Francorum rex, ecclesie S. Maglorii in perpetuum. Cum bonorum virorum iustis petitionibus concedendum, superna nos grata muniri non dubitamus. Proinde noverit omnium fidelium, presentium scilicet & futurorum solertia, quod quidam abbas ecclesie S. Maglorii, Petrus nomine, nostram adit presentiam rogans & obnixè postulat præceptum firmitatis fieri, tam de rebus que pie ab antecessoribus nostris regibus, Hugone videlicet ejusdem monasterii fundatore & ædificatore, & aliis erant concessæ, quam de hiis, que a nobis videbantur esse collatæ. Cujus petitioni assensum præbentes, volumus, & regia auctoritate firmando præcipimus, ut ea que olim eidem cœnobilio & que a nobis, vel etiam futuris temporibus ob anorem Dei & sanctorum inibi quiescentium, videlicet prædia, possessiones, beneficia libera sint & quæta ab omni exactione, redituione, consuetudine & relevatione nonent, que tertio anno a nobis exigitur. Et quia omnes ejusdem ecclesie possessiones, prolixitate vitantes, enumerare nolumus, quædam tamen in hoc scripto annotari præcipimus. Est enim prior ecclesia sanctorum Bartholomæi atque Maglorii ante nostrum palatium sita, antiquius regum capella, cum hospitibus & terra ex omni parte sibi adjacente. Locus etiam ille ubi sita est abbatia, cum omni terra ex utraque parte sibi adjacente, cum ea terra que dicitur S. Mederici fuisse, aqua Sequanzæ sicut fuit a capite infuse S. Mariz, usque ad magnam portem, ita libera, ut nullus inibi sine gratia & manu ecclesie & abbas B. Maglorii piciari, sive aliquid construere possit. In pago Parisiensi, in villa que dicitur Monz, terra & hospites & vinum, & villa que dicitur Carronna, quam desit Robertus rex, cum vineis & terris & torcularibus, servis & ancillis, liberis ejusdem villæ hospitibus a theloneo, de rebus quas pro usu suo vendiderint vel emerint, & quod in prociuncta ejusdem villæ nullus alius torcular possit construere vel habere. In potestate Piciacensi, ecclesiam de Vernoio, cum capella S. Hilarii, cum hospitibus & decimis. In potestate Marica, ecclesiam S. Dionysii, cum hospitibus, & ecclesiam de Marolio, cum decimis ad eas pertinentibus, & ecclesiam S. Leudegarii cum hospitibus & decimis. In potestate Yffiaci vineæ & hospites. In potestate Milliduzensi villa que dicitur Villaris, cum familia & omnibus appenditiis suis, & silvis & terris et subjacentibus, cultis & incultis. In civitate Aurelianensi, claustrum videlicet S. Euerii domus una cum vineis in suburbio civitatis positus ab omni redditu & consuetudine & exactione liberis & quietis. Item in Belsia & parochia de Anleglot, villa que dicitur capella sancti Maglorii, cum terra & hospitibus, & modica silvula ad prædictam villam ex omni parte pertinente. Item in castellania Corböll, pars villæ que dicitur Reyas, cum ecclesia ejusdem villæ & decima. Item in potestate Montilherici villa quedam que *Murcent* vocatur, de qua regi viginti tantum solum in festivitate sancti Remigii solvantur omnibus consuetudinibus & redituionibus cum varia in-lulis & dimissis. Item ecclesiam de Breis, cum medietate decimæ & medietate ejusdem villæ, cum omni iustitia. Item in eodem loco, ecclesia S. Crucis, cum decimis ad eam pertinentibus, & decima Unvillaris. In potestate Montisforis, & silva Eulina omnem decimam omnium novallium, & omnium rerum in ea nascentium. Similiter & omnem decimam totius partriaci ejusdem. Est & in eadem silva quedam villa que Vadum petrosium \* dicitur, cum terris cultis & incultis ad eam pertinentibus. In suburbio Viuello Silvanecis molendinus, cum hospitibus sub Bistifisco,

*Tonus VII.*

**A** hospites & vineæ vinum pro censu reddentes. In potestate Crispinci, villa que dicitur Grandis campus, cum terris & silva. Et quia abbas S. Maglorii antiquius capellanus regum constitutus est, & ob hoc quatuor præbende ei sunt attributz, volumus ut in horreo & cellario B. Mariz Parisiensi, ubi una est illi designata, similiter in horreo & cellario S. Gesmani, ubi constituta est, frumentum & vinum pro redditu illarum habeat, & sine molestia recipiat. Ubicumque autem extra Parisios fuerimus, si illic abbas advenit, de nostro, ut mos, plenam procuracionem habeat. Hæc autem omnia que prædicta sunt, vel que brevitate causis non sunt denominata, vel que deinceps a bonis visis eidem ecclesie fuerint collata, confirmamus auctoritate nostra, quatenus semper sub plenissima defensione, & emunitatis tuitione corroborata permanent, ita ut abhinc nullus in hiis viariam, sanguinem, furtum, harrum, iustitiam, aliquam consuetudinem & redituionem habeat vel exquirat, nec audeat aliquos homines tam ingenios quam servos super terram ecclesie habitantes capere, aut fidei iussos tollere; sed omnia in potestate & dominatione abbaris consistere, & quieto ordine possidere. Volumus autem & præcipimus monachos jam dictæ ecclesie defuncto pastore liberam electionem habere, atque de ipsa congregatione abbatem condignam eligere. Nolumus etiam aliquem episcopum, nec etiam Parisiensem, vel quemlibet suum subiectum monasterium ad gravamen intrare, nec mansiones vel procuraciones expetere, sed in eorum dispositione & electione inus & fois omnia que habent consistant, liceatque monachis servis Dei quiete & sine perturbatione Domino famulari, & pro redemptione animarum nostrarum, & parte nostrorum, proque regni stabilitate Domini clemenciam semper & devotus exorare. Amen. Actum publice Parisius, anno ab Incarnatione Domini M. CLIX. astantibus in palatio nostro, quorum subscripta sunt nomina & signa. Signum comitis Theobaldi dapiferi. Sig. Guidonis buticularii. Sig. Mathei camerarii. S. Mathei consilabularii. Datum per manus Hugonis cancellarii.

## LXXXIV.

*Præceptum Ludovici regis pro Ederensi monasterio.*

**D**E GO Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Post 1161. obitum Parisiensi episcopi bonæ memorie Theobaldi, episcopatus regale in nostram manum venit, & similiter capicerie reddidit. Sed cum oblationes & redditum altaris nollemus adferre in usus regios, monasterium virginale de Hedera conspeximus multis indigere, & sacrarum virginum indigentie succurrere dignum duximus. Notum itaque facimus universis presentibus & futuris, quod pro nostra & antecessorum nostrorum regum Francie animabus quicquid capibomus in capiceria ecclesie Parisiensi vacante sede & episcopatu existente in manu regia, convenni fororum de Hedera, cotiens vacaverit episcopatus, domavimus habendum usque ad ipsam diem qua facta fuerit electio. Et interim dum tenerent moniales capiceriam, ipsos capicerie & altaris, tam de luminibus, quam de aliis necessariis, sicut est consuetudo ecclesie, expensis faciunt. Quod ut ratum sit, & penitus inconvulsum per scripturam presentem, & regii sigilli impressionem confirmari præcipimus subscripto nominis nostri character. Actum publice Parisius, anno ab Incarnatione Domini M. CLXI. astantibus in palatio nostro, quorum subscripta sunt nomina & signa. Sig. comitis Theobaldi dapiferi nostri. Sig. Guidonis buticularii nostri. Sig. Mathei camerarii, consilabulario nullo. Data per manus Hugonis cancellarii, & episcopi Sueslonensis.

\* Guesper-  
reux.

## L X X X V.

*Diploma Ludovici regis pro S. Maria de Valle.*

1162. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Amen. Ego Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Filiis hominum in terra degenibus via salutis excellentissima designata est caritas, quam cum invicem debeamus, istam illis potissimum pendi decet, qui segregati a seculo, sancte vite proposito ascensiones in corde suo disponunt, ut B. Pauli imitatores, oblati eorum que recto sunt, in anteriora se extendant. Hæc autem longe proficiens familiaris noster bonæ memoriæ Antellus de Insula, amore celestis habitations in terra propria suscepit fratres S. Mariæ de Valle, quibus donavit arcam, ubi sita est abbatia, cum terra adjacente, quæ sui juris erat, & marefisi, & alneto, & totum boscum & fundum ipsius bosci qui est inter abbatiam & Villare, & totum boscum, qui dicitur Chermanton, & fundum terre, & boscum Johannis, & fundum terre totum sub viam illam que a Villari ducit usque Menel; sed censum sibi, & suis hæredibus retinuit: videlicet quatuor modos bladi annuatim perfolvendos. Quicquid itaque a superiore exitu bosci, qui est supra abbatiam, ab illo scilicet exitu qui est versus Villare aliquo modo sui juris erat in bosco, in plano, in marefisi, & in alneto subus prædictam viam, que a Villari ducit usque Menel, quiete & in pace illis concessit. Donavit eisdem fratribus Antellus in posse suo quitanciam omnium que ad vicium & vestium fratrum sunt, & per terram & per aquam, & passuras sue terre illis ubique communicavit, illis exceptis locis, ubi forte defensio fuerit, & similiter hominibus Antelli, usaria & essentia suas communicaverunt fratres, dum eis nullum inferretur dampnum. Notum igitur facimus universis presentibus & futuris, Antellum res supra nominatas pro redemptione anime sue contulisse dicte domui, assentientibus uxore & liberis suis. Et primogenitum ejus Adam de Insula omnem ipsius elemosynam ubique & omnino concessisse, atque etiam in morte patris sui eisdem fratribus assensu uxoris sue, & hæredum dimisisse de censu quatuor modiorum unum modium: ut abbatia de Valle hæredibus Insule tantum de censu tres modios debeat. Ipsum etiam Adam eorundem assensu annuissse, ut via illa que a Villari ducit Chermanton, & alium boscum supra abbatiam per vallem Hugonis ducebat ad Insulam, penitus tolleretur, ut nulla illi ulterius, vel parva, vel magna fieret. Quod ut ratum sit futuris temporibus & inconcussum scripturæ, & sigilli nostri auctoritate muniti, & nominis nostri caractere præcipimus configurari. Actum publice Parisius, anno ab Incarnatione Domini M. CLXII. astantibus in palatio nostro, quorum apposita sunt nomina & signa. Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri, S. Guidonis buticularii nostri. S. Matthæi camerarii, consulario nullo. Data per manum Hugonis cancellarii.

## L X X X V I.

*Secunda dedicatio basilicæ S. Germani a Pratis per Alexandrum papam III.*

1163. **A**Nno ab Incarnatione Domini M. CLXIII. Alexander papa III. Parisiensem civitatem ingressus per aliquod tempus ibidem moras fecit, dumque in eadem urbe moraretur, ego Hugo III. Dei gratia abbas S. Germani Parisiensis, accedens ad ejus præsentiam humiliter exoravi eum, quatinus ecclesiam beati Germani novo schemate reparatam, quia necdum consecrata erat, dignitate consecrationis insignire dignaretur; at idem reverentissimus papa Alexander precibus nostris granter annuens, undecimo kal. Maii ad prædictam ecclesiam venit magna pontificum & cardinalium frequentia comitatus. Quorum unus fuit

**A** Mauricius Parisiensis episcopus. Quem monachi ejusdem ecclesie videntes, & ob eas præsentiam nimium perturbati, dixerunt se nullatenus passuros quod consecratio ecclesie fieret, dum prædictus Mauricius episcopus præfatus adesset. Unde dominus papa audita & cognita monachorum perturbatione, convocavit ad se dominum Iacintum diaconum cardinalem sancte Mariæ in Cosmedin, & dominum Orthonem diaconum cardinalem sancti Nicolai de carcere Tulliano, dominum quoque Willelmum presbyterum cardinalem S. Petri ad vincula. Quibus accessit præcepit ut prædictum Mauricius episcopus convenientes monachorum commotionem diligenter notificaret, & ex ipsius mandato eidem præciperent quod ab ecclesia discederet, alioquin monachi consecrationem fieri omnimodis restarent; at ille auditio domini papæ mandato, cum omni ornatu & vestimentis que secum detulerat, ab ecclesia recessit. Post cujus absque dominus Hubaudus Hostiensis, Bernardus Portuensis, Galtherus Albanensis, Johannes Signiensis, Gerardus Caturcensis, Almaricus Sibractensis episcopi: & de Hispania Johannes Toleanus archiepiscopus, & Hispaniarum primas, Felandus Asturicensis, Johannes Legionensis, Stephanus Zamorensis, Johannes Lucensis, Afflerus Cauricensis, Petrus Migdonensis episcopi, præcipiente domino papa ecclesiam de foris in circuitu ter, & de intus similiter circum Iustrantes, & aqua benedicta, sicut mos est, aspergentes, cum honorificentissime, prout decebat, dedicaverunt. Deinde dominus papa Alexander majus altare in honore sancte Crucis & sanctorum martyrum Stephani atque Vincentii solemniter consecravit, & in medio crucem de oleo sancto imposuit, circumstantibus ad quatuor cornua ejusdem altaris quatuor de prædictis pontificibus, quorum unumquique crucem de oleo sancto in loco suo similiter imposuerunt. Dominus autem papa reliquias intra altare posuit, & accepto instruamento, quod vulgo truela vocatur, easdem cemento intro sigillavit. Quo peracto, dominus Hubaudus Hostiensis episcopus, & tres episcopi pariter, altare mutuatine in honore sanctissimi confessoris Germani consecraverunt. Interim Dominus papa Alexander ad præatum, quod est juxta monasterii muros, cum solemnino processione procedens, ad populam sermorem fecit, & coram omnibus astantibus publice protestatus est, quod ecclesia sancti Germani de Pratis de proprio jure beati Petri existens, nulli archiepiscopo vel episcopo, nisi summo pontifici sancte Romanæ ecclesie subiaceat.

His interfuerunt cardinales, quorum subscripta sunt nomina.

Hubaudus presbyter cardinalis tituli sancte Crucis in Hierusalem.

Henricus presbyter cardinalis tituli sanctorum Nerei & Achillei.

Johannes presbyter cardinalis tituli sancte Anastasie. Albericus presbyter cardinalis tituli sancti Laurentii in Lucina.

Guillelmus presbyter cardinalis tituli sancti Petri ad vincula.

Iacintus diaconus cardinalis sancte Mariæ in Cosmedin.

**E** Oddo diaconus cardinalis sancti Nicolai in carcere Tulliano.

Arditio diaconus cardinalis sancti Theodori.

Boso diaconus cardinalis sanctorum Cosme & Damiani.

Cinthius diaconus cardinalis S. Adriani. V. Agrippæ.

Petrus diaconus cardinalis S. Eustachii juxta templum.

Manfredus diaconus cardinalis S. Georgii ad velum aureum.

Ego Hugo abbas S. Germani de Pratis tertius, testificor hanc consecrationem meo insignita sic præfatum fuisse, & ilico ad certitudinem præsentium & futurorum eandem ecclesiam commendavi, & sigillo meo corroboravi. *Stellæ d'un scel de cire sur double quart.*



LXXXVII.

*Mauricius Parisiensis episcopus, & Odo abbas sancti Dionysii de ecclesia de Argentolio discipulantes conciliantur.*

1164. **I**N nomine sancte & indivise Trinitatis, amen. De discordia que verberat inter dominum Mauricius episcopum Parisiensem, & ex altera parte dominum Odonem sancti Dionysii abbatem, Milo sancte Mediolani, ecclesie dictus archiepiscopus, & Olivandus sancte Marie canonicus, atque Himericus sancti Dionysii frater quibus iurejurando se utraque pars commisit, hanc que infra legitur sine prajudicio utriusque partis temporaliter fecerunt concordiam. Discordia siquidem talis erat. Dicebat dominus episcopus Parisiensis ecclesiam de Argentolio delere restitui in statum pristinum, ut ibi abbatissam poneret more solito, & virginum foret collegium, aut si hoc non liceret ei, dicebat insulenter delere ibi confirmare abbatem, & in eum benedictionem habere, ad quorum postulationem querelam depoluit predictus episcopus in consistorio ante dominum papam Alexandrum contra iam dictam abbatem quadragesimali tempore in Parisiensi palatio. E contrario vero respondit dominus abbas, quod nec abbatissam vel monachorum collegium, seu abbatem confirmare vel benedicere ullo modo licebat, eo quod iam dictam ecclesiam longis retro temporibus possidet \* quiete, tam ipse quam predecessores sui Parisiensis episcopi donatione, & multorum apostolorum confirmatione, quorum scripta produxit in medium. Post igitur lites contestationem, & utriusque partis interpositam disputationem commiserunt se dictus episcopus & dominus abbas iurejurando iam dictis mediatoribus qui stauerunt, & in eo sacramento quo eis adscripti erant utrique parti preceperunt, quatenus predicta querela cessare a resurrectione Domini, usque ad trimum continuum, sine prajudicio utriusque partis, ut & interim unus adversus alterum circa hanc questionem nullo modo machinaretur, nec episcopus propter concordiam solito iure privetur, & dominus abbas quiete possideat, & transacto trimum non teneatur dominus episcopus quominus contra hanc abbatem vel successorem suum questionem possit movere. Et ut haec majorem obtineant firmitatem, flauerunt predicti arbitri concordiam ab eis factam scripto confirmari, & subscriptionibus & sigillis utriusque partis communi. Actum est hoc anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi M. CLXIV. mense Aprili. Ego Mauricius Parisiensis episcopus hanc compositionem concessi & subscripsi. Ego Odo abbas sancti Dionysii hanc compositionem concessi & subscripsi.

LXXXVIII.

*Ayud Mar. Bulla Alexandri III. ad Willhelmum archiepiscopum Senonensem de doctrina Petri Lombardi.*

1175. **A**LEXANDER episcopus servus servorum Dei, Willhelmo Senonensi archiepiscopo salutem. Cum in nostra olim efsis presentia constitutus, tibi viva voce injunximus, ut suffraganeis tuis Parisiis tibi acitis, ad abrogationem pravae doctrinae Petri quondam Parisiensis episcopi, qua dicitur: quod Christus secundum quod est homo, non est aliquid, omnino intendens, & efficacem operam adhiberes. Inde siquidem est, quod fraternaliter tu per apostolica scripta mandamus, quatenus, quod tibi cum praesens efsis praecipimus, suffraganeos tuos Parisios convoces, & una cum illis & aliis viris religiosis & pudicibus, praescriptam doctrinam studeas penitus abrogare, & magistris scholaribus in theologia studentibus, Christum, sicut perfectum Deum, sic & perfectum hominem, ac verum hominem ex anima & corpore consistentem

A praecipias eloceri: universis firmiter & districte injungens, quod doctrinam illam de cetero nequaquam docere praesumant, sed ipsam penitus detestentur.

LXXXIX.

*Bulla Alexandri III. monasterium Gif in abbatiam erigenti.*

*Ex clari. Hederosi.*

**A**LEXANDER episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filibus Eremburgi abbatissae & sororibus de Gif, salutem & apostolicam benedictionem. Ex autentico scripto in auditório nostro perfecto nobis immonuit, quod dilectae in Christo filiae nostrae Eva abbatissae & sorores de Edera vestrae inopie misericorditer condolemtes ad cultum Dei & religionem inibi reformandam, & quia domus vestra debitorum onere premebatur, & refectionum minabatur ruinam, cum per eas vestra non videtur inopia relevari, quia ab initio fundationis ejusdem domus ibidem abbatia de benefactorum petitione fuerat statuenda, venerabili fratri nostro M. Parisiensis episcopo conceperunt abbatiam in praescripta domo construere, ea conditione servata, ut quancumque contingeret abbatissam decedere, si vos vel illae quae volitis successerint in aliquam vestram nequeveritis convenire abbatissam, non alius, sed de monasterio Edera regulariter eligatis. Insuper gratiam quae Wumvillare vocatur, ad sustentationem vestram & earum quae volitis locaverint, in perpetuum contulerunt. Quia igitur quae ad augmentum religionis pertinent, diligenter nos convenit promovere, libertatem a praescripta abbatissa, & conventu domui vestrae indulsim, sicut in scripto autentico continetur, non obstante privilegio nostro iam dicto monasterio de Edera, de dono vestra, & gratia supra dicta concessio, auctoritate apostolica confirmamus, & praesentis scripti patrocinio communiemus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Tulculanti XIII. kalendas Februarii.

X C.

*D Philippi augusti epistola ad Hugonem abbatem S. Germani a Prati.*

**P**HILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Noverint universi ad quos litterae praesentes pervenerint, quia nos dilectum nostrum Hugonem abbatem S. Germani de Prati, requisivimus, ut in negotiorum nostrorum necessitate subveniret, nobis de suo largiendo, quod & bono animo fecit. Inde est quod volumus & praecipimus, ut omnes tam hospites quam homines ejus ecclesiae ipsi ad summas pecuniae solvendam, quam nobis promissa, auxilium faciant. Praeterea praecipimus & statuiamus, ut redditus suos omnes & consuetudines, & tallias rationabiles tempore nostro, sicut & tempore patris nostri quiete & libere possideat. Actum anno Incarnationis Domini M. C. LXXXI. regni vero nostri anno secundo.

X C I.

*Mauricius episcopus Parisiensis fundationem Hernallii confirmat.*

*Ex charni.*

**Q**Uaecumque ad divini cultus augmentationem utiliter ordinata sunt, perpetua oportet stabilitate firmari. Eapropter ego Mauricius Dei gratia Parisiensis episcopus, notum fieri volumus universis, tam praesentibus quam futuris, quod nobilis vir Guido buticarius assensu Margarithae uxoris suae, & filiorum suorum

E iij

Guidonis buticularii & Guillelmi, ob remedium anime sue & antecessorum suorum locum proprietatis sue, qui Herivaldis dicitur, in quo ad honorem B. semper virginis Marie constructa est ecclesia, canonicis ibi sub abbatis imperio regulariter Deo militaturis libere & absolute, & quiete in perpetuum possidendum concessit, nihilque proprie potestatis aut dominationis sibi vel hereditis suis ibidem retinens, eundem locum omni libertate, quantum ad ipsum pertinet, per manum nostram donavit. LX. etiam arvennos terre quam a Terico de Fossis, & xxx. quos ab Hugone majore de Lufarchiis comparaverant, hoculum etiam domum prefate vicinum, dimidium etiam modium amone in molendino de Coxa de elemosina comitis Reginaldi; cuncta etiam que in proprietate sua, aut feodo ex ipsius, vel aliena liberalitate, aut alio quocumque modo in decimis, in memoribus, in terra arabili, in vineis, in piscibus, in viariis, in molendinis acquisierunt, fratribus divino intuitu jure perpetuo, ac plena libertate habenda & tenenda concessit. Huic donationi testes fuerunt Petrus capellanus noster, Stephanus Silvanectensis decanus, Theobaldus de Viri & Philippus canonicus Parisiensis, & alii plures. Actum est apud Herivallem, anno Incarnationis Domini M. CLXXXIII. episcopatus nostri XXI.

## X C I I.

*Hugo abbas sancti Dionysii oppidanis tributa  
quaedam dimittit.*

1186. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis, amen. Hugo Dei gratia B. Dionysii abbas, totiusque ejusdem ecclesie conventus. Cum iustis quorumlibet postulationibus juxta legem fraternae caritatis libenter annuere debeamus, eorum tamen preces, quorum corpora simul & animas regendas suscepimus, alacrius & celerius exaudire tenemus. Nostra quoque plurimum interesse decernimus, ut eorum precipue profectibus intendamus, de quorum commodis & augmentis proveniunt nostros multipliciter augeri non dubitamus. Universis igitur Dei fidelibus, tam presentibus quam futuris, presentium pagina notum fieri volumus quod burgenses villae nostrae, vel sanctissimum corpus gloriosissimi martyris Dionysii requiescit, presentiam nostram sepius adveniens devota nos supplicatione rogarunt, quantum ob amore Dei & prefati martyris reverentiam eos a consuetudinibus talliae & toltae, necnon & omnis rapinae liberos faceremus. Erat enim memorata consuetudo prefatis burgensibus molesta nimis & odiosa, eo quod seuper in timore positi res suas exponere non audentes, minus lucri intenderent, estuus ut non solum forenses ad hanc villam confugere formidarent, verum etiam indigne ad alias transfugere cogentur. Nos igitur eorum preces honestas, & tam nobis quam ipsis utiles judicantes, eos imperpetuum a tallia & tolta, necnon & omni rapina liberos facimus, ea tamen conditione, quod ejusdem villae burgenses & haeredes eorum, nobis & successoribus nostris imperpetuum sex viginti & tres libras Parisiensis monetae consuetivis temporibus annuatim persolvant, sexaginta videlicet libras in nativitate sancti Johannis, & sexaginta in nativitate Domini, & sexaginta solidos ad pntanciam fratrum in calendis Januarii, salva tamen iustitia nostra, salvo etiam redditibus nostris, & omnibus aliis consuetudinibus. Hujus etiam libertatis participes esse concessimus omnes, qui aliunde venientes in terris nostris, & in terris eorundem burgensium ejusdem villae habitatores extiterint. Eos autem, qui in terris aliorum, quas in suo dominatu possident, habitare voluerint, praetaxatae libertatis participes non habimus, nisi prius a nobis hoc beneficium fuerit intrapatrum. Si vero de terris burgensium controversa mota fuerit, quod post datam libertatem eas quomodolibet adquisierint, juramento decem prohorum virorum aut datam libertatem sui juris eas fuisse probabunt, & sic in

eadem libertate manebunt: praetaxatus autem census hoc modo colligetur. Abbas, qui pro tempore fuerit, consilio prefatorum burgensium decem viros eliget boni testimonii, qui praestito jurejurando praedicti census assisiam fideliter facient, qui si forte constituti terminis solutus non fuerit, pro emendatione sexaginta solidos nobis persolvent, nisi pro defectu nostro praetaxatum pecuniam habere nequerint. Ab hoc autem censu immunes erunt servientes nostri, quantum non per alios, sed per semetipsos nobis in proprio corpore ministrabunt, nisi forte tales fuerint, qui familias habeant in hac villa manentes sive residentes. Quod ut perpetuum robur obtineat, presentem paginam scripsi, & sigillis nostris signari fecimus. Actum est hoc in capitulo nostro, anno Incarnationis Verbi M. CLXXXVI. regnante Philippo rege filio Ludovici Junioris, multis assensibus, quorum nomina subscripta sunt. Rad. subprior, Girardus cantor, Hugo infirmarius, Willielmus de Wat. Hugo thesaurarius, Johannes capicarius, Balduinus elemosynarius, Milo de Malbuisson, Hugo de Mafcegro; Guido de Guillerval, Guido de Plassio, Willielmus Heremita, Balduinus de Andeli. De clericis magister Hugo de Curmon, magister Hilduinus de Porta, magister Petrus Burnel. De laicis Odo de Malbuisson, Drogo de Vileron, Johannes Villanus, Odo de Setein, Stephanus Lufferruers, Henricus Hermenot, Petrus filius Theoderici, Ogerus Buord, Gaibertus le Pot, Robertus Nivard, Rad. de Argentolio, Odo Lisardus, Martinus de Solaro, Will. de Maulian.

## X C I I I.

*Stephani Tornacensis episcopi ad Laudunensem  
capitulum episcopi pro Michaele eorum  
decano in Parisiensem electo.*

**A**Dmirabilis & amabilis est ecclesiarum ludus, quotiens fraterna caritate supplet altera defectum alterius, non pecuniarum ratione, sed commercio personarum. Eodem religionis artificio, eodem spiritu caritatis, eodem studio providemur, quo Laudunensis ecclesia Meldensem sibi decanum assumperat, Parisiensis festino pariter ac festivo salu sibi praecipuum, non rapinam sese arbitrata facere, si eum quem prius sibi instituerat canonicum, sibi consequenter institueret & decanum. Non movetur in aliquo sancta avaritiae vestra, quasi Parisiensis ecclesia injuriam vobis fecerit, quae in hoc sibi consuluit, aut persona tanquam levitate, vel ambitione ducta sit, quae in hac electione secuta est, non voluntatem propriam, sed violentiam alienam. Raptus est a canonicis suis maxime ambiendus, quia minime ambitiosus. Congaudeat persona, congaudeat ecclesiae, quia hic & ibi vester erit vobis deserviens, vobis obediens, vobis in omnibus ad obsequium vestrum paratus & parens.

## X C I V.

*Alia ejusdem ad summum pontificem de electione  
Hugonis Clementis decani.*

**V**estram, pater, precibus attentare celsitudinem movet me pariter & monet, tant pietas vestra, quam caritas aliena. Ecclesiam Parisiensem nobile membrum regni Francorum in decanum nondum convenisse non conveni, cum de eligendo eo sepe jam convenierint in unum potius locum, quam in votum coram domino Carnotensi & abbate castri Nantoni. De mandato vestro dissentium singuli partium dederunt nomina sua, & scripserunt, & aliquando me presente coram eisdem iudicibus publicata sunt & relecta. Juvenem honeste opinionis, & quantum ad morum honestatem, & peritiam literarum spectat, hilaris saepe, Hugonem filium Roberti Clementis magna pars canonicorum, & praecipue resistentium,

nec merito, ut creditur, minor quam altera, nec numero, sibi ipse præfere desiderat, ut confideret & proficere. Utilem ipsum ecclesie futuram, & domini regis familiaritatem iniuncta, & fratrum ac propinquorum, qui plurimum in palatio possunt, quotidianam sedulitatem promittit, & qui inde plura ex eo Parisiensi clero, ac populo, quam in alio, diebus illis profutura metitur commoda, profecto non mentitur, in fine loquar ad Dominum meum, cum firm pulvis & cinis, ut tanti viri nuntium, quem nec propria voluntas ingerere, nec aliena potestas intendere consentiunt, paterno affectu tam suspiciant benivole, quam benefice remittatis.

## X C V.

*Philippus rex canonice Parisiensibus facultatem dat domus construende juxta parvum pontem.*

1196. **E**GO Hugo Clementis decanus Parisiensis, totumque caputulum Parisiensis ecclesie, notum facimus regem Philippum nobis benigne concessisse libertatem construendi domum parvo ponti adhaerentem, redditibus & iustitiis reuensis sibi in illa domo, quas habet in aliis domibus eidem ponti adhaerentibus. S. Hugonis Clementis decani. S. Petri præcentoris. S. Mauricii, Henrici, Odonis archidiaconorum, Galonis succentoris, &c. Actum in capitulo nostro an Incarnationis M. CXCVI. Data per manus Mag. Petri Pichay. Parisiensis cancellarii.

## X C V I.

*Ex chart. episc. Paris.*

*Calensis abbatia ecclesie Parisiensis subiecta declaratur.*

1196. **E**GO Theobaldus Ambianensis & Stephanus Tornacensis episcopi, Hugo sancti Dionysii, Robertus S. Germani abbates, cognitores ex compromisso de consensu utriusque parisi, super causa quæ vertebatur inter Parisiensem episcopatum & capitulum suum ex una parte, & ecclesiam de Kala ex altera, presentibus abbatibus & prioribus pro ecclesia sua, & proclamantibus in libertatem & exemptionem a iurisdictione episcopi & ecclesie Parisiensis, diligenter auditis allegationibus & instrumentis utriusque parisi, & privilegiis inspectis, audita etiam in iure confessione abbatibus, quod ab episcopo Parisiensi in ipsa ecclesia benedictionem accepit, & professionem suam scriptam super altare obtulit, & manu propria firmavit & subscripsit, & obedientiam episcopo & ecclesie Parisiensi promissit. Cum prima die ad pacem plurimum laborantes nihil proficissemus, consilio habito cum pluribus discretis viris, cum plene nobis de causa liquet, pronuntiamus & pronuntiamus abbatiam de Kala nullam aliam habere libertatem vel exemptionem a iure episcopi & ecclesie Parisiensis, nisi quam alie abbatie habent, quæ cum ista in privilegiis Romanorum pontificum ecclesie Parisiensis concessis continentur, scilicet Latiniensis, Fossatiensis, S. Maglorii, S. Victoris, de Monte Martyrum & de Edera. Appellationi autem factæ ab abbatibus ad dominum regem, salva gratia domini regis, visum est nobis non deferendum, maxime cum fide interposita ab utraque parte, compromissio firmata sit, & ab arbitris non sit appellandum. Actum Parisius, anno Incarnati Verbi M. CXCVI.

## X C V I I.

*Littera Mauricii episcopi Parisiensis de primordiis abbatie B. M. de Roca.*

1196. **I**N nomine Domini, amen. Ego Mauricius Dei gratia Parisiensis episcopus, universitati presentium ac futurorum huius pagine attestacione notificaverimus, quod dominus Guido de Levis pia & honesta

consideratione ductus, ad edificandam quandam novellam plantationem amoe Dei & remedio anime suæ, & animarum parentum & prædecessorum suorum, fratribus ibi Deo servientibus in perpetuum elemosinam donavit unam carrucam de terra, quam emit dominus Ferricus de Alveio, & de decima duas partes quas ab hidem emit, & unam partem memoris quantum semita dividit versus terram datam. Hanc elemosinam in manu nostra resignavit benigne trinitati. Sciendum autem quod de hac elemosina investivimus Guidonem quondam presbyterum de Meencourt pro se & pro aliis ibi Deo se reddituris. Actum apud S. Victorem, assantibus Petro præcentore Parisiensi, Nicolao presbytero, fratre Stephano de Monte Fernucleo, &c. Incarn. Dom. anno M. CXCVI. episcopus XXXVI.

## X C V I I I.

*Odo Parisiensis episcopus solenne sancti Stephani festum instituit.*

*Ex mago Piprad.*

- O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus in Domino salutem. Ad hoc nos licet immeritis in huius prælationis officio dispensatio voluit divina consulti, ut ad divini cultus ampliationem studiosius delectamus intendere, & quæ contra honestatem ecclesiasticam in domo Domini minus regulariter iustulasse novimus, extirpare. Cum igitur Dominicæ Circumcisionis venerationis solemnitas olim in ecclesia Parisiensi minus regulariter ageretur, & sub pretextu male consuetudinis ad tante dissolutionis effectus relaxata perniciter, quod plerumque ipsi die enormitates abominabiles, & opera contingeret flagitiosa committi, tandem domino Petro S. Marie in via sua diacono cardinali, tunc in paribus nostris legationis officium exercebant, cum ei de prædictis excessibus & enormitatibus constisset, solemnitatem ipsam per nos & quosdam de maioribus ecclesie nostræ, voluit ordinari. Novigitur cum prædictis mandato præfati cardinalis devotius assurgentes, & a sanctuario Domini totius dissolutionis cupientes eliminare materiam prædictam, festivitatem Circumcisionis in qua & actus nolui debent & labia circumcisi, ordinate curavimus & quæ referenda vidimus nescare, sicut in scripto authentico super hoc composito, & tam nostro quam prædictorum sigillis munio plenius continetur. Ad hæc cum festivitas hæc protomartyris Stephani, eisdem sese subsacra dissolutionis & temeritatis incommoedo, nec ita solemniter sicut decebat & martyris merita requirebant, in ecclesia Parisiensi consueverat celebrari, nos qui eidem martyri sumus specialiter debiores, cum in ecclesia Bituricensi patronum habuimus, in eius gremio ab inveniunt fuimus nutriti, de voluntate & assensu dilectionis nostrorum Hugonis decani, & capituli Parisiensi festivitatem ipsam ad statum reducere regularum, eamque magnis ecclesie solemnitatibus annuere decrevimus, stantes ut in ipso festo tantum celebratis agatur, quantum in ceteris festis annualibus fieri consuevit; volentes igitur ut ex prædictis institutionibus eidem ecclesie servitibus, non solum spirituale commoedo, sed etiam temporale proveniat in signum devotionis, & ob ipsius protomartyris reverentiam, singulis canonicis Parisiensibus, vel clericis majori altari servientibus, qui in natali S. Stephani matutinis inuenerunt, sex denarios Paris. singulis vero clericis chori non canonicis quatuor denarios, singulis autem pueris chori duos denarios, singulis tamen clericis qui in missa responsum vel alleluia in organo triplo seu quadruplo decantant, sex denarios benigne concessimus, in responsura nostra Parisiensi in perpetuum percipientibus; in festivitate vero Circumcisionis, singulis clericis chori non canonicis qui matutinis interfuerunt, tres denarios Parisiensis, singulis vero pueris chori, duos denarios annualim in redditibus capiceri Paris. percipientibus, & donamus & imperpetuum habendos concedimus, &

successores nostros ad solvendo reddidit supradictos imperpetuum obligamus, ut imposterum si predictas solemnitates ad antiquam enormitatem vel inordinacionem, quod Deus avertat, reduci forte contingeret, tan nos quam successores nostros ab eorum solutione reddituum penitus effemus immunes. Ut igitur quod pro divini cultus augmento statuitur, perpetuo robore convaleat, præter scriptum ad firmitatem majorem fieri, & sigilli nostri præcipuum impressione muniri. Actum anno Incarnati Verbi M. CXCIX. pontificatus nostri anno III.

## X C I X.

*Ex meo* Philippus rex Odonem episcopum a belli oneribus *Postulati.* eximit.

1200. PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Noverint universi præsentis & futuri, quod nos charissimum consanguineum & fidelem nostrum Odonem episcopum Parisiensem, intuitu dilectionis quam specialiter habemus ad ipsum, occasione etiam cuiusdam contumelie eidem a ferventibus nostris illata, quam audientes plurimum dolimus, in persona sua tantum quomodo vixerit, ab omni exercitu & equitatione absolvimus penitus, & quitamus tam tempore nostro, quam successorum nostrorum regum Francie, salvo nobis debito militum, quos idem episcopus tenuerit in servitium nostrum. Quod ut ratum sit & firmum, sigilli nostri munimine & regii nominis karere inferius annotato, præsentem paginam fecimus roborari. Actum Parisius, anno Verbi Incarn. M. CC. regni vero nostri anno vicessimo primo, assantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa, dapifero nullo, Sig. Guidonis buticularii. Sig. Matthæi camerarii. Sig. Drogonis consilabularii. Data vacante cancellaria.

## C.

*Philippus rex confirmat libertatem claustrii Parisiensis.*

1200. IN nomine sancte & individue Trinitatis, amen. Philippus Dei gratia Francorum rex. Noverint universis præsentis pariter & futuri, quod nos libertatem & immunitatem quam ecclesia & claustrum Parisiense temporibus prædecessorum nostrorum & nostro habuit ratam habemus, approbamus, & eidem ecclesie & claustrum confirmamus. Ita quod quicumque predictam ecclesie claustrii libertatem vel immunitatem infringere, sit centum libris Parisiensis monetæ ecclesie Parisiensi emendabit, vel si centum libras reddere non poterit, nos personam illam quæ forisfactum fecit, si tamen inveniri possit, dicte ecclesie reddemus, sin autem universas res illius salvis tamen servitiis & consuetudinibus, quas terræ debent dominis in quorum feoda sunt, & de quibus movent quas ille tenebit qui forisfactum fecerit, eidem ecclesie ratione predictæ portæ trademus, & exponemus absque contradictione ad capiendum, donec ipsi ecclesie sit satisfactum. Actum Parisius Verbi Incarnati M. CC. regni vero nostri an. XXI. dapifero nullo. Sig. Guidonis buticularii. Sig. Matthæi camerarii. Sig. Drogonis consilabularii. Data vacante cancellaria.

## C I.

*Odo Parisiensis episcopus asserit donum Guidonis de Levis factum abbacie de Rocca.*

1201. ODO Parisiensis episcopus omnibus ad quos præsentis literæ pervenerint, in Domino salutem. Noverint universi, quod constitutus in nostra præsentia Guido de Levis, laudante & concedente Guiburge uxore sua, pro remedio anime sue delicti & concessit in perpetuum elemosinam Deo & fratribus de Nemore Guidonis duos modos bladi in decima sua de Loguis,

& tres modos vini in vineis suis de Marliaco annuatim percipiendos. Dedit etiam iisdem fratribus unam carucam terræ, continuam illi terræ, quam olim ipsi in eodem loco contulerat, & præterea grangiam, quam ibidem habebat. Ceterum de assensu A. presbyteri S. Nonni per manum nostram ordinatum est & statutum, quod fratres ipsius loci de nutritris animalium suorum decimam non solvent presbytero S. Nonni, sed ab ipsius solutione liberi penitus erunt & immunes. Quod ut firmum & stabile perseveret, præsentem chartam ad petitionem prædictorum Guidonis, & A. presbyteri S. Nonni fieri fecimus, & sigilli nostri impressione muniri. Actum anno Incarnati Verbi M. CCI. pontificatus nostri anno IV.

## C I I.

- B *Odo Parisiensis episcopus abbati S. Victoris facit potestatem presbyteros & suis parochiis ad libitum amovendi.*

OMNIBUS in Christo fidelibus ad quos præter scriptum pervenerit, Abalon abbas touluque conventus B. Victoris Parisiensis, salutem. Notum facimus quod cum in hiis parochialibus ecclesiis quas habemus in parochia Parisiensi, ut olim in ecclesiis de Atheis, de Villaribello, de Valkjocosa, & sancti Pauli, tam ego quam successores mei Parisiensi episcopo canonice regularem ad curam animarum præsentare tenemur, venerabilis pater noster dominus Odo Parisiensis episcopus de capituli sui totius assensu, intuitu dilectionis, qua nos & ecclesiam nostram amplectitur, propria nobis liberalitate donavit in perpetuum & concessit, ut licet mihi abbati & successoribus meis universis præsentem canonice quanto curamque voluerimus, inconsulto episcopo Parisiensi, & non requisito ipsius assensu, sine contradictione amovere, ita tamen ut infra quindecim dies post amotionem illius predicto episcopo, aut successoribus eius alium quem voluerimus representemus ad curam. Quod si aliquis de predictis canonicis qui in præfatis ecclesiis præsentati & insinuat ad curam deserunt, episcopo vel successoribus eius videbitur minus idoneus, & hoc ex parte episcopi mihi abbati fuerit nuntiatum, vel abbati qui pro tempore fuerit, illam canonice sine contradictione qualibet amovemus, & alium quem voluerimus, sicut supradictum est, episcopo aut eius successoribus infra quindecim dies post amotionem illius præsentare tenebimur. In huius rei perpetuam firmitatem, &c. Actum anno Incarnati Verbi M. CCII.

## C I I I.

*Adela regina Ludovici Junioris Francorum regis conjux abbacie de Hermeris benefacit.*

- ADELA Dei gratia Francorum regina, nobis consilinus quotiens labori pauperum subvenimus. Notum fieri volumus, tam præsentibus quam futuris, quod nos ecclesie de Hermeris in honore S. Nicolai in feudo nostris fundare, Deo & fratribus in dicta ecclesia Domino famulantibus, qui in manu & custodia nostra sunt, & quos sub custodia nostra suscipimus, cum omnibus quæ possident, dedimus & concessimus ex nunc in perpetuum in elemosinam ob remedium anime nostre, & prædecessorum nostrorum animarum qui dictam ecclesiam fundarunt, totas terras sitas prope jardinum ipsius ecclesie, & chinenum per quod itur apud Latigniacum, prata, nemora, & fundum in larum & longum, & omne jus & dominium prout in dictis feudis nostris se comportant, a dicto chineno usque ad nemora de Bucico, cum omni iustitia, alia & bassa, nihil in eisdem retinentes. Ut ratum sit, & firmum, sigilli nostri impressione præsentem paginam fecimus roborari. Datum apud Parcum nostrum juxta Melcedunum anno Domini M. CCII.

## CIV.

## CIV.

Ex archiepis.

## Charta fundationis abbatis de Bosco.

1202. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Ego Johannes dominus Nigelle castellanus Brugentis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Noverint universi, quibus presens scriptum videre contigerit, quod ego intuitu pietatis pro remedio animarum bone memorie Johannis patris mei & Eufachie matris mee, & pro remedio anime mee, & Eufachie uxoris mee, & pro animabus fratrum & sororum, & omnium tam ante defunctorum, quam successorum meorum, ad fundationem cujusdam abbatis sanctimonialium dedi & concessi in perpetuum viginti buverios terre ad virgam Nigelle, & nemus quod super ipsam terram est, in loco, qui vulgo *Batz* appellatur, ita etiam quod poterunt eam sarrare si voluerint. Dedi insuper Eufachie uxori mee quinquem modios frumenti ad mensuram Nigelle singulis annis ad molendinum meum de *Canterraine* recipiendos, quod ipsa de assensu & libera voluntate mea ad fundationem ejusdem loci contulit in perpetuum. Concessi etiam sanctimonialibus loci sepedicti jus, & dominium, & omnimodam quam ibi habeo libertatem, salvo tamen eo, quod tan ego quam successores mei, patroni erimus abbatis memorate; & si unquam forte aliqua justitia ibidem fuerit facienda, quam sanctimonialibus ejusdem loci de jure in propriis personis nequeant exercere, mea erit illa justitia, & nullam laicam potestatem preter me & successores meos ad sciendam ibidem justitiam poterunt advocare, nec aliqua laica potestas secularisve persona in eodem loco aliquid juris vel domini quolibet modo unquam poterit reclamare. Quod ut ratum & firmum permaneat, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Verbi Incarnati M. CCII. mense April.

## C V.

Ex magno Pastoral. *Odo Parisiensis episcopus prebendam & vicariam capitulo Parisiensi concedit.*

1204. **O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, aeternam ad quos presens scriptum pervenerit, aeternam in Domino saltem. Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod cum venerabiles viri abbas & capitulum S. Genovefe prebendam & vicariam, quam in ecclesia B. Marie Parisiensis habebant, nobis & successoribus nostris ratione compositionis quae inter nos & ipsos intercesserat, contulissent penitus & quitaissent, nos postmodum, tam prebendam quam vicariam memoratam dilectis fratribus nostris Hugoni decano & capitulo Parisiensi concessimus & quitavimus perpetuis temporibus possidendam, ut tam de prebenda, quam vicaria eisdem prout voluerint, liceat ordinare; ita tamen quod capitulum supradictum preter decem libras Parisiensis monete, quas matricularis sacerdotibus in ecclesia nostra a nobis noviter institutis habendas perpetuo contulerant, eisdem matriculariis septem libras Parisiensis, & post cessionem vel decessum magistri Alberti sexaginta solidos ejusdem monete annuatim solvere tenebantur. Ut igitur donatio ista & concessio perpetuo robore convalescat, presentem cartam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno Incarnati Verbi M. CCIV. pontificatus nostri anno VII.

## C VI.

## Charta pro abbatis de Portu regio.

1204. **E**GO Guillelmus de Firmate notum facio presentibus & futuris, quod illud feodum en Porrois, quod dominus Milo de Voisins tenebat de me, & quod isdem Milo emerat a priore Bouiet, concessi &
- Tomus VII.

A quitavi in perpetuum domino Odoni venerabili Parisiensi episcopo, & domine Mathildi de Malliaco ad instituendas ibidem religiosas personas ad serviendum Domino, & inde me delevi in manu ejusdem episcopi, & fidem interpositi me servatum hoc in perpetuum, & garantiam latatum. In cujus rei perpetuum firmitatem presentem cartam sigilli mei munimine feci roborari. Actum anno Incarnati Verbi M. CCIV.

**E**GO Salomon decanus Castrifortis, notum facio omnibus presentibus literas inspicientibus, quod dominus Paganus de Uraxinis & uxor ejus, dederunt Domino & ecclesie S. Marie de Porrois pro remedio anime suae & animarum antecessorum suorum, totam terram quam habent ad predictum locum de Porrois prope aquam, in bona pace in perpetuum possidendam. Hoc autem filii eorum & filiae laudaverunt, & pronominatam terram jam dictae ecclesie bona fide concesserunt. Hujus donationis testes sunt hi: Salomon decanus Castrifortis, & dominus Garinus, domina Mathildis de Malliaco, Buchardus filius ejus, & Mattheus frater ejus. Ut autem hoc firmum & inconculsum habeatur, ego Salomon decanus Castrifortis presentium paginam sigillum meum apposui. Actum est hoc anno gratie M. CCIV. mense Augusti.

## C VII.

## Donationes factae Portui regis.

**O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus presentibus literas inspicientibus in Domino saltem. Notum facimus quod cum dominus Mattheus de Malliaco olim esset Hierosolymam profecturus, ipse pro remedio anime suae, & anime Mathildis uxoris suae assignavit xv. libras annui redditus apud Melentum, & posuit eas in nostra & ejusdem Mathildis dispositione, ut eas assignarem & conferrem prout videremus expedire. Consilio itaque honorum virorum assignavimus eas & contulimus eas in perpetuum ecclesie de Porrois. Praeterea cum dicta Mathildis acquisisset quosdam redditus apud Galarum, scilicet tertiam partem in molendino Herchenour, & dimidiam partem in molendino Divitis burgi, & quartam partem in molendino de Freteval, concessit in perpetuum elemosynam eidem ecclesie decem modios bladi annui redditus in predictis redditibus molendinorum jam dictorum, absque omni exactione & molendinorum reparatione, percipiendos ad mensuram de Galarum, bladi videlicet rationalis, quae molendina laerantur. Ita quod si unum vel duo predictorum molendinorum alicui casu, quod avertat Deus, in ruinam redigerantur, de redditu molendini superstitis, prout poterit sufficere, predictae ecclesie super decem modios suisset. Hanc autem assignationem & donationem super dicta pecunia, & memorato blado praefatae ecclesie factam laudaverunt, & fide interposita concesserunt Buchardus & Mattheus fratres, scilicet filii pronominatorum Matthei & Mathildis. Mattheus etiam dominus Montifmorenciaci, de cujus feodo movebant praefatae quindecim libras, eandem assignationem laudavit & concessit. In cujus rei testimonium de consensu ejusdem Mathildis & filiorum suorum, presentem cartam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno Dom. M. CCVI.

**E**GO Guido dominus Caprosiae, notum facio quod novelle domui de Porrois pro octies viginti libris Parisiensibus, vendidi molendinum quod habebam apud Germevillam, & terram, & pratium quod habebam juxta molendinum, & pratium quod habebam sub molendino, quod pratium Rochia appellatur, & boscum meum prope Porrois situm ex altera parte rivi, sicut signa & metae determinant, & feodum meum concessi acquirendum, sicut termini & metae

F

demonstrant, si poterit ab eis acquirere qui habent dominium. Domus autem prædicta non habet capras quæ memora mea iurent, nec alia pecora domus infra quinquecentum memora mea facta, nisi sicut communitas terræ, intrabunt, nisi specialiter hoc concedam. Hæc concessit & laudavit Avelina uxor mea, & tam ego, quam ipsa de ferenda garentia, fidem dedimus in manu domini Odonis episcopi Parisiensis. Quod ut ratum sit, præsentem cartam sigillo meo munivi. Actum anno Domini m. CCVII. mensis Augusti.

1207. **O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus, noverint universi quod Guido dominus Caproffe, recognovit in præsentia nostra se vendidisse pro octies viginti libris Parisiensibus novellæ domni de Porrois molendinum quod ipse habebat apud Germevillam, & terram, & pratium quod habebat juxta prædictum molendinum, & pratium quod Magna roschia vocatur, quod habebat sub molendino, & locum suum prope Porrois situm ex altera parte rivi, sicut signa & metæ determinant, & feodum suum concessit eidem domui acquirendum, sicut termini & metæ demonstrant, si poterit ab eis acquirere qui habent dominium. Concessit etiam animalibus prædictæ domus absque capris pascua in communibus memoribus, nec pecora domus alia memora Guidonis facta poterant intrare infra quinquecentum, nisi sicut communibus terræ intrabit, nisi specialiter hoc concesserit eidem Guido, & si ipse vel hæres suus velcti essentare memora sua, prædicta domus non poterit reclamare. Hoc concessit & laudavit Avelina uxor ejusdem Guidonis, & tam ipsa quam ipsa fidem dedit de ferenda garentia. In cujus rei testimonium de voluntate dicti Guidonis, præsentem cartam fieri fecimus, & sigillo nostro munivi. Actum anno Domini m. CCVII. mensis Augusti.

### C V I I I.

#### *Fundatio ecclesie sancti Symphoriani.*

1207. **O**DO Dei miseratione Parisiensis episcopus, omnibus ad quos literæ præsentis pervenerint, in Domino salutem. Quod pro divini cultus augmento statuitur, litterarum convenit testimonio commendari, ne processu temporis valeat in oblivionem adduci: ad universorum itaque notitiam volumus pervenire, quod cum esset in civitate Parisiensis locus quidam, reverentia, & religionis antiquæ, in quo gloriosus martyr Dionysius in carcere traditus fuisse detentus, quem etiam Dominus Jesus Christus sua perhibebat præsentia honorasse: cum eidem martyri corporis sui sacramentum propinavit ibidem, ubi etiam devoto fidelium capellam erexerat, quæ postmodum per incuriam ad solitudinem redacta fuerat & neglecta. Tandem inspirante gratia Spiritus sancti, nobilis vir Mattheus comes Bellimontis, qui tam in capella quam domuncula adjacente jus patronatus & proprietatis habebat, quicquid juris habebat ibidem in nos ac successores nostros pia liberalitate transfudit. Nos itaque locum ipsam ad honestiorem statum reducere cupientes, ibi in memoriam & venerationem B. Dionysii capellam sollempniori ereximus, & capellanum institutum in eadem ecclesia servituros, & residentiam in personis propriis bona fide facturos. Ad eorum igitur sustentationem Elienor illustris comitissa Viromandæ, pro salute domine A. serenissime quondam Franciæ reginæ, pietatis intuitu contulit centum marcas argenti, de quibus comparavimus ab abbate & conventu Montiselsivi furnum quem habent Parisius, qui dicitur furnus inferni, cum omnibus ad eum pertinentibus, pro centum & triginta libris Parisiensibus. De residuo vero videlicet sexaginta & decem libris Parisiensibus, ementur redditus ad opus capellanorum quos prædictimus, cum decima Willelmi Buignelli militis redempta fuerit, quæ pro illis sexaginta & decem libris modo tenetur pignori obligata. Ad opus ejusdem capellæ Garnerus etiam de S. Lazaro

A civis Parisiensis, & Agnes ejus uxor domum suam sitam ante portam S. Juliani pauperis totam sicut comportat se usque in magnum vicum, liberam ab uno denario censuali, & omni consuetudine & jure, quod Simon de Pissiac miles in eadem domo habebat, & in manu nostra quitavit, & tres arpennos vinearum in valle S. Martini, & unum arpennum & dimidium apud Lervel eidem loco misericoſiter contulerunt; & sciendum est, quod omnes proventus & redditus prædicti, quatuor, ut dictum est, in eadem capella servituri, proportione distribuentur aequali, quorum unus pro anima memoratæ reginæ, tres vero pro Garnero & Agnetæ perpetuo celebrabunt, quorum institutio ad solum Parisiensem episcopum pertinebit. Cuicunque autem earundem capellanarum, vel aliarum in eadem ecclesia futurarum aliqua conferetur, ipse tempore institutionis suæ jurare tenebitur se facturum in capella residentiam in persona propria bona fide, & quod ordinem sacerdotis, si sacerdos non fuerit, suscipiet infra annum, ita quod nihil percipere poterit de fructibus ecclesiæ, donec pronotus fuerit ad ordinem sacerdotis; sed interim cedent fructus in necessitates ecclesiæ. Sciendum etiam quod divina officia sollempniter celebrabuntur in prædicta capella, in matutinis, missa & vespers, & aliis horis canonicis, & pulsabuntur campanæ, sicut solet fieri in ecclesiis præbendis, ita quod omnes missæ præter conventionalem sine nota & pulsatione campanæ celebrabuntur. Concessimus præterea, ut dictus comes Bellimontis in eadem capella capellaniam unam constituere possit, & licet ipsi & successoribus suis omnibus Bellimontis eam conferre persone idoneæ nobis & nostris successoribus presentandæ, quæ nobis subiecta erit in omnibus. Quotiens vero diclarum capellaniarum aliqua pro motum capellani vacaverit, in quibus nullo alio vacationis modo fieri volumus annuale, medietatem annualis fabricæ & aliis necessitatibus capellæ statim deputari, & alteram medietatem percipiet institutus juxta formam prædictam. Quod ut ratum permaneat, præsentem cartam sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum Parisius, anno Incarnati Verbi m. CCVII. pontificatus nostri anno decimo mensis Augusti.

### C I X.

*Odo episcopus Parisiensis confirmat initam compositionem inter abbatem S. Dionysii & abbatissam de Footel.*

**O**DO Dei gratia episcopus, Hugo decanus & capitulum Parisiense, omnibus præsentem chartam inspecturis, in Domino salutem. Notum scimus quod cum inter venerabilem abbatem & conventum beati Dionysii ex una parte, & abbatissam & conventum de Footel ex altera, coram me episcopo, & me decano, & multis aliis de capitulo Parisiensi, & coram iudicibus a sede apostolica delegatis, scilicet Egidio priore sancti Victoris Parisi. Simone successore Silvancensis, magistro Roberto de Corchon canonico Noviomensis, compositio facta sit super ecclesia prioratus B. Mariæ de Argentolio & ejus appenditiis, nos compositionem illam ratam & gratam habentes, eam confirmamus. Hujus compositionis forma talis est: scilicet quod abbatissa & montiales de Footel renunciarunt omni juri, si quod habebant in dicta ecclesia de Argentolio & ejus appenditiis secundum formam infra scriptam, videlicet juri, si quod habebant in villa de Argentolio & ejus appenditiis, & in Sartouvilla, Cavenolio, Trapis, Eranceri, Bardini, Ademvilla, Christi, Mellay, Sancteonio, Mostrol, Momelliam & earundem villarum appenditiis, & uno molendino apud Miledunum, & ejus appenditiis, & in decima de Añeris. Cesserunt etiam omne jus & omnem actionem, si quod vel quam habebant ad dictam ecclesiam B. Mariæ, & omnia supradicta petenda ecclesiæ B. Dionysii, ita tamen quod de consensu partium actum est specialiter &

intellectum, quod in hac supradicta renunciatione & A  
 cessione non intelligatur aliquod comprehensum, quod  
 nos episcopus vel ecclesia Parisiensis, vel monasterium  
 de Footel, vel aliquis extraneus qui causam haberet  
 sive a nobis episcopo vel ecclesia Parisiensis, vel monas-  
 terio de Footel teneremus & possideremus eo tempore,  
 quo hæc compositio facta est. Si qua enim non sunt  
 expressæ que ad dictam ecclesiam de Argentolio per-  
 tinerant, jus retinetur saluum utrique parti quod  
 habebat ante compositionem. Instrumenta etiam ad  
 hanc causam pertinentia abbatissa & moniales de Footel  
 traderunt præfatis iudicibus, de consensu ecclesie  
 B. Dionysii, & renuciaverunt quod nec cis instru-  
 mentis nec aliis contra B. Dionysium, vel alium qui  
 habet causam ab eo, uentur de cetero pro iis causis,  
 scilicet quantum ad has causas pro cancellariis habe-  
 buntur. Si qua enim instrumenta fuerunt, que perti-  
 nerant ad supradictam causam, & alia quantum ad  
 has causas pro cancellariis habebuntur, quantum ad  
 alia in sua durabunt firmitate. Actum est etiam inter  
 partes, quod nos episcopus & ecclesia Parisiensis habe-  
 mus & retineamus in dicta ecclesia de Argentolio &  
 omnibus supradictis, tam expressis quam non expressis,  
 omne jus quod habebamus ante compositionem istam,  
 salva compositione que præfatis iudicibus facta est  
 inter me episcopum & ecclesiam B. Dionysii, super  
 jure ecclesie prioratus B. Marie de Argentolio. Jura-  
 verunt etiam corporaliter prædictæ abbatissa & con-  
 ventus de Footel quod dictam renunciationem &  
 cessionem, & alia que superius dicta sunt, bona fide  
 servabunt, nec contravenient; si autem contravenirent,  
 & monite ab abbate & alio monacho B. Dionysii,  
 qui primo loco post abbatem prædicit ordini, nolent  
 post commotionem infra triginta dies desistere, omne  
 damnum quod ex hoc contingeret ecclesie B. Dionysii  
 resarcirent, nihilominus compositione ista in sua fir-  
 mitate durante: pro bono auctem patris abbas & con-  
 ventus B. Dionysii quitaverunt dictis abbatissæ &  
 monialibus omne jus si quod habebant in ecclesia sancti  
 Nicolai prope Montem Melanum sita, cum domo &  
 clausura, cum tribus sextariis frumenti, quos debet  
 percipere dicta ecclesia sancti Nicolai singulis annis in  
 grangia de Montchauc, & quatuor arpennis terre  
 quos eadem ecclesia sancti Nicolai tenet ibi ad camp  
 partem. Cesserunt etiam eidem abbatissæ & monialibus  
 omne jus, omnem actionem, si quod vel si quam ha-  
 bebant ad supradicta petenda, salva tamen campi parte  
 & jure campi partis, excepto quod vendere non com-  
 pellentur ab ecclesia B. Dionysii moniales. Dederunt  
 etiam monasterio de Footel quatuor arpennos terre  
 circa dictam ecclesiam S. Nicolai. Non cogent etiam  
 moniales vendere domos vel vineas, vel alia si que  
 habent sub ecclesia B. Dionysii vel ejus membris, scilicet  
 permittent in pace possidere ubicumque teneant,  
 sicut modo tenent vel possident, nec super eis aliquam  
 de cetero facient controversiam. Assignaverunt etiam  
 eidem abbatissæ & monialibus in terris certis in terri-  
 torio de Trembley decimam que singulis annis valet  
 decem libras Parisiensis, & facient dictas moniales  
 dictam decimam perpetuo in pace tenere. Præterea  
 dicti abbas & conventus B. Dionysii promiserunt se  
 soluturos quadringentas libras Parisiensis in festo sancti  
 Andree proxime venturo, & alias quadringentas libras  
 Parisiensis in eodem festo scilicet scilicet scilicet scilicet  
 abbatissæ & monialibus. Juraverunt etiam corporaliter præ-  
 fatis abbas & conventus B. Dionysii, quod omnia supra-  
 dicta bona fide implebant, nec contra venient; si  
 autem contravenirent, omne damnum quod ex hoc  
 contingeret, monasterio de Footel resarcirent, nihilomi-  
 nus compositione ista in sua firmitate durante. In  
 cuius rei perpetuam firmitatem, præsentem chartam  
 sigillorum nostrorum fecimus impressione muniri.  
 Actum Parisiis anno Domini M. CCVII. mense Aug.  
 VII. calend. Septembris.

Tomus VII.

C X.

*Odo Parisiensis episcopus & Henricus abbas sancti  
 Dionysii de ecclesia de Argentolio disceptantes  
 conciliantur.*

E GO Henricus B. Dionysii abbas totiusque ejusdem 1207.  
 loci conventus. Notum facimus, tam præfatisibus  
 quam futuris, quod cum esset contentio inter nos ex  
 una parte, & Odonem Parisiensem episcopum ex altera,  
 super jure ecclesie prioratus beate Marie de Argen-  
 tolio, nos amicaliter mediatis bonis viris in hunc  
 modum composuimus. Scilicet quod idem episcopus  
 & successores ejus & capitulum Parisiense de cetero non  
 facient neque facere poterunt, quod sit abbas vel ab-  
 batissa in prædicta ecclesia beate Marie de Argentolio,  
 imo remanebit ibi prioratus beati Dionysii, nec pote-  
 runt facere quod monachi beati Dionysii possint amo-  
 veri ab eadem ecclesia. In eadem autem ecclesia beate  
 Marie de Argentolio episcopus prædictus & suc-  
 cessores sui habebunt in perpetuum duas procuratio-  
 nes singulis annis, unam scilicet sine taxatione,  
 sicut solet haberi, & aliam que non poterit ex-  
 cedere summam sexaginta solidorum. Archidiaconus  
 etiam Parisiensis & successores sui habebunt ibidem in  
 perpetuum duas procuraciones singulis annis, unam  
 scilicet sine taxatione, sicut solet haberi, & aliam que  
 non poterit excedere summam viginti solidorum, nec  
 plures quam duas procuraciones poterit ibidem habere  
 episcopus per annum, nec archidiaconus similiter plures  
 quam duas. Omnia vero alia episcopalis jura remanent  
 episcopo Parisiensi & successoribus suis in perpetuum  
 in præfata ecclesia beate Marie de Argentolio propter \* præter  
 alia videlicet jura que privilegia beati Dionysii modo  
 extantia auferunt \* eidem episcopo, nec alia privilegia  
 poterimus impetrare de cetero contra episcopum vel  
 capitulum Parisiensem quantum pertinet ad dictam  
 ecclesiam beate Marie de Argentolio. Verumtamen si  
 aliquando contingerit quod episcopus Parisiensis vel  
 successores sui interdiciant Argentolium, quod episcopo  
 Parisiensi licet non obstante aliquo privilegio, poterunt  
 pariter interdiciere dictam ecclesiam beate Marie de  
 Argentolio, tali modo quod monachi ejusdem ecclesie  
 non poterunt recipere interdictos nec excommunicatos,  
 nec pulsare campanas, sed facient divinum servitium  
 summissa voce & januis clausis, & contra hoc non  
 poterimus uti aliquo privilegio habito vel habendo.  
 Assignavimus etiam eidem episcopo, & successoribus  
 suis sex modios bladi, scilicet medietatem hibernagii,  
 & aliam medietatem marceschie ad mensuram Paris.  
 percipiendis annis singulis infra festum B. Remigii in  
 decimis nostris apud Herbleium, & apud Montiniacum,  
 scilicet tres modios in una grangia, & tres modios in  
 altera; ista quod si minus fuerit in una, de altera suppleat-  
 tur, & si ambe non sufficerent, de alia decima suppleat-  
 ur in episcopatu, videlicet ad Peram latam. Hanc autem  
 assignationem jamdiu \* volumus manere donec acqui-  
 siverimus sex modios bladi, scilicet medietatem hiberna-  
 gii, & aliam medietatem marceschie ad mensuram  
 Parisiensem in decimis in episcopatu Parisiensi con-  
 stitutus in tribus locis competentibus ad plus, vel in  
 duobus locis competentibus, vel in uno loco compe-  
 tenti si voluerimus, & costem sex modios acquisitos  
 assignaverimus in perpetuum episcopo Parisiensi &  
 successoribus suis, & tunc alia assignatio cessabit. In  
 hujus rei perpetuam firmitatem præsentis chartæ sigilla  
 nostra fecimus adhiberi. Actum anno gratie millesimo  
 ducentesimo septimo, septimo kal. Septembris.

H ENRICUS Dei gratia beati Dionysii abbas, 1207.  
 totiusque capitulum, omnibus ad quos litteræ  
 istæ pervenerint, salutem. Universitati vestre notum  
 facimus, quod nos omnibus presbyteris parochiarum &  
 capellarum in Parisiensi diocesi constitutis concessimus

F ij

quod omnia de beato Dionysio moventia quæ ipsi presbyteri die qua pax inter venerabilem Parisiensem episcopum Odouem & nos fuit super oratoriu Argenti reformata, possidebant, salvo in omnibus ab iis jure nostro quiete in perpetuum possidebant, nec eos ea nos vendere compellimus. Actum anno ab Incarn. Domini millesimo ducentesimo septimo, mense Aug.

quæ proveniunt in sexta feria in passione Domini, videlicet medietatem omnium oblationum. Nos itaque prescriptas donationes & concessiones & institutiones approbantes & ratas habentes, ipsas per presentem scriptum paginam confirmamus & sigilli nostri munimine roboramus, easque perpetuo manere decernimus & precipimus inconcussas. Datum Parisiis anno Incarnationis Dominicæ M. CCVIIII. pontificatus nostri anno 1.

## C X I.

*Petrus Parisiensis episcopus ecclesie suæ factas donationes confirmat.*

1208. **P**ETRUS Dei gratia Parisiensis episcopus, dilectis filiis Hugoni decano & capitulo Parisiensi in perpetuum. Quod pro utilitate ecclesiasticæ & divini cultus statuitur incremento, perpetuo dignum est robore communiari, ne processu temporis malitia cujuslibet valeat enervari. Ad universorum itaque notitiam volumus pervenire, quod felix memorie dominus Odo quondam Parisiensis episcopus prædecessor noster, enormitates quasdam eliminare desiderans, quæ sub prætextu pravæ consuetudinis in Parisiensi ecclesia pullularant, festum Dominicæ Circumcisionis & natale S. Stephani protomartyris ad statum decrevit reducere regularem & solemniter instituit celebrari; singulis autem canonicis & clericis majori altari servientibus, qui in natali S. Stephani matutinis intererunt sex denarios Parisienses, singulis vero clericis chori non canonicis quatuor denarios, singulis etiam pueris chori duos denarios & singulis clericis qui in missa responsorium vel alleluia in organo triplo vel quadruplo decantabant sex denarios benigne contulit & concessit in præpositura nostra Parisiensi annuatim quiete & libere percipiendos: in festivitate autem Circumcisionis singulis clericis chori non canonicis tres denarios Parisienses, & singulis pueris duos denarios in redditibus capituli perpetuo percipiendos liberaliter assignavit. Dedit etiam in perpetuum elemosynam capitulo Parisiensi ecclesie stationem de pane & vino & carnibus porcinis annuatim in festo Pentecostes a Parisiensi episcopo qui pro tempore fuerit, persolvendam; & statuit ut quilibet canonicorum S. Dionysii de Passis eadem die dimidium percipiat stationem. Concedit insuper & concessit capitulo Parisiensi sexaginta solidos Parisienses in censu de Brunello singulis annis percipiendos, in die anniversarii sui prout ordinavit distribuendos. Ad hæc præbendam & vicariam quam ecclesia S. Genovefæ in ecclesia Parisiensi habere solebat, quam idem episcopus acquisivit capitulo Parisiensi concessit pariter & quitavit, ut tam de præbenda quam de vicaria pro sua disponenter voluntate. Præterea octo maticularios de assensu & voluntate capituli in ecclesia Parisiensi instituit; & ad eorum sustentationem tam ipse quam capitulum certa & perpetua deputavit. Decimas etiam omnium novialium faciendorum seu jam factorum, quæ nondum aliis erant assignate, in omnibus locis Parisiensis diocesis, in quibus ecclesia Parisiensis decimationem habebat vel habitura erat, capitulo & ecclesie in perpetuum libere & quiete possidendas concessit & liberaliter erogavit, salvo jure alterius ecclesie quæ in eodem territorio partem decimationis haberet. Præterea quam emerat apud Buc in jus & proprietatem capituli pia donatione transfudit ad denarios matutinales in festo beati Bernardi distribuendos. Cæterum assignavit ecclesie & succentori Parisiensi, & contulit ad mandatum faciendum in coena Domini unum modium bladi ad mensuram Parisiensem medietatem hibernagii & medietatem mareschie apud Herbecium in blado quod acquisit & habuerat a monachi B. Dionysii: ita quod si abbas & monachi B. Dionysii bladum illud episcopo Parisiensi alibi assignarent, succentor prædictum modium bladi illi perciperet, ubi bladus episcopi assignaretur. Donavit insuper clericis matutinalibus partem illam quam percipiebat in oblationibus crucis,

## C X I I.

*Moniales sancti Antonii ordinis Cisterciensis incorporantur.*

*Ex archiepis domusica.*

**U**NIVERSI abbatibus, prioribus, subprioribus Cisterciensis ordinis, frater A. Cisterciensis, R. de Firmatate, G. Pontigniacensis, W. Clarevallensis & P. Morimundi dicti abbates, salutem in Domino. Notum facimus universitati vestre, quod nos auctoritate capituli generalis & totius ordinis Cisterciensis concessimus abbatibus & conventui sancti Antonii Parisiensi & omnibus filiabus suis, quod sint plenarie incorporate ordini nostro, & unitæ. Concessimus & conversis earundem, quod ex toto ordinem imitentur, ut cum ad domos nostras venerint, simul cum conversis nostris in ecclesia, in capitulo, in refectorio, in dormitorio admittantur. Clericis vero earum, habentibus cappas & scapularia, qui fervent ordinem monachorum, hoc quoque concessimus, ut retro chorum in nostris ecclesiis recipiantur, & infra septa monasterii in loco competenti a laicis separato eis honestis ministretur, qui videlicet clerici professionem secundum formam ordinis scriptam coram abbate legant, & iectam sancto signo crucis super altare ponant: conversi vero coram abbate in capitulo stabilitatem promittant, & secundum formam ordinis eidem abbatibus professionem faciant. Datum anno gratiæ M. CCVIIII.

1208.

## C X I I I.

*Donatio facta Portui regio.*

**E**GO Richardus dominus Malfiaci, notum fieri volo quod ego de assensu Mathildis uxoris mee pro anima patris mei & matris mee, & pro salute mee dedi domui Porregii XXXVI. arpenta nemoris, quod dicitur Molerets, in ea parte que propinquier est præfate domui, ex utraque parte viæ libere & quiete possidenda. Ita quod XX. solidi censuales annuatim reddentur mihi & hæredibus meis in crastino festivitatis S. Dionysii pro eodem nemore. Quod ut ratum in perpetuum habeatur, sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M. CCIX.

## C X I V.

*Compositio super præbendis S. Thome de Lupara.* *Ex chart. Parisi.*

**P**HILIPPUS Dei gratia Belvacensis episcopus, omnibus presentibus litteris inspecturis, salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire, quod cum esset contentio inter nos & nobilem virum comitem Robertum fratrem nostrum ex una parte, & venerabilem patrem Petrum Parisiensem episcopum ex alia, super donatione præbendarum S. Thome de Lupara Parisiensis, tam veterum quam novarum, tandem mediantibus bonis viris amicalibus intercessit compositio in hunc modum: quod nos quædam vixerimus omnes præbendas prædictas tam veteres quam novas factas, & faciendas, integras & dimidias pro nostra domibus voluntate. Post obitum vero nostrum, donatio quatuor veterum præbendarum ad dominum Braie & successores ejus perpetuo pertinebit. De aliis vero videlicet de sanctis & faciendis, de integris & dimidiis ita statutum est, quod post mortem nostram

1209.



donatio eorum ad Parisiensem episcopum, quicumque sit, & dominum Drocarum communiter pertinebit. Ita quod primo vacantem post obitum nostrum, sive integram, sive dimidiam dabit Parisiensis episcopus quicumque sit, secundam vero vacantem, sive integram, sive dimidiam dabit dominus Drocarum, tertiam autem vacantem, sive integram, sive dimidiam dabit Parisiensis episcopus quicumque sit, quarto vero vacantem, sive integram, sive dimidiam dabit dominus Drocarum, & sic ad Parisiensem episcopum & dominum Drocarum successively pertinebit dictarum donatio prebendarum. Ut igitur hac compositio robor in posterum obtineat firmitatis, has litteras fieri fecimus, & sigilli nostri impressione muniri. Actum anno M. CCIX. mensis Novembris.

## C X V.

*Donatio facta domui de Porrois:*

1214. **N**overint universi quod ego Buchardus dominus Malliaci, & Mathildis uxor mea pro remedio animarum nostrarum, & patrum, & matrum, & amicorum nostrorum dedimus domui de Porrois in perpetuum elemosynam, quicquid post primam donationem possidebamur in nemore de Molerets quod pertinebat ad hereditatem ipsius, usque ad magnam viam que vocatur la Chevé de Bullolier, que dividit dictum nemus de Desses de Romevilla. Ita tamen quod dicta domus de Porrois annuam nobis persolvat in festo S. Dionysii xx. solidos Parisiensis censuales. Si vero prænata domus de Porrois in terra nostra x. arpenta vinearum emptione, vel donatione, vel alio quocumque modo acquirere poterit, concessimus suprascripte domui ea in pace possidere sine coactione vendendi. Hanc autem elemosynam eadem Mathildis uxor mea in presentia magistri Haudi, & magistri Stephani archidiaconorum Parisiensium fide interposita se in perpetuum gentire promissit. Quod ut ratum in posterum perseveret, sigilli mei munimine presentes litteras roboravi. Actum anno gratie M. CCXIV.

## C X V I.

*Erectio abbatis de Porrois.*

Ex chartis  
Parisi.

1214. **P**ETRUS Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos volumus & concedimus quod apud Porrois fiat abbatia mulierum Cisterciensis ordinis, que abbatie Vallium Sernay sit subiecta, salvo tamen in omnibus iure episcopi & ecclesie Parisiensis, necnon & salvis privilegiis & libertatibus a sede apostolica ordinis Cisterciensis concessis. Actum anno Domini M. CCXIV. mensis Martii, pontificatus nostri anno VII.

## C X V I I.

*Testamentum Petri Parisiensis episcopi.*

Ex magno  
Pograli.

1218. **P**ETRUS Dei gratia Parisiorum episcopus, omnibus presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos Hierosolymam peregre profecturi, nostrum ita ordinavimus testamentum, sicut est inferius annotatum, volentes quod ita semper servetur, nisi per nos fuerit immutatum. Legamus autem ecclesie B. Marie Parisiensis capam nostram brodatam & insulam, dalmaticam, & tunicam deauratas, & capam aliam oculatam & insulam, dalmaticam, & tunicam de diapra silba & albam nostram sericam, & aliam paratam ad imagines cum stola & manipulo ad imagines & capam viridem, & duo tapeta parva de Hispania, que sunt in capella nostra, & tres quarellas, unum de corio deauratum, & duos operatos ad basanium nostrum. Ecclesie S. Antonii triginta lib. ad comparandos

redditus ad pitantiam conventus, die anniversarii nostri. Ecclesie S. Clodoaldi insulam, dalmaticam, & tunicam, albos radiatos, & de tribus arpenis vinearum quas comparavimus a Guidone pilolo, duos arpenos pro faciendo anniversario nostro, ita quod duplicabantur centum episcopo Parisiensi, nec cogentur eos vendere, & tam canonici quam clerici qui intererunt anniversario, percipient ibi sicut in beneficio quadragesimali. Ecclesie S. Martini Turonensis pannum sericum deauratum ad insulam faciendam. Ecclesie S. Marcelli Parisiensi capam rubeam ad leones, & quindecim libras, si possint inveniri de nostro, ad nostrum anniversarium faciendum. Ecclesie de Capella in Bris capam rubeam de parvis rotis, & cosros Lemovicenses, ad usum ecclesie. Ecclesie S. Victoris insulam, dalmaticam, & tunicam rubeas, & bibliothecam magnam & quadraginta lib. ad comparandos redditus, de quibus fiet pitantiam conventui die anniversarii nostri, & ducentas libras ad comparandos redditus distribuendos in elemosynam in usum pauperum die anniversarii, si de nostro possunt haberi. Hospitio Dei Parisiensi triginta & novem culcitra, & triginta & tria pulvinaria que emimus, & habemus Parisius, legamus ad usum pauperum die anniversarii nostri, & tria tapeta, unum magnum & duo parva. Hospitio Dei de S. Clodoaldo, de tribus arpenis vinearum quas comparavimus a Guidone Pilolo, unum arpenum ad usum pauperum, ita quod ipsa non cogatur vendere, & centum duplicabantur, & que sunt apud S. Clodoaldum quatuordecim culcitra, & undecim pulvinaria, & que sunt apud Victoricum culcitra octo & pulvinaria totidem, item & tria tapeta, & duo quarella. Ecclesie de Campellis, insulam, dalmaticam & tunicam virides. Abbatie Oliveti pariter glossatum, & epistolas Pauli de glossatura majori & sententias. Abbatie Herivalentis xxv. lib. ad comparandos redditus ad pitantiam conventus die anniversarii nostri. Abbatie Hemeriarum, de Junel, & de Footel, & de Gif, & de Valle profunda, & de Porrois, culcitra centum solidos pro nostro anniversario faciendo, si de nostro possunt haberi. Abbatie de Barbeel triginta lib. ad faciendum anniversarium nostrum, si de nostro possunt haberi. Ecclesie sancti Germani Autisiodorensis quindecim lib. ad faciendum anniversarium nostrum, & calicem, & insulam que sunt in capella nostra superiori. Item tres arpenos vinearum quas comparavimus apud Corbolum, medicamentum Jacobo cambellano nostro, & medietatem Galtero quondam coquo nostro: item clericis de choro B. Marie Parisiensi quartam partem novalem que acquisivimus contra monachos S. Dionysii post assignationem inde factam presbyteris in quorum parochiis facta sunt novalia illa, ad servitium ecclesie, sive diurnum, sive nocturnum, prout capitulum ordinabit. Item ecclesie Parisiensi faciet anniversarium nostrum sicut ordinatum est per litteras capituli & nostras. Item omnia nostra que nondum assignavimus alicui & utensilia nostra ubicumque sint, que nondum dedimus, scilicet ferrata, dola, & cupas que emimus, vendentur, de quorum pretio & de omnibus redditibus & proventus totius episcopatus, quos debemus habere per triennium secundum constitutionem concilii generalis, debita nostra solventur, & servientes nostri remunerabuntur, secundum quod plus vel minus servierint & secundum quod plus vel minus habuerint: totum autem residuum pro elemosynarios nostros erogetur pauperibus, pro anima nostra, prout viderint expedire. Elemosynarii nostri quidem sunt W. Meldenf. episcopus, abbas S. Philoris, Nicolaus cantor, Gauridus archidiaconus, & Philippus cancellarius, & V. de Varzi. Item legamus hospitio Dei Parisiensi duas culcitra, unam albam de tele & aliam de cendato rubeo & croceo. Item hospitio Dei de S. Clodoaldo ducentas libras Parisiensi ad comparandos redditus ad usum pauperum. Item abbatie de Vallibus Sarni xx. libras ad pitantiam conventus die anniversarii nostri. Item abbatie de Valle B. Marie xx.

lib. ad pitanciam conventus die anniversarii nostri. Item capelle nostre domus inferioris XV. libras ad luminare sciendum. Item crux nostra aurea cum pede argenteo & annuli nostri sunt apud S. Victorem penes abbatem; que & omnes alie res nostre vendentur & distribuuntur per manum predictorum elemosynariorum nostrorum. Actum anno Domini M. CCXVIII. mense Junio.

## C X V I I I.

*Donatio facta Portui regio.*

1219. PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter & futuri, quod elemosynam quam Simon de Braya clericus fecit abbatissæ & conventui monialium de Porrois, de quadam domo sua sita Parisius in Halis in censiva nostra que fuit Hugonis Petarii, volumus & ratam habemus. Et ut perpetuum robur obtineat, salvo censu nostro ejusdem domus & burgessia nostra, & salvo jure & justitia nostra, presentem paginam sigilli nostri auctoritate roboramus. Actum Parisius anno Domini M. CCXIX. mense Februario.

## C X I X.

*Epistola subprioris sancti Martini ad G. abbatem Cluniaci, de electione prioris in locum J. defuncti, quem multis laudibus extollit.*

1220. Circa 1220. R everentissimo patri ac domino G. Dei gratia abbati sacroque conventui Cluniacensi subprior & conventus S. Martini de Campis, salutem & devotam cum omni subjectione & reverentia obedientiam, & circa desolatam filiam pietatis & consolationis visceribus abundare. Venerabili & carissimo bonæ memoriæ & pie recordationis viro domino J. priore & pastore nostro viam universæ carnis ingresso, mirabiliter & ultra quam credi potest, turbati fumus & commoti: nec immerito amplius turbamur, si aliquid consolationis remedium vis doloris admitteret, ut pote qui talem pastorem amissimus, qui in infirmitatibus nostris compati & desolatos pie noverat consolari, vinum & oleum infundendo ulceribus faucibus; qui & si hominibus esset gratus, Deo tamen, sicut credimus, gratiores existeret, & circa gregem dominicum sibi commissum provide vigilans, & verbo simul & exemplo proficiens, ipsum gregem ad æternæ beatitudinis gloriam invitabat. Verum quoniam voluntati divinæ obviare non possumus, cum in voluntate ejus cuncta sint posita, tanquam filia proprio viduata marito & ad paternam confugiens viscera, ad ubera S. matris Cluniacensis ecclesie desolati confugimus, ut poteram a lacte & satiemur ab uberibus sanctæ matris nostræ, que tanto affectuosius filiali dolori & ejusdem necessitatibus consuevit compati, quanto devotius noverit filiam matris in omnibus fideliter conformari: & cum multe Cluniacenses filie ecclesie congregaverint divitias, non dicimus alias supergressa, sed matrem tanquam specialissima filia specialiter imitata & merito caritatis & suæ professione religionis propriam matris imaginem & agri pleni cui Dominus benedixit, videlicet Cluniacensi ecclesie suavissimi odoris fragrantiam vicinis ecclesiis & longinquis expressissime repræsentat. Cum igitur prædicta filia majori dilectione matris suæ sit conjuncta, eo ferventius & affectuosius materna pietas ipsam amplectitur totis visceribus pietatis, quo novit certius suæ sanctitatis formam per ipsam apud Deum & apud homines declarari. Moveant igitur materna viscera lacrimosa suspiria & genitus ipsæ desolate, que satis credimus misericorditer jam commota, & ut anime subventis memorati defuncti, & ne specialissima filia vestra vagari incipiat post greges fodalium, ne cum Dina filia Jacob foras cogatur egredi ad videndum mulieres alienigenas, ne a filio regis alienigenæ & ab aliis alienigenis rapiatur,

A quærentibus que sua sunt, non que Jesu Christi; & ne ab aliis errantibus a via justitiæ, & claudicantibus a semitis veritatis aliquam pariter in spiritalibus aut temporalibus læsionem, talem eidem præferere dignemini passorem, qui sciat & velit convertere corda patrum in filios, quærens, & rogans que ad pacem sunt Jerusalem, & qui in devotione sanctæ matris permaneat, & alios verbo & exemplo doceat permanere, ut gregi sibi commisso ostendat operibus quomodo ipsum gregem in domo Domini oportet conversari, fludens & satagens opere & sermone semen fratris defuncti in ecclesia fuscari.

## C X X.

B *Bulla Honorii III. episcopo & capitulo Parisensi, ut præbendam Albrandini Cajetani Jacobo ipsius nepoti conferant.*

V enerabili fratri nostro quondam sanctæ Susanne presbytero cardinali in Sabiniensem episcopum consecrato, eidem suadere studuimus, ut præbendam quam in vestra obtinebat ecclesia retineret, quatenus ipse hoc plenius in ecclesie devotionem retineret ejusdem, sed id nulla suasionis instantia potuimus obtinere. Unde volentes ut ejus affectio ab ipsa ecclesia non recedat, præbendam ipsam dilecto filio Jacobo nato nobilissimi viri Johannis Cajetani germani ejusdem episcopi duximus conferendam, ut episcopus ipse ac sui hoc vinculo mediante eidem ecclesie remaneant obligati; ideoque vobis per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus procuratori suo ejus nomine ipsam in choro & locum in capitulo assignantes, fructus illius præbende de cetero exhiberi faciatis eidem. Nos enim decernimus irritum, si de præbenda ipsa secus fuerit aliquid attentatum. Datumi Laterani idus Aprilis, anno quinto.

## C X X I.

*Bulla Honorii papa III. possessiones & privilegia Livriaci confirmantis.* Es antea-  
tuo.

H ONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui monasterii sanctæ Marie de Livriaco ordinis S. Victoris Parisiensis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas vestras & monasterium B. Marie de Livriaco, in quo divinis estis obsequiis mancipati, cum omnibus que in presentiarum rationaliter possideatis, aut in futurum iustis modis præstante Domino poteritis adipisci; sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem de la Rocce, de Montre Firmiolo, & de Cormari prioratus, cum pertinentiis eorumdem, & ecclesiam beati Dionysii de Clichy: selegim modios annuos bladi & charissimum in Christo filio Philippo rege Francorum illustri per vobis liberalitate concessos in gratia sua de Gonesse: decimas quoque de Barai & nemoris & possessionum apud Livriacum: apud Pontiferam etiam terram, censum & molendinum cum furno & mansura, que dicitur Baillay ex dono Idonee de Gallanda & ex dono Willelmi & Roberti de Gallanda: molendinum & septem libras & dimidiam Parisienses apud Pontem Herneri \*: & apud Livriacum furnum ejusdem villæ ab omni exactione liberum & quietum, & de censu ejusdem villæ centum solidos annuos Parisienses & tresdecim libras Parisienses annuus in censu apud Effarsa regis \*, & vivarium de Subelichi, ac decem arpentes nemoris Cingie monasterii vestri contiguos: apud Croiffy quoque trecentorum arpenorum terre decemam, & unum dublarium vini & unum modium bladi;

\* Pontarmis.

\* Effarsa-le-  
Roy proche  
Rambouillet.

apud Parisios etiam in vico S. Mederici furnum ex dono Matthæi de Marliaco: tres quoque modios bladi in villa de Compans, & quadraginta solidos Parisienses in villa de Vamars: apud Parisiam, & de Chanoeill, & de Mombeling, de Thienlemoy, & de Monsteroles vineas: decimam quoque de Grés; & viginti solidos in furno de Charcio: censum & terram etiam apud Parisios, quæ dicitur Maudestor: quindecim solidos censuales in censu de Noisy & de Grodolio: terram quoque vobis a Johanne d'Elie concessam, & apud Parisios in vico versus Templum octo solidos Parisienses censuales, sicut ea omnia iuste & pacifice possidetis vobis & per vos prædicto monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum, &c. Datum apud Urbem veterem IV. idus Septembris, pontificatus nostri anno quinto.

## C X X I I.

*Ex charta. Pars. episc.* *Compositio inter Philippum regem & Guillelmum episcopum Parisiensem.*

1222.

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. Philippus Dei gratia Francorum rex. Noverint universi præsentis pariter & futuri quod hæc est forma pacis factæ inter nos ex una parte, & Willelmum episcopum & G. decanum & capitulum Parisiense. ex altera. Volumus & concedimus ut episcopus Parisiense & successores sui Parisiense episcopi habeant apud Parisiense unum draparium, unum cordubarium, unum feronem pro fabro & ferrone, unum aurifabrum, unum carnificem in parvivo, unum carpentarium, unum cercularium, unum bolengerium, unum claudarium, unum pelliparium, unum tannatores, unum speciarium, unum cementarium, unum barbarium & unum scellarium gaudentes libertate quam ministeriales episcoporum Parisiense hæcenus habuerunt, & unum præpositum qui eandem habeat libertatem, quando episcopi præpositus erit; episcopus autem quando dictos assument ministeriales ad servitium suum dicit in fidelitate quam nobis vel successoribus nostris fecit, quod eos assument ministeriales bona fide sine melcapere versus nos, & nos non gravabimus in tallibus ministeriales illos post mortem episcopi occasione sejarientarium prædictarum, ac ministeriales taliter assumptos debet episcopus nominare nobis, vel præposito nostro Parisiense, vel facere nominari: tales vero debent esse ministeriales prædicti, quod manu teneat quilibet eorum quando assumitur, ministerium illud ad quod assumitur. De merellis volumus quod amoveantur quantum pertinet ad res ecclesiasticarum personarum, & ducantur res illæ quæ data fide a quadrigariis vel servientibus eorundem personarum, quod res quas ducant sunt clericorum vel ecclesiasticarum personarum. De albanatis forinsecis concessimus quod solvant episcopo Parisiense. In sua septimana consuetudines debitas, ac si nunquam fuissent albanati, nec de cætero albanentur, nisi sint estagiarii Parisiense. De albanatis illis qui sunt de corpore Parisiense & de suburbis civitatis ejusdem non potest episcopus Parisiense nec ejus successores aliquam exigere consuetudinem. In burgo S. Germani & cultura episcopi, & in clauso Brunelli habemus raptum & multum quando raptores & multarii capti sunt ad præsens foris captum, vel sponte confessi, & habemus eorum mobilia sine diminutione: quod si negent se captos fuisse ad præsens foris captum vel sponte confessos fuisse, & præpositus noster Parisiense inde habeat testes idoneos, episcopus Parisiense teneatur eos recipere super hoc, per quos si convicti fuerint, reddentur præposito nostro sicut convicti per duellum. Quod si raptores vel multarii capti non fuerint, ad præsens foris captum vel sponte confessi, & aliquis vellet eos super multro vel raptu convincere per duellum, duellum erit in curia episcopi; si non fuerint capti ad præsens foris captum vel sponte confessi, de conviciis per duellum in curia episcopi

nos justitiam sciemus & eorum habebimus mobilia sine diminutione. Habemus si quidem nos & successores nostri in burgo S. Germani, in cultura episcopi & in clauso Brunelli, exercitum & equitationem vel talliam propter hoc factam, & gutem sicut in communi villa Parisiense, & habemus super homines illius burgi & culture episcopi & clausi Brunelli talliam, quociens filios nostros faciemus novos milites, & quando filias nostras maritabimus, & etiam si redimeremur de captione proprii corporis nostri facta in guerra, & eodem modo habebunt talliam successores nostri super homines prædictos. Propter autem alias causas non possunt a nobis vel successoribus nostris talliari didorum locorum homines sine assensu episcopi. Præterea in locis prædictis habemus justitiam super mercatores de his que pertinent ad mercaturam, clamatores etiam & mensuras vini habemus in locis prædictis. De mensuris bladi sic erit, quod eas talliari faciet præpositus noster Parisiense in quarum curis & expensis ponet episcopus Parisiense tertiam partem, & habebit serviens episcopi sine contradictione mensuras illas in sua septimana. Habemus si quidem in veteri burgo S. Germani LX. solidos pro tallia panis & vini de tertio anno in tertium annum, sicut huc usque habuimus. Præterea in cultura episcopi & clauso Brunelli habemus nos & successores nostri talliam panis & vini de tertio anno in tertium annum, sicut huc usque habuimus. In eodem autem burgo S. Germani & cultura episcopi & clauso Brunelli habet episcopus & successores sui homicidium & totam aliam justitiam cum rebus justitiarum inventis in terra episcopi quas habere debet secundum legem villa Parisiense præter quam raptum & multum que nostra sunt, ut prædictum est. De latronibus vero & homicidis capitis in locis prædictis faciet episcopus justitiam suam apud S. Clodoaldum vel alibi in terra sua propria extra banaleugam Parisiensem: reos vero furti & alios qui mutilationem corporis meruerint, poterunt episcopus & successores sui punire in terra sua ubi voluerint. De halis vero nostris sitis in campellis ita est, quod nobis & heredibus nostris remanent in perpetuum pacifice, salvo eo quod episcopus & successores sui habeant in eis suas consuetudines debitas in sua septimana, nec episcopus, nec capitulum Parisiense poterunt nec heredes nostros super his trahere in placitum. De feodo Feritatis Aales est eodem modo quod nobis & heredibus nostris remanent in perpetuum, nec episcopus, nec capitulum Parisiense poterunt nos vel heredes nostros super hoc trahere in placitum; & nos & heredes nostri tenemur facere reddi episcopo LX. solidos annuatim pro cerco qui de eodem feodo debetur, & XLV. solidos pro cerco Corbolii & Montiltherici, & servitium portagii novi episcopi per tres milites. Episcopus vero & capitulum Parisiense concedunt nobis & heredibus nostris in perpetuum tenendum Moncellam S. Gervasi Parisiense per excambium inde factum. Episcopus autem & successores sui habeant jusdices suas sine contradictione ad recipiendum redditus suos in sua septimana in domibus nostris de magno ponte & de parvo ponte, in quibus redditus nostri recipiuntur. In rua nova ante ecclesiam B. Marie Parisiense habent episcopus & successores sui justitiam sine raptu & multro de his que sunt extra domos ejusdem ruz usque ad magnam viam parvi pontis, & nos & successores nostri habemus omnem justitiam infra domos ejusdem ruz. Et sciendum quod nos pro restitutione dampnorum que episcopus & capitulum dicebant se incurrisse in accincta castelli Luparæ, & appendiciorum ejus, & in accincta castelli parvi pontis & appendiciorum ejus, & pro quatione halarum quam nobis & heredibus nostris in perpetuum securum, & pro quatione feodi de Feritate Aales, quam similiter nobis & heredibus nostris fecerunt, sicut superius est expressum, dedimus & assignavimus episcopo & successoribus ejus in perpetuum in præpositura nostra Parisiense. XX. libras Parisienses singulis annis percipiendas in festo Omsium sanctorum,

præter illas xx. & v. libras quas episcopus antea habebat in eadem præpositura & c. solidos capitulo Paris. percipiendos annuatim eodem termino in eadem præpositura pro anniversario nostro in ecclesia Paris. in perpetuum celebrando. Sciendum est præterea quod nos habemus omnem iustitiam in viciaria quæ est in terra episcopi à domo quam Henricus quondam Renensis archiepiscopus ædificavit apud Luparam, usque ad Poncellum de Chailloello, scilicet in strata regali quæ est decem & octo pedum ad pedem manus, & similiter in strata publica ab ecclesia S. Honorati quantum durat terra episcopi usque ad pontem de Rollo. In omnibus autem viis quæ factæ sunt & quæ fient de cætero in terra episcopi infra maritimum & prædictas metas, exceptis illis duabus, habet episcopus & successores sui viciariam & omnem iustitiam præter multum & raptum. Quod si contigerit villam novam vel burgum novum ædificari infra dictas metas in terra episcopi, episcopus & successores sui habeant ibi omnem iustitiam præter raptum & multum quæ nobis retinimus, sicut ea retinimus in burgo S. Genmani. Præterea ibidem habebimus omnes alias consuetudines quas habemus in cultura episcopi, sicut superius sunt expressæ. Quæ omnia ut perpetue stabilitatis robur obtineant presentem paginam sigilli nostri auctoritate & regii nominis caractere inferius annotato confirmamus. Actum Meleduni anno Dominicæ Incarnationis M. CCXXXII. regni vero nostri XLIV. antilabius in palatio nostro quorum nomina supposita sunt & signa. Papifero nullo, buticulario nullo, sig. Bartholomæi camerarii, sig. Matthæi consularii. Data vacante cancellaria.

## C X X I I I.

Ex archiva  
domestici.

Rescriptum Honorii III. pro sancti Antonii  
Parisienfis monialibus.

1223. HONORIUS episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopo Senonensi & suffraganeis ejus, salutem & apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis & plurima turbatione didicimus, quod ita in perlicite partibus ecclesiastica censura dissolvitur & canonicæ sententiæ censura enervatur, ut viri religiosi, & huius maxime qui per sedis apostolicæ privilegia majori donati sunt libertate, passim à malefactoribus suis iniurias sustinent & rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat, & pro fovenda pauperum innocentia, se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilectæ in Christo filie abbatissæ & conventus S. Antonii Parisienfis Cisterciensis ordinis, tam de frequentibus injuriis, quam de ipsius quotidiani defectu iustitiæ conquerentes, universitatem vestram litteris peierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis quas sustinent ac pressuris, vestro pollicenti præsidio reserant. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos qui possessiones, vel res, seu domos prædictarum abbatissæ ac conventus, vel hominum suorum irreverenter invaserint, aut ea iniuste decimaverint, quæ dictis sororibus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsas contra apostolicæ sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicii præsumperint promulgare, vel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, seu de nutrimentis ipsarum, spretis apostolicæ sedis privilegiis extorquere, monitione præmissis si laici fuerint, publice candelis accensis excommunicationis sententiam percellatis; si vero clerici, vel canonici regulares, seu monachi fuerint, eos, appellatione remota, ab officio & beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec prædictis sororibus plenarie satisfecerint, & tam laici quam clerici seculares, qui pro violenta manuum injectione

anathematis vinculo fuerint innodati, cum dilectissimi episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes, ab eodem vinculo merentur absolvi. Villas autem in quibus bona prædictarum sororum, vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint, quamdiu ibi sunt, interdicii sententiæ supponatis. Datum Laterani XV. kal. Februarii, pontificatus nostri anno vii.

## C X X I V.

Bulla Honorii papæ pro abbacia de Portu regis.

HONORIUS episcopus servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus abbatissæ monasterii de Portu regis Cisterciensis ordinis, ejusque sororibus, tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In Christo religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursum, aut eos à proposito revocet, aut solutur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilectæ in Christo filix, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatam monasterium sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ de Portu regis in quo divino estis obsequio mancipate, sub B. Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Dominum & B. Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensem fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, potest adipsi, firma vobis, & eis quæ vobis successerint, & illibata permanant, in quibus hæc propriis duximus expiendam vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis, & alias possessiones vestras, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usurgiis & piscibus in bosco & plano, in aquis & molendinis, in viis & semitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale, ac etiam novarum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de hortis & virgulis, & piscationibus vestris, vel de vestrorum animalium nutrimentis, nullas à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Licet quoque vobis personas liberas & absolutas à seculo fugientes ad conversionem recipere, ac eas absque conditione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum post factam in vestro monasterio professionem fas sit sine abbatissæ suæ licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesiæ vestre collatum, licet aliqui personaliter dari, sive alio modo alienari absque consensu totius capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse censuimus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quilibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causa tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi venire præsumat, nec regularem electionem abbatissæ vestre impediatur, aut de influenda, vel removenda ea quæ pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto, vel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullas à vobis ibi obtentu consuetudinis, vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hæc omnia

gratis

gratis vobis episcopus diœcesanus impendat, alioquin A

liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem, gratiam & communionem apostolicæ sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate, vobis quod postulat impendat. Quod si sedes diœcesani episcopi forte vacaverit, inierim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere & absque contradictione possitis, si tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullam præiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum Romanæ sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones valorum & vestium, consecrationes altarium, benedictiones monialium auctoritate apostolicæ sedis recipere valeatis. Porro si episcopi, vel alii ecclesiasticum rectores in monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas, suspensionis, excommunicationis, vel interdicti sententiam pronovaverint, sive etiam in mercenarios vestros pro eo quod decimas, sicut dictum est, non persolverint, sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu beneficiorum vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate præstiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis, & alii fiantur, eandem sententiam protrulerint, ipsam tantquam contra sedis apostolicæ indulta prolatam duximus irritandam. Nec literæ ultæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis & contra tenorem apostolicorum privilegiorum consulerit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in vestro monasterio, exclusis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati vestræ potens in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausura locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem effundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates & exemptiones secularium exactionum a regibus, vel principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decrevimus ergo ut nulli omnino hominum licet prædictum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuscumque vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, ream se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni. Cunctis autem eadem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jesu Christi, quantum hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmiæ æternæ pacis inventiant. Amen. Amen. Datum Laterano per manum Guidonis capellani domini papæ, xv. cal. Februarii, indi. xi. Incarnat. Dominicæ anno M. CCXXXIII. pontificatus vero domini Honorii papæ III. anno septimo.

CXXV.

*Charta Ludovici VIII. Francorum regis domini  
Buchardi de Malliaco monialibus Porregii  
factum confirmantis.*

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex, universis præsentibus literis inspecturis, salutem. No- 1224.  
veritis nos cartam dilecti & fidelis nostri Buchardi de Malliaco vidisse in hæc verba: Ego Buchardus, dominus de Malliaco, universis præsentibus literis inspecturis, notum facio quod ego de voluntate Mathidis uxoris meæ, & Theobaldi filii mei primogeniti, & aliorum filiorum meorum, dedi & concessi in puram cleemosynam pro salute anime meæ, patris mei, & matris meæ, & antecessorum meorum, & amicorum, monialibus Porregii terram meam de Chubengnai, quam teneo de Petro Galteri de Escronis ad centum pro quinquedim solidis annuatim in festo S. Remigii reddendis in perpetuum, libere & pacifice possidendam. Prædicta autem terra sita est inter terram dilecti Petri, & terram domini Hervei de Galardone, sicut meæ dividunt ex utraque parte. Supradictæ vero moniales dicto Petro xv. solidos ad festum S. Remigii persolvent annuatim, sicut ego persolvebam. Ut hoc autem ratum & inconcussum permaneat, præcens scripturæ sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M. CCXXXIV. mense Julio. Nos autem ad ipsius prædicti Buchardi petitionem, cleemosynam prædictam, sicut superius annotatur, salvo omni jure ratam habemus, & sigilli nostri munimine roboramus. Actum in oblatione Rupelle, anno Domini M. CCXXXIV. mense Julio.

CXXVI.

*Compromissum inter capitulum ecclesie Parisiensis, Ex Pæpæ  
& Almaricum de Meulento.*

BARTHOLOMÆUS permissione divina Parisiensis 1225.  
ecclesie minister humilis, salutem in Domino. Cum inter viros discretos, decanum & capitulum Parisiense ex parte una, & dominum Almaricum de Meulento militem, pro se ac fratribus & fororibus suis, ex altera, fuisset contentio diutius agitata, super garrenna quam dicit idem Almaricus se ac fratres suos & sorores suas habere in terra capituli B. Marie Parisi sitam, mandam ex parte Meulentii, & quod usi erant ea ipsi & antecessores sui pacifice & quiete. Et decanum & capitulum dicebant, quod non debeant habere, & quod ea non erant usi pacifice tanquam jure suo, & quod occasione dictæ garrenne damnificaverant capitulum injuste. Tandem de iis compromissum est in nobilem virum dominum Simonem callellanum Neufsejarum & Hugonem de Caprosia canonicum Parisi. sub hac forma: quod inquisita veritate, ipsi duo faciant quod iustum est. Et si non possent concordare, inquisitio ostendetur nobis, & cum eis vel altero diceremus, quod iustum esset. Et si in inquisitione facienda esset discordia inter eos, per nos discordia tolleretur. Promissa est autem pœna a domino Almarico C. libr. Parisi. si ipse vel fratres sui, vel sorores sue, vel aliquis ex parte ipsorum contraverint. Similiter promissa est pœna C. libr. ex parte capituli, si ipsum capitulum vel aliquis ex parte ipsius capituli contraverint, & de hac pecunia, si committeretur, solvenda, constituerunt se plegios coram nobis ex parte dicti Almarici dominus Ancellus de Ambactia & dominus Wilelm. Marinavel militis, uterque in solidum & per fidem. In cuius rei testimonium, præsentibus literis ad petitionem partium, sigilli nostri fecimus impressione muniri. Actum anno Domini M. CCXXXV. mense Aprilii.

## C X X V I I .

*Charta.  
Camp.*

*Petrus abbas S. Dionysii promittit se reddidituru comiti Campanie litteras plegiorum ejus de duabus millibus libr. quas mutuo a se receperat, & tabulam auream, & crucem auream pro prædicta pecunia concessa ab eodem comite oppigneratas.*

1226. **P**ETRUS Dei gratia B. Dionysii abbas, & ejusdem loci conventus, omnibus præsentibus litteris inscripturis, salutem in Domino. Notum facimus, quod quando vir nobilis Th. Campanie & Briæ comes palatinus nobis perolverit ad terminos inter ipsum & nos constitutos, duo millia librarum Parisiensem, quas nobis debet, & damna, & expensas, si quas per defectum sue solutionis incurreremus, nos tenemur eidem reddere duo paria literarum suarum, & litteras plegiorum suorum, & etiam litteras reverendorum patrum Guillelmi archiepiscopi Remensis, Hugonis Lingonenis episcopi, & Roberti Trecentis episcopi, quas inde habuimus. Tenemur etiam ei reddere tabulam auream, & crucem auream sancti Stephani Trecentis, quas nobis pignori obligavit, pro pecunia supradicta; & litteras capituli diocesis S. Stephani, quas super concessione dicti pignoris nobis tradidit dictus comes. Præterea & gagia tenemur conducere usque Meluos, vel Latiaciacum, & ei reddere ibidem. Actum anno Domini M. CCXXVI. mensis Maio.

## C X X V I I I .

*Charta Amalrici comitis Montisfortis pro Vallibus Sarnaii.*

1226. **A**MALRICUS comes Montisfortis & Licetris. Propter controversiam inter eum & fratres abbacie Vallium Sarnaii, super eo quod Ludovicus & Philippus Francorum reges concessissent usagia quædam in foresta Aquilina, tandem compositio in hunc modum facta: videlicet quod ob salutem anime sue, patris & matris, assensu Beatricis comitissæ uxoris sue, Simonis & Roberti fratrum suorum, concessit in perpetuam elemosinam in opus abbacie & quarundam elemorum ipsius, scilicet Effaro Roberti, S. Benedicti, Proverloci, Planeti, Haize, Elloileri, S. Mominii, Monisfalconis, & cellarii de Brueris in dicta foresta Aquilina, &c. Concessit etiam libertates & dona quæ fecerant in clivæ memorie Amicie avla sue, & Simon Cantus pater ejus. Datum anno Christi M. CCXXVI. mensis Maio.

## C X X I X .

*Donatio facta abbacie sancti Antonii.*

1227. **B**ARTHOLOMÆUS de Roya Francie camerarius, universis Christi fidelibus, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod dilectis nostris in Christo abbatissæ & conventui S. Antonii Parisiensis concedimus totam terram in qua fundata est ipsarum ecclesia, quæ videlicet continet quatuordecim arpenta, & etiam centum septuaginta quatuor arpenta terre, & undecim arpenta & unum quarterium vinearum, sita inter Parisios & nemus de Vincennes, & duas domos sitas Parisiis, quæ omnia movent de cameraria nostra, & quæ etiam dicta abbatissæ & conventus tenuerunt & possederunt a tempore clare memorie carissimorum quondam dominorum nostrorum Philippi videlicet & Ludovici regum Francie, teneant & possideant pacifice & quiete, reddendo de prædictis censum debitum & redditus debitos nobis & illis qui nobis succedent in cameraria supradicta. Quod ut perpetuè stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri patrocinio, salva iustitia domini regis in

domibus supradictis, & salvo in omnibus præmissis jure alieno, confirmamus. Actum apud S. Germanum in Laya, anno Dominice Incarnationis M. CCXXVII. mensis Novembri.

## C X X X .

*Diploma Ludovici regis pro abbacia S. Antonii.*

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. 1227. Ludovicus Dei gratia Francorum rex, noverit universi presentes pariter & futuri, quod nos dilectis nostris in Christo abbatissæ, & conventui S. Antonii Parisiensis concedimus, ut terram in qua fundata est ipsarum ecclesia, quæ videlicet continet quatuordecim arpenta, & etiam centum septuaginta quatuor arpenta terre, undecim arpenta & unum quarterium vinearum, sita inter Parisios & nemus Vincenarum, & duas domos sitas Parisiis, quæ omnia movent de cameraria Francie, & quæ etiam dicta abbatissæ & conventus tenuerunt & possederunt a tempore clare memorie regum Francie, Philippi videlicet avi nostri & Ludovici genitoris nostri, teneant & possideant pacifice & quiete, reddendo de prædictis censum debitum & redditus debitos domino sancti terre. Quod ut perpetuè stabilitatis obtineant firmitatem, presentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regii nominis caractere inserius annotato, salva iustitia nostra in domibus supradictis, & salvo jure alieno, confirmamus. Factum apud sanctum Germanum in Laya, anno Dom. Incarn. M. CCXXVII. mensis Novembri, regni vero nostri anno primo, adstantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa, dapsiero nullo. Signum Roberti cubicularii. Signa Bartholomæi camerarii, Mathæi Francie consularii. Acta vacante cancellaria.

## C X X X I .

*Charta Amalrici comitis Montisfortis pro Vallibus Sarnaii.*

**A**MALRICUS comes Montisfortis de consensu Beatricis uxoris concessit in escambium Vallium Sarnaii, defensum suum, quod dicitur le Desay de Planeto, & duo arpenta alneti subtus molendinum de Planeto, &c. usque ad CLXX. arpenta; abbas vero & conventus concesserunt in escambium quosdam redditus bladi, quos in terra Montisfortis habebant. Actum anno M. CCXXIX. mensis Januarii.

## C X X X I I .

*Dotatio abbacie B. Mariæ de Roscha.*

**E**GO Guido de Levies miles, notum fieri volo universis, quod ego per Dei gratiam in bono statu corporis matens, & bonum sensum habens, pro salute anime meæ & amicorum meorum, in elemosinam dedi de mobilibus meis a me acquisitis, quatuor millia librarum Parisiensem, ad faciendam abbatiam de Roscha, & congregandum ibi conventum, & tradidi dictam pecuniam viris venerabilibus, & amicis in eis abbatibus Vallium Sarnaii, & domino Amalrico comiti Montisfortis, & Alexandro de Vordis militi consanguineo meo, expendendam pro montis & consilium ipsorum in edificatione dictæ abbacie, in provisione conventus, & in emendis redditibus, seu possessionibus ad opus & utilitatem, & incrementum dictæ abbacie & dicti conventus: in cuius rei testimonium, presentes litteras sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M. CCXXXII.

## CXXXIII.

*Ex char. Cluniac.* *Epistola P. subprioris S. Martini de Campis, de electione B. prioris in abbate Latinaci.*

**Circa 1232.** **R**everentissimo patri nostro ac domino Stephano Dei gratia Cluniac. abbat. Fr. P. subprior S. Martini de Campis Paris. totique ejusdem loci conventus, salutem & devotam obedientiam usque ad mortem. Intelleximus sane, quod dolentes referimus, quod conventus Latinacensis venerabilem & charissimum B. priorem nostrum ac dominum unanimiter & concorditer in abbatem suum elegit. Cum igitur paternitati vestrae satis constet ad liquidum, & etiam sit omnibus aliis manifestum, quod per probatum & expertum providentiam prenominati prioris nostri ecclesia S. Martini in spiritualibus & in temporalibus multiplex per Dei alijotium incrementum fuerit affecta, & ex eius amissione, quod absit, grave dampnum ipsa ecclesia incurreret, in cisdem paternitatem vestram quantumque possimus devotione rogamus & inquirimus humiliter ex affectu, quantum devotissimis filiorum vestrorum precibus inclinati praefatum priorem nostrum efficaciter inducere velitis ad recusandum electionem praedictam, ne dicta ecclesia S. Martini, quam inter ceteras Cluniacensis ordinis ecclesias specialiter diligere & confovere tenemini, pastore suo ilonco ac perreccario remaneat viduata, qui negotia ecclesie Cluniac. & nostrae proutovere fideliter ac feliciter conuevit, & tantum inde facturus, si placet, ut Deus omnipotens vobis retribuat ad salutem, nosque pro vobis orare devotius teneatur. Valeat bene & diu paternitas vestra.

## CXXXIV.

*Ex char. Cluniac.* *Epistola P. subprioris sancti Martini, de electione prioris in locum Balduini defuncti.*

**Circa 1233.** **R**everendis patribus ac dominis S. Dei gratia abbati Cluniac. O. priori majori, & ceteris in ordine constitutis, necnon & toti Cluniacensis ecclesie sacro conventui frater P. humilis subprior S. Martini de Campis, pariter & totus ejusdem conventus, salutem & devotam obedientiam usque ad mortem. Si dominationis vestrae reverentia toleraretur ad insultat subreptorum iugentium doleretur, certe non immerito vos ad lectum & lacrymas nobiscum invitare possemus, cum lacrymae nostrae dampnum inestimabile non solum vestrum, verum etiam totius Cluniacensis ordinis non sufficere deplorare. Nostri quidem peccatis exigentibus ultionum Dominus provocatus super nos effudit iram suam, & nobis reddere non solum duplicia, imo magis multiplicia pro peccatis, pessimum patrem & fidelissimum dispensatorem dominum B. priorem nostrum, in cuius manu ecclesia S. Martini, tam in spiritualibus quam in temporalibus floruit multipliciter & profecit, sublatum de medio nobis eripuit, ut confidimus in sublimi translatum, nec a nobis in praesenti seculo, quod dolentes referimus, ultra poterit jam videri: sed dum ista recitamus, renovamus dolorem, tristitiam augemus, & lacrymas excitamus, quoniam de ejusdem piissimi patris laudabilis vitae cursu feliciter consummato sit gaudentium, si vis doloris admitteret rationem. Verum quoniam omnes dilabuntur, sicut aquae quae non revertentur, nec mortuus iterum ad nos poterit lacrymis revocari, sileo breviori ad conceptum mente propositum redeamus. Sane vobis, ut credimus, sat constat, quod inter ceteras ecclesias Cluniacensis filius, ecclesia S. Martini tanquam specialis filia prerogativa devotionis & obedientiae erga matrem suam supergressa semper fuit universalis, ex quo favorem pie matris & gratiam haecenus habuisse dinoscitur ampliore. Cum igitur percusso pastore perreccario multiplices sumus inter angustias comprehensi, nec est qui tam de-

*Tomus VII.*

**A**ltonis solatium impendere sufficere, nisi pia mater ecclesia Cluniacensis consolationis suae dulcissimae uberibus nos satiet, & sileo tribulatos piissime consoleretur, ad vos tanquam pios patres & dominos reverenter recurimus, ut debemus, lacrymosis precibus humiliter supplicantes, quantum pio compassionis affectu filiorum doloribus consolentes, de pastore nobis ilonco, sub quo nobis, si non tanta, tamen consimili sit requies, pia & paterna sollicitudine dignemini providere, qui religionis zelator & ordinis prolesse magis velit & appetat, quam praesentis. Hinc est quod venerabiles & carissimos fratres nostros P. priorem sancti Nicolai Silvanecensis & P. sacristam ecclesie nostrae latore praesentium pro priore petendo ad vestram praesentiam, more consueti, duximus transfinitendos, ut per ipsos quam literis praesentibus iterum ac iterum humiliter postulantes, ut circa provisionem filiae desolatae ad honorem Dei & ecclesie utilitatem & pacem favorabiliter intendere sic velitis, ut exinde apud Deum & homines gratiam habeatis, & nos, qui Cluniacensis ecclesie tanquam devoti filii obedimus fuimus semper & erimus, Deo dante, pro favore nobis exhibito erga vos majori devotione non lumineo teneamus alitici. Bene valeat paternitas vestra. Datum die lune proxima ante festum beati Andreae apostoli.

## CXXXV.

*Charta Amalrici comitis Montisfortis pro Vallibus Sarnaii.*

**C** MATRICUS comes Montisfortis, de assensu **1238.** Beatrix uxoris, & abbas Vallium Sarnaii fecerunt conventionem, videlicet quod abbas quitavit hereditibus Amalrici & Beatrix, totum jus quod habebat de donis regum Francie in foresta Aquilone, insuper locum de Planeto: Amalricus vero & uxor concesserunt pro suis mille & sexaginta arpenta memoris, & terre in defenso de Follofo, &c. Actum anno M. CCXXXVIII. mense Julio.

## CXXXVI.

*Diploma Ludovici regis pro monialibus de Porrois.*

**L**UDOVICUS Dei gratia Francorum rex, universis ballivis & praepositis suis ad quos literae praesentes pervenerint, salutem. Mandavimus vobis quantum universis res dilectarum nostrarum in Christo monialium de Porrois Cisterciensis ordinis in ballivis vestris constitutas custodias & defendatis, non permittentes quod rebus ipsarum uli potestatem habeatis, gravamen, molestiam, sive injuria inferatur. Imo si ipse vel earum nuntii ad vos pro jure suo postulando accesserint, jus plenum & ita maturum faciatis, quod non debeant conseri de vobis. Actum anno Domini M. CCXXXIX. mense Maio.

## CXXXVII.

*Charta de festo S. Bernardi, & ceteris in abbacia S. Dionysii institutis.*

**O**DO ecclesie beati Dionysii minister indignus, **1241.** & ejusdem loci conventus, universis praesentibus literas inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos advenientes devotionem quam habuit erga ecclesiam nostram beatus Bernardus abbas Clare vallis, dum viveret, tempore bone memorie Sugerii quondam abbas nostri, utpote qui in multis necessitatibus eidem abbati & ecclesie nostrae subvenit, credimus & speramus, ut quem tam devotum ecclesie nostrae, dum in carne viveret, in terris habuimus, devotorem in caelesti curia & patronum precipuum apud Deum sentiamus. Propter quod de communis fratrum nostrorum

G ij

consilio ordinamus & statuimus, ut festum ipsius pii confessoris & doctoris egregii in crastino S. Audonis singulis annis a nobis solemniter celebraretur: ita quod quartum responitorium fiat duplex & festivum, & omnia alia circa servitium ejusdem festi fiant, tam de luminari, quam de aliis que facere consuevimus in festis illis, in quibus quartum responitorium fit duplex & festivum. Commemnis etiam historiam, sicut est ordinatum in libro consuetudinum, cantantur ipsa die. Ut autem fratres nostri devotius excitentur ad ejus festum solemniter celebrandum, volumus & statuimus, ut coquinarius ecclesie nostrae, qui pro tempore fuerit, sexaginta solidos Parisienses ultra id quod tenetur ipsa die ponere pro pitantia que venit ad discum & ad missam & ad alios quibus tenetur, in ipso die festo in augmentum pitantiae ponat. Præterea anniversarium bonæ memorie Hilduini quondam abbatis & decorum aliorum, videlicet Odonis de Diogillo, & Odonis de Taberniaco quondam abbatum nostrorum, qui post Suggestium abbatem immediate nosse post alium abbatem hujus ecclesie fuerunt; quos duos Odones ex pia causa de locis in quibus sepulti fuerant transfusimus, & ante altare B. Marie in crypta decenter reposuimus, ordinavimus anniversarium trium prædictorum simul de herede fieri singulis annis de cetero in supervigilia Omnium sanctorum: pro quibus volumus & statuimus, ut eadem die in refectorio habeant fratres a coquinario pitantiam sexaginta solidorum Parisiensium ultra id quod in refectorio providere tenentur ea die. Luminare vero fiet in dieo anniversario, quale sit in aliis anniversariis communibus abbatum, hoc tamen adjuncto, quod in vesperis, vigiliis & in missa ardeant in crypta quatuor cerei bini & bini super tumulis dictorum duorum abbatum. Præterea cum in crastino Omnium sanctorum fiet per totam ecclesiam Dei memoria fidelium defunctorum, & eadem die propriè festum sancti Eustachii omittatur apud nos; volentes sequi approbatum usum ecclesie, sic ordinamus & statuimus, ut de cetero in vigilia Omnium sanctorum fiat sermo in capitulo, quo quod fieri in die festo Omnium sanctorum, ita quod in die Omnium sanctorum possit vacari liberius divino servitio. Post processionem vero que fit post vesperas ad sanctum Eustachium, redat conventus in chorum, & alta voce incipiatur *Placebo*, sicut fit in anniversariis Karoli & Philippi regum, & ibi vesperæ & vigiliæ pro fidelibus continue decantentur; & sequenti die statim post capitulum incipiat abbas, vel qui in conventu tunc prærit, commendationem, iudicium alba & cappa cum stola, & finita commendatione incipiatur tertia, & post tertiam missa sollempniter, sicut fit in anniversariis regum; conventus erit tunc in cappis, abbas vel qui in conventu tunc prærit canet missam ad nuptias aliarum. Luminare vero tale erit. In festo ad vigiliis ponantur in penia altaris matutinalis iuxta crucifixum sex cerei, quilibet de tribus libris; & quatuordecim, quilibet de dualis libris in eadem penia; ante dictum altare ponantur tres cerei, quilibet de libra; retro altare septem, quilibet de tribus libris. Omnes isti cerei ardeant quamdiu fiet servitium in vigilia & in missa. Fratres habeant ipsa die pitantiam a coquinario de quatuor libris Parisiensibus, quas coquinarius ponet ultra id quod in refectorio providere tenentur ipsa die. Et ut videatur per hæc gravari coquinarius, volumus & statuimus, ut coquinarius recipiat singulis annis decem libras Parisienses per manum præpositi Medivillaris super redditum qui bene valet decem libras, quem emimus pro ducentis libris Parisiensibus a domino Galtero de Alneto milite, qui redditus debuit apud Verdellonniam talis est: septem modii & dimidius avenæ, septem modii & dimidius vini, quadraginta gallinæ & totidem panes, viginti duo solidi & octo solidi super duos hospites apud Meinville, & dimidium arpenum prati. Insuper statuimus & volumus ut de invidiate clausi Lysardi, quem enim ab Ada uxore Baldini Pocheron pro

A recentis libris Parisiensibus, habeant fratres de vito, quod ibi crescit, pitantiam in refectorio ad prandium, & in sero ad collationem pro caritate, tam in festo B. Bernardi & in memoria omnium fidelium, quam in anniversario dictorum trium abbatum. Abbas vero quia de luminari providet in festo sancti Bernardi & in memoria omnium fidelium, & in prædicto anniversario trium abbatum, percipiet & habebit prædictum vinum vinearum, quod solus prædictis pitantiam quindectum libras Parisienses & amplius valere poterit annuatim. Quod ut perpetuum robur obtineat in posterum, præsentem paginam inde conscribitur sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CCXLI. mensis Novembris.

B

C X X X V I I I.

*Fundatio abbatis sanctæ Mariæ regalis.*

I N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. 1241.  
 Universis in fide catholica viventibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Blanca Dei gratia regina Francorum, salutem in Domino sempiternam. Sacrosanctæ matris ecclesie doctoris asserunt, quod beatis angelicis spiritibus cedit ad gaudium, in remi fonte baptisimatis, quos difficile est in præsentis seculo nequam incursum evadere delictorum, suo fei creatori affectu erigunt salutari. Et cum secundum Apostolum nulla proptus hominum merita condigna sint in terris ad ea promerenda, que redemptor eorum diligentius se præstare perpetuo pollicitus est in cælis, expedit humano generi, ut de veritatis evangelice consilio caelestes amicos acquirat, per quorum merita gloria suppletur in ipso quod silinet deficit ad salutem. Nos igitur divina nobis administrante clementia volumus, & carissimis filii nostri Ludovici Dei gratia regis Francorum illustris interveniente assensu, ob sanctorum opportuna suffragia nobis salubriter acquirenda, affectantes decorem domus Domini diligere cum Propheta, & divinum servitium ampliare, in ea ad honorem omnipotentis Dei ac specialiter gloriosissimæ semper Virginis matris ejus, omniumque civium supremorum, pro salute anime nostre, & animarum claræ memorie Alonisi quondam regis Castellæ illustris genitoris nostri, & Alienordis reginæ uxoris ejus genitricis nostre, & carissimis domini nostri felicis recordationis Ludovici quondam regis Francorum illustris, ac carissimis filii nostri prædicti, & omnium liberorum nostrorum, necnon & omnium antecessorum nostrorum & successorum, quandam abbatiam Cisterciensis ordinis, de propriis bonis nostris temporalibus fundavimus, & edificari fecimus, ac eigi in Parisiensi diocesi juxta Pontifacem, in villa que Alnetum antea vocabatur. Quam quidem abbatiam, sanctam Mariam regalem, eo quod in honore ac nomine cæli reginæ fundata est, deinceps decrevimus nominandam. Donavimus etiam in perpetuum, & concessimus abbatis memoratæ ac personis ibidem Deo servientibus, & in posterum servitium, locum ipsum cum fundo in quo sita est, monasterium, dormitorium, refectorium, ceterum \*, & omnia ac singula ædificia infra ambitum murorum contenta, cum eisdem ædificiis, & muris, sicut se porportant circumquaque in latum & in longum, decursum & finistorum. Que omnia acquisivimus de nostris propriis bonis, volentes, & concedentes quod abbatia & moniales dicti monasterii prædicta omnia & singula, ut parum perpetuum & omnino liberum elemosinarum, ac tanquam rem suam & sui monasterii prædicti propriam possident in perpetuum libere & quiete, secundum constitutionem Cisterciensis ordinis regularum, eisdem monialibus pro vite necessitatibus, Domino dante & vita comite bonis amplioribus provitura. Quod ut robur obtineat perpetue firmitatis, præsentem paginam referentem continentes, sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum anno gratie M. CCXLI. mensis Martio.

\* cellarium.



## CXXXIX.

*Ex charta. Charta Willelmi Parisiensis episcopi de institutione septem canonicorum in capella episcopali.*

1243. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis. Guillelmus permissio divina Parisiensis ecclesie minister licet indignus, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis aeternam in Domino salutem. Ad honorem gloriosissime virginis Marie culum divinum in capella ipsiusdem virginis sita in domibus nostris Parisiensibus volentes divina suffragante gratia ad quorundam honorum instantiam ampliare, dignum duximus statuendum, ut numerus septem canonicorum presbyterorum ibidem residentium, a nobis nostrisque successores instituentium canonice in posterum observetur; quorum quilibet canonicorum suam faciet hebdomadam in capella missam celebrando, ac die nocturque horas canonicas cum nota solemniter decantando; qui canonici per officium ecclesie Parisiensis, per quod de domibus episcopalibus patet aditus in ecclesiam majorem, introitum & exitum habebunt liberum ad capellam. Volumus etiam & ordinamus quod ipsi canonici propriam clavem habeant in officio majoris ecclesie prenotato. Propter quod quilibet canonicorum in institutione sua nobis & successoribus nostris fidelitatem faciet juramento. Si quis vero ad prebendam institutus fuerit non presbyter & receptus, nihil de proventibus prebende recipiet, donec fuerit in presbyterum ordinatus: immo siilem proventus distribuentur interim æqualiter inter presbyteros canonicos residentes. Statuimus insuper ut ipsi canonici & eorum familia nobis immediate subiecti ab omni subiectione & jurisdictione archidiaconi & decani & capituli Parisiensis in omnibus sint exempti. Quilibet autem canonicus in sue institutionis primordio jurabit ejusdem capelle continuum residentiam bona fide, & se proxima omnia & singula fideliter servaturus. Volumus tamen & concedimus, quod omnes illi canonici, qui modo sunt in capella, possint per se vel per vicarios idoneos, quotiens voluerint, in capella hujusmodi deservire; successoribus eorum ad continuum & personalem residentiam, pro ut ordinatum est superius, nihilominus obligatis. Quod ut ratum & stabile futuris temporibus perseveret, presentes litteras nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M. CCXLIIII. mense Octobri.

## CXL.

*Præceptum Ludovici regis pro monialibus Portus regis.*

1244. **L**UDOVICUS Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus quod nos volumus & concedimus quod moniales Portus regis Cisterciensis ordinis, vinum, bladum & alios fructus & exitus terrarum suarum possint per tota pedagia nostra, tam per terram quam per aquam ducere libere & quiete sine pedagio & collata, salvo tamen jure alieno. Insuper cum genitor noster bonæ memoriæ Ludovicus Dei gratia Francorum rex, duos solidos & sex denarios singulis diebus dederit in elemosynam predictis monialibus capiendis in præpositura nostra Parisius ad voluntatem suam, nos predictam donum volumus & pietatis intuitu ad perpetuam confirmamus. Actum Parisius anno Domini M. CCXLIV. mense Junio.

## CXLI.

*Foundationem B. Marie regalis confirmat rex Ludovicus.*

1248. **I**N nomine sancte & individue Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus quod nos causissime matris nostræ Blanche Dei

A gratia regis Francorum illustrißimam devotionem attendentes, volentesque futurum effici participes meritum gratum voluntati ipsius præbens assensum, & prædictam fundacionem, ædificationem, erectionem dicte abbacie, & donationem loci ac fundi in quo sita est, & omnium ac singulorum ædificiorum inter clausuram & ambium murorum contentorum, cum ejusdem clausuris & muris laudamus, volumus & concedimus, prout in præsentii pagina est expressum, ac eas in perpetuum autoritate regis confirmamus. Præterea cum suadente maligno spiritu nonnulli quandoque contra monasteria, & ecclesiasticas personas, eo inmanius seviunt, quo ex fragilitate sexus eis est imbecillior potentia repugnandi, volumus, concedimus, & presentii privilegio statuimus, ut monasterium prædictum, abbatissam & moniales ejusdem, cum omnibus ædificiis prædictis, & quibuscumque aliis bonis suis acquisitis, ac in posterum acquirendis sub protectione nostra & tuitione in perpetuum immediate permaneant. Et si forte successu temporis territorium in quo dicta abbatia sita est ad aliud dominium casu aliquo transferretur, nihilominus volumus & statuimus, quod eadem abbatia cum omnibus bonis suis sub defensione nostra, & omnium Francie regum qui pro tempore fuerint immediate semper permaneant & consistat. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regii nominis carattere inferius annotato fecimus communitari. Actum Parisius anno Incarn. Dominiæ M. CCXLVIII. mense Aprili, adstantibus in palatio nostro quorundam nominis appositis sunt & signa, passivo nullo. Signum Johannis camerarii. S. Stephani buticularii, consabulario nullo, regni vero nostri anno XXII. Data vacante cancellaria.

## CXLI I.

*Donum Guidonis Buticularii factum sancto Victori Parisiensi ad fundandam abbatiam apud Brayum.*

*Ex archivo S. Victoris.*

**O**MNIBUS presentes litteras inspecturis Guido dictus Buticularius miles salutem. Noverit universitas vestra quod ego ob remedium anime mee, patris mei & matris mee, & antecessorum meorum in parum ac perpetuum deli elemosynam quintam partem totius hereditatis mee que me coniungit ac contingere potest in posterum ex parte bonæ memoriæ Guidonis patris mei, pro quadam conventuali abbatia canonicorum regularium de ordine B. Augustini fundanda apud Brayum sus Onette juxta Montipelloier, ad sustentationem dictorum canonicorum ac fratrum ibidem Deo servientium; in perpetuum volens ac precipiens quod dictum quintum meum apud Rulliacum & Chamicum & Brayum capiatur; & si in locis prædictis dictum quintum meum ad plenum inveniri ac capi non poterit, volo & precipio quod quicquid de dicto quinto desuerit apud Montipelloier, excepta fortericia ac bosca ejusdem loci, si excipi poterint, capiatur; salva tamen capelle domus Dei de Ermenonvilla elemosyna decem modiorum avenæ apud Rulliacum percipiendorum, quos in perpetuum ac puram deli elemosynam eidem capellanie de novo fundare. Volo insuper & statuo quod dicta abbatia membrum sit monasterii sancti Victoris Parisiensis, & originem sumat ab eodem. Ut autem dispositio mea rata perseveret ac stabilis, nec possit ab aliquibus infirmari, rogavi venerabiles patres dominum Parisiensem episcopum, dominum Adam Silvanensem episcopum, & venerabiles viros Acelinum abbatem S. Victoris Parisiensis & magistrum Hubertum de Retel Ebrolicensis ecclesie archidiaconum, ut hanc dispositionem meam exequantur & faciant inviolabiliter observari, quos dicte dispositionis mee executores constitui speciales, &c. Quod ut perpetuum robur obtineat, presentii pagine sigillum meum feci apponi. Actum anno Domini M. CCXLVIII. mense Junio.

## C X L I I I.

*Præceptum Ludovici regis pro abbatis S. Antonii.*

1248. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus, quod nos pro salute anime nostræ & animarum felicis recordationis Ludovici quondam regis Francorum genitoris nostri, necnon & carissimæ domine & matris nostræ Blanche Francorum reginæ illustris ac antecessorum nostrorum, concedimus abbatæ S. Antonii Paris. & abbatissæ & monialibus ibidem Deo serventibus, quæcumque ipse de feodo nostro sive dominio, vel censu nostro, in terris, vineis, pratis, nemoribus, fontibus, domibus, piscibus, sive aliis quibuscumque possessionibus, vel rebus aliis titulo donationis sive emptiois, sive ex legatione testamentariorum, vel quocumque alio modo ex elemosynis a baronibus, militibus, clericis & laicis, sive a quibuscumque personis usque ad præsentem diem acquisiverit in manu mortui in perpetuum possidenda, salvo jure alieno, & censibus, & justitiis, & aliis redditibus quos habemus in censibus & rebus antedictis. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate & regii nominis characterè inferius annotato, secimus communiti. Datum Parisius anno Incarnationis M. CCLXVIII. mense Junio, regni vero nostri XXII. astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa, dapsifero nullo. Sig. Stephani buticalarii, sig. Johannis camerarii, consulario nullo. Data vacante cancellaria.

## C X L I V.

*Donatio facta abbatis de Porrefo.*

1248. **I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Notum facimus quod nos ob remedium anime nostræ & animarum inclite recordationis regis Ludovici genitoris nostri, & carissimæ domine & matris nostræ Blanche reginæ Francorum illustris abbatissæ monialium de Porrefo Cillercienfis ordinis, damus & concedimus in puram & perpetuam elemosynam L. libras Turonenses anni redditus in villa que dicitur Monmartini, & si dicta villa non sufficeret ad solutionem perficiendam dictarum L. librarum anni redditus, cum in eadem percipere debeat alias L. libras ex dono nostro abbatis monialium de Thesturo Nostræ Domine ejusdem ord. caperetur in villa que Petitville appellatur; quas videlicet villas habet & tenet dilectus & fidelis noster Mathæus de Mallisco, ex dono & concessione felicis recordationis regis Philippi avi nostri, & tenebit toto tempore vite suæ, ac redditum similiter dictarum L. librarum: similiter & liberi ejus post eum, & hoc insuper salvo & retento semper quod si aliquando dictaret nobis conscientia, quod de dicta villa aliquibus restitutionem facere vellemus, nobis liceret nonobstante prædicta donatione. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regii nominis characterè inferius annotato fecimus communiti. Actum Parisius anno Domini M. CCLXVIII. mense Junio, regni vero nostri XXII. astantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa, dapsifero nullo. S. Stephani buticalarii, sig. Johannis camerarii, consulario nullo. Data vacante cancellaria.

## C X L V.

*Alia donatio facta abbatis Portus regis.*

1248. **O**mnes presentes literas inspecturis, Johannes comes Montisfortis salutem in Domino. Noverint universi quod ego ob remedium anime meæ, & præ-

**A** decessorum meorum de assensu & voluntate Johanne uxoris meæ, do & concedo ex nunc & in perpetuum in puram & perpetuam elemosynam religiosis mulieribus abbatissæ & conventui Portus regis, Cillercienfis ordinis, Parisiensis diocesis, & earum monasterio ducentis & quadraginta arpens terre, que habebam in uno tenenti contigua ex una parte territorio chemini Perreli, ex alia parte memori quondam fratrum, ex alia teris leproforum de Esfarris regis, & ex alia teris Roberti de Bachivalle, & Guilonis Parcheri de Gambes, ab eisdem abbatissæ & conventui, & earum monasterio ex nunc & in perpetuum tenenda & possidenda libera & quieta absque aliquo onere censuali, costuma, servitio & redhibitione. Insuper autem do & concedo dictis monialibus in puram & perpetuam elemosynam, quantum ad dictum locum pertinet, usuarium mortui nemoris in communi foresta Aquilina ad comburendum, & pasturam animalium & pecorum per communem forestam Aquilina, ubi habent alii consuetudinarii extra defensa. Pro hoc autem donatione, mihi & heredibus meis ex nunc & in perpetuum dictæ moniales quitaverunt totum usuarium quod habebant in communi foresta Aquilina, scilicet vivum nemus ad ædificandum, & mortuum ad comburendum, & ponagium pecorum quod ipse habebant in defensis meis, & alibi, & insuper unum modium bladi quod habent in grangis mea de Meriaco, quæ omnia habebant & tenebant ex donatione patris mei & antecessorum meorum. Et promitto eidem abbatissæ & conventui quod contra dictam elemosynam non veniam in futurum, & dictas terras liberas & quietas secundum quod prædictum est, garantizabo & liberabo in manu mortua, bona fide ad usus & consuetudines France eisdem abbatissæ & conventui & monasterio earumdem. Retineo autem illi omnes justitias ad baroniam pertinentes, videlicet multri, rapti, occisionis & furi, & etiam omnem justitiam sanguinis. Volo tamen quod dictæ moniales habeant simpliciter melicium in fratribus & serventibus suis illi commorantibus, sine finibus effusione, & membrorum deformatione. In cuius rei testimonium, præsentem literas sigilli mei munimine feci communiti. Actum anno Domini M. CCLXVIII. mense Julii.

## C X L V I.

*Litteræ Petri abbatis & conventus Foffatenfis instituentium officia camerarii & cellarii.*

**A**NNO Dom. M. CCLVI. in crastino dedicationis monasterii Foffatenfis, presentibus nobiscum in capitulo dicti loci prioribus & monachis aliis, qui interesse voverunt & poverunt, quibusdam etiam ex eis propter hoc specialiter evocatis, nos frater Petrus abbas ipsius monasterii & alii nostri priores & monachi supradicti, considerata utilitate monasterii nostri in pleno capitulo statuimus & ordinavimus in nostro monasterio unum camerarium, videlicet unum de monachis nostris, qui omnes monachos nostri monasterii morantes intus abbatiam & extra, & etiam conversos & conversas vestret, exceptis tamen prioribus forisfectis, qui omnes de prioribus suis se vestire consueverunt. Et idem camerarius præfatis monachis & conversis de vestibus & calcamentis sufficientibus, prout hunc ecclesie exigit, bene providebit, hoc exceptio quod saulares monachorum foris morantium non faciet reparari. Præterea idem camerarius solvet in pecunia numerata omnes pitancias taxatas quas ablates nostri monasterii conventui solvere consueverunt quatuor terminis, videlicet infra octavas sancti Johannis, dedicationis, B. Mauri atque Pasche. De non taxatis providebit dicto conventui competenter, sicut hætenus fuit consuetum, exceptis diebus solemnibus videlicet istis, die Natali Domini, die festi beati Mauri, die Pasche, die Pentecostes, die festi B. apost. Petri & Pauli, die festi S. Petri ad vincula, die festi Assumptionis B. Mariæ virginis, die festi Osmium SS.

& die festi dedicationis ecclesie nostre, mappasque, manueria ac icyptos sufficienter in refectorio ministrabit, & etiam manueria, & abstersoria p̄ eum pro mandato, pelves & patella ad dictum mandatum singulis hebdomadibus faciendum, nautique tam in dicto refectorio quam in capitulo ministrabit, solveque X. solid. Paris. in die Parasceves pauperibus erogandos, & x. fol. Paris. rosulario quando rosulum portabit. Pro quibus faciendis & querendis ordinavius quod dictus camerarius percipiat & habeat super aquam nostram de Fofatis XVI. lib. Paris. & omnes ac singulas vestes & calceamenta monachorum, converforum & converfarum decedentium, ac pertinemia ad lectum eorundem, exceptis cooperatoriis & culcitratis punctis, que ad usum hospitum nostrorum retineamus, excepto quoque vestimento non valente II. fol. Turon. necnon & calceamento non valente X. denar. Turon. que volumus per manus clemensium nostris pauperibus erogari. Et hoc precipimus districte, tam in camerario quam in leemofinario firmiter observari. Et ordinamus quod de redditibus & possessionibus nostris monasterii in posterum habeat & percipiat pro predictis faciendis ea que inferius annotantur, videlicet illud quod habemus apud Huyeteram, decimam nostram de Vinolio, apud Boisfiacum XXX. arpenta vinearum, medietatem furni dicte ville, & tertiam partem decimæ vini de Boisfiaco, ac quamdam domum quam habemus ibidem; & nos retineamus in manu nostra pressoria, ipse tamē, quando necesse fuerit, post nos pressorabit. Item habebit de priore S. Arnulfi XXIX. solid. Paris. de priore de Turmoino XXXIX. fol. Paris. de priore de Castris, XXIX. fol. Paris. quam pecuniam dicti priores nobis consueverunt solvere annualim. Item idem camerarius habebit & percipiet in festo S. Remigii apud Valemon XXVI. fol. de censu. Item ibidem XVIII. denar. in nativitate beati Johan. B. pt. & unum dupplarium vini in vindemiis, de gurgite Hodoyini x. fol. Paris. apud Choisfiacum IX. fol. Paris. apud Noisfiacum siccam III. solid. Paris. apud Baigneux III. fol. Paris. apud veterem Corbolicum X. droituras, IX. sextarios frumenti & IX. sextarios avene. In crastino nativitatis Domini apud Caudan XXI. fol. Paris. III. olosos minis, apud Marolium illud quod ibidem habemus. Apud Cronam unum tresellum vini a relicta Milardi, & de decima ejusdem ville x. solid. Paris. In crastino Omnium SS. apud Choisfiacum XXX. fol. Paris. & in sequenti festo B. Martini ibidem I. minam frumenti, IV. sextar. & I. minam avene, IV. capones, & XII. denar. Item in supradicto crastino de Munerio, de Breitignico XX. solid. Paris. De insula Hemardi Milonis XXV. fol. Paris. In nativitate B. Johannis Baptiste de eadem insula III. solid. & IV. denar. Paris. Item habebit illud quod apud Glandam in Campania habemus, & de Bercheris XII. denar. Paris. Item apud civitatem Meldensem II. ayd. multuramque quos habemus singulis annis in quodam molendino. Item apud Capricium post decessum Petri de Furchis decimam bladi quam ibidem habemus. Volumus etiam quod habeat predictus camerarius quamdam domum quam habemus Parisiis extra muros & portam de Barbeleo, juxta domum Bertaudi de Camberris; & nos omnes alios census, redditus, jura, consuetudines, dominium & justitiam, ac omnia que habemus & habere consuevimus in locis predictis, præter quam ea que superius sunt nominata in manu nostra retineamus; volentes & ordinantes quod in censibus ubi idem camerarius totum recipiet integraliter, quod nos recipere solebamus, percipiat & idem ventas & alias censivarum obventiones; in censibus vero in quibus percipimus aliquid cum eodem, ventas & alias censivarum obventiones quæcumque sint, retineamus. Item habebit idem camerarius annualim de nostris prioribus, videlicet de quolibet eorundem pro quolibet socio morante secum in prioratu suo LX. fol. Paris. quam pecuniam solvent dicti priores eidem camerario in hunc modum, videlicet in festo B. Mauri tertiam partem,

A in festo BB. apost. Petri & Pauli tertiam partem, aliam & totum residuum in festo dedicationis nostri monasterii Fofat. Concedimus insuper quod idem camerarius habeat unum equum, qui, cum in abbata morabitur, de bonis ipsius abbatis sufficienter habeat unde vivat.

Præterea assignavimus cellerario monasterii nostri redditus de quibus omnia que ad officium cellerarie pertinent, integraliter ministrabit; & cum hoc providere convenit & toti domui seu abbacie de scutellis & potis, pro quibus faciendis & querendis habebit idem cellerarius illud quod habemus apud Brociam & Longumjunctum, de Templo Paris. x. libr. Paris. de priore nostro S. Eligii VII. lib. Paris. quam pecuniam solebamus percipere & habere. Item habebit dictus cellerarius XLVIII. lib. Paris. p̄ cędijonas a nobis abbate per septimanas. Hæc autem prædicta, prout superius sunt expressa, tam cellerario quam camerario qui pro tunc eo in nostro monasterio fuerint, pro iis administrandis & faciendis que ad eorum officia pertinet & de cetero perhibent, percipiendū in posterum concedimus & habenda. Volumus insuper & ordinamus quod pueri nostri monasterii sex ballivi nostri semel quolibet hebdomada, exceptis Quadagesima & Advētu, provideant de carnibus unius post alterum successive; volentes quod si alia littera super his concessa inventa fuerit, pro nulla de cetero habeatur, & ista firmiter observetur. Et retineamus potestatem ad eundem, diminuendi & declarandi in prædictis loco & tempore, prout viderimus expedire. Injungentes etiam tam camerario quam cellerario supradictis in virtute obedientie & sub poena excommunicationis firmiter, & districte ut de bonis administrationum seu ballivarum suarum ita de cetero teneant monasterii sui manibus que bene sufficienter secundum respectum sequentis temporis necessitati & furnituræ ballivarum suarum. Et ut omnia & singula, prout sunt expressa, robur obtineant perpetue firmitatis, nos sigillum nostrum una cum sigillo conventus nostri, qui ad hoc assensum suum præbuit, presentibus duximus apponendum. Actum apud Fofatum in pleno capitulo nostro de voluntate omnium & assensu, anno & die prædictis.

## CXLVII.

D *Litteræ Alexandri pape IV. de abdicatione Henrici Mallet abbatis S. Dionysii, & de substitutione in ejus locum Matthæo de Vindocino.*

ALEXANDER episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Belvacensi salutem & apostolicam benedictionem. Cum olim inter dilectum filium Henricum tunc abbatem monasterii S. Dionysii in Francia ex parte una, & nonnullis ipsius monasterii monachos ex altera, materia dissensionis exorta, nos inquisitionem in eodem monasterio, tam in capite quam in membris venerabili fratri nostro episcopo Aunissiodorensi suisque collegis per nostras litteras commiserimus faciendam, quoniam hujusmodi negotio per appellationem ad sedem apostolicam devoluto, idem H. pro honore pacis & concordie regimen abbatis præfati monasterii sponte ac libere in nostris manibus resignavit; cumque nos postmodum provisionem eidem H. in bonis ejusdem monasterii faciendam venerabili fratri episcopo Tululanensi & dilecto filio nostro R. sancti Angeli diacono cardinali commiserimus viva voce; iidem episcopus & cardinalis diversitate laudabilium meritum præfati H. pensata, quæque ejusdem monasterii providere volentes, de nostro quoque beneficio & conscientia ei præpositam de Bernavalle ad monasterium ipsum spectantem cum omnibus suis juribus & pertinentiis concesserunt quoad vixerit retinendam. Super fructibus vero & proventus ipsius præposituræ, ac diversis aliis articulis, qui ad suum & ejusdem monasterii statum pacificum & tranquillum pertinet

noscuntur, certam & providam ordinationem ac utrique parti accommodatam & salubrem, diligenti deliberatione præhabita, necnon præsentibus partibus ediderunt, prout in patentibus litteris dictorum episcopi & cardinalis confectis exinde, ac sigillis eorum signatis plenius continetur. Nos itaque dilecti filii Matthæi abbatis ejusdem monasterii ordinis S. Benedicti diocesis Parisiensis supplicationibus inclinati, concessionem & ordinationem hujusmodi ratas & firmas habentes, eas per nostras litteras duximus confirmandas. Ideoque fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus concessionem & ordinationem eandem juxta tenorem litterarum ipsarum observari facias, non permittas eundem M. abbatem contra tenorem nostræ confirmationis super præmissis ab aliquo indebite molestari, molestatores hujusmodi & contradicentes per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum quod suspendi vel interdicti aut excommunicati non possint sine aliqua indulgentia sedis ejusdem, per quam attributa tibi in hac parte jurisdictionis impediri valeat vel differri, & de qua in nostris litteris plenam & expressam oportet fieri mentionem. Datum Viterbii IX. kal. Martii, pontificatus nostri anno quarto. *Cum sigillo plumbeo in chorda canabina pendente.*

## C X L V I I I.

*Alexander eximit Matthæum abbatem S. Dionysii a debitis contractis ab Henrico decessore.*

1258. **A**LEXANDER episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Matthæo abbati monasterii S. Dionysii in Francia ord. S. Benedicti Parisiensis diocesis, salutem & apostolicam benedictionem. Indemnitati monasterii tui paterna volentes sollicitudine providere, ut ad solutionem aliquorum debitorum contractuum per dilectum filium Henricum quondam abbatem ipsius monasterii prædecessorem tuum conjuncti non possis, auctoritate litterarum nostrarum, nisi legitime probatum fuerit hujusmodi debiti in utilitatem ipsius monasterii fuisse conversi, devotum tux auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo hominum, &c. Datum Viterbii v. idus Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

## C X L I X.

*Decretum pro clericis matutinalibus ecclesie Parisiensis.*

1260. **R**EGINALDUS miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, salutem in Domino. Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter servivatur, & abundantia pietatis suæ, quæ ænera supplicum excedit, & vota, bene servitibus multo majora retribuatur, quam valeant promereri; nihilominus tamen considerantes lucrum præmium fore potissimum apud altissimum conditorem, quam venerabilia loca opportune ordinata, ad meliorem fuerint statum perducta, & desiderantes cultum divinum in Parisiensis ecclesie pro viribus ampliare, & Altissimo reddere populum acceptabilem & devotum, ad hoc quibusdam illeceus muneribus incitatur. Sane dilecti in Christo filii capitulum Parisiense, attendentes bona ad usum clericorum ecclesie Parisiensis qui matutinitates dicunt deputata, ad eorum etiam modicam sustentationem non posse sufficere, propter quod ipsis a servitio ecclesie se retinentibus, debitum in ipsa ecclesia non impendebant servitium, deliberatione provida habitoque diligenti tractatu, concesserunt, ordinarunt, & statuerunt, quod de provenibus capicerii S. Mederici Parisiensis in qua jus patronatus, institutionem & destinationem habere dicuntur, post decessum, vel resignationem Philippi, nunc ejusdem ecclesie capicerii, ecclesia Paris. habebit & percipiet XX. lib.

**A** Paris. annis singulis, in futurum, in usus five sustentationem dictorum clericorum matutinalium convertendas, prout capitulum Parisiense videtur expedire, capicerios five rectores dictæ capiceriæ quicumque pro tempore fuerint, post ipsum Philippum, & fructus & provenus dictæ capiceriæ ad hoc specialiter onerando. Ita tamen quod prædictum capitulum Parisiense XX. lib. Paris. prædictas, quo usque idem Philippus celet, vel decedat dictis clericis annuam solvere tenebuntur. Nos vero dilecti capituli devotum propositum attendentes, ad supplicationem ipsius capituli apud nos intercedentis, cum instantia inceptum negotium ampliare & prosequi favore benivolo cupientes, dilecto & fidele nostro Radulfo Paris. ecclesie & loci archidiacono volente & cum instantia rogante, presentibus, & nos super hoc interpellantibus dilectis & fidelibus nostris G. decano, Joanne & Gaufrido archidiaconis, Hugone capellano & aliis pluribus canonicis Paris. ob reverentiam & honorem gloriosissimæ virginis Mariæ, & pro divino cultu in Parisiensis ecclesia honorifice ampliando, conferimus inuoluntati prædictis clericis matutinalibus, XXV. lib. Paris. annuæ pensionis percipiendas super redditibus, provenibus & exitibus presbyterii ecclesie parochialis S. Nicolai in Cartheneto Paris. si videbitur expediens annis singulis convertendas, ita quod quicumque post cessationem vel decessum Bernardi nunc rectoris dictæ ecclesie, ibidem presbyter pro tempore a nobis fuerit institutus, dictas XXV. lib. Paris. annis singulis quatuor terminis Parisius confuetis solvere tenebitur capitulo Paris. ad opus clericorum matutinalium prædictorum, dictam ecclesiam S. Nicolai presbyterium, redditus ac provenus & exitus ejusdem presbyterii, & quosdam successores dicti Bernardi in dicta ecclesia, ad solvendas annis singulis prædictas XXV. libras, prout fuerint ex pressum, specialiter obligando ac eam onerando. In cuius rei testimonium & perpetuam memoriam, presentes litteras sigillis nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M. CCLX. mense Aug. die Lunæ post festum decollationis Johannis Baptiste.

## C L.

*Festum sanctæ Mariæ Ægyptiacæ semiduplum in ecclesia Parisiensis instituitur.*

- R**EGINALDUS miseratione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, salutem in Domino. Supplicatione dilecti nobis in Christo & fidelis domini Radulphi de Chevre archidiaconi in ecclesia Parisiensis favore benivolo obsequentes, considerato ipsius pio proposito, & affectum quem gerit erga Parisiensem ecclesiam spiritali vinculo matrimonii sponfam nostram, in quam divinius inspiratus in honore & reverentia gloriose & S. Mariæ Ægyptiacæ de suis bonis propriis, pro festo ipsius sanctæ annis singulis inibi solemniter celebrando, semiduplum instituit, ac voluit celebrari, intendens per hoc ipsam ecclesiam tanquam caput suum venerabiliter honorare, ac cultum dominicum augere in ea, eidem misericorditer duximus concedendum, ut quotiescunque festum prædictæ sanctæ annis singulis in prædicta ecclesia pariter contingerit celebrari, luminari semiduplici, quod a nobis episcopo pariter in semiduplo fieri consuevit, ad opus festi ex nunc fiat perpetuo pacifice & quiete, nos & successores nostros quantum ad hoc firmiter obligando. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus appendendum. Datum anno Domini M. CCLXIII. die festo apostolorum Philippi & Jacobi.

## C L I.

*Johannes de Damie Reginaldo Parisiensi episcopo  
hominum praesul.*

1266.

**A**NNO M. CCLXVI. die Jovis proxima post festum B. Andree apostoli, in domibus domini episcopi Parisi. Parisius in aula inferiori, hora prima comparuit personalariter dominus Johannes dictus de Damie, filius illustrissimi regis domini Ludovici Dei gratia Francorum regis, petens se admitti ad homagium feodali episcopi Parisiensis, scilicet castri & castellanie de Montegayo, de quo debebat esse homo & fidelis episcopi Parisiensis, ratione uxoris suae, filiae olim bonae memorie Odonis ducis Burgundiae, qui priusquam iter acciperet transinarum, erat homo fidelis episcopi nomine dictae filiae suae nunc uxoris dicti domini Johannis; quem reverendus pater Reginaldus Dei gratia Parisiensis episcopus, profectione prelati de jure suo, quantum ad feodum de Cloia, quod esse solebat de feodo de Montegayo, & nunc est divisum, de quo habere debet episcopus viginti lib. annui redditus, super feodum Montignai, quod nisi dom. Johannes compositionem illam arretraverit, quod episcopus habeat liberam recursum ad feodum suum de Cloia, ad homagium recipi, & ipsum Johannem per annulum aureum de dicto feodo investiri, salvo racheto suo; dictus autem Johannes sibi fecit homagium & fidelitatem de dicto feodo, ut dictum est, in praesentia multorum, videlicet dom. Arnulphi & Gausfridi de Villea militum de consilio dom. regis & multorum aliorum, qui venerant cum ipso Johanne. Item ad haec vocati & praesentes fuerunt de ecclesia Parisiensi magistri Gausfridi decanus, Guillelmus, Garnerius archidiaconi, & ante receptionem praedicti homagii conventum extitit inter dictum Arnulphum militem, & Gausfridum officialem, quod dom. episcopus haberet pro racheto sui feodi, & retrofeodorum pertinentium ad ipsum DCCC. lib. Turonenis.

## C L I I.

*Tab. epif.  
Parif.*

*Funclatio abbatiae B. Mariae de Geriaco.*

1269.

**U**NIVERSIS praesentes litteras inspecturis, Johanna comitissa Piclavenfis & Tolofana, salutem in Domino. Notum facimus, quod cum illustrissimus & carissimus dominus noster Alfonsus filius regis Francie, comes Piclavenfis & Tolofanus, monasterium monastium in ecclesia B. Mariae de Geriaco Parisiensis diocesis fundatum dotaverit de quingentis libris Parisiensibus annui redditus in terra sua de Alvernia dictis monastibus assignendis, seu etiam assignandis, nos dictam concessionem ratam habemus & firmam, & promittimus quod ratione dotis vel dotallium, seu alio quocumque jure contra praedictam dotacionem nullatenus veniemus. Verum cum possessionem remota distantia possessoribus multipliciter et daumosa, volumus & praecipimus, ut de bonis nostris immobilibus tanta fiat venditio, quod ex pecunia ex ea vendicione habenda seu redigenda infra metas Senonensis, Parisiensis, Meldensis & Sibiaccensis diocesis emanant possessiones ad valo eu quingentarum lib. Paris. annui redditus, & de dicta pecunia amortizate competenter erga dominos a quibus tenebantur, dicto monasterio applicentur atque etiam assignentur, dictis quingentis libris redditibus in terra Alvernia, ut dictum est, assignatis, post emonem & assignacionem in praedictis diocesis, sua aliqua vel aliquibus earum factas ad dictum dominum comitem, vel ejus heredes, seu successores libere revertitur. Ita videlicet quod quancumque dicto monasterio in toto vel in parte fact assignatio possessionum, ut dictum est, emendarum juxta valorem possessionum, quas dicto monasterio pro tempore

*Tomus VII.*

**A** contingerit assignari, deducunt de dictis quingentis libris in Alvernia assignatis, & ad dictum dominum comitem, vel heredes ejus seu successores suos desoluto libere revertitur. Et ad praemissa omnia & singula inviolabiliter observanda ac firmiter adimplenda, heredes & successores nostros, & bona nostra mobilia & immobilia obligamus specialiter & expresse; dictam emonem de xx. lib. Paris. redditus annui presbytero parochie praedictae de Geriaco pro jure parochiali recompenlandis, prout in literis R. in Christo patris Paris. episcopi plenius continetur, necnon & de recompenfatione facienda ad arbitrium dicti episcopi & archidiaconi dicti loci, pro emonimento pisicis ad fabricam ecclesiae specialiter oneramus. Volumus etiam quod abbas & conventus dicti loci pro suis patentes litteras ad onera praemissa se obligent; & ad hoc cosdem abbas & conventum emonem praedictam onerando quantum possimus, oneramus & obligamus. Quod ut firmum & stabile permanes, praesentibus litteris sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium veritatis. Actum anno Dom. m. CCLXIX. mensis Aug.

## C L I I I.

*Confirmatio fundacionis abbatiae de Geriaco.*

*Tab. epif.  
Parif.*

1269.

**U**NIVERSIS praesentes litteras inspecturis, Stephanus permissione divina Parisiensis ecclesiae minister, salutem in Domino. Summi Paris, qui suam semper ecclesiam foetu novo multiplicat, cui prosum est praellare religionis augmentum, exemplum, prout possumus, imitantes, qui non solum religionis auctores, verum etiam cultores esse debemus, excellentis domini Alfonsi filii regis, comitis Piclavenfis & Tolofani, & illustris domine Johanne ipsius comitis Piclavenfis & Tolofani comitisse merito precibus inclinamur, cum non possent nisi que Deo placita debent esse. Ad nos nempe pervenit zelo devotissimo accensu inflatus eorum petitio, ut cum ipsi in ecclesia parochiali de Geriaco Paris. diocesis monasterium sanctimonialium ord. S. Augustini juxta regulam in monasterio sancti Victoris Paris. observatum fundandum duxerint ac etiam construendum, ita videlicet quod obediencie & correctioni episcopi Paris. pleno jure subiacent, praedictae fundacioni auctoritatem praesentis & assensus; ad quod sciendum nos inducunt praedictae fundacionis utilium conditionum adfectio, & abjectio nocuarum. Dicitum namque monasterium voluerunt in temporalibus dotare competenter; adeo ut ita ditare cogant egenos, quod mores non obanularet miseria, vel paupertas, nec vomium provocet furietas, sic inter pauperum & divitis tenere medium affectuam, ut nec pauperatis inedia moniales sibi habituras deprimat, nec noverca virtutis prosperitas attollat; abibantes iidem comes & comitissa dicto monasterio pro competenti monastium numero ad praesens dotando debere sufficere quingentas libras Paris. annui redditus, in terra quam habet in Alvernia assignatas seu assignandas, prout in literis ipsorum comitis & comitisse super hoc contentis, plenius continetur; spirituales etiam dictum monasterium possunt nobilitas dotari, cum adeo sint castitatis & virtutis omnimode zelatores, ut supplicent quod ita teneantur moniales in angusto, ut per devia vitorum non possint post greges malatum fodiolum evagari, sed intra domus seu claustrum septa sic in arcto includantur, ut non nisi in certis casibus a nolis juxta dictorum comitis & comitisse voluntatem, secundum quod eorum voluntari consecrarente poterimus ordinandi, dictum claustrum seu domum exire valeant, secundum exigentiam casuum seu casuram, ut sic spiritualibus & temporalibus competenter dotate divitiis, de rore caeli & pinguedine terrae habeant ubertatem. Insuper in negotiis supra dicti impedimenta pracludantur, consensum dicti comitis & comitissa, & supplicent, ut in recompenfationem juris parochialis quod presbyter

H

dicte ecclesie de Geriaco habet, & habuit, & habere confuevit in ecclesia predicta & ambiu dicti monasterii seu domus, necnon & omnium proventuum quos ibidem quoquo modo habuit, vel habere potuit seu debuit, vel habere possit in posterum, iure deberet, habeat & percipiat in perpetuum xx. libras Paris. annui redditus percipiendas de oblationibus que fiunt in ecclesia supradicta, solvendas eidem presbytero ab abbatis & conventu ejusdem monasterii in terminis infra scriptis, videlicet in festo B. Remigii C. foliis. Paris. in festo Nativitatis Dominicæ c. foliis. in festo Resurrectionis Dominicæ c. foliis. & in festo Nativitatis B. Johannis Baptistæ alios C. foliis. Jus autem parochiale predictum, quod in ecclesia de novo edificata transfatum est, presbytero ecclesie predictæ de novo edificatæ in omnibus possessionibus quas ante translationem habebat, exceptis & exemptis a jure parochiali dicto monasterio monialium & ejus ambiu cum personis ibidem inhabitantibus saluum remanebit. Si autem dictam summam xx. libras. Paris. oblationes predictæ minime sufficerent, idem monasterium defectum suppleri teneatur, & ad hoc dicti comes & comitissa domum predictam ejusdem monasterii de consensu nostro specialiter onerantur. Insuper abbatissam & conventum ut postquam in dicto loco fuerint instituti per suas paucitas literas ad onera præmissa se obligent, quantum possunt, dotem predictam specialiter onerans obligantur. Nos igitur ipsorum comitis & comitissæ pium & laudabile propositum attendentes, & tantum opus misericordie non solum non impedire, sed citius promovere volentes, eorum precibus annuimus, dicte fundacioni seu constructioni monasterii predicti, archidiacono dicti loci jurisdictione & aliis juribus salvis, interveniente Petri presbyteri dicti loci in his que ad ipsum pertinent expresse consensu, auctoritate præbentis & assensum sub conditionibus supradictis, jure episcopali in omnibus semper salvo. Nolentes nos vel successores nostros episcopos Parisienses per hoc ipsis monialibus, si forte, quod absit, ad inopiam vergerent, in subventionem temporalium obligari. Nos vero super numero monialium & aliarum personarum dicti monasterii & modo & forma dictas moniales includendi, necnon & aliis super quibus ordinandum fuit ordinationem retinemus, in his tamen dictorum comitis & comitissæ voluntati, quantum poterimus, condescendere proponemus. Quod ut firmum & stabile permaneat, præsentibus literis sigillum nostrum apponi fecimus in testimonium veritatis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono mense Aug.

## C L I V.

*Ludovicus rex Stephano Parisiensi episcopo dat facultatem conferendi beneficia, quæ eo absente vacarent.*

1269. **L**UDOVICUS Dei gratia Francorum rex, universis ad quos præsentibus literæ pervenerint, salutem. Notum facimus, quod nos existentes in procliu literis nostri proficiscendi in subsidium Terræ sanctæ, perfonas, præbendas, ecclesias, capellanias, & cetera ecclesiastica beneficia quæcumque vacare contigerit citra mare in hac nostre peregrinationis absentia, ad nostrum jatonatum, collationem, & presentationem nostram, tam ratione regalium, quam alio quocumque jure pertinentia, conferendi personis idoneis, & nullum aliud beneficium ecclesiasticum habentibus, ac presentandi ad vacantes ecclesias, vice nostra dilecti & fidei nostro Stephano Parisiensi episcopo plene & liberam communitibus potestatem; dum tamen de consilio discretorum virorum cancellarii Parisiense ecclesie, prioris frat. Predicatorum, & Gardiani fratrum Minorum Parisiensium, vel duorum ex ipsis in hujusmodi collatione, vel presentatione procedat, & in literis donationis vel presentationis specialiter exprimat, quod ex auctoritate & vice nostra sibi commissa collatio vel

A presentatio ipsa fiat. Hanc vero potestatem eos habere volumus, quamdiu absentes in hac peregrinatione fuerimus, vel donec a nobis vel successore nostro, si nos contingat decedere, fuerit aliud super hoc ordinatum, retenta nobis plenaria potestate aliqua beneficii, quæ nobis aliquibus conferre placuerit, conferrandi. In literis autem collationis & presentationis, quæ sicut ab eis, sigillis predicti episcopi apponi volumus cum sigillis alterius predictorum. In cujus rei testimonium, præsentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius m. CCLXIX. mense Martio.

## C L V.

*Litteræ Aude abbatis de Geriaco, de receptis fundacionis literis.*

**U**NIVERSIS præsentibus literis inspecturis, foror Aude B. Mariæ de Geriaco humilis abbatissa, filium in Domino. Notum esse volumus quod anno Domini m. CCLXXII. die lune ante festum B. Lucie virginis, liberatae fuerunt nobis a reverendo patre ac domino nostro S. Dei gratia Paris. episcopo per manus magistri Vincenii de-ni S. Marcelli capellani sui due chartæ originales super dote assignata nostro monasterio in prima sui fundacione, una videlicet ab inclite recordationis D. Alfonso filio regis Francorum comite Piclav. & Tolos. illustri, de quingentis libris nobis assignatis ab ipso super terra ipsius in Alvernia, quæ sic incipit: *Aïsonfus filius regis Francorum comes Piclav. & Tolos. universis præsentibus literis inspecturis, salutem in Domino. Attendentes quod qui parce, &c.* & sic terminatur: *Datum anno Domini m. CCLXXIX mense Augusto*; alia vero a nobilibus memorie Johanna Piclav. & Tolos. illustri comitissa quondam de supradictis quingentis libris reducendis ad . . . ipius domine in Senonens, Parisiens, Mclens & Silvanens diocesis, & vice aliqua vel aliquibus earumdem, quæ sic incipit: *Universis præsentibus literis inspecturis, Johanna comitissa Piclav. & Tolos. salutem in Domino. Notum facimus, quod cum illisstrissimus & carissimus, &c.* & sic terminatur: *Sexagesimo nono mense Augusto*. Quas quidem literas non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viatas confitemur nos ab eodem domino accepisse, & promissimus sub debito juramento, quo dicto monasterio nostro tenemur asserere, & sub obedientia qua eidem domino episcopo subjacemus, quod nos infra octo dies a tempore receptionis predictæ computandos ejusdem chartas in æque bono statu libere reportabimus eidem D. episcopo & reddemus. Et in testimonium præmissorum sigillum nostrum præsentibus literis apposivimus anno & die predictis. Interfuerunt autem præsentibus dicte traditioni chartarum nobis factæ Heloyis priorissa dicta Briardes, Margareta de Aureliano monialis monasterii nostri, Petrus dicti domini episcopi clericus, frater Petrus ordinis nostri, Johannes de Aureliano, & Johannes de Glofione amiger. Datum ut supra.

## C L V I.

*Ex notul. Fossatenf. in bibl. regia.*  
**C**HARTA Mathildis abbatisse de Footello seu de Malanoda Fossatenf. monasterio dimittentis præbendas fratrum decedentium pro decem libris Parisiensibus annui redditus in festo B. Remigii.

**U**NIVERSIS præsentibus literis inspecturis, foror Mathildis humilis abbatissa monasterii de Footello Parisiensis diocesis, totiusque ejusdem loci conventus, terram in Domino salutem. Notum facimus quod cum inter nos nomine monasterii nostri ex una parte, & religiosus viros abbatem & conventum monasterii Fossatenf. Parisiensis diocesis ex altera, orta esset materia questionis super eo quo nos dictis abbatem quondam & conventum dicti monasterii Fossatenf.

concessisse nobis & ecclesie nostrae annuales praebendas fratrum ipsorum decedentium, sive morientium, videlicet pro unaqueque praebenda singulorum fratrum quinque sextarios frumenti, quatuor modios vini, tres minus fabarum & decem solidos Parisienses; ita quod nec frumentum praebendarum hujusmodi, necque vinum, necque faba deteriora essent hiis quibus uteretur carentibus ecclesie Fossatensis, eo tempore quo nobis praedictae praebendae redderentur; & ideo petebamus ab ipsis praebenda omnium fratrum ipsorum decedentium, tam in ipso monasterio Fossatensi, quam alibi in prioratibus sive membris monasterii Fossatensis, maxime cum super hoc fuisset in possessione & uti fuisset a longe retroactis temporibus, dictis abbate & conventu & contra dicentibus hanc concessionem praedictam intelligendam non esse, nisi de fratribus decedentibus in monasterio Fossatensi duntaxat, & ipsam ad fratres fide monachos extra illud monasterium morientes de jure extendi non posse. Tandem mediante bonis viris, ut omnium diffinitionis & ambiguitatis materia sopiatur, ad hanc formam pacti cum eisdem abbate & conventu, pace, tranquillitate ac utilitate ecclesie nostrae pensatis devenimus, quod ipsi abbas & conventus ex nunc in perpetuum reddent nobis & monasterio nostro annis singulis in octavas S. Remigii apud Fossatum libere & sine contradictione ac dilatione decem libras Paris. annui redditus, & hoc mediante, quod nos nostro & ecclesie nostrae nomine dictis abbati & conventui & eorum monasterio hujusmodi praebendas & quicquid antiquum juris habuimus & habebamus in eis per concessionem praedictam, sive in dicto monasterio Fossatensi, sive extra, quitantus & renittimus libere & absolute pro praedictis decem libris Paris. annui redditus, quas dicti abbas & conventus annis singulis in postquam nobis & ecclesie nostrae libere & sine contradictione ad octavas S. Remigii, ut dictum est, solvere tenebantur in recompensationem quitationis praedictae, & pro omni jure quod nobis ante compositionem hujusmodi competeat & competere poterat quoquo modo in praebendis praedictis. Hoc adjecto, quod si ipse abbas & conventus, vel successores eorum processu temporis defecerint in solutione dicti redditus, quotiescumque defecerint, tenebantur nobis reddere pro singulis diebus quibus post terminum solutio differeret, singulos XII. denar. Paris. nomine jurata. Ita quod dictum redditum cum dicta jurata efficaciter & sine exceptione possimus petere ab eisdem; & promittimus bona fide quod contra quitationem & remissionem hujusmodi nullo jure de cetero veniemus, nec per nos nec per alios attentabimus aliquo ingenio vel caute; renuntiantes omnibus literis & instrumentis super hiis praebendis a quibuscumque concessis; ita tamen quod nobis & monasterio nostro dictae decem librae cum jurata praedicta, si in solutione dicti redditus defecerint, ab eisdem, ut dictum est, persolvantur: volentes & consentientes expresse, quod si aliqui instrumenta de cetero apparent, per quae viderentur dicti abbas & conventus, vel priores prioratum eorumdem in praebendis hujusmodi secularium concessionem quondam nobis factam obligari, quod ex nunc cassa & irrita habeantur, & nullius roboris obtineant firmitatem, sed vis tamen nobis, ut praedictum est, decem libras Paris. annui redditus & jurata praetaxatis, renuntiantes expresse beneficio restitutionis in integrum, & quod non possimus litigare in futurum, nos vel ecclesiam nostram in compositione hujusmodi lesis esse, aut in aliquo fuisse deceptas. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus literis duximus apponenda. Datum anno Domini M. CCLXXV. mense Martio.

## CLVII.

*Bulla Nicolai papa III. ad Philippum regem, de electione episcopi Parisiensis.*

*Edita Miscell. Bala. tom. 6. pag. 440.*

**N**ICOLAUS episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Philippo regi Francorum illustri, salutem & apostolicam benedictionem. Divinae gratia majestatis acquiritur, si ministris suis & iis praecipue qui pontificali praedicti sunt dignitate, pro ipsius reverentia condignus honor impendatur, & favor necessarius exhibetur. Sane vacante dudum Parisiensis ecclesiae pro obitu bonae memoriae Stephani Parisiensis episcopi, de dilecto filio magistro Oddone de sancto Dionysio iuvili electio facta fuit, & quibusdam ex capitulo ipsius ecclesiae fe opposuissent electionem praedictae, & propter hoc ad sedem apostolicam appellacionibus interjectis, hujusmodi negotium exitit ad sedem eandem legitime devolutum: sicque nos quos commisi nobis gregis Domini cura perstringit, inherentes verbis Apostoli dicentis, *nemini cito manum impones*, nos ipsos hujusmodi negotio continuamus, & ex officio nostro in negotio procedentes eodem, illud discussimus diligenter, & prout ejus qualitas exigebat, ex certis causis in litteris apostolicis quas super iis fieri fecimus plenus comprehensis electionem exigente iustitia, sicut moris est inter fratres nostros, cassavimus, eam cassam & irritam nuntiamus. Dictus quoque Oddo ante publicationem cassationis hujusmodi omni juri sibi ex tali electione quaesito in manibus nostris cessit. Nosque nihilominus cassatione admissa hujusmodi, & cassatione ac cassatione in solemni consistorio publicatis, inter nos quoque ac fratres eosdem consultatione habita, si esset in electionis celebrande remissione capitulo ipsius ecclesiae saltem de gratia deferendum, tandem prolixiorum vacationem ipsius ecclesiae inter alia pericula quae per hoc possent occurrere formidantes, cum praeterita consueverint esse praesagia de futuris, nec decreet quod tanta & talis ecclesiae, quae multa caritate resurgit, diu remaneret viduata pastore, provisionem ejusdem ecclesiae, prout in eisdem continetur litteris, auctoritate apostolica nobis duximus referendam; de cetero ex tunc irritum & inane si fecus a quoquam scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac sperantes praedictam ecclesiam ab hujusmodi vacationis dispensatione relevare, illi de dilecto filio fratre Johanne de Alodio ordinis fratrum Praedicatorum suum cancellarium ejusdem ecclesiae providimus, & per hoc nobis & eidem ecclesiae sperabamus optatae consolationis solamina provenire. Sed dum desiderabiliter audire de hujusmodi provisione nostra consummationem prosperam sperabamus, dilectus filius frater Johannes de Vitebio generalis ipsius ordinis procurator eorum nobis comparuit deferens nobis litteras ex parte ipsius fratris Johannis de Alodio sigillo prioris Parisiensis ejusdem ordinis sigillatas, quarum tenore suppliciter petebatur a nobis, ut cum ipse in ejusdem ordinis observantia detestatis curis temporalibus servire Domino, ac in eodem ordine militare suae tempus terminare Deo propitio decreverisset, libidem spiritum suum reddere creatori inviolabili firmitate proponens, eum eximere a cura hujusmodi dignaremur, omne jus, si quod illi esset ex hujusmodi provisione nostra quaesitum, libere per eandem litteras in nostris manibus resignando. Nos autem praedictum fratrem Johannem de Alodio in hujusmodi pio proposito non turbare, sed conservare potius intendentes, ut eo liberius obsequatur Alifissimo, quo se devotus ejus beneplicitis affectat, tam ex hiis quam ex aliis piis causis petitionem & resignationem hujusmodi de fratre eorumdem consilio duximus benignius admittendas, ac provisionem ipsam de dicto fratre Johanne de Alodio factam omnibus viribus vacuantes, eandem Parisiensem ecclesiam ab eodem

1280.

J. Timok. p. 22.

fratre Johanne de Alodio prætextu provisionis ipsius plenarie reddimus absolutam. Et tandem ut conceptus noster circa salubrem & celerem provisionem ecclesie præfate illi reddatur, dante Domino, fructuosus, & prædicta ecclesia, quæ hæc vice in nostra dispositione consilii, ex apostolicis studiis adepta sponfi consolatione respicit, prospere coniungat, & vigeat, ac de bono in melius augeatur seculari cogitante, ac attendentes laudabile testimonium quod dicto filio Remoldo de Hombloneria electo Parisiensis, de honestate morum, conversatione vitæ laudabilis, literarum cuiusvis scientiæ, cum theologie facultatis cathedram meruerit ascendere magistralem, & aliis virtutum studiis perhibetur, & advertentes quod ipse commissam sibi ab olim ecclesiam S. Gervasii Parisiensis in statu prospero laudabiliter conservare studuit, ipsum tunc canonicum Parisiensem, licet absentem, de prædictorum fratrum consilio ecclesie memoratæ præfecimus in episcopum & pastorem, administrationem ejusdem ecclesie in spiritalibus & temporalibus eidem electo plenarie committentes, firmæ fidei fiduciaque concepta quod ecclesia præfata per suæ circumspeditionis industriam præservabitur a noxiis, & spiritaliter ac temporaliter optatis, dante Domino, proficiet incrementis. Rogamus itaque serenitatem regiam & hortamur attente quinque te præfato electo pro divine & apostolice sedis reverentia reddens affectu benivolum & opere gratiosum, ejusdem ecclesie jura, quantum in te fuerit, benigno favore protegas & defendas, ita quod idem electus in exequenda sollicitudine sibi tradita possit prosperari facilius, & nos custodiam regiam dignis inde laudum præconiiis attollamus. Datum Suriani v. cal. Julii, pontificatus nostri anno tercio.

## C L V I I I.

*Statutum abbatissæ Geraciæ de numero sanctimonialium quadragenarium.*

1282. **U**niversis præsentis literis inspecturis, soror Euda humilis abbatissa monasterii B. Marie de Geraciaco ordinis S. Augustini, Parisiensis diocesis, totiusque ejusdem loci conventus, salutem in omnium Salvatore. Justum esse & consonum rationi, ac etiam Deo placitum & acceptum, quod excreverint ecclesie facultates, juxta modum earum ad augmentum cultus divini numerus servitorum augeatur. Eapropter cum divina largiente gratia, in tantum monasterii nostri excreverint facultates quod, mediante Dei auxilio, XL. moniales inde poterunt de cetero sustentari, claræque memorie Johanna olim comitissa Piclaviensis & Tolosæ ejusdem fundatrix monasterii nos instanter rogaverit, cum iter arripuit transmarinum, quod si coningeret præfati monasterii facultates adeo augmentari, quod sufficere possent ad XL. moniales inibi congrue sustentandas, ad quod intendebat pro viribus laborare, numerum XXX. monialium qui in eodem monasterio fuerat ab initio constitutus, vellemus usque ad quadragenarium numerum ampliare. Nos divinum cultum augeri cupientes, ac memoratæ fundatricis nostræ, ex cuius etiam elemosinis ac beneficiis facultates nostræ pro majori parte taliter excreverunt, desiderium adimplere volentes, ad honorem omnipotentis Dei, ac B. virginis Mariæ & omnium sanctorum, volumus, ordinamus atque statuimus, quod de cetero sint in præfato nostro monasterio XL. moniales duntaxat inibi Deo servituræ; ita quod numerus hujusmodi nullatenus augeatur, nisi de novo adeo excreverint bona nostra, quod merito debeat augmentari, & ad hoc reverendi patris episcopi Parisiensis, cui idem monasterium subijcitur, plene jure voluntas & assensus accedat. Volentes nihilominus & statuantes ad omnem fraudis materiam amputandam, & ut prædicta melius observentur, quod de cetero nulla recipiatur in nostro monasterio monialis, nec de aliqua recipienda fiat pactio vel promissio, seu alia

quælibet obligatio antequam locus vacet, & quod omnes & singule moniales amodo recipiende in eodem monasterio jurent tactis sacrosanctis evangelii in pleno capitulo, quando recipiuntur, quod præmissa omnia & singula, prout superius sunt expressa, inviolabiliter observabunt, & contra ea non venient in futurum. Et nos abbatissæ & conventus prædicti promittimus ac proprio tactis sacrosanctis evangelii præfatio super hoc sacramento firmamus quod ea omnia & singula inviolabiliter observabimus, & contra ea nullatenus veniemus. Ad cuius rei memoriam & perpetuam firmitatem, præsentem litteram fecimus confici, & sigillorum nostrorum appensione muniri. Datum & actum in capitulo nostro, anno Domini M. CCLXXXII. die Dominica post festum B. Barnabæ apostoli.

## C L I X.

*Homines episcopi Parisiensis a vectigibus immunes declarantur.*

1285. **M**ATTHEUS miseratione divina ecclesie beati Dionysii in Francia abbas humilis, & Simon dominus Nigellæ, locum tenentes domini regis Francia, salutem. Novimus universi quod cum dominus rex Francie & successores ejus reges Francie inter alia habeant talliam super homines terræ dilecti & fidelis sui episcopi Parisiensis, scilicet in burgis S. Germani, in cultura episcopi, in claufo Brunelli, in certis casibus, videlicet quotiens ipsi filios suos facient novos milites & quando filias suas maritabunt, & etiam si redimantur de captione proprii corporis facta in guerra, & insuper exercitum & equitationem, vel talliam propter hoc factam: propter alias autem causas non possunt a domino rege, vel ejus successoribus talliarum dictorum locorum homines sine assensu episcopi supra dicti, salva tamen eidem domino regi & successoribus suis tallia panis & vini in veteri burgo sancti Germani, in cultura episcopi, & in claufo Brunelli prædicto, sicut in compositione inter inelyze recordationis Philippum avum domini regis, & bonæ memorie Guillelmum Parisiensem episcopum, & capitulum Parisiense olim facta plenus continetur. Ad idem dominus rex propter quedam ardua negotia ipsum ac regnum suum tangens, a civibus Parisiensibus subsidia petivisset, ac pro concessis subsidii impostæ fuissent tallie hominibus dictæ terræ, dilectus & fidelis domini regis Ranulphus Parisiensis episcopus se opposuit, dicens quod pro prædictis non poterant dictorum locorum homines sine assensu ipsius episcopi talliari, cum se non obtulisset, nec offerret aliquis de casibus expressis in compositione jam dicta. Tandem licet secundum formam dictæ compositionis ipsius rex homines non debuerint, nec debeant pro præmissis sine assensu domini episcopi talliari: idem tamen episcopus obtulit domini regis, ac negotii Aragonensis Valenciensisque regionum, quod ad præfati idem rex prosequitur, ad preces nostras impositioni & exactioni dictarum talliarum suum assentum præbuit de gratia speciali. Nos autem ex auctoritate, & vice ipsius domini regis nobis commissa, nomine ipsius regis & pro ipso volumus & concedimus, ut pro hoc ipsi episcopo terræ prædictæ ac successoribus ejus, & compositioni prædictæ nullum in posterum præjudicium generetur, & bona fide procurabimus, quod dominus rex præsentem concessionem dicto episcopo suis potentibus literis confirmabit. In cuius rei testimonium, præfentes litteras sigillo regio quo utimur, fecimus sigillari. Actum Parisius mense Julio, anno Domini M. CCLXXXV. Sig. Philippi Dei gratia Francorum regis, & habentium regnum regni.



## C L X.

*Ranulphus Parisiensis episcopus auget redditus pro  
anniversario decessoris.*

1288. **R**ANULPHUS permissione divina Paris. ecclesie minister indignus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in filio Virginis. Cum nuper emeritis decem libras Paris. redditus annualis a domina Sedilla domina de Caprosia, percipiendas annuatim super prepositura de Caprosia & super obventionibus, fructibus, & exitibus prepositurae praedictae, duobus terminis, prout in litteris venditionis super hoc confectis, & sigillis sigillis Parisiensibus Auberti, Guilelmi, & Philippi archidiaconorum, &c. an. m. cclxxxviii. die Jovis post festum beati Dionysii plenius continetur, ac bonae memoriae Stephanus quondam Paris. episcopus noster immediatus praedecessor septem libras ad parentum suorum & suam anniversarium in ecclesia Paris. celebrandum annuatim, quae ad hoc non sufficiunt, solummodo deputaverit, nos saluti animae ipsius prodesse volentes, dilectis in Christo filiis venerabilibus viris decano & capitulo Parisiensis de praedictis decem libris annui redditus damus & concedimus ab eisdem decano & capitulo in manu mortua absque coactione extra manum suam ponendi, perpetuo habendis & percipiendis annis singulis, ad opus dicti anniversarii, terminis in litteris venditionis praedictis contentis, videlicet quinquaginta solidos in quindecim festi Andree apostoli, & totidem in quinquenda festi nativitate beati Johannis Bapt. cedentes in eis & in episcopos transferentes, totum jus quod habebamus & habere poteramus in dictis centum solidis & eorum perceptione, ratione emptionis praedictae, retentis tamen nobis & nostris successibus omnimoda jurisdictione & iustitia, & omni alio jure nostro. Datum anno Domini m. cclxxxviii. die veneris post festum B. Dionysii.

## C L X I.

*Bulla Nicolai papae IV. abbati & monachis sancti  
Maglorii factuatem in bona paterna succedendi  
clarioris.*

Circa 1292. **N**ICOLAUS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui monasterii sancti Maglorii Paris. ord. S. Benedicti, salutem & apostolicam benedictionem. Devotionis vestrae precibus benignum impariter assensum, auctoritate vobis praesentium indulgemus, ad possessiones & alia bona mobilia & immobilia quae personis liberis fratrum vestrorum ad non sterium mundi vanitate relicta convolvuntur & professionem faciunt in eodem, si remansissent in saeculo, jure successione vel quocunque alio modo & iusto titulo commissent, & ipsi potuissent libere aliis elargiri, feudalibus dumtaxat exceptis, petere, recipere, ac reinere libere valeatis sine iuris praedictio alicui. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis infringere, &c. Datum Perusi, idibus Febr. pontificatus nostri anno IV.

## C L X I I.

*Diploma Philippi regis pro Geraciaco.*

1296. **P**HILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Notum facimus universis, tam praesentibus quam futuris, quod cum inclite recordationis perarissimus dominus & genitor noster Philippus Francorum rex pro salute animae suae & carissimae dominae & matris nostrae Iſabellae reginae Francie consorsis suae, ac aliorum antecessorum suorum ad fundationem monasterii sanctimonialium ordinis sancti Augustini, in loco qui dicitur

ecclesia B. Mariae de Geraciaco Paris. diocesis, & monialibus ibidem Domino deservientibus donavisset & in perpetuum concessisset quingenas libras Parisiensis annui redditus percipiendas in coffris suis, tertia parte videlicet ad festum Ascensionis Domini, alia tertia parte ad festum Omnium sanctorum, & alia tertia parte ad festum Purificationis B. Mariae virginis, donec ipsas quingentas libras reddituales in assisa terre alibi assignasset, computatis dumtaxat in ipsis quingentis libris terrae centum & decem libras quinque solidatis, & novem denariis terrae ad Tur. annui redditus, quas dicitur moniales ex dono bonae memoriae carissimi pro patris nostri Alfonsi quondam comitis Picavientis & Tolos. jam possident in parochia de Gassinis & quinquaginta duabus libras quinque solidatis terrae ad Tur. annui redditus, quas habent in parochia de Geraciaco, quas deduci praedictis genitor voluit de summa quingentarum librarum praedicta; & postmodum inventum fuisse quod in praedicta deductione quinquaginta duarum librarum & quinque solidorum redditualium continebantur alicujus possessiones datae in cleenofnam perpetuum dictis monialibus per praedictam deductionem, videlicet terra quae fuit Insula de Orliaco sita apud Geraciaco: item terra quae fuit presbyteri Ade de Villaregis militis: item arpentum & dimidium terrae empta a Simone de Peroignaco milite: item quadam pecia prati quod fuit Johannis de Boſco armigeri: item elembium factum cum presbytero de Varenis: item escambium factum cum Gaufrido Normanno: item terra quae fuit Petri dicti de Marla, in qua fornax calcis dicitur esse constructa, quae siquidem possessiones appretiate sunt de mandato nostro pro viros discretos & fide dignos ad valorem decem novem librarum, quatuor solidorum & sex denariorum Paris. Nos praedictam pecuniam summam, videlicet decem novem librarum, quatuor solidorum & sex denariorum Paris. praedictis monialibus in coffris nostris percipiendam & in perpetuum habendam, videlicet tertiam partem ad festum Omnium sanctorum, aliam tertiam partem ad festum Ascensionis Domini divinitus assignandam. Cum autem de novo reperit fuerit quod aliae res & possessiones super quibus residuum dictarum quingenta duarum librarum & quinque solidorum Turo-nensium, videlicet viginti duae librae & sexdecim solidi Paris. annui redditus dictis abbatibus & conventui fuerat assignatum, videlicet hergerie, molendinum, jardinum, prata, vineae, terrae & possessiones etiam suae prope domum de Vallibus, & aliae res & pertinentiae dictae domus ad executionem praefati comitis pertinebant, sicque assignatio seu assisa de ipsis facta praedictis monialibus non valuerat, nec de jure tenebat, nosque praemis magistro Gaufrido de Plexiaco dilecto clerico nostro causam habenti ab executoribus ipsis testamenti fecimus liberari, nos in recompensationem eorum damus, concedimus & assignamus abbatibus & conventui memoratis praedictas viginti duas libras & viginti solidos Paris. percipiendas una cum alio reddito in coffris nostris terminis infra scriptis, videlicet tertia parte ad festum Ascensionis Domini, alia tertia parte ad festum Omnium sanctorum, & alia tertia parte ad festum Purificationis B. Mariae virginis annis singulis in futurum. Volumus insuper & de consensu praefati clerici nostri praesentium tenore concedimus quod praefata abbatibus & conventus praedictas terras in territorio de Geraciaco constitutas ad decem & novem librarum & quatuor solidorum Paris. ad premissis assimatas habeant, teneant & possident in futurum pacifice & quiete. Quod ut ratum & stabile perseveret, praesentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Factum apud Montem argi, anno Domini m. cccxvi. mense Maio.

## C L X I I I.

*Bulla Bonifacii VIII. pro residentia decani, cantoris & cancellarii ecclesie Parisiensis.*

1296. **B**ONIFACIUS servus servorum Dei. Ad perpetuum rei memoriam. Digna nos provocat & excitat ratio, legitima & efficax animam movet, ut inter ceteras orbis ecclesias, quibus nos pretili benigna clementia Salvatoris Parisiensem ecclesiam favoribus prosequamur eximius, & ad statum ejus votivum & prosperum vigilantibus studiis intendamus. Non enim de nostri sacratio pectoris oblivio dampnosa subripuit, quin potius tenaci memoria retineamus, quod ejusdem ecclesie copiosa benignitas nos olim dum in minoribus ageremus, de ipsius honorabili gremio exsistentes, fovit & tractavit, ut silium imperis pavit & refecit uberibus, respectu gratiis, beneficiis honoravit. Ideoque non immerito illam infra caritatis viscera gerimus, & specialis favoris affluentia confovemus, apostolice sedis partes solentius exhibendo, ut ejusdem status ecclesie honori multiplicem incen eam suscipiam, felicitibus fulciatur eventibus & successibus prosperis fecundetur; ut ipsa quasi per condigne retributionis officium, in nobis gratiosum patris affectum per effectum inveniat, quae ante actis temporibus nostro ducta maris ubera gustul propinavit. Sane considerantes attentius, & infra clausura pectoris sollicitae revolentes quod in praesata Parisiensi ecclesia, in qua prout nobis haecenus in illa praesentibus proprius judicavit affixus & fidei evidentia revelavit, copiosus & laudabilis canonicorum & aliarum personarum numerus in illa degentium, ad Dei laudem & gloriam jugiter conservatur, necessaria, utilis & fructuosa quamplurimum fore dignoscitur decani, cantoris & cancellarii corporalis scdulaeque praesentia, consideratis & discussis attentius his quae ad eorum notitiam officia pertinere, penitentes etiam quod ecclesia supradicta, favente illo a quo honorum omnium dona manant, facilius & commodius poterit grata in spiritalibus & temporalibus incrementa suscipere, si personae, dignitates seu personatus in eadem ecclesia obincentes, cum ipse posterioribus soleant rutitare virtutibus, & altiori clare cumulo meritorum, residentiam ibi faciant personalem, statumque & etiam ordinatum, ut decanus, cantor & cancellarius ipsius Parisiensis ecclesie qui pro tempore fuerint, residere continue in ipsa ecclesia personaliter teneantur; quodque de hoc in suae institutionis initio nichilominus in capituli Parisiensis praesentia praesentem corporaliur juramentum; & quod etiam contra hujusmodi statum & ordinationem nostram, literas vel privilegia quaelibet ab apostolica sede vel legalis ipsius per se vel per alium aut alios nullatenus impetrabunt, nec utentur privilegiis, vel indulgentiis quibuscumque quibuslibet ecclesis, vel secularibus cujuscumque conditionis, suspensionem, dignitatis aut status a praesata sede concessis haecenus, vel in posterum concedentis. Indulgentiam tamen decano, cantori & cancellario supradictis, ut per duorum mensium spatium annis singulis liceat extra praesentem Parisiensem ecclesiam, ad procuracionem negotiorum suorum libere commorari, de cotidianis distributionibus ejusdem ecclesie nihil tunc temporis percipiari: tempus vero quo decanum, cantorem & cancellarium praesentibus, pro capituli saepefati negotiis de ipsius licentia speciali fortassis abesse conigerit ab ecclesia memoria, in eadem residentiam compulerit, ipsique distributiones percipiant & habeant supradictas; nec liceat praenominatis decano, cantori & cancellario simul per duos menses eisdem se ab ecclesia ipsa quomodolibet absintare; sed eorum aliquo absente reliqui residentem interim in eadem. Nos autem irritum & inane decernimus quidquid contra ea vel eorum alterum contigerit aut mutari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, concessiois, inhibitionis & constitutiois infringere, vel ei ausu

A temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum XVI. cal. Januarii, pontificatus nostri anno secundo.

## C L X I V.

*Donum Philippi regis factum ecclesie Parisiensi.*

**P**HILIPPUS Dei gratia Francorum rex, ad perpetuum rei gestae memoriam. Si regnum Francie, quod a patris temporibus divina stabiliti potentia, multisque ditavit beneficiis, & honoribus decoravit, novissimis temporibus doli Sathan adinventor, persequator pacis, & totius malitiae seminator, invidens quod regnum ipsum virtus divina sic vallasset per circuitum in Flandria partibus, Domino permittente teigerit, subditosque nostros partium earundem in superbia & abusione contra nos seque non querit rebeliare, ipsoque totius incensor nequitie sic in sua rebellionem firmasset, ut cogitantes iniquitates pessimas in corde, tota die nobis continenter praesentia, ita ut ecclesis & aliis sacris locis, villis & aliis regnicolarum habitacionibus incompositis summae vastationis jaclurae deditis, per eosdem plures nobiles, & alias personas regni ejusdem, quod gravius est homini, tam rebellionis mors amara rapuit, nec in his averfus esset furor eorum, sed potius semper eorum superbia ascendisset; tandem immensa Christi pietas suae gloriose matris Mariae virginis pia provocata praesentibus, ad regnum ipsum cujus regimen nobis miseratio divina commisit, cor patrum reflectens, videns inimicorum nequitiam multam iniis, & cor eorum impenitens, nos cum fidei exercitio Gallicano, ad faciendam vindictam in natione illa Flandrensi contra rebelles ipsos sub fortis manus suae regumino direxit, nobisque mense Aug. die XVIII. videlicet die Martis post festum Assumptionis ejusdem Virginis, in loco qui Mons in Pabula nominatur, contra ipsos ad nos in consumaci multitudine venientes ad pugnam conflamur placuit. Altissimo post longam cum inimicis praedictis dimicationem eos in ventum superbiae altius elevatos ad ima dejicendo potenter elidere, eosque cum pluribus ipsorum ducloribus & capitaneis in moris laqueum per nostrum & ejusdem nostri exercitus ministerium, sub potenti Domini manu deducere, & gloriosum de ipsis nobis praebere triumphum; sicque mirabilis Deus, qui pro nobis voluit operari, ut merito dici possit illam a Domino & non ab homine victoriam factam esse. Quapropter nos in humilitatis spiritu confitentes Domino, eique & sacratissime genitrici illius devotae laudis sacrificium offerentes; beneficiumque, qui sedens super tronum judicavit causam justitiae regni sui, & ut Dominus qui tanquam vir pugnatur delevit impios ante faciem nostram, in suis laudatur operibus, ejusque non obliviscantur mirabilia, & beatissima Virgo mater ejus Maria de praesentibus nobis per ejus suffragia filii sui auxilio honoretur; nos ad laudem & gloriam ejusdem Domini nostri, & B. Mariae virginis genitricis ejus, ecclesie Parisiensi in ipsius Virginis honore fundate, centum libras Parisiensis annui & perpetui redditus, ob nostram & carissimae consortis nostrae Johanae Francorum reginae, & libertorum nostrorum saluem, pacem & tranquillitatem regni nostri, nostrorumque fidelium subjectionem concedimus, ab ipsius ecclesie Parisiensis decano & capitulo nomine dicte ecclesie habendas, tenendas, & possidendas libere & pacifice in perpetuum, absque coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi, & absque praesentatione finitiae cujuscumque, capiendisque in thesauro nostro Parisiensi singulis annis, die festo Dominicae Ascensionis donec eas in locis & rebus competentibus duxerint assidendas. Volentes & flauentes quod duae partes dictarum centum librarum inter canonicos, vicarios

& alios majori altari deservientes secundum consuetudinem ecclesie, tertia vero pars inter capellanos & clericos chori, qui in primis vespertis, matutinis, & missa solemniter prædicte intererunt, distribuuntur; ita quod in diebus vespertis tertia, in matutinis alia tertia, in missa vero alia tertia pars per modum supradictum dividatur de cetero in futurum. Quod ut ratum permaneat, presentibus literis nostrum fecimus apponi sigillum. Actum in castro prope Insulam, anno Domini Incarnati. M. CCCIV. mente Septembarii.

## C L X V.

*Consecratio Fulconis Parisiensis episcopi.*

*Ex char. Majoris majoritatis.*

1343.

**N**os Fulco Dei gratia Parisiensis episcopus, notum facimus universis, quod per hoc quod reverendus in Christo pater ac dominus dominus Anibaldus eadem gratia episcopus Tusculanus sacrosanctæ Romanæ ecclesie cardinalis, in ecclesia B. Marie de Campis juxta Parisius nobis die datur presentium munus consecrationis impendit, nolumus aliquod novum jus nobis in ecclesia prædicta acquiri, nec prejudicium priori dicte ecclesie vel personis ejusdem in suis libertatibus vel exemptione generari. Datum sub sigillo quo ante consecrationem nostram utebamur, in domo nostra de S. Victore juxta Parisius, XVI. die mensis Februarii, anno Domini M. CCCXLIII.

Nos Anibaldus missionarie divina episcopus Tusculanus, S. R. E. cardinalis & Romanæ sedis nuncius, notum facimus universis, quod licet ad requisitionem electi & confirmati in episcopum Parisiensem eidem electo in ecclesia prioratus B. Marie de Campis prope Parisius membrum Majoris monasterii ad Romanam ecclesiam nullo medio, ut prior asserit, peninens, munus consecrationis consilium de voluntate & assensu dicti prioris, non est intentionis nostre, nec fuit, quod per consecrationem prædictam in dicto prioratu factam, ipsis priori, prioratus & successoribus futuris in eodem prejudicium aliquid generetur, nec per hoc episcopo Parisiensi vel suis successoribus jurisdictionem aliquam seu jus aliquod acquiri volumus in futurum. In cuius rei testimonium, presentibus literis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Parisius die XXI. mensis Febr. anno Dom. M. CCCXLIII. indictione XI. pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri domini Clementis divina providentia papæ VI. anno primo. R. P. Jo. de Ar.

## C L X V I.

*Jucundus Johanns Francorum regis ad ecclesiam Parisiensem accessus.*

*Ex char. Majoris majoritatis.*

1350.

**I**n nomine Domini, amen. Notum sit universis & singulis presentibus & futuris tenore presentium publice manifestum, quod nos a natiuitate ejusdem M. CCC. quinquagesimo indictione IV. mensis Octobr. die XVII. videlicet Dominica ante festum B. Luce evangeliste, hora vesperarum, pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Clementis divina providentia papæ VI. anno IX. presentibus nobis notariis publicis inscriptis, pluribusque aliis fide dignis, illustrissimis & serenissimis principes, & dominus dominus Johannes Dei gratia Francorum rex, qui dicta die secundum suum advenum consuetum, ut rex novus faciebat, in civitate Parisiensi cum magna multitudinis ducum, comitum, principum & baronum, ac plurimum nobilium aliorum, necnon cum alia magna multitudine populi copiosâ veniendo de sancto Dionysio Francie, prout est fieri consuetum, de directo antequam ad domicilium aliquod declinaret, accessit ad Parisiensem ecclesiam cathedralem, cujus valvæ sive portæ erant clausæ, & postmodum sibi fuerunt apertæ; cui domino regi processionaliter &

cum magna solemnitate obviam venerunt præditi multi iam episcopi quam abbas, & specialiter domini Guillelmus archiepiscopus Senonensis, Hugo Laudunensis, & Johannes Triburicensis episcopi, necnon Rainmundus decanus, capitulum & collegium dicte ecclesie, episcopo Parisiensi notorie tunc abente, cum capis ferreis induti, & cum crucibus, turibulis, candelabris & luminariis, libris deauratis & aliis necessariis & consuetis in processionalibus faciendis, & alii ut decenarius & reverentius poterant, processiones facientes. Cum autem fuerunt in portali dicte ecclesie, aditit illi in parvulo dominus rex, qui eos benigne & gratiose expectabat, ad quem antequam intraret dictam ecclesiam accessit loco dicti domini episcopi Parisiensi præfatus rever. pater dom. archiepiscopus bene & honeste

in pontificalibus cum cruce, turibulis, luminariis, libro evangeliorum vocato textu, cum asseribus argenteis & deauratis; & dixit ei talia verba vel similia: *Domine, antequam vos intretis ecclesiam istam, vos debetis & tenemini certum præstare juramentum, nam se consecraverit & soliti fuerint sacre & præstare prædecessores vestri Francorum reges quilibet in suo novo & jucundo adventu. Tunc dictus dominus rex in primis dicte cruci se humiliter inclinavit, ac Deum & sanctos sanctasque scripturas & evangelia reverenter & devote adoravit, osculando dictum librum sive textum; tenebat autem in manu sua dictus dominus archiepiscopus quandam pergamentum cedulam, quam dicto domino presentavit & tradidit, dicens; quod in ea continebatur forma præstatis juramenti, quod perdonando a dicto rege peccata fieri & præstari, quam cedulam dictus dominus rex recepit incontinenti atque legi, & cujus cedulæ tenor sequitur in hæc verba: *A vobis perdonari petimus, ut unicuique de nobis & ecclesiis nobis commissis, canonicum privilegium & debitam legem atque justiciam conferretis, & defensionem exhibeat, sicut rex in suo regno debet unicuique episcopo & ecclesie sibi commissæ. Responsio regis ad episcopos: Promitto vobis & perdo, quia unicuique de vobis & ecclesiis vobis commissis, canonicum privilegium & debitam legem atque justiciam servabo, & defensionem, quantum poterò, adjuvante Domino, exhibebo, sicut rex in suo regno unicuique episcopo & ecclesie sibi commissæ per rectum exhibere debet. Qua cedula sic lecta per dictum dominum regem, idem dominus rex antequam dictam ecclesiam intraret, in conspectu seu presentia sacrosanctorum evangeliorum, que benigne tetigit & osculatus fuit, reverenter talia verba vel consimilia dixit: *Sic volo & promitto; quibus sic actis, dictus dominus archiepiscopus, petiit a nobis notariis publicis inscriptis fieri publicum instrumentum præmissis omnia & singula comprehendens, in testimonium eorumdem, qui dominus archiep. hujusmodi juramentum sive promissionem, a dicto domino rege recipiebat, & recipit vice, loco & nomine reverendi in Christo patris & domini domini Audoyni Dei gratia Parisiensis episcopi prædicti, & ex commissione sibi facta per venerabiles & discretos viros dominum Johannem de Lyons secularium abbatem B. Marie Majoris Piclavenfis & officialem Paris. videlicet magistrum Yterium la Jarroffa scholasticum Noviom. præditi domini episcopi Paris. in spiritualibus & temporalibus vicariis, sponteque per ipsum dominum archiepisc. sine prejudicio, sed jure salvo dicti domini Paris. episcopi, ejus ecclesie ac suorum quorumcumque acceptata; prout constat nobis notariis publicis inscriptis, qui in dicta commissione & ejus acceptance, presentes fuimus cum cum reverendis patribus dominis Hugone Laudunensi, Johanne Triburicensi episcopis prædictis, ac pluribus aliis testibus requisitis, & prout in quodam publico instrumento per nos facto super hoc continetur. Actum palam solemniter & publice, ante valvas ecclesie Paris. sepedicte anno, indictione, mente, die & hora supradictis, presentibus præfatis reverendis patribus Hugone***

Laudunensi & Johanne Trierensi episcopi, & magistro Raimundo decano, Vitali cantore, Stephano de Parisi canonico dilectæ ecclesiæ Parisi. Johanne Raimundi canonico S. Petri Pœllarum Bituricensi. Guillelmo de Porta, alias de Bituris, curato ecclesiæ S. Petri ad Boves in civitate Parisi. & pluribus aliis testibus ad præmissa vocatis & rogatis, cui etiam actui totus populus erat & poterat esse testis.

## C L X V I I.

*Johannes rex translationi Humberti a Remensi ad Parisiensem ecclesiam assensum præbet.*

1355. **J**OHANNES Dei gratia Francorum rex. Notum facimus, quod nos desiderabiliter affectantes carissimum consanguineum nostrum Humbertum patriarcham Alexandrie, amiquorum delphinum Viennensem, & administratorem ecclesiæ Remensis ad ecclesiam Parisiensem transferri, cunctis ad hoc considerationibus extracti, volumus & concedimus tenore præsentium, de gratia speciali hac vice, ut in casu quo sanctissimo patri summo pontifici translationem hujusmodi facere placuerit, idem pontifex, vel dictus consanguineus noster, ut ordinarius, vel alii ad quos præbendarum ceterorumque beneficiorum ecclesiæ & diocesis Parisiensis collatio de jure vel de consuetudine pertinet, seu etiam pertinebit, facta translatione hujusmodi, præfatus \* vobis sacramento fidelitatis quod Parisienses episcopi nobis & prædecessoribus nostris confueverunt hæcenus exhibere, dictas præbendas & beneficia alia, quibus voluerint, libere conferre possint & valeant, quamvis dictus consanguineus noster ipsam Parisiensem ecclesiam tenuerit in commenda, ut verus episcopus consecratus ejusdem, nullum jus ratione nostræ regalitatis propter commendam, vel ob defectum veri episcopi hujusmodi in eisdem præbendis & beneficiis hoc durante tempore potuerit \*; nolumus tamen præsentem nostram concessionem & gratiam trahi ab aliis ad consequentiam, seu ex hoc nobis vel successoribus nostris aliquid in eadem ecclesia, vel alibi præjudicium in posterum generari. In cujus testimonium sigillum castelleti nostri Parisiensis in absentia magni nostri, hiis literis est appensus, & datum Parisi die xxv. Januarii, anno Domini m. cccliv. Per regem. Yvo Bucy.

\* f. præfatus.

\* f. petiuit.

## C L X V I I I.

*Diploma Johannis Francorum regis de privilegiis episcopi Parisiensis.*

1363. **J**OHANNES Dei gratia Francorum rex. Notum facimus quod ex parte dilecti & fidelis nostri episcopi Parisiensis & procuratoris nostri generalis, quia notorium erat quod episcopus & episcopus Parisiensis fuerant & erant multum nobilitate fundati & donati in iusticiis, dominis, nobilitatibus & prerogativis. Neque mirum, quia inter alias dignitates prælati est & quasi curatus regum Franciæ, & in capitali & principali civitate totius regni Franciæ pontifex constitutus, quodque temporalitas ipsius episcopatus & episcopi fuerat proprium hereditarium & patrimonium unius de filiis regum Franciæ, & fratris regis, tempore quo dicta temporalitas in episcopatum translata fuerat. Dicebat etiam præfatus episcopus, quod prædecessores sui & ipse fuerant & erant in possessione & salina custodiendi ecclesiam B. Mariæ Parisiensis, ac fieri facienda excubias, seu gætuem in ipsa, & in certis locis prope ipsam per burgenes & officarios suos in vigilia festi Assumptionis B. Mariæ virginis in principio de *Te Deum* qui cantatur in fine vigiliarum, & ante principium laudum, usque in crastinum diem; inceduntque & incedere consueverunt in dictis vigiliis ballivus, officarius, & alii deputati ex parte episcopi, ad faciendum gætuem in dicta ecclesia, ne aliquod

malum ibidem fiat, & pro capiendo & puniendo malefactores, si aliqui caperentur, & in possessione & salina facienda venire ad dictam ecclesiam pro faciendo dictum gætuem suos servientes, burgenes, officarios & alios per eum mandatos: veniuntque & incedunt armati a loco a quo propter hoc discedunt, & armati revertuntur gueto facto seu finito, ad domicilia sua per villam Parisiensem libere, absque eo quod nunquam temporibus retroactis capi fuerint propter delationem seu portamentum armorum per præpositos Parisienses servientesque suos noctu per gætuem nostrum, sed libere, pacifice & quiete absque impedimento quocumque, & a tanto tempore quod de memoria non exstat, videntibus & scientibus præpositis Parisiensibus, servientibus & omnibus scire volentibus. Nihilominus præpositus modernus Johannes de Duno, Johannes Mignon, Hervetus Haudry, Godinus Caille, Jacobus Adauculos & alii servientes Castelleti repererunt aliquos de servientibus, officialis & burgenes dicti episcopi, alioque, qui venientes armati ad dictum gætuem sine malefacto quocumque, imprisionando & capiendo hærnesta sua, viuisque fuerat dictus præpositus, ut emendare delationem armorum, & dictus præpositus cepisset & imprisionari fecisset plures personas in vigilia dicti festi euntes in armis ad faciendum gætuem pro episcopo & decano dictæ ecclesiæ durantis vigiliis ante *Te Deum laudamus*: ipsas tamen armaturas non reddiderat dictis præpositis, ut dicebat præfatus episcopus. Quare petierat & petebat impedimentum per dictos præpositum, examinatores & servientes in præmissis appositum amoveri, armaturas captas seu arrebatas dicto episcopo vel suis prædictis libere & sine emenda ad plenum restitui, tradi & liberari, unaque possessionem & salinam ipsius episcopi ad ejus utilitatem declarari, & se in ipsam servari, & ab impetitionibus præpositi, procuratoris & officiariorum nostrorum absolvi, pluribus rationibus allegatis, dictis præposito & procuratore nostro dicentibus ex adverso nos & prædecessores nostros fuisse & esse in salina capiendi & capi facienda cuiuscumque generis gentes arma portantes Parisi sine nostra licentia sui officiariorum nostrorum; ipsique arma tanquam forestata nobis & dicto præposito nostro pro nobis, quando capta sunt per diem, & ea que de nocte capiuntur, militi gueti nostri, necnon & capiendi emendas pro nobis pro delatione armorum, quam emenda per dictum præpositum iudicem ordinarium judicata, & liberationem seu punitionem faci de personis capis, tam per diem quam per noctem, & specialiter nos fuisse & esse in possessione & salina, & dictum præpositum nostrum pro nobis capiendi quocumque qui inveniuntur armati transeuntes & incedentes per dictam villam in armis in vigilia dicti festi Assumptionis beate Mariæ virginis, visposito quod dicant, & verum sit quod vadant ad gætuem dicti episcopi superius declaratum, faciendique voluntatem nostram & voluntatem dicti præpositi de dictis armaturis, ipsique applicando nobis, & punkndi prædictas personas se capias. Dicebatur etiam dicti præpositus & procurator, & illi qui vadunt ad congregationem transeuntem ad gætuem ad ecclesiam B. Mariæ, sine fimi hospites nostri, sive hospites dicti episcopi, non possumus, nec debent ire nec redire armati, scilicet arma debent portare vel portare facere occulte ad locum & donum episcopi, & ibidem se armare & non citius, & ibidem coram se deserre, & reportari facere arma sua modo prædicto, & sic usitatum est & consuetum fieri facere portare arma in factis, & talis fuit & est usus antiquus & ut nunc; & si forsitan gentes dicti episcopi, vel alii ordinarii pro gueto suo in dicta vigilia aliquos incederint armati eundo de locis suis ad locum dictum B. Mariæ, hoc fuit magis clandestine quam potuerunt, & non in aperto, ad evitandum ne viderentur & caperentur & servientibus & officariis nostris. Nam si dictæ personæ inveniuntur in armis extra ecclesiam & parvisum beate

Mariæ,

Marie, ipsa arma sunt nobis consecrata, & dicta per  
sonæ capte, ut præferret. Verum insuper erat quod  
in dicta vigilia guetum nostrum consecrari capere tur-  
num suum ante ecclesiam B. Marie, & ut nunc gentes  
dicti episcopi obviem eis in dicto parvilo cum talibus  
armis, quales habent ad sciendum guetum nostrum,  
portare in domo dicti episcopi, & tunc bene pavere &  
cavere debent gentes dicti episcopi de transgrediendo  
parvillum, & de non intrando super calcem, & hoc  
etiam prohibent gentes nostræ, & gentes episcopi bene  
recognoscunt dicuntque eis se non diolos terminos exire,  
& si aliquoties fecerint contrarium, capti fuerint, ad  
prisonem nostram ducti, in emenda positi, armis  
etiam confiscatis, ut est dictum; & per consequens  
mitius licebat eis incedere per villam in armis. Nam  
servientes eorum fori dicti episcopi extra terram suam  
non possunt, neque debent portare spadas suas in  
aperto seu discooperto, sed subius super tunicali suo  
duntaxat, & si contrarium faciunt extra terram dicti  
episcopi, capiuntur, ponuntur in castello Parisiensi,  
spadas suas perunt, faciunt emendam, ut dicebat  
dicti præpositus & procurator. Quare peccatum pronun-  
tiamus per arrestum quod arma propter dictum delatum  
in manu nostra tanquam superiori posita nobis &  
dicto præposito non liberarentur, & redderentur tan-  
quam in manu partis, & tanquam bene & licite capta,  
utemur jure & possessione & facta nostris, dictum-  
que episcopum ab omni eo quod requisivit in contra-  
rium repelli, & nihil inde sibi fieri, & dictum pro-  
curatorem nostrum, si opus esset, ab emenda, sive  
requisa dicti episcopi absolvi. Auditis igitur dictis  
partibus in omnibus que dicere & proponere voluerunt,  
curia nostra ordinavit, quod veritas super præmissis  
inquiretetur per modum informationis summarie, &  
curie reportaretur; & tandem dicta informatione facta  
& reportata, & de consensu partium ad iudicandum  
recepta, ipsaque viâ & diligenter examinata, & con-  
sideratis omnibus que curiam nostram movere poterant  
& debebant, per arrestum ipsius curie dictum fuit,  
quod impedimentum per dictum episcopum aut ex  
parte sua appositum per personas armatas in occulto  
& aperto, & etiam in discooperto eundo ad guetum  
dicti episcopi in dicta vigilia Assumptionis B. Marie  
amovebitur & amoveatur. Illud curia nostra amovit ad  
utilitatem nostram, servabimurque, atque præpositus  
noster Parisiensis servabitur in nostra possessione pro  
nobis superius declarata, armaturæque prædictæ in manu  
nostra tanquam superiori detentæ liberabuntur nobis  
& dicto præposito pro nobis tanquam in manu partis,  
& poterit dictus præpositus illas personas tractare ad  
emendam. Si vero dictus episcopus voluerit habere  
gentes ad dictum guetum suum, arma portabuntur de  
cetero in factis usque ad curiam dicti episcopi, vel ad  
locum in quo fuerit sciendum, & pari modo repor-  
tabuntur ad domos illorum qui ad guetum venerint, ut  
præferret. In cuius rei testimonium sigillum castelleti  
nostri Parisiensis in absentia nostri magni cancellarii,  
præsentibus literis est appositum. Datum Parisius in  
Parlamento nostro, anno Domini M. CCCLXIII. die  
XIX. Maii.

## C L X I X.

*Concesso pontificalium ornamentorum, facta thesau-  
rario sacra Capelle Parisiensis.*

1365. CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, à  
TOUS ceux qui ces presentes lettres verront, salut.  
Comme nostre tres saint pere le pape à nostre suppli-  
cation & requeste, ait octroyé que au cas & depuis qu'il  
sera apparu aux cardinaux de Boulogne nostre tres cher  
& feal cousin, & de Therouenne nostre tres cher &  
feal ami, lesquels il a à ce deputés & commis, que nous  
aurons donné la thesorerie de nostre sainte chapelle  
royale à Paris, de mille livres Paris de rente annuelle  
& perpennelle, comptés les anciennes rentes d'icelle

Tomus VII.

A thesorerie, ladite thesorerie soit par iceux cardinaux  
nuée & élevée en nom & dignité de doyen, & que  
il soit loisible au doyen de ladite sainte chapelle qui sera  
pour le temps, & à ses successeurs, user de mitre &  
anel, & d'autres ornemens pontificaux, excepté baston  
pastoral, & en temps convenable en iceux ornemens  
celebrer, & en celebrant donner la benediction solenne-  
lle en nostre sainte chapelle diffusile. Et pour ce  
Nous qui à la louange de Dieu & accroissement du  
divin service, & à l'honneur de nostre dite sainte cha-  
pelle, & des saintes & precieuses reliques qui leur sont  
en thesor, desirant les choses dessus dites avoir bon &  
brief l'accomplissement & effet, & que la donation &  
accroissement des rentes de ladite thesorerie en doyen-  
né, soient faits selon ladite ordonnance de nostre saint  
pere, eussions nué par nos lettres à nos amés &  
feaux les gens de nos comptes, que ils nous fissent à  
avoir à plain & au plus certain que estre pourroit la  
valeur des rentes & revenus de la thesorerie dessusdite,  
afin de faire l'accroissement du surplus jusques à la va-  
leur de mille livres Paris de rente selon l'ordonnance  
dessusdite, & par le rapport de nos dites gens de  
comptes nous soit apparu que à ladite thesorerie ne  
appartient par an de rente annuelle que trois cent cin-  
quante & deux livres XIX. sols II. den. Paris, & par  
ainsi défautoit pour le parfait des dites mille livres de  
rente DCXLVII. livres dix den. Paris; Nous qui en  
cette partie voulons ensuivre nostre bon propos à la  
perfection de l'ordonnance de nostre dit saint pere, &  
afin que plus honnestement à la louange de nostre Sei-  
gneur le dit divin service se puisse faire en ladite cha-  
pelle, & que en icelle, Nous, nos successeurs & pre-  
decesseurs soient participans, avons à la dite thesor-  
rie & doyen né assés & donné par ces lettres, de certaine  
science, grace especial & autorité royale, en accom-  
plissement des dites mille livres Paris de rente, assésions  
& donnons lesdites DCXLVII. livres dix deniers Paris  
de rente de & sur nostre thesor à Paris, jusques à ce  
que autre part aussi bien & convenablement ou mieux  
les ayons assés ou fait assés. Si donnons en mande-  
ment par ces lettres à nos amés & feaux thesoriers à  
Paris, qui appresert sont & pour le temps avenir seront,  
que les dites six cents quarante-sept livres dix deniers  
Paris de rente payées & deliverées chacun an aux tenes  
accoutumés audit thesorier ou doyen mitré, ou à son  
certain commandement, jusques ailleurs les luy ayons  
assés ou fait assés, comme dit est, non contrestant  
queleonque assigné ou assignation fur nostre dit thesor,  
par quelconque maniere ou condition que ce soit, les-  
quels, quant à ce, nous voulons en aucune maniere  
estre devant mis. En tesmoing de laquelle chose nous  
avons fait mettre nostre seal à ces presentes. Donné  
à Paris le dernier jour d'Octobre, l'an de grace mil  
trois cens soixante & cinq, & de notre regne le second.

## C L X X.

*Bulla electionis Johannis de la Rochetaillé  
in episcopum Parisensem.*

E MARTINUS episcopus servus servorum Dei, 1422.  
dilectis filiis capitulo ecclesie Parisiensis, salutem  
& apostolicam benedictionem. Regimini universalis  
ecclesie quanquam insignitibus meritis, disjuncte  
Domino, presidentes, de universis orbis ecclesiis solli-  
cituendo nos urget, ut ecclesiis illis, que suis sunt desti-  
tute pastoribus, ne prolixæ vacationis subiacent in-  
commodis, salubri remedio providere curemus, quod-  
que illarum pastoribus, qui majori præfulgent titulo  
dignitatis, prout perforantur, locotum & tenonum  
qualitas exigit, necessitatibus consilium. Sane ecclesia  
vestra ex eo vacante, quod nos hodie dictum filium  
Johannem tunc Parisiensem electum confirmatum,  
licet absentem, a vinculo quo eidem ecclesie tenebatur,  
de fratrum nostrorum consilio & apostolice potestatis

plenitudine absolventes, eum ad ecclesiam Gebennensem tunc etiam ex eo vacante, quod nos commendam de ea pridem per nos venerabili fratri nostro Johanni patriarchæ Constantinopolitano, perpetuo administratori in spiritualibus & temporalibus dictæ ecclesiæ factam ex certis causis, ad id ejusdem patriarchæ accedentibus voluntate pariter & consensu, etiam hodie revocavimus, auctoritate apostolica duximus transferendum, præficiendo ipsum eidem ecclesiæ Gebennensi in episcopum & pastorem; ac per nos ex veridica informatione accepto, quod eadem vestra ecclesia propter guerras, & alia varia discrimina, quæ partes illas novissime præteritis annis, quàm plurimum affligerunt in suis ædificiis, castris & juribus quæ ex parte largitione prædecessorum sanctissimum in Christo filiorum nostrorum Caroli Franci & Henrici Angliæ regum illustratum antea in pace possidebat, adeo enormiter læsa & collapsa fuerat, ac gravia sustinuerat detrimenta, quod nisi & de tali provideretur persona, de qua spes firma haberetur, quod ad eandem vestram ecclesiam affectionem gereret, & dictis rebus accepta existeret, de ejus restauratione ante multa tempora non sperabatur, quodque præfatis rebus nullus alius præfatus occurreret acceptior, per cujus industriam ipsa vestra ecclesia commodius & facilius restaurari valeret, & cui reges ipsi in recuperandis & conservandis juribus ipsius vestræ ecclesiæ vellent magis se favorabiles exhibere, nos ad ecclesiam ipsam vestram, ne longæ vacationis detrimenta subiret, paternis & sollicitis studiis nostræ considerationis invidiam dirigentes, ac sperantes quod præfatus patriarcha dictorum regum fulvus auxilio, eandem vestram ecclesiam, coadjuvante Domino, restaurare poterit, & in suis juribus defeculare, considerantes quoque ipsius patriarchæ circumspicionis industriam, & operam sollicitudinem, ac diligentiam laudatissimam, in nostris & apostolicæ sedis sibi commissis negotiis ostendit probatissimè & ferventer, attententes insuper quod idem patriarcha de bonis ad mensam suam patriarchalem Constantinopolitanam spectantibus statum suum juxta meritorum suorum & patriarchalis dignitatis exigentiam tenere non potest, ut hujusmodi statum suum decenter tenere valeret, dicto patriarchæ, ac eidem vestræ ecclesiæ ut in suis juribus restauraretur providere volentes, dictam vestram ecclesiam eidem patriarchæ auctoritate prædicta, quandoque vitam duxerit in humanis, de dictorum fratrum consilio in perpetuum administrationem concessimus; ita quod administrationis concessio hujusmodi, quoad vixerit ipse patriarcha, absque similibus suis voluntate & consensu nequiret revocari, curam & administrationem plenam, generalem & liberam ejusdem vestræ ecclesiæ ac honorum & jurium ad mensam episcopalem ipsius spectantium, necnon cognitionem, executionem & conservationem, aliasque omnia & singula titulo dignitatis episcopalis illius eadem apostolica, vel alia quavis auctoritate quomodolibet competentem seu commissam eidem patriarchæ per se vel alium, seu alios, quem vel quos ad hoc deputandum duceret, seu etiam deputandos, gerendas & etiam exercendas in eidem spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, ut idem patriarcha ipsam vestram ecclesiam suæ gubernationi & administrationi commissam spiritualiter & temporaliter juxta datam a Deo sibi præstantiam regeret, dirigeret, & augerent, ac de fructibus, redditibus, provenitibus, juribus & obventionibus universis ad dictam mensam episcopalem spectantibus ordinaret, disponeret, illisque in suos & dictæ vestræ ecclesiæ usus convertere, ac omnia alia & singula eidem dignitatis titulo, ut præmittitur, competentia seu commissam a jure vel ab homine exercere valeret, prout veri episcopi Parisienses, qui fuerunt seu tempore, de illis disponere & ordinare poterunt seu etiam debuerunt; alienationem tamen honorum quorundam immobilium & presertim nobilium ejusdem vestræ ecclesiæ ipsi patriarchæ penitus interdicta. Quæ circa discretionem vestræ per apostolica scripta manda-

mus quatenus eidem patriarchæ tanquam administratori perpetuo dictæ vestræ ecclesiæ humiliter incendentes, ac exhibentes sibi obedientiam ac reverentiam debitas & devotas, ejus salutaria monita & mandata suscipiatis humiliter, & efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem patriarcha administrator rite tulit in rebelles, ratum habebimus, & sciemus auctore Domino utique ad satisfactionem consignari inviolabiliter observari. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, 11. idus Junii, pontificatus nostri anno V.

## C L X X I.

*Johannis de Nant a Viennensi ad ecclesiam Parisiensem translatio.*

**M**ARTINUS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis capitulo ecclesiæ Parisiensi, salutem & apostolicam benedictionem. Romani pontificis, quem pastor ille cælestis & episcopus animarum potestatis sibi plenitudine tradita ecclesiis præstitit universis, plena vigiliis sollicitudo requirit, ut statum quorundam, præteritis ecclesiarum cathedralium sic vigilanter excogitet, sicque præficiat diligenter, quod per eas providentiam circumspiciamus nunc per simplicis provisionis officium, quandoque vero per ministerium translationis accomodate, prout personarum, locorum & temporum qualitas exigit, & ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet, ecclesiis singulis pastor accedat idoneus, & rector providus deputetur, qui populum sibi commissum per suam circumspicionem provideat, & providentiam circumspiciamus salubriter dirigat & informet, ac bona ecclesiæ sibi commissam non solum gubernare utiliter, sed etiam multitudine efficit incrementis. Sane dudum ecclesia vestra ex eo vacante, quod nos bone memorie Johannem Gebennensem episcopum tunc Parisiensem electum confirmatum, licet abentem, a vinculo quo eidem & vestræ ecclesiæ teneatur de fratrum nostrorum consilio & apostolicæ potestatis plenitudine absolventes, eum ad Gebennensem ecclesiam tunc etiam ex eo vacante, quod nos commendam de antea per nos venerabili fratri nostro Johanni episcopo tunc patriarchæ Constantinopolitano in archiepiscopum Rothomagensis electo factam, ex certis causis, & ad id ejusdem electi Rothomagensis tunc patriarchæ accedentibus voluntate pariter & assensu, tunc revocavimus, auctoritate apostolica duxeramus transferendum, præficiendo ipsum eidem ecclesiæ Gebennensi in episcopum & pastorem, nos tunc prædictam & vestram ecclesiam sic vacantem eidem electo Rothomagensi tunc etiam patriarchæ Constantinopolitano, quandoque vitam duceret in humanis, de dictorum fratrum consilio auctoritate prædicta in perpetuum administrationem per alias nostras literas concessimus curam & administrationem plenam, generalem & liberam ejusdem vestræ ecclesiæ sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in eidem literis plenius continetur. Cum inique nos hodie præfatum Johannem electum Rothomagensis tunc patriarcham Constantinopolitanam, licet abentem, a vinculo, quo Constantinopolitanæ ecclesiæ cui præerat, tenebatur, de eorumdem fratrum consilio & hujusmodi potestatis plenitudine eadem auctoritate absolventes, ipsum ad ecclesiam Rothomagensis tunc temporis solio destitutum auctoritate præfata duxerimus transferendum, præficiendo eum illi in archiepiscopum & pastorem, & propterea hujusmodi administrationis concessio expiraverit, dictæ ecclesiæ vestræ secundum præmissa vacare nosceretur, nos ad provisionem ipsius ecclesiæ vestræ ceterum & felicem, ne longæ vacationis expromeretur incommodis, paternis & sollicitis studiis intendentes, post deliberationem qua de præficiendo eidem ecclesiæ vestræ personam utilem & etiam fructuosam cum dictis fratribus nostris habuerimus diligenter, demum ad venerabilem fratrem nostrum Johannem episcopum Parisiensem tunc archiepiscopum Viennensem consideratis gradium

virtutum meritis, quibus personam suam Altissimus A usque ad valvas majores ecclesiae, & ibi finito refectorio, quod cantatum est ab ecclesia S. Genovefæ, per notarium capituli obtulit et sibi liber Quentivæ, in quo scriptum est juramentum per episcopos præstari solitum, quod quidem juramentum ipse dominus episcopus alia & intelligibili voce legit, & postmodum de calamo per eundem notarium fidei tradito nomen scripsit. Quo facto, descendens de sede sua, pulsavit campanellam, qua pulsata, apertæ sunt januæ de mandato domini cantoris, qui ad dexteram per capram ipsi tenebat, & dominus archidiaconus ad sinistram, & sic duxerunt eum intra chorum ante aquilam, & ibidem ipse dominus episcopus super tapetum prostratus sedit, donec finitum fuit aliud refectorium solemniter decanatum ab ingressu ecclesie usque illic, quo finit dominus cantor dixit orationem *Famulorum*, qua finita, dominus episcopus surgens dedit benedictionem populo, & consequenter tenuis per prædictos canorem & archidiaconum, ut prius, ductus est ad majus altare, & ibidem genibus flexis secreto dixit quod voluit secundum devotionem suam, postmodum oculus est altare, & ibi obtulit panam auream, ad quem tenetur de jure fabricæ, postmodum ductus est per eorum ad sedem chori, in qua sui prædecessores soliti sunt sedere, ibidem vero recepit eum magister Guillelmus le Breton archidiaconus Senonensis, qui inallavit eum præsentibus, &c. prima Junii M. CDXXXVII.

usque ad valvas majores ecclesie, & ibi finito refectorio, quod cantatum est ab ecclesia S. Genovefæ, per notarium capituli obtulit et sibi liber Quentivæ, in quo scriptum est juramentum per episcopos præstari solitum, quod quidem juramentum ipse dominus episcopus alia & intelligibili voce legit, & postmodum de calamo per eundem notarium fidei tradito nomen scripsit. Quo facto, descendens de sede sua, pulsavit campanellam, qua pulsata, apertæ sunt januæ de mandato domini cantoris, qui ad dexteram per capram ipsi tenebat, & dominus archidiaconus ad sinistram, & sic duxerunt eum intra chorum ante aquilam, & ibidem ipse dominus episcopus super tapetum prostratus sedit, donec finitum fuit aliud refectorium solemniter decanatum ab ingressu ecclesie usque illic, quo finit dominus cantor dixit orationem *Famulorum*, qua finita, dominus episcopus surgens dedit benedictionem populo, & consequenter tenuis per prædictos canorem & archidiaconum, ut prius, ductus est ad majus altare, & ibidem genibus flexis secreto dixit quod voluit secundum devotionem suam, postmodum oculus est altare, & ibi obtulit panam auream, ad quem tenetur de jure fabricæ, postmodum ductus est per eorum ad sedem chori, in qua sui prædecessores soliti sunt sedere, ibidem vero recepit eum magister Guillelmus le Breton archidiaconus Senonensis, qui inallavit eum præsentibus, &c. prima Junii M. CDXXXVII.

## C L X X I V.

Canonici Parisienses episcopi eligendi a rege veniam petunt.

Excellentissimo domino suo Carolo Dei gratia 1438. Francie regi ejus devoti capellani, decanus & capitulum ecclesie Parisiensis, salutem in eo per quem reges regnant cum omni reverentia & honore. Cum ad præsentem ecclesiam nostram Parisiensis vacet per obitum bonæ memoriæ domini Jacobi quondam Parisiensis episcopi, ad vestram serenissimam præsentiam presentibus dilectos nostros magistros Johannem Chuffart cancellarium ipsius ecclesie nostræ, Guillelmum de Villaribus, & Guillelmum Cotin fratres & canonicos nostros ad petendum nomine nostro vestra regis majestati licentiam eligendi in dicta ecclesia nostra Parisiensis. Datum sub sigillo ecclesie nostræ, anno Domini M. CDXXXVIII. die XIX. mensis Januarii. De mandato capituli. G. Deriveri.

## C L X X V.

Abbas & monachi S. Dionysii hereditati Johannæ cardinalis renunciant.

Universis præsentibus literis inspecturis, Johannes 1480. miseratione divina Lunibariensis episcopus, nec non abbas ecclesie seu monasterii sancti Dionysii in Francie, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, totiusque loci conventus, salutem in Domino. Notum facimus quod cum quondam reverendissimus in Christo pater & dominus dominus Johannes miseratione divina S. Martini in Montibus presbyter cardinalis, immediatusque dilecti nostri monasterii abbas, suam ultimam voluntatem seu testamentum disposuisset, fecisset & ordinasset, per quem se quod nos ecclesiamque Albiensem heredes pro media parte omnium & singulorum suorum honorum instituit, quod in eisdem est ordinæ nos dictamque nostram ecclesiam heredes pro quarta parte suorum honorum: nihilominus tamen hæc consulti & adhibitæ, nos deheredarimus non acceptare dictam ordinationem testamentariam, seu dictam quartam partem honorum nobis, ut præterur, ecclesie nostræ per eundem reverendissimum cardinalum relictorum. Quapropter ex nostra certa scientia & voluntate spontanea, non seducti,

## C L X X I I.

Canonici Parisienses futuram mox episcopi electionem regi significant.

Excellentissimo domino suo Henrico Dei gratia 1426. Francie & Anglie regi ejus devoti capellani capitulum ecclesie Parisiensis salutem in eo per quem reges regnant cum omni reverentia & honore. Cum ad præsentem ecclesiam nostram Parisiensis vacet per obitum bonæ memoriæ domini Johannis quondam Parisiensis episcopi, ad vestram serenissimam præsentiam dilectos fratres & canonicos nostros A. de la Mer, J. Chuffart & J. Vivari ad futuri nostri pastoris electionem, quam de idoneo & probato viro, Deo acceptabili, vobis grato & obedienti, ecclesieque & cetero diocesis utili, prout spiritus sancti gratia nobis ministraverit, facere intendimus, vestra regis majestati insinuandam, denunciandam & significandam (diximus). In cujus rei testimonium sigillum ecclesie nostræ præsentibus literis duximus apponendum. Datum in dicto capitulo nostro, anno Domini M. CDXXVI. die lunæ XI. mensis Nov.

## C L X X I I I.

Consecratio episcopi Parisiensis facta in ecclesia beata Genovefæ, & ingressus in ecclesiam suam.

Deportatus est ab ecclesia S. Genovefæ, ubi consecratus fuit, per suos vasallos. Associatus est a religiosis sanctæ Genovefæ usque ad ecclesiam sanctæ Genovefæ in vico novo. Religiosi ibi eum dimiserunt: illico processit ecclesie Parisiensis. Illic affuit præsentibus cantore & archidiacono cum religiosis, canonicis, & choristis, dominus cantor eidem prostratus in alta sede, in qua prius deponabatur, obtulit eidem aspersorium aquæ benedictæ, deinde thuribulum, deinde librum evangeliorum, deinde crucem. Cum aspersorium asperisset se & circumstantes, cum thuribulo similiter fecit, librum & crucem osculatus est. Deinde processit procedens ad ecclesiam, episcopus sequebatur in sede stans

seu alias circumventi, fecimus, constituimus, creavi-  
 mus, ordinavimus, facimusque, constituimus, creamus  
 & ordinamus procuratores nostros generales, actores,  
 factores, & negotiorum nostrorum infra scriptorum  
 gestores, ac nuntios speciales; ita tamen quod specia-  
 litas generalitati non deroget, nec e contrario, videli-  
 cet venerabiles & correlijosos nostros fratres Guillel-  
 mum le Maire, priorem prioratus de sancto Claro,  
 membrum immediate dependentis dicti monasterii, &  
 Guillelmum Dode, dicti nostri monasterii infirmarium,  
 absentes tanquam presentes, latores seu exhibitores præ-  
 sentis procuratorii, & eorum quolibet in solidum spe-  
 cialiter & expresse ad, nomine nostro dictæ nostræ eccle-  
 siæ & conventus ejusdem, tam conjunctim quam di-  
 versim, renuntiandum dictæ ordinationi testamentariæ,  
 seu quartæ parti honorum, nobis, ut præfertur, per  
 eundem dominum cardinalem relictorum & legatorum,  
 & generaliter ad omnia alia & singula faciendum, dicen-  
 dum, gerendum & exercendum, quæ in præmissis &  
 circa ea fuerint & erunt necessaria, quæ etiam opportuna,  
 & quæ nosmet faceremus, si presentes essemus, etiam si  
 talia sint, quæ mandatam exigant magis speciale: promi-  
 tentes bona fide ac sub obligatione rerum dicti nostri  
 monasterii, nos totum gratum, firmum atque stabile ha-  
 bere & perpetuo habituros totum id & quicquid per  
 eosdem nostros procuratores & eorum quolibet actum  
 fuerit in præmissis, si alias quomodolibet procura-  
 tum, & contra nos non venire in futurum. Protestamur  
 etiam quod propterea non intendimus renuntiare  
 nec derogare legato sive legato nobis per eundem re-  
 verendissimum dominum cardinalem factis de suis iura-  
 cionibus & libris Romæ vel alibi existentibus, siue aliis  
 bonis, nec etiam ceteris actionibus nobis competentibus,  
 immo, in quantum opus est, præfatas actiones nobis  
 reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem  
 & testimonium præmissorum presentes literas fieri  
 & nostrorum sigillorum iustissimam appensione muniri.  
 Datum in capitulo nostro anno Domini MCDLXXX.  
 die maris septima mensis Novemb. presentibus ad hæc  
 discretis viris Roberto du Bec & Johanne du Moven  
 clericis Tullesis & Parisiensis diocesis, testibus ad præ-  
 missa vocatis & rogatis.

## C L X X V L

*Ludovicus episcopus Parisiensis pacem reformat inter  
 abbatem S. Victoris & conventum.*

1481. **L**UDOVICUS Dei & sanctæ sedis apost. gratia  
 episcopus Parisiensis, universis præfentes literas  
 inspecturis, salutem. Sollicitudo pastoralis nobis com-  
 missi officii animum nostrum sollicitudine non cessat,  
 ut subditarum nobis, præsertim religiosarum ecclesiarum,  
 paci & tranquillitati invigilemus, & sanctorum patrum  
 instituta in eisdem, quantum cum Deo possumus,  
 irrefragabiliter observari sciamus. Sane cum nuper  
 visitationis officium in monasterio sancti Victoris juxta  
 Parisios, ordinis sancti Augustini, abbate & religiosis  
 ejusdem nobis immediate subiectis, exerceremus, &  
 de ipso regimine inquirentes compertissemus nonnullas  
 altercationes, dissensiones & divisiones inter venera-  
 biles patrem dominum Germanum Medericum abbatem  
 & dicti monasterii religiosos occasione præstationis  
 juramenti per religiosos ipsius monasterii ante futurum  
 abbatis electionis celebrationem præstari consuevi, &  
 quod jurare debet ille, qui in abbatem dicti monasterii  
 ordinatur, & infra mensem ab ejus benedictione lit-  
 teris suo sigillo sigillatim confirmare: quod quidem jura-  
 mentum memoratus abbas, licet debite ab eisdem reli-  
 giosis requisitus, & per suos prædecessores abbates, &  
 præsertim per defunctum pie recordationis dominum  
 Johannem novissimum ejusdem monasterii abbatem  
 præstitum & suis literis confirmatum existisset, præ-  
 stitit recusat & differbat, & alias subortus esse, &  
 in ajores in dies oriri præparatas dissensiones, nisi celeris

provisionis remedium adhiberetur. Quapropter nos  
 summo studio præcavere cupimus ne hujusmodi pestis  
 tantum monasterium, tam celebri sana hæcenus orna-  
 tum invaderet, iteratis vicibus ad dictum monasterium  
 accitis & vocatis nobiscum nonnullis ex dilectis fratribus  
 nostris, videlicet viris venerabilibus dominis & magistris  
 Johanne Henrici cantore Parisi. Guillelmo Compaing  
 decano Aurelianensi, domini nostri regis in sua parla-  
 menti curia consiliario, & Aruro de Vaudetar decano  
 sancti Marcelli prope Parisios officiali nostro canonico  
 Parisi. compluribusque aliis præfabilibus viris nos con-  
 tulerimus, & inquisitione diligenti super præmissis  
 facta die sabbati post *Latare Jerusalem* septima mensis  
 Aprilis, anni Domini M. CDLXXX. præfatum abbatem,  
 religiososeque viros Andream Haufflet priorcem, Johan-  
 nem Militis subpriorem, Petrum Chierot, Johannem  
 Cornelle, Johannem Houdier sacristam, Johannem  
 Petit camerarium, Johannem Caillete præbendam,  
 Johannem Duffos al. Dupont priorem S. Germaini de  
 Corbollo, Andream de Roly celarium, Nicolaum  
 Burgenfis infirmarium, Nicolaum de Vico, Johan-  
 nem Fabri, Guidonem le Tellier, Johannem Blanchy  
 presbyteros, Guillelmum Rochete diaconum, Guil-  
 lelmum Barbier subdiaconum, Johannem Drouart,  
 Antonium Bouvoit, & Jacobum de Bougis acolythos,  
 dicti monasterii religiosos, in ejusdem monasterii par-  
 loerio coram nobis evocari fecerimus, & eorum con-  
 fessionis præstationis juramenti prædicti ab eodem abbate  
 exceperimus, qui nobis responderit apud se non satis  
 plene deliberasse, si hujusmodi juramentum aliquæ suæ  
 dignitatis abbatialis, siueque & successorum suorum  
 præjudicio præstare poterat. Tandem pluribus pro-  
 locutionibus habitis, recognitioneque quarundam lit-  
 terarum, in quibus hujusmodi forma juramenti con-  
 tinebatur scriptarum de manu & litera novissime de-  
 sancti abbatis per dictum abbatem facta, promissit  
 nobis fide media se sex infra festum Pasche tunc pro-  
 xime venturum diebus prædictum juramentum modo  
 & forma contentis in prædictis literis facturum, tra-  
 dendum & emissurum. Verum quia effluxit dicto die  
 Pasche ad nostram pervenit notitiam, quia præfatus  
 abbas promissioni suæ supradictæ minime satisfecerat,  
 idcirco die datæ presentium ad dictum monasterium  
 demo nos contulerimus, & ibidem convocatis in capitulo  
 ipsius monasterii abbate & religiosis præfatis, &  
 coram nobis comparentibus ab eodem abbate causam  
 quare prædictæ suæ promissioni minime satisfecisset  
 percunctati fuimus, quidquid abbas post nonnullas  
 dissimulationes & subterfugia se super hoc consilium  
 singulorum religiosorum suorum velle habere diversit  
 & responderit nobis supplicando quatenus ab eisdem  
 & eorum singulis de & in hac materia recte consulendo  
 sacramentum exigeremus, & si essent, prout ipse est,  
 ad dicti monasterii abbatialem dignitatem assumpti,  
 aut si contingat eos, aut eorum aliquem in futurum  
 ad illam assumi, si juramentum modo quo ab eo præ-  
 stari petunt, præstarent; cujus votis benigne annuente  
 a religiosis supradictis & eorum singulis sacramentum,  
 ut præmittitur, exigimus, quo exacto omnes & singuli  
 se prædictum juramentum facturos & emissuros, si,  
 Domino disponente, contingat coram quæpiam ad  
 hujusmodi dignitatem abbatialem inpossemur assumi,  
 & infra tempus constituimus & consuetum literis suo  
 sigillo sigillatim confirmatos. Omnibus per dictum  
 abbatem visis & auditis & intellectis, hujusmodi jura-  
 mentum benigne in manibus nostris supradictis reli-  
 giosis presentibus præstitit & emisit. Ut autem im-  
 possemur omnis super hoc tollatur ambiguitas, sepe  
 dictum juramentum, siue juramenta presentibus nostris  
 literis de verbo ad verbum inseri fecimus hujusmodi  
 sub tenore.

Ista sunt statuta quæ consuevimus jurare ante electionem  
 nostri abbatis, & quæ jurare debet ille, quem  
 Deus in abbatem nostræ ecclesie ex nostris disponent  
 ordinare, & infra mensem ab ejus benedictione literis



fuo sigillo sigillatis conscribere. Primo quod officium A consuetum & in ordinario ipso scriptum servitium sine consensu capituli non mutabit. Item non recipiet, aut induat aliquem novicium nisi introductum per aliquem quatuor confessorum, & de consensu cameræ; nec faciet aliquem profectum sine consensu cameræ & capituli. Item in receptione noviciorum non habebit personalem acceptionem, sive differentiam rationum, sed recipiet indifferenter idoneos de quacumque sint natione, dum tamen fiant loqui idioma nobis intelligibile. Item quod fratres ad officia prioratus, sive . . . . non promovebit, nec amovebit sine consensu seniorum seu officiariorum, quod idem est. Item quod in magnis punitioibus & correctionibus fratrum nihil faciet per se sine consilio & deliberatione seniorum cameræ, ut consuetum est. Item quod bona officiariorum, seu priorum quæcumque & undecumque ea habuerint vel habeant, sive ratione suæ administrationis, sive aliunde, non sibi, sed communitati & utilitati ecclesie attribuet. Item possessiones ecclesie vendere vel alienare sine consensu capituli non licebit. Item famulum de infirmitate ad sum officium non accipiet. Item vestimenta fratrum decedentium, si adhuc sint honesta, tradet vestiario convertenda ad usus fratrum. Item quod claves cellarii & coquinae portare per infirmarium seu servitorem non faciet. Item quod ipse equitaturam non habebit, nec nominabit, sed de his equis qui in domo habentur, cum opus fuerit, prout sibi placuerit, utetur. Item quod si contingat ipsium electum tempore suæ electionis obtinere prioratum, sive quodvis officium, statim post benedictionem suam renuntiabit eisdem. C Item quod ipse possessiones illas, quas aliqui abbates contra conscientiam possederunt, et aliquæ terræ apud Origniacum, vineæ apud Montfrolium, reditus super aliquas domos Parisius ex nunc dimittet, nec similes sibi attribuat aut possidebit. Item quod quando requiratur ab aliquo officiariorum pro negotiis ecclesie tractandis, seniores, seu officiariorum, quod idem est, faciet congregare, ipsi exprimentes, quatenus super his de quibus requisitus fuerit utilitatem monasterii concernentibus secundum conscientiam suam deliberent, quorum deliberationibus auditis concludat secundum opinionem majoris partis; ipsamque propositionem sui propositionis, conclusam sive conclusas per cameram non revocabit, sed eam, vel eas pro posse adimplebit, quam vel quas etiam quilibet officiariorum tenetur adimplere, salva & libera nihilominus remanente auctoritate totius conventus seu capituli, per quod omnia approbati & finaliter in dicto capitulo, dum opus est, ratificari solent. Que quidem statuta, sive juramenta, ut super scripta sunt, laudavimus & ratificavimus & approbavimus, ludamus, ratificamus & approbamus, ac ea auctoritate nostra ordinaria confirmamus, decernentes futuros dicti monasterii abbates ad ea impostum jurandum & eadem per litteras suo sigillatas sigillo infra mensem ab eorum benedictione computandum, confirmandum teneri debere. In cujus rei testimonium præfentes litteras sigilli cameræ nostræ, una cum suprascripto nuntio abbatis & conventus sigillorum fecimus appensione muniri. Datum in dicto capitulo, die lune in crastino Pentecostes, XI. mensis Jun. anno Dom. M. CDLXXXI. E

## CLXXVII.

*Litteræ conventus sancti Dionysii gratias agentis Alexandro IV. summo pontifici de Johannis de Villers episcopi Lombardiensis & sui abbatis ad cardinalatum promotione.*

1493. A Uditum est in terra nostra, beatissime Pater, & celebri sermone vulgatum verbum, quod nuper fecit sanctissima tua paternitas, & ostendit nobis in pio pastore nostro, non verbi tantum, sed & facti experientia adimplere. Unde cor & caro nostra exultaverunt in Deum vivum, exultat & non immerito præ

virtutum tuarum amplissima claritudine & gloriantur omnis ecclesia sanctorum. Tuo siquidem munere prævenisti nos in benedictionibus dulcedinis, ponens tibi capite amantissimi pastoris nostri coronam de lapide pretioso, ac si fuscentes de pulvere egenum ad collandum eum cum principibus ubis & orbis, ut solum glorie tenet inter eos sub quibus curvantur qui portant orbem. Quod si in filio paternus superabundavit bonos, quid est tua regalis macari Dionysii ecclesia, quod sic memor es ejus; aut quid filius tuus abbas ejusdem, quod sic tua munificentia visitas eum! ut illum primogenitum tuum poneres excelsum præ regibus ac principibus ecclesie, ut tu ipse Alexander juxta Machabæorum historiam Jonathan tuo coronam auream expressanti signo sanctitatis, glorie & honoris imponeres; & purpuram, qua rubicundum vestiretur, adaptares. Hæc sane mutatio tua, mutatio dextere excelsum, qua Abram in Abraham, Jacob in Israel, hoc est in tibi assistente commutasti. Quod latebat sub modio, ponens in lucem, ut qui ingrediuntur donum Dei, videant & lætentur; & sic glorificetur & honorificetur ministerium tuum: nimirum profecto si ministros Christi servus servorum ejus, si inclytos inclytus, studiosos studiosos, emeritos sanctæ sedis bene meritis exaltas. Debitores propterea nos humiles filii tantæ dignationis tuæ decernimus, pro qua in idipsum gratiæ tuæ & gloriæ cardinalatus dignus habitus est assumi vir cui amoris religio, cui honori sapientia, cui honore odori iustitia est vas electionis tuæ in honorem regnum gratiæ & veritatis. Quibus ita gestis, arbitramur plænam Francorum applaudere majestatem, cujus interventione & tui benignitate id ædem credimus. Non enim verius est Valentinianus Romanorum quondam Imperator clarissimus in beatissimi Ambrosii Mediolanensis promotione se profiteri apertè dignificationem, cum is qui sub eo judicis vice fungebatur, dignus esset computatus tanti ministerii apicem; multo amplius regem christianissimum tibi congaudere non ambigimus, quoniam suum providum consiliarium & ad externas nationes legatum in omni domo sua fidelissimum, in tuæ consuetudine curiæ eversit, velut alterum Moysi in consilio David, velut alterum Jethro in Moysi consilio, & de temporalis Francorum regimine in columnam ecclesie firmam & stabilem crexisti. Quod autem pro tanta nobis & ordini nostro impensa beneficentia valeamus tibi rependere, non in prompta habemus, beatissime Pater, nisi quod ex promptuaris cordis nostri haurire potuimus vinum exultationis & lætitiæ, & fruges orationum & precum, quibus augentur incrementa iustitiæ tuæ, sanctissime paternitati tuæ nihilominus supplicantes, ut regalis ecclesie tuæ non immerito privilegia & libertates ejusdem duraturas in ævum concedas, augeas, & confirmes; ut sedem magnitudinis tue gloriæ in Israel confirmet, qui constituit se princeps omnis possessionis suæ, princeps regum terre, in quo semper bene valeas feliciter regnatura. Scriptum apud sacrasanctum divi Dionysii Areopagite cœnobium, XI. kalend. Octobris, anno Domini M. CDXCIII.

Vestri perhumiles & devoti in Christo filii & oratores prior & conventus regalis ecclesie beati Dionysii in Francia.

## CLXXVIII.

*Ingressus Johannis Simon Parisiensis episcopi in ecclesiam suam.*

*Ex schedis D. de G. gene.*

L'AN M. CDXCIV. le . . . Fevrier virent en lostel 1494. de ville de Paris M. M. Jacques Bricet conseiller du roy nostre sire & general fur le fait de la justice des aides, Cristofle de Carmonne procureur general dudit seigneur, Antoine Sanguin maire des eaux & forests de Champagne, Jean Lullier lieutenant civil de la prevosté de Paris, & Eustache Allegrin aussi

general de la justice des aides, tous parents & affins de R. P. en Dieu Monsieur l'evêque de Paris, pour déclarer que le dimanche prochain ledit eveque estoit deliberé de prendre possession dudit eveché & faire son entrée en cette ville, pour y assisler, & après la solemnité se trouvaient au festin avec tel nombre de bourgeois qu'il leur plairoit, a qui fut respondu par M.<sup>r</sup> M.<sup>r</sup> Nicole Viole conseiller du roy nostre sire & correcteur en sa chambre des comptes, prevost des marchands, qu'ils seroient tout l'honneur possible, & le dimanche suivant xv. du mois, ils se trouverent avec nombre de bourgeois a S. Victior sur les degres, ou l'abbé leur presenta l'evêque M.<sup>r</sup> M.<sup>r</sup> Jean Simon, pour le mener a sainte Genevieve du Mont, ou ils allerent a cheval, le presenterent a l'abbé, qui lui presenta l'eau benite, puis l'encens. Il alla faire sa priere a genoux devant l'autel, baïsa les reliques & offrit un drap d'or selon la coutume. Après quoi l'abbé lui montra le livre pour presler le serment, puis après il fut revestu d'habits pontificaux par l'abbé, assis en chaire & après porté par les religieux hors l'eglise. Après furent appellés les vassaux aux quels le prevost des marchands dit: Messieurs, nous laissons en vos mains Monsieur notre eveque, qui le portera, & les moines le suivirent en procession jusques a sainte Genevieve des Ardens ou fut faite station. Et M.<sup>r</sup> de Notre-Dame virent au devant de lui, presenterent l'eau benite, dont il donna aux assistans, après fut donné l'encens. La il rendit aux religieux le texte des evangiles qu'il avoit apporté entre ses mains, & en prit un autre qui lui fut apporté par le chapitre, & retournerent les religieux, & eux paris, de l'eglise Notre-Dame qui estoit fermée, fut baillée un cayer au quel estoit contenu ce qu'il devoit dire, après fut posé a terre & sonna une petite cloche & entra en l'eglise jusques près la chaire ou il fit sa priere, après donna sa benediction, baïsa les reliques, alla à la chaire ou il fut installé & delà conduit au reveillair.

## C L X X I X.

*Bulla electionis Francisci de Poncher in episcopum Parisiensem.*

1519. **L**E O episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Francisco Poncher electo Parisiensi, salutem & apostolicam benedictionem. A postolatus officium meritis licet insufficientibus nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione præsidentibus, utiliter exequi coadjuvante Domino cupientes, solliciti corde reddimus & solertes, ut eum de ipsarum ecclesiarum regiminibus agitur committendis, tales eis in pastores præficere studeamus, qui gregem dominicum luce curæ concredendum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare, commissaque sibi ecclesiis velint & valeant auctore Domino salubriter regere & feliciter gubernare. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium & inantea vacaturarum ordinationis & dispositionis nostræ reservavimus, decretis ex tunc irritum & inane si fecus super hiis per quocumque quavis autoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Postmodum vero ecclesia Parisiensi ex eo quod venerabilis frater noster Stephanus episcopus nuper Parisiensis regimini & administrationi ipsius ecclesie cui tunc præerat in manibus nostris sponte & libere cessit, nosque cessionem ipsam duximus admittendam apud sedem prædictam, pastoris regimine destituta, nos ad provisionem ipsius ecclesie celerem & felicem de qua nullus præter nos hac vice se introumittere potuit sine potest reservatione & decreto obliuissentis supradictis, ne ecclesia ipsa longæ vacationis subiaceret incommotis, paternis & sollicitis intendentes affectibus post deliberationem quam de prædicando eidem ecclesie personam utilem & etiam fructuosam

A cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te presbyterum Turoensem, utriusque juris doctorem & discipulum Stephani nepotem, ac carissimo in Christo filio nostro Francisco Francorum regi illustri, in Christo temporali dominio regni Francie dicta ecclesia consistit, gratum & acceptum, & quem idem Franciscus rex nobis iuxta privilegia & indulta eidem regi per nos & sedem præfatam nominandi personas idoneas ad cathedras ecclesiarum in dicto regno consentientes concecisset per suas litteras nominavit, cui apud nos de vice munditia, honestate norum, spiritualium providentia & temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhiberent, direximus oculos nostræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis & eidem fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de fratum eorumdem consilio apostolica autoritate providemus, teque illi præfiscimus in episcopum & pastorem, curam & administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committimus, in illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, præfata ecclesia sub tuo felici regimine gratia tibi assistente divina regeatur utiliter & prospere dirigatur, ac grata in eisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis ipsorum humeris prompta devotione suscipies, curam & administrationem prædictas sic exercere studeas sollicitè, fideliter & prudenter, quod ecclesia ipsa gubernatori provido & fructuoso administratori gaudet se commissam, tuque præter æternæ retributionis præmium nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam evinde uberius consequi merearis. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. XIX. pridie idus Martii, pontificatus nostri anno vi.

## C L X X X.

*Franciscus I. rex primo à senatoribus majoris consilii mandat ut de criminibus Francisci de Poncher Parisiensis episcopi questionem habeat.*

**F**RANÇOIS par la grace de Dieu roy de France, au 1526. premier de nos amés & fcaux consillers en nostre grand conseil salut. Nostre procureur general en nostre grand conseil nous a fait dire & exposer que vacant l'abbaye de S. Benoît sur Loire au diocèse d'Orléans par le trespas de feu M.<sup>r</sup> Estienne de Poncher, & nous estans prisonnier en Espagne, François Poncher eveque de Paris, & neveu dudit Estienne de Poncher, pour cuider parvenir a estre esleu de ladite abbaye de S. Benoît sur Loire non ayant egard & consideration que tous les benefices, offices, lieffis qui lui, sondit feu oncle, & autres ses parents ont eu, sont venus & procedés tant de nous que de nos predecesseurs, se seroit effloré, & de fait fait ou fait faire par ses serveurs, familiers, acteurs & facteurs, plusieurs grandes simonies & promesses, dons, pactes, & conventions simoniaques avec les religieux de ladite abbaye, & autres personnes, & fait falsifier plusieurs collations d'aucuns priors, pour avoir pluralité de voix, & icelles antidater tant en date qu'en sceau, depuis le trespas de fundit feu oncle, & par les seditions, monopoles, ports d'armes, assemblées illicites, & autres choses par eux à ces fins faites, en desobeissant aux mandemens de notre dame & mere, lors regente en France, auroit mis sedition & controverfe entre notre grand conseil & notre cour de parlement de Paris, & auroit en outre commis & perpetré plusieurs excès, crimes & delits, au grand scandale de nous & de la chloie publique de notre royaume, en demourant grande desobeissance à notre dite tres chere dame & mere pour lors regente en France, nous requerrant sur ce à estre pourveu de remede convenable. Pour quoy nous la chose considerée, ne voulans les choses dessus dites estre tolerées en notre dit royaume,

plus icelles être corrigées & reprîmes, afin que ce soit exemple à tous autres, vous mandons & commettons par ces présentes vous transporter es lieux où ledites choses auroient été commises & perpetrées, & illec ou ailleurs où besoin sera, vous informer diligemment, seulement & bien de ce sur les choses dessus dites, & chacune d'icelles, lesquelles si meilleur est, vous seront baillées en écrit par déclaration, & conformément que fait aurez sur ce, apportés ou envoyés scabement toutes choses closes & scellées par devers nous, pour icelles veïes par nous & notre conseil, i estre pourveu ainsi que verrons estre à faire par raison. Mandons & commandons à tous nos justiciers, officiers & sujets que vous en ce faisant soit obedi. Donné à S. Germain en Laye le XIV. Janvier MDCXXVI.

## C L X X X I.

*Francisci I. regis Francie ad Antisiodorensium episcopatum suum Roma oratore epistola.*

1331. **M**onsieur d'Auxerre, j'ai trouvé que l'Evêque de Paris durant que j'étois prisonnier en Espagne, a machiné plusieurs séditions, pour empêcher mon retour, & pareillement pour ôter la regence à madame ma mere, & dit plusieurs paroles injurieuses touchant mon honneur & le sien. A cette cause je l'ai fait mettre sous votre garde, & ordonné commissaires, pour lui faire son procès: quant au cas privilégié, reste d'avoir une bulle ou brief de nostre saint Pere, par laquelle il commettra le cardinal de Grammont & le president des enquêtes de ma cour de Parlement de Paris, M. Jacques de la Barde prevost du Puy, pour faire son procès quant au crime commis, jusques à sentence définitive & execution d'icelle inclusivement, nonobstant oppositions ou appellations quelconques. Laquelle bulle ou brief vous demanderés de par moy à notre saint Pere, & le priés bien fort de ma part ne me refuser cela, qui me touche de si près que plus ne pourroit, autrement il me donneroit occasion de faire chose, qui porteroit grosse consequence, & dont je prendrai bonne exécution sur son refus, & sur le cas tel qu'il est, auquel il m'est plus que nécessaire pour ma seurte pourvoir, & donner exemple aux autres, qui voudroient entreprendre telles folies: vous communiquerés ces présentes à mon cousin d'Allanye, pour vous ayder de lui, si vous trouvéz que le Pape y fait difficulté; & au demourant vous me ferés savoir ce que vous aurez fait & trouvé avecques nostre dit S. Pere à votre arrivée devers lui, de la charge que je vous ai donnée, & le plutôt que vous pourrés, si ja ne l'avez fait, & sur ce vous dis adieu, qui soit garde de vous. Escris à Fontainebleau le XXVII. jour d'Avoust MDCXXXI.

## C L X X X I I.

*Bulla Clementis pape VII. de abbate & monachis S. Mauri Fossatenfis, in decanum & canonicos seculares transformatis, hujusque decanatus cum episcopatu Parisiensi perpetua unione.*

*Edita est tom. 3. hif. Paris. pag. 600.*

1433. **C**LEMENS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii sancte Genoveve Parisiensis, & in civitate Parisiensi commoranti Germano de Brie archidiacono Albienfi, ac Nicolao Quelin thaurario Omnium sanctorum de Mauriana Sagienfis diocesis, ecclesiasticam salutem & apostolicam benedictionem. Sacri apostolatus ministerio, meritis licet imparibus, divina disponente clementia, præsidemus, inter multiplices curas, quibus assidue pro rerum negotiorumque varietate distrahimur, illam ilicenter amplectimur, per quam nostre provisionis auspicijs, patrum personis ecclesiasticis pontificali dignitate decoratis, pro onerum

illis incumbentium supportatione opportuna adint subsidia, ac ecclesiarum quarumlibet decori & venustati consulatur, in eisdem divinus cultus cum Christi fidei consolatione spirituali incrementum suscipiat; & ad hoc officii nostri partes interponimus, prout catholicorum regum vota exposcunt, ac ecclesiarum & personarum earundem, necnon & locorum & temporum qualitatibus & conditionibus diligenter consideratis, conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte charissimi in Christo filii nostri Francisci Francorum regis illustris, ac venerabilis fratris nostri Johannis episcopi Parisiensis, ac dilectorum filiorum conventus monasterii sancti Mauri de Fossatis, ordinis sancti Benedicti, Parisiensis diocesis, nobis nuper exhibita petito continebat, quod olim civitas Parisiensis perexigua existeret, & civitate nonnulla faciente, ac infimorum & modicorum civium & incolatum haberet copiam, in ea episcopalis ecclesia Parisiensi supdata, & reliqui reditus ad tunc episcopi Parisiensis commodam sustentationem, & onerum sibi incumbentium supportationem suppetentes assignati fuerunt: sed postmodum, divina annuente clementia, civitas ipsa tunc Francorum regum & regni Francie procerum beneficiis adeo crevit, ut regum eorumdem ac procerum & maximam, necnon prelatorum dicti regni quasi communis habitatio habeatur. In ea nauque palatia & alias immensas domos ferme singuli habent, ac ejusdem regni & totius Francie dominationis civitatum caput, & murorum amplitudine, & populis frequenta præcipue effecta existit. Ac in illa senatus ipsius regis, quod Parlamentum vocant, ac Universitas orbis facile major, in qua pro orthodoxe fidei defensione & incremento, ordinariæ & publicæ lectiones, potissime sacrarum literarum ac etiam (legali disciplina excepta) ceterarum bonarum artium, & si quid hæretici & alii ab ipsa fide discipuli in toto ipso orbe contra lectionem evangelicam & alia catholica dogmata moliantur, pro illorum reprehensione, & ut exiude clarum & lucidum forum dictorum reportent judicium, publicæ dissertationes & positiones sunt, pluraque & diversa scholarum, in quibus juvenes & alii scientiæ cupidè commode doceri, & bonis artibus imbui possint, aut clericorum secularium, necnon religiosiarum personarum collegia diversorum ordinum, & numerosa & insignis cœtus, ac utriusque sexus monasteria frequenter fundata conspiciuntur: ac ut ipsa civitas illustrior & celebrior evaderet, qui senatus ipsam constituerunt, hunc ecclesiastico ordini habuerunt honorem; ut summam appellatione legibusque solumam judicandi potestatem non hinc tantum committerent, sed ecclesiasticos viros illis commixtos, quorum gravitate, sanctimonia & integritate licet ipsi erudirentur, & causæ ecclesiasticæ in illo protectores haberent adsciscere, quodque pro tempore existentis episcopi Parisiensis ex senioribus ipsius senatus unus perpetuo existeret, eidem dignitati episcopi senioris dignitas adhereret, voluerunt. Quo processit, ut cum ex toto ipso regno quamplurimum scelerum rei per seculares judices comprehensæ, vel alias coram ipsis accusatæ, per appellationis beneficium, aut personaliter in ipso senatu comparere tenerent, vel etiam adducatur causæ appellationum suarum dicturi, vel delictis quorum rei deseruntur responsuri, & ob clericale beneficium ipse senatus eos ad ecclesiasticum judicem ducit remittendos ex certis causis eos moventibus eisdem reos, etiam si aliene diocesis existant ad episcopum Parisiensem, tanquam proprium judicem, eis nequam reclamantibus, remittat: in quorum processum discussione, necnon jurisdictionis ecclesiasticæ in tam numerosa & omni genere populorum conferta civitate, propter diversorum inibi commissorum criminum multitudinem, præfatus episcopus magnas & intolerabiles expensas, nullo inde proveniente emolumento, cum ab eisdem reis forsan egestatis affectis, vel quod nihil possit, vel non debeat, seu non liceat exigi, supportare;

ac cum in solemnibus festis, aliisque pluribus diebus anni ex statuto vel consuetudine hactenus inviolabiliter observatis, in eadem ecclesia rem divinam peragit, & ecclesiasticum celebrat officium, totum ipsius ecclesie clerum (qui nunc pro civitatis claritate numerosissimus existit) a maximo usque ad minimum convivio excipere, & in illo omnes fratrorum ordinis, ac theologiam in ipsa universitate professentes, prater etiam innumerum ipsius civitatis clerum admittite: insuper legatos & oratores diversorum regum, nationum, & communitatum, qui pacis & fideiorem vel sanctiorum vel fideiendorum, & incouculse observatorum gratia, illic sese gregatim conferunt (ne ab officio deficiere, & quodam vel dedecori rubigine dignitatem suam episcopalem labefacere videatur) salute, & honorifice recipere teneatur; ac pro tantorum onerum supportatione nulla mensie episcopali Parisiensi addita sunt emolumenta, & antiqui illius fructus non modo ad premissa, sed nec ad commodam sustentationem episcopi Parisiensis, temporum & rerum qualitate pensata, pro quadimestri sufficiunt: ac dictum monasterium sancti Mauri (in quo corpus ipsius sancti honorifice reconditum existit) a Christi fidelibus partium illarum jugiter veneratur; & ob Christi fidelium multitudinem ad ecclesiam ipsius sancti Mauri monasterii pro divinis officiis audiendis, ac alias devotionis causa accedentium, monachi dicti monasterii sancti Mauri a regulari discipline observantia, ac regulari vivendi modo plurimum distrahantur, quo fit, ut vota Altissimi, iuxta regularia instituta non reddentes, animarum suarum saluti minime consulant: & seculares ex eorum mutua conversatione & vita, & regulari discipline observantia quodammodo aliena illorum sanæ & decori detrahant. Verum si in dicto monasterio, quod præfatus Johannes episcopus ex concessione apostolica in commendam obtinet, nomen & titulus monasterii, ac dignitas abbatialis & conventualis, necnon in illo & prioratibus, aliisque regularibus beneficiis dicti ordinis ad ipso monasterio dependentibus omnis status & dependentia regularis, necnon singula loca, & monachales portiones ac officia claustralia dicti monasterii penitus & omnino supprimerentur & exinguerentur, ac ecclesia dicti monasterii in collegiatam erigeretur & institueretur in ex loco dignitatis abbatialis prædictæ unus decanatus principalis pro episcopo Parisiensi pro tempore existente, qui decanus ejusdem ecclesie existeret, & una cantoria non principalis, inibi dignitates, pro uno canone, ac octo canonicis, & totidem præbendis pro octo canonicis, necnon perpetuæ vicariæ seu capellanæ pro quatuor vicariis seu capellanis, qui inibi missas & alia divina officia diurna pariter ac nocturna celebrare, & inibi divinis officiis interesse & personaliter residere deberent, erigerentur & instituerentur: ac quatuor pueri chori, necnon unus magister, qui eosdem pueros in arte musice erudire deberet, deputaretur: ex hoc profecto ipse Johannes & pro tempore existens Parisiensis episcopus in suis necessitatibus aliquid subventionis auxilium reciperet: ac prædicta & alia sibi tempore incumbentia onera facili supportare posset: ac ecclesia sancti Mauri venustior redderetur: & divinus cultus in ea & ad illam Christi fidelium devotio cum illorum spirituali consolatione augmentum suscipere. Quare pro parte Francisci regis, & Johannis episcopi, ac conventus præfatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in monasterio sancti Mauri nomen & titulum monasterii, ac dignitatem abbatialem & conventum, necnon in illo & prioratibus, aliisque beneficiis dependentibus omnem statum, & dependentias regulares, necnon omnia & singula officia ac loca, & monachales portiones hujusmodi supprimerentur & exinguerentur, & ecclesiam sancti Mauri monasterii hujusmodi in ecclesiam collegiatam, cum mensa capitulari & sigillo & arca communibus, aliisque collegialibus insigniis: necnon loco abbatialis dignitatis unum decanatum principalem pro episcopo

Parisiensi pro tempore existente, & unam cantoriam pro uno cantore, & octo canonicis, & totidem præbendas pro octo canonicis secularibus: necnon perpetuas vicariæ seu capellanias pro quatuor totidem vicariis seu capellanis, qui inibi missas & alia divina officia diurna pariter & nocturna celebrare teneantur, erigere & instituire: ac quatuor pueros, & unum magistrum tantum, ad ipsius Parisiensis episcopi nutum amovibiles constitui & deputare, aliisque oportune dignarentur. Nos igitur qui dudum inter alia volumus, quod preterites beneficia ecclesiastica aliis uniri, teneantur exprime re verum annum valorem, secundum communem estimationem etiam beneficii, cui aliud unum peteretur, alioquin unio non valeret: & semper in unionibus vocarentur quorum interesset, quique ecclesiarum quarumlibet decorem & venustatem, ac ita illis divini cultus augmentum, & antiarum statum sinceris exoptamus affectibus, de præmissis factum notitiam non habentes: necnon Johannem episcopum & singulares personas conventus hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: necnon mensie episcopalis & monasterii, ac singulorum locorum & monachalium portionum, ac officiorum & prioratum, necnon beneficiorum dependentium eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, præsentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationi inclinari, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum, si est ita, in dicto monasterio sancti Mauri nomen & titulum monasterii ac dignitatem abbatialem & conventualitatem, necnon in illo & prioratibus, aliisque beneficiis dependentibus omnem statum & dependentias regulares, necnon omnia & singula officia ac loca & monachales portiones hujusmodi, quorum quantitates, qualitates, situationes, dioceses, & denominationes, etiam præsentibus haberi volumus pro expressis: ita ut de cetero loca & monachales portiones monasterii ipsius sancti Mauri, ac prioratus & officia claustralia dicti, denotantur & censeri non possint, penitus & omnino perpetuo supprimere & exingueri: ac in ecclesia monasterii sancti Mauri hujusmodi statum regularem in statum canonicorum presbyterorum & clericorum secularium immutare, & non ad statum regularem reducere: ipsamque ecclesiam sancti Mauri in secularem & collegiatam, ac in ea capitulum seculare cum mensa capitulari & sigillo, ac arca communibus, aliisque collegialibus insigniis: necnon loco suppreste abbatialis dignitatis hujusmodi unum decanatum principalem pro episcopo Parisiensi pro tempore existente, qui inibi omnimodam jurisdictionem, superioritatem, potestatem, auctoritatem & præminenciam habeat, prout abbas ipsius monasterii sancti Mauri pro tempore existens habere poterat & consueverat: & unam cantoriam non principalem, inibi dignitates pro uno cantore, & octo canonicis, & totidem præbendas pro octo canonicis secularibus: necnon quatuor perpetuas sine cura vicariæ seu capellanias pro totidem vicariis seu capellanis; qui inibi missas & alia divina officia diurna pariter & nocturna celebrare teneantur, sine alicujus præjudicio erigere & instituire: & quatuor pueros, & unum magistrum tantum ad ipsius Parisiensis episcopi pro tempore existentis nutum amovibiles constitui & deputare: necnon omnes & singulos ipsius sancti Mauri monachos etiam illius officia, & ab eo dependentes prioratus hujusmodi obvinentes, eundem ordinem in dicto monasterio sancti Mauri tacite vel expresse professos (tribus votis substantialibus per eos emissis, a quibus minime absoluti censentur, salvis remanentibus) ab observantia constitutionum ordinis, statutorum & consuetudinum regularium

regularium monasterii sancti Mauri ordinis praedicti, & a regula ejusdem sancti Benedicti, & secundum illam divini officii recitatione: ita ut ipsi monachi nunc regulares, de cetero canonici seculares dicte ecclesiae S. Mauri exsistant, & pro talibus habeantur & reputentur, ac de cetero habitum regularem dicti ordinis gestent, & illius regularia instituta, ritus & mores, etiam quoad divinum officiorum celebrationem, jejunia, victum, ciborum & indumentorum usum, & quaecumque alia, ad quae ratione dicti ordinis tenebantur, observare minime teneantur: sed in habitu, incessu, moribus & vita quoad omnia, secularibus canonicis aliarum ecclesiarum collegiarum secularium partium illarum, se omnino & ubique, absque ullius apostatae nota aut censura ecclesiasticae incursum conformare: necnon de fructibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum pro eos nunc & pro tempore obtinendorum, ac bonis suis quibuscumque mobilibus & immobilibus propter eos ac eorum quemlibet tam ex successione parentum, quam intuitu ecclesiae, vel alias licite ex eorum industria acquisitis & acquirendis, etiam in eorum ultimis voluntatibus, & alias, ac si clerici seculares existerent, libere tellari & disponere possint: sic tamen quod illis ab intestato decedentibus, etiamsi confanguineos habeant, nihilominus dictus episcopus quodam bono intuitu dicte ecclesiae S. Mauri acquiritur succedat, absolvetur penitus & liberare: ac singularum locorum & monachalium portionem ac mensam conventuali, necnon si illa obtinendo ad hoc accesserit assensus singularum officiorum mensa capitulari: singularium vero prioratum ac beneficiorum dependentium eorundem cedendo etiam ex causa permutationis vel decedendo illorum possessoribus: seu prioratus ac beneficia dependentia hujusmodi, alias quomodolibet dimittendo vel amittendo, & illis quovis modo vacantibus, etiam apud sedem apostolicam, etiam in manibus nostris fructus, redditus & proventus ac bona quaecumque eidem mensae episcopali. Ita quod licet capitula dicte ecclesiae S. Mauri mensa conventuali, ac locorum & monachalium portionem, necnon officiorum secularium, ac nunc & pro tempore episcopo praefatis mensae abbatis, etiam ex nunc, & cum simul vel successive, ut praefertur, vacaverint, prioratum & beneficiorum dependentium, fructuum & reddituum & proventuum, & bonorum eorundem corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere & perpetuo retinere: ac capitulo in distributionibus quotidianas pro cantore, & canonicis ac vicariis seu capellanis praedictis in dicte erigenda ecclesia divinis interessentibus, juxta praeviam ordinationem ipsorum episcopi & capituli desuper habendam, dividere: episcopo vero & praefatis in suos & mensae episcopalis usus & utilitatem convertere: necnon eisdem prioratibus & beneficiis per presbyteros idoneos seculares, vel quorumvis ordinis regulares in divinis deserviri, & curam animarum illis imminenter exerceri, & sacramenta ecclesiastica illis ministrari fecere (diacepsorum locorum, vel quorumvis aliorum licentia minime requisita) perpetuo applicare & appropriare. Quodque collatio, provisorio & omnimoda alia dispositio cantoris, canonicatum & praebendarum, necnon & vicariarum perpetuarum seu capellaniarum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quorum collatio, provisorio, aut ad illa personarum idonearum praesentatio ad abbatem, & institutio ad episcopum praefatos, ad eundem episcopum plenaria collatio. Quorum vero praesentatio personarum idonearum ad ipsum abbatem, & institutio personarum sic praesentatarum ad quovis alios collatores pertinet etiam praesentatio, & jus praesentandi personam idoneam ad beneficia hujusmodi, & alias de illis disponendi, prout ad ipsum abbatem pertinet, ad eundem episcopum pertinet, statuere & ordinare. Ac praefato Johanni & pro tempore existenti episcopo, tam circa divinarum officiorum celebrationem, quam bonorum & rerum dicte

Tonus VII.

**A** ecclesiae sancti Mauri conservationem & documentum, ac illius fructuum distributionem una cum eisdem capitulo statuta & ordinationes licita & honesta condere, & condita limitare, corrigere & interpretari, secundum rerum & temporum qualitates, etiam cum penarum & censurarum adjectione, & loco illorum aliquid vel alia statuta & ordinationes, quoties placuerit, & expedire visum fuerit, edere.

Quae postquam condita, limitata, correctae, aut de novo edita fuerint, eo ipso auctoritate apostolica confirmata sint, & esse censentur: necnon eidem ecclesiae S. Mauri, ac illius cantori, capitulo, & aliis dignitates, personatus, administrationes, vel officia ac canonicatus & praebendas, aliasque beneficia ecclesiastica pro tempore obtinentibus, ac aliis personis ejusdem ecclesiae S. Mauri aut omnibus & singulis facultatibus, gratiis, prerogativis, concessionibus & indulgiis etiam eidem monasterio ante illius suppressionem hujusmodi, tam apostolica quam ordinaria auctoritate, ac alias quomodolibet concessis, ut prius, & quibus alia ecclesiae collegiatae seculares partium carumdem, illarumque canonicis & persona de jure vel consuetudine, ac alias quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, etiam quoad delationem almutiarum absque differentia uti, potiri & gaudere valeant, plenam & liberam facultatem concedere pariter & indulgere. Et nihilominus monachos praefatos & eorum singulos, qui propter transgressionem institutorum regularium eorundem, aliquam apostatae notam aut irregularitatem forsan incurrerint, ab hujusmodi excessibus & apostatae reatu, ac quibusvis excommunicationis, aliusque sententiae, censurae & penis ecclesiasticae, quas praemissorum occasione quomodolibet incurrerunt, absolvetur: & super irregularitate, si quam censuris hujusmodi ligati, missas & alia divina officia celebrando, & alias illis se immiscendo contraxerint, quodque, quaecumque, quotcumque & qualiacumque sine cura & cum cura, secularia, alias tamen fe invicem compatienda beneficia ecclesiastica, etiamsi canonicatus & praebendae, dignitates & personatus, administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitaniis, post pontificales majores, seu ecclesiarum collegiatarum hujusmodi principes fuerint, & ad dignitates, personatus, administrationes vel officia hujusmodi consequerintur qui per electionem assumi, etiam que immittent animarum alias eis canonice conferenda, etiam post suppressionem & reductionem ejusmodi recipere: illaque necnon quaecumque, quotcumque & qualiacumque beneficia ecclesiastica secularia & regularia, quae quilibet eorum ex quibusvis concessionibus & dispensationibus apostolicis in titulum & commendam ac alias obtinere, & in quibus & ad quae jus eis quomodolibet competit, ut prius retinere: illaque simul vel successively simpliciter, vel ex causa permutationis quoties eis placuerit dimittere, & loco dimissi vel dimissorum alia similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica quaecumque, quotcumque & qualiacumque, cum cura & sine cura (se invicem tamen, ut praefertur, compatiens) similiter recipere, & retinere. Ac quascumque pensiones annuas eis super quibusvis fructibus, redditibus & proventibus ecclesiasticis eis forsan assignatas, ut prius quoad vixerint percipere, exigere & levare, nec quibusvis gradus, indulgiis & dispensationibus eis & eorum cuilibet concessis, uti, potiri, gaudere, & beneficia sub illis comprehensa recipere, & juxta eorum tenore retinere libere & licite valeant, dispensare, ac omnem inhabilitatis & infamiae maculam sive notam per eos praemissorum occasione contractam penitus abolere: necnon beneficia obtenta & hujusmodi propter reductionem praedictam non vacare, & commendas non cessare, ac dispensationes, gratias, & indulgia hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ac cum clausula permittendi & commendandi cedendi: necnon derogationibus ac omnibus & singulis aliis in eis contentis clausulis eidem monachis

K

etiam post reductionem ejusmodi, suffragari posse & debere in omnibus & per omnia, peinde ac si reductio prædicta facta non fuisset: necnon si fecus super his a quodam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernere auctoritate nostra curetis; & nihilominus si suppressionem, extinctionem, immutationem, reductionem, elevationem, institutionem, constitutionem, deputationem, abolitionem, liberationem, applicationem, statutum, abolitionem & decretum hujusmodi, ordinationem, concessionem, indulgentiam, dispensationem per vos, vel aliquem vestrum vigore presentium, fieri contigerit, per vos, vel alium, seu alios Johanni, & pro tempore existentis episcopo Parisiensi, ac cantori, canonicis, ac aliis personis ecclesie S. Mauri hujusmodi præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, factis eadem auctoritate nostra invariabiliter observari: non permitentes eos quos literæ hæc concernunt desuper quomodolibet indebitè molestari. Contra factores, molestatores, quolibet & rebelles per censuras & penas ecclesiasticas, ac alia opportuna juris remedia, appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processionalibus, censuras & penas ipsas, quoties opus fuerit, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantè voluntate nostra priori prædicta, ac ultimo celebrati Lateranensis concilii, necnon quibusvis aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac magistris S. Mauri & ordinis prædicti juramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque & indulgentiis apostolicis eidem monasterio sancti Mauri sub quavisumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, ac alias quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialiter, specificè, expressè & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, in sequenti tenore presentium pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hæc vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indulgentiam, quod interdicti, suspensionis, excommunicationis non possint per literas apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: proviſo quod prioratus & beneficia dependens hujusmodi propterea debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura, si qua illis imminuat, nullatenus negligatur: sed eorum congrue supportentur onera sancta. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo trigésimo tertio, idibus Junii, pontificatus nostri anno decimo. *Signatum supra plicam. B. Motta.*

## CLXXXIII.

*Antescripta bulla exsecutio per commissarios nominatos & deputatos.*

*Edita est prob. hist. Paris. tom. 1. pag. 605.*

1336. **I**N nomine Domini, amen. Universis presentes litteras hæc præsens publicum instrumentum, sententiam nostram definitivam infra scriptam in se continentes seu continens visuris, lecturis pariter & audituris, Philippus permissio divina incliti monasterii sancte Genoveve Parisiensis, ordinis sancti Augustini, ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis,

A humilis abbas, & Nicolaus Quelain in errore juræ licentiatu ecclesie collegiate Omnium sanctorum de Mauriana Sagensis diocesis italicarum, domini nostri regis in sua magna curia parisiensi Pacifici consiliarius, & in magna camera imperatorum pacifice curie prædictus, judices seu commissarii in hac parte, una cum quodam viro nostro in hac parte collega, cum illa clausula, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, & cetera, a quodam sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Clemente divina providentia supra scripto commissi & delegati per rescriptum apostolicum, cujus tenor supra.

Notum facimus, &c.

*Post multa*

Christi nomine invocato; viso processu motu & pendente coram nobis abbate monasterii sancte Genoveve, &c. *Post pauca sequitur definitiva sententia his verbis.* Dicimus, non obstante contumacia defectu & contumacia, ac aliis quibuscumque pro oppositionem propositis & allegatis, fore & esse ad definitivam sententiam procedendum, & procedendo per hanc nostram sententiam, quam pro tribunali seculares solum Deum præ oculis habentes fecimus in his scriptis.

Præfati monasterii S. Mauri nomen, titulum ac dignitatem abbatialem & conventualitatem, necnon in illo & prioratus aliisque beneficiis dependentibus, omnem statum & dependentias regulares, ac etiam omnia & singula officia ac loca & monachales portiones prædicti monasterii S. Mauri, prioratus & officia claustralia, auctoritate apostolica, qua in hac parte fungimur, omnino & perpetuo supprimimus & extinguimus: ita ut de cætero præmissa loca & monachales portiones prædicti monasterii, prioratus & officia claustralia dicti, nominari & censer non possint: dictaque ecclesiam S. Mauri, loco status regularis nunc extingui & suppressi in statum canonicorum, presbyterorum & clericorum secularium immutamus, & ad statum secularem reducimus; ipsam ecclesiam S. Mauri in secularem & collegiatam, ac in ea capitulum seculare, cum mensa capitulari, sigillo & arca communibus, aliisque collegialibus insigniis, unum decanatum dignitatem principalem pro episcopo Parisiensi pro tempore existente, qui inibi omnimodam jurisdictionem, superioritatem, potestatem, auctoritatem & præminetiam habeat, prout abbas ipsius monasterii pro tempore existens habere poterat & consueverat, loco dignitatis abbatialis suppressæ: unam cantoniam non principalem inibi dignitatem, ac novem canonicos seu canonicatos, & decem præbendas: duas videlicet pro cantore, reliquis pro octo canonicis: quatuor perpetuas sine cura vicarias, seu capellanias, pro totidem vicariis seu capellanis: ac quatuor pueros & unum magistrum cantus, ad ipsius episcopi Parisiensis diocesis ecclesie decani pro tempore existentis nutum amovibiles: qui in dicta ecclesia S. Mauri missas, & alia divina officia diurna pariter & nocturna sine ulla omissione facere, dicere, decantare & celebrare perpetuo teneantur, eadem auctoritate apostolica erigimus, instituiamus & deputamus: quibus redituum committent in executione hujusmodi nostre sententie assignabimus & deputabimus: omnes & singulos dicti monasterii S. Mauri nunc suppressi monachos, etiam ipsius officia & ab eo dependentes prioratus obnoxiosos ordinis sancti Benedicti in monasterio S. Mauri tacite vel expresse profectos, ab obedientia constitutionum, ordinationum, statutorum, consuetudinum regularium monasterii S. Mauri, & ordinis prædicti, ac regula sancti Benedicti, necnon decantatione divini officii secundum eandem regulam omnino (tribus votis substantialibus per eos emisis, a quibus nuncime absoluti teneantur, levibus remanentibus) absolviimus & liberamus. Decretum quod ipsi monasterii sine regulares, de cætero canonici seculares diocesis ecclesie S. Mauri existant, ac pro talibus habeantur & reputentur: ac habitum regularem per monachos dictorum ordinis & monasterii gestari solitum, gestare,

& illius regulari instituta, ritus, mores, etiam quoad divinarum officiorum celebrationem, jejunia, vicium, ciborum & indumentorum usum, & quaecumque alia, ad quae ratione dicti ordinis tenebantur, minime teneantur: sed in habitu, incestu, ritu, moribus & vita, quoad omnia secularibus canonicis aliarum ecclesiarum collegatarum secularium vicinarum se omnino & ubique, absque aliquo conformatae nota, & censuræ ecclesiasticæ incurfu, assensurae possunt & valent.

Similiter auctoritate apostolica prædicta decernimus & ordinamus, quod præfati canonici (sicut præmissum est) e statu regulari & monachali in statum secularium canonicorum reducti & assumpti, de fructibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum per eos nunc & pro tempore obtentorum, ac bonis quibuscumque mobilibus & immobilibus per eos & eorum quemlibet, tam ex successione parentum quam intuitu ecclesiæ, vel alias licite eorum industria acquisitis & acquirendis, etiam in eorum ultimis voluntatibus, & alias quomodocumque, ut ceteri clerici seculares libere testari & disponere (ita tamen quod ipsi ab intestato decedentibus, etiam si consanguineos habuerint, dictus episcopus quoad bona ecclesiæ acquisita, succedat) possint & valeant. Insuper omnes & singulos redditus & proventus dictæ dignitatis abbatialis nunc suppressæ, ac mensæ conventuali, seu dicto monasterio sancti Mauri quoquo titulo competenter & permixta, competunt & pertinent, ac portiones quascumque monachales, & redditus officiorum claustralium dicti monasterii, mensæ episcopali Parisiensis ex nunc omnes vero & singulos redditus & proventus quorumcumque prioratum & beneficiorum regularium a dicto monasterio dependentium ex tunc, cum dictis prioratibus & beneficiis quotiens per mortem modernorum possessorum (si comite eorum vita non resignaverint) ex aliorum vero hujusmodi beneficia exinde obtinentium persona, quancumque etiam ex causa permutationis vacare contigerint, unimus & incorporamus, appropriamus & applicamus: decernentes ut ex nunc aut ex tunc cum prædicta beneficia, ut præmissum est, vacaverint, præmissorum prioratum, beneficiorum, reddituum & proventuum, & bonorum eorumdem æqualem, realem & corporalem possessionem idem episcopus Parisiensis per se vel alium ab eo deputatum propria auctoritate libere respectu capere & apprehendere, & perpetuo nomine dictæ episcopalis dignitatis retinere, & in usus & mensæ episcopalis usus, & ad illius utilitatem convertere possit & valeat: ita tamen quod cultus divinus in dictis prioratibus & aliis beneficiis dependentibus, sicut præmittitur, suppressis, non minuat servitium divinum diurnum ac nocturnum ex consuetudine antiquæ diet, celebrari & decantari solum non omittatur: sed omnino & integre, ut dicti consueverit, per presbyteros idoneos seculares aut regulares dicatur, celebretur & decantetur, curaque animarum illis imminens exerceatur, ecclesiasticæque sacramenta per prædictos presbyteros seculares aut regulares administrantur. Præterea ordinamus & decernimus, quod collatio & provisorio, & omnimoda alia dispositio curatior, & canonicatum & præbendarum, necnon vicariorum perpetuarum seu capellaniarum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, quorum collatio, provisorio, aut ad illa personarum idonearum presentatio ad habendam, & intuitu ad episcopum præfatum, ad eundem episcopum plenaria collatio: quorum vero personarum idonearum presentatio ad ipsum abbatem, & intuitu personarum sic presentatarum ad quosvis alios collatores pertinet, prædicta presentatio & jus presentandi personas idoneas ad beneficia hujusmodi, & alias de illis disponendi, prout ad ipsum abbatem pertinebat, ad eundem episcopum libere pertinent: præmissa insuper apostolica auctoritate ordinamus, quod idem reverendissimus cardinalis ac pro tempore episcopus Parisiensis tam circa divinarum officiorum celebrationem, ac honorum dictæ ecclesiæ

S. Mauri conservationem, & illius fructuum distributionem una cum eisdem cantore & canonicis statuta, & ordinationes licite & honeste, etiam cum penarum & censurarum adjectione condere & conditi limitare, corrigere & interpretari, secundum rerum & temporum qualitates, quoties placuerit & expedire visum fuerit, edere. Quæ postquam constituta, limata & correctæ, aut de novo edita fuerint, auctoritate apostolica confirmata sint, & esse censentur. Insuper prædictæ ecclesiæ S. Mauri, sic in ecclesiam itaculum erectæ, ac illius cantori, canonicis & capitulo, ac aliis in dicta ecclesia pro tempore obtinentibus ecclesiastica beneficia, ut omnibus & singulis facultatibus, gratis, prærogativis, concessionibus & indulgentiis eisdem monasterio S. Mauri, ante hujusmodi suppressionem, iam apostolica quam ordinari auctoritate, aut alias quomodolibet concessis, ut prius, & quibus alie ecclesiæ collegiæ vicinæ seculares, illarumque canonici & persone de jure vel consuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, possunt & gaudent, uti, possint & gaudere consueverunt, etiam quoad aliamquam delationem, absque aliqua differentia in futurum, uti, possint, gaudere valeant, plenam & liberam facultatem eisdem auctoritate apostolica impartimus, & concedimus ac indulgemus: & nihilominus archiepiscopo Senonensi & episcopo Carnotensi, & suis successoribus eorundemque episcopalis (dictis sedibus archiepiscopali Senonensi & Carnotensi vacantibus) jus visitationis in illis locis, in quibus prioratus & alia regularia beneficia a dicto monasterio dependentia exstant, ac procuracionem ratione dictæ visitationis debitam: necnon jus, taxam super prædictis locis, quotiens decime papales, aut alie subventiones a clero dictarum dioceseon exiguntur, imponendi, & alia jura quæ ante hujusmodi suppressionem & unionem in dictis prioratibus & beneficiis regularibus a dicto monasterio dependentibus, præfati archiepiscopi & episcopi hæcenus habuerunt, & habere consueverunt. Similiter archidiacono Parisiensis pro tempore existentis jus de novo instituendi, seu installandi dictum episcopum Parisiensis in decanum dictæ ecclesiæ S. Mauri, ac jus pro hujusmodi institutione seu installatione, summam decem librarum Parisiensium percipiendi, sicut ab antiquo idem archidiacono præmissis fecere & percipere per se & suos prædecessores archidiaconos consueverat: ac etiam cantori ecclesiæ Parisiensis, & suis successoribus jus unum porcum verrem, aut pro illo centum solidos Parisienses in qualibet nova institutione episcopi Parisiensis, tanquam ecclesiæ S. Mauri decani habendi & percipiendi: necnon curato ecclesiæ parochialis sanctæ Marie civitatis Parisiensis cum redditum super fructibus & redditibus infirmarum dicti monasterii S. Mauri quem idem curatus sibi debere præterdidit, respectu reservavimus & reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem & robur, & testimonium præmissorum presentes litteras, seu preteritis publicum instrumentum, nostram definitivam sententiam in se continens publicari, & in hanc publicam formam redigi per notarium publicum subscriptum, hujusmodi causæ scribam per nos assumptum, singulorumque nostrorum fecimus appensione muniri. Lecta, lata & promulgata fuit hæc nostra definitiva sententia per nos ad jura reddenda apud hanc capituli insignis ecclesiæ Parisiensis, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto, indictione nona, die Jovis post festum Assumptionis beate Marie virginis, menses augusti die decima septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri, domini Pauli divini providentia papæ tertii, anno secundo, presentibus theobaldo venerabilibus & discretis viris, magistris Egidio Perrin officiali curiæ domini archidiaconi de Joyau, in ecclesia Parisiensis, Stephano de Blaura, Philippo Moirin in iuribus licentibus, in foro ecclesiastico Parisiensis advocatis, honestis viris magistris Martino Mc'nard, Johanne Mercier, Guillelmo Pêcheur, Guillelmo Noctet, curiarum conservationis privilegiorum apostolicorum

universitatis & episcopalis Parisiensis notariis, una cum pluribus aliis testibus ad premissa vocatis & rogatis.

## CLXXXIV.

*Bulla Pii IV. summi pontificis de dominio sancti Mauri Fossatis permutato.*

1564 P I U S episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Senonensi, salutem & apostolicam benedictionem. Quanto propensiores sunt in republicam christianam ac nos & hanc sanctam sedem dilectæ nobis in Christo mulieris Catharinæ reginæ, charissimi in Christo filii nostri Caroli Francorum regis christianissimi genitrici, pia studia; tanto nos impensis æquum est consulere, ut ea quæ pro suis dilectæ Caroli regis & suarum commoditatibus, sine alieno detrimento a nobis postulat, nostræ provisionis ministerio consequatur; quin etiam insuper speciali dilectæ sedis munificentia & liberalitate favorabiliter profequatur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectæ Catharinæ reginæ, suo & dilecti filii Guillelmi electi Parisiensis episcopi nominibus petitio continebat, quod alias ipsa considerans vetustam illam regiam, quæ est ad nemus Vicenarum prope Parisios, arce quidem turribusque excelsis & numerosis sed inutilibus conspicuam, ædes habere jam pridem ruinis deformes, & carie consumptas, eademque ædes angustas & depressas, ut qui illam, cum ob æris temperiem, tum vicine urbis Parisiorum commoditatem, frequentiam, reges vel nobilissimos quoque principes aule suæ, per pagos circum circa distans magno cum incommodo disponere cogatur: nec in hac prope extrema temporum calamitate novas illic ædes, ad excipiendam tantam nobilitatem & aulicorum multitudinem capaces fundari, nec fundatas ad cultum perducere posse: ac proinde in loco sibi prospicere gelens, huic regis vicino eodemque salubri, in quem sive dum rex ipse apud dilectam regiam residet, sive quibus causis succedere, ac etiam eundem regem ejusque fratres relaxandi animi gratia ex regia ipsa interdum excipere valet: post varias cogitationes, qua ratione id quod optabat sine cuiusquam damno consequeretur, in animum tandem suum induxit nullum locum eo in circuitu haberi, qui castro sancti Mauri de Fossatis, sive capacitate, sive villa amantate & propinquitate caterisque requisitis commoditatibus præfret. Quocirca illum cum pago, jurisdictione & pertinentiis suis, ab ecclesia Parisiensi & illius mensa episcopali, cui perpetuo est annexum, pro equali recompensa, sicut principibus a jure permittitur, via permutationis suam fieri desiderans, bononiam ac terram & dominium de Levroux in Biturigibus ad eam legitime pertinentiam, cum omnibus & singulis pertinentiis, proprietatibus, censibus, juribus & actionibus suis ecclesie & mensæ prædictis, ac episcopo Parisiensi pro tempore existenti, pro castro & etiam pertinentiis suis: ac vicium dictus Guillelmus electus nondum tunc dilectæ ecclesie præfectus, sed solum a dicto Carolo rege ad illam noviter nominatus, ut ex cessione venerabilis fratris nostri Eustachii episcopi olim Parisiensis in manibus nostris tunc facienda, in pastorem auctoritate apostolica præficeretur, prout postea cessio facta est: ipse Guillelmus electus præfectus fuit de rato pro eodem Eustachio episcopo, tunc ac cum primum ipsi ecclesie de persona sua provillum foret, se hanc permutationem ratam habiturum promittens, castrum prædictum, cum ædibus, quas bonæ memoriæ Johannes episcopus Osiensis, cardinalis Bellayus nuncupatus, tunc dilectæ ecclesie præsul co in loco construxit: non comprehensis domibus antiquis infra dictum castrum, quas olim abbas & monachi inhabitabant: nunc vero dilectis filiis cantori & canonicis ecclesie ipsius S. Mauri usui sunt: ac etiam cum septo quod muro pallisque sive traicibus cingitur, necnon jurisdictione alta, media, & bassa nuncupata,

A aliique rebus, proprietatibus, censibus, redditibus, juribus & proventibus suis, sub certis reservationibus & modificationibus tunc expressis, præfate Catharinæ reginæ suisque heredibus & successoribus in perpetuum, pro dictis baronia, terra & dominio de Levroux ac juribus & pertinentiis suis suprædictis permutatum, cesserunt & invicem transulerunt: & successive dicta Catharina regina desiderans dilectæ ecclesie S. Mauri per sacerdotes & alios ministros ecclesiasticos, ejus ac futurorum dominorum dilecti castri judicio idoneos sibi que peculiare, deinceps Ahilimio famulari, demum ipsa & præfatus Guillelmus electus qui etiam tunc postquam dilectæ ecclesie Parisiensi præfectus foret, ut præfetur, omnia pariter laudare & ratificare promittebat, sub nostro & dilectæ sedis, necnon præfati Caroli regis beneplacito, nec aliter etiam mutuo convenerunt, quod ex tunc deinceps præfatio & nominatio seu jus præsentandi & nominandi personas idoneas, per pro tempore existentem episcopum Parisiensem præfatum, ad præsentationes seu nominationes hujusmodi influendas ad cantoriam & alias dignitates, canonicatus & præbendas ac vicarias præfate ecclesie S. Mauri quotiescumque vacarent, excepto decanatu ecclesie sancti Mauri dignitate insiti principali, prædictæ mensæ perpetuo unita, ad dilectam Catharinam reginam successore in dictis castro & dominio S. Mauri successive præfatos penineret. Verum ne ecclesia Parisiensis præfata jusve præfates pro tempore existentes, ad quos cantorie & aliarum dignitatum ac canonicatum, præbendarum & vicariarum hujusmodi collatio, provisorio & omnimoda alia dispositio pertinebat, detrimentum patenterent, neve loco proprio carerent, in quem quietis seu recreationis causis succedere possent: dicta Catharina regina promisit procurare cum effectu, quod monasterium sancti Maglorii Parisiensis ordinis S. Benedicti, una cum omnibus & singulis proprietatibus, dominiis, jurisdictionibus, juribus, pertinentiis suis universis, necnon ab illo dependentiis, prioratus & beneficia regularia etiam conventualia, cum primum illa per cessum vel decessum ab obtinentium vacare contingeret, mensæ episcopali prædictæ, consensu eorum quorum intererat vel interesse posset, perpetuo unirentur, amederentur, & incorporarentur: ipsique præfates collationem, præsentationem, nominationem, & quamvis aliam dispositionem aliorum beneficiorum & officiorum etiam claustralium, tam ecclesiasticorum quam secularium, ad abbatem sancti Maglorii pro tempore existentis collationem, provisionem, præsentationem, sive quamvis aliam dispositionem pertinentiam, haberent: & de illis occurrente similibus illorum vacatione disponere, monasterii quoque ac jurium & pertinentiarum suarum omnium realem & actualem possessionem libere apprehendere, illorumque fructus ac redditus & proventus percipere, ac in suos & dictarum ecclesiarum usus & utilitatem convertere valerent: ita tamen quod propter unionem hujusmodi, monasterium ipsum debitum non fraudaretur obsequiis, nec in eo divinus & monasticus cultus negligeretur, sed & status observantia regularis conservaretur, ac congrue supportarentur onera contracta. Cæterum dicta Catharina regina etiam promisit se procuraturam cum effectu, quod cantor, canonicus, & capitulum prædictæ ecclesie S. Mauri, ratam & acceptam habeant partitionem & portionem bonorum, quam inde a suppressione prædictæ, & reductione ecclesie sancti Mauri ad sacralitatem habuerant & possederant, eaque contenti esse deberent, nec quicquam aliud ab ecclesia & mensa Parisiensi ac præfatis illis præfatis, sive pro supplemento, sive alio jure, quavis occasione vel causa in futurum præterirent aut super illis reclamare possent. Quibus mediatis, præfatus Guillelmus electus tam suo quam dictorum successorum suorum nominibus consentit, quod ex tunc deinceps præfatio & nominatio ad cantoriam & alias, demum decanatu, dignitates, necnon canonicatus & præbendas, ac vicarias ecclesie sancti Mauri



hujusmodi, occurrente vacatione predicta, ad Catharinam reginam & suos successores prefatos pertinet: ita tamen quod institutio personarum, sic pro tempore presentatarum & nominatarum, necnon plenam jus visitationis, correctionis & disciplinæ, ac ejuslibet aliter ordinariæ jurisdictionis in cantorem, canonicos, & capitulum dicte ecclesie S. Mauri, & alias ecclesiasticas personas ibidem degentes Guillelmo electo predicto, & suis successoribus prefatis, salva remanent: omnique eadem Catharina regina confirmationem omnium & singulorum pronissorum, ac unionem monasterii, ejusque membrorum & beneficiorum predictorum, necnon inquisitiones, processus & sententias a sede prefata, & ab ea delegandis super inde iudicibus, ac quæcumque alia acta necessaria ad effectum dicte unionis, cum effectu prosecuti, ac ejusmodi unionem necnon sententias super eisdem præmissis ferendas in suprema Parisiensi & aliis parlamenorum curiis, ac ubicumque opus foret verificari facere, litteralique apostolicas unionis, cum processibus necessariis, ad instrumenta quæcumque verificationis hujusmodi, & super his necessaria, eidem Guillelmo electo tradere teneretur, & alias prout in diversis instrumentis, aliisque scripturis desuper confectis plenius continetur. Quare pro parte dicte Catharinæ regine, nobis fuit, tam fua quam Guillelmi electi nominibus hujusmodi humiliter supplicatum, ut præmissa pro illorum validitate, sedis predictæ munimine roborare: præterea ipsi Catharinæ reginæ suisque hæredibus & successoribus, jus præsentandi & nominandi hujusmodi, ut presertim, concedere, aliisque in præmissis opportune providere de benigne apostolica dignemur. Nos igitur hujusmodi votis favorabiliter annuere volentes, ac Catharinam reginam & Guillelmum electum prefatos eorumque quælibet, a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum duntaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore cientes, necnon castri, baronie, terrarum, domini locorum, proprietatum, iurium, jurisdictionum & pertinentiarum predictorum qualitates, situationes, vocabula & confinia eorum, necnon fructuum, reddituum & proventuum suorum, veros etiam annuos valores, instrumentorum quoque ac scripturarum predictorum veritates tenores, presentibus pro expressis habentes: hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per teipsum, dummodo ex permutatione hujusmodi major aut equalis recompensa predictæ mensis proveniat eandem permutationem ac singulas conventiones predictas, necnon omnia & singula alia in dictis instrumentis & scripturis contenta ac inde secuta quæcumque licita & honesta approbare & confirmare, ac illis perpetuo & invariabilibus firmitatis robur adicere: necnon omnes & singulos substantiales, ac solemnitatium foris omnia, ceteroque juris & facti defectus, si qui intervernerint, in eisdem supplere: & nihilominus castrum S. Mauri cum suis rebus suprascriptis, & aliis in permutationis hujusmodi instrumento specificatis, a predicta mensi perpetuo separare & dismembrare, illudque Catharinæ reginæ suisque hæredibus & successoribus in perpetuum, juxta formam conventionis & permutationis hujusmodi, concedere & assignare: baroniam vero ac terram & dominium de Levroux predicta, similiter cum suis rebus etiam, ut presertim, specificatis, eidem mensi causa permutationis, ac pro recompensa castri & rerum suarum hujusmodi, ita quod liceat Catharinæ reginæ castri, Guillelmo, electo vero prefatis baronie, terre, & dominiis, iurisque & pertinentiarum suorum predictorum, corporalem possessionem libere apprehendere & perpetuo tenere, cuiusvis licentia desuper minime requisita perpetuo applicare & approbare: & insuper Catharinæ reginæ ejusque in dicto

A castro hæredibus & successoribus in perpetuum, jus præsentandi & nominandi episcopo Parisiensi pro tempore existenti personas idoneas per eum ad præsentationem & nominationem hujusmodi illustretur, ad cantoniam & alias, excepto decanatu, dignitates, necnon canonicas & præbendas ac vicarias hujusmodi, quoties illos & illas deinceps in perpetuum, etiam per obitum aut resignationem, etiam causa permutationis apud sedem predictam, vel alias quibusvis modis, & ex illos nunc obtinentur ac aliorum quorumcumque personis vacare contigerit, perpetuo reservare & concedere: ac prefato Guillelmo electo, & pro tempore existenti episcopo Parisiensi, ut post hac de dignitatibus, præbendis ac vicariis hujusmodi quomodocumque & ubicumque vacatis, nisi præsentatione ac nominatione hujusmodi præcedentibus, quomodocumque disponere audeat, diffiditque inhibere auctoritate nostra procurat, decernens jus præsentandi & nominandi hujusmodi prefatis Catharinæ reginæ ac hæredibus & successoribus suis, tanquam ex regum fundatione competere, ac quascumque provisiones aut alias dispositiones de dignitatibus, canonicatibus, præbendis ac vicariis predictis, tam per eundem episcopum quam etiam Romanos pontifices, & dictam sedem aut quotvis alios, abique præsentatione seu nominatione præmissa pro tempore factas, cum omnibus inde secuturis, nullas & invalidas nulliusque prorsus roboris vel momenti existere. Cætera vero præmissa postquam per te vigore præsentium approbata fuerint, ut presertim, suos plenarios effectus sortiri, & utroque, ac etiam cantorem, & capitulum & personas ecclesie sancti Mauri hujusmodi singulosque alios, quos eadem præmissa quomodolibet concernunt, ad illorum omnium observationem omnino tenent, nec eorum aut successorum suorum quemquam, ab eis ullo unquam tempore quavis occasione vel causa resistere posse: quinimo pro hujusmodi observatione, censuris & penis ecclesiasticis, aliisque juris & facti remediis opportunis compelli, sicque per quoscumque iudices etiam commissarios auctoritate fungentes, subactis eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiti debere: necnon irritum & inane quidquid fecus fuerit his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, ac factis approbationem, confirmationem, confessionem, assignationem, applicationem, appropriationem & reservationem predictas: necnon quidquid per te vigore ipsarum præsentium decerni contigerit per te vel alium seu alios, etiam per censuras & penas ecclesiasticas, aliisque juris & facti remediis opportunis, appellatione postposita, firmiter observari, nonobstantibus præmissis & scilicet recordationis Bonifacii papæ VIII. qua caveatur ne quis extra suam civitatem vel diocesim, nisi in certis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suæ diocesis ad iudicium evocetur, seu, ne iudices a sede predicta deputati, contra quoscumque procedere, aut illi vel alii vires suas committere presumant, & in concilio generali edita de dualibus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, necnon Pauli & quorumcumque aliorum Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, similes alienationes seu permutationes nisi certa forma levata fieri prohibentibus, seu pro tempore factas annullantibus, aliisque constitutionibus & ordinatiombus apostolicis, necnon dictarum ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis apostolicis, eidem ecclesie & dilectis filiis illorum capitulis & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibuslibet clausulis & decretis quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis: cuius omnibus, etiam si pro illorum iusticiis derogatione de illis eorumque totis tenoribus specificis, specificis, expressis & individualibus, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales verbo importantes,

mentio, seu alia quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hæc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infereretur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hæc vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus contrariis quibuscumque: aut si aliquibus, communiter vel divisim a supradicta sit sede indulgum quod interdici, suscipiendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenum & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, anno Incarnationis Domin. millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, cal. Septembris, pontificatus nostri anno quinto.

## C L X X X V.

*Bulla Pii papæ IV. pro unienda abbazia sancti Maglorii Parisiensis mensæ episcopali Parisiensis.*

364. **P**ius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Senonensi salutem & apostolicam benedictionem. Romanum decet pontificem, quem divina majestas universis orbis ecclesiis præposuit, piis catholicorum votis gratum præstare assensum, per que cathedralibus ecclesiis insignibus rerum temporalium penuria oppressis, & in suis juribus detrimentis patientibus valeat salubriter provideri. Cum itaque, sicut accepimus, monasterium S. Maglorii Parisiensis, orlinois S. Benedicti, cui bonæ memoriæ Nicolaus ipse monasterii abbas, cum viveret, præfidebat, seu quod ipse ex concessione, seu dispensatione apostolica, in commendam, dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Nicolai abbatis extra Romanam curiam, seu commenda inde cessasse, adhuc eo, quo ante vacabat, aut alias certo modo vacaverit, & vacet ad præsens, & sicut exhibitæ nobis nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Francorum regis christianissimi, tam suo, quam dilecti filii Guillelmi electi Parisiensis nominibus petito continet, quamvis alias procurante eorum memorie Francico I. Francorum rege, decannat ecclesie S. Mauri de Fossatis Parisiensis diocesis, post illius reductionem de monasterio ordinis sancti Benedicti ad statum secularium apostolica auctoritate factam mense episcopali Parisiensis, etiam tunc angustia reddituum non mediocriter laboranti, una cum ab eo dependentibus prioratibus pariter secularibus factis eadem auctoritate perpetuo unitus fuerit, ut ecclesie Parisiensis necessitatibus subveniatur, & onera, que illi ac præfatis, jam tum gravia incumberebant, aliquos ex parte levarentur. Re tamen ipsa deprehensum sit usque eo multos magnosque sumtus eidem præfati suscipiendos esse, ut accessione illa vix quicquam de gravitate ac difficultate oneris detractum esse videtur: siquidem cum ipse præfati in illa amplissima & celeberrima civitate primum inter regios ordinis ecclesiasticæ consistorios locum obtinet, frequens ob id ei hospitalitas, etiam erga regni nobiles & proceres ad dictam civitatem ex tota Gallia jugiter confluentes exercenda sit, & quotannis, statis quibusdam diebus omnino diocesis suæ clericos a minimo usque ad maximum convivio (ad quod etiam multi theologi, senatores, alique primarii viri adhiberi solent) excipere cogatur: ad hoc quoque etiam ea incommoda accedunt, quod annos in paulatim ingravescit, ut duplo nunc, quam olim erat, carior habeatur; & qui per se nimis exigui erant redditus prædicti, bellis prope assiduis diminuti, bona tum soli, tum mobilia partim amissa, partim pignori apposita, partim etiam vendita & distracta reperiantur, dictus Carolus rex pietatis studio enixe desiderans celebrare illam ecclesiam Parisiensem parochiam suam non solum ab hujusmodi oneribus sollevari, sed etiam omni qua potest industria augeri & locupleari, illiusque præfatum pro tempore existentem præfatum in suis necessitatibus adjuvari, & loco caltri sancti Mauri de Fossatis Parisiensis diocesis dictæ mensæ uniti, quod

A dilecta in Christo filia nostra nobilis mulier Catharina regina mater sua causa permutationis cum ecclesia Parisiensis & mensæ prædictis, pro baronia ac terra & dominio de Levroux in Biturigibus ad illam pertinentem consensu desiderat, alium locum idoneum in quem ipse præfati recreationis vel quietis causa interdum secedere possit, commode sortiri. Nobis etiam dicto nomine publicari fecit, ut præfatum monasterium & quoscumque ab eo dependentes tam conventuales, quam simplices prioratus & capellas supradictæ mensæ perpetuo unire, annexere, & incorporare, assidue in præmissis opportune providere de benignitate apostolicæ dignemur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimerent verum annum valorem, secundum communem estimationem, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, aliquoquin unio non valeret, quicque hodie per alias litteras nostras tibi inier alia dedimus in mandatis, ut si ex permutatione hujusmodi major vel æqualis recompensatio dictæ mensæ proveniret, illam nostram auctoritate approbare, & confirmare, prout in iisdem litteris plenius continetur; dicti Caroli regis nostre apostolicæ sedis primogeniti pietatem magnopere commendant, illiusque desiderio, ac simul ecclesie Parisiensis subventioni, ac præfatis præfatorum sustentationi amplius consulere volentes, cum semper Carolum regem & præfatum Guillelmum electum, ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus & interdici, aliusque ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, necnon verum annum valorem fructuum, reddituum, proventuum dictæ mensæ præsentibus pro expresso habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te ipsum monasterium prædictum, cujus fructus, redditus & proventus ad trecentos ac decem & septem florenos auri in libris camere apostolicæ taxati reperiuntur, si ve præmittitur, si ve alius quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per liberam cessionem dicti Nicolai abbatis, vel usufructus alterius de illius regimine & administratione in dicta curia vel extra eam, etiam coram notario publico, & testibus sponte factam vacet, etiam tanto tempore vacaverit, quod ejus proventus juxta Laurentis statuta concilii, aut alias canonicas sanctiones ad dictam sedem legitime devoluta existat, illaque ex quavis causa ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertinet, & de illo consistorialiter disponi conveuerit, seu debeat, ac super eisdem regimine & administratione inter aliquos filii, seu illorum posteritas, vel quasi molestia cujus status præsentibus habere volumus pro expresso, pendat interdici, dummodo tempore datæ præsentium eidem monasterio de abbate provifum, aut illud alteri commendatum canonice non existat, nomine & titulo dignitatis abbatialis inibi suppressis & extinctis, necnon quorum, cuiuslibet, ac illis forsitan annexorum fructus, redditus ac proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem estimationem valorem annum, ut aestimari non excedant. Conventuales & simplices prioratus ac capellas hujusmodi, quicumque & quantumcumque sint, ex nunc, si illi vacant ad præsens, aut de consensu illos nunc obtinentium, sin autem cum primum per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decemium eorumdem obtinentium, etiam apud sedem prædictam, aut aliis quibusvis modis, & ex eorum & quorumcumque aliorum personis vacare contigerit, etiam ad simplices prioratus & capellas hujusmodi consueverint qui per electionem assumi, ac dictis prioratibus conveniuntibus cura etiam jurisdictionalibus imminet animarum; super eis quoque omnibus illi pendat, indecisa ut præfatur, cum annexis hujusmodi ac omnibus jurisdictionibus, juribus & pertinentiis suis dictæ mensæ episcopali, ita quod liceat Guillelmo electo, & pro

B

C

D

E

tempore existentibus præfatis corporalem possessionem monasterii, illiusque regimini & administrationis huiusmodi ac bonorum, necnon si vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, prioratum, capellarum & annexorum, iurumque, jurisdictionum & pertinentiarum prædictorum per se, vel alium seu alios, absque alia nova provisione desuper impetranda, propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, illorumque ac mensæ abbatialis monasterii S. Maglorii fructus, redditus, proventus huiusmodi in eorum ac mensarum necnon prioratum & capellarum conveniendi usus & utilitatem convertere. Præterea monasterium & dilectos filios illius conventus per priorem claustralem, prioratus vero & capellas huiusmodi per monachos ipsius monasterii, seu clericos, vel presbyteros seculares, prout ipsi Guillelmo electo ac præfati pro tempore existentis expedire videbitur, regere & gubernare, eosdemque monachos ad vitam communem & claustram iuxta instituta dicti ordinis reducere, revocare, & reformare, necnon visitare, corrigere, punire, excommunicare, privare, absolvere, restituere, influere, confirmare; beneficia & officia ecclesiastica, secularia & regularia ad collationem, provisionem, presentationem & quamvis aliam dispositionem abbatii sancti Maglorii pro tempore existentis pertinentia libere conferre & de illis disponere, ac omnia & singula alia, quæ officii sunt abbatis profecti & benedicti facere & exercere in omnibus & per omnia, pendente ac si emissis professione regulari, abbatem ejuſdem monasterii canonice instituti essent, cuiusvis licentia super hoc minime requisita, perpetuo unire, annexare & incorporare, ac curam, regimen & administrationem ipsius monasterii præfati Guillelmo electo, & pro tempore existentis præfati, qui illi tanquam abbatem (sine tamen regula si professionis emissionem) præfati, cum præfata ecclesia Parisiensis præsideant, in spiritualibus & temporalibus plenarie committere, ac eidem Guillelmo electo, & pro tempore existentis præfati, ne prioratus ac capellas huiusmodi si vacant, aut cum vacaverint, ut præfertur, cuiquam conferre, aut alias de illis disponere, & quibusvis aliis personis ne illos aut illorum aliquem, aut aliquos, etiam prætextu mandatorum apostolicorum, nominationum etiam graduatorum, aut quarumvis aliarum litterarum, & gratiarum acceptare, prosequi vel pretendere audeant quoquomodo seu præsumant, districtius inhibere auctoritate nostra procurare; decernens quascumque collationes, provisiones, presentationes, electiones, institutiones, confirmationes, & alias dispositiones de illis, ut præfertur, vacantibus, vel vacaturis prioratibus & capellis prædictis per Romanum pontificem pro tempore existentem & sedem apostolicam, vel ipsius sedis legatos, seu ordinarium collatorem aut quoscunque alios deinceps faciendos, nullas, irritas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore; ipsosque prioratus & capellas unitos posthac sub nullis etiam præsentium totum tenorem in se continentibus specialibus vel generalibus reservationibus apostolicis etiam in corpore juris, clausis expectativis, mandatis de providendo, & aliis gratis preventivis, necnon nominationibus, insinuationibus, requisitionibus, & aliis afflictionibus tam mandata apostolica ad vacatura beneficia nunc & pro tempore prosequentium, quam etiam graduatorum præfatorum, simplicium, vel nominatorum iuxta concordata regum Francie cum præfata sede, & aliis quomodolibet concessis, factis & interpositis, ac concedendis, faciendis & interponendis quæcumque sunt vel fuerint, necnon si eas per te vigore presentium fieri contigerit, unionem, annexionem & incorporationem huiusmodi sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus unionum, annexionum & incorporationum suspensionibus, revocationibus, limitationibus, derogationibus, vel modificationibus apostolicis, necnon cancellariæ apostolicæ regulis editis & edendis comprehendis, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in primum statum restitutas, ac ex nunc prout ex tunc & e contra vere &

non fidei sum effectum fortis esse & ceteris, sicque per quoscunque iudices etiam commissarios quavis auctoritate fungentes subfata eis & eorum cuilibet quavis causa aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definiti debere, necnon irritum & inane quicquid fecus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; ac facias per te vel alium seu alios, Guillelmo electum & pro tempore existentem præfatum præfatum vel procuratorem suum ejus nomine, facultate apprehendendi possessionem huiusmodi, ac fructuum, reddituum, proventuum & aliorum prædictorum libera perceptio- ne, ceterisque præmissis pacifice frui & gaudere, sibi- que a præfato conventu obedientiam & reverentiam congruentem, necnon a dilectis filiis vassallis & aliis dicti monasterii consuetis servitia & jura sibi ab eis debita integre exhiberi, contradietores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus priore voluntate nostra prædicta & Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permittis fieri prohibentis, ac felix recordationis Bonifacii papæ VIII. prædecessoris nostri, aliisque constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon monasterii & ordinis prædictorum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & litteris apostolicis eidem monasterio, conventui & ordini eorumque superioribus & personis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores nostros, ac nos & dictam sedem, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, necnon consistorialiter & aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis & insolitis clausulis, necnon irritantibus & aliis decretis concessis, confirmatis & innovatis, ac de consensu præfati Caroli regis concordatis olim inter sedem præfatum & claræ memoriæ Francicum I. Francorum regem fuer nominationis personarum ad huiusmodi monasteria pro tempore vacantia Romano pontifici seu sedi huiusmodi factis sub certis modis & forma tunc expressis initiis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac si de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, vel aliter quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquilita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata infererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis etiam in suo robore permanentibus hac vice duntaxat harum serie specialiter & expressè derogamus; contrariis quibuscumque, aut si conventui, vassallis & subditis prædictis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a prædicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non scientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis; ita tamen quod propter unionem, annexionem & incorporationem prædictas, si eas per te fieri contigerit, ut præfertur, in dicto monasterio divinus cultus, ac solitus monachorum & ministrorum numerus nullatenus minuat, ipsique prioratus & capelle debitis non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eisdem prioratibus conventibus (si qua illis imminet) minime ac nullatenus negligatur, sed eorum ac aliorum prioratum ac capellarum, necnon monasterii, illiusque conventus prædictorum congrue supporterent onera consuetas. Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarn. Domini,

millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, calendis  
Sept. pontificatus nostri anno quinto. *Sic signatum.*  
Caef. \* Gloriosus.

al. Glorio-  
rius.

C L X X X V I.

*Bulla Gregorii pape XIII. ad archiepiscopum  
Senonensem ut executioni demandet bullam Pii  
IV. pro unione abbatis S. Maglorii.*

1574. **G**REGORIUS episcopus servus servorum Dei vena-  
rabili fratri archiepiscopo Senonensi salutem &  
apostolicam benedictionem. Honeftris principum catho-  
licorum & presulum votis liberentur annuimus, eoque  
favoribus profecimus oportunitis. Si quidem mona-  
stero sancti Maglorii Parisiensis ordinis sancti Benedi-  
cti, cui bonae memoriae Nicolaus illius monasterii ab-  
bas, dum viveret, praesidebat, seu quod ipse ex con-  
cessione sue dispensatione apostolica in commendam,  
dum viveret, obtinebat, per obitum dicti Nicolai ab-  
batis extra Romanam curiam defuncti, seu commenda  
inde cessante, adhuc eo, quo ante illam vacabat, aut  
alias certo modo vacante; cum pro parte clare memoriae  
Caroli Francorum regis christianissimi, necnon bonae  
memoriae Guillelmi electi Parisiensis, felicitis recordationis  
Pio pape IV. praedecessori nostro expositum fuisset,  
quod quamvis procurante similis memoriae Francico I.  
Francorum rege, decanatus ecclesiae sancti Mauri de  
Fossatis Parisiensis diocesis, post illius reductionem de  
monasterio dicti ordinis ad statum saecularem apostolica  
auctoritate factam, mensis episcopali Parisiensis, etiam  
tunc angustia reddituum laboranti, una cum eo pro-  
curatoribus dependentibus, pariter saecularibus factis, eadem  
auctoritate perpetuo unitus fuerat, ut ecclesiae Parisien-  
sibus necessitatibus subveniretur, & onera quae illi &  
praesuli suo iam tum admodum gravia incumbabant,  
aliqua ex parte levarentur; re tamen ipsa deprehensum  
erat usque eo multos magnosque sumptus eidem praesuli  
fulcipiendos esse, ut accessione illa vix quicquam  
de gravitate ac difficultate oneris distraetum esse videret-  
ur: cumque ipse praesul in illa amplissima & celebra-  
tissima civitate primum inter regios ecclesiasticis ordinis  
consiliarios locum obtineret, frequens ob illi ei hospita-  
lius, etiam erga regni nobiles & proceres ad dictam  
civitatem ex tota Gallia confluentes exercenda, & quoti-  
annis stans diebus omnes diocesis suae clericos convivio,  
ad quod & multi theologi, senatores, alique primarii  
viri adhiberi solent, & ejusmodi essent, annona etiam  
duplo tunc, quam olim erat, carior veniret, & qui  
valde tenues erant redditus dictae ecclesiae, assiduis quo-  
que bellis diminuti, bona autem tum soli, tum mobili-  
lia, quaedam amissa, alia pignori apposita, partium aliena-  
tae teperirentur, distulque Carolus rex pietatis studio  
ecclesiam illam ecclesiam Parisiensem parochiam suam  
ab hujusmodi oneribus sollevari, & quantum fieri pos-  
set augeri & locupletari, illiusque praesulem, ut in suis  
necessitatibus adjuvaretur, loco castri Sancti Mauri de  
Fossatis praedicti eidem mensis episcopali uniti, quod  
carissima in Christo filia nobilis mulier Catharina regi-  
na, ipsius Caroli regis genitrix causa permutationis cum  
ecclesia Parisiensis & mensis praedicti, pro baronia ac  
terra & dominio de Levroux in Buirigibus ad illam  
pertinente, consequi cupiebat, alium locum idoneum,  
in quem ipse praesul retransiret vel quietis causa inter-  
dum secedere posset, commode fortiri, & ad hunc ef-  
fectum monasterium sancti Maglorii perpetuo & quo-  
cumque ab eo dependentes tam conventuales, quam  
simplices prioratus & capellas mensis praedictae perpetuo  
uniri, annecti & incorporari desiderabat, ideam praede-  
cessor, qui tibi per quosdam mandaverat, ut si ex per-  
mutatione hujusmodi major vel aequalis pensio dictae  
mensis proveniret, illam apostolica auctoritate appro-  
bare & confirmare, rursus ejusdem Caroli regis &  
Guillelmi electi supplicationibus inclinatis tibi per alias  
suae litteras desuper concessas dedit in mandatis, ut

monasterium S. Maglorii praedictum, tunc, ut praefertur,  
aut alias vacans, nomine & titulo abbas & digni-  
tatis abbatialis inibi perpetuo suppressis & extinctis, ac  
quocumque ab eodem monasterio S. Maglorii dependen-  
tes tam conventuales, & curam jurisdictionalem animarum  
habentes, quam electivos, simplices prioratus  
& capellas, ex tunc si vacarent, aut de consensu illos  
tunc obtinentium, sin autem, cum primum per cessum,  
etiam ex causa permutationis, vel decemum eorumdem  
obtinendum etiam apud fcedem praedictam, aut alias  
quibusvis modis vacare coningeret, ita quod Guillelmo  
electo, & pro tempore futuris praesulibus Parisien-  
sibus possessionem dicti monasterii, illiusque regiminis  
& administrationis, ac honorum, necnon vacantium,  
aut vacaturorum prioratum, capellarum & annexorum,  
B Juriumque praedictorum per se vel alium, vel alios abf-  
que alia nova provisione desuper impetranda, propria  
auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere,  
illorumque & mensis abbatialis S. Maglorii fructus,  
redditus & proventus in suos mensis episcopalis usum  
& utilitatem convertere, & monasterium illiusque con-  
venium per priorem claustralem, prioratus vero & ca-  
pellas hujusmodi pro monachis dicti monasterii, sui  
clericos vel presbyteros saeculares, prout Guillelmo  
electo ac pro tempore existenti praesuli Parisiensis ex-  
pedire videretur, regere & gubernare, eosdem visitare,  
corrigere, punire, excommunicare, private, absol-  
vere, inliuere, deslruere, confirmare, beneficencia &  
C officia ecclesiastica, saecularia & regularia ad quamvis  
dispositionem pro tempore existenti abbas sancti Ma-  
glorii pertinentia conierre, & de illis disponere, ac  
omnia & singula alia officia abbas vere profecti &  
beneficti, perinde ac si Guillelmo electus, aut suc-  
cessores praedicti emissa professione regulari abbas  
eiusdem monasterii canonice inflintu elcent, facere &  
exercere liceret, cujusvis licentia minime requista;  
eidem ecclesiae & mensis episcopali Parisiensis perpetuo  
unire & incorporare, curamque, regimen & admini-  
strationem ipsius monasterii Guillelmo electo & pro  
tempore existenti praesuli, qui tanquam abbas, sine  
tamen professionis regularis emissione, eidem mona-  
stero etiam una cum ecclesia Parisiensis praesent in  
spiritualibus & temporalibus, plenarie committere,  
D eidemque Guillelmo & successoribus ne prioratus &  
capellas vacantes aut vacaturos cuiquam conferre, aut  
de illis disponere, & quibusvis aliis personis ne illos  
aut eorum aliquem vel aliquos, etiam praetextu man-  
datorum apostolicorum, nominationum & graduatorum,  
aut quarumvis aliarum litterarum & gratiarum acceptare,  
prosequi & praetendere audeant, dicta auctoritate  
inhiberes; decernens inter alia collationes, provisiones,  
& quasvis alias dispositiones de prioratibus & capellis  
praedictis per Romanum pontificem pro tempore exi-  
stentem & sedem praedictam, vel ipsius sedis legatos,  
aut ordinarium collatores, vel alios quocumque deinceps  
faciendas, nullas, irritas, & invalidas fore, prout in  
singulis litteris praedictis plenius continetur. Cum autem,  
sicut exhibita nobis nuper pro parte dictae Catharinae  
reginae & venerabilis fratris nostri Petri episcopi Parisien-  
sensis petitio continebat, ideam ipsi praedecessor &  
E Guillelmo electus, praedictis litteris postea tibi  
minime praesentatis, seu executioni nondum integre  
demandatis, seu post nonnullos actus in praemissis ha-  
bitos ab humanis decesserint, pro parte ipsorum Catharinae  
reginae & Petri episcopi nobis fuit humiliter supplicatum,  
ut ne propterea litterarum praedictarum frustreretur effectus,  
ac illarum executio diutius retardetur, ac simul ut ecclesiae  
Parisiensis subventioni & praesulum praedictorum sustentationi  
opportune confultur, eis in praemissis occasione apostolica  
dignemur. Nos hujusmodi supplicationibus inclinatis,  
fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus,  
quatenus per te vel alium seu alios, & postquam  
dictae

dicte Pii prædecessoris litteræ tibi, aut illi vel illis præsentate fuerint, in negotio hujusmodi procedens; seu illud in eisdem statu & terminis, in quibus nunc reperitur, ac quos pro expressis haberi volumus, rescassans, ad posteriorum litterarum hujusmodi executionem, servata illarum forma, in omnibus & per omnia procedas; faciens in præmissis j. e. i. d. ac si litteræ ij. f. tibi ante obitum Pii prædecessoris & Guillelmi electi prædictorum præsentatæ & a te acceptatæ fuissent, ac in hujusmodi negotio jam procedere cœpisses, non obstantibus præmissis ac omnibus illis, quæ idem prædecessor in ipsis posterioribus litteris voluit non obsistere, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo quinto, quarto calendis Septembris, pontificatus nostri anno quinto.

*Si. Signatur. Cæ. Gloriaris, & supra plicam, A. de Alexiis.*

## CLXXXVII.

*Decretum senatus Parisiensis de bullis superscriptis in acta referendis.*

Extraits des registres du Parlement.

1581. **V**EU par la cour la requête a elle présentée par maître Antoine Arnaud procureur general de la reine mere du roy, narrative que la cour ayeit avoir veu les bulles de nos saints peres les papes Pie IV. du premier jour de septembre 1564. & Gregoire XIII. du premier 9 septembre 1575. ensemble la sentence donnée par Maitres Florent Renard & Bont Broué conseillers en ladite cour, executeurs desdites bulles, le 15. jour de juin 1577. par lesquelles les contractz fais par ladite dame reine avec messires Guillaume Viole & Pierre de Gonli successivement eveques de Paris, amplement spécifiés par lesdites bulles, sont confirmés & approuvés, auroit par son arrest du 20. jour de Mars 1578. du contentement du procureur general du roy, verité & fait registrer les lettres d'amortissement de la terre & seigneurie d'Armentieres, pour en jouir par ledit sieur eveque de Paris & ses successeurs, comme est mandé par icelles, desquelles lettres ladite dame reine par lesdites bulles & sentences est tenue d'en fournir la ratification a ses depens audit sieur eveque de Paris: & combien que par ladite sentence desdits sieurs executeurs, portant confirmation des deux contractz susdits, & aussi par arrest de ladite cour portant ratification desdites lettres d'amortissement des bulles de nos SS. peres, lesquelles dependent l'une de l'autre; a favor pour l'echange de la terre & seigneurie de S. Maur des Fossés avec la baronie de Levroux, & celle de Levroux avec la terre & seigneurie d'Armentieres, moyennant l'union de l'abbaye de S. Magloire a l'evêché de Paris; soit suffisamment entendu ladite union de ladite abbaye de S. Magloire, mentionnée & spécifiée, tant par lesdits contractz que bulles susdites, avoir été faite, confirmée & approuvée: même que toutes les parties ont été sur icelle union été rayées pardevant lesdits sieurs Renard & Broué, comme appert par ladite sentence; toutefois a l'occasion que par l'arrest portant la verification desdites lettres d'amortissement n'est par mots exprés fait mention de ladite union, seroit besoin a ladite dame reine pour être a l'avenir toute occasion de querelles & procès, & que par mots exprés la cour prononçât sur ladite union: requeroit parant ledit suppli, attendu que par lesdites bulles les susdits contractz d'echange estoient amplement narés & spécifiés, & que par iceux contractz ladite union estoit par mots exprés promise par Sa Majesté, & depuis accordée par le saint siege apostolique a diverses fois pour les causes portées par lesdites bulles, & que par lesdits executeurs d'icelle a été amplement informé sur la commodité ou incommodité, tant des echange qu'union susdits, & que toutes les parties ont été amplement ouies, comme apparoit par ladite

*Tomus VII.*

sentence; il plust a ladite cour en amplifiant l'arrest portant ladite verification desdites lettres d'amortissement, ordonner que lesdites bulles seroient registrées, & le contenu d'icelles, tant sur ladite union qu'echange, estte gardé, eunetnu & observé selon la forme & teneur. Veu lesdites quatre bulles de nos SS. peres les papes Pie & Gregoire, la sentence des deputés de l'archeveque de Sens pour l'execution desdites bulles, du 15. jour de juin 1577. les lettres d'amortissement & arrest de verification d'icelles en ladite cour; les conclusions du procureur general du roy, & tout considéré, ladite cour ayant egard a ladite requête, & icelle enterinant, a ordonné & ordonne que lesdites bulles seront registrées & registrées d'icelles, ou sur ce le procureur general du roy, pour jouir de l'effet & contenu en icelles pour lesdites unions & echange, tant par ladite dame mere du roy, que ledit seigneur eveque de Paris & ses successeurs, tout ainsi que si par l'arrest du 20. mars 1578. portant verification desdites lettres d'amortissement des choies echangées, eût été ordonné lesdites bulles estre registrées. Fait en Parlement, le xxiv. jour de Nov. M. DLXXXI. Signatur du Tillet.

## CLXXXVIII.

*Bulla Pauli V. pro erectione congregationis patrum Oratorii Domini Jesu in Francia.*

**P**AULUS episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quam Dei unigenitus Jesus Christus Dominus noster auctor ipse priorum operum fundavit, requiritur supra dispositione præsidentes, & c. Sane exhibita nobis nuper pro parte venerabilis fratris nostri Henrici episcopi Parisiensis, ac carissime in Christo filie Mariæ Francorum reginæ petito continet, quod alias cum ipsa Maria regina pro devotissimo zelo ducta, ut alio devotionis suæ monumento, immensarum gratiarum munera, quibus eam bonorum omnium largitor optinuit decoravit, tellari possit, dicitur in ecclesiasticam ubique fere in regno Franciæ hæreticam bellorumque præteritorum injuria, tum in religione, tum etiam in moribus non parum depravatam, ac corruptam in primævum & pristinum suum statum, devotionisque & pietatis splendorem salubri aliqua ratione restitui plurimum desideret, & id reipsum in consulatione cum viris gravibus & piis, ac præteritum cum dicto Henrico episcopo pluries habita, mature discussa, utilius & fructuosius, quam ex institutione alicujus congregationis priorum sacerdotum, quorum studium & officium ac manus sacerdotalæ, juxta sanctum ac pium illius institutum debite exequendum & adimplendum sit omnino directum, influendum, exequi posse non videatur, ipsaque Maria regina unam devotam priorum ac probatæ vitæ sacerdotum (quorum principalis institutum singulari actionis ordini sacerdotali convenientes & essentielles amplèxi exigat), congregationem in ipso regno & præsertim in civitate Parisiensis, ubi illa non parum desiderari videtur, erigi & institui, curamque erectionis & institutionis hujusmodi dicto filio Petro de Berulle presbytero Parisiensis, cujus ministerium felici progressu & directione ipsius congregationis maxime profecturum esse in Domino confidit, per nos committi & demandari summoptere desideret, pro parte committendi Henrici episcopi, & Mariæ reginæ, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus congregationem priorum ac probatæ vitæ sacerdotum perituo erigere & instituire, illiusque curam dicto Petro committere & demandare, ut præsertim, ac alias de apostolicæ potestatis providentia consulere dignemur. Nos igitur, quibus cura & sollicitudo cordi infidet, hujusmodi supplicationibus inclinatis dicto Petro apud nos de religionis zelo, vitæ ac morum honestate, aliisque probatis & virtutis meritis multiquiliciter commendato, nostram & dicte sedis benedictionem impartientes, ad

L ...

laudem & gloriam omnipotentis Dei patris & animarum salutem, unum sub nomine Oratorii Jesu Christi Domini nostri congregationem in honorem orationum, quas in diebus carnis lux fudit, ut ij qui congregationem istam ingrediuntur, eundem Jesum Christum pro nobis in oratione positum & personam reverentur, atque etiam institui, ad quod vocati sunt, moveantur, & præterit semper hanc præcipuum omnibus communem & omni tempore congruentem officiorum partem, quæ in orationibus pro populo, ac in Dei laudibus celebrandis versantur, habeant, apostolica auctoritate, tenore præsentium sine alicujus præjudicio perpetuo erigimus & instituiimus; distumque Petrum in institutorem, præpositum generalem hujus piorum sacerdotum nulli antea religioni voto solemniter additorum, necnon & aliorum ad presbyteratus ordinem promovendi cupientium, & reliquorum ad familiaria officia necessarium congregationis Oratorii Jesu Christi Domini nostri nuncupandæ hujusmodi, qui simul & in societate religiose vivere, & in humilitatis spiritu & pie vite studijs Altissimo famulatum exhibere, & impendere solent; quorum principale & præcipuum institutum sit, perfectionis status sacerdotalis totaliter incumbere, singulaque actiones ordinis sacerdotali proprie & essentialiter convenientes, sibi ab eorum ordinariis ubi stabilita fuerit, præcipientibus, & non alias amplecti; sacerdotum insuper & aliorum ad sacros ordines aspirantium instructionem, non circa scientiam, sed circa usum scientie, ritus & mores proprie ecclesiasticos se addicere volentes: cum plena & commoda facultate, potestate & auctoritate eidem Petro per nos ad id assumpto, & a dicta Maria regina summo opere commendato, ut prædictam congregationem, tam in civitate Parisiensi quam in omnibus aliis civitatibus, oppidis, terris, & locis ad quæ a locorum episcopis vocatus fuerit, & non alias instituentiam, ac deum pro felici statu & directione personarum, ac bonorum spiritualium & temporalium ejusdem congregationis sue congregationis sic erigendam, tam circa receptionem & admissionem, numerum, ætatem & qualitatem in ipsa congregatione recipiendorum & admittendorum, eorumque instructionem & disciplinam, exercitia, ac modum & formam divinarum officiorum, precum & orationum, aliorumque suffragiorum recitandorum, & alia istis congregationibus utilis atque necessaria quæcumque statuta, ordinationes & capitula, licita & honesta, sacrisque canonibus & constitutionibus apostolicis, necnon concilii Tridentini decretis minime contraria a sancta sede apostolica postmodum approbata, confirmata, ac per ipsarum congregationum præpositum, presbyteros, officiales, ministros, & coadjutores sub penis in eis apponendis, adimplendis & observandis, faciendis, edendis & condendis, factaque, edita & condita, quoties pro illorum ac rerum & temporum qualitate & vicissitudine, seu alia, ut videbitur, corrigendis, limitandis, immutandis, alterandis, ac etiam alia, ut præfertur, examinandi, ac etiam ut præfertur adimplenda & observanda, ex integro faciendi, condendi, aliaque omnia & singula a similibus congregationum, necnon quorumcumque ordinum approbatorum constitutionibus, aut aliis superioribus etiam generalibus, de jure vel consuetudine, sive ex privilegio, aut alias quomodocumque fieri & exequi solita, faciendi & exequendi dicta auctoritate deputatus & assumimus. Omnesque ad Instar supradictæ per nos sic erectæ, canonice erigendæ congregationes, quas ab ea Parisiensi, & a dicto præposito generali, quocumque locorum stabilitæ fuerint, in omnibus dependere volumus & intelligimus, ex nunc, prout postquam auctoritate prædicta erectæ fuerint, eisdem auctoritate & tenore perpetuo approbamus & confirmamus. Ita tamen quod congregatio Parisiensis saltem duodecim presbyteris consistat, tot redditus annuos habere debeat, ex quibus unicuique presbytero hujusmodi portio annua, quadraginta quinque ducatorum

Auri de camera obvenire possit. Cæteræ vero congregationes decem ad minus presbyteros, ac totidem redditus annuos, vel quos sedis prædictæ legamus, aut pro tempore existentis nuncios apostolicos, & alicujus loci, ac dictæ congregationis sic erectæ præpositus generalis, pro loci qualitate sufficere judicaverit, habere debeat. Et postremo eidem congregationibus ex nunc, prout etiam postquam institutæ & erectæ fuerint, ut præfertur, pro illarum dote ac dicti Petri, necnon præpositi generalis & presbyterorum eorumdem pro tempore existentium sustentatione, onerumque illis incumbendum, omnia & singula, res, bona, fructus, redditus & legata, ac elemosinas tam per dictam Mariam reginam, quam alios quocumque Christi fideles dictis congregationibus quomodolibet relinquenda, donanda, tradenda, ita quod licet dicto Petro, vel alio præposito generali, & presbyteris dictarum congregationum pro tempore existentibus, illorum omnium corporalem, realem & actualem possessionem, per se, vel alium, seu alio, dictarum congregationum nomine libere apprehendere & perpetuo retinere, fructus quoque, redditus & proventus, jura, obventiones & emolumenta quæcumque eorumdem percipere, exigere, levare, recuperare, ac in dictarum congregationum usum & utilitatem convertere, dispensari loci, vel cujusvis alterius licentia deluper minime requirita, etiam perpetuo applicamus: non obstantibus, &c. Cæterum ad augmentum fidelium devotionum, animarumque salutis consulendum, & ut Christi fideles ad huius institui exercitium animentur atque inveniunt, de omnijotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus confisi, omnibus & singulis presbyteris, qui perpetuis futuris temporibus dictam congregationem ingrediuntur, & in ea recipiunt, eorumque coadjutoribus & oblati, aliisque ministris, diaconibus, & cujuslibet ipsorum ingressus, receptionis ac professionis, ac in moris articulo, si penitentis & confessi, ac sacra communione recepti fuerint, plenariam indulgentiam, & omnium peccatorum suorum remissionem, eisdem auctoritate, & tenore misericorditer in Domino concedimus & largimur. Postremo eidem præposito, presbyteris, coadjutoribus, oblati & aliis ministris prædictis, qui congregationibus publicis, vel secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, aut ipsum aliquod opus circa functiones suas exercuerint, totis pro quolibet præmissorum plorum operum, & ut magis ad sui institui opera animentur, & suavis ad ea inveniunt, sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis penitentis, apostolica auctoritate, & tenore hujusmodi misericorditer relaxamus, necnon quam ipsis, tam omnibus aliis Christi fidelibus, qui etiam vere penitentes & confessi, ac sacra communione recepti, eorumdem presbyterorum ecclesias aut oratoria, in sanctissimum corpus Christi, & Assumptionis B. Mariæ virginis servitutum, ac in quo ecclesie, seu oratoria dictorum presbyterorum, in unaqueque diocesi, seu loco proximo vico, populo aperiantur, diebus devote visitaverint, simili apostolica auctoritate, tenore præsentium, etiam indulgentiam plenariam, & omnium peccatorum suorum remissionem concedimus & largimur presentibus perpetuis futuris temporibus durantibus. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Tulculi, anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi M. DCXIII. VI. idus Maii, pontificatus nostri anno VIII.

C L X X X I X.

*Erectio congregationis sancti Mauri ordinis  
sancti Benedicti.*

GREGORIUS papa XV. ad perpetuum rei memoriam. Sacri apostolatus ministerio, nullo licet merito nostro, per abundantiam divinitus gratie præpositi, ad ea, per quæ ecclesiasticorum & regularium ordinum quilibet ad prælati cujusque regularis eorum

institui normam reducantur, mentis nostræ aciem sedulo intendimus; & propterea qui sua sponte religionis & arboris vitæ studio ducti, pristinae regule, quam lux religionis auctores instituerunt, observantiam amplecti, & de cætero seclari desiderant, eosdem non solum in eorum proposito confovere, sed etiam opportunitas favoribus & gratiis profœqui solemus, prout pia catholicorum regum vota id exposcunt, & nos conspicimus salubriter in Domino expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt carissimus in Christo filius noster Ludovicus Francorum rex christianissimus, ac dilecti filii prioratus seu collegii conventualis Cluniacensis nuncupati Parisiensis prior, ac sancti Augustini Lemovicensis, & de Nohaliaco Piclavenensis, ac sancti Faronis Meldensis, & sancti Petri de Gemetico Rothomagensis, & sanctæ Mariæ de Bernico Lexoviensis, monasteriorum conventus & monachi, necnon domus regularis sancti Guillelmi Alborum Mantellorum nuncupati etiam Parisiensis prior & conventus ordinis sancti Benedicti; quod cum alias sedis apostolicæ auctoritate, in monasteriis ordinis sancti Benedicti, in Lotharingæ & Barri Ducis ducatibus, ac Metensi, Virdunensi, ac Tullensi civitatibus & diocesisbus constitutis, reformatio congregationis Cassinensis, seu sanctæ Juliane de Padua dicti ordinis introducta, ipsaque monasteria reformati in unam congregationem, quæ sanctorum Vitoni & Hydulphi Virdunensis appellatur, reducta fuisset; nonnulli ejusdem ordinis monachi Galli perfectioris vitæ zelo ducti, sanctam hanc reformationem amplecti in monasterio eorumdem sanctorum Vitoni & Hydulphi Virdunensis, prædictæ congregationi Lotharingæ sese submiserunt, & in Galliam, post sufficientem reformationis experientiam & tolerantiam, de consensu superiorum seu loco dictæ congregationis reversi, ab illis dimissi, vitæ sanctimonii & reformationis observantia se adeo conspiciendo reddiderunt, ut eorum bonæ famæ odor in diversâ Galliarum partes atque regiones diffusus nonnullorum monasteriorum religiosos ad reformationem hujusmodi amplectendam excitavit; jamque monachi in prioratu seu collegio conventuali Cluniacensi hujusmodi, necnon in prædictis, ac sancti Judoci supra mare, & sancti Petri Corbienis, ac sancti Petri Solemniacensis oppidorum seu locorum, Ambianensis & Lemovicensis respective diocesium monasteriis prædicti ordinis monachi degentes, vitam salubriorem agunt sancti Benedicti instituti conformem. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, in singulis Gallie provinciis multa hujusce ordinis monasteria fundata reperiantur; & de Dei bonitate & misericordia tantum sperandum sit, quod si non omnia, & sane plurimorum conventuum religiosi charissimata meliora æmulantes, & ad eundem sanctum Benedictum eorum patrem respicientes, hanc ipsam reformationem sinceris affectibus sint recepturi: ad felicem vero hujusce sancti operis progressum maxime expedit in Gallia unam conventuum reformatorum hujusmodi congregationem, ad instar prædictæ congregationis Cassinensis, quæ suam particularem superiorem habet, institui, illique domum regularem sancti Guillelmi Alborum Mantello ununcupati Parisiensis prædictam, quæ non in titulum, commendam, aut proprietatem obtineri, sed per priorem tricenarium regi consuevit, cuiusque prior & religiosi, qui sancti Benedicti prædicti regulam juxta antiquum ejus institutum professi sunt, reformationi in prædictis conventibus reformati, ut præterit, introductæ inhærere intendunt: quinetiam illam auspiciis dilecti filii nostri Henrici S. R. E. presbyteri cardinalis de Retz nuncupati, ecclesiæ Parisiensis ex concessione & dispensatione apostolica, præfusi, jam ultra susceperunt aggregari. Nobis propterea tam Ludovicus rex, quam priores, ac conventus, & monachi prædicti humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur piis Ludovici regis, ac priorum &

*Tomus VII.*

A conventuum, ac monachorum eorumdem votis in præmissis annuere, ipsosque priores & conventus, & monachos specialibus favoribus & gratiis profœqui volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa lais, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum prædictorum duntaxat consignandum, harum scilicet absolventes, & absolutas fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium, sacri concilii Tridentini interpretum consilio, unam prioratus seu collegii, ac sancti Augustini, & de Nohaliaco, & sancti Faronis, necnon S. Petri, & beate Mariæ reformatorum prædictorum, atque etiam quorumvis aliorum monasteriorum prædicti ordinis in Gallia, & omnibus provinciis prædicti Ludovico regi subditis consentientium conventuum, & monachorum, qui deinceps reformationem hujusmodi recipere, seuque illi submittere voluerint, congregationem sancti Mauri Gallicanæ Parisiensis nuncupandam ad instar congregationis Montis Cassinensis, seu sanctorum Vitoni & Hydulphi, per unum vicarium generalem natione Gallum, seu ex loco temporalis dominio dicti Ludovici regis subiecto oriundum, a capitulo generali ejusdem congregationis ut infra erigendæ, singulo quoque anno, vel bimestrio, aut triennio eligendum, regendam & gubernandam: ita tamen ut ex hujusmodi erectione nullum profus præjudicium censetur illatum mensis abbatibus, sed abbatibus ipsæ in omnibus primævam naturam & titulum collativum dignitatis abbatialis ipsorum monasteriorum retineant, perinde ac si erectio hujusmodi facta non esset: quodque deinceps occurrente quorumcumque monasteriorum, tam eorum quorum conventus dictam reformationem jam amplecti sunt, quam eorum qui se deinceps illi submittent, vacatione, illorum collatione, seu provisione, aut commendæ ad sedem apostolicam, ad nominationem pro tempore existentis eorumdem Francorum regis, prout prius, perinde ac si in illorum conventibus reformato introducta, seu congregatio ipsa erigenda, erecta non fuisset, pertinent: ipsaque congregatio ut infra erigenda in conventibus & mensis conventualibus, ac locis & portionibus monachalibus, necnon officiis claustralibus ipsorum, & pro tempore aggregatorum monasteriorum duntaxat locum habeat, ac salvis & illis remanentibus titulis prioratum, & quorumcumque aliorum beneficiorum collativorum a prædictis monasteriis, & eorum quomodolibet dependentium; ita ut illa deinceps, prout antea conferti seu commendati debeant absque ulla profus differentia, apostolica auctoritate prædicta, tenore præsentium, perpetuo erigimus & instituiamus. Cæterum quia dignitates abbatiales monasteriorum, quorum conventus sunt & erunt reformati sub congregatione per præfentes erecta non comprehenduntur, sed ab illa exemptæ, & extra illam remanebunt: quodque ipsorum monasteriorum abbates titulares seu commendatarii cum conventibus & monachis reformati nihil commune, nihilque agendum habeant, sed illi a prioribus claustralibus, juxta reformationis seu congregationis Cassinensis, aut sanctorum Vitoni & Hydulphi hujusmodi ritus, statuta & consuetudines eligendis, regantur & gubernentur, etiam perpetuo statuis & ordinamus. Insuper congregationi per præfentes erectæ hujusmodi, illiusque conventibus & personis, & bonis nunc & pro tempore existentibus, ut omnibus & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, gratis, indultis & indulgentiis dictæ congregationi Cassinensis, illiusque conventibus, monasteriis & regularibus locis, & principaliter, & particulariter, vel generaliter, aut accessorie, vel per viam communicationis & extensionis concessis, dummodo tamen sint in usu, nec revocata, aut sub ulla revocationibus comprehensa, nec sacris canonibus, dielique concilii decretis contraria sint,

L ij

uti, frui, potiri, & gaudere possint & valeant, pariter ac pariformiter, perinde ac si illa congregationi per presentes erectæ, illiucque conveniunt, personis, & bonis particulariter, specificè & expresse, ac nominatim concessa fuissent: atque etiam monachis congregationis per presentes erectæ, donec numerus religiosorum & superiorum congregationem per presentes erectæ, sufficienter auctus fuerit, in priores, novitiorum magistros, præfidentes, seu superiores eligere, & ad ordines sacros suscipiendos, & ad triennium tantum quocumque religiosorum capacitate & ætatem a sacris canonibus requisitis habentes præsentare possint; neque eam ætatem, quæ per constitutiones & declarationes dicte congregationis Montis Cassinensis super vigesimo primo capite regulæ ejusdem sancti Benedicti præscripta reperitur: neque etiam quinque annorum spatium, quo durare novi profecti sui magistris novitiorum morari debent, expectare teneantur, sed ad triennium tantum, & dimidietate eligendi trigefimum saltem eorum ætatis annum expleverint, concedimus & indulgemus. Præter ob superiorum penuriam, quæ in congregatione per presentes erectæ, in hoc institutionis ejus primordio, ut asseritur, existit, religiosi illis, tam superioribus quam non superioribus, qui a dicte congregatione Lotharingæ, cui se submiserant, de ipsius superiorum licentia & consensu profecti, & in Galliam dimissi fuerunt, quique sic dimissi in conventibus reformandis, & reformatis prædictis sedulam & quidem fructuosam operam, ut accepimus, impenderunt, ut in congregatione per presentes erectæ, de consensu tamen congregationis sanctorum Viti & Hildulphi hujusmodi remanere possint, licentiam & facultatem impartitur, ac pro potiori eorum cautela, ac quatenus opus sit, eos a juramentis, suspensione & obediencia per ipsos dicte congregationi Lotharingæ præstitis & promissis, vero excellent tamen, ut præfatur, consensu superioris ejusdem congregationis Lotharingæ, absolvimus, eximimus & liberamus. Porro prædictam domum sancti Guillelmi, ejusque conventum, priorem & monachos; ac res & bona quæcumque dicte congregationi per presentes erectæ agg. egamus. Denique in proteclorum dicte congregationis per presentes erectæ dictum Henricum cardinalem deputamus: decernentes præfentes literas sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus minime comprehendendi, sed semper ab illis excipi; & quoties illæ emanabunt, toties in primum & validissimum statum restitutas, repositas & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quæcumque posteriori data per vicarium generalem & monachos congregationis per presentes erectæ quodcumque eligendum concessa esse & fore: sicque per quocumque iudices ordinarios & delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditors judicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his a quoviam quavis auctoritate, sicut vel ignorant, contigerit attentari: nonobstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, dictorumque ordines & monasteriorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quocumque, indultis & litteris apostolicis, illis eorumque superioribus & personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis dictis apostolicis & decretis in contrarium forsitan quoviamlibet concessis, confirmatis & innovatis: quibus omnibus & singulari, etiam si illis specialis, specificæ, expressæ, & individua mentio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hoc vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod officia claustralia supra & extincla sint, & esse censentur, quatenus in ipsis monasteriis reformatio hujusmodi vere & realiter introducta fuerit, seu introducat, &

non alias; sicque suppressi & extincla remaneant, donec & quovis reformatio sic introducta in eis duraverit, & non ultra, ita ut in eventum in quem illam cessare vel extingui quodcumque contigerit, officia prædicta in primum statum ipso jure revertantur, ita quod, ut prius, in titulum conferri, & de illis eorumdem monasteriorum monachis respective provideri debeat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anno Piscatoris, die XVII. Maii an. M. DCXXI. pontificatus nostri anno primo. *Signatum in calce S. Card. S. Sulanæ, & sigillatum in dorso extra rubra.*

## C X C.

*Bulla Gregorii XV. ad Franciscum cardinalem de la Rochefoucault, pro reformandis ordinibus sancti Benedicti, S. Augustini, Cisterciensis & Cluniacensi in regno Francia.*

**G**REGORIUS papa XV. Dilecte fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Speculatores domus Israël, quæ est ecclesia Dei vivens, mirabili ejusdem providentia constituti admonemur, ut ad ea sedulo intendamus per quæ divinus cultus, & ecclesiastica regularisque disciplina in monasteriis & locis regularibus quibuslibet conserventur, majoraque in dies suscipiant incrementa, & si in aliquibus exciderint, modis, quantum fieri in Domino poterit, restituantur oportunis. Cupientes itaque ad amaranum salutem, & Christi fideliūm adificationem, monasteria, domos, & alia loca regularia S. Benedicti, S. Augustini, Cisterciensis & Cluniacensis ordinum in regno Francia existentia auctoritate nostra visitari, ac de tua singulari fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino consili, supplicationibus etiam carissimis in Christo filii nostri Ludovici Francorum regis christianissimi nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, tibi per presentes injungimus, ut cum consilio & participatione prælatorum, & religiosorum eorumdem ordinum, quos ad id idoneos esse judicaveris, omnia & singula ordinum prædictorum n. onasteria, domos, & alia loca regularia quocumque nomine nuncupata & exempta, ac nobis, & a j. officio sedi mediate vel immediate subiecta, eorumque abbaes, priores, monachos, fratres, & personis quæcumque dignitates, status, gradus, ordines & conditionis existentes, tam in capite quam in membris, auctoritate nostra visites & reformes, ac in eorumdem personarum statum, vitam, mores, ritus & disciplinam, tam conjunctim quam divisim diligenter inquiras, necnon evangelicæ & apostolicæ doctrinæ, sanctorumque canonum, & generalium conciliorum decretis, & sanctorum patrum traditionibus, atque regularibus institutis eorumdem ordinum apostolica auctoritate confirmatis inhaerentem, & prout occasio, eorumque qualitas egerit, quæcumque mutatione, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione, indigere cognoveris, corrigas, emendes, renoves, ac etiam de novo condas, condita sacris canonibus, & concilii Tridentini decretis non repugnancia confirmes, abusus quocumque tollas, regulas, institutiones, & ecclesiasticam, regularemque disciplinam, ac in primis divinum cultum, ubicumque exciderint, juxta primum eorumdem ordinum regulam dicta apostolica auctoritate confirmatam, modis congruis restituas & reintegres: si aliquos in aliquo delinquentes repereris, eos juxta canonicas sanctiones punias & castiges, ipsique personis, etiam ut præmittitur, exemptas ad debitum & honestum vix modum, ac ad statum sacris canonibus & concilio Tridentino prædictis conformem revoces, & quicquid circa morum correctionem statutis & ordinaveris, absque dilacione & appellatione quæ executionem quovis modo ullatenus impedit, aut suspendat, neque nisi ad effectum devolutivum dumtaxat suffragetur observari facias,



nonocherum & fratrum ordinum praedictorum congregari nos erigas & infirmas, non aliter a te licet in independentia, quae sine capite sunt, similiter in congregationem religio, incedentes ad contradicentes quolibet & rebelles pro fementis, censuras, & poena ecclesiastica, atque opportuna juris & facti remedia cogas & compellas, nos enim tibi praemissa, & quaeunque alia circa visitationem & reformationem, aliaque supra expressa hujusmodi necessaria, & quomolibet opportuna facienda, dicendi, gerendi & exequendi (citra tamen beneficiorum status mutationem) auctoritate praedicta, tenore praesentium plenam, liberam & absolutam facultatem & auctoritatem concedimus & impartimus: si tunc autem graviora in hujusmodi visitatione repereris, volumus ut ea sub tuo sigillo clausi ad nos praecipuum diligenter transmittas, ut illi quod in illis statuendum sit, nostra consultatione adhibita decernamus. Nam lantes propterea omnibus & singulis abbatibus, prioribus & generalibus, ac aliis superioribus quocumque nomine nunciatis, aliisque personis praedictis, sub excommunicationis ac privationis suorum officiorum, & aliis arbitrio nostro infligendis penis, ut infra in praesentibus omnibus & singulis praesentibus parent & obediunt, itaque salubria monita & non lata suspensam, humiliter & efficaciter adimplere procurent; alioquin fementiam sine poenam quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & facturus, auctore Domino, usque ad satisfactionem consilium in insolubilibus observari: non oblitus a; o; sollicitus ac in universis, provincialibus & synodalibus conciliis edictis, generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ac monasteriorum, domorum, & aliorum locorum regulam praedictorum & ordinum quorum fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statuti & consuetudinibus, privilegiis quoque, in laicis & clericis apostolicis, illis eorumque superioribus hujusmodi & aliis personis praedictis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria unum derogatio, aliisque efficacibus & in solis clausulis ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio vel consistorialiter, ac alias in contrarium praesentium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis & innovatis, quibus omnibus & singulis etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, in livibus, ac de verbo ad verbum expressa mentio habenda, aut aliqua alia equiva forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi praesentibus pro plene & sufficienter expressis & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque praesentibus ad sex annos a data praesentium computandos duntaxat vulturis. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die VIII. Apr. an. M. DCXXXII. pontificatus nostri anno secundo. Signum S. Caroli S. Sufanz; & in dorso scriptum est Dilecto filio nostro Francisco tituli S. Calisti presbytero cardinali de la Rochefoucault nunciato. Et appositum est sigillum seu annulus Piscatoris in cera rubra.

C X C I.

*Bulla Gregorii XV. pro erectione sedis Parisiensis in archiepiscopalem.*

1622. GREGORIUS episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Universi omnibus ecclesiis ob disponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus praesidentes, in omnes agri Domini partes oculos nostrae mentis vigiliis more pastoris intendimus, insipientes quid ecclesiarum ipsarum, praeritum cathedralium insignium status & decori maxime conveniat, atque hoc quidem tanto liberalius,

A pro uti usque curandum censimus, quanto magis civitatum celebritas, ac regum Christianorum vota id exoptant, ac divino sub praesidio illius, qui cuncta ex sua benignitate ad hoc in populi sui salutem disponit ad ea quae ad dignitatem & statum ecclesiarum ipsarum augendum pertinent, officii nostri partes libenter convertimus, prout consuevimus in Deo salubriter expedire. Sane attendentes, quod ecclesia Parisiensis, quae de praesenti pastoris solatio destituta exiit, maxime dignitatem & canonicorum, ac aliorum ministrorum ecclesiasticorum divinis laudibus in ea communio infirmitatum numero decorata exiit, ac non modo diocesis magnitudine patet, sed cleri ipsius ubique pietate, nobilitate & amplitudine floret; episcoporum quoque ordine succedentium, quos multos ab initio hae natiocentis religionis invenimus adhuc infidelium persecutionibus, fidei catholicae defensoribus & propugnatoribus habuit, numero affluis, sacrarumque reliquiarum copia abundat, & erga eandem ecclesiam Parisiensem Francie reges maximum semper gesserunt devotionis affectum. Cumque, sicut accepimus, civitas ipsa Parisiensis ex insignioribus nedom Europe, sed universi orbis regum Gallie Christianissimumum regis sedes, ac totius regni Gallie caput, et inclite memorie Clodovae primi eorum, in Francorum regis Christianissimi decreto exstat, & in dicto regno principatum olinet, vioumque principum, ac procerum, & magnatum omnium illius regni provinciarum aulam regiam, pro ipsius regni decore isquentium frequentu concursu civiumque literariae & militaris disciplinae laude, & gloria clarorum ingenii numero florentissima dignoscatur, & in ea celeberrima omnium scientiarum academia, seu universitas, studii generalis jam a pluribus saeculis praeter ceteris similibus studiorum universitatibus floreat, & etiam suprema totius regni senatus, ac nobilitatis & aliorum insignium juris peritorum consilio conscriptus redierat, & quamplurimum sumptuoso edificio constructis ecclesiis & tenellis, necnon virosque ac sanctimonialium monasteriis, xenodochiis, & locis piis, amplissimis redditibus ac regum munificentia & liberalitate, pro singulari eorum pietate locatis abundet: propterea ecclesia ipsa Parisiensis metropolitica praetatione merito digna censetur. Nos igitur his atque aliis rationibus & causis adhiuctis, ad laudem & honorem omnipotens Dei, ac beatae virginis Mariae, necnon fidei catholicae exaltationem, & totius militantis ecclesiae gloriam, motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac apostolicae potestatis plenitudine, praedictam ecclesiam Parisiensem a jure metropolitico, quo ecclesiae archiepiscopali Saronensi, etiam ad praesens pastoris solatio destituta tenetur, omnino segregamus & extimamus, ac in metropolim, sedemque episcopalem Parisiensem in archiepiscopalem, archiepiscopali & metropolitico pro tempore existimus, ita tamen quod ecclesia ipsa Parisiensis ecclesiae primatiali Lugdunensi, & illius archiepiscopali, seu primati ad instar dicte ecclesiae Saronensis subiacere debeat, & sine praedictis concordatorum regni Francie, dudum inter sedem apostolicam & clarae memorie Franciscum I. coronatum Francorum regem initorum, apostolica auctoritate tenore praesentium erigimus & instituiamus, ac nomine, titulo & honore archiepiscopali & metropolitico decoramus; necnon dicte ecclesiae Parisiensis praesentibus qui erant pro tempore, passim in signum primatialis videlicet pontificalis officii assignandum fore, ecclesiamque Parisiensem metropoliticanam, praedictos ipsos archiepiscopos ceteris, ac perceptis suis temporibus nunciari debere, archiepiscopalia quoque & metropolitica insignia gerere, iura, jurisdictiones, & cetera singulis, prout memoratis in eorum civilitatibus, diocesis, ac provinciis a jure inultum existit, facere, exercere, administrare, & exequi posse dicta auctoritate concedimus. Necnon Carnotensem & Meldensem, ac Aurelianensem ecclesias, quae etiam de

jure metropolitico prædictæ ecclesiæ Senonensis subesse dignoscuntur, earumque omnium & singularum civitates & dioceses, cum omnibus & quibuscumque earum territoris & terminis, ac dilectos filios earum singularum, clerum, & populum universum, cum quibusvis collegiatis parochialibus & aliis ecclesiis, necnon monasteriis utriusque sexus, cæterisque beneficiis, & officiis ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus, & quorumvis ordinum & militiarum regularibus, necnon hospitalibus, domibus, collegiis, & locis religiosi quibuscumque, ab ecclesiâ Senonensi, ac pro tempore existentis archiepiscopi Senonensis subjectione, & jurisdictione, necnon correctione, vifitatione, ac omni & quacumque alia obedientiâ & superioritate perpetuo dividimus & separamus, illisque & earum civitates & dioceses posthac in provincia Parisiensi esse & consistere, neque in alia provincia censendas & numerandas esse decernimus, & declaramus. Præterea dictæ Parisiensis ecclesiæ, Carnotensem, & Meldensem & Aurelianensem ecclesiâ & dioceses præfatas, modernoque pro tempore existentes illarum singularum præfules pro suis pro tempore existentes, archiepiscopi Parisiensis suffraganeos, qui, earumque singularum capitula, etiam quocumque privilegio fuffula, tanquam membra capiti, eidem archiepiscopo Parisiensi jure metropolitico subsumi, sibi que obedientiam & reverentiam, tanquam proprio metropolitano prorsus exhibeant, etiam perpetuo subijcimus: eidemque archiepiscopo Parisiensi præfatos suos suffraganeos consecrandi, ac provinciales synodos evocandi, ac cum eis, etiam ecclesiastica negotia terminandi, eorum ecclesiâs disponendi, & causâs quarumcumque appellacionum, sive querelas alias, ad eum tanquam metropolitani juxta decreta concilii Tridentini devolutas, aut alias juxta sacrorum canonum statuta spectantes cognoscendi, omniarumque alia & singula, quæ de jure vel consuetudine, aut alias quomodolibet ad archiepiscopos & archiepiscopale munus spectare, pertinere solent & debent, gerendi, faciendi, & exercendi plenam & omnimodam concedimus facultatem. Provincie quoque Parisiensis clerum & populum universum eorum pro ecclesiâ & archiepiscopi Parisiensis provincialibus, pariter perpetuo concedimus & assignamus: decernentes eisdem præsentis litteras sub quibusvis similibus & dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus citium per nos, seu alios Romanos pontifices successores nostros, sub quibuscumque verborum expressiõibus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu, scientia, potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet factis minime comprehendi: sed semper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in primum & validissimum, ac eum in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas & plenarie reintegratas, ac de novo etiam, sub quacumque posteriori data, per archiepiscopum Parisiensem pro tempore existentem, quancumque eligenda concessas, ac semper perpetuo validas & efficaces esse & fore, suoque plenarias & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus ad quos nunc quomodolibet spectat & spectare poterit in futurum, perpetuo firmiter & inviolabiliter observari & adimpleri, sicque per quoscumque iudices ordinarios & delegatos quavis autoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici audiores, ac sanctæ Romanæ ecclesiæ cardines etiam de latere legatos & vicelatos, dictaque sedis nuncios iudicari & definiti debere, ac ex nunc irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus regula nostra de jure quesitio non tollendo, ac quibusvis aliis apostolicis, necnon in provincialibus, synodalibus, universalibusque conciliis, edictis & edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus & ordinationibus, necnon Carnotensis & Meldensis, ac Aurelianensis ecclesiarum prædictarum juramento, confirmatione apostolica,

vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulis & literis apostolicis, eidem ecclesiis & venerabilibus fratribus nostris modernis earum episcopis, necnon dilectis filiis earum capitulis, & quibusvis aliis personis, seu quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & infolius clausulis, irritantibusque & aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu & scientia paribus, ac consistorialiter, ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, approbatis & innovatis, quibus omnibus etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis specifica & expressa mentio habenda, aut alia aliqua expostita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inferrentur, præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris: hac vice dumtaxat harum ferie, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine prædictis derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ segregationis, exemptionis, erectionis, institutionis, decorationis, divisionis, separationis, declarationis, subjectionis, concessionum, assignationis, decretorum, & derogationis infringere, vel di ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incurfurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnacionis Dominicæ M. DCXXXII. XIII. kalend. Novembris, pontificatus nostri anno II.

## C X C I I.

*Bulla Gregorii XV. pro ecclesiâ Parisiensis suffraganeis.*

GREGORIUS episcopus servus servorum Dei, 1622.  
venerabilibus fratribus Carnotensis, Meldensis, ac Aurelianensis episcopis, salutem & apostolicam benedictionem. Hodie ecclesiæ Parisiensis, quam nos nuper tunc pro obitu bonæ memoriæ Henrici, dum vixit, S. R. E. cardinalis de Retz nuncupavi, & dictæ ecclesiæ Parisiensis ex dispensatione apostolica præfatus, extra Romanam curiam defuncti, pastoris solatio deslituam, certis tunc expressis causis adducti, prævia omnimoda illius segregatione & exemptione a jure metropolitico, quo ecclesiæ archiepiscopali & metropolitane Senonensi suberat, in metropolim, sedemque ipsius episcopalem in archiepiscopalem archiepiscopali & metropolitani præfatis sedem, & provincie caput pro illius archiepiscopo pro tempore existente apostolica autoritate, motu nostro proprio, & ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine perpetuo exemimus & instituimus, necnon Carnotensem, Meldensem ac Aurelianensem ecclesiâs vestras, quæ simili etiam jure metropolitico prædictæ ecclesiæ Senonensi subesse dignoscuntur, ab ipsius ecclesiæ Senonensis subjectione & jurisdictione etiam perpetuo dividimus & separavimus, ipsisque & earum civitates ac dioceses deinceps in provincia Parisiensi esse decernimus, & insuper dictæ ecclesiæ Parisiensi præfatis Carnotensem, Meldensem, ac Aurelianensem ecclesiâs vestras, earumque dioceses præfatas, vosque & successores vestros pro tempore existentes illarum præfules pro archiepiscopi Parisiensis pro tempore existentis suffraganeis subijcimus a primæva erectione & institutione hujusmodi tunc vacanti de persona dilecti filii Johannis Francisci de Gondi electi Parisiensis de fratrui nostrorum consilio apostolica autoritate providimus, ipsumque illi in archiepiscopum præfecimus & pastorem curam & administrationem ipsius ecclesiæ Parisiensis sibi in spiritualibus & temporalibus plenarie committendo, prout in diversis literis plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamus &

hortamur attente, vobis per apostolica scripta mandantes, quasvis eidem Johanni Francisco electo tanquam membra capiti adherenti, exhibitis sive obedientiam & reverentiam sibi dei ius & devotas, ita quod mutua inter vos & ipsum gratia forsitur effectus, & nos devotionem vestram possimus propterea in Domino merito commendare. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, decimo octavo cal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

## C X C I I I.

*Confirmatio erectionis congregationis sancti Mauri, cum ampliatione gratiarum ab Urbano VIII. pontifice maximo.*

1627. **U**RBANUS episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti apostolice dignitatis specula, meritis licet imparibus, divina disponente clementia constituit, ad universis nobis monasteriis nostrae consideracionis intuitum dirigentes, eorumque decori & vassitati consulere satagenes, ad ea, per quae divinus in illis cultus augeatur, propensius studius libenter intendimus, ac ea, quae pro illorum prospero & felici statu, personarumque in eis sub suavi religionis iugo Altissimo famulantium provide ac religiose ordinata fuisse dicuntur, ut firmiora perpetuo & illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolice munimine roboramus; ipsosque religiofos, ut eorum vota ad id facilius concurrant, spiritualibus numeribus, indulgentiis videlicet & peccatorum remissionibus confavemus, ac alias desuper dispensamus, prout eorundem religiosorum spiritualis devotio, & christianissimum regnum vota exposcunt, & conspicimus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem felices recordacionis Gregorio papa decimo quinto praedecessori nostro, pro parte carissimi in Christo filii nostri tunc sui Ludovici Francorum & Navarrae regis christianissimi, ac dilectorum filiorum S. Augustini prope & extra muros Lemovicensis, ac S. Juliani de Nobiliaco Piclavensis dioecesis, & S. Faronis prope & extra muros Meldensis, necnon S. Petri de Gemetis Rothomagensis dioecesis, ac aliorum monasteriorum, priorum & monachorum ordinis S. Benedicti humiliter supplicato, quatenus in regno Francie unam congregationem ejusdem ordinis sub titulo & invocatione seu denominatione S. Mauri, adinstar congregationis Cassinensis, seu S. Justinae de Padua erigere, didicisque prioribus & monachis, ut ad eam effectum praedicta infimul congregare, ac omnia alia non reformata monasteria ejusdem ordinis, quorum monachos antiquioris disciplinae regularis observantiam in semet ipsis renasci facere amor excitaret, eis aggregare possent & valeret, concedere, aliasque in praemissis opportune providere de benigntate apostolica dignaretur; dictus praedecessor supplicationibus sibi, ut praefertur, porrectis tunc annuens, de voto tunc existentium sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, decretorum concilii Tridentini interpretum, congregationem sancti Mauri hujusmodi erexit & instituit, cum facultatibus & indulgentiis tunc expressis, ac alias prout in litteris apostolicis sub die decima septima mensis Maii, anni Domini millesimi sexcentesimo vigesimo primi, pontificatus sui anno primo, desuper in forma brevis expeditis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Ludovici regis, ac dilectorum filiorum praesidentis, diffinitorum, visitatorum, priorum & monachorum monasteriorum dicti ordinis congregationis S. Mauri hujusmodi petitione continebat, post hujusmodi erectionem, brevissimo inde temporis spatio, plures diversorum ejusdem ordinis monasteriorum abbatas & monachi pro quodam desiderio sitem de bonis aliquibus successibus in ipsa monasteriis providendi, excitari, superiores & monachos congregationis reformatae hujus-

A modi continuis precibus requisiverint, de ipsa reformatione in ius monasterii non reformati intro usum: & numerus eorum qui id possent ita in dies augeti dignoicatur, ut clare & evidenter concipiatur omnia dicti ordinis monasteria in regni praedicti provincis existentia, intra paucos abhinc annos, Deo favente, & sede apostolica annuente, iri penitus reformata. Et sicut eadem petio subjungetur, etiam dictus praedecessor per dictas suas litteras erectionis hujusmodi congregationem ipsam S. Mauri nonnullis praerogativis, utpote unionis officiorum claustralium mensis conventualibus monasteriorum ejusdem congregationis sancti Mauri, & aliis gratis, quarum favore congregatio ipsa S. Mauri palmis suos jam longe lateque extendere cepit, decoraverit: experientia tamen comperit sit, quod ad perfectionem tanti operis (universalem nimirum reformationem totius ordinis hujusmodi in tam amplo regno stabilientiam) omnino necessarium videatur, gratias & praerogativas dictae congregationis sancti Mauri per eundem praedecessorem concessas, diversis aliis indulutorum ac facultatum favoribus ampliari, & defecui multorum aliorum, quorum necessitas tempore erectionis praedictae minus praevia fuit, & sine quibus ceptum tam grande finem suum perfectum consequi non potest, suppleri. Propterea praesentis, diffinitores, visitatores, priores & monachi dictae congregationis sancti Mauri praedicti attendentes reformationem praedictam in nonnullis monasteriis stabiliri, ac perfectam observantiam inibi exerceri non posse, nisi prius omnia loca regularia eorundem monasteriorum in integra & libera possessione dictorum reformatorum constituta, & totalis etiam distinctio temporalium reddituum mensuram conventualium pro victu & vestitu monachorum, prout & officiorum claustralium eis affecta remanent, & insuper ad subvenendum tot tantisque monasteriis, quae in dies eidem congregationi sancti Mauri offeruntur, sibi magno superiorum numero opus esse, & diversarum gratiarum auxilium illam indigere. Quare tam ipsius Ludovici regis nomine per dilectum filium nobilem virum Philippum de Behune, ipsius Ludovici regis apud nos & sedem praedictam oratorem extraordinarium, quam pro parte praesidentis, diffinitorum, visitatorum, priorum & monachorum reformatorum praefatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere de simili benignitate dignaretur.

D Nos igitur qui devotionis & piorum operum incrementum, ac divini cultus augmentum, & religionis propagationem, ac quorumlibet ordinum, & monasteriorum reformationem ubique promoveri sinceris exoptamus affectibus, praesidentem, diffinitorum, visitatores, priores & monachos reformatos praedictos amplioribus favoribus & gratis prosequi volentes, ipsosque ac dictae congregationis sancti Mauri singulares personas a quibusvis economunicationis, suspensionis & interdicti, aliius ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa lais, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon litterarum praedecessoris praefati tenores praesentibus pro expressis habentes, posterioribus supplicationibus hujusmodi inclinari, ex voto venerabilium fratrum nostrorum ejusdem sanctae Romanae ecclesiae cardinalium negotiis regularium praepositorum, superioribus & monachis dictae congregationis S. Mauri, quod ut omnia via religiosa non reformatos perpetuandi in monasteriis, in quibus reformati ipsi introducti fuerint, pracludatur; illi cum abbatibus & perpetuis commendatariis, ac officialibus claustralibus, monachis capellanis, seu beneficiatis regularibus non reformatis monasteriorum dicti ordinis, seu prioratum conventualium & non conventualium, ac capellanatum & beneficiorum retributum ab illis dependentium, super titulorum & functionum officiorum claustralium, ac

tam illorum, quam temporalium reddituum mensuram A  
 conventuum hujusmodi, necnon jurisdictionem eorundem dimissione, in favorem dictorum reformatorum, sub concessione & reservatione praestationis certae annuae summae pecuniarum, & quantitate vini, frumenti, & aliarum rerum ipsis pro eorum portionibus monachalibus, sive aliis debitis redditibus per dictos reformatos danda, cum qua dicti non reformati, de specialis nostra licentia, in particularibus actibus, separatim & seorsum a communitate dictorum reformatorum, & extra loca regularia, eis, ut praefertur, relicta, intra tamen septa eorundem seu aliorum ejusdem ordinis monasteriorum, quo usque diem suum claudant extremum, seu quousque bonis dictorum reformatorum vitae ac morum exemplis inducunt, reformationem congregationis sancti Mauri hujusmodi amplius velint, & vice versa ipsi monachi non reformati desuper cum eisdem reformatis valeant convenire. Ita quod ex tunc dicti officiales claustrales, capellani, & beneficiati regulares non reformati, redditus mensuram, ac officia, capellanias, & beneficia monasteriorum seu prioratum, ac aliorum regularium locorum ab ipsis monasteriis dependentium hujusmodi, redditus quidem mensuram & officiorum in favorem mensuram conventuum dictorum reformatorum; capellanias vero, beneficia, & prioratus hujusmodi, in favorem particularium dictae congregationis sancti Mauri monachorum cedere, & de non resignandis officiis, capellanis, & beneficiis per eos obtentis, in aliorum quam reformatorum eorundem favorem promittere, & ad id sese obligare: dicti vero reformati officialibus claustralibus, capellanis, & beneficiatis hujusmodi partem aliquam, etiam majorem, vel parte totalitatem fructuum, reddituum, & proventuum officiorum, capellaniarum, & beneficiorum regularium praedictorum, via dictorum non reformatorum du ante duntaxat, reservare & assignare possint. Et insuper eadem congregationi sancti Mauri, seu illius capituli generali, ut, attentis penuria monachorum reformativum nascentis congregationis hujusmodi, & quantitate locorum regularium, ad quae, pro introductis in illis reformatione, ipsi vocantur, ejusdem congregationis sancti Mauri monachos, etiam priores aliquos, ac officia claustralia, & alia quaecumque quomodolibet nuncupata & qualificata beneficia regularia dicti seu Cluniacensis ordinis obtinentes, a monasteriis, a quibus illa dependent, (etiam si teneantur ratione functionis illorum, & provisionum sibi de illis apostolica seu ordinaria auctoritate factarum, seu ex tunc in futurum faciendarum, ad residuum in dictis monasteriis, seu aliis locis regularibus, a quibus, ut praefertur, dependentia fuerint) ad alia monasteria, seu loca regularia dictae congregationis sancti Mauri jam aggregata, seu in futurum aggreganda, pro functionibus seu muneribus, ad quae, ab eorum superioribus habiles & idonei visi fuerint, subeuntis, ac alias pro eorundem monasteriorum seu locorum regularium reformativum necessitate, & novitiorum, aut aliarum in illis degentium personarum, tam in literarum & scientiarum, quam disciplinae regularis dictae congregationis reformatione eruditione & instructione, supportatis interim, per alios ejusdem congregationis sancti Mauri monachos, prioratum, capellaniam, & beneficiorum praedictorum debitis & consuetis oneribus, ad tempus sibi bene visum transferre: priores quoque & novitiorum magistros, ac alios quoscumque superiores monasteriorum in quibus reformatio hujusmodi jam introducta est, seu introducitur in futurum, etiam ipsi in dicta congregatione sancti Mauri pro tempus in illius constitutionibus & literis praedictis praefixum non renanserint, ad superioritates, munera, officiaque hujusmodi, dummodo alias ad id idonei reperti fuerint, canonice eligere, & eos seu alios, sive etiam destituerint, ac visitatores, ad tempus, tam citra quam ultra terminum, in dictae congregationis constitutionibus & illius ere-

ctionis literis praefixum, si ad id cogat necessitas, & superiorum capitulum penuria, quoadvisque validior fiat dicta congregatio sancti Mauri, & pro bono illius, ad arbitrium capituli generalis, in suis superioritatibus, officiis & muneribus continuare; & monachos ad sacros ordines suscipiendos, non expectato tempore praefixo per eisdem constitutiones & erectionis literas, dummodo etiam alias zate, moribus, & doctrina ad id sint idonei, ac servatis servandis transmittere. Necnon status & constitutiones, prout necesse fuerit, condere, & jam condita & condenda, si id per capitulum generale duntaxat legitime congregatum omnino necessarium videatur, pro majori Dei gloria, & feliciori successu totius congregationis sancti Mauri hujusmodi moderari, immutare & abrogare. Et inter alia, quod monachi ejusdem congregationis sancti Mauri omnia beneficia dicti & Cluniacensis ordinum, quamvis etiam a diversis monasteriis, in quibus congregatio reformativa hujusmodi introducta non est, dependentia, sive officia claustralia, & quascumque praesones quae sive ante professionem regularem, sive post illam obtulerint, seu in futurum obtulerint, in titulum quidem illa teneant; ita tamen ut nullo modo imperforum de titulis ipsis, neque de fructibus eorum, seu pensionum, possint in particulari disponere, sed omnimoda eorum dispositio penes superiores & officarios dictae congregationis S. Mauri, seu illius monasteriorum ac in communem usum tantum remaneat, fluatque. Et denique iidem monachi reformati, ac omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui ecclesiam monasteriorum congregationis S. Mauri hujusmodi in singulis diebus festivis sanctorum Benedicti & Mauri, necnon titulariorum seu patronorum ecclesiarum earundem, vere poenitentes & confessi, ac sacra communione refecti visuaverint, praesque ad Deum preces pro sanctae matris ecclesiae exaltatione, haereticorum exterminatione, & christianorum principum concordiam effundendo, ut plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequantur eidem vero congregationi S. Mauri, ac illius monachi professi, & nondum professi, commissi, famuli, officialibus, domesticis, & aliis quibuscumque personis ab illa dependentibus, ac ei & illius monasterii interserviunt, ut non solum omnibus & singulis tam dictae Cassinensis, seu sanctae Julinae de Padua, quam SS. Vitoni & Hidulphi congregationum, sed etiam aliarum omnium, & quoruncumque sive non mendicantium, sive mendicantium ordinum, sive militarium & hospitalium, ac aliorum piorum locorum privilegii, facultatum, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, indulgiis, indulgentiis, & aliis quibusvis gratis & prerogativis, eidem congregationibus & ordinibus, etiam militibus per nos & quoscumque Romanos pontifices praedecessores nostros concessis, sive deinceps a seve praedicta concedentibus, non solum per participationem, communicationem, seu illorum extensionem, sed perinde ac si illa omnia in specie eidem congregationi S. Mauri per nos concessa fuissent, uti, frui, potiri & gaudere libere, & licite possint, & valeant perpetuo, apostolica auctoritate praedicta, tenore praesentium concedimus & indulgemus. Postremo conventiones tam super dictis portionibus monachalibus, & dispositionibus locorum regularium, quam alias supradictis omnibus, si quae jam inter superiores, & monachos reformatos & non reformatos, sive illorum ablates, aut perpetuos commendarios, ut praefertur, canonice factae sint, ac alias quae in futurum, super similibus inter eisdem, in toto vel in parte, etiam canonice fieri contigerint, necnon dictorum monachorum reformativum beneficiorum, ut praefertur, translationes ad effectum supradictas factas, statuta quoque, illorumque moderationes, abrogationes, seu immutationes per dictum capitulum generale, ut praefertur, faciendae, aliasque praemissa & nunc prout ex tunc, & e contra postquam factae fuerint, etiam una cum erectione ejusdem congregationis S. Mauri, ut praefertur, factae, & in illa contentis quibuscumque, praeterquam

præterquam supradictis indultis a nobis concessis adversantibus, auctoritate apostolica & tenore similibus, etiam perpetuo approbamus & confirmamus, illique perpetue & invariabilis apostolicæ firmitatis robur adjuicimus; ac omnes & singulos sive cogitatos, sive incogitatos, aut alios quocumque tam juris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint, in eisdem supplemus, illaque tam per reformatos monachos, quam non reformatos, illorumque abbates, superiores nunc & pro tempore existentibus hujusmodi observari & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore resisti, minusque eos desuper a quoquam quavis auctoritate molestari, perturbari, inquietari, aut alias quomodolibet in iudicio, vel extra impediri posse. Præsentis quoque litteras nullo unquam tempore de subreptionis capite vel obreptionis, seu nullius in vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, annullari, seu in jus vel controversiam revocari, aut infringi posse, sed semper omni tempore, & adversus quoscumque dispositiones & obstracula quæcumque, validas & efficaces existere, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis observari debere, neque sub quibuscumque similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis quibuscumque dispositionibus, etiam per nos & successores nostros Romanos pontifices pro tempore existentibus, sive quibuscumque verborum tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, etiam derogatoriarum derogatoris, pro tempore, quomodolibet factis, comprehendi vel confundi, sed ab illis semper & perpetuo excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in præsentium & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie redintegras, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, quoadcumque eligenda concessas esse & fore; sicque per quoscumque iudices, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac eisdem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardines, etiam de latere legatos & vicelatos, dictæque sedis nuncios iudicari & diffiniri debere, ac utique fecus super his a quoquam, quavis auctoritate, scilicet, vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus. Quocirca dilectis filiis venerabilium fratrum nostrorum Parisiensis & Rothomagensis, ac Burdegalenis archiepiscoporum officialibus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, eisdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte præsentis, diffinitorum, visitatorum, priorum, & monachorum monasteriorum ordinis & congregationis sancti Mauri prædictorum, aut eorum successorum, vel cuiusvis eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisdemque præsentibus, diffinitoribus, visitatoribus, prioribus & monachis congregationis sancti Mauri hujusmodi, ac eorum singulis, in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, firmiter & invariabiliter observari, non permittentes eosdem præsentibus, diffinitores, priores & monachos congregationis sancti Mauri hujusmodi, ac eorum singulares personas desuper a quoquam quomodolibet indebitè molestari, impediri aut perturbari; contraditores quoslibet & rebelles, per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliisque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita compellendo; ac legitimis super his habendis servatis processibus sententias, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus, servata tamen forma concilii hujusmodi, aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, non obstantibus pie memorie Bonifacii papæ octavi etiam prædecessoris nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem & diocesim, nisi in certis expressis casibus, & in illis ultra unam diœcesim a sine suæ diœcesis

Tonus VII.

ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede præfata deputati extra civitatem vel diœcesim, in qua deputati fuerint, contra quoscumque procedere pratantur, & in concilio generali edita de duabus diebus, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, ac aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon sancti Benedicti, & Cluniacensis ordinum præfatorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, illis, illorumque monasteriis, abbatibus, superioribus & monachis, ac aliis personis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsitan quomodolibet concessis, quibus omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, vel quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat, harum rerum specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volimus autem quod resignationes prioratum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, non tamen officiorum claustralium per monachos non reformatos obtentorum, quas in futurum ad favorem reformatorum fieri, ac pensiones, quas super illorum fructibus reservari contigerit, a sede præfata dumtaxat admitti & reservari debeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre abolitionis, concessionis, indulti, approbationis, confirmationis, adjectionis, supplementis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, duodecimo kalendas Februarii, pontificatus nostri anno quinto. *Signatus in calce, F. Julianus. S. Carretus. C. Nutius. N. Ponlardus. Et supra plicam, N. Olot. Et sigillatum in plumbo sub duplicibus cordulis sericeis rubri crocicque colorum. Et a tergo scriptum est: Regilrata.*

### C X C I V.

**D** *Fulminatio, seu publicatio bullæ confirmationis congregationis S. Mauri ordinis S. Benedicti.*

Universis & singulis abbatibus, prioribus, & aliis prælati, administratoribus, & officialibus monasteriorum & abbatiarum, aliorumque locorum regularium & prioratum conventualium, a dictis monasteriis congregationis S. Mauri, videlicet S. Augustini prope & extra muros Lemovicenses, sancti Juniani de Nobiliaco Piclavensis diœcesis, sancti Faronis prope & extra muros Meldenses, sancti Petri de Gemeticis diœcesis Rothomagensis dependentium, cum aliis abbatibus iam aggregatis, & posthac aggregandis, locique ab eisdem dependentibus, prioribus, monachis & personis ex ordine sancti Benedicti in regno Franciæ existentibus, omnibusque aliis quorum interel, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, quibuscumque nominibus conceatur, & quæcumque præfatorum dignitate; Dionysius le Blanc presbyter, jurium doctor, insignis & metropolitanæ ecclesiæ Parisiensis canonicus, & archidiaconus Briæ, vicarius generalis in spiritualibus & temporalibus illustrissimi & reverendissimi domini domini Johannis Francisci de Gondi, Dei & sanctæ sedis apostolicæ gratia Parisiensis archiepiscopi, necnon officialis Parisiensis, iudex & executor hac in parte a sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Urbano divina providentia papa octavo & moderno, una cum dominis Rothomagensi & Burdegalenis officialibus, cum clausula quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium,

1629.

M

seu alios, &c. specialiter commissis & deputatis, salutem in Domino sempiternam, & nostris, imo veris apostolicis firmiter obedire mandatis. Litteras præfati sanctissimi domini nostri papæ ejus vera bulla plumbea sub duplicibus cordulis fericeis rubei croceique colorum, more Romanæ curiæ impendentibus bullatas, sanas quidem & integras, non vitatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio & suspitione carentes, prout in eis prima facie apparebat, ex parte christianissimi domini nostri Francorum & Navaræ regis Ludovici decimi terti, & supradictorum abbatum ac monachorum, super confirmatione erectionis dicte congregationis sancti Mauri, illiusque privilegiorum, gratiarum, & indulgiorum obtentas, datas Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnat. Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, duodecimo kalendas Februarii, pontificatus ejusdem sanctissimi anno quimo. *Signatas in calce, F. Julianus, S. Carreus, C. Nutius, N. Ponsardus, & supra pliam, N. Odor,* incipientes in hæc verba: Urbanus episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti, &c. ut supra, nobis per reverendum patrem dominum Bernardum Jevardac dicte congregationis religiosum expresse professum, ac procuratorem generalem exhibitis & presentatas, nos cum ea quæ decuit reverentia recepisse noveritis: post quarum quidem litterarum apostolicarum confirmationis præsentationem nobis & receptionem per nos factas, pro parte dicti reverendi patris Bernardi procuratoris, nomine totius dicte congregationis sancti Mauri, debita cum instantia sumus requisiti, quatenus ad illarum ac omnium & singulorum contentiorum in eisdem executionem, juxta formam per illas traditam, & in eis contentam procedere, & procedendo dicatas litteras apostolicas confirmationis publicare & fulminare; necnon decernere diclam congregationem ac personas ejusdem, omnibus gratiis, indulgitiis, honoribus, privilegiis, in munitatibus, & exemptionibus tenore dicatarum litterarum apostolicarum expressis uti, frui & gaudere debere, ac inhibitiones, & alia omnia in eisdem litteris contenta facere vellemus & dignaremur. Nos igitur officialis Parisiensis judex & executor ante dictos requisiti hujusmodi ut rationi consonè annuere, ac mandatum apostolicum nobis hac in parte directum & commissum reverenter, & tenentur, exequi desiderantes, visis & diligenter inspectis prædictis litteris apostolicis, easdem publicavimus & publicamus, ac vobis supradictis omnibus, & aliis quorum interest, aut intererit, communicari, vel divisim, & vestrum cuiuslibet intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentem, vosque & vestrum quemlibet in solum, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub penis in dictis litteris apostolicis contentis monemus, & injungimus, ut post præsentationem & notificationem præsentium vobis factam, sui scientiam, & postquam pro parte generalis, provincialis, synodici, promotoris, seu procuratoris dicte congregationis sancti Mauri fueritis requisiti, faciatis prædictas litteras apostolicas confirmationis, ac omnia in eis contenta ab omnibus ad quos pertinet, seu spectabit & pertinebit, inviolabiliter observari, eisdem supradictis, omnibusque aliis quocumque auctoritate fungentibus & fundatis, quibus opus erit, auctoritate apostolica prædicta inhibentes, sub penis in dictis litteris contentis, & aliis juris, ne præfatos abbates, priores, religiosos, personas, & loca dicte congregationis super præmissis in aliquo molestant, impedire, perturbare, vel inquietare, seu molestant, impediri, perturbari, vel inquietari faciat, aut præsumat, seu faciat, aut præsumat. Si vero præmissa omnia, & singula non adimpleritis, aut adimplere contumaciter distuleritis; mandatisque nostris, imo veris apostolicis, & in dictis litteris contentis non pariteris cum effectu; in rebelles, contradictores, culpabiles, & impediētes, ac consilium, auxilium &

A favore, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quæsito colore vel ingenio, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, ad dictum impedimentum ferentes, & eorum quemlibet, per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, etiam cum imploratione auxilii brachii secularis, si opus sit, procedetur, prout jus & ratio fuerint. Ceterum cum ad ulteriorem & integram dictarum litterarum apostolicarum executionem continuo per nos intendere nequeamus, aliis legitimis his in Parisiorum partibus circa justitiam administrationem detinuit occupationibus; omnibus & singulis præfatis, eorumve officialibus & vicariis generalibus, provincialibus, abbatibus, prioribus, præpositis, decanis, archidiaconis, canonicis, canonice, ecclesiarum rectoribus & vicariis, B archiepiscopis, aliisque personis ecclesiasticis, necnon notariis apostolicis & tabellionibus publicis quocumque ubilibet constitutis, & eorum cuiuslibet in solum, apostolica auctoritate prædicta committimus & mandamus, quatenus pro dictarum litterarum apostolicarum & præsentis processus executione, ad vos omnes & singulos, quibus nobis executio dirigitur, & ad alias personas quascumque, loca & communitates, ubi & quando opus erit personaliter accedat, voluque & aliis, communitur vel divisim, dicatas litteras apostolicas, ac præsentem nostrum processum, & omnia quæ in eis continentur, legant, insinuent, & notificent, ac publicari, & notificari, acque ab omnibus ad quos spectat, inviolabiliter observari procurent, juxta & conformiter ad dicatas litteras apostolicas, seu bullas confirmationis dicte congregationis, & prout in eis continentur. Per præsentem autem nolimus, nec intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis, quominus ipsi, vel eorum aliter, servatio tamen hoc nostro præsentis processus, ulterius ad dictarum litterarum apostolicarum executionem procedere valeant, prout eis vel eorum alteri visum fuerit expedire: præfatas quoque litteras apostolicas, & hunc nostrum processum volumus penes dictum procuratorem generalem, & alios dicte congregationis liores remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum, seu quemlibet alium, ipsis invitis, & contra eorum voluntates, sub prædictis penis quomodolibet detineri. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis & dictis litteris eam petentibus, & habere debentibus; & quia difficile nimis esset præfere, ad dicatas litteras quocumque opus illis erit, prætere; permissimus, volumus & jubemus, ut illarum exempla etiam impressa, notariis publicis, vel dicti generalis manu, aut alicujus præfate congregationis provincialis, seu visitatoris subsignata, necnon nostro, vel prædicti generalis, aut alicujus provincialis, seu visitatoris ejusdem congregationis, alteriusve præfate ecclesiæ sigillo obfirmata & munita, eandem illam proferri sicut in judicio, & extra illud ubique locorum faciant, quam ipse litteræ ac præfentes facerent, si essent exhibitæ vel ostendæ. In quorum fidem & testimonium præmissorum, præfentes litteras manu nostra subscriptas per dilectum nostrum Petrum le Coulturier publicum auctoritate apostolica venerabilisque curiæ archiepiscopalis Parisiensis notarium juratum debite juxta edictum regium descriptum & immatriculatum, in via Nucum, vulgo *des Noyers* dicta, commorantem, personæ publicæ partibus fungentem fieri & signari fecimus, sigillique dicte curiæ archiepiscopalis Parisiensis jussu anno Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo nono, die decima sexta mensis Mali, præsentibus ibidem augustis Renato Terriere publico eadem auctoritate apostolica notario jurato, & Petro de la Rue mandatorio curiæ archiepiscopalis Parisiensis apparitore, Parisiis genitibus, testibus ad præmissa vocatis & rogatis. *Signatum le Blanc. Fr. Bernardus Jevardac procurator prædictus. P. le Coulturier publicus notarius supranominatus, & sigillatum cera viridi, sub duplici cauda pergamena.*

## C X C V.

*Litteræ regie pro congregatione sancti Mauri.*

1631. **L**OUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre : A nous amez & fraux conseillers les gens tenans nos Cours de Parlement, baillifs, seneschaux, & à tous autres nos justiciers & officiers qu'il appartiendra chacun en droit foy, salut. Nos chers & bien amez les religieux Benedictins de la congregation de saint Maur en France, Nous ont fait humblement remontrer que ladite congregation ayant esté à nostre instance érigée en ce royaume, & diversis abbayes, prieurez & convents, avec leurs biens & revenus, appartenances & dépendances aggregez à ladite congregation, suivant le bref de nostre saint pere le pape Gregoire XV. du vingt-septieme May mil six cens vingt-un; ils ont depuis le vingt-un Janvier mil six cens vingt-sept obtenu de nostre saint pere le pape Urban VIII. à présent fâché, bulles de confirmation & érédion de ladite congregation avec quelque futcroist de privileges & graces : icelles bulles fulminées & publiées le dix-sept May mil six cens vingt-neuf, par l'official de Paris, commissaire délégué de sa sainteté pour cet effet, & desirerions faire executer lesdites bulles, & leur être sur ce pourvû de nos lettres nécessaires, qu'ils nous ont très-humblement requises. A ces chascuns, Nous vous mandons & enjoignons à chacun de vous, ainsi qu'il appartiendra, que si par la lecture desdites bulles & provisions apostoliques il vous appert n'y avoir rien en icelles de contraire aux saints decretz & constitutions canoniques, concordats faits entre les saints peres & les roys nos predecesseurs, ordonnances, privileges & libertez de l'Eglise Gallicane; vous ayez à faire executer lesdites bulles & provisions apostoliques de point en point selon leur forme & teneur, & du contenu en icelles faire jouir les exposans bien & dûement, pleinement & paisiblement, faisant cesser tous troubles & empeschemens contraires : Car tel est nostre plaisir. Donné à Saint-Germain-en-Laye le quinzeieme jour de Juin, l'an de grace mil six cens trente-un, & de nostre regne le vingt-deuxieme. *Signé Louis. Et plus bas, Par le roy, Phelypeaux.*

## C X C V I.

*Litterarum regiarum perscriptio.*

1633. **V**EU par la Cour les lettres patentes données à Saint Germain en Laye, le quinzeieme Juin mil six cens trente-deux, Signé Louis, & plus bas, par le roy, Phelypeaux, sur simple queue du grand sceel de cire jaune, par lesquelles est mandé à ladite Cour faire executer les bulles & provisions octroyées par nostre saint pere le pape aux religieux benedictins de la congregation de saint Maur; ensemble le bref à eux octroyé par le pape Gregoire XV. le vingt-sept May mil six cens vingt-un; les bulles de confirmation de l'érédion de ladite congregation du vingt-un Janvier mil six cens vingt-sept; fulmination d'icelles du dix-sept May mil six cens vingt-neuf, faite par l'official de l'archevesché de Paris, avec lesdites lettres patentes du mois de Mars mil six cens trente-un; le concordat passé par le sieur de Challeauneuf garde des sceaux de France & de Navarre, abbé commandataire de l'abbaye saint Eloy de Noyon, & lesdits religieux Benedictins reformez; l'arrêt d'homologation dudit concordat du six May dernier. Requelles presentées à ladite Cour par lesdits religieux Benedictins reformez; l'une afin de verification desdites lettres, & l'autre à ce qu'acle leur fût donné de ce qu'ils declarent qu'ils ont toujours eu intention de tenir & exercer la regle de saint Benoist, premier fondateur de leur ordre; conclusions du procureur general du roy, & tout

*Tomus VII.*

A considéré: La Cour a ordonné & ordonne, que lesdites lettres & bulles seront registrées au greffe d'icelle, pour estre executées selon leur forme & teneur; donne acte aux supplians de la representation de leurs statuts; ordonne qu'ils demeureront au greffe pour y avoir recours quand besoin sera. Fait en Parlement, le vingt un Mars mil six cens trente trois. Collationné.

*Signé Lorne.*

## C X C V I I.

*Diploma regium de collata archiepiscopis Parisiensibus ducis ac paris Francia dignitate.*

- L**OUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre, a vous presens & avenir, salut. Les Empereurs & les rois ne s'étant pas contentés d'enrichir par de grandes liberalités les églises des villes qu'ils avoient choisies pour estre le siege principal de leurs empires, mais aussi voulu qu'ils eussent tous les titres d'honneurs qui les pouvoient elever au-dessus des autres, nous auions toujours eu ces memes sentimens pour l'Eglise de notre bonne ville de Paris, choisie par Clovis premier roi chretien, pour estre la capitale de ce royaume: & comme elle est déjà érigée en archevesché, & que nous ne saurions lui procurer aucune dignité ecclesiastique plus eminente, nous voulons lui donner la premiere de toutes celles qui dependent de nous, & nous nous y trouvons d'autant plus engagés, que le desir que nous avons eu de delivrer nos sujets demeurans dans nostre ville de Paris des incommodités que leur apportoient les différentes justices qui y estoient établies, & les degrés de jurisdictions qu'ils estoient tenus d'effuyer, nous aiant obligé d'unir a nos chasteils les justices que l'archevesque de Paris y possedoit, nous ne voulons pas seulement l'indemnité du revenu que nous lui otions par des biens plus considerables, mais encore par des marques d'honneur qui en reparent avantageusement la perte: & lui faisons ressentir en même temps des effets de nostre justice & de notre liberalité, nous avons resolu de lui donner le titre de duché & pairie de France, dont il a déjà les principaux avantages, puisqu'il les archevesques ont toujours conservé leur séance dans nostre cour de Parlement de Paris, qui est celui des pairs, & que les appellations de la temporalité de l'archevesché y ressonnent immédiatement, aussi bien que celles du bailliage du Fort-l'Evêque y ont resorti jusqu'à l'union que nous en avons faite a nos chasteils: & nous trouvons encore une satisfaction particuliere a lui donner presentement cet honneur, puisqu'étant possédé par messire François de Harlay conciller en nos conseils, nous augmenterons par ce moyen la recompense que nous avons concédée a son merite, lorsque nous l'avons élevé a cette dignité, qu'il remplit si utilement pour l'Eglise & pour notre service, & de laquelle son nom & les illustres alliances le rendent aussi digne que toutes les grandes qualités de sa personne, qui ont attiré notre estime & notre consideration. Et comme il est nécessaire d'attacher le titre de duché & pairie a quelque'une des terres dependantes de l'archevesché, nous estimons qu'aucune ne le merite davantage que celle qui y aiam été donnée par S. Cloud fils du roy Clodomir, & petit fils du grand Clovis, en porte encore presentement le nom, & qui est le plus ancien monument de la liberalité des rois nos predecesseurs envers cette église. A ces causes, de l'avis de nostre Conseil, ou estoient plusieurs princes de notre lang, officiers de notre couronne, & autres grands & notables personnages, & de notre propre mouvement, comme science, pleine puissance, & autorité royale, nous avons par ces presentes signées de notre main, ladite terre & seigneurie de S. Cloud, créé & érigé, creons & érigeons en nom, titre, dignité, & prééminences de duché & pairie de France; & a

M ij

icelui uni & incorporé, unissons & incorporons les terres & seigneuries de Malsons, Chreteil, Ozoir, la Ferriere & Armentieres, dependantes de l'archevêché de Paris; ensemble la justice de la temporalité d'icelui, pour en jouir par notre très cher & bien aimé cousin, ledit sieur de Harlay archevêque de Paris & ses successeurs archevêques de Paris, perpetuellement & a toujours, en titre, dignité, & sous le nom de duché & pairie de France, avec tous les honneurs, dignités & prééminences, franchises, libertés, privileges & immunités appartenans a ducs & pairs, comme les autres pairs de France en jouissent & usent en justice, juridiction, grace en nos cours de Parlement, avec les autres pairs ecclésiastiques, suivant l'ordre & le tems de la presente erection, & voix deliberative, & generalement en tous autres actes & lieux quelconques, & sous le ressort immediat de notre cour de Parlement de Paris en tous cas, fors & excepté les cas royaux, dont la connoissance appartiendra a nos officiers, ainsi qu'elle faisoit avant la presente erection. Voulons que ses vassaux & tenanciers le reconnoissent & ses successeurs archevêques, & leur fassent les foy & hommages, & autres reconnoissances en ladite qualité de ducs de S. Cloud & pairs de France; & pour l'exercice de la justice, voulons que notredit cousin & ses successeurs aient un siege de duché & pairie dans l'enclos de l'archevêché de Paris: au meme lieu ou le siege ordinaire de la temporalité avoit accoutumé d'estre tenu, ou il y aura un baillif, un procureur fiscal, quatre procureurs & deux sergens, pour y exercer la justice, & connoire en premiere instance de toutes les causes civiles & criminelles, qui pourroient arriver dans l'enclos dudit archevêché, nonobstant l'edit du mois de Fevrier dernier, auquel nous avons derogé & derogons quant a ce par cesdites presentes, & par appel des causes qui auront esté traitées en premiere instance pardevant les prevosts de S. Cloud, Malsons, Chreteil, Ozoir, la Ferriere & Armentieres: les appellations duquel baillif seront portées en nostre cour de Parlement de Paris, où nous voulons aussi que toutes les causes de ladite pairie, & où il s'agira du fonds de ses droits, soient portées en premiere instance, ainsi que celles des autres duchés & pairies. Si donnons en mandement a nos auzes & feaux les gens tenans notre cour de Parlement, chambre de nos Comptes a Paris, & autres nos officiers & justiciers qu'il appartiendra, que ces presentes ils fassent registrer, lire & publier, & du contenu en icelles, jouir & user notredit cousin de Harlay archevêque de Paris, & ses successeurs archevêques de Paris, pleinement & paisiblement, cessans & faisant cesser tous troubles & empeschemens contraires, nonobstant tous edits, ordonnances & lettres a ce contraires, auxquelles nous avons derogé & derogons par cesdites presentes: car tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable a toujours, nous avons fait mettre notre scel a cesdites presentes. Donné a Versailles au mois d'Avril, l'an de grace mille six cent soixante & quatorze, & de notre regne le trenze-unieme. *Signatum* par le roy, Phelypeaux. *Et supra plicam scriptum est*, vis d'Aligre, pour erection de duché & pairie de France en faveur de monseigneur l'archevêque de Paris. *Signatum* Phelypeaux.

## C X C V I I I.

*Charta fundationis prioratus seminarum ordinis S. Benedicti in burgo Torciaco.*

1674. **P**Arlevant les conseillers du roy notaires gardenotes de sa Majesté en son chastelet de Paris souffignés, fut present en sa personne messire Louis Berryer abbé commendataire de l'abbaye Nostre Dame du Tronchet ordre de saint Benoist, prieur & comte de Perrecy, Villenauxe-le-Maupais, & Montarterre, & chanoine de l'eglise de Paris, auctorité a l'effet des presentes, en tant que besoin est ou seroit, de messire Louis Berryer

son pere, conseiller du roy en ses conseils d'estat & privé, & secretaire ordinaire dudit conseil d'estat, direction & finances de Sa Majesté, demeurant rue Coquilliere parroisse S. Eustache a ce present; lequel reconnoissant, que les liens qui proviennent des fonds ecclésiastiques après l'exécution des fondations, l'acquiescement des charges, & l'entretien modeste & honneste des titulaires des benefices, & administrateurs desdits liens ecclésiastiques, doivent estre employés pour la gloire de Dieu, le bien de l'eglise & le salut des ames, & voulant user de ceux que la providence divine a mis entre ses mains, & que ledit sieur Berryer son pere a eu soin de conserver, & mettre en reserve dans cet esprit de Dieu & de l'eglise, a fait acquisition des maisons, parc, enclos, fief & seigneurie du Vivier & dependances, situés au bourg de Torcy en Brie, au diocèse de Paris, pour y établir une maison de religieuses de l'ordre de S. Benoist, qui selon la regle de ce S. Patriarche d'ordre vivent dans la solitude, chantans tant de jour que de nuit les louanges de Dieu; paroissent & assistent continuellement devant le thronne de misericorde, elevans sans cesse des mains pures & innocentes devant la majesté divine, & par ce moyen attirent les benedictions du ciel sur la terre, & encore par l'odeur de leurs vertus gagnent des ames a Dieu, & en outre connoissant que la veritable charité est le premier devoir d'un beneficier envers ses parens, est de leur procurer des moyens de faire leur salut & posséder Dieu, il a désiré que cette maison serve particulièrement aux filles de sa famille, que Dieu par une grace speciale appellera a la vocation religieuse, & que Jesus-Christ notre Seigneur choisira pour estre de la noble portion de son troupeau. A ces causes, il a déclaré & declare qu'il a donné & donne par ces presentes irrevocablement a Dieu & a l'eglise, ledit fief & seigneurie du Vivier, maison, parc & enclos d'icelle, contenant environ soixante-quinze arpens, le canal, le moulin, & l'estang audessus dudit parc, trois arpens & demi de prairie au dehors des murs dudit parc, au lieu nommé les *prez de Frambourg*, dans laquelle prairie est une source d'eau vive, qui se conduit dans ladite maison, cour, parterre & jardin d'icelle: plus le droit de mettre quatre vaches bandonnieres paistre dans la prairie de Torcy. Le tout faisant partie de ladite acquisition faite par ledit sieur abbé, de messieurs les creanciers & directeurs des droits des autres creanciers, tant de messire Jean de la Croix conseiller du roy, maire ordinaire en la chambre des comptes, que des successions de deffunt messire Claude de la Croix seigneur de Fresmoy, Nicolas de la Croix sieur du Vivier, & François de la Croix sieur du Morant, & de messire Jean de la Croix seigneur de Torcy, conseiller du roy, maitre ordinaire en sa chambre des comptes, & dame Catherine du Tremblay son épouse, leur pere & mere, par contract passé pardevant M<sup>rs</sup>. Guichard & Mouffe notaires souffignés, le septieme jour de Septembre dernier; laquelle maison il promet faire incessamment preparer, & faire faire les choses nécessaires le plus qu'il pourra, pour fonder & établir un prieuré convenuel de religieuses dudit ordre de S. Benoist, aux charges, clauses & conditions suivantes.

Premierement que ledit sieur abbé, ledit sieur Berryer son pere, & dame Renée Hamau sa mere, & après eux l'aîné de la famille & la femme jouiront du titre, des prerogatives & privileges de fondateurs, & suivant ce, ladite dame Berryer mere dudit sieur abbé, mesdames ses filles & brus, & après leur décès, les femmes des aînés de la famille avec une ou deux de leurs filles, ou deux autres dames de piété, qu'elles voudront choisir, pourront entrer dans ledit convent, quand bon leur semblera, & meme y séjourner & couler a leur frais & depens, & a cette fin ledites religieuses leur fourniront un logement commode & honneste, & en cas de séjour pourront avoir avec elles une ou deux filles de chambre; & au cas que quelque



oil ou femme de la famille voulut faire durant huit ou dix jours une retraite spirituelle, elles seront reçues dans ledit convent, sans que ledit convent soit tenu de leur fournir aucune chose que le logement.

Auront ledit sieur fondateur, ledits sieurs & dames pere & mere, & ceux de ladite famille, qui les représenteront, une place d'honneur comme fondateurs a l'église du convent, y recevront les honneurs dus aux fondateurs dans les offices divins & les ceremonies, & il y aura un logement dans le dehors du monastere pour eux, qui sera bailli a leurs depens, & dans lequel ils pourront loger quand ils voudront.

Auront ledit sieur fondateur, ledits sieurs pere & mere, freres & sœurs, & leurs descendans en ligne directe, droit de sepulture dans ladite église, & au lieu qui sera par ledit sieur Berryer pour ce choisi, sans payer aucun droit d'ouverture de terre, & fourniront ledites religieuses aux obseques des decés, les ornemens seulement: le surplus sera payé & fourni par les heritiers des decés; & au cas que les susnommés, ou l'un d'eux choisissent un autre lieu de sepulture, ledites religieuses ne laisseront pas d'être tenues de faire dire & celebrer pour le repos de leurs ames, un service, vigiles, & une grande messe dans le premier jour non empêché après leur decés, auquel service ledites religieuses fourniront toutes choses. Et en outre, ledites religieuses seront obligées tous les ans, deux jours après la commemoration des trépassés, ou le premier jour non empêché après ledit jour, faire dire & celebrer une grande messe des defunts pour le repos de l'ame dudit sieur fondateur, ledits sieurs & dames ses pere & mere, freres & sœurs, lorsqu'ils seront decés ou quelqu'un d'eux.

Le convent & monastere, tant au spirituel qu'au temporel, sera & demeurera a perpetuité sous la juridiction ordinaire de Monseigneur l'archeveque de Paris & de ses successeurs, & pendant la vacance du siege, sous celle du chapitre de Paris, sans neanmoins que les grands vicaires dudit chapitre, & les administrateurs du diocèse pendant ladite vacance, puissent rien changer au gouvernement, statuts, reglemens, ordonnances & constitutions qui ledit seigneur archeveque aura données, & reglemens qui pourroient être faits pour l'exécution desdites constitutions dans leur vifite, dans lequel convent sera observé la regle de S. Benoît.

La prieure qui sera établie, sera perpetuelle, & s'il y a des religieuses de la famille dudit sieur Berryer capables de la charge, elles seront preferées aux autres, soit qu'elles soient religieuses dudit ordre ou d'autre ordre, qui pourront être transférées en ladite maison dans les regles canoniques, le choix & nomination de ladite prieure audit sieur fondateur, lequel choix & nomination neanmoins sera faite par ledits sieurs ses pere & mere pendant leur vivant, & le survivant des deux, en consideration des biens & avantages qu'ils font & procurent des-a-present de leur chef pour l'établissement dudit convent; & après leur decés & dudit sieur fondateur, ledit choix & nomination appartiendra a l'ainné de la famille dudit sieur Berryer, & aux ainnés de ses descendans; & au cas que les ainés n'aient point d'enfans mâles, elle appartiendra au cadet, & au defaut de mâle a la premiere fille de l'ainné; & si l'ainné n'a point d'enfans, elle sera a celle du cadet, & pendant la minorité des enfans, elle appartiendra au tuteur ou tutrice, & ainsi sera pratiqué tant qu'il y aura des hoirs de ladite famille; & étant ladite prieure choisie par ledit sieur fondateur, ou ceux de sa famille qui le représenteront, elle sera présentée a Monseigneur l'archeveque de Paris, ses successeurs ou leurs grands vicaires, au cas du siege vacant, pour être par eux instituée, ainsi qu'il est accoutumé pour les patronages laïques; & les hoirs de ladite famille venant a manquer, le choix de ladite prieure appartiendra a mondit seigneur l'archeveque, ses successeurs ou leurs grands vicaires, ou a ceux du siege vacant, pour être

A par eux fait des religieuses professées de ladite maison, de dix ans au moins de profession, & de probité & experience reconnu preferablement a d'autres.

Sera dans ledit convent reçu & entretenir gratuitement aux depens dudit convent, quatre filles de la famille dudit sieur Berryer, si tant il s'en trouve qui veulent y entrer, qui seront toujours proveues, & ensuite de la famille de ladite dame Berryer, sinon d'autres, qui seront choisies par ledit sieur fondateur, ou ledits sieur & dame ses pere & mere, & après eux par ceux de la famille, qui tiendront leur place, & seront patrons dudit prieuré, & pourront être ledites filles mises dans ledit convent dès l'age de six ans, & y demeurer jusqu'à l'age de seize ans, sans qu'aucune desdites quatre places puisse être vacante de la part dudit monastere: & au cas que ledites quatre filles, ou aucune d'elles soit appelée de Dieu a la profession religieuse, elles seront mises aux epreuves ordinaires, & par les suffrages de la communauté, ainsi qu'il s'observe dans les communautés regulieres, reçus a l'habit & a la profession dans les formes prescrites par les conciles de l'église, les ordonnances du royaume, les regles, statuts & constitutions dudit ordre de saint Benoît, & du monastere gratuitement, & sans donner aucune dot; pourra neanmoins la prieure & sa communauté, recevoir ce qui leur sera liberallement donné par les parens. Tout ce que dessus, fait en la presence de ladite dame Renée Hameau épouse dudit sieur Berryer, par & de lui autorisée mere dudit sieur fondateur.

Et sera le present contrat executé sous le bon plaisir du roy, & de mondit seigneur l'archeveque de Paris, lequel sera très-humblement supplié de vouloir accorder son decret, & ses autres expéditions necessaires, pour sur icelles être fait tout ce qu'il conviendra pour l'établissement dudit monastere, & pour faire toutes acquisitions necessaires. A cet effet ledit sieur abbé fait & constitue son procureur le porteur des presentes, lui en donnant pouvoir, promettant, obligant, renonçant. Fait & passé en l'hotel desdits sieur & dame Berryer rue Coquilliere paroisse S. Eustache, l'an mil six cent soixante & quatorze, le vingt-huitieme jour d'Avril avant midy, & ont signé la minute des presentes, demeurée chez Moulle l'un desdits notaires soussignés. Ferret. Moulle.

## C X C I X.

*Diploma Ludovici XIV. Francorum regis, quo confirmatur fundatio prioratus seminarum ordinis S. Benedicti in burgo de Torciaco.*

Louis par la grace de Dieu, roy de France & de Navarre: A tous presens & avenir, salut. Notre cher & bien aimé Louis Berryer abbé commandataire de l'abbaye Notre-Dame du Tronchet, & chanoine de l'église de Paris nous a très-humblement fait remontrer, que par l'avis & du consentement du sieur Berryer son pere, notre conseiller en nos conseils d'état & privé, & secretaire ordinaire de nostre dit conseil d'état, & direction de nos finances, il auroit le XXV<sup>me</sup>. Avril dernier passé un contrat de fondation, construction & dotation d'un monastere de filles de l'ordre de S. Benoît au bourg de Torcy diocèse de Paris, lequel ayant présenté au sieur archeveque de Paris, avec sa requête, après le procès-verbal de la description des lieux, fait par le sieur de la Brunetiere l'un de ses grands vicaires, & archidiacre de ladite église, & une information de la commodité ou incommodité, ledit sieur archeveque par ses lettres du treize Juin dernier, il auroit reçu, accepté, approuvé & confirmé ladite fondation, & erigé ledit lieu de Torcy en prieuré conventuel de l'ordre de S. Benoît, sous le titre & invocation de Notre-Dame & de S. Louis, pour être a perpetuité possédé par des religieuses professées dudit ordre, sous l'autorité, vifite, correction

& juridiction des archevesques de Paris, aux clauses & conditions portees par ledit contract, a condition d'obtenir notre agreement par nos lettres patentes; pourquoy il nous auroit très-humblement supplié d'avoir agreables lesdits contract de fondation & erection faite en consequence, & accorder aux religieuses qui seront etablies audit monastere, les droitz & privileges des communautés regulieres, & l'amortissement & indemnité des fonds portés par ledit contract par lui donnés, & autres necessaires pour ledit monastere, avec remise de la finance, & autres droitz qui nous pourroient estre dus. A ces causes, & mettant en consideration les services qui nous sont rendus par ledit sieur Berryer pere, & que nous esperons en recevoir a l'avenir, de l'avis de notre conseil, qui a vu ledit contract du XXVIII<sup>e</sup>. Avril dernier, le procès-verbal & enqueste dudit sieur de la Brunetiere, du XVIIII<sup>e</sup>. May, & le decret du sieur archevesque de Paris du troisieme juin en suivant, nous avons de notre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, loué, approuvé, agréé & confirmé, & par ces presentes signés de notre main, lousons, approuvons, agreons & confirmons l'erection faite par ledit sieur archevesque de Paris, du monastere & prieuré de filles de l'ordre de S. Benoist audit lieu de Torcy, suivant le contract dudit jour vingt-huit Avril, le tout cy- attaché sous le contrefeul de notre chancellerie: voulons que la priure, les religieuses & convent, qui seront enablés audit lieu de Torcy, jouissent de tous les droitz des communautés regulieres, & puissent s'assembler & capituler, recevoir tous dons & legs, acquerir & posseder des biens immeubles, jusques a la somme de six mille livres de revenu, & faire toutes autres fonctions de communauté reguliere; & de la meme grace nous avons amorti & amortissons par eccelites prelatés, les heritages qui composent la maison, enclos & dependances dudit monastere, compris dans ledit contract de fondation, & ce qui en sera acquis, jusques a ladite somme de six mille livres de revenu, sans que ledit sieur Berryer, ny les religieuses dudit convent, soient tenus de nous payer aucune finance pour raison dudit amortissement, ny aucun droit d'indemnité, dont pour les considerations susdites, nous leur avons fait don & remise, meme les droitz de nouveaux acquels a quelque somme que le tout feust monter, en cas pour ledite indemnité, que les immeubles qui seront acquis soient de notre mouvance, a condition que nous & nos successeurs roys participerons aux prieres qui seront faites dans ledit monastere, & que chacune année le jour de S. Louis, il fe dira une messe solennelle, & tous les jours a la fin de la messe *Exaudiat* avec les oraisons & suffrages pour notre santé & prosperité, & après notre décès, le jour d'icelui, un service solennel a perpetuite pour le repos de notre ame. Si donnons en mandement a nos ames & seux les gens tenans notre cour de Parlement & chambre des Comptes a Paris, que ces presentes ils ayent a faire registrer, & de leur contenu jouir le suppliant & ses successeurs, ensemble les religieuses qui seront etablies audit monastere, pleinement & paisiblement, sans qu'il leur soit fait, mis ou donné aucun trouble ny empeschement: car tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable a toujours, nous y avons fait mettre notre scel. Donnés a Versailles au mois d'Avoult, l'an de grace mil six cens soixante-quatorze, & de nostre regne le trente-deuxieme. Par le roy, Colbert.

*Registrees en la chambre des Comptes, ouy le procureur general du roy, information prealablement faite sur les lieux, de la commodité ou incommodité dudit etablissement, & de la consistance & valeur des choses amorties, par M. François Antoine Dulieu conseiller, maître ordinaire en ladite chambre des Comptes; pour jouir par lesdites religieuses de l'effet & contenu en icelles, selon leur forme & teneur, aux conditions y*

*A portées, & encore aux charges contenues en l'arrest sur ce fait le vingtieme jour de juin mil six cent quatre-vingt-cinq. Vils, Daligre.*

Pour etablissement du prieuré de filles de l'ordre de S. Benoist au lieu de Torcy.

*Registrees, ouy & ce constiant le procureur general du roy, pour estre executées selon leur forme & teneur, suivant l'arrest de ce jour. A Paris en Parlement, le vingt-cinqueme May mil six cent soixante & quinze. Jacques Gravier.*

## C C.

*Epistola Johannis Francisci Pauli de Condi cardinalis, ad summum pontificem de purpura exuenda.*

Beatissime Pater.

Nunciatum sanctitati vestre quod de xuenda sacra purpura consilium meditabar, ante redditus tibi litteras quibus id exequendi licentiam postulabam, ex brevi beatitudinis vestre intellexi, ac insuper institui mei rationem in esse acceptam, ut non modo purpuram sacerdotii insulas cuculla commutare vellem, verum etiam id inconsulta sede apostolica, aut saltem non expectata venia, moliri existimarem. Doleham, beatissime pater, me publica fama preventum esse, imo aegre ferebam mentem meam sic esse interpretatam, ut honori quo beatitudinem vestram, quo sanctam sedem prosequor, ut obsequio quod ad ultimum usque spiritum utriusque exhibebo, detractum aliquo consilio meo videretur. Sperandi tamen locus erat, sanctitatem vestram acceptis quas scripsi litteris, cum genuinis animi mei sensibus assensuram, tum probe intellecturam, nihil me contra debitam sancte sedi obedientiam, (quam enim semper & invicte preestabo) non deo de sacri collegii honore quidquam vel minime delibatur, attemisse. Imo mihi persuasibilem, beatissime pater, fieri posse, ut rationibus meis adductis, consilium meum probares, & ejus exequendi veniam dares. Hæc fuit causa caræ ferius rescripserim quam fecissem, nisi me exorante pietatis tue spes aluisset, ac disserere suasisset, usque eodem icrem quo demum sententia tua, perpensis litterarum mearum rationibus, inclinaret. Sed cum mihi spem eripere videretur dominus cardinalis Spada, quoniam etiam satis indiget, non difficile fieri posse, ut sanctitas vestra acceptis etiam litteris meis non ante rescribat, quam mandatis ejus obtemperare partem esse me cognoverit, interim vero diuturniorem responsi moram posse detorqueri in defectum obsequii, aut in minoris fidei erga sanctam sedem observantie suspicionem; hinc, beatissime pater, sanctitatem vestram enixe rogo ne animum inducat me ob pravam aliquam non obsequendi voluntatem, aut iussis tibi aliam fraudem faciendi, procrastinasse, imo ut sibi perisualum esse patiar, me tantis bonitatis & benevolentie testimoniis, quibus ut imparem, oraturum esse me sentio, gratias quas postum amplissimas non modo habere, sed etiam quibuslibet officiis promereri, ac referre si postem ardentissimo desiderio me teneri. Ausim tamen, si per te liceat, beatissime pater, & salva quam debeo obedientia, obsecrare, ut infirmitatem meam attendas, ut amectæ vitæ cursum assimes, ut si demum alia quibus in solitudinem avolabam, sanctas ac dirigas, ut eum qui salvum me facere cepit, expectare secure possim.

Beatissime pater,

Sanctitati vestre,

Humillimus, devotissimus & obsequentissimus servus ac filius J. F. P. de Gondî cardinalis de Retz.

Ex sano S. Michaelis.

C C I.

A

C C I I.

*Rescriptum summi pontificis.*

Clemens PP. X.

Dilecte fili noster, salutem & apostolicam benedictionem. Binis a te litteras simul accepimus, unas III. calendis Junii, & alteras die XXIII. Julii proxime præterlapsi datas, quarum prioribus cognitionem tuam de extendenda cardinalatus dignitate, de qua jam aliquid nobis significatum fuerat, fusius atque explicatius exposis; posterioribus vero ad nostras litteras respondes, quibus mentem nostram tibi circa eam rem aperueramus. Et nos quidem lætis utriusque litteris tuis, magnopere in Domino delectati sumus, tum piis animi tui sensibus luculenter admodum, atque diserte explicatis, tum singulari tua erga nos & sedem apostolicam reverentia, de qua tot argumentis experimentisque jam pridem certi, nunquam dubitavimus. Vidimus enim (quod de tua virtute jam præsumpseramus) te nec inanis gloriæ, nec cupiditatis, sed christiænæ humilitatis, Deique inter solitudinis latebras, penitentis, aliarumque virtutum exercitiis propitiandi studio eam cognitionem suscepisse. Quod sane eximia potius laude, quam reprehensione dignum est, nosque ad annuendum desiderio tuo facile adduceret, si purpura illa marium sanguine tincta, quæ tot sanctos præclarosque viros omnibus sæculis ornavit, ac etiamnum ornans, vicissimque ex eorum virtutum multum capit ornamenta, honorificque in ecclesiasticarum rerum administratione pro Dei gloria ejusque ecclesiæ sanctæ utilitate labores, penitentis affectus, aut ullius virtutis studii obstarent, nec vehementes potius animo stimulos adderent ad vitæ innocentiam, omniumque virtutum decora eo ardentius querenda, atque excolenda, quo uberior inde in Christi gregem cum fidelium justificatione conjuncta redundat utilitas. Quæ cum tibi suis perspecta esse ex litteris etiam tuis cognoscimus, non est quod illis diutius immoremur. Quod autem personam tuam modeste deprimis, terque ais non decere circumferre hunc ecclesiæ splendorem cultum, sed solitudinem, quietem, & obscuri secessus humilitatem tibi posthac non frequentiam, non negotiorum tumultum, non positam in oculis omnium vitam querenda esse; eo profecto nostram magis confirmas de virtute tua opinionem, quam solido videmus nisi fundamento humilitatis: Deoque inde gratias agimus, ac ejus bonitatem enixe precamur, ut tot præclara dona quibus te insignivit, custodire, atque augere dignetur, nobisque egregium in te diu fervet curarum nostrarum adiutorem, cujus consiliis atque auxiliis servituti nostræ ministerium illi usque ad supremum vitæ hujus spiritum representare valeamus. Ex his perspicis, dilecte fili noster, nostram de te existimationem cum paterna claritate conjunctam, satique intelligis nos (quod jam tibi indicavimus) nullo modo permittere posse, ut a latere nostro divellaris. Quare te quanto postumus cordis affectu hortamur, simulque apostolica tibi auctoritate mandamus, ut collatum tibi sub hac sancta sede cardinalatus honorem, quem meritorum tuorum fulgore illustras, retinere, & in eo coram hominibus ad Dei gloriam lucere, nobisque & apostolicæ sedi operam obsequiumque tuum strenue constanterque prestare perseveres: firma in Domino spe, fiduciaque suffulset te per hoc ad beatum finem quo omnes nostræ actiones cognitionesque tendere debent, non minori securitate perventurum esse, quam si uni tibi studens pietatis exercitiis inter latebras solitudinis te totum devoveres. In terrea tibi utriusque hominis sospitatem a Deo amanissime precamur. Datus Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anno Piscatoris, die XVIII. Sept. M. DCLXXV. pontificatus nostri anno sexto. Sicutus.

*Epistola Johannis Francisci Pauli de Gondâ cardinalis, ad cardinales de re eadem.*

Eminentissimi, &amp; reverendissimi Pares.

Nostrum, de cardinalis titulo deponendo, extendæque sacra purpura, consilium refero ad vos, nec eorum judicium reformido, quoniam e numero expungi postulo. Sacro senatus qui semper honos habuit, habendusque sit, pene ab incunabulis didici; adscriptus deinde huic ordini, laudem hominum captans, dignitati quidem consuli diligentius quam saluti. Nunc diem novissimum cogitanti cepit oneri esse iste honor, id jam unice opto, ut omnibus curis ac negotiis solutus, mihi uni, ac Deo vacem, omnique opæ contentandam splendere potius ornamentis virtutum, quam insignibus dignitatum. Licet ergo mihi cardinalis habitum deponere. Visiteret in privati secessu angustis in quem me confero, vestra purpura. Licet mihi titulos omnes amplissimi ordinis vestri a me amovere, cujus partes obire non potero. Non enim eo institutus est ordo vester, ut in solitudinis quietibus latebris sequeatur; sed ut in oculis omnium potius orbi christiano præluceat, & gravissimis quibusque negotiis pertractandis summo pontifici præsto sit. Quod cum ego prætere non valeam, demum restat ut alterum mihi sufficiendum curem, & tenuitatis meæ mihi consilium ei oneri me subtraham, quod nec olim subire debeverim, nec ferre jam possum. Hæc sunt, eminentissimi pares, abdicationis nostræ causæ, quam ut ex sola conscientia, ac Dei respectu profectam, ita sacro collegio honorificum probare, & omnibus modis vestri vestrae tam æquitas est, tum tæstæ in me toties charitatis. Extremum hoc & meo iudicio maximum beneficium a vobis merito expectare mihi video, cui vicissim entiar quam potero ardentissimas pro eminentiarum vestrarum salute, & incoluntate ad Deum preces jugiter referendæ.

Eminentiarum vestrarum humillimus, devotissimus & addictissimus servus cardinalis Retius.

D *Forma juramenti canonicorum ecclesiæ Parisiensis.*

EGO N. canonicus hujus honorabilis ecclesiæ Parisiensis juro ad hæc sancta Dei evangelia, & promitto vobis reverendis dominis meis dominis decano & capitulo Parisiensis obedientiam, reverentiam & honorem exhibere, jura, libertates, franchisias, exemptiones, privilegia, statuta, consuetudines & observationes ipsius ecclesiæ, & specialiter immunitatem claustris servare, secreta capituli tenere, & quod sum de legitimo matrimonio procreatus, liber & immunis ab omni jugo servitutis & inonachalis professionis. Juro etiam onera quæcumque assuetæ & casuales meorum canonicatus & præbendæ super grossis fructibus ejusdem præbendæ exsolvere, & me absente, procuratorem eligere, qui de oneribus solvendis se erga vos usque ad concurrentiam dictorum onerum obligabit. Juro etiam & profiteor articulos fidei a vobis in speciali vestra convocacione solemniter & expresse professos, & per me impræsentiarum peractos. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei evangelia.

*Ex obituario ecclesiæ Parisiensis.*

I. OMNES canonici prius in capitulo recipiantur præstito juramento genibus flexis, & sacrosanctis evangelis tactis. Deinde ad chorum ecclesiæ a cantore, vel fuccontore, vel archidiacono instillantur.

II. R. D. episcopus ad majus altare installatur a decano.

III. Decanus ad ingressum ejusdem altaris ab episcopo seu a cantore.

IV. Ordo ecclesie is est: R. D. episcopus, decanus, cantor, archidiaconus Parisiensis, archidiaconus de Jo-fayo, archidiaconus Briac, succentor, cancellarius, penitentiarius, quinquaginta canonicus, octo magni vicarii presbyteri S. Dionysii de Passu, quinque diaconi, tres subdiaconi, duo canonici S. Aniani, presbyteri qui curati sancti Johannis Rotundi, duo diaconi, tres subdiaconi, tres clerici matutinarum, octo capellani, viginti pueri symphonici, duodecim apparitores, ascensore. utriusque ordinis, viginti duo omnes numero.

V. Festi dies episcopales Pasche, Pentecostes, S. Sacramenti, Assumptionis B. M. virginis, Ascensionis Domini, Nativitatis & Annuntiationis ejusdem B. M. Omnium sanctorum, Natalis Domini, Purificationis B. virginis, Trinitatis, Euphanis, SS. Dionysii & Marcelli: festus dies decanalibus sancti Johannis Evangelistae, festus dies cantoralis secunda feria Pasche.

VI. Quinta feria hebdomadis sancte magna missa cantari debet ab episcopo, assistentibus a latere duobus archidiaconis vel canonicis, ibique magnis adhibitis mysteriis & caritatis fit consecratio olei ad baptizandum, ad unguendum infirmos, ad presbyteros consecrandos.

VII. Decanus est preses capituli, sicut cantor moderator chori, qui decanus nunquam est hebdomadarius sicut reliqui omnes ordine suo, prout ordinatum est in tabula.

VIII. Nulli permittitur intrare chorum in vesperis post primum psalmum cum Gloria, nisi finita psalmodia,

A & in matutinis nocturnis regulariter oportet intrare inter primam lectionem, sed in matutinis nocturnis datur ingressus petia venia a cantore vel ab antiquo canonico, qui ingressus in matutinis xlviii & diurna nunquam conceditur.

IX. Matutine astive diurne incipiunt in vigilia Trinitatis, & dicuntur certis diebus, & sunt ordinarie octodecim, & ultime dicuntur mensis Augusto pro victoria Philippi VI. Valerii contra Flandros.

X. Canonici, diaconi & subdiaconi nunquam tenentur dicere antiphonas, & ire ad thuribulum. Dicunt tamen epistolae & aliquando evangelia; sed tenentur dicere antiphonas de S. Stephano in vigilia & in octava sicut decanus in vigilia, & in octavis dicit antiphonam de S. Johanne Evangelista.

B XI. Episcopus dicit matutinas diurnas Assumptionis B. M. virginis, & tertiam horam precationum solemnius in die sancto Pentecostes.

XII. Episcopus cum dicit missam episcopalem debet semper loco pastus serventibus & ministrantibus & his quos vocant inferioris chori aureos sex.

XIII. Mensis Decembris cum cantatur O *Sapientia*, O *Adani*, O *Radix Jesse*, &c. licet chorum ingredi & in eo manere nefas est, mulxque tunc ceremonie servantur in cantu. Item in completorio Quadragesime nefas est laicos in choro manere.

XIV. In die S. Philippi serunt ramos domini canonici & alii sicut in die Dominica post Nativitatem beate virginis Marie. Ascensores togati dant canonica ramos pendente magna missa.

## M O N I T U M.

*Instrumenta sequentia cum maximam partem serius ad nos pervenerint, ea non potuimus typis mandare nisi ad calcem ceterorum per modum appendicis.*

### C C I I I.

*Charta Roberti regis pro ecclesia sancti Dionysii de Carcere.*

1015.  
Hyl. sancti  
Aniani a  
Comitis pag.  
244.

C I N nomine sancte & individue Trinitatis. Robertus divina propitiantie clementia rex. Si fidelium nostrorum iustas benigne petitiones suscipimus, et sicque ad pium effectum prosperando perducimus, hoc sine dubio agimus, unde communis utilitas profectum suscipiat, regiaque cessuado firma & stabilis atque gloriosa omnimodis ubique consistat. Cunctorum igitur sancte Dei ecclesie fidelium tan presentium quam etiam futurorum, nostrorum quoque industria successorum noverit, quoniam adiens nostre sermitatis genua quidam nostrorum militum nomine Ansfoldus, & uxor sua nomine Reiuadis, summissa prece petiit, quatenus sancti Dionysii & Parisiaco Carcere canonicis inibi Deo famulantibus, assensu Rainoldi Mildunensis pagi comitis, & Parisiace sedis episcopi, septem mansos & dimidium, qui sunt in comitatu Parisiaco in villa que dicitur Furcas, sub auctoritate precepti perpetuam concederemus. Placuit nostre excellentie his annuere precibus, & sicut ipse postulavit de septem mansis & dimidio, preclis sancti Dionysii canonicis regale preceptum statuimus habendum. Ipsos autem vii. mansos & dimidium cum mancipiis & universis eorum appenditiis per succedentia tempora Domino adjuvante, sine aliqua diminutione vel abstractione teneant, ac absolute secure possideant, nemine inquietante. Si quis autem, quod minime eventurum esse credimus, contra istius precepti auctoritatem presumptive tentaverit infringere, ipse & petio eius adnullata coram regia maiestate maneat, & coactus iudicialia potestate, auri viginti libras componat, & quod

repetit nullo modo vindicare valet, sed presens precepti auctoritas firma aeterniter subsistat. Et ut hac nostre auctoritatis concessio firma & stabilis perpetuo maneat, manu propria subfirmavimus, & sigilli nostri impressione insigniri delegavimus. Franco cancellarius palatii subscripsit. Actum palatio Aurelianensi 111. idus Novembris anno nono decimo regnante Roberto gloriosissimo rege.

### C C I V.

*Charta fundationis prioratus B. M. de Valle One.*

C I N nomine sancte & individue Trinitatis. Quoniam antiquorum patrum nostrorum traditiones a sapientibus beate memorie commentantur; idcirco domo & elemosinas, quas dominus Gaufridus de Jonvilla cum honesta uxore sua Felicitate & filio ejus juvene Gaufrido, & ejus sorore, atque genitrice sua Eldealde, & Guibone venerabili Linguonensi archidiacono atque Roberto fratre ejus, pro redemptione zimarum suarum & antecessorum, sanctis monialibus in Valle One sub tutela Mollifemensis ecclesie Christo famulantibus donaverunt, preclis memorie commendare non diffimus. Prout postumus, notificamus eundem Gaufridum supradictis monialibus locum in quo Christo famulantur destitisse, Gerardo venerabili existente Mollifemensi abbate. Dedit etiam eidem terras illas quas carcucis suis in confinio One colere faciebat & suam partem carucarum One; & si quis hominum suorum, qui One morantur, abique herede moreretur, si terram suam ibi donaret, eidem esse concessit. Et tertiam partem terre & memoris illius quod dicitur Famillos & quandam partem nemoris ejusdem a quodam converso Anuvio hereditario jure possessam & usufructum unius assai ad opus monialium in nemore

Arum inter  
1140. &  
1145.

nemore

memore quod dicitur Baldreus & omnia prata que One habebat, & duos farnos in Jonvilla & id quod habebat in molendino juxta portam Molente cum ejus appenditiis, & mingium mercali Jonvilla & quaedam palca parvam partem a Guardo de Rivo XXX solidis emit. Garterius autem Guardi frater & Raheirus miles suas partes pascuorum dominabus pro Dei amore dederunt. Item Gaufridus eidem dedit quaedam prata Rocellae que emit. Item Gaufridas dedit item monialibus quandam terram in territorio monasterii ad grangiam constituendam & quoddam pratum supra monasterium & suum Boveret & aliam terram Altraidum & molendinum de Pariete & quiddam in nemore de Perceolo & in campo de Heramel & Altraidum fiero vel aratro colere possent, hoc etiam facere in territorio One, ab eodem Gaufrido & heredibus suis concessum est. Addo miles de sancto Urbano dedit pro amore Dei supradictis monialibus quiddam in consinio monasterii jure possidebat, Gaufrido concedente. Gaufridus item monialibus conventui dedit locum quemdam qui nominatur Monancors cum omnibus loci appenditiis, terram scilicet, aquam excepta pificatione quam eis non concecit. Locum tamen qui Monancors vocatur, & ejus appendicia a fratribus qui Calteroni vocantur, & ab Umberto Grosso & omnibus heredibus ejus mercatus est. Præterea omnium nemorum suorum usus & herbarum & aliarum aquarum ubicumque sint dedit monialibus. Testes ex parte Gaufridi senis & filii ejus juvenis Gaufridi Guichardus abbas sancti Urbani, Hugo ejus prior, Guillelmus morachus, magister Joernus, Guido clericus, Petrus sacerdos, Vincentius sacerdos, Odo de Fronvilla, Achardus nepos ejus, Rogerius de Rivo, Radulfus de Domno Martino, Galerius de Cavillum, Humbertus Grossus & filii ejus, Humbertus & Brutinus de Rahors, Radulfus de Muccio, Ado miles, Johannes de Pariete, Hugo de Pariete, Albertus frater ejus, Arbertus filius Guiniery, Guardus Mores, Hugo filius Johannis, Hugo filius Angerbaudi, Johannes Venator. Ex parte monialium Girardus abbas Mulsini, magister Humbertus, Mainerius monachus, Robertus primus prior supradictarum monialium.

## CCV.

*Charta Philippi Augusti monialibus de Valle profunda beneficentis.*

1183. PHILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Noverint universi presentes pariter & futuri, quoniam nos intuitu Dei ob remedium anime nostræ & patris nostri bone memorie regis Ludovici, monialibus de Valle profunda dedimus & in perpetuum habendam concessimus tertiam partem decime totius panis & vini, quod expendimus quoties & quandiu apud Viriacum in Legio fuerimus. Quod ut in posterum ratum & stabile permaneat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate, ac regi nominis carattere inferius annotato precepimus confirmari. Actum apud Fontem Blauidiano Incarnati Verbi millesimo centesimo octuagesimo tertio, regni nostri anno quinto, assantibus in palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri, signum Guidonis buticularii, signum Mathei camerarii, signum Radulphi constabularii. Data per manum Hugonis cancellarii.

## CCVI.

*Charta fundationis B. Marie de Livriaco.*

1186. IN nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, amen. Noverint universi quod ego Guillelmus de Garlande divine inspirationis instinctu roboratus, & idonea uxore mea, assensu omnium filiorum nostrorum Guillelmi videlicet, Theobaldi & Roberti, mitimus in ecclesia nostra de Livry canonicos regulares de bone opinionis congregatione, sancti Vincentii videlicet Silvanecensis, *Tomus VII.*

A usque in sempiternum in illi Deo ferventes, & pro anima Anselmi nostri filii de medio sublati, & pro aliis filiis nostris defunctis, & pro nobis qui adhuc superstites sumus Dei pietatem invocantes. Ad sustentationem ergo illorum scilicet canonicorum nostrorum de Livry, damus per manus Hugonis prædicte ecclesie sancti Vincentii abbas, de his que ad præiens possessionem, domum cum curia omnino liberam & quietam, ita ut infra septa eorum vinegium, foragium, rosgium, & omnes alias consuetudines libere in perpetuum possideant. Volumus etiam ut in omni justitia nostra hujusmodi consuetudines in eorum negotiis ab eis non exigantur; concedimus siquidem eis tertiam partem molendinorum nostrorum de Livry, & duos arpentes vineæ, & duos pratorum, & sexaginta nemosis, & commune usagium in nemore, & in territorio Silvanecensis, in villa nostra que dicitur Rayay omnem decimam quam ibi hæcenus possidebant, & in futuro omnem decimam, que de novallibus nostris erit; ita ut per servientes nostros & eorumdem canonicorum campiarum nostra, & decima illorum in unum arcurum reducantur, & postea in duas partes æqualiter dividantur, quibus divisim, servientes canonicorum quam voluerint partem eligant & habeant; denique quiddam de nostre justitie potestate, sive de feodis, sive de censibus & quibuslibet possessionibus vel emtione, vel donatione filialium, vel alio quolibet modo rationabiliter acquirere poterint, eis concedimus. Quod ut ratum & inconcussum permaneat, presentem cartam sigilli nostri munimine roboratam eis indulsimus, & signa testium subscripsimus. Signum Theobaldi de Gonesfa, Archambaudi militis, S. Johannis Rotundi, Johannis de Alneto, Philippi de Pchei, S. Arnulfi majoris. Actum anno Domini Incarnationis M. CLXXXVI.

## CCVII.

*Charta compositionis Calensem inter & Carolici ecclesias.*

EMELINA abbatisa de Kala omnibus fidelibus in 1194. perpetuum. Noverint tam futuri quam presentes quod omnes queerele que motæ fuerant inter ecclesiam nostram & ecclesiam Karolici mediante venerabili Gaufrido Silvanecensi episcopo & Petro de Villavoude, qui ex precepto regis gratia componende pacis affuerat in hunc modum amicaliter sunt solite. Quicquid fratres Karolici usque ad annum Verbi Incarnati millesimum centesimum nonagesimum quartum in territorio de Berron adquisierant, nos universitate capituli nostri assentiente eis concessimus libere & quiete jure perpetuo possidendam salvis nostris redditibus; predicti vero fratres in recompensationem tanti beneficii dederunt nobis de charitate sue ecclesie 40. libras Parisienses. Præterea ab anno predicto nihil acquirere poterunt in prefato territorio de Berron de terris que ad ecclesiam nostram pertinent. Si quid vero titulo elemosine eis legatum fuerit infra annum & diem alienare tenentur aut vendere. Quod si id ab eis effectum non fuerit, ecclesia nostra quasi proprium vendicabit. Ut igitur ista rata & inconcussa permanent, presentem paginam alipulatione subscripsitorum testium & signi nostri patrocinio communimus. Testes Rainardus presbyter de Berron. Simon major de Berron. Bartholomeus filius ejus. Petrus de Aci. Fulco Morpenius. Gilbertus prepositus. Gilbertus Noimannus. *S. en cire verte.*

## CCVIII.

*Maria Trecentis comitissa significat & confirmat donationes factas ecclesie de Laval.*

E GO Maria Trecentis comitissa notum facio presentibus & futuris, quod Girardus Eventius ecclesie de Laval in perpetuum contulit elemosynam *N*

quinque arpents nemoris in territorio de Lubanz & A modium unum vini annui redditus in vinea sua de Lubanz, & sextarium unum olei apud Guiriacum singulis annis, & modium unum arnonze annui redditus, scilicet medietatem frumenti, & medietatem avene in molendino de Lubanz: ita tamen quod moniales ipsidem ecclesie, quando ipse Girardus & uxor sua vixerint, de hoc modio arnonze tres sextarios solummodo habebunt annuatim, post ipsorum vero decessum, modium illum arnonze singulis annis libere & integre percipiant. Alia autem predicta, tum sextarium olei, tum modium vini & quinque arpenta nemoris dicte moniales ante decessum & post decessum ipsorum possidebunt. Sciendum etiam quod Jolisa de Abeio & filie & filius ipsius arpentum unum vinee apud Perrocellum & apud Gellorum quiddam ibidem de reddita possidebant, tam in nummis, quam vinis prestate ecclesie contulerunt in elemosynam perpetuo possidendam. Hujus autem elemosynae testes sunt Henricus de Parol, Hato de Sigacio, Thomas de Montingleaut, Angenolfus de Boisco. Quod ut ratum teneatur, & notum permaneat, litteris annotatum sigilli mei testimonio confirmavi. Actum anno Verbi Incarnati MC. nonagesimo quarto. Data per manum Galteri cancellarii, nota Theodorici.

## C C I X.

*Inita compositio inter priores S. Martini a Campis & S. Lazari de quibusdam mutuis censibus.*

1194. **N**otum sit omnibus &c. quod Robertus prior sancti Martini de Campis assensu totius capituli, & Daniel prior sancti Lazari assensu capituli ipsiusdem domus quandam commutationem fecerunt super censum quem debebat sanctus Martinus sancto Lazaro & sanctus Lazarus sancto Martino tali conditione, quod S. Martinus condonat & in perpetuum pacifice quitat VII. solidos pro Otranno, & v. solidos pro Rubemomie, & in tameria xv. solidos, & in vico sancti Martini v. solidos. Et e contrario sanctus Lazarus quitat sancto Martino pro Johanne de Derenci xv. solidos, pro Garina de Alneto VIII. solidos, de Fontaneto IIII. solidos, pro Heluino Papo v. solidos; & ita unaquaque istarum ecclesiarum liberatur ab omnibus censuibus invicem sibi responsentibus, excepto quod S. Martinus debet sancto Lazaro tres solidos censuales super domibus de Campellis. Actum hoc anno ab Incarnatione Domini M. C. nonagesimo IIII. \*

## C C X.

*Donatio Philippi Augusti regis sacra Livriaco.*

1197. **P**hilippus Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis presentibus & futuris, quod presentis pagini dignum duximus committere beneficia que ecclesie de Livriaco in honorem B. Marie dedicande, nos & aliis ob remedium anime Theobaldi de Garlanda in perpetuum concessimus. Sciant igitur universi, quod memoratus Theobaldus qui in eodem loco sepulchrum habet, dicte ecclesie, in qua abbas & conventus debent institui, contulit 13. libras reddituum apud villam suam que dicitur Essata, que quidem ad Guillelmum de Gallanda devenit. Nos etiam eidem ecclesie dedimus 40. libras reddituum, consuetudine Odonis venerabilis Parisiensis episcopi, & Galteri camerarii assignandas. Guillelmus de Gallanda eidem dedit Livriaco, qui habet annuatim centum solidos, eo modo quod nullus firmus ibidem postmodum constructus, & si queni postmodum fieri contingeret apud Livriacum, dicte esset ecclesie: dedit etiam centum solidos annuatim habendos in censu Livriaci, & tres arpentos pratorum apud Gomaeum, & apud Livriacum terram in qua abbatia sita erit. Droco de Melloto noster constabularius dedit eidem loco 100. solidos reddituum apud dominum

Marinum: Mattheus de Marisco dedit eidem loco quinque arpentos vinearum suarum apud Capellam, & unum furnum Par. suum apud sanctum Medericum, qui valet annuatim 50. solidos & quinque: Robertus Malevicinus dedit sex libras redditus in decima apud Sarclaiam, assensu Guillelmi de Gallanda, de quo eam tenebat, ita quod si decima illa annuatim sex libras non valeret, Robertus de suo suppleret, & preter haec dedit viginti arpentos bosci juxta Livriacum extirpandos, & colendos. Quae omnia ne oblivione decelerent, ut rata permanent & inconcussa, sigilli mei auctoritate & regio cancellere inferiori annotato presentem paginam confirmamus. Actum Parisiis anno ab Incarnatione Domini M. CXCVII. regni nostri anno 18. aedificibus in palatio meo, quorum nomina supposita sunt & signa, dapsifero nullo. Sig. Guidonis buticularii, Matthei camerarii, Drogonis constabularii. Data vacante cancellaria.

## C C X I.

*Charte de Henry Second roy de France, par laquelle il confirme tous les biens de l'abbaye du Val de Grace, & les amortit.*

1549. **H**ENRY par la grace de Dieu roy de France, savoir faisons a tous presens & avenir, Nous avoir recu l'humble supplication de nos cheres & bien amees les religieuses, abbesse & convent de N. Dame du Val de Grace, dit anciennement Val-profond, contenant que cinq cens ans a plus ladite abbaye a été fondée & erigée, par la fondation de laquelle furent donnés & octroyés certains biens temporels, consistans entr'autres choses en terres prochaines & contigues de ladite abbaye, pour leur estre vray domaine, & estre employés a l'entretenement desdites religieuses, domestiques & supps de ladite abbaye; & depuis par charité & pour l'augmentation d'icelle, plusieurs zeleurs de leur ordre & sainte religion voyans que ledites religieuses estoient jusques au nombre de soixante, ou environ, & le peu de bien qu'elles avoient pour leur entretenement, leur auroient donné, legué & aumonné autres terres & possessions, immeubles & argent, qu'elles ont converti pour l'entretenement de ladite abbaye, en heriages situes & assis au circuit d'icelle & ailleurs; tellement que par le moien de ce & autres bienfaits icelle abbaye auroit été suffisamment dotée pour l'entretenement de divin service, nourriture & sustentation desdites religieuses & serviteurs domestiques. Toutefois tant par le moien des guerres, qui ont eu cours en notre royaume, que par le mauvais gouvernement des procureurs desdites religieuses, abbesse & convent faisant & representant tout le corps de ladite abbaye auparavant la reformation d'icelle faite en l'an 1514. le sceit trouvé audit temps le bien quasi dissipé & aliéné, les chartes, lettres & enseignemens dispersés & transportés, & mesme les chartes & amortissemens dudit temporel; au moien de quoy notre procureur en la chambre de notre thesor a Paris les auroit voulu contraindre apporter en notre thesor les chartes, lettres & enseignemens de leur dit temporel tant amorti, que non amorti; & combien qu'elles n'ayent que bien peu de revenu, c'est a savor leur pourpris & enclos contenant leur eglise, les dortoirs, cloîtres, & jardins tant desdites religieuses que des freres leurs peres confesseurs, comme aussi les haute & basse cours: en la haute sont edifiés les logis des tourriers, leurs chambres du dehors, le four & logis du boulanger, & logis d'hostes & survenans, comme de leurs autres serviteurs: en la basse sont la grange, les etables tant des chevaux, vaches & moutons, comme de tout autre bestial & volaille necessaires a leur vicualle & nourriture. Tout lequel pourpris & enclos, en comprenant l'epaisseur des murailles, contient dix sept arpens quatre vingt perches de terre, lequel vient a estimer a cause de la necessité d'icelui: Item cinq arpens de pré en cinq pieces; la premiere contenant un arpent nommé le pré

de Paris, assis près les murs & clôture de ladite abbaye, A tenant d'une part audit es closures, & aboutissant par haut audit es religieuses d'autre part, & aboutissant en pointe au chemin tendant d'Igny a Paris: la seconde contient 3. quartiers assis près lesdites clôtures du côté de Bievre, tenant d'une part aux hoirs Guillaume Rouillard, & d'autre au ruisseau tendant a l'étang dudit Bievre, aboutissant par haut aux clôtures de ladite abbaye, & par bas audit es religieuses au lieu de maître Olivier de Fontenay: la 3.<sup>e</sup> contenant cinq quartiers assis en la prairie d'Igny près le moulin de Bievre, tenant d'une part au sieur maître Jehan Picquart a cause de la ferme de Giry, & d'autre aux hoirs Pierre Lucas, aboutissant d'un bout a la riviere vive, & d'autre a la riviere morte: la 4.<sup>e</sup> contenant 3. quartiers assis en la prairie, de toute ancienneté nommé le pré S.<sup>r</sup> Jehan, tenant d'une part a S.<sup>r</sup> Jehan de Latran & d'autre a Oudin Petit, aboutissant a la riviere: la cinquieme piece contenant cinq quartiers assis en la prairie d'Igny près le moulin dudit lieu, tenant d'une part au sieur dudit lieu, & d'autre au carrefour, aboutissant a la riviere morte. Tous lesquels pré peuvent valloir a soixante sols Tournois pour chacun arpent par chacun an, qui sont quinze livres Tournois pour les cinq arpens. Item une maison, pressoir, jardin & aucune portion de terre tenus en censive de la seigneurie de Bievre, aboutissant d'un bout aux bois desdites religieuses: le tout contenant deux arpens ou environ assis a la Louviere, tenans de toutes parts audit es religieuses, aboutissant par bas au carrefour tendant dudit Igny comme de Bievre a Paris, qui peuvent valloir de loiage par chacun an soixante sols Tournois, vingt deux livres dix sols Parisis a les prendre par chacun an sur la recepte ordinaire de la ville de Paris, a la charge d'un obit solennel célébré en leur eglise par chacun an: soixante & quinze arpens de terre labourable ou environ en plusieurs pieces situées & assises près & au circuit de ladite abbaye, lesquelles, si elles estoient baillées a ferme, pourroient valloir par chacun an dix sols Tournois chacun arpent, qui est pour lesdits soixante & quinze arpens trente sept livres six sols Tournois. Cinquante & un arpens de bois taillis près de ladite abbaye, qui se coupent de huit ans en huit ans, qui peut valloir en l'age desdits huit ans trois cens six livres Tournois a raison de six livres Tournois pour chacun arpent, qui est trente huit livres dix sols Tournois pour chacun an. Vingt huit arpens de terre labourable assis au terroir de Giry, baillies auparavant ladite reformation a quatre vingt dix neuf ans a cens ou rente a prix de douze deniers Parisis par chacun arpent. Sur la rescision du contract passé y a procès par devant nos amez & feaulz les gens tenans les requelles de nostre palais a Paris, partant ne reviennent qu'a trente cinq sols Tournois par chacun an. Vingt deux arpens de terre labourable en plusieurs pieces avec une mesure ruinée, quatre arpens de bruyere & gassine, & autre petit nombre de pastures assis a Noisement, le tout affermé a neuf septiers de grain, les deux parts bled meail, & le tiers avoine, lequel grain estimé a cinq sols Tournois le septier, monte la somme de onze livres cinq sols Tournois; seize sols Parisis de censive & onze septiers de grain, les deux parts bled, & le tiers avoine, a les prendre & percevoir par chacun an sur cinquante arpens de terre assis audit Noisement, lequel grain estimé a vingt cinq sols Tournois, qui est pour chacun an, tant pour ledit cens comme pour ledit grain par chacun an quatorze livres quinze sols Tournois: une ferme nommée la Ville au bois baillée a quatre vingt dix neuf ans a la charge d'un mauid de bled froment par chacun an, qui peut valloir les fortes années portant les foibles, dix huit livres Tournois. Quatre septiers de bled moulture sur un moulin assis a Orsay, nommé le moulin de Lauray, ledit bled estimé chacun septier a seize sols Tournois, qui est pour lesdits quatre septiers soixante quatre sols Tournois. Dix sols Parisis de rente fonciere dus par l'eglise & fabrique

audit Orsay, a les prendre par chacun an dessus trois quartiers de pré assis en la prairie dudit Orsay, qui est douze sols dix deniers Tournois. Sept septiers de bled moulture par chacun an percevable dessus un moulin assis dessus la riviere de Chastres, nommé le moulin Morant, estimé chacun septier a seize sols Tournois, qui est pour lesdits sept septiers cent douze sols Tournois. Deux septiers de bled moulture percevable par chacun an dessus un moulin assis dessus la riviere de Gif, nommé le moulin de Petang, valent chacun septier seize sols Tournois, pour ce trente deux sols Tournois. Quatre sols huit deniers Parisis de cens a les prendre & percevoir par chacun an sur trois arpens de terre assis audit Igny au lieu dit le Verfoir. Dix deniers Parisis de cens par chacun an percevables sur plusieurs pieces de vignes assises au village d'Estrechy. Quatre livres Parisis de cens percevables par chacun an dessus les maisons, terres, bois & appartenances d'une ferme nommée la Cour volant paroisse de Jouy en Josas. Trente cinq sols Parisis de rentes percevables par chacun an sur le chateau, terres & appartenances de la Bourcellerie pour un obit annuel. Douze sols Parisis de rente fonciere par chacun an percevables sur deux arpens de vignes assis a Sevre. Deux sols Parisis de rente par chacun an percevables sur trois quartiers de vignes assis a Fontenay. Cinq sols Parisis de rente par chacun an percevables sur la censive du village d'Igny a la charge d'un obit. Vingt sols Parisis de rente percevables par chacun an sur trois quartiers de vignes assis au terroir des Vannes, au lieu dit la Voye figneau. Quatre arpens tant terres que vignes assis au village de Garges, baillies auparavant la reformation a cinquante ans, commençans l'an 1529. a quatorze sols Parisis de censive & rente fonciere durant ledit temps. Quarante sols Parisis de rente par chacun an percevables sur une maison assise audit Garges, baillies & legués par feu maître Charles le Coq, en son vivant président des monnoyes. Le prieuré de Ninvaie membre dependant de ladite abbaye près Milly en Gassinols, en comprenant les maisons, granges, chapelle, estables, cour & jardin, terres, prez, levoy, rochers & plusieurs autres terres inutiles, y a sept vingt dix arpens & demi: vingt trois arpens & demi d'autres terres, baillies a douze deniers Parisis de cens par chacun arpent: lequel prieuré de toute ancienneté estoit baillé a vingt livres Tournois par chacun an a la charge du divin service. Une grange contenant trois quartiers & six arpens de terre labourable au dessus, sauf qu'il y a trois quartiers de pré compris dedans les six arpens, le tout tenant d'une part a maître Jehan Bailly, & d'autre audit es religieuses, & aboutissant aux carrefours des chemins tendans a Paris, tant de Bievre, que d'Igny. Plus huit arpens assis aux terres de Becheurs, tenans d'une part au sieur de Ville-escouble, & d'autre a Jehan Becheu l'assisé, aboutissant par bas audit es religieuses: toutes lesquelles terres, si elles estoient baillées a ferme, pourroient valloir par chacun an dix sols Tournois pour arpent, qui est pour lesdits huit arpens quatre livres Tournois. Deux arpens & demi de pré en deux pieces, l'un contenant arpent & demi assez près les clôtures de ladite abbaye du côté devers ledit prieuré, tenant d'une part aux hoirs Guillaume Rouillard, & d'autre au ruisseau tendant a l'étang, aboutissant par haut audit es religieuses, & par bas a maître Pierre l'Archange, l'autre piece contenant un arpent assis a l'escuse dudit Igny, tenant d'une part au sieur dudit lieu, & d'autre aux hoirs maître René Piron, aboutissant au grand chemin tendant dudit Igny a Paris, lesquels prez peuvent valloir pour chacun arpent par chacun an soixante sols Tournois, qui sont pour les deux arpens & demi sept livres dix sols Tournois. De tous lesquels heritages ladite abbaye est aisaincée. Dix sept arpens d'heritages en diverses pieces continués en aucunes petites maisons, jardins, taillis, trois quartiers de pré & le reste en terres labourables; tous lesquels heritages peuvent valloir par chacun an de ferme douze livres Tournois.

Demi arpent de bois taillis donné à ladite abbaye par dame Marguerite de Lassus, qui peut valoir par chacun an sept sols six deniers Tournois. Trois arpens de terre assis près & au dessus de ladite abbaye, tenant d'une part & aboutissant par haut ausdites religieuses, d'autre & aboutissant en pointe à la ruelle des bois, qui peuvent valoir dix huit sols Tournois. Trois quartiers de terre donnés par ladite dame Marguerite de Lassus, assis près de ladite abbaye, tenans de toutes parts à Gilles Lambert, aboutissant par en haut aux follees des bois S.<sup>t</sup> Germain des Prez, & par bas au grand chemin tendant dudit Igny à Paris, qui peuvent valoir par chacun an sept sols six deniers Tournois. Une pièce de pré contenant cinq quartiers, nommé le Pré au coeur, tenant d'une part au sieur de Bievre, & d'autre ausdits hoirs Guillaume Rouillard, aboutissant par bas ausdites religieuses, & par haut audit grand chemin tendant dudit Igny à Paris, qui peut valoir de louage par an soixante quinze sols Tournois. Trois quartiers de pré en ce meme lieu à elles legué par testament & ordonnance de dernière volonté de feu Jehan Petit le jeune en son vivant Marchand libraire & bourgeois de Paris, à la charge de son obit annuellement célébré en leur dite eglise. Lesquels trois quartiers tiennent d'une part audit sieur, d'autre & aboutissant par haut ausdits hoirs Rouillard, aboutissant par bas ausdites religieuses à cause des cinq quartiers dessus dits, qui peuvent valoir par chacun an, outre la charge du service vingt sols Tournois. Quatre vingt treize arpens & demi d'heritages en une ferme nommée la *Malmaison*, en plusieurs & diverses pièces toutes entretenantes, en ce compris tout le maon, vignes, prez, terres labourables, gassines, bruyes, & pastures, tenans d'une part au grand chemin tendant de Chevreuse à Paris, & d'autre aussi au grand chemin tendant dudit Bievre audit Paris, aboutissant par bas partie au sieur de Villacoublay, & partie à l'Hotel Dieu de Paris, par haut au sieur du Pleffis, enfermant d'un coté quatre arpens de terre, qui sont hors les clotures & follees, clouant & fermant les autres terres labourables tenies en censive dudit sieur du Pleffis Picquet, à la charge de neuf livres Tournois par chacun an & six poules, qui peuvent valoir par chacun an, les dessus dites charges payées, seize livres dix huit sols Tournois. Une maison assise à Paris rue S.<sup>t</sup> Victor, ou pend pour enseigne le pressoir, tenant d'une part à la rue S.<sup>t</sup> Nicolas du Chardonnet, & l'autre à la maison de la longue allée, aboutissant par bas à ladite rue S.<sup>t</sup> Victor, chargée par chacun mois de l'an d'un obit solennel à célébrer en l'eglise S.<sup>t</sup> Etienne du Mont de Paris, soixante dix huit sols neuf deniers Tournois de censive envers les abbés & convent de l'abbaye S.<sup>te</sup> Genevieve, & destinée pour la fondation d'une religieuse, fondée à perpetuité par dame Denyse Pochon en son vivant femme de maître Nicole, quatre livres, & par tant ne vient à estimation: en sorte que tout ledit revenu cy dessus spécifié, tant de leur ancien domaine, & fondations qu'acquisitions par elles faites, ne monte que deux cens cinquante neuf livres dix deniers Tournois par chacun an, & doutent lesdites religieuses, qu'on les voulut contraindre à en vider leurs mains. A cette cause elles nous ont humblement fait supplier & requérir usés en leur droit de nos faveurs & liberalités, & sur ce leur impartir notre grace.

*Savoir faisons que Nous qui sommes protecteur & conservateur de l'Etat ecclesiastique de notre royaume, desirant favorablement traiter lesdites supplians, à ce que soient cy apres ensemble notre chere & amie compagne la royne, & nos chers & amez enfans & posterité participans à leurs devotes prieres & oraisons, & afin de leur donner meilleur & plus grand moyen continuer le service Divin, & elles & autres domestiques de ladite abbaye entretenir, avons dedié, destiné, amorti & indemné, & de nos certaine science, pleine puissance & autorité royale dedions, deslinons, amortissons & indemnonons toutes & chacunes les terres, cens, reventes &*

*Aheritages tant de l'ancienne fondation de ladite abbaye, que depuis par elles acquises cy dessus declarées & spécifiées pour l'entretenement du service divin, religieuses, peres spirituels, & serviteurs domestiques d'icelle abbaye; & de notre plus ample grace considérant que ladite somme de deux cens cinquante neuf livres dix deniers Tournois n'est suffisante pour l'entretenement desdites religieuses étant au nombre de soixante, leur avons permise & octroyé, & de nos certaine science, pleine puissance & autorité royale permettons & octroyons, que lesdites puissent acquerir, tenir & posséder, soit par dons, legs, aumones, & autrement, en domaine temporel terres & chastes cy dessus, comme dit est, designés & spécifiés, que nous leur avons desappressent comme pour lors & des lors, comme pour maintenant, dedié, destiné, amorti, & indemné, dedions, deslinons, amortissons & indemnonons, tant que pour tout ce que dessus elles soient tenues de nous payer, ne à nos successeurs aucune finance; de laquelle pour les causes cy dessus nous leur avons fait & faisons don par ces presentes: par lesquels donnons en mandement à nos amez & seaulz les gens tenans notre cour de Parlement & de nos comptes à Paris, thresoriers de France, commissaires par nous ordonnés sur le fait des francs fiefs & nouveaux acquets, procureur de Paris, ou son lieutenant, & à tous nos autres justiciers presens & avenir, ou leurs lieutenans, & à chacun d'eux si comme à lui appartient, que de nos presens grace, amortissement, permission, don & octroy de finances & de tout le contenu cy dessus ils fassent, souffrent, & laissent lesdites religieuses, abbé & convent presens & avenir jouir & user paisiblement & perpetuellement, sans leur faire mettre ou donner, ne souffrir estre fait, mis, ou donné aucun trouble, detourbir, ou empeschement au contraire, lequel si fait, mis, ou donné estoit, l'ostent & remettent, ou le fassent ostent & remettre incontinent & sans delay au premier estat & deu, rapportant ces presentes signées de notre main, ou . . . d'icelles fait sous seal royal pour une fois seulement, & quittances ou reconnoissances desdites religieuses, abbé & convent, ou leur procureur de la jouissance du contenu en ces dites presentes. Nous voulons nos reventes & autres, à qui se pourra toucher, estre tenus quittes & dechargés des sommes ausquelles lesdites finances & indemnités se pourront monter, & le tout estre passé & aloué des comptes desdits reventes de leursdites recettes par les gens de nosdits comptes, leur mandant ainsi le faire sans difficulté; car tel est notre plaisir, nonobstant que ladite somme ne soit cy autrement spécifiée & declarée, & nos ordonnances tant anciennes que modernes faites sur le fait, ordre & distribution de nos finances, & apports d'icelles en nos coffres du Louvre, les commissions par nous cy devant dernées sur le fait des francs fiefs & nouveaux acquets, à toutes lesquelles & à la derogatoire de la derogatoire y contenue, Nous avons derogé & dérogeons par cesdites presentes, ausquelles afin que se soit chose ferme & stable à toujours. Nous avons fait mettre nostre seal, sauf en autres choses notre droit & l'autrui en toutes. Donné à Paris au mois de Juillet l'an de Grace mil cinq cens quarante neuf, & de notre regne le troisieme. Ainsi signé sous le reply Henry, & sur le reply par le Roy, l'evêque de Meison grand aumonier present. S. ainsi signé Bourdin avec paraphe; & plus bas expédiées en la Chambre des Comptes du Roy nostre sire à Paris, & enregistrees es registres d'icelle du temps a present courant. Ouy sur ce le procureur general en ladite chambre de l'ordonnance de Nostreigneurs. Fait au bureau desdits comptes le xviii. jour d'Aoust l'an mil cinq cens cinquante & un. Ainsi signé Petremol avec paraphe. Et de plus est aussi un visa en Latin tel que s'ensuit: Registra auditio & contentione procurator generalis regis pro gaudendo & utendo per supplicantes beneficio dictarum literarum. Actum Parisiis in Parlamento vicefima die Novembris anno Domini millesimo quingentesimo quadagesimo nono. Ainsi*



signi de Tillet avec paraphe, & scellées du grand sceau A en tire verte sur double queue de soye rouge & verte.

## CCXII.

Breve Clementis VIII. datum die 23. Decembris anno M. D. XCVII. pro erectione, gubernatione, & privilegiis congregationis Doctrinae Christianae.

197. CLEMENS papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Explicite debitum nostri pastoralis officii, ut in eam curam nostrae sollicitudinis partes intendamus, per quam Christi fidelibus ad Christianam Doctrinam addiscendam via facilior aperitur, ita ut in ipsis hujusmodi doctrina imbutis, in dies crescat divinorum observantia preceptorum. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli pii Christi fideles Avenioni commorantes pro aliis Christi fidelibus in his quae ad salutem sunt iuvandi desiderio ducti, & considerantes in his haereticorum & schismaticorum tenebris non solum pueros teneros in Doctrina Christiana educandos, sed & homines provecos & natu majores hujusmodi Doctrinae Christianae rudes, in illa instruendos esse, ab anno Domini 1592. auctoritate venerabilis fratris Johannis Francisci episcopi Cavalicensis tunc in civitate nostra praedicta Avenionensi vicelegati, ut pro hujusmodi exercitio vacarent, & in vinea Domini fructus aliquos producerent, quamdam inter se congregationem ad Christianam Doctrinam rudibus edocendam instituerunt. Cujus congregationis fructus postea, dilecti filii nostri Francisci Mariz sancti Bartholomaei in Insula praebiteri cardinalis, tuncque ecclesiae Avenionensis ex concessione & dispensatione apostolica praesulis ope & favore adjuti, in ecclesia sanctae Praxedis Avenionensis & aliis quibusdam locis comitatus nostri Venayssini hucusque opus hujusmodi continuant, & adhuc cum magno fructu in illo perseverant.

Cum autem, sicut idem Franciscus Maria cardinalis nobis nuper exposuit, metuis multa sit, operarii vero pauci, sicutque ad tantum opus peragendum plures & diversae personae, & aliqui redditus annui pro earum sustentatione necessarij, ipsaeque congregatio nullos omnino redditus habeat, elemosinas autem, refrigerentem caritate, ita rare sint, ut vix ad trium vel quatuor sustentationem sufficere possint; & ideo si auctoritate apostolica hujusmodi congregatio perpetuo institueretur, in quam homines in timore Domini enutriti tum ecclesiastici, tum laici in continentia vitam suam ducere propentes, qui huic exercitio singulis festivis & Dominicis, & aliis, si opus esset, diebus invigilarent, reciperentur, ex hoc profecto pio operi praedicto admodum consultum esset: quare idem Franciscus Maria cardinalis nobis humiliter supplicavit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos, qui pijs operibus nostri favoris praesidium libenter impartimur, singulares dictae congregationis personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodo libet innodatae exsulant, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, huiusmodi serae absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, congregationem praedictam, ut praefertur, eandem, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus & approbamus, seu quatenus huc erecta non fuerit, de novo tuam congregationem Doctrinae Christianae nuncupandam in civitate praedicta Avenionensi (in quam cujusvis status & conditionis, probatae tamen vitae homines, dummodo in continentia vivendi firmum propositum habuerint, recipi possint, qui singulis festis, Dominicis & aliis, cum opus fuerit, diebus in ecclesia sancti Johannis Veteris nuncupati, civitatis nostrae Avenionensis ad hoc opus per nos instituti & designati, aut aliis ecclesiae seu locis per loci ordinariam ad hoc designatis, pueros

ac alios cujusvis aetatis Christianae Doctrinae ignaros congregari faciant, ibique eisdem bonis moribus & sana hujusmodi doctrina imbuant, & in articulis fidei instruant, eosque in viam mandatorum Domini & ecclesiae dirigant & confirmant, praesbyteri vero a locorum ordinarii ad id approbati confessiones audiant, verbum Dei praedicare, & sacrosanctum Eucharistiae sacramentum Christi fidelibus vere poenitentibus & confessis administrare possint: quoslibet vero ex laicorum praedictorum labore & industria provenientes, cum ceterorum redditibus ac clericorum eorumdem beneficis ecclesiasticis ac patrimonialibus, si quae habeant, provenientibus, in arca communi reponantur, ut exinde habeant quo sustentari possint; eligaturque, in hujusmodi congregatione unus ex dilectis praesbyteris, qui caput & superior sit, cuique reliqui obedire teneantur, tam in dicta civitate Avenionensi, quam aliis locis quibuslibet vicinis) apostolica auctoritate, tenore praesentium erigimus & instituis, ac ecclesiasticis & aliis nunc, pro tempore existentibus dictae congregationis personis, quaecumque statuta, & ordinationes, licita tamen & honesta, ac sacris canonibus & decretis concilii Tridentini non contraria, ac prosperum dictae congregationis statum concernentia, ab ordinario loci postea approbanda, condendi, & condita, quando opus fuerit, de dicti ordinarii licentia mutandi, aliisque ad id necessaria & opportuna faciendi licentiam & facultatem tribuimus.

Ut autem dictae nunc & pro tempore existentibus hujus congregationis personae pio operibus promius vacare studeant, & Christi fideles ad dictam congregationem ingrediendam magis invitentur, quo ex hoc dono gratiae coelestis compexerint se uberius fidei reflectos, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum sexus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus & confessis, qui dictam congregationem pro tempore ingredierent, die eorum ingressus (si vere poenitentes & confessi sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumserint) plenariam & in cujuslibet eorum mortis articulo, si pariter vere poenitentes & confessi sacraeque communionis resecti fuerint, vel quatenus id facere nequiverint, saltem vere contriti, nomen Jesu ore vel corde devote invocaverint, etiam penitentiam, ac tam ipsi jam descripti & in dicta congregatione describendis, quam aliis utriusque sexus Christi fidelibus, etiam vere poenitentibus & confessis ac sanctissima communione resectis, qui praedictae congregationis ecclesiam vel capellam in festo Annunciationis B. Mariae virginis: primis vespertis usque ad occasum solis ejusdem festi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro christianorum principum concordia, hereticum extirpatione, ac sanctae matris ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper eisdem nunc & pro tempore existentibus in dicta congregatione descriptis utriusque sexus Christi fidelibus, qui dictam ecclesiam vel capellam in secundo Paschalis resurrectionis, Pentecostes, Omnium sanctorum & Epiphaniae Domini festivitatum a primis vespertis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi pie visitaverint, & ibi, ut praefertur, oraverint, septem annos & totidem quadragenas: quoties vero Doctrinam Christianam, ut praefertur, docuerint, aut missas & aliis divinis officiis in dicta congregatione pro tempore celebrandis & recitandis, seu congregationalibus publicis vel privatis ejusdem congregationis ubi vis faciendis interfuissent, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem cum inimicis propriis vel alterius composuerint, seu componi fecerint vel procuraverint, necnon etiam qui corpora defunctorum tam in congregatione descriptorum, quam aliorum ad sepulcrum associaverint, & quascumque pro ipsam congregationem processiones, & de licentia ordinarii faciendas, dictumque sanctissimum Eucharistiae sacramentum tam in processionalibus quam ad infirmos, aut alius ubicumque & quocumque pro

tempore deferretur, comitati fuerint, aut campane ad id signo dato semel orationem Dominicam & salutacionem Angelicam pro animabus defunctorum in dicta congregatione descriptorum Christi fidelium recitaverint, aut deviam aliquam ad viam salutis relexerint, & ignorantia precepta ea quae ad salutem sunt, doceant, aut quodcumque aliud pietatis vel caritatis opus exerceverint, toties pro quolibet praedictorum operum sexaginta dies de iunioribus eius, seu alias quomodolibet delictis penitentis in forma ecclesiae consueta relaxamus. Praesentibus pro descriptis in congregatione praedicta perpetuo, pro non descriptis vero Christi fidelibus ad decennium duntaxat valuerit. Datum Romae apud S. Petrum sub anno Piscatoris die XXXIII. Decembris M. D. XCVII. pontificatus nostri anno sexto. M. Verstrius Barbianus.

## C C X I I I.

*Breve Pauli V. datum die XI. Aprilis an. 1616. pro unione congregationis Doctrinae Christianae cum Somaehae.*

1616. **P**AULUS papa V. ad perpetuam rei memoriam. Ex iuncto nobis desuper apostolice servitutis officio, ad ea per quae plurimum hominum congregationes in militanti ecclesia, praesertim ad legem Christianam radibus exponendam provide facerentur instituitur majoribus in dies proficiant incrementis sedulo intendimus. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti Antonius Vigerius praepositus ac clerici *seculares congregationis Doctrinae Christianae* in civitate Avenionensi canonice institutae, quod ipsi felicitiori ejusdem congregationis statui & augmento consulere volentes, eandem congregationem congregationi clericorum regularium Somaehae, alias S. Majoli Papiensis, per nos uniri & incorporari desiderant; & propterea infra scripta capitula cum dilectis etiam filijs praeposito & clericis regularibus dictae congregationis Somaehae stauerunt, quae & venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus negotijs regularium praepositis recognita & approbata fuerunt, tenoris subsequens, videlicet

Conventiones firmatae & stabilis inter clericos regulares congregationis de Somaeha & patres congregationis Doctrinae Christianae in regno Galliae pro unione faciendae utriusque congregationis. Quod quidem negotium a sanctissimo domino nostro fuit commissum sacrae congregationi illustrissimorum dominorum cardinalium negotijs episcoporum & regularium praepositorum.

In primis igitur Doctrinae Christianae patres eorumque successores in perpetuum suum retinebunt institutum docendi doctrinam christianam, partem, mediocrem & magnam, juxta laudabilem eorum consuetudinem, quam inviolabiliter servabunt, & in his domibus, quas nunc possident, & in his, quas in posterum possidebunt in toto regno Galliae.

2. Reverendus pater Cezar de Bus *vir pietatis estimae*, congregationisque patrum Doctrinae Christianae in regno Galliae primus parens & institutor habeatur in religione pro auctore, ut revera fuit, hujus sanctissimi instituti doctrinam christianam in dicto regno Galliae populos edocend.

3. Patres Doctrinae Christianae in Gallia vocari deinceps post factam unionem debebunt Patres Doctrinae Christianae congregationis Somaehae, seu sancti Majoli Papiensis, & privilegia omnia erunt communis.

4. Sub obedientia vivunt praepositi generalis de Somaeha, qui semel singulis trienniis per se vel per alium ab eo desinendum eos visitabit. Ceterum eorum regimen & gubernatio in toto regno Galliae, in domibus tam acquisitis quam acquirendis, sit penes superiores Gallos, & provincialis similiter Gallos eligendos per capitulum generale de Somaeha eis constituantur, qui quidem erit unus ex duobus vel tribus patribus

A nominatis sive praepositis a capitulo provinciali ipsius provinciae Galliae tempore debito congregato.

5. Cujus provincialis auctoritas erit de loco ad locum personas mutare, novitios per se, vel per locorum superiores ad professionem admittere non obstantibus, & c. concionatoribus concionandi facultatem concedere, dummodo ab episcopis locorum licentiam seu benedictionem ad formam concilii Tridentinali obtineant, & alia facere, quae visitatoribus dictae congregationis Somaehae concluduntur. In reliquis autem tanta sit ejus auctoritas quanta a capitulo provinciali concedatur eidem. Debebit tamen praepositum generalem uli poterit commode consulere, vel saltem de singulis magni momenti rebus certiorum facere. Provincialis, statim atque erit electus, censetur esse, & fit ipso facto de gremio capituli generalis, in quo vocem activam & passivam habeat, non obstantibus, & c. Ejus officium per triennium durabit. Ad capitulum generale cum accedit, socium unum, sive discretum anea a capitulo provinciali electum deducet, qui quidem socius in capitulo generali interveniet cum utraque voce.

6. Quod si contingat provincialis obitus, eo casu superior professione senior censetur electus.

7. Ad capitulum provinciale spectabit cum majori parte votorum, nova loca, previo tamen episcoporum consensu, & servata forma Clementis VIII. recipere, recepta deferere, superiores locales eligere, vel depone; reos, si qui erunt, punire, ut innocentes absolvere; curam monialium ordinariam pro confessionibus audiendis, de consensu & licentia eorumdem episcoporum recipere; bona in universum in toto regno Galliae ipsi congregationi relicta, alicui loco particulari assignare; novitios quadragesimum annum excedentes, vel qui alterius religionis habitum habuerint, & debitam transeundi facultatem a sede apostolica obtinuerint, ad probationem admittere; executiones diuturnas, maxime senibus & studentibus, ad tempus, non autem perpetuo & ex causa imperitii; locum pro capitulo provinciali proxime congregando determinare.

8. Insuper capitulo provinciali, quod mensē Septembris praecedente capitulum generale conveniendum erit, praeter provincialem, interesse debet quilibet superior localis una cum socio vel discreto a capitulo conventuali ejusdem loci, dummodo sex saltem ibi resident, eligendo. Quare pro parte primo dictae congregationis fuit nobis humiliter supplicatum, quaerens unionem & incorporationem hujusmodi facere, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur.

Nos piis praedictorum clericorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illosque specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innotuerint, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de eorumdem cardinalium consilio, dictam congregationem Doctrinae Christianae in civitate Avenionensi institutam, congregationi Somaehae praedictae (ita ut unum corpus congregationis efficiant, ac clerici dictae congregationis Doctrinae Christianae regulas & constitutiones secundo dictae congregationis Somaehae ab apostolica sede approbatas servent & proficiantur, necnon capitula praedicta adimpleantur & etiam serventur, salvis tamen limitationibus & modificationibus infra dictis, videlicet quod provincialis praefatus executiones diuturnas hujusmodi, non nisi ex causa alicujus impedimenti, concedere possit aut debeat) apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo unimus & incorporamus; necnon cum dicto Antonio, ut infra quatuor menses a die captae probationis numerandos, integro non expectato probationis anno, professionem per dictos clericos congregationis Somaehae

hujusmodi emitti solitam, expresse emittere libere & licite valeat, auctoritate & tenore prædictis indulgemus, ac cum eodem insuper dispensamus; ceteros vero primo dictæ congregationis clericos atque professionem hujusmodi emittant, annum probationis integre complere debent, ac clericos secundo dictæ congregationis in Galliam pro infrascriptis dictorum presbyterorum mittendos, in statu ecclesiastico regni Gallie, locorum superiores, etiam si non sint Galli, eligi posse statuimus.

Decernentes præsentis litteras validas, firmas & efficaces existeré & fore, suosque plenarios effectus & integros fortiri & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter aut ignoranter conigerit attentari. Non obstantibus consilium & ordinationibus apostolicis, ac utriusque congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque, in luitis & litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis eorum omnium tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium transmissis manu notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eisdem prorsus siles ubique adhibeatur, quæ præsentibus adhibebuntur, si forent exhibite vel ostendat.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die undecima Aprilis an. millesimo sexcentesimo decimo sexto, pontificatus nostri anno undecimo. S. Cobellutus.

## C C X I V.

*Lettres patentes de Louis XIII. roy de France & de Navarre, par lesquelles il se demet du droit de nommer l'abbé du Val de Grace.*

1622. **L**OUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre, a nos amez & faux conseillers les gens tenans notre Grand-conseil, salut. Par nos lettres patentes en forme d'edit données a S.<sup>r</sup> Germain en Laye au mois de Mars mil six cens vingt & un a la supplication & requeste a Nous faite par sœur Marguerite d'Arbouze abbesse & les religieuses de l'abbaye Notre Dame du Val de Grace ordre de S.<sup>r</sup> Benoist, transférées au fauxbourg de S.<sup>r</sup> Jacques a Paris, Nous avons déclaré que dorénavant apres le décès, ou dimission volontaire de ladite sœur Marguerite d'Arbouze ladite dignité d'abbesse sera dorénavant elective en la meme façon qu'elle l'estoit avant le concordat fait entre le S.<sup>r</sup> siege & cette couronne, & que ladite election seroit faite par lesdites religieuses dudit monastere, de telle personne professée dudit ordre & regle, qu'elles en jugeront capable en leurs consciences, & qui ait été nourrie en la reformation & regularité, & non d'autre; & a cette fin Nous nous sommes demis de notre bon gré de tout le droit de nomination, que Nous avions & provisions avoir sur ladite abbaye. Sur lesquelles lettres deliberant par vous le XXI.<sup>e</sup> jour de Fevrier dernier vous avez ordonné qu'elles seroient registrées & registrées du greffe de notre dit conseil, pour joüir par lesdites religieuses, abbesse & convent de l'effect & contenu en icelles, tant & si longuement qu'elles vivront selon la reformation de ladite premiere regle de S.<sup>r</sup> Benoist, & a la charge que vacation venant par mort, resignation, ou dimission de ladite d'Arbouze, les abbessees seront dorénavant electives de trois ans en trois ans, & que celle qui sera ainsi élue, prendra de Nous confirmation de ladite election. Ce que vous avez ordonné tant en conséquence de l'ordonnance d'Orléans, que pour maintenir toujours notre autorité sur ladite abbaye, a la conservation de laquelle vous vous rendez soigneux selon le soin

& affection que vous avez a ce qui concerne notre service & les droits de cette couronne. Mais d'autant que l'obligation a prendre lesdites lettres de confirmation retomberoit immédiatement au mesme assujetissement, duquel Nous avons voulu delivrer ladite abbaye pour & conserver & entretenir la reformation, & que l'election d'abbesse se fust & accomplisse librement, sans qu'il soit besoin pour l'usage & établissement d'icelle d'autre chose que des suffrages desdites religieuses en la maniere observée en toutes les familles, où ladite election, même triennale, est en vigueur, en pas une desquelles la personne élue ne prend lettres de confirmation de Nous, & que cette nécessité pourroit donner aux esprits moins retenus, sujet de recourir aux faveurs exterieures pour empêcher l'effect desdites elections, qui n'avoient pas ruisi a leur contentement, & par ce moyen troubler la paix de ladite abbaye contre notre intention, & le bien de l'observance & regularité d'icelle, que ladite ordonnance statuant sur l'election des abbayes & prieures n'a point obligé les élies a ladite confirmation, que notredit Grand conseil par les arrests de verification de pareilles graces par Nous faites aux abbayes de Montmartre & S.<sup>r</sup> Etienne de Soissons, la Trinité de Poitiers, & autres n'a pas apporté cette nécessité de confirmation, laquelle n'est aussi en usage en aucune des maisons religieuses de ce royaume, où l'election triennale a lieu. Pour ces causes & autres a ce nous mouvans, de l'avis de notre Conseil, pour affermir de tous les moyens possibles la reformation de ladite abbaye, & rendre l'election & établissement des abbessees simplement & entièrement dependantes des regularité d'icelle en la maniere observée es autres maisons regulieres & electives de notre royaume, proposant a cela le peu d'intérêt particulier que nous y pouvons pretendre, Nous voulons & vous mandons que sans vous arrester a votre dernier arrest du XXI.<sup>e</sup> Fevrier dernier cy attaché avec nos dites lettres patentes du mois de Mars mil six cens vingt & un sous le contrefeul de notre Chancellerie, en ce que par icelui arrest vous avez ordonné que celle qui sera élue en abbesse de ladite abbaye pour ledit temps de trois ans, prendra de Nous lettres de confirmation de ladite election, vous avez a proceder a la verification & enregistrement desdites lettres, sans astringre les religieuses élies a ladite confirmation, non obstant tous edits, ordonnances & lettres a ce contraires, car tel est notre plaisir. Donnée a Paris le xx.<sup>e</sup> jour de Mars l'an de Grace mil six cens vingt deux, & de notre regne le douzieme. Signé Louis, & plus bas, Par le roy, Poitier avec paraphe; & a costé est écrit. Enregistré au registre du Grand-conseil du Roy suivans & aux charges portées par l'arrest aujourd'hui donné en icelui a Paris le sixieme Juin mil six cens vingt deux. Signé Martineau avec paraphe, & scellé du grand sceau de cire jaune sur simple queue.

## C C X V.

*Breve summi pontificis Gregorii XV. triennale regimine abbatis Vallis Gratiæ a conventu eligenda decernens.*

**G**REGORIUS papa decimus quintus. Ad perpetuam rei memoriam. Onerosa pastoralis officii cura meritis licet imparibus nobis ex alto commissa polulat ut ad ea per que regularis observantia restitutioni & conservationi in quibuscumque, præsertim in consilium, monasteriis consulari, sedulo intendamus, prout conscientiam in Domino salubriter expedire. Hinc est, quod nos prospere & felici monasterii monialium olim loci *du Val de Grace* Parisiensis diocesis, nunc ad suburbia civitatis Parisiensis translati, ordinis S. Benedicti, ad quod, dum pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ in illius abbatissam præficiendæ ad carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum regem christissimum spectare

afferitur, regimini atque gubernio, quantum cum Domino possimus, consulere volentes, supplicationibus dicti Ludovici regis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, officium abbatissæ dicti monasterii, quod hæcenus perpetuum fuisse similiter asseritur, & quo dilecta in Christo filia Margareta d'Arbouze ad preces fugitur, ex nunc prout postquam per obitum seu quamcumque dimissionem vel amissionem ipsius Margarete, vel alias quovis modo vacaverit, ad triennium, ita ut deinceps perpetuis futuris temporibus abbatissæ dicti monasterii de triennio in triennium duntaxat eligi possit & debeat, apostolica auctoritate tenore præsentium reducimus, decernentes prædictas litteras semper & perpetuo validas, firmas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere, sicut per quoscumque iudices ordinarios & delegatos, & causarum palatii apostolici auditores, iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus consiliacionibus & ordinationibus apostolicis, necnon monasterii & ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statuti & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis eorum tenoribus præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub anno Piscatoris die septima Martii m. DC. XXXIII. pontificatus nostri anno tertio. *Ainsi signé S. card. sanctæ Sufanne.*

## C C X V I.

*Consentit archiepiscopus Parisiæ faciendæ a conventu electioni triennali abbatissarum Vallis Gratiæ.*

1623. JOHANNES Franciscus de Gondi Dei & sanctæ sedis apostolicæ gratiæ Parisiensis archiepiscopus, christianissimi domini nostri regis in suis status & sanctiori consilio consiliaris, ac capelle regis magnus magister, universis præsentibus litteris inspecturis saluten in Domino. Nos incivimus, quod visis per nos indulto seu litteris apostolicis in forma brevium & sanctissimo in Christo patre & domino nostro domino Gregorio divina providentia papa decimo quinto & moderno super prospero & felici regimine & gubernio & electione triennali abbatissæ monasterii monialium loci Vallis Gratiæ nostræ Parisiensis diocesis, nunc ad suburbia civitatis Parisiensis translatis, ordinis S. Benedicti, ad quod, dum pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ in illius abbatissam præficientis ad christianissimum dominum nostrum Ludovicum decimum tertium Franciæ & Navaræ regem spectare asseritur, obtentis & impetratis supplicationibus dicti Ludovici regis, eidem domino nostro papa super hoc porrectis, officium abbatissæ dicti monasterii, quod hæcenus perpetuum fuisse similiter asseritur, & quo dilecta in Christo filia Margareta d'Arbouze ad præfatus fugitur, & nunc prout postquam per obitum, seu quamcumque dimissionem, vel amissionem ipsius Margarete, vel alias quovis modo vacaverit, ad triennium, ita ut deinceps perpetuis futuris temporibus abbatissæ dicti monasterii de triennio in triennium duntaxat eligi possit & debeat, ipse sanctissimus dominus noster papa reduxerit, dictis litteris apostolicis datis Romæ apud S. Petrum sub anno Piscatoris die septima Martii anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, pontificatus ejusdem sanctissimi domini nostri papæ anno tertio, signatis S. cardinalis sanctæ Sufanne; Nos Parisiensis archiepiscopus præfatus hujusmodi reductioni electionis triennalis & dictarum litterarum executioni, in quantum possimus & ad nos spectat & pertinet, spectare aut pertinere

potest, assentimus, nostrumque præbemus assentium pariter & consensum. In quorum præmissorum fidem & testimonium, hæc præsentibus litteris per magistrum Johannem Baudouyn in jure canonico licentiatum, publicum auctoritate apostolica, curiæ archiepiscopatus Parisiensis notarium juratum, & archiepiscopatus nostri Parisiensis secretarium ordinarium fieri & signari, sigillisque cameræ nostræ fecimus & justissimè appensione communi. Datum Parisiis anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo tertio die vigesima septima Martii. *Ainsi signé: De mandato præfati reverendissimi domini mei Parisiensis archiepiscopi, Bauldouyn. Et sellé de cire rouge sur double queue.*

## C C X V I I.

*Breve Innocentii X. datum die XXX. Julii anno M. DC. XLVII. pro dissolutione unionis & statæ congregationis Doctrinæ Christianæ in posterum.*

1647. INNOCENTIUS papa X. Ad perpetuum rei memoriam. Commisi nobis a Domino pastoralis officii ratio postulavit, ut in his apostolicæ nostræ sollicitudinis partes propensius studii interponamus, per quæ Christi fideli quorumlibet, præsertim Christianæ pietatis & caritatis operibus, ad procurandam suam & proximam salutem jugiter vacantibus, felici statui opportune consuli censeamus. Cum itaque, sicut accepimus, alias tempore pontificatus felicitis recordationis Clementis papæ VIII. prædecessoris nostri, in civitate nostra, tunc via, Avenionensi, una pia diversarum personarum tam laicarum quam ecclesiasticarum secularium congregatio sub invocatione seu denominatione Doctrinæ Christianæ, gubernioque & directione nonnullorum præbitorum secularium proborum & idoneorum, auctoritate ordinaria instituta, congregationisque hujusmodi sic instituti peculiare institutum, catechismus præcipue plebem & rudes personas docendi, continenterque vivendi, ipsaque congregatio a sede apostolica approbata & confirmata, variisque indulgentiarum aliarumque gratiarum spiritualium numeribus decorata, respective fuerint, famaque pii instituti hujusmodi per regnum Franciæ divulgata, nonnullum institutum præfatum in provincia nuncupata, sed & in alias ejusdem regni provincias, personis dictum institutum amplexis, catechismum sive doctrinam christianam parvam, medicorum & magnam doctrinibus, confessionibus sacramentalibus audientibus, infirmos, hospitalia, carceresque & carceri mancipatos visitantibus, pædagogis perulstantibus, & catechismos habentibus tam in ecclesiis, privatissime magnarum ædibus, in quibus copiosus est famulorum numerus, quam cum peregre ibant longe lateque, benedecente Domino, se se diffusiderit; & exinde cum congregatio hujusmodi formam regularis potius quam secularis instituti accepisse videretur, recolende memorie Paulus papa V. etiam prædecessor noster, congregationem Doctrinæ Christianæ præfatum, congregationi clericorum regularium Somachicæ, alias sancti Majoli de Papiæ nuncupate, per quamdam suam in simili forma brevem litteras de anno 1616. emanatas, debique executioni demandatas, quarum tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, apostolica auctoritate univerti & incorporaveri, ipsaque congregatio Doctrinæ Christianæ sic eidem secundo dictæ congregationi unita & incorporata, multo religionis zelo ductos ad illius habitum regularem & professionis emissionem admiserit, ac complures domos, collegia aliosque loca regularia acquisiverit, ab aliquo vero anno nonnulli et dictæ Doctrinæ Christianæ clericis unionem præfatum tanquam invalide subreptitæ factam variis ex causis & præsertim occasione presentis nullitatis mandati seu mandatorum procuratoriorum, cujus, seu quorum vigore preteritio unio præfata facta fuit, necnon ratione executionis litterarum apostolicarum super unione hujusmodi expeditarum, professionisque

per

per quemdam Antonium Vigerium & nonnullos alios in eadem congregatione Doctrinae Christianae emisse, & electione illius superiorum, super quibus certa decerni emaruerunt, impugnaverint, eaque de causa pro dubiorum huiusmodi resolutione, dictaeque unionis dissolutione, dilecti filii Antonius Rousseau & Jacobus Bauvais presbyteri primo dictae congregationis huiusmodi expresse professi, illius nomine ad aliam urbem nostram accesserunt.

Idcirco nos ad uberes fructus, quos istem clerici congregationis Doctrinae Christianae huiusmodi in vinea Domini in dies afferre noscuntur, paternae dirigentes considerationis intuitum, ipsorumque commodis & quieti, quantum cum Domino possumus, prospectum esse cupientes, ex venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium negotiorum regubrium praepositorum, quibus hoc negotium dicendum examinandumque committimus, sententia per eos nobis in consilio nostro secreto relata, *motu proprio & ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, omnes & singulas controversas & lites super primo dictae congregationis Doctrinae Christianae unione & incorporatione alias eidem secundo dictae congregationi, ut praefertur, facta, coram istem cardinalibus & quibusvis aliis tribunalibus quomodolibet motas & adhuc indecisas pendentes, ab eidem cardinalibus & aliis tribunalibus praefatis, in statu & terminis in quibus ille reperitur, ad nos harum serie avocamus, illaque penitus & omnino suppressimus & extinguimus ac abolenus, necnon utriusque parti desuper perpetuum silentium imponimus; proque totius negotii huiusmodi compositione tenore praesentium unionem praefatam legitime factam, ipsosque clericos primo dictae congregationis Doctrinae Christianae esse veros regulares & professos declaramus.*

Ipsam tamen unionem ex causis animum nostrum moventibus dissolvimus, dissolvi clericos primo dictae congregationis Doctrinae Christianae jurisdictioni ordinariorum locorum, qui in omnibus iis qua dicta exercitia spiritualia concernunt, in instruendis populis, concionibus habendis, & in exercitiis & administratione sacramentorum immediate procedere possunt, supponimus & subijcimus.

Quod autem ad bonorum temporalium ejusdem primodictae congregationis administrationem, domorum gubernium, superiorum electiones, novitiorum receptiones, transgressiones, inobedientias & alios domesticos excessus puniendos attinet, praemissa ad superiores locales, provinciales & generales gradatim spectare debere, ordinariorumque locorum sese in iis ingerere, aut executione decretorum & sententiarum dictorum superiorum, nisi in casibus a jure permixtis, suspendere nullatenus posse; necnon bona ejusdem primo dictae congregationis per praesentes dissolvere, cum, sicut praefertur, unita esset, legata, vel haecenus quomodolibet acquisita & ubivis locorum, etiam in statu ecclesiastico dicti regni consuetudine, eidem primo dictae congregationi sic dissolute relinqui debere, non obstantibus quibuscumque, ac praecipue quod ipsi clerici regulares secundo dictae congregationis dissolutionem regularium Somachae ad id vocati & auditi non fuerint, ipsaque primo dictam congregationem nomen Doctrinae Christianae & insinuationem primitivum docendi parvam, mediocrem & magnam doctrinam juncti catechismum Romanum & pueros docendi retinere debere volumus & mandamus, eandemque primo dictam congregationem in suum pristinum & cum in quo ante unionem praefatam iuxta habitabile esse institutum, ab eodem Clemente praedecessore approbatum, quomodolibet erat, statum reponimus, restitimus & plenarie reintegramus, institutumque huiusmodi de novo quatenus opus sit, perpetuo approbamus, eique omnes indulgentias & gratias a dicto Clemente praedecessore concessas relinquimus, clericosque regulares in eadem primo dicta congregatione

Tomas VII.

*dissoluta haecenus professos, quamvis vixerint, ab eadem congregatione discedere dimittere nullatenus posse, sed in ea vois suis regularibus adhaerere permanere, ac sub obedientia ordinariorum locorum in quibus pro tempore degent, ut praefatur, esse debere.*

Necnon superiorem generalem ipsius congregationis sic dissolutae pro tempore existentem, de consensu capituli generalis constitutiones pro bono & felici regimine ipsius primo dictae congregationis illiusque peroratorum & rerum iam spiritualium, quam temporalium condere, ac conditas pro rerum ac temporum qualitate variare aut interpretari, ac alias de novo edere posse, dummodo tamen sacris canonibus & sacri concilii Tridentini decretis, necnon constitutionibus & ordinationibus apostolicis contrarie seu difformes non sint. Ac postremo capitulum generale primo dictae congregationis huiusmodi sic dissolutae, pro forma & regimine illius ac superiorum tam generalis quam particularium electione, modo ac forma quibus ante dissolutionem huiusmodi procedi consueverat, in civitate Parisiensi, mense Novembri proxime veniuro celebrandum; ac inserim ipsam primo dictam congregationem a provinciali & aliis superioribus praesentibus regendam esse, eandem tenore praesentium istem volumus, concedimusque & indulgemus.

Decernentes eadem praesentes & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod praefati clerici regulares dictae congregationis Somachae & alii quicumque in praemissis interesse habentes, vel habeat quomodolibet praetendentes, ad eadem praemissa vocati & auditi non fuerint, minusque illi contestentur, nec cause propter quas emanarunt adductae, verificatae & iustificatae factum, aut ex alia quacumque causa quantumvis legitima, nullo inquam tempore, de subscriptionis vel obreptionis, vel nullitatis vitio aut intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, in jus vel controversiam revocari aut ad terminos suos reduci posse, sed illa semper & perpetuo valida, firma & efficaciter existere & fore, suoque plenaria & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter & inconcusse observari, sicut per quoscumque iudices ordinariorum & delegatos, etiam causatum palatii apostolici auctoritates, ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, dictaeque sedis nuncios, subita eis & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, iudicari & definituri debere, ac irritum & inane, si quid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca venerabilibus fratribus archiepiscopis Parisiensi, & Narbonensi, ac episcopo Eclesiensi, seu dilectis filiis officialibus Parisiensi, Narbonensi & Eclesiensi per praesentes committimus & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se vel alium seu alios praesentes literas & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus erit, ac quoties pro parte eorumdem clericorum sic dissolutae primo dictae congregationis huiusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficaciter defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra, praemissa omnia & singula debita executioni mandandi, eosdemque clericos primodictae congregationis huiusmodi illorum commodo & effectu pacifice sui & gaudere, non permitentes illos desuper a quoquam, quavis auctoritate, quomodolibet indebite molestari, contraditores quoslibet & rebelles, praemissisque non parentes, per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras & penas ipsas, etiam ita raris vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus pie memoriae Bonifacii papae VIII, patris praedecessoris nostri de una & in concilio generali edita de dabus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis auctoritate praesentium

O

in iudicium non trahatur, ac quibusvis aliis consiliatio-  
nibus & ordinationibus apostolicis, etiam in conciliis  
universalibus editis, ac dictarum congregationum etiam  
firmamento, confirmatione apostolica, vel alia quavis  
juramento, roboratis statutis & consuetudinibus, privile-  
giis quoque indultis & literis apostolicis, illis eorumque  
superioribus & personis, sub quibuscunque verborum  
tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogato-  
riarum derogatoris, alique efficacioribus & irrevocabilibus  
clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere vel  
in specie ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet  
concessis, confirmatis & innovatis, quibus om-  
nibus & singulis, etiam si pro illorum sufficienti deroga-  
tione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifi-  
ca, expressa & individua, ac de verbo ad verbum,  
non autem per clausulas generales idem importantes,  
mentio aut aliqua alia expressio habenda, aut aliqua alia  
expressiva forma ad hoc servanda foret, illorum omnium  
tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis  
habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad effe-  
ctum præmissorum specialiter & expresse derogamus,  
ceterisque contrariis quibuscunque; aut si aliquibus  
communiter vel divisim ab eadem sit seculo indultum,  
quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non pos-  
sint, per literas apostolicas non facientes plenam &  
expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi  
mentionem; volumus autem quod præsentium trans-  
sumtis etiam impressis, manu aliquis notarii publici  
subscriptis, & sigillo persone in dignitate ecclesiastica  
constitute munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra  
adhibeatur, quod præsentibus ipsis adhiberetur, si forent  
exhibite vel offensa.

Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die trigesima Julii 1647. pontificatus  
nostri anno tertio. M. A. Maraldus.

## C C X V I I I.

*Fondation du Prieuré de la Présentation.*

1650. **J** E A N François de Gondy par la grace de Dieu &  
du S.<sup>r</sup> siege apostolique archevêque de Paris, con-  
seiller du Roy en ses conseils, & commandeur de ses or-  
dres. A tous ceux qui ces présentes lettres veront, salut  
en Notre Seigneur. Sçavoir faisons, que vu la requeste  
à nous présentée par sœur Catherine Bachelier religieuse  
du convent de Notre-Dame d'Arcisse près Nogent,  
de l'ordre de S.<sup>r</sup> Benoît, par laquelle elle nous auroit  
remonté, que suivant la donation perpétuelle de neuf  
cents livres de rente par chacun an, faite par damoiselle  
Marie Courtin sa tante, veuve de noble homme Ni-  
colas Billard vivant sieur de Carouge, pour fonder un  
monastere de filles de l'ordre de S.<sup>r</sup> Benoît, nous aurions  
permis à ladite Bachelier par lettres emanées de notre  
autorité, de s'établir conjointement avec sœurs Mag-  
delaine de Valles, Marguerite de Fromont, Michelle  
de Richou & Catherine Rondeau religieuses professes  
dudit ordre, demeurantes par notre permission dans le  
faubourg S.<sup>r</sup> Marcel rue des Postes, paroisse Saint  
Estienne du Mont, & non encore établies, à la charge  
que ladite veuve Billard seroit & demeureroit dans ledit  
monastere, tant & si longuement qu'elle voudroit,  
comme seculiere, sans estre tenue de faire les vœux de  
religion, & ce aux honneurs, prérogatives & prémi-  
nences que les fondatrices ont accoutumé d'avoir &  
jour dans les maisons par elles fondées, & que ladite  
sœur Catherine Bachelier sa niece, en faveur de ladite  
fondation, seroit prieure dudit monastere sa vie durant,  
& après son décès, seroit procédé par les religieuses  
dudit monastere, qui seront lors, à l'élection d'une autre,  
qui seroit par nous ou nos successeurs archevêques,  
confirmée & approuvée, & laquelle ne seroit que trien-  
nale. Neanmoins seroit arrivé par l'infligation de l'esprit  
malin ennemi du repos public, ou autrement, une telle  
division entre les religieuses anciennes cy-dessus nom-

A mées, & ladite Bachelier prieure, qu'elles n'auroient pu  
compatir ensemble, quelque remède, soin & diligence  
que nous eussions pu apporter par l'espace de 5. à six  
mois, tant par nous memes, que par personnes de  
probité & capacité par nous employées à y remettre  
la paix, & reunir ces esprits divisez; remontrant ladite  
Bachelier prieure, qu'elle avoit fait tout son possible  
pour nourrir paix & amitié entre elles, & que les autres  
n'y avoient voulu entendre. Vù aussi le rapport du sieur  
curé de S.<sup>r</sup> Nicolas du Chardonnet, qui de notre or-  
donnance se seroit transporté sur les lieux le deuxième  
jour de Septembre dernier, assisté de notre promoteur,  
pour entendre d'abondant les plaintes de part & d'autre.  
Vù pareillement nos lettres d'établissement du deuxième  
Janvier dernier mil six cents cinquante, ensemble le con-  
tracté de donation de ladite veuve Billard du vingt  
septiesme Octobre mil six cents quarante neuf, & un autre  
contracté aussi passé pardevant notaires du quatorzieme  
Decembre audit an mil six cents quarante neuf, par  
lequel pour assurer ladite donation, ladite veuve Billard  
oblige plusieurs héritages & rentes à elle appartenans,  
comme aussi les obediences en bonne forme, données  
à ladite Bachelier & à la sœur Regnault sa compagne,  
par le seigneur eveque de Chartres, ou son vicarie  
general. Tout vù & considéré, Nous archevêque de  
Paris fûsint voyant que lesdites religieuses ne pouvoient  
faire leur salut ensemble, & que les anciennes avoient  
conçu une telle averfion contre leur supérieure, qu'il  
etoit comme impossible de les reconcilier, & que le plus  
assuré moien estoit de les séparer, Nous de notre auto-  
rité speciale les avons séparées & séparons; favorir ladite  
Bachelier prieure d'avec lesdites sœurs Magdelaine de  
Valles, Marguerite de Fromont, Michelle de Richou  
& Catherine Rondeau, cy dessus dénommées, permet-  
tant à icelles de demeurer dans ladite maison, ainsi qu'elles  
estoient auparavant, sans aucun établissement, julesques à  
ce que par Nous en ait été autrement ordonné, leur  
faisant inhibitions & défenses de donner aucune sortie  
ou entrée en leur maison & hospice à personne, sans  
notre permission expresse. Et quant à ladite Bachelier,  
lui permettons de sortir de ladite maison, & en faveur  
de ladite donation & fondation faite par la veuve Billard  
sa tante, s'établir ailleurs ou bon lui semblera, dans la  
ville, faubourgs & diocèse de Paris en une maison,  
qui sera au préalable visitée de notre autorité, aux charges,  
clauses & conditions portées tant dans nos lettres  
d'établissement du deuxième Janvier dernier, que dans  
les deux contractés de donation cy dessus cotés, que  
nous entendons demeurer en leur force & vertu, &  
sortir leur plein & entier effet selon leur forme & teneur,  
à l'égard seulement de ladite sœur Catherine Bache-  
lier & ladite veuve Billard sa tante, sans que les anciens  
cy dessus nommés y puissent prétendre à l'avenir  
aucun droit, fors & excepté que nous nous réservons  
& à nos successeurs archevêques l'élection & confir-  
mation des prieures ou supérieures, qui succéderont  
après le décès tant de ladite Bachelier, que de ladite  
veuve Billard sa tante, & tout & tel autre droit qui  
pourroit competer & appartenir aux présentateurs &  
collateurs ordinaires; sans que les religieuses, qui com-  
poseroient lors ledit monastere ou prieuré, puissent pré-  
tendre aucun droit d'élection desdites supérieures: Et  
au cas que ladite sœur Bachelier predecédât ladite veuve  
Billard sa tante fondatrice dudit prieuré, sera loisible  
à icelle Billard pour cette fois seulement, & sans tirer  
à conséquence, de nous présenter une des religieuses  
dudit prieuré trouvée capable par la communauté, qui  
sera par Nous reçue & approuvée; ne commandera  
toutefois qu'autant de temps que ladite Billard survivra  
ladite Bachelier, après quoy ledit prieuré demeurera en  
notre pleine & entière disposition, comme dit est, &  
de nos successeurs archevêques. Et voulons & enten-  
dons que l'article cy dessus sôit inséré au bas de nos  
lettres d'établissement du deuxième jour de Janvier

dernier mil six cens cinquante; & sera pour plus grande assurance, le present acte de separation avec nosdites lettres d'establissement, & lesdits deux contractz cy dessus mentionnés, transcrits dans les registres du secretariat de notre archevesché, pour y avoir recours en temps & lieu. En foy de quoy nous avons signé le present acte & fait contresigner par le secretaire de notre archevesché, & à iceul fait apposer le scel de nos armes. Donnè à Paris ce neuvième jour de Decembre mil six cens cinquante. *Ainsy signé J. François archevesque de Paris, & plus bas Baudouyn.*

A desquels en tant que besoin est ou seroit, Nous leur avons fait don par ces presentes; leur avons aussi permis & permettons de recevoir les fondations & charitez, qui leur pourront estre faites, pourvu que ce soit du contentement des ordinaires. Si donnons en mandement &c. Donnè à Paris au mois de Novembre l'an de grace 1656. & de notre regne le 14. Louis. *Par le Roy, Phelypeaux.*

*Registrees en Parlement le douze Janvier 1667. & en la Chambre des Comptes le 7. Fevrier 1667.*

C C X I X.

*Lettres patentes pour l'establissement du prieuré de la Presentation.*

1656.  
Ex autographis.

L OUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre, a tous presens & avenir, salut. Notre bien amee feur Catherine Bachelier prieure d'un convent de religieuses de l'ordre de S.<sup>t</sup> Benoist de la regle miitigee, nouvellement establi au fauxbourg S.<sup>t</sup> Victor lez Paris, nous a fait remontrer que des l'année 1649. damoïelle Marie Courtin fa tante veuve de feu Nicolas Billard vivant sieur de Carouge, ayant eu le desir de fonder un monastere de filles dudit ordre, elle auroit fait donation entre vis infirmee de la somme de neuf cent livres de rente perpetuelle par chacun an à l'exposante & autres religieuses, par contract passé pardevant les notaires du Chafleil de Paris le 7.<sup>e</sup>. Octobre 1649. & 4.<sup>e</sup>. Decembre ensuyvant, aux charges y contenues; en consequence de laquelle donation ladite veuve Billard s'estoit adressee au feu sieur archevesque de Paris, il auroit consenti audit establissement dudit monastere, en une maison sise au fauxbourg S.<sup>t</sup> Marcel rue des Polles, à condition de la visite dudit sieur archevesque, & où ladite veuve Billard seroit allée demeurer avec lesdites religieuses en qualite de fondatrice & seculiere. Depuis lequel temps la commuodité de leurs affaires les ayant obligé de changer de demeure & de s'establi audit fauxbourg S.<sup>t</sup> Victor, où elles sont apresent, & y vivre suivant les regles de leur institut, & la devotion de ladite veuve croissant avec le nombre desdites religieuses, & afin de leur donner meilleur moyen de subsister, par autre contract passé pardevant lesdits notaires le 20. de Septembre dernier construant ladite premiere donation, elle leur auroit encore fait donation entre vis de onze cent livres de rente, faisant les deux donations deux mille livres de rente annuelle & perpetuelle, aux cloies & conditions portees par ledit contract. C'est pourquoy l'exposante pour la perfection dudit establissement, elle nous a fait supplier de leur accorder lettres de confirmation d'iceuluy. A ces causes desirant contribuer aux lozables desseins de ladite fondatrice, & aux bonnes intentions de ladite exposante, & pour les maintenir dans une facilité plus grande de vaquer au culte & service divin pour la plus grande gloire de Dieu, la prosperité & tranquillité de notre royaume, Nous de notre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, avons agréé, accordé & confirmé, agréons, accordons & confirmons par ces presentes signées de notre main, ledit establissement dudit monastere desdites religieuses de S.<sup>t</sup> Benoist de ladite regle miitigee, situé au fauxbourg de S.<sup>t</sup> Victor, leur permettant de construire & bâir audit lieu leur dit monastere, eglise, cloistre & dortoir, & autres bastimens necessaires & commodes, si fait n'a été: Et pour cet effet d'acquiescer tels lieux & places circonvoisines qui leur seront necessaires & commodes, pour en jouir par elles à perpetuité pleinement, franchement de toutes charges & relevances en ce qui nous pourroit estre dû; lesquels lieux & places nous avons à cette fin de notre meme grace & autorité que dessus, amorti & amortissons pour notre regard seulement, exempté & exemptions à perpetuité de tous droits tant de lods & ventes, que de francs fiefs & nouveaux acquells,

*Tomus VII.*

C C X X.

*Charta de inita possessione prioratus sancti Martini a Campis per Julium Paulum de Lione.*

B U Niverfis presentes litteras inspecturis, Jacolus Gaudin presbyter, doctor theologus, & socius Sorbonicus, insignis metropolitanae ecclesiae Parisiensis canonicus, necnon officialis Parisiensis, & in hac parte cum quibusdam aliis, cum clausula, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ad infra scripta judex, seu commissarius apollolicus, salutem in Domino. Bullas, seu litteras apollolicas provisionis prioratus conventualis S. Martini a Campis Paris. ordinis Cluniacensis, vacantis per reiterationem seu commende cessionem nobilissimi viri domini Petri de Godefroy illius ultimi prioris, seu perpetui commendatarii & immediarii possessoris pacifici, nobilissimi domino Julio Paulo de Lione clerico Parisino factae sub datu Romae apud S. Mariani Majorum anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto idibus Septembris pontificatus sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Alexandri divina providentia papae septimi & moderni anno undecimo, signatas supra plicam L. *Boulbois*, sigillatas in plumbo, sans & integras, non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte sulscelas, prout in eis prima facie apparet, nos ite pro parte praefati domini de Lione presentatas & exhibitas, ea qua decuit reverentia & honore recepisse nos vestros; post quarum quidem bullarum exhibitionem & receptionem, requisiti fuimus quatenus ad illarum fulfilnationem procedere vellemus & dignaremur: cui resquisitioni ut honestae annuemes, solium fidelitatis debite juramentum juxta bullam formae juramenti vulgo dictam ab eodem domino de Lione coram nobis in capitulo dicti prioratus, priore claustrali & religiosis ejusdem prioratus in illo existentibus personaliter comparere recepimus, illumque in possessionem corporalem, realem & actualem dicti prioratus, fuorumque junium & pertinentium univerforum posuimus & induximus per liberum ingressum ecclesiae dicti prioratus, aequa benedictae asperitionem, susceptionem precum Deo genibus flexis ante majus altare dictae ecclesiae, dicti altaris osculum, scssionem in cathedra priori asceda, & per alias solemnitates in talibus observari solitas: quae quidem possessionis immisio, ne quis ullam ignorantiae causam praetendere possit, omnibus hic asstantibus juxta & conformiter ad edictum regium per notarium infra nominatum fuit publicata, nemine contradicente; de quibus praemissis dictus dominus de Lione actum praet.

Acta fuerunt haec in dictis capitulo & ecclesia anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, die vero tertia mensis Octobris post Meridiam, praesentibus praefato domino de Godefroy de Beauvillers & praedictis priore claustrali & religiosis dicti prioratus, venerabili & reverendo domino Jacobo le Normand regis christianissimi consiliario, nobilibus viris magistris Georgio du Hamel in supremo senatu Parisiensi patrono, Sylvano Gaudin insignis & cathedralis ecclesiae Tulensis decano, & scientifico viro magistro Thoma Rouland doctore theologo Facultatis Parisiensis, & pluribus aliis testibus anno & die praedictis. In quorum praemissorum fidein has presentes litteras manu nostra obligatas per magistrum Jolianum Roger notarium apollolicum

O ij

Parisius commorantem fieri & signari, sigillique curie  
notuz justissus & fecissus acquisitione communiti.  
Sic signatum insignibus presertim. Julius Paulus de  
Lionne, Petrus de Godefray de Beauvilliers, &c.

## C C X X I.

Lettres patentes pour la translation du prieuré de  
Valdoine à Charenton.

1700. **L**OUIS par la grace de Dieu roy de France &  
de Navarre à tous presens & avenir, salut. Nos  
chers & bien amez les prieur & religieuses de Notre-  
Dame de Valdoine membre de Moleme, ordre de  
S. Benoist, au diocèse de Chalons en Champagne,  
Nous ayant très humblement fait remontr en l'année  
1692. la nécessité de transférer leur monastere à cause  
des grandes incommoditez qu'elles souffrent par la mau-  
vaise situation & disposition de ce lieu du Valdoine,  
Nous desirant d'en estre informé plus particulièrement  
par le commissaire par Nous départi pour l'exécution  
de nos ordres en la province de Champagne, lequel  
en aiant dressé son procès verbal, & donné son avis  
sur la nécessité de cette translation, Nous leur ac-  
cordons nos lettres patentes sur ce nécessaires, au mois  
de Novembre 1692. avec pouvoir de transférer leur mo-  
nastere en la ville de Vally; depuis lequel temps l'etat  
de leurs affaires temporelles ne leur aiant pas permis  
de profiter de la grace que Nous leur avions accordée,  
elles nous ont à present fait exposer qu'une personne  
de pieté a formé le dessein de faire construire dans la  
place, où étoit le temple de Charenton, une eglise  
ou chapelle pour y établir l'Adoration continuelle &  
perpetuelle du très saint Sacrement de l'Autel, en sub-  
stituant ainsi l'erreur de la verité dans le lieu même où  
regnoient l'erreur & le mensonge, & lui faire comme  
une réparation publique & perpetuelle des infidelitez  
que l'heresie y a commises; voulant donner à cet effet  
aux supplians, pour s'y établir, un fonds considerable;  
que la proposition en ayant été laie à notre très cher  
& très amé cousin le cardinal de Noailles archevesque  
de Paris, il en avoit examiné les conditions & la situa-  
tion des lieux où étoit le temple, & a trouvé que ce  
projet pouvoit estre executé, & meme qu'il seroit très  
avantageux pour la gloire de Dieu, & favoriseroit celui  
que nous avons toujours eu de retablir dans toute  
l'estendue de notre royaume le culte de la vraie religion  
sur les ruines de l'heresie. Ces considerations & la con-  
noissance qu'il a de la pieté & regularité des supplians,  
dont la communauté est actuellement composée de treize  
deux filles de chœur & huit converses, lui a fait juger  
qu'elles estoient très propres pour le succès d'un aussi  
louable dessein, & à cet effet leur aiant donné son con-  
sentement sous notre bon plaisir, à leur établissement  
dans cette place à Charenton aux conditions proposées,  
elles l'ont aussi obtenu de notre très cher & amé cousin  
l'evêque & comte de Chalons pour leur translation  
dans le mesme lieu, ce qu'il n'a fait qu'après avoir fait  
visiter & examiner la mauvaise situation des lieux de ce  
monastere du Valdoine, & pareillement de celui de notre  
cher & bien amé Alexandre de la Rochefoucaud abbé  
de Moleme fondé sur les memes motifs, elles nous  
supplioient avoir pour agreable leur établissement dans  
ce lieu de Charenton, & en leur accordant d'autres nos  
lettres de translation au lieu de celles qui leur ont été  
jusqu'à present inutiles, leur permettons d'acquies à cet  
effet cette place où étoient des Religieuses, des Nou-  
velles catholiques où qui nous en avons ci-devant fait  
don, meme les decharger des droits d'amortissement qui  
nous seroient dûs pour raison de ce. A ces causes desir-  
ant employer à la gloire de Dieu ce que nous tenons  
de sa grace & misericorde, & après avoir bené le succès  
de nos desseins par la destruction de l'heresie dans notre  
royaume, le faire adorer à perpetuité dans le lieu meme  
où la verité a été mesprisée; aiant fait voir dans notre

**A** conseil ces lettres de translation dans la ville de Vally,  
que nous avons ci-devant accordées aux supplians,  
& les avis & consentement de nos très chers & très  
amez cousins le cardinal de Noailles archevesque de  
Paris, duc & pair de France, & l'evêque comte de Cha-  
lons pair de France, pour cette translation & établisse-  
ment des supplians dans ce lieu de Charenton, en-  
semble le consentement de notre cher & bien amé Alex-  
andre de la Rochefoucaud abbé de Moleme, le tout  
attaché sous le contrescel de notre chancelier, de notre  
grace speciale, pleine puissance & autorité royalle, Nous  
avons par ces presentes signées de notre main, accordé  
& octroyé, accordons & octroyons auxdites prieur &  
religieuses de Notre-Dame du Valdoine, la permission  
de transférer leur monastere du lieu de Valdoine, où elles  
font encore actuellement, dans le lieu de Charenton,  
où étoit ci-devant construit le temple de la religion  
présentement reformée, que nous avons fait demolir, &  
au lieu de la ville de Vally où nous leur avions ci-devant  
permis de faire leur translation, par nos lettres du mois  
de septembre 1692. qui sont & demeureront nulles; à  
cet effet Nous leur avons permis & permettons d'acquies  
la place où étoit construit le temple de Charenton, de  
la communauté des filles Nouvelles catholiques, tant  
la portion dont nous leur avons fait don ci-devant que  
celles qu'elles ont acquies des administrateurs de l'Hos-  
pital general de notre bonne ville de Paris, à qui nous  
en avons fait don ci-devant, à la charge & condition  
par les supplians d'y établir & faire à perpetuité l'Ado-  
ration perpetuelle du très saint Sacrement de l'Autel,  
& de demander à Dieu par leurs prieres la continuation  
de ses graces pour notre personne & notre royaume,  
speciallement le remercier de la benediction qu'il a  
donné à nos entreprizes pour l'extirpation de l'heresie  
de notre royaume, leur permettons d'accepter toutes  
donations & fondations, acquies, tenir, posséder toutes  
fortes de fonds & possessions de quelque valeur qu'ils  
pourroient estre, pour demeurer à perpetuité avec leur  
masse commune comme biens d'eglise, voulant que  
ladite place & les lieux & maisons qu'elles pourroient  
acquies & qui leur pourroient estre donnez ou leuez  
pour bâtir leur eglise & maison, ensemble les cours,  
jardins & enclos de leur monastere audit lieu de Cha-  
renton, soient & demeurent bien & deument amortis,  
comme par ces presentes nous les avons amortis & amortis-  
sons, pour en jouir par elles & leur monastere pais-  
siblement & perpetuellement, sans qu'elles soient tenues  
en vuider leurs mains, bailler homme vivant & confi-  
quant, ni pour raison d'iceux nous paier aucuns droits  
de franc fief, nouveaux acquets ou autres, pour quelque  
cause & occasion que ce soit, & à nos successeurs rois,  
aucune finance, indemnité ni contribution au ban &  
arriere ban, dont nous les avons dechargées & dechar-  
gées par ces presentes à perpetuité, sauf l'indemnité  
des autres seigneurs dont lesdits biens pourroient relever,  
& pour marque de notre speciale protection, avons permis  
& permettons aux supplians de faire mettre sur le  
frontispice de ladite eglise & de leur monastere, l'en-  
preinte de nos armes. Si donnons en mandement à nos  
amez & feaux conseillers les gens tenans nos cours de  
Parlement & Chambre des Comptes à Paris, que ces  
presentes ils aient à faire registrer, & du contenu en  
icelles jouir & user lesdites religieuses pleinement, pais-  
siblement & perpetuellement, cessant & faisant cesser  
tous troubles & empeschemens, car tel est notre plaisir:  
Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours,  
Nous avons fait mettre notre scel à cesdites presentes.  
Donné à Fontainebleau au mois d'Octobre l'an de grace  
1700. & de notre regne le 58. Signé Louis. Et sur  
le repli, Par le Roy, Phelypeaux. Et à coté, Vial  
Phelypeaux. Et scellé du grand sceau en cire verte &  
lac de foie.



CCXXII.

*Lettres patentes en forme d'édit, concernant les Peres de la Doctrine Chrestienne.*

1726. **L**OUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre. A tous presens & avenir, salut. Le feu roy notre très-honneur seigneur & bisayeul, informé que l'establissement de la congregation de la Doctrine Chrestienne n'estoit pas revetu de toutes les formalitez necessaires au bon ordre, à remedier aux difficultez & contestations survenues, & prevenir celles qui pourroient naistre, ce qui avoit causé divers changemens depuis son institution, & au repos des familles de ceux qui s'y engageant; par arrest rendu au Conseil d'estat le 11. Septembre 1713. il avoit ordonné qu'elle remettrait les titres devant des commissaires & denommés pour y pourvoir sur leur avis, ainsi qu'il appartiendroit. Ce qui n'ayant pu estre assez promptement executé, Nous avons voulu suivre ses intentions, & par deux arrests des 11. Novembre 1721, & 1. Avril 1724. Nous avons subrogé de nouveaux commissaires à la place de ceux qui estoient decédez, ou que d'autres emplois avoient mis hors d'estat de vaquer à l'examen de cette affaire; lesquels nous ayant fait connoître par un avis en forme, que Nous nous serions fait représenter, qu'il seroit necessaire que nous expliquassions par des lettres patentes nos intentions, tant sur ce qui concerne le gouvernement de ladite congregation, que sur ce qui peut interesser le repos des familles de ceux qui s'y sont engagez, ou qui s'y engageront dans la suite. A ces causes voulant traiter favorablement ladite congregation, & lui donner la meme protection dont les rois nos predecesseurs l'ont honorée: de l'avis de notre conseil & de notre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, Nous avons dit, déclaré & ordonné, & par ces presentes signées de notre main, disons, déclarons & ordonnons, voulons & nous plait que les brefs des 30. Juillet 1647. 26. Septembre 1659 & lettres patentes données sur iceux au mois de Decembre de ladie année 1659. ensemble le bref du 6. Juin 1676. & arrests du conseil des 18. Septembre 1672. & 11. Septembre 1713. soient executés selon leur forme & teneur. En consequence declarons ladite congregation estre seculiere. Voulons que comme telle, elle soit & demeure soumise à la jurisdiction & visite des eveques, & tenue de recevoir, executer dans toutes ses maisons leurs ordonnances, reglemens, rituels & ceremoniaux, tant pour ce qui regarde le culte & l'office divin, que pour ce qui concerne l'instruction des peuples, la predication, la reception & administration des sacremens, & toutes autres fonctions ecclesiastiques, soit à l'égard des sujets de la congregation, soit à l'égard du clergé, du peuple. Voulant neanmoins qu'ils puissent supplier les eveques de permettre l'usage du breviare Romain dans toutes les maisons de ladite congregation, pour la commodité de ceux qui la composent, & afin que l'uniformité y soit conservée. Ordonnons que l'administration de ses biens temporels, le gouvernement de ses maisons, la reception des novices, les elections des superieurs, la punition des transgressions, desobeissances & autres fautes domestiques appartiennent aux superieurs locaux, provinciaux & generaux, sans qu'en tous ces cas les ordinaires des lieux puissent s'y ingerer, ni suspendre les decrets & sentences desdits superieurs, si ce n'est dans le cas de droit, comme de negligence de la part desdits superieurs, dispositions de biens temporels, de punitions de crimes, où les formes judiciaires doivent estre observées, & autres cas de droit, & sans aussi que ledits superieurs puissent de leur part, prononcer contre ledits particuliers de ladite congregation, des peines de suspension, d'interdit & d'excommunication. Voulons que dans toutes les matieres dont ledits superieurs doivent connoître suivant les degrez de superiorité

**A** etablis entre eux, lorsqu'il y aura lieu de se pourvoir hors de ladite congregation, contre ce qui auroit esté fait & decerné par les superieurs generaux, ledits de ladite congregation seront tenus de s'adresser aux ordinaires auxquels la connoissance en pourra appartenir, ou à leurs officiaux, selon la nature des affaires & l'exigence des cas, leur faisant très-expresses inhibitions & desistances de s'adresser ailleurs. Declaron qu'entre les cas où il est permis aux particuliers de ladite congregation de se pourvoir devant les ordinaires, ne seront point compris les ordres que les superieurs donnent journellement ausdits particuliers pour remplir les maisons de ladite congregation, & les emplois dont elle est chargée, ni les permissions ou dispenses qu'il depend d'eux d'accorder ou de refuser suivant ledits brefs ou lettres patentes accordées sur iceux. Ne pouront aucuns des sujets qui composent ladite congregation, estre employez par les eveques dans leurs seminaires, ni à d'autres fonctions ecclesiastiques, qu'avec la participation & consentement des superieurs. Voulons aussi que ledits particuliers qui auroient fait les vœux, le serment mentionnez ausdits brefs & lettres patentes, ne puissent recueillir aucunes successions directes ou collaterales. Voulons neanmoins que ceux qui ayant fait ledits vœux seront congédiez de ladite congregation avant l'âge de vingt cinq ans accomplis, puissent rentrer dans tous leurs droits echus ou à echoir, avant ou depuis l'emission desdits vœux, mais sans aucune restitution des fruits jusqu'au jour qu'ils en feront la demande, après qu'ils auront esté congédiez. Et quant à ceux qui avant ces presentes auroient esté congédiez de ladite congregation, après y avoir fait les vœux, ils ne pourront exercer aucun droit en vertu de la preséente declaration, en ce qui concerne les successions directes ou collaterales, comme aussi qui ayant fait les vœux, seront congédiez après ces presentes avant l'âge de vingt cinq ans complets, ne pourront le pourvoir contre dispositions faites par contrat de mariage, donations entre vifs, partages passer pardevant notaires avant ces presentes, ni meme contre les dispositions pour cause de mort, qui auront dû avoir leur effet avant ces presentes, non plus que contre les renonciations qu'ils y auroient avant faites, actes & transactions par eux consentis, ni meme contre les jugemens ou arrests, contre lesquels ils ne seroient plus dans le temps de se pourvoir. Ordonnons que les registres qui se tiennent dans ladite congregation, tant pour l'entrée au noviciat, que pour l'emission des vœux, seront écrits de suite sans aucun blanc ni interligne, & signez par deux temoins, sans que la signature des deux temoins, ni leur présence à l'emission desdits vœux, puissent les rendre solennels, ni donner atteinte à l'insinuit de ladite congregation; nonobstant lesquels vœux ledits de la Doctrine Chrestienne pourront posséder des benefices seculiers, même pendant le temps qu'ils seront dans ladite congregation. Voulons cependant pour y maintenir le bon ordre, & afin qu'ils puissent mieux vaquer aux emplois, dont elle est chargée, & remplir leurs engagements, qu'aucun d'entre eux ne puisse obtenir aucun benefice exigeant résidence, sans le consentement du desirioire, ou dans les cas pressans, sans la permission du conseil extraordinaire de la province, qu'il sera necessaire de faire ratifier par le desirioire au plus tard dans deux mois, faite de quoi la provision fera nulle de plein droit, & le benefice impetrable. Ordonnons que l'arrest du conseil du 12. Juin 1697. par lequel le feu roy a déclaré que ce n'a pas été son intention de comprendre dans la declaration du 29. Janvier 1686. les cures & prieures unies à ladite congregation, soient executés selon sa forme & teneur; & en consequence voulons que ladite congregation puisse les faire desservir par ceux d'entre eux qui seront nommez par les superieurs, aux archevesques & eveques chacun dans leur diocèse, pour est recevoir l'approbation, lesquels ils pourront rappeler de la maniere usitée à cet égard par les Peres de la

Mission. Si donnons en mandement à nos amez & feaux conseillers, les gens tenans notre Grand-conseil, que ces présentes ils aient à faire registrer, executer & observer, & de leur contenu jouir & user ladite congregation & ceux qui la composent, pleinement, paisiblement & perpetuellement, cessant & faisant cesser tous troubles & empeschemens quelconques, nonobstant tous edits, declarations, arrests, reglemens, usages contraires, auxquels nous avons derogé & derogons par ces présentes, à cet egard seulement; car tel est notre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre notre scel à cesdites présentes. Donné à Fontainebleau au mois de Septembre, l'an de grace mil sept cens vingt-six, & de notre regne le douzieme. *Signé Louis. Et plus bas, Par le Roy, Phelypeaux. Et scellé du grand sceau de cire verte.*

*Enregistrées et registres du Grand-conseil du Roy, pour estre executées, gardées & observées, & jouir par les superieurs de la congregation de la Doctrine Chretienne de l'effet du contenu d'icelles, selon leur forme & tenour, suivant l'arrest dudit conseil de cejour d'ui quinzieme d'Octobre mil sept cens vingt-six. Signé Verdus.*

## C C X X I I I.

*Bulla Clementis pape VII. pro beata Maria de Saliceto.*

1382. CLEMENS episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Licet omnia ecclesie monasteria & alia pia loca per univrsam orbem diffusa

C

sed apostolice, quæ sepe illis obtinet principatum, disponente Domino, sint subiecta, sedes tamen eadem nonnulla ex ipsis aliquando specialiter sibi subdit, ea ab aliorum quorumlibet eximius potestate, ac statuens ipsa quadam honoris prærogativa fore libera & exempta. Exhibita siquidem nobis nuper per parte dilectarum in Christo filiarum Nicolæ de Lievilla gubernatricis, priorissæ nuncupate, & fororum Domus Dei beate Mariz de Salceia Parisiensis diocesis petitio continebat, quod gubernatrix dicte domus per tempore existens, & forores prædictæ, quæ ex ordinatione & fundatione dicte domus, quam reges Franciæ, qui fuerunt per tempore, canonice fundarunt, & etiam dotarunt, personæ de domo & sanguine regum Franciæ originem trahentes, fit quæ lepre morbum incurriere contingat, recipere & custodire tenerent, & quæ propterea quamplura bona, proventus, & jura ab eisdem regibus percipere consueverunt, semper fuerunt cum familiaribus earum regi Franciæ per tempore existentium & non alteri in temporalibus immediate subiectæ, ac idem rex, vel unus ex cambellanis suis per eundem regem ad hoc deputatus a tempore fundationis hujusmodi gubernatricem in eadem Domo Dei, quoties vacationis casus occurrit, instituire consuevit, quodque etiam gubernatrix & forores prædictæ, ac capellani, clerici & aliæ personæ in dicta Domo Dei degentes etiam a dicto tempore citra & tanto tempore, cujus initium memoria

A non exstat, in possessione pacifica & quietâ exemptionis ab omni onere & inunitatis a quorumcumque ordinariorum jurisdictione in spiritualibus existierunt, nec propter aliqua debita, crimina, vel excessus per alium, quam per dictam gubernatricem seu ab ea super hoc deputatum, fuerunt molestati, puniti, correcti, aut coram alio iudice conventi, seu ad iudicium evocati: Nos igitur ad dictam Domum Dei, etiam consideratione carissimam in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris, nobis super hoc supplicaribus humiliter, apostolice considerationis intuitum convertentes, illamque volentes prædictis apostolicis communire, & gratiis honore condignis, ut personæ degentes in ea libentius divinis mysteriis intendant, dictamque sedem eo majoris devotionis promptitudine student revereri, quo ipsæ & eadem Domus Dei majori fuerint libertate donatæ, hujusmodi Caroli regis ac gubernatricis & fororum prædictarum supplicationibus inclinati, Domum Dei, gubernatricem, forores, capellanos, clericos, personas prædictas cum omnibus bonis, que in præsentiarum rationabiliter possident, vel in futuro possidebant omni exactione liberos esse statuimus, & sub nostra & sedis apostolice ac beatorum Petri & Pauli apostolorum protectione suscepimus, ac ipsos a venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Senonensis loci metropolitani, & episcopi & archidiaconi Parisiensis & successorum suorum, qui erunt per tempore, necnon aliorum quorumlibet ordinariorum, ac iudicum ecclesiasticorum potestate, jurisdictione & dominio profus eximimus, & totaliter liberamus, & sedi præfixæ immediate subesse decernimus & etiam ordinamus; in quod idem archiepiscopus, episcopus, archidiaconus successores & alii ordinarii ac iudices ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque committatur delictum, iniatu contractus vel res ipsa consistat, non possint in Domum Dei, gubernatricem, forores, capellanos, clericos, ac personas prædictas jurisdictionem, potestatem, visitationem, seu dominium aliquod exercere, districtius inhiabentes eisdem archiepiscopo, episcopo, archidiacono, successoribus ordinariis ac iudicibus & quibusvis aliis committere vel dividim, ne ipsi contra tenorem exemptionis hujusmodi aliquid attentare præsumant; ac decernentes exnunc irritum & inane quicquid in contrarium a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, felicitis recordationis Innocentii pape quarti prædecessoris nostri & aliis constitutionibus apostolicis contrariis nonobstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exemptionis, liberationis, constitutionis, ordinationis & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione III. calendis Maii pontificatus nostri anno quarto. *Et plus bas, P. Ber. Crescentius. Sur le reply, B. Calveti. In sigillo plumbeo hæc verba habentur: Clemens P. P. VII. & ex altera parte duo capita cum his literis: S. Pa. S. Pe.*

## I N S T R U M E N T A

*Ad ecclesiam sanctæ Genovesæ spectantia.*

## I.

*Diploma Hugonis Capeti Francorum regis.*

Secul. x. **I**N Dei nomine, omnibus presentibus & futuris Hugo Dei gratia Francorum rex. Cum sit dignum Deo omnia bona referre, & quæ sunt Dei Deo dare, ut divina bonitas multiplicet semem regale nostrum in sui honorem, & utilitatem gentium, omnes ecclesiarum libertates, dona & privilegia firmiter & devotè confirmamus. Volumus autem ut charta gloriose memorie

Caroli Francorum regis de possessionibus diis gentium quondam dicitur, & divino cultui applicandis in omnibus observetur. Qui autem de his aliquis subtrahere voluerit, vel aliquo tempore chartam hanc regalis scripturionis violare præsumat, sentiat in omnibus rebus suis detrimendum, & partem habeat cum Sarhana principe tenebrarum. Factum hoc ad aram beatorum apostolorum Parisius sub sigillo nostro & infra scripturam: S. Roberti filii nostri: S. Roberti de Nogeria: S. Genferii Silvaneensis buticariarum: S. Maurini camerarum: S. Genferii referendarii.

## I I.

*Diploma Roberti regis.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Rotbertus gratia Dei Francorum rex serenissimus. Si precibus canonicorum, quando pro suis vel ecclesiarum sibi commissarum necessitatibus aliquid nos petere voluerint, aurem libenter accommodamus, eorumque iustas petitiones ad optatum effectum perducimus, non solum regum consuetudinem in hoc exercemus, sed eisdem canonicis ad Domini misericordiam pro nobis exorandum promittimus, atque devotiores facimus. Igitur omnium sanctæ Dei ecclesie fidelium, nostrorumque tam presentium, quam futurorum noverit industria, quoniam adicentes serenitatis nostræ presentiam dilecti nostri ex monasterio sanctorum apostolorum Petri & Pauli & sanctæ Genovefæ virginis canonici humiliter deprecati sunt, quatinus sibi in illi Domino famularibus ex claustro & ex omnibus ad suas villas vel res pertinentibus, necnon de presentibus, atque prefecturis hoc præceptum nostræ auctoritatis fieri iuberemus, ita ut omnia supradicta sine cujuscumque personæ inquietudine jugiter quietem optineant. Quod nos libenter annuimus & petitionibus eorum diligenter adquevimus. Volumus itaque ut omnium fidelium nostrorum in hoc concordet assensus, ut eundem locum clericalis ordo, sub cuius regimine a primordio fuerat tractus, obtinere pro omne presentis vite tempus secundum regulam canonicam, semperque decantum habeat ex propria congregatione, qui ipsam ecclesiam, & sanulos Christi ibidem degentes canonice religione custodiat. Decrevimus etiam pro nostri auctoritatem præcepti, ut nemo super ipsos canonicos injustam potestatem exerceat, aut quempiam temere contra voluntatem ipsorum eis imponere temptet, fed in eorum iusta ordinatione & electione omnia ibidem pertinentia consistant, quatinus ipsi, qui in illi Domino famulantur, orantes pro nobis & stabilitate totius regni a Deo nobis commissi, proque remedio animarum eorum, qui pro amore Christi & sanctorum illuc via tradidere donaria, eorum quoque, qui futuris temporibus quicquam facultatum suarum daturus sunt, sine aliqua injuria ecclesiastica officia adimplere valeant. Et hanc auctoritatem, ut firmior in Dei nomine habeatur, a fidelibus quoque sanctæ Dei ecclesie & nostris diligentius conservetur, manu propria subferimus & sigilli nostri impressione signari iussimus.

Sig. Rainoldi Parisiorum episcopi.

Franco cancellarius palatii recognovi.

Ego Girodus Dei gratia Hostiensis ep. S. R. ecclesie legatus legi & subscripsi.

Ego Rembaldus apostolice sedis legatus m. m. ffr. (id est manu mea subscripsi.)

## I I I.

*Diploma Henrici I. regis.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus gratia Dei Francorum rex. Regalis excellentie altitudinem & amplitudinem decet virtutum cultui omnimodo insudare, &c. . . . Noverit ergo sanctæ Dei ecclesie fidelium & nostrorum presentia & futurorum posteritas, quod venerabilis congregatio beatorum apostolorum Petri & Pauli & sanctæ Genovefæ virginis ibidem quiescentis, que olim a quodam antecessore nostro Francorum rege Chlodoveo, hortatu & persuasione B. Remigii Remorum archiepiscopi fundata & prediorum multitudine ditata canonicæ religioni est mancipata, nostræ serenitatis presentiam adierit, rogans & licet postulans, quatenus sibi & posteris suis benivole super dominatione & patrocinio regum, vel principis Parisiensem urbem tenentis degere, &c. . . . Statuimus,

**A** & regali auctoritate precipimus, insuper & sigilli nostri impressione firmamus, aut nullus succedentium regum, vel principum Parisiensem urbem tenentium prædictam congregationem unquam alicui jure beneficii tradat, vel aliquo commutationis genere a suo patrocinio vel procuracione alienet, sed de regali defensione habeat cum utilitate honestatem & de principis possessione, si quando hoc contigerit, presentiam & indehincem tuitionem habeat simul & solam. Hujus autem nostræ auctoritatis scriptum ut inviolabiliter perpetualliter obtineret vigorem, pontifici apostolice sedis deliberavimus dirigendum, ut cum regali sacerdotalis auctoritatis assensum & corroboracionem præbens, nullo amplius concutatur turbine, vel qualibet vacillet occasione, sed quemadmodum a primo fundatore esse constituta, atque canonice simul & regali preceptorum auctoritate mutata, per infinitam temporum . . . . maneat inconcussa. Actum Parisius publice anno Incarnati Verbi 1035. & regni Henrici regni quarto. Ego Balduinus cancellarius relegendo subscripsi.

## I V.

*Charta Gaufridi Martelli comitis Andegavensis.*

**I**N nomine Dei omnipotentis, visibilium rerum & invisibilium creatoris, Gaufridus Andegavensium comes. Notum fieri volo fidelibus meis, & omnibus, ad quorum notitiam illud negotium pertinere debeat, quod accidentes ad presentiam meam canonicæ congregationis monasterii Parisiensis beatissime virginis Christi Genovefæ, humiliter deprecati sum, ut sibi & S. loco suo ob amorem divini nominis & venerationem ipsius virginis patronæ ipsorum specialis quidpiam elemosine conferremus & necessariis sublevaminis. Quorum postulacionem humiliter & libenter suscipiens, pro animabus parentum meorum Falconis incliti comitis & religiose commisit Hildegardis, meorum quoque ob remissionem peccatorum indulgi sacrosanctissime Genovefæ monasterio de villa ipsorum, que in Silvanensium sita comitatu, Borretumque vocabulum, viariam totam ad integrum & de plano & de tylla, sicuti eam jure beneficiario ex dono regis Francorum tenere distorsor. Item in eadem villa etiam omnem pro advocacione quam ibi huc usque habui solutionem, que solet esse modiorum avenæ circiter decem, Deo & S. Genovefæ & clericis ejus tenuino & ad talem levaminis modum redigo, cum me in partes illas, aut ad curiam regis, aut ad placita aliqua accedere contingeret, tunc equorum meorum passui modios avenæ quatuor pro recognoscione freti mei præbeant. Si quis autem hoc quod non reor fore nec cupio, aut hæcmodum forte meorum, aut alia quæpiam ejuscumque conditionis persona remissionem illam voluntarie a me & rationabiliter factam cassare vel calumpnari temptaverit, pro impij consuetudine iram Dei, sanctæ quoque Genovefæ offensionem incurrat, & insuper præsumptione sua irrita remanente, auri libras centum ad purum excocti casei Dei cui sitem intulerit legum severitate solvere compellatur. Ut autem elemosine istius donatio, & de presentibus & apud posteros verius credatur ac firmius conservetur, pagine hujus notitiam conscribisse feci, quam vivificæ Crucis figura manu mea insignivi.

## V.

*Diploma Philippi Augusti.*

**P**HILIPPUS Dei gratia Francorum rex. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod Symon de S. Dionysio qui præbendam S. Genovefæ cuius canonicus erat, apud Autolim habebat, quidquid in eadem villa, sive in terris ejusdem ecclesie, sive in aliis quomodolibet acquirisset, prædictæ ecclesie S. Genovefæ in elemosinam donavit: Theobaldus

Circa  
1040.

autem nepos ejusdem Symonis omnia a prefato Symone avunculo suo in eadem villa acquisita, sibi ab eodem prius fuisse donata asserens, auctoritate nostra bona illa omnia occupavit. Tandem respiciens & ante nos veniens omnia illa quæcumque in prænominate villa prædictas avunculus suus Symon acquisierat vel habuerat & possederat, ecclesie S. Genovefe in manu abbatis Stephani benevole & libere dimisit, & in perpetuum quietis clamavit: Symon autem avunculus ejus molendinum de Seta & prata sita quæ habebat in marisco S. Opportunæ, prædicto Theobaldo nepoti suo propter hoc dedit. Stephanus abbas S. Genovefe eidem Theobaldo pro hac eadem causâ centum libras Parisienses donavit. Nos autem qui hinc inde bona fide acta approbantes & maxime quæ ecclesiis conferuntur observare volentes, prædictam elemosinam ecclesie S. Genovefe a prædicto Symone collatam & quietationem a Theobaldo factam benigne concessimus, & auctoritate regia confirmavimus. Actum Parisi anno 1182, regni nostri anno quarto, assensibus in palatio nostro quorum nomina superscripta sunt & signa. Signum comitis Theobaldi dapiferi nostri. S. Guidonis buscularii. S. Mathei camerarii. S. Radulphi consularii. Data per manum Hugonis cancellarii.

## V I I.

*Charta Roberti comitis domini Drocarum.*

1184. **N**Otum sit omnibus tam futuris, quam presentibus, quia ego Robertus comes frater venerabilis regis Francorum Ludovici, & clarissima uxor mea Agnes comitissa Breucensis, & filii nostri Robertus dominus Drocarum, Willelmus & Johannes concessimus & laudavimus compositionem, quam Stephanus abbas & canonicus S. Genovefe fecerunt cum vavassoribus nostris. Luca de Portu, & Galtero de Marina super brenagio de Jaufigniaco, quod a nobis in feodo tenent, ut scilicet canonici singulis annis nomine brenagii prædicti vavassoribus nostris xx. sextarios avenæ ad mensuram prædictæ villæ persolvant, alteri decem & alteri decem, nec amplius aliquid a canonicis, sive ab hominibus villæ poterit exigi. Quod si prædicti vavassores, vel heredes eorum nobis, vel heredibus nostris aliquid forefecerint, non poterimus scire pro feodo illo ultra xx. sextarios avenæ, super unum x. & super alterum x. Quod ne valeat oblivione deleri, vel aliqua malignitate perverti, sigillorum nostrorum auctoritate fecimus id confirmari. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CLXXXIV. hii testes interfuerunt. Rad. de Bucy, Guido de Pissecho, Theobaldus Botze, & alii multi. Data per manum Rainardi cappellani.

## V I I.

*Charta Matthæi domini Marliaci.*

1194. **E**GO Matheus dominus Marliaci, & Mathildis uxor mea notum fieri volumus presentibus pariter & futuris, quod cum inter ecclesiam S. Genovefe Parisiensis & Garnerum de Roquencort esset controversia super quadam decima, quæ dicitur decima de Malo nido, quam Bartholomeus Pilofus prædictæ ecclesie dederat in elemosinam, & ecclesia eam possederat fere per xxx. annos, Garnerius vero contendebat ipsam esse de feodo suo. Tandem nobis medianstibus in hanc formam pacis convenerunt. Garnerius in præsentia nostra constitutus quitavit præfatæ ecclesie & donavit in elemosinam, si quod juris & domini habebat in decima illa, & fide interposita promisit portare justam garantiam. Ecclesia vero dedit illi pro quitatione viii. libras Parisiensis monete. Nos etiam de quorum dominio erat, quitavimus eam & dedimus in elemosinam prædictæ ecclesie quidquid juris & domini in eo habebamus, & promissimus, quod tam nos, quam heredes nostri porturamus inde justam ga-

rentiam. Fidejussores pro Garnerio fuerunt, Gilo de Verfal, Petrus de Aupeck & Radulfus filius ejus, & pariter cum eis huic compositioni interfuerunt Salomon decanus de Castro forti, Odo de S. Mederico præpositus, Paganus major de Soiniaco, Petrus Duxep de sancto Nunno, Ludovicus & Nicolaus fervientes abbas S. Genovefe, & multi alii tam clerici, quam laici. Quod ut ratum & inconcussum permaneat, sigillorum nostrorum auctoritate fecimus roborari. Actum anno ab Incarnatione Domini M. CXCIV.

## V I I I.

*Charta Roberti comitis domini Drocarum.*

**E**GO Robertus comes, dominus Drocarum, & ego Yolendis comitissa, domina Drocarum, tam presentibus, quam futuris notum fieri volo, quia concessimus ecclesie S. Genovefe Parisiensis terram nostram, quam habebamus in territorio de Contay cum decima, & quidquid juris & domini in ea habebamus. Abbas vero & canonici prædictæ ecclesie dederunt nobis in excambium terram, quam habebant apud Calliacum, & quidquid juris in eadem terra habebant. Dederunt etiam nobis pro emendatione excambii xvi. libras Parisiensis monete. Et ut hoc ratum & fixum habeatur, signorum nostrorum munimine corroboravimus. Datum apud Calliacum per manum Hugonis clerici nostri anno Gratie M. CXCIV.

**N**Otum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod ego Robertus comes Drocarum quivi ecclesie S. Genov. Parisi. terram illam, quam Odo de Maigniaco & uxor ejus veniderunt prædictæ ecclesie in territorio de Maigniaco, & concessi, ut eam quiete & pacifice possideant: & promissi justam portare garantiam tam pro me, qua pro uxore mea & heredibus meis. Quod ut ratum & stabile permaneat, auctoritate sigilli mei & testium subscriptione feci corroborari. Testes sunt Johannes capellanus comitis de Torcy, Rad. de Bucy miles, Arroudis præpositus de Torcy, Imbertus major de Rodoniaco, & Mercator frater ejus, & Stephanus major de Vanvis.

## I X.

*Charta Gaucherii de Castellione.*

**N**Otum sit omnibus presentibus & futuris, quod ego Gaucherus de Castellione & Elizabeth uxor mea, fide interposita quitavimus grariam in toto territorio de Rodoniaco tam in nemore, quam extra nemus, quod pertinet ad ecclesiam B. Genovefe Parisiensis, concedente Aales matre mea comitissa Suffoniensi, & Aales forore mea, uxore Guillelmi de Garlanda. Quitavimus etiam illis concedentibus & laudantibus grariam in toto territorio de Maigni: & si quid habebamus in viaria & graria, & quidquid in toto territorio de Jaufigniaco disruptum & extirpatum est, quod vulgo dicitur Exsart. Et si quid habebamus in viaria & quidquid juris & domini habebamus in prædictis locis. Quod ut ratum & inconcussum habeatur, sigilli nostri munimine & testium annotatione fecimus confirmari. Testes sunt hi, Radulfus de Buceio, Petrus filius ejus, Reginaldus de Malo passu, Hugo de Montguellon, Hugo notarius, Petrus præpositus Montis Gaili, Petrus & Girardus de Castellione, Gilbertus de Bria, Odo de sancto Mederico, Johannes Hifpamus, Petrus Major, Adam Vestrullarz, Guilelme de Sarries, Rad. Hocceboe, Garnerus de Duail, Radulfus Dives. Actum anno Incarnati Verbi M. CXCVI.

## X.

*Charta Matthæi de Montorenciaco domini Marliaci.*

1202. **E**GO Matheus de Montorenciaco dominus Marliaci, & Mathildis uxor mea, notum facimus tam futuris quam presentibus, quod vineam nostram, quæ dicebatur clausus Mallivici, quem tenemus ab ecclesia S. Genovefe, sub anno centu virgolidorum & octo denariorum dedimus hospitibus ad hospitias faciendas de assensu & voluntate abbatis & canonicorum sanctæ Genovefe, quorum erant fundus terræ illius & decima & omnis iustitia. Statutum est autem quod ille census capitalis semper erit canonicorum S. Genov. & hospites, qui ibi erunt mansionarii, sui erunt parochiani, & omnes decimas tam magnas, quam minutas castellano de Monte perfolvent, & cetera jura parochialia secundum consuetudinem parochiæ suæ. Nobis autem abbas & conventus concelebrant totum augmentum census hospitiarum, quæ ibi fiens, quod vulgo dicitur Croissens, & medietatem venditionum, thelonei, rotagii, foragii & omnium proventus tam iustitiarum, quam aliorum reddituum, qui pertinent ad iustitiam, & medietatem ripagii quantum iusticia comportat. Quotiescumque ventum fuerit ad vadia duelli, ducetur duellum in curiam canonicorum in Monte, & ibi finietur, salva tamen medietate nostra de emenda duelli. Omnis alia iustitia tenebitur super predictum clausum usque ad vadium duelli. Serviens ibi constituetur ex consensu utriusque partis, qui tam nobis & heredibus nostris, quam supradictis canonicis faciet fidelitatem de omni jure conservando & faciendo ad utramque partem pertinente. Si autem forte aliqua querela emerit inter nos & canonicos, vel eos, qui in loco nostro in hiis rebus cum eis participationem habebunt, vel etiam communem servientem illius terræ, quia sibi dominium illius terræ canonicis retineant, causa illa in curiam eorum in Monte referetur terminanda. Præterea sciendum est, quod nos & heredes nostri predictos redditus ab ecclesia B. Genovefe omni tempore tenebimus, nec poterimus alii ecclesie sine assensu abbatis & canonicorum vel dare, vel vendere, seu commutare: & singulis annis predictum capitalem censum trium solidorum & octo denariorum eis in festo S. Remigii perfolvemus. Insuper sciendum est, quod in strata illa, qua de Monte iur ad Sequanam, & in strata illa, qua iur per vicum Gardæ usque ad gressum S. Juliani, qui est meta burgi S. Genovefe, quæ strætæ in vicaria sunt canonicorum, nos vel heredes nostri nihil penitus poterimus reclamare, sed tantummodo infra metas clausi predicti participationem cum eis habebimus, secundum quod superius est diffinitum. Quod ne valeat oblivione deleri, presentem chartam sigillorum nostrorum munimine fecimus confirmari. Cujus etiam rei testes sunt magister Gilebertus presbyter S. Mariæ de Marliaco, Milo de Vicinis, Willelmus de Vicinis, Odo de S. Mederico. Actum anno Incarnati Verbi M. CCII.

## X I.

*Litteræ abbatis & conventus S. Genovefe Parisiensis de contentione inter ipsos & episcopum Parisiensem super jure parochiali S. Genovefe & super procuratoribus episcopi in ecclesia S. Genovefe in civitate & aliis ecclesiis S. Genovefe predictæ.*

1202. **O**mnibus Christi fidelibus, ad quos litteræ præsentis pervenerint, Johannes abbas totiusque conventus beate Genovefe Parisiensis, salutem in Domino. Cum inter nos & ecclesiam nostram ex una parte, & virum venerabilem dominum Odonem episcopum & ecclesiam Parisiensem ex altera super jure parochiali in parochia de Monte controversa veneretur, & questione possessionis per examen sedis apostolicæ jam decia,

*Tomus VII.*

**A** proprietatis questione superesset delegatis iudicibus ab apostolica sede commissa, cum etiam tam super ecclesia S. Genovefe \* in civitate Parisiensis sita, in qua unum de \* Ardentium canonicis nostris insituit petebamus, quam super procuratoribus quas ab ecclesiis nostris parochialibus in Parisiensis diocesi constituitis memoramus episcopus exagebat, inter nos & ipsum concenno fuisse orta, iandem ad unitatem aspirantes & pacem de querelis præmissis, videlicet tam super possessione, quam proprietate juris parochialis, seu episcopalis in parochia supradicta, ecclesia quoque sanctæ Genovefe de civitate, necnon & procuratoribus supradictis, in viros venerabiles Fulconem camerarium & Hugonem Forte canonicum ecclesie nostræ, Gausridum de Lenda canonicum Parisiensem & magistrum Nicolaum Carnotensem, aut magistrum Bernardum canonicum Parisiensem loco magistri Nicolai, si dominus episcopus mauerit, absolote compromissimus & precise, quodquid super prætaxatis querelis statuerint sine contradictione pro nobis & ecclesia nostra, nonobstante sententia, privilegio, seu instrumento alio, susceptri, & perpetuo servaturi, ita quod nec duorum, nec trium ex ipsis sine consensu quarti sententia robur habeat, sed quod pariter ab ipsis quatuor fuerit ordinatum, firmum & falsile permanebit. De aliis vero nobis ac rebus nostris vel episcopi memorati pro bono pacis eidem arbitris addere vel subtrahere, dare, seu commutare licebit. Præfixum est etiam tempus infra quod arbitrium profectur, octavam videlicet Pentecostes instantis, ita quod nisi infra eundem terminum fuerit prolatum arbitrium, tunc compromissio non tenebit, sed ad iudices a summo pontifice constitutos ligatur coram ipsis libere revertetur. Hanc itaque compromissionem dominus episcopus in verbo episcopi, & ego Johannes abbas in verbo sacerdotis & periculo anime meæ nos bona fide promissimus & concessimus servaturos. Pœna est insuper ducentarum marcarum adjecta memorato episcopo solvendarum a nobis, si nos, quod absit, a compromissio resistere contingeret. In hujus itaque firmitatem & evidentiam præsentis litteras fieri fecimus & sigillorum nostrorum impressione munivi. Actum anno Incarnati Verbi M. CCII. v. calendis Julii.

## X I L.

*Forma compositionis inter Odonem episcopum Parisiensem & Johannem abbatem S. Genovefe.*

**I**N nomine sanctæ & individue Trinitatis, amen. 1202. Hæc est forma compositionis & pacis inter dominum Odonem episcopum & ecclesiam Parisiensem ex una parte, & Johannem abbatem & ecclesiam S. Genovefe ex altera super querelis, quas dictus episcopus movebat de jure parochiali in parochia de Monte, & de procuratoribus, quas in parochialibus ecclesiis canonicorum de Monte petebat, & e contra canonicis de Monte adversus episcopum super capella S. Genovefe sita in civitate Parisiensis; scilicet quod Parisiensis episcopus habeat omne jus episcopale seu parochiale in tota parochia de Monte, & presbyter, qui illi parochia spiritalis pro tempore ministrabit, etiam si canonicus regularis, presentabitur episcopo & ab eo curam recipiet animarum & parochianos ipsius parochie ad mandatum episcopi, vel archidiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter & solvet, christa & oleum ad opus parochie ab ecclesia Parisiensis recipiet, ad synodum etiam veniet, nec tamen circueat vel synodicum reddet. Item licebit episcopo & archidiacono in singulis in predicta parochia & in omnes interdicit & excommunicationis ferre sententiam: quæ si lata fuerit, presbyter, qui illi parochie deservit, excommunicatus, seu interdictus de ipsi parochia non admitret; tamen, illis exclusis, in alteri parochiali, quod est infra majorem ecclesiam nihilominus celebrabit. Sed nec alios interdictos vel excommunicatos ab episcopo, vel archidiacono,

P

undecumque fuerint ullo unquam tempore ipse vel alius in altari parochiali recipiet aliquatenus ad divina. Ab hac autem generalitate excepte erunt ab omni interdictione episcopi & archidiaconi viginti personae inter servitores & garciones infra ambitum canonicorum habitantes, comedentes, cubantes & levantes, scilicet unus janitor, duo quadrigarij, & duo cursores, unus hostellarius, unus carpentarius, unus hortolanus, quatuor in servitio furni, quatuor in servitio coquinae, unus fabricator, unus vigili, unus matricularius, unus infirmarius, & extra septa canonicorum sex servitores, scilicet tres ecclerij abbatu, unus serviens capicerij, unus clausarius vinearum, unus tolonarius. Nullus autem viginti sex praedictorum visurus poterit esse, vel major burgi, ita ut praedicta gaudeat libertate. In his si quidem viginti sex personis, aut in illis, quae in locum earum per abbatem fuerint subrogatae, nullam episcopus, vel archidiaconus potestatem habebit, nisi de earum matrimonio separando agatur. Illa etenim causa pleno jure ad episcopum & archidiaconum pertinet. Uxores autem praedictorum sex servitorum in parochia de Monte extra canonicorum septa manentium jurisdictioni episcopi & archidiaconi in omnibus spiritualibus subiacent, eo salvo, ut pro fornicatis maritorum suorum interdicere vel excommunicari non possint, & quando in parochia positum fuerit interdictum, liceat ipsis sicut & viris earum in altari parochiali audire divina. In praedicta autem parochia de Monte neque episcopus sine consensu archidiaconi, neque canonicis sine episcopo novam ecclesiam, vel capellam edificare licebit.

In augmentum vero praedictae parochiae dedit episcopus ad habitandum vineam suam de Brunello, ita ut omnes, qui in loco illo habitaverint cum aliis parochianis de Monte a presbytero parochiae supradictae divina percipiant sacramenta, & ad episcopum & archidiaconum pleno jure pertineant. Similiter & illi qui habitabunt in clauo qui dicitur Malvicini, si quando illud inhabitari contigerit. Praeterea ecclesiam de Roiffaco dedit episcopus canonicis memoratis ad eorum usum perpetuo possidendam, cum additamento villae, quae dicitur Vallis Derlandi, in qua villa sicut praedictis canonicis de Monte, si voluerint, edificare capellam, episcopi tamen jurisdictioni subiectam, & tam in ecclesia de Roiffaco, quam in ipsa capella, & factis in aliis eorum ecclesiis parochialibus, ad curam animarum suscipiendam presbyterum episcopo presentabunt. De procuratoribus autem, quos episcopus in eorum ecclesiis exigebat, ita statutum est, ut ecclesiae de Jausseigny, de Espinoble, de Yannis, de Nantura, de Rooneyo, & S. Medardi a procuratoribus episcopi libere sint petitus & immunes. Verum in ecclesia de Roiffaco quatuor libras Parisiensis monetae accipiet praedictus episcopus annuatim, de quibus procuratorem sibi parabit episcopus unam, vel plures in ipsa ecclesia de Roiffaco, vel in qua voluerit praedictam. Praedicti quoque canonici sanctae Genovefae, ut omnia amoveantur, anuente Domino, materia seditionis & scandali, capellam sanctae Genovefae sitam in civitate Parisiensi dederunt episcopo & successoribus eius in perpetuum liberam & quietam, nullo sibi in ea jure retento, ut possit ipse, vel ejus successores de praedicta capella pro sua voluntate disponent. Praebendam quoque & vicariam, quas praedicti canonici in ecclesia B. Mariae Parisiensis habebant, praedicto episcopo & ejus successoribus quietaverunt, nihil omnino sibi juris in praebenda, vel vicaria reservantes. Haec autem omnia ita in perpetuum servabuntur, non obstante sententia summi pontificis, quam pro se Parisiensis episcopus inducebat, vel aliis quibuslibet munimentis ab altera paratia impetratis, vel in posterum impetranda. In hujus rei testimonium & perpetuam firmitatem duo scripta in eundem tenorem concessa sunt, quorum alterum habebit ecclesia Parisiensis sub sigillis durbus, abbatu videlicet & capituli S. Genovefae; & reliquum habebit ecclesia de Monte similiter sub duobus sigillis, episcopi scilicet & capituli

B. Mariae Parisiensis. Actum anno Incarnati Verbi M. CCII. mense Junio.

## X I I I.

*Litterae Odonis episcopi Parisiensis de sibi presentato ad curam parochiae sancti Stephani de Monte per abbatem sanctae Genovefae Theobaldo sanctae Genovefae canonico.*

ODO Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus praesentes litteras inspecturis in Domino salutem. Notum facimus, quod per Amauritium canonicum sanctae Genovefae de Monte, qui nobis tradidit litteras Johannis abbatis S. Genovefae apertas, ex parte ejusdem abbatis nobis fuit presentatus Theobaldus canonicus S. Genovefae ad curam animarum de Monte, & idem Theobaldus curam animarum ejusdem parochiae suscepit a nobis, & praesentibus sacrosanctis Evangelis & deo sculatis ab eodem, promissit nobis sicut episcopo Parisiensi in verbo sacerdotis & super ordinem suum justitiam, obedientiam & fidelitatem, quomodo regeret parochiam memoratam. Hoc autem totum factum est Parisius in capella nostra superiori, praesentibus Archiebaldo decano Bituricensi, & magistro Jordano socio ejus, Gaufrido de Lenda, magistro Loherio, magistro Bernardo, magistro Gaufrido de Piffaco, magistro Nicolao Gregorio Radulfo de Lincris, Gundone archipresbytero, & Leodegario clerico ejus, Odone presbytero de Vitreour, Petro nepote Engolismensis episcopi, Roberto Bituricensi, Petro de Lincris clerico, Nivelone Johanne clerico magistri Loetherij, Odone de S. Mederico, Willelmo Elicuaco, Johanne Mauvino, tunc etiam presentato ab eodem Willelmo, fratre Otranno, & fratre Petro de S. Lazaro. In cujus rei memoriam praesentem chartam sigilli nostri scilicet impressione muniti. Actum anno Gratiae M. CCII. mense Junio pontificatus nostri anno quinto.

## X I V.

*Charta Gaucherij de Castellione.*

EGO Gaucherius de Castellione & Elisabeth uxor mea & filii nostri, notum fieri volumus, tam praesentibus quam futuris, quod concessimus dilectis nostris Joanni abbati & canonicis S. Genovefae Parisiensis ob reverentiam apostolorum Petri & Pauli & jam dictae virginis, in quorum honore fundata & consecrata est eorum ecclesia, & ob remedium animarum nostrarum, quod neque nos neque successores nostri aliquos de hominibus vel de hospitibus ipsorum in terra nostra recipimus vel retinebimus, ita quod ibi mansurae habeant vel sint hospites nostri. Huic concessioni nostrae interfuerunt dilectus noster Willelmus de Garlanda, Petrus praepositus de Monte Gaio, Odo de S. Mederico. Quod ut firmum & stabile permaneat, sigillis nostris scilicet confirmari. Actum anno Domini 1203. mense Martio.

## X V.

*Relatio insignis miraculi meritis beatae Genovefae patrati super exundatione Sequanae, urbi Parisiorum excidium nuntiantis.*

GLoriosus Deus in sanctis suis, qui in abundantia delictorum gratiae suae ostendit superabundantiam, & in flagellis populi sui non tantum suam, sed & sanctorum suorum manifestavit gloriam. Gloria haec & misericordia Dei saepe & saepe manifestata est in oculis suis, in flagellis regni Francorum, & in miraculo B. virginis Dei dilectae Genovefae. Unde est propositum nostrum de his, quae oculis nostris viderimus, veritatem testimonium perhibere: ut sumus ex ejus discipulis,

T. r. B. 14  
Liberum.  
pag. 66 a.  
1206.

qui est via, veritas & vita; via in exemplo, veritas in A  
promissa, vita in premio. Anno igitur Verbi Incarnati  
M. CCVI. indil. IX. mense Decembri flagellavit Deus  
regnum Francorum vehementi inundatione pluviarum  
& impetu fluminum proprios fines & nargines excedentium, ita ut in diluvio aquarum multarum arbores  
excellē stirpis everterentur, & terre nascentia radicibus  
everterentur; ædificia quoque civitatum, oppidorum  
& villarum fanitibus subverterentur. Inter cetera  
totius regni incommoda civitas Parisiensis omnium civitatum  
regni caput & domina tanto impetu Sequanae  
fluvii proprios fines excedens ab ipsi fundamētis  
excussa est, ut inundatione facta civitati illi, navigio  
opus esset transeuntibus per vicos & plateas civitatis;  
ædificia quoque illius vel ex parte subversa essent, vel  
ex majori parte stantia crebris aquarum inundationibus  
B & eluvionibus fluctuum minarentur excidium. Pons  
etiam lapideus, qui respectu majoris pontis ejusdem  
urbis parvus appellatur, tanto impetu aquarum impulsus  
& conquisatus ruinam promittebat. Videres in ipso  
ponte aperitissimas ruinas & amplissimas, cementum  
demolitur, lapides disjunctos ab invicem, & ipsam  
pontem ruinofam & in proximo ruinuram, sicut aquæ  
superficies, que a vento agitabatur assidua collisione  
undarum fluminis huc illic fluitantium. Desolata erat  
civitas plena divitiis, sedebat in tristitia domina provinciarum;  
sacerdotes ejus gementes, virgines ejus squallide,  
& ipsa oppressa amaritudine; nec erat qui consolaretur  
eam ex omnibus caris ejus. Unica spes populo  
periclitanti post Deum & B. ejus genitricem Mariam  
erat in B. V. Genovefæ, per cujus beneficia memoria  
tenas populam specialiter Parisiensem subiectum eidem  
virgini reddidit & devotum. Una vox populi, unus  
clamor omnium, una petitio singulorum, ut egredere-  
tur B. virgo Genovefæ de loco sancto suo, & presentia  
sua tueretur populam supplicentem & gementem, &  
pererenti subveniat civitati, ne involvatur iustus cum  
injusto & pius cum impio: opponat se murum pro  
gente sua, frangat iram Dei supplicatione humili, suis  
precibus Dei impetret misericordiam, ut misericors  
Deus remittat offensam, & impetret ventis & aquis  
& fiat tranquillitas magna: Supplicante igitur episcopo  
Odone & clero & populo, parata solemnè processione;  
delatis ad ecclesiam nostram sandorum reliquiis, egressa  
est B. virgo Genovefæ de loco sancto suo, & præcedentibus  
sanctorum reliquiis præcedebat S. Genovefæ  
populum suum tanquam columna ignis in nocte ad-  
versitatis. Venimus itaque ad parvum pontem civitatis  
lapideum, ubi non erat declinare ad dexteram, neque  
ad sinistram, sed per medium pontem iter erat. Præcedente  
quondam arca Testamētū, populus Israël per  
medium Jordanis sicco pede pertransiit, præcedente  
etiam B. Genovefæ cum sanctorum reliquiis ad pontem  
confractum & ruinæ proximum, subsecutus est cum uni-  
versis populus imminenti periculo inundantium aquarum  
& pontis per collisionem aquarum fluctuantis, sub  
ejus securus protectione. Moyses transituro populo  
Israëlitico aquas maris divisit: B. vero virgo Genovefæ  
cum populo Parisiensi super intumescētes aquas fluminis  
pertransiit, non tantum a ponte fracto sustentata,  
quam ipsam pontem sustentans protectione divina. In-  
grediente tandem B. Genovefæ ecclesiam S. Marie in  
Parisiensi urbe sitam, continuo, sicut audivimus, ita  
& vidimus in civitate Dei virtutum venientes de monte  
sancto ejus; omnia in adventu ejus prius commota &  
pacificata & sedata fuerunt. Civitas ipsa prius a funda-  
mentis concussa & commota, tranquilla fuit & quæta;  
populus ipse gravissime ante afflictus in laudem beate  
Genovefæ respirabat, & sicut scriptum est, quasi spes  
electri apparuit in populo per presentiam beate  
virginis & certissimum spem divine consolationis. Videntes  
quasi in rubo Moysi flammam ignis sine adustione,  
quia populus Domini flagellatus illuminabatur ad scientiam,  
& cum sol occidisset super eos, quærebant eum & diluculo revelebat ad eum. Hujus rei

Tomus VII.

vestis est populus Parisiensis, quod ab illa die, que  
Sabbarum erat, in qua S. Genovefæ super intumescētes  
undas fluminis pertransiit, squæ abeunte decreverant,  
usquequo Sequana fluvius intra altum suum se col-  
ligit; & ab ipsa die non pluit Dominus super terram,  
donec plene desiccata est terre superficies. Tandem  
pacificatis omnibus & spem salutis in presentia Virginis  
percipientibus, reversa est B. virgo, subsequente uni-  
verso populo per pontem fractum & vacillantem, cujus  
ruina differebatur, donec B. virgini ad propria reverenti  
mirabile & memorabile exhibet obsequium. Mirandis  
plus miranda succedunt. Postquam enim B. Genovefæ  
ad propria est reversa, & sua in sede solenniter, ut  
decurt, collocata, & populus, qui eam comitabatur,  
ad propria rediit, vix transacto dimidie horæ spatio,  
scilicet in noctis crepusculo parvus pons corruis, & qui  
paulo ante ruinofus populam transeuntem sustinuit,  
populo transacto, nemine læso vel submerso, cornens  
præcedentis miraculi indicium sui & testimonium. B.  
igniar virginis audibus adscribendum est, quod pons  
confractus & ruinofus ipsam D. virginem & universum  
populum transeuntem sustinere potuit, & quod post  
transiitum ejusdem virginis totiusque populi, nemine  
læso corruit. Insuper quod Sequana tumens ejus virtute  
seipsum retraxit & restituit, quod tanta etiam subsecuta  
est temporis serenitas, quod mensis S. Genovefæ gratia  
Dei contulit ad salutem populi Parisiensis, ad civitatis  
ejusdem & totius patrie liberationem, ad gloriam divi-  
nam, ad honorem B. Genovefæ, cujus suffragis ab  
omnibus periculis liberantur, qui digne ejus memoriam  
venerantur. Miremur ergo miraculum; veneremur my-  
sterium; adoremus Deum; ad æternæ vitæ suspensum  
premium. Amen.

## XVI.

### Charta Galonis abbatis sanctæ Genovefæ.

E GO Galo S. Genovefæ Paris. abbas, totisque 1224.  
Ejusdem loci humilis conventus, notum fieri vo-  
lumus presentibus pariter & futuris, quod nos concessimus  
majoriam nostram de Boranch Andreæ & Bertranno  
hominibus nostris tantum in vita sua possidentem,  
ita quod heredes sui in ea nihil poterunt reclama-  
re. Si autem alterum eorum relicto supersitit decedere  
contigerit, ille qui supervixerit, habebit majoriam.  
Hæc sunt que eis in majoria concessimus, forragium  
granchiæ nostræ de Boranch, messagium quod accipit  
a colonis pro messium custodia, salvo nobis nostro  
campiatio. Quinque solidos de censu nostro,  
porrisium in quo granchia nostra est, liberum tene-  
bunt cum vinea que continetur in porrisio nostro:  
si autem contigerit granchiam nostram igne vel vetu-  
state, vel aliquo alio casu deteriorari vel destrui, ipsi  
eam de sua restaurabunt & cooperient quotiens necesse  
fuerit, ad segetes nostras ibi reponendas. Quod ne valeat  
oblivione deleri, sigillorum nostrorum munimine præ-  
sentes litteras scelms roborari, fratrum nostrorum signa  
& nomina subius annotantes. Sig. Aldari prioris. Sig.  
Richardi subprioris. S. Nicholai & Galteri presbytero-  
rum. S. Simonis & Stephani diaconorum. S. Lambertii  
& Thomæ subdiaconorum. Actum anno Domini 1222.  
mensis Augusti. *Habetur alia ejusdem abbatis charta  
mense Febr. anni 1222. qui nunc 1223. ubi de ma-  
joria de Draverno & de Soisy.*

## XVII.

### Diploma Ludovici VIII. regis.

LUDOVICUS Dei gratia Francorum rex. Noverint 1224.  
universi, & quod nos cartam dilectæ & fidelis  
nostræ Carcaffonæ & dilectorum & fidelium nostrorum  
Baldvini de Corbolio & Milonis canonici Parisiensis  
sistorum ejusdem vidimus in hæc verba. Nos domina  
Carcaffonæ, dominus Baldvini miles, & dominus Milo

P ij

canonicus Parisiensis filii ejusdem domine Carcaſſone, A notum fecimus, &c. quod nos de querelis que vertebantur inter nos ex una parte, & abbatem & conventum S. Genoveſe Paris. ex altera, videlicet preſſuragio vinearum in parochiis de Dravello & de Vinolio factarum & faciendarum, exactionibus & talliis quas exigebamus ab hoſpitibus ſuis in prædictis parochiis commemorantibus & etiam juſtitia dominio vinarie infra fines dictarum parochiarum: tandem mediantibus bonis viris ſcilicet domino Hugone de Ategiis ballivo domini regis, in quem nos & prædicti abbas & conventus de prædictis querelis compromiſſeramus, Terrico de Corbolio & Bertaudo præpoſito Corboliſi pacem fecimus cum abbate & conventu prædictis in hunc modum, ſcilicet quod nos pro bono pacis & ob remedium animarum noſtrarum prædictis abbati & conventui quitavimus in perpetuum quidquid juris in præſatis vineis, preſſuragio & vinarie habebamus libere & quiete poſſidendum, ſalva tamen nobis garenna, ſicut antea habebamus, ita videlicet quod de cetero hoſpites eorum & colonos infra fines dictarum parochiarum commemorantes exactionibus vel quibuſlibet aliis modis non poſſumus gravare ſeu in aliquo moleſtare, niſi nobis forſecerint extra territorium abbatis & conventus prædictorum. Nec etiam eisdem hoſpitibus tallias imponere vel ab eis exigere, niſi ſint homines noſtri de corpore. Ut autem prædicta omnia rata ſint in perpetuum & firma, præſentem cartam ſigillorum noſtrorum munimine fecimus roborari. Actum Paris in curia B. Eligii anno Domini 1223. menſe Martio in feſto ſancti Benedicte. Nos vero ad petitionem partium prædictas conventiones teſtificamur, ſalvo jure noſtro & alieno. Actum Meleduni anno 1223. menſe Martio.

## X V I I I.

*Charta Hugonis de Caſtellione.*

1225. **N**otum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod ego Hugo de Caſtellione ſide interpoſita, concedente & laudante domino Guidone fratre meo quitavi abbati & conventui B. Genoveſe Paris. quidquid habebam in vinarie uſuariorum, que ſunt in territorio de Juſſenciaco, & gratiarum eorundem uſuariorum, & quidquid juris & domini habebam in eisdem uſuariis, libere, pacifice & ſine omni dangeo in perpetuum poſſidendum; ita ſcilicet, quod liceat eis eadem uſuaria redigere ad culturam, vel partem eorundem uſuariorum, ſi eis placeuerit, diſmittere ſine memore ad uſum pratorum. Quod ut ratum & inconcuſſum in perpetuum habeatur, præſentem chartam ſigilli mei feci munimine roborari. Actum anno M. CCXXV. menſe Maio.

## X I X.

*Charta Bocharði militis domini Marſiaci.*

1225. **E**go Bocharðus miles dominus Malliaci, notum fieri volo præſentibus pariter & futuris, quod dedi & conceſſi & caritatis intuitu ob remedium anime mee in perpetuum elemoſynam eccleſie S. Genoveſe Parisienſis XX. denarios de cremenſe cenſu, quos habebam ſingulis annis in quatuor domibus ſiſis Parisiis in cenſiva ſanctæ Genoveſe ante eccleſiam S. Medardi. Pro quibus domibus reddebam ſingulis annis eccleſie ſupradicte IV. denarios de capitali cenſu. In cujus rei memoriam præſentes litteras feci fieri, & ſigilli mei munimine roborari. Actum anno Domini M. CCXXV.

## X X.

*Charta Hugonis de Caſtellione.*

1228. **H**UGO de Caſtellione comitis quondam S. Pauli filius, omnibus præſentes litteras inſpecturis ſatutem in Domino. Noveritis, quod cum nos diſpoſuerimus facere vivarium in paſcuſ de Eſbelaco vilie ſanctæ Genoveſe Parisienſis ad communitatem totius ipſius

ville pertinentibus, abbas prædictæ eccleſie ſue ex liberalitate & familiaritate noſtra . . . in poſterum provenire, interveniente communi aſſenſu vilie prædictæ & ſuo, conceſſit nobis vivarium facere memoratum; ita tamen quod pro reſtauratione damnorum, que homines ipſius vilie noſcuntur exinde reportare, nos & prædictus abbas compromiſſimus in viros venerabiles officialem Meldeſem & J. præpoſitum Montis Gaili, qui diſtingenter conſiderantes in quibus communitati prædictæ pro damnis dictarum paſcurarum de bonis noſtris competenter poterit recompenſari, ſtatuerit & aſſignaverit hanc fide, quod ad recompenſationem prædictorum damnorum competenter viderint aſſignandum. Si vero per incrementum aque ipſius vivarii terras ipſius abbatis & eccleſie ſue proprias, hominum, hoſpitium vel cenſualium ſuorum contigerit occupari, ſecundum arbitrium prædictorum tam abbati, quam prædictis de bonis noſtris recompenſatio fiet ad plenum. Et ſuper hæc ſimiliter ſtatuerit quod viderint ſtatendum. Quod ut firmum ſit, præſentes litteras ſigillo noſtro fecimus roborari. Actum anno Domini M. CCXXXIII. menſe Maio.

## X X I.

*Charta Matthæi de Marſiaco.*

**E**GO Matheus de Marſiaco miles, omnibus præſentes litteras inſpecturis, in Domino ſalvum. Noverit univerſitas veſtra, quod nos elemoſynam, quam fecit Margarita foror noſtra, uxor quondam Haimeric vicecomitis Narbonenſis de aſſenſu & voluntate dicti Haimeric eccleſie Portus regis, ſecundum quod in litteris dicti vicecomitis plenus continetur, ratam habemus. Ratum etiam habemus excambium factum ſuper prædicta elemoſyna inter prædictam eccleſiam de Portu regis & eccleſiam S. Genoveſe Parisienſis, ſecundum quod in litteris exinde conſectis plenus continetur. Quod ut ratum & firmum permaneat, præſentes litteras ſigilli noſtri munimine confirmamus. Actum anno Domini M. CCXXXIV.

*Habetur ſimilis charta Bocharði de Marſiaco militis dictæ Margarite nepotis ex fratre.*

## X X I I.

*Charta ejusdem Matthæi de Marſiaco.*

**E**GO Matheus de Marſiaco miles, notum ſcio omnibus præſentes litteras inſpecturis, quod conceſſi liberaliter & laudavi venditionem IV. arpennorum & dimidii terre ſue in territorio de Boſter apud Laicum in feodo meo factam videlicet a domino Guillelmo de Piſſiaco eccleſie S. Genoveſe Parisienſis, nihil juris vel domini quantum ad dictum feodum mihi vel heredibus meis retinendo. In cujus rei teſtimonium præſentibus litteris ſigillum meum apponere dignum duxi. Actum anno Domini M. CCXXXV. menſe Maio.

## X X I I I.

*Charta Petri domini Marſiaci.*

**E**GO Petrus dominus Marſiaci, notum fieri volo tam præſentibus quam futuris, quod ob reverentiam & amorem, quem habeo erga abbatem S. Genoveſe Parisienſis & ipſius eccleſiam, intuitu pietatis & ob remedium anime mee volo & concedo quod quandocumque placeuerit abbati, ſive conventui S. Genoveſe Parisienſis facere vel innovare vivarium apud Galliam granchiam ſuam, quod ipſi poſſint mutare calciam vivarii, vel inferius ponere de voluntate mea & conſenſu, ſecundum quod ſibi melius viderint expedire; ita tamen quod nullum habeant impedimentum proinde tranſeuntes. In cujus rei teſtimonium & munimen præſentes litteras ſigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini M. CCXXXIX. menſe Julio in feſto beate Marie Magdalene.



## XXIV.

*Charta Matthai militis domini Montifmorenciaci.*

1270. **O**mnia ab quos prefentes literæ pervenerint, ego Mattheus miles dominus Montifmorenciaci & Johanna ejus uxor in Domino salutem. Notum fieri volumus, quod cum Petrus de Vemarico miles vendiderit & pro parte donaverit domum suam de Vemarico cum toto porpicio & appendiciis, ac v. solidos annui census, dominio, jure & iustitia, quæ ibidem dictus Petrus miles habebat, quæ omnia movent de feodo & dominio nostro tanquam de quarto domino, religiosis viris abbati & conventui S. Genovefæ Parisiensis; nos ob remedium animarum nostrarum, & ob dilectionem religioforum prædictorum, præfatam venditionem & pro parte donationem volumus, concedimus & approbamus, gratis volentes & liberaliter concedentes, ut præfati religiofi omnia prædicta in manu mortua in perpetuum teneant possidenda. Et ut firmum & stabile permaneat, præfentibus literis sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Dom. m. cclxx. mense Apr.

## XXV.

*Charta Matthai domini Malliaci.*

1275. **U**niversis prefentes literas inspecturis, nos Mattheus dominus Malliaci salutem. Notum facimus, quod venditionem & ad mortificationem varie & iustitæ ac foragii de Soiffaco & de Trianon, necnon & feodi de Muceloe, ac aliorum feudorum, videlicet Rogeri, Johannis, & Guillelmi de Binavilla, quæ omnia moventia de feodo nostro vendiderunt Johannes & Giletus de Versaliis armigeri religiofi viris abbati & conventui B. Genovefæ Parisiensis, volumus, concedimus & approbamus, volentes & consentientes quod ipsi religiofi habeant & teneant prædicta omnia in manu mortua, ac promittentes bona fide & per oppositionem sigilli nostri, quod contra hujusmodi venditionem, concessionem & ad mortificationem non veniemus in futurum. Datum anno Domini m. cclxxv. mense Augusto.

## XXVI.

*Ceremonie adhibita in solemnibus Eustachii du Bellay episcopi Paris. suam in ecclesiam ingressu.*

1551. **N**overint universi & singuli prefentes literas, five prefens publicum instrumentum lecturi, visuri pariter & auditori, quod anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo die Mercurii decima octava mensis Novembris in nostrum Philippum Lauchart Parisiensis in jure civili licentiatum, necnon scribæ notarii unice venerabilis curiæ conservationis privilegiorum apostolicorum apud sanctam Genovefam in Monte Parisiensis agitari solitorum, & Nicolai Warroti clerici Tullensis diocesis, in artibus magistri publici auctoritate apostolica, necnon venerabilium episcopalis & conservationis privilegiorum apostolicorum almæ Universitatis Parisiensis curiarum notarii jurati, & in titulo notariorum apostolicorum pro villa, civitate & diocesi Parisiensis, inspecendo eisdem regium in dicta curia episcopali & in regali Castellæ Parisiensis descripti, registrati & immatriculati, Parisiis comorantium, testiumque inferius nominatorum, ad hæc pro vehementiori cautela vocatorum specialiter & rogatorum presentia, prefens & personaliter constitutus reverendus in Christo pater & dominus dominus Philippus le Bel abbas incliti monasterii ejusdem S. Genovefæ Parisiensis, qui dixit & exposuit reverendo in Christo patri domino domino Eustachio du Bellay episcopo Parisiensis in limine ecclesiæ parochialis divæ Genovefæ de Ardentibus in vico novo beate Mariæ Parisiensis sitæ existent

**A** & volenti facere suum ingressum in villa Parisiensis per episcopos Parisienses de novo intrantes fieri solium, quod ab antiquo & tempore immemorabilis omnes & singuli reverendi patres episcopi Parisienses ejus prædecessores confueverunt & soliti sunt, dum & quando ingressum fecerunt, adire ecclesiam & monasterium prædictum S. Genov. ibidemque exorare Altitimum, qui quidem episcopus recipitur ab abbate & conventu dicti monasterii S. Genovefæ, qui tenetur, prout confueverunt & tenentur omnes episcopi Parisienses in recognitionem præsentis ecclesiæ, eidemque dimittere unum pannum aureum, ac fidem facere ac juramenta, seu per sancta Dei Evangelia præstare de conservando & observando ea quæ continentur in forma juramenti propter hoc editi & hætenus inconcusse observati, necnon a quatuor religiosis dicti monasterii defertur in sede panis hostiilissimus ornata usque ad portam ecclesiæ dicti monasterii; iisque quatuor religiosis & unicuique eorum nummus aureus debetur per eundem dominum reverendum episcopum Parisiensem: qua porta nobiles & feudarii ejusdem episcopi Parisienses illum transferunt in eadem sede usque ad templum divæ Genovefæ de Ardentibus; ibique de sede deponitur ab illiis nobilibus & feudariis, & ab eodem abbate sanctæ Genov. præsentatur dominis decano & capitulo ecclesiæ Parisiensis; quo facto sedes ejusdem Parisiensis episcopi cum tapetis & ornamentis eidem adhærentibus relinquuntur dicto abbati & conventui S. Genov. quia ad eos spectat, & quoniam semper adventie dicto ingressu illum receperunt, eoque semper usi sunt iustitice & quiete; quibus sic per reverendum abbatem expositis, idem reverendus dominus episcopus Parisiensis confessus est se teneri ad hæc omnia superius narrata, prout sui prædecessores tenui fuerant & facere confueverunt, quæ tamen libenter fecisset & implevisset ipse reverendus dominus episcopus Parisiensis insequendo suorum prædecessorum observatam a tempore immemoriali consuetudinem, nisi obstulisset domini nostri regis præcipitatum & inopinatum præsentis supplicationis mandatum. Propter quod tamen non intendit dictus reverendus episcopus derogare dictis iuribus eidem abbati & monasterio divæ Genovefæ competentibus. Quo audito memoratus reverendus pater abbas sanctæ Genovefæ ab eodem reverendo domino episcopo Parisiensis petit numquid volebat in suis manibus præstare juramentum per episcopos Parisienses facientes suum ingressum in urbe & civitate Parisiensis præfati solium & debitum. Qui quidem reverendus episcopus respondit quod sic volebat; quo dicto præfatus dominus abbas aperuit quemdam librum veteri membrana viridis coloris cooperatum continentem plura folia pergamencie manuscripta & elementis rubris & nigris sparsim conscripta; in quo libro legi fecit per eundem reverendum dominum episcopum Parisiensem juramentum, quod ipse facere & præstare debebat, cujus quidem formæ juramenti tenor sequitur: Ego Eustachius du Bellay Parisiensis episcopus juro ad hæc sancta Dei Evangelia me servaturus jura, libertates, privilegia, excusationes, immunitates & consuetudines monasterii sanctæ Genovefæ Parisiensis & compositiones alias habitas inter prædecessores meos & abbatem & conventum dicti monasterii S. Genovefæ. Quo lecto ipse reverendus episcopus aperto quodam brevissimo literis deauratis descripto, in quo erant sacrosancta Evangelia, sibi exhibitio, & manu dextra ad sancta Dei Evangelia posita dixit: Ita juro. Et post hujusmodi iurjurandum per eundem reverendum dominum episcopum in manibus prædicti domini abbatis præstitum, idem reverendus episcopus eidem domino abbati demonstravit honorabilem vitam Johanneum Messier casularium, civem Parisiensem commorantem supra Pontem Canabii Parisiensis his verbis utendo: *Monseigneur l'abbé, voicy Jean Messier que vous connoissez, qui vous livrera le drap dor. Or ce à quoy je suis tenu vers vous.* Et his dictis præfatus Johannes Messier ibidem præfens

& existens respondit his, aut in effectu similibus verbis utendo: *Monsigneur, j'en fourniray pour vous & en repons à monseur l'abbé de sainte Geneviève.* Addidit ad hæc dominus idem episcopus Parisiensis alloquens præfatum dominum abbatem & dixit: *Nous serons tous devoirs.* His itaque omnibus & singulis præmissis, dictis & actis, præfatus dominus abbas monasterii sanctæ Geneviève cum prior ejusdem monasterii eundem dominum episcopum Parisiensem accepit per manum suam dextram, & prior per sinistram, illicque dixit: *Bene venit vestra paternitas.* Et his dictis condixit eundem reverendum episcopum Parisiensem a folio dictæ ecclesiæ sanctæ Geneviève de Ardentibus usque ad vicum novum beate Mariæ, & e regione ejusdem ecclesiæ præsentavit venerabilibus dominis decano & canonicis insignis ecclesiæ Parisiensis ibidem existentibus, ut moris est; & orationem dictis decano & canonicis verbis Latinis fecit; cui orationi dictus decanus respondit benigne suscipiens dictum episcopum de manibus dicti abbatis & prioris S. Geneviève. De quibus præmissis omnibus & singulis prædictus dominus Philippus le Bel præfati monasterii S. Geneviève Parisiensis petiit a nobis scriba & notarius juratis subfignatis actum sibi fieri & tradi, sibi inquam & dicto suo monasterio & suo conventui & successoribus suis abbatibus exinde valiturum. Acta fuerunt hæc in loco supradicto & die, quibus supra; præsentibus ibidem venerabilibus & circumspicuis viris, atque honorabilibus dominis & magistris Johanne Moreau, . . . de Mesme canonicis insignis ecclesiæ Parisiensis, Christophoro de Thou in suprema Parlamenti curia advocato, & ejusdem reverendi domini Eustachii du Bellay episcopi Parisiensis patrono, & in eodem loco pro consilio existente, & Petro le Tellier publico auctoritate apostolica notario jurato, ac ipso Johanne Messier calculario testibus ad præmissa vocatis. *Signé* Lauchart & Warrot: *Et plus bas*: Anno & die prædictis & in eadem supplicatione per nostrum regem dictum Henricum decreta, de ejusdem regis jussu secretum dixit Geneviève delatum fuit in ecclesiam B. Mariæ Parisiensis, & exinde in sacrosanctam regalis Palatii Parisiensis capellam, a qua dictus rex nosse concomitatus est dixit Geneviève secretum cum aliis sanctorum reliquiis usque ad dictam ecclesiam B. Mariæ, in qua solemniter missa celebrata est per reverendum dominum Eustachium du Bellay episcopum Parisiensem in presentia dicti nostri regis, ibidem existente eodem reverendo domino abbate dicti monasterii, qui condixit & reduxit idem dictum secretum usque ad dictum suum monasterium, benedictionem plebi assensit impendendo, prout ipse & sui prædecessores abbates tam deferendo, quam referendo hujusmodi secretum per vicus & alia loca publica hujus urbis Parisiensis facere consueverunt. De quibus præmissis idem reverendus dominus abbas sanctæ Geneviève petiit a me scriba & notario unico subfignato actum sibi fieri & tradi. Acta fuerunt hæc præsentibus, &c. *Signé* Lauchart.

*Habetur etiam apocha coram duobus notariis in pergamento data ab abbate & conventu, qua se recepit profiteretur a dicto episcopo D. du Bellay & a Johanne Messier calculario pennis aureum ad majoris aræ vestitum, cathedram tapeibus ornatum, in qua dictus D. du Bellay deportatus fuerat, ac denique quatuor nummos aureos debitos quatuor dictæ abbatis canonicis, qui hunc deportare debebant.*

*Descriptio ejusdem ceremoniæ ut antiquitus fiebat.*

*Ex codice ms. sub finem seculi XIII.*

Quando episcopus Parisiensis novus intrat civitatem, sicut consuetum est ab antiquo, primo venit ad ecclesiam sanctæ Geneviève, & intrat ecclesiam in capra sua de panno lanco, & vadit per mediam ecclesiam usque ad majus altare, & ibi debet præparari ante

altare pannus sericus cum pulvintari, & ibi episcopus debet facere orationem ante altare: Quando vero episcopus intrat ecclesiam, conventus consuevit exire obviam ei usque ad porticum ecclesiæ in cappis sericis, & tunc amarius incipit responsum de Trinitate & vadunt in choro cantantes illud. Finito responso incipitur antiphona de beata Geneviève; finita oratione, episcopus qui prostratus est ante altare, surgere debet & osculari altare & offerre super altare unum pannum sericum in honorem apostolorum Petri & Pauli & Geneviève. Interim dum hæc fiunt, duæ magnæ campanæ pulsantur & luminaria & lampades accenduntur, & altare paratur sicut in tertio duplici. Cum autem episcopus oblationem suam fecit super altare, tunc vadit in vestiarium & ibi ornat se & induit vestimenta pontificalibus, & facit vocari feudales suos, & tunc quatuor de fratribus nostris qui parati sunt ad hoc sciendum, induti cappis sericis accipiunt episcopum in cathedra quam sibi paraverunt, & deportant ipsum per mediam ecclesiam usque ad gradus portici ecclesiæ: & tunc episcopus debet habere quatuor nummos aureos præparatos, formatos sub impressione nummorum formatorum, ita quod quilibet nummus debet esse pretii X. solidorum Parisiensem. Et hoc facto fratres nostri dimittunt episcopum, & feudales sui accipiunt eum & deportant per mediam civitatem ad ecclesiam Parisiensem: & ita consuetum est fieri ab antiquo. Et si episcopus Parisiensis renueret facere illa que supra scripta sunt ecclesiæ beate Geneviève, quæ libera est a prima sui fundatione & immunis & exempta ab omni jurisdictione episcopi, nos denegaremus eidem facere reverentiam & honorem, quem consuevimus eidem facere, sicut supra dictum est, in jocundo suo adventu.

## X X V I I.

*Ordre de la ceremonie gardée & observée en la descente des Chasses de saint Marcel & sainte Geneviève, & en la procession generale qui fut faite le Dimanche sixieme Juillet mil six cens vingt-cinq, pour la conservation des biens & fruits de la terre, à ce qu'il pleust à Dieu envoyer du beau temps.*

*Extrait des registres de l'Hotel de ville.*

LE Samedi vingt-huitieme Juin mil six cens vingt-cinq, reconnoissans les prevosts des marchands & echevins, les grandes playes continuées qu'il faisoit depuis trois mois, & que pour avoir du beau temps pour la conservation des biens de la terre, il estoit expedient d'avoir recours à Dieu, & faire les prieres & processions ordinaires en telles necessitez, où seroient portées les chasses de S.<sup>t</sup> Marcel & S.<sup>t</sup> Geneviève, & qu'à ceste fin estoient venus par devers eux en leur bureau quelques bourgeois, pour les prier d'en faire solenne. Iceux prevosts des marchands & echevins se sont ledit jour transportés avec le greffier de la ville au parquet des gens du Roy de la cour de Parlement, avec laquelle il a été arresté qu'il estoit expedient de faire ledites processions & prieres; & à ceste fin iceux gens du Roy menerent & conduisirent ledits sieurs de la ville en la grande chambre au Parlement, où ils firent la requête & proposition, & supplierent la cour d'arrestre le jour; lequel Parlement après en avoir deliberé, arretra de faire ledite procession generale, & à ceste fin que le lendemain Dimanche vingt-neufieme dudit mois, seroient faites des processions par les paroisses, & le Dimanche sixieme juillet ensuivant, se seroit la grande procession generale, où seroient portées ledites chasses & autres reliques; de quoy le procureur general se feroit chargé pour le faire favoir tant à l'archevesque de Paris, que à l'abbé & aux religieux de l'abbaye S.<sup>t</sup> Geneviève. Estant les suffits de la ville revenus à l'Hotel de ville, ils commirent par bonneur deux des echevins pour se transporter par

devers l'archevesque de Paris, & lui faire entendre la resolution de la Cour, & faire faire ledites processions; ce qu'il promet de faire. Aussi ledits seurs envoierent querir Joachim Dupont espicier de la ville, auquel ils commanderent d'envoyer à l'eglise Notre-Dame, quatre torches de cire blanche de deux livres piece, & quatre cierges aussi de cire blanche d'une livre piece, pour servir à la procession generale qui se feroit le lendemain Dimanche 29. Juin de ladite eglise Notre-Dame à S.<sup>te</sup> Genevieve; & outre d'envoyer quatre cierges de cire blanche aussi d'une livre piece, pour mettre sur l'autel à la celebration de la messe, qui se devoit en icelle eglise S.<sup>te</sup> Genevieve. Ladite procession generale fut faite ledit jour 29. Juin, en laquelle procession n'assisterent ny les cours souveraines, ny ceux de la ville. Et le Vendredy quatrieme Juillet ledits seurs de la ville ayans envoyé par l'espicier le luminare accoutumé, tant à Notre-Dame qu'à S.<sup>te</sup> Genevieve, pour la grande procession generale qui se devoit faire le Dimanche ensuivant, qui estoit pour l'eglise Notre-Dame six torches de cire blanche de deux livres piece, quatre cierges d'une livre piece & douze autres cierges de demie livre piece; & pour S.<sup>te</sup> Genevieve six autres torches de cire blanche, & quatre cierges d'une livre piece; les susdits, tant de Notre-Dame que de S.<sup>te</sup> Genevieve, ne les voulurent recevoir, disans ceux de Notre-Dame, qu'il estoit necessaire que les douze cierges fussent d'une livre piece au lieu de demie livre; & ceux de S.<sup>te</sup> Genevieve, que outre les six torches & quatre cierges, il leur falloit encore bailler vingt-quatre cierges de cire blanche d'une livre piece aux armoires de la ville, pour mettre sur leur autel à l'entour du S.<sup>ac</sup> Sacrement: de maniere que voyans ceux de la ville que c'estoit un faire le fait, & que c'estoit pour Dieu, ils commanderent aussitôt à leur espicier de fournir & d'envoyer à ceux de Notre-Dame six torches blanches de deux livres piece, & seize cierges d'une livre piece, & à ceux de S.<sup>te</sup> Genevieve aussi six torches blanches de deux livres piece, & vingt-huit cierges de cire blanche d'une livre piece, le tout aux armoires de ladite ville. Le meme jour ledits seurs de la ville firent expedier les mandemens ordinaires & accoutumés aux quarantiers & capitaines des trois compagnies d'archers de la ville, & envoierent au bureau des thesoriers les avertes de faire prendre garde si les rues par où passeroit la procession estoient bien pavées, sinon y faire travailler promptement, ce que ledits thesoriers promirent de faire; & en effet tout à l'heure meme ils le commanderent à leurs ouvriers. Pareillement le lieutenant civil, qui estoit lors prevost des marchands commanda aux commiffaires de bien faire nettoyer ledites rues.

Ledit jour de Dimanche sixieme juillet audit an mil six cens vingt-cinq, huit heures du matin, ledits seurs envoierent une trentaine d'archers de la compagnie de Bardou, qui sont les harquebusiers, par devers les cours souveraines, pour les conduire à sainte Genevieve où ils furent à pied depuis le Palais. Et assitôt ceux de la ville avec leur troupe partirent d'icelui Hostel de ville pour aller en la procession en l'ordre qui ensuit. Mais il est à remarquer qu'ils partirent trop tard d'une heure, & faudroit une autre fois partir à sept heures, & non à huit. *Premierement* marchoiert les trois compagnies d'archers de la ville à pied, vetus de leurs hocquetons, & ayans leurs halberdars: Apres les dix sergens de la ville aussi à pied, vetus de leurs robes de livrées & leurs navires d'argent sur l'espaul: Puis le greffier de la ville seul à cheval & en housse, vetu de la robe my-partie de drap d'escarlante & noir, son chapeau à la teste. De suite les prevost des marchands & chevins aussi à cheval, & vetus de leurs robes my-parties. A costé du dernier chevin estoit le receveur de la ville, vetu de son manteau à manches noires; etant lors malade le procureur du Roy, lequel n'assistoit à icelle procession. Apres suivoiert aucuns des conseillers de la ville, & entre autres Lestouneau, Langlois, Parisait, de la Cour, Tronchet

A & Bazin; & après eux les seize quarantiers, suivis de leurs bourgeois mandez, aussi tous à cheval & en housse. En tel ordre ils allerent à l'eglise Notre-Dame, où ils trouverent la procession qui commençoit à marcher, & leur fut dit par l'archevesque de Paris, qu'il y avoit une heure qu'il les attendoit, & se mirent iceux de la ville & leur suite derriere ledit archevesque pour le suivre à icelle procession, etant toujours devant eux leurs sergens & ledit greffier, lesquels prevost des marchands, chevins, greffier & receveur prirent leurs bonnets quarez & tocques de veloux, qu'ils porterent au lieu de leurs chapeaux depuis ledit lieu de Notre-Dame jusqu'à sainte Genevieve. Laquelle chaffe de saint Marcel fut portée depuis icelle eglise Notre-Dame jusqu'à sainte Genevieve par plusieurs orfèvres qui avoient leurs habits noirs, un chapeau de fleurs en leur teste, & un bouquet à la main. Cet archevesque qui marchoit seul après tous les chanoines, etant vetu d'une chappe & orné de ses habits pontificaux, ayant une mitre à la teste, & etant portée devant lui la croix & une croffe. Les archers de la ville estoient sur les ailles pour faire faire place, & empêcher la foule du peuple; & en tel ordre fut par la rue saint Jacques jusqu'à ladite eglise sainte Genevieve, où l'archevesque prit place dans la premiere des hautes chaires à l'entrée du chœur & à main droite, & les chanoines prirent les autres chaires du meme costé, & de l'autre costé à main gauche estoient les religieux de S.<sup>te</sup> Genevieve nus pieds; comme aussi enterent dans le chœur les susdits de la ville, conseillers & quarantiers, lesquels s'approcherent de la chaffe de ladite S.<sup>te</sup> Genevieve, où etant à genoux ils y firent leurs prieres, puis l'un après l'autre baiserent ladite chaffe & se tindrent proche d'icelle jusqu'à ce que l'on fust prest à partir. Et incontinent après enterent dans ledit chœur, & les uns après les autres des cours souveraines, qui baiserent tout à tour ladite chaffe, forterent tous par la porte d'après la ceinture du chœur pour aller dejeuner dans l'abbaye, ce qui leur estoit appresté, comme c'est la coutume. Et assitôt le cardinal de la Rochefoucault abbé de sainte Genevieve se presenta dans icelui chœur vetu d'une chappe & d'une mitre sur sa teste, une croffe que l'on portoit devant lui, lequel cardinal estoit mus jambes, mais avoit des sandales ou des souliers decoupez par dessus à ses pieds, & alla prendre la place à la premiere chaire à main gauche en entrant dans le chœur, & les religieux etans dans les chaires suivantes, & furent là un fort long temps sans faire partir ladite procession, encore que les cours souveraines fussent venues; ledit cardinal ayant quelques paroles de contestation avec icelui archevesque, ne voulant icelui cardinal, que cette chaffe de sainte Genevieve sortist de son eglise qu'il n'eut un acte par devant notaires qui estoient les presens, comme cet archevesque & tout le clergé de Notre-Dame ne pretendoient aucune chose à ladite chaffe de sainte Genevieve. Et sur cette contestation la cour envoya par devers eux l'un des quatre notaires d'icelle cour, enfin ils s'accorderent. Etant la procession presté à marcher, les orfèvres qui avoient porté la chaffe de S.<sup>ac</sup> Marcel jusqu'à sainte Genevieve, baillerent ladite chaffe à porter à plusieurs marchands & bourgeois de Paris, qui estoient nus à la reserve d'une chemise plissée qu'ils avoient, & ledits orfèvres prirent la chaffe de sainte Genevieve pour la porter à Notre-Dame; & tost après la procession s'achemina en ladite eglise, & passa par devant le college de Lileux & le long de ladite rue saint Jacques, en l'ordre qui ensuit. Et est à noter que le long des chemins il y avoit une si grande quantité de peuple, qu'il n'estoit possible de plus. *Premierement* marchoiert les religieux mandians & les paroliers: après ledites chasses de saint Marcel & de sainte Genevieve, la chaffe de saint Marcel allant la premiere, & celle de sainte Genevieve après, avec deux autres chasses & reliquaires, laquelle chaffe saint Marcel estoit portée, comme dit est, par ledits marchands & bourgeois qui estoient nus

pieds, & ladite chaffe sainte Genevieve par iceux orfèvres, proche laquelle chaffe sainte Genevieve & derriere icelle estoient le lieutenant criminel, le procureur du Roy, & Robert l'un des avocats du Roy au Chastelet, allans ensemblement & vetus de robes d'ecarlate, suivis de plusieurs commissaires & sergens, lesquels sergens estoient à l'entour de ladite chaffe avec chacun un balon à la main, qui estoit peint de violet semé de fleur de lys. Après marcherent les chanoines de Notre-Dame d'un côté, & les religieux de sainte Genevieve de l'autre, lesquels religieux estoient pieds nus & avoient la main droite, & derriere eux estoit le sursis cardinal de la Rochefoucault abbé de S.<sup>t</sup> Genevieve & l'archevesque de Paris, vetus de leurs habits pontificaux, ayant chappes sur leurs epaules & des mitres en la teste, qui furent suivis des cours souveraines & de la ville: à sçavoir la cour de Parlement qui vint dans le chœur par la porte étant proche la ceinture du grand autel, où estoient les premier president de Verdun, de Melmes, & Seguier aussi presidents au mortier, & grand nombre des conseillers, tous en robe rouge, ayant leurs chaperons de meme fourrez. Ensuite de ladite cour est aussi venue par la meme porte la cour des aydes, où estoient deux des presidents, ayans robes de velours noir, & les conseillers en robes rouges, & des chaperons noirs sur leurs epaules sans être fourrez, à la difference de ceux du Parlement; & au regard de la chambre des comptes, ils estoient dans le cloistre à l'entrée du grand portail, là où ils se mirent en rang à coté de la cour de Parlement, lesquels sieurs des comptes estoient vetus, à sçavoir les presidents, qui estoient en nombre de quatre, dont le president Nicolas en estoit un, de robes de velours noir, & les maistres, correcteurs & auditeurs, de leurs manteaux à manches de satin, de damas & de taffetas, marchans devant eux leurs greffiers: ensuite des sulsits des comptes estoient les sieurs de la ville, & le long des chemins tous les sulsits des cours souveraines & corps de la ville mirent leurs chapeaux à leurs testes, & en tel ordre furent par ladite rue S.<sup>t</sup> Jacques en l'eglise Notre-Dame, où chacun prit sa place; à sçavoir le sursis cardinal à la premiere chaire à main droite en entrant dans le chœur, & dans la troisieme chaire se mit le premier president de Verdun, & après lui les autres presidents, maistres des requêtes & conseillers, qui prirent leurs places dans les dites chaires en tirant vers l'autel, où estoient meslez parmi les conseillers sulsits religieux de sainte Genevieve, aucuns assis & les autres debout; & aux trois dernieres chaires du meme rang les plus proches de l'autel, estoient assis le lieutenant criminel, qui estoit attenant la chaire de l'archevesque, au dessous de lui le procureur du Roy au Chastelet, & au dessous ledit Robert avocat du Roy, vetus, comme dit est, de robes d'ecarlate; de l'autre côté à main gauche en entrant au chœur, estoient ceux de la chambre des comptes, ensuite ceux de la cour des aydes, & après la ville, dont le prevost des marchands estoit assis à la cinquieme chaire à prendre devers l'autel, & le dernier echevin estoit assis proche l'un des conseillers de la cour des aydes. Et pour le regard des quatre premieres chaires en tirant aussi vers l'autel, y estoient assis, le premier vers l'autel, le doyen de Notre-Dame, & trois autres chanoines; & sur le rebord vis-à-vis & le long des dites chaires, estoient plusieurs des comptes, correcteurs & auditeurs, conseillers de la cour des aydes & conseillers de la ville: vis-à-vis icelui prevost des marchands, à la chaire d'en bas, estoit le greffier de la ville, & proche & au dessous de lui le receveur, & à l'entour d'eux les quarteriers, partie assis & l'autre debout. De maniere qu'entre ce cardinal de la Rochefoucault & le premier president, y avoit une chaire vuide. Chacun ayant pris place, comme dessus (dont est à remarquer que dans l'eglise sainte Genevieve ledit cardinal abbé & les religieux estoient assis dans le chœur à la main gauche, & ceux de Notre-Dame à la main droite, & dans Notre-Dame les sulsits abbé & religieux estoient assis à la main

droite) la messe commence, qui fut dite & celebrée par icelui archevesque pontificalement, à laquelle ledits religieux repondirent sans musique jusqu'au *Credo in Deum*, qui fut dit avec le reste de la messe en musique par le chœur de Notre-Dame, qui estoit au lutrin. La messe dite il fut chanté un *Salve regina* sans musique, & à la fin fut dit l'*Oremus* par ledit cardinal de la Rochefoucault. Ce fait lesdits orfèvres enleverent la chaffe sainte Genevieve, & les sulsits bourgeois nuds celle de saint Marcel, & partirent d'icelle eglise Notre-Dame suivis d'iceux chanoines & religieux, cardinal & archevesque, vetus comme dit est, la croix & la croffe devant eux, ceux de Notre-Dame ayans la main droite, & ceux de sainte Genevieve la main gauche, qui estoit le rebours du rang qu'ils avoient tenu quand ils partirent de sainte Genevieve pour venir à Notre-Dame; & après les sulsits archevesque & cardinal, suivirent les prevost des marchands, echevins, greffier, receveur, conseillers, quarteriers & bourgeois, chacun en son rang comme ils estoient venus; & étant ces chasses sur le petit pont, environ devant le portail de l'Hostel Dieu, tandis qu'en meme temps les sulsits cardinal, archevesque & la ville estoient dans la rue Notre-Dame assez proche de sainte Genevieve des Ardens, icelles classes prirent congé & furent separées l'une de l'autre, lesdits orfèvres ayans repris celle de saint Marcel, & lesdits marchands & bourgeois etant nuds, comme cy devant, celle de sainte Genevieve; lesquels avec iceux religieux & ce cardinal leur abbé, & les lieutenant criminel, procureur & avocat du Roy, la reporterent & conduisirent en icelle eglise sainte Genevieve, & ledits orfèvres celle de saint Marcel en ladite eglise Notre-Dame avec iceux chanoines, archevesque & ceux de la ville en l'ordre que dessus, où étant arrivez ils prirent place & s'assirent dans les hautes chaires à main droite en entrant, & après avoir été chantée une antienne, iceux de la ville & leur troupe s'en retournerent audit Hostel de ville, en pareil rang & ordre qu'ils en estoient partis, étant lors trois heures & demie. Est à remarquer, qu'en meme temps que les chasses prirent congé l'une de l'autre, les sulsits cardinal & archevesque se saluerent & prirent aussi congé l'un de l'autre: comme aussi est à noter qu'après que la messe fut achevée à Notre-Dame, & les chasses eurent été enlevées, & le clergé & ceux de la ville partis, les cours souveraines se retirèrent chacun en leurs maisons.

*Quod sequitur, erutum ex chartulario S. Genovefae, primumque scriptum ab auctore tractatus de miraculo Ardentium Jacobo de Dinant celebri doctore Parisiensi, qui deinde fuit episcopus Atrebatensis, supplere potest superioris caeremonia defectum.*

Quamvis in tractatu miraculorum beate virginis Genovefae de Ardentibus, quae Parisius aëla sunt tempore Grossi regis Ludovici & qualiter Stephanus tunc temporis Parisiensis episcopus non per alienos nuncios, sed in propria personam cum viris religiosis, cum pietate & devotione & magnis precibus impetravit, ut beata virgo Genovefa ad Parisiacam ecclesiam propter liberationem eorum, quorum membra sacre ignis horrendum in modum consumebat, a praedecessoribus nostris, qui tunc in ecclesia nostra erant, deportaretur, quam humiliter & devote B. virgo de loco sancto suo deposita fuerit, cum quanta reverentia deponata, quam solemnitas illa fuerit processio, quam maximum & grande miraculum legitimus, si cor appoverint, ad eruditionem & instructionem, quomodo B. virgo Genovefa debeat requiri & deportari sufficere possit & deberet. Ad notitiam autem praesentium & futurorum pervenire volumus quod antiqua & approbata consuetudo est & a praedecessoribus nostris inviolabiliter observata & ab his qui nunc praesentes sunt & a posteris eorum sumopere observanda, quod nullo modo B. virgo Genovefa extra ecclesiam suam, quae in honore apollolorum

apostolorum Petri & Pauli fundata est, in qua gloriosa virgo Genovefa, sicut oculis nostris vidimus, in corpore requiescit, effertur, nisi canonici Parisiensis & non alii a domno abbate & fratribus propter aliquam urgentem necessitatem & periculum humiliter & devote petierint deportari, & nisi honorem debitum & reverentiam, sicut consuetudinis est, se exhibituros polliceantur. Scriptum est enim, quod ab antiquis temporibus inviolabiliter observatur, ut cum B. virgo Genovefa deportatur, solemniter exeat & solemniter reducat. Cum autem canonici Parisiensis audita petitione ipsorum pro deportanda B. virgine Genovefa veniunt, ex parte decani & capituli Parisiensis audita petitione ipsorum & causa, benigne & modeste secundum petitionem & causam respondent, adjectives tamen quam grandis labor fit tam seipsum B. Marcellum & B. Genovefam deportare, & in contemptum & triduum populi posset venire: si autem in petitione sua perseveraverint (canonici Parisiensis) omnino negare non possumus, quia indignationi & arrogantiae ascriberetur, & populus Parisiensis qui suffragis B. Genovefae imitatur, in nos & de nobis verba malitiae & nequitiæ iacularentur & proferrent. Assignata ergo die ab abbate & canonicis qua B. virgo Genovefa deportetur, per omnes ecclesias debet nuntiari, vici & plateæ mundari, & corpora sanctorum ad ecclesiam B. Genovefae deportari, videlicet corpus B. Marcelli Parisiensis episcopi, &c. communiatur enim vulgo dicitur, quod B. virgo Genovefa non se moveret, nisi B. Marcellus eam requireret. Sunt & alia corpora sanctorum, qui in hac processione solent deferri, &c.

## XXVIII.

### Bulla Alexandri papæ III.

1163. **A**LEXANDER episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Alberto abbati ecclesie S. Genovefae quæ secus Parisios sita est, ejusque successorebus canonicè substituendis in perpetuum. Dominus sapientia fundavit terram, ipse super maria fundavit eam, super flumina præparavit illam; hinc est quod ecclesie dispositio quam terræ nomine Propheta commemoratur, nullis hostium incursumis, nulla temporum diuturnitate convellitur, firmum enim Domini fundamentum stat & sine penitentia sunt dona & vocatio Dei. Hac fundatione, hoc dono sancta Romana & apostolica ecclesia sic universis per orbem terrarum ecclesiis præminet, ut potestate divina, non terrarum sed & cœlestis iudicet atque disponat. Hujus nimirum potestatis locum licet immeriti vicemque tenentes, sic ecclesiastica cognitur negotia dispensare, ut Dei ubique honor & hominum salus & ecclesie dignitas provideatur. Hoc itaque rationis debito provocatus prædecessor noster sanctæ recordationis Eugenius papa prædictam S. Genovefae ecclesiam, in qua olim clerici seculares enormiter & minus honeste fuerant conversati, ad reformandum in eam statum honestatis & religionis Odoni prædecessori tuo regendam disponendamque commisit, & scripti sui privilegio communit. Unde nos ad exemplar prædecessoris nostri eandem concessionem ratam & firmam habemus, & eam præsentis scripti pagina confirmamus. Imprimis siquidem fluentes ut orlo canonicis, qui secundum Deum & B. Augustini regulam per præsentium antecessorem nostrum & studium charissimi filii nostri Ludovici Francorum regis noscitur institutus, perpetuis libidem temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quæcumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia in præsentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma tibi nique successoribus in perpetuum & illibata permanent, in quibus hæc propriis duximus exprimentia vocabulis. Burgum

Tomus VII.

**A** sanctæ Genovefae (1) a domo Bartholomæi usque ad pontem S. Medardi, & usque ad stratum regiam (2) juxta ecclesiam S. Stephani (3) cum omnibus jussibus & libertatibus. Villam sancti Medardi & ecclesiam cum omnibus jussibus ejusdem ville. Rungiacum (4) cum omni jussibus que ad ipsum pertinet. Spiniolum (5) cum ecclesia & omnibus pertinentiis & jussibus ejusdem ville. Apud Dravenum (6) possessiones quas ibi habetis cum pertinentiis suis. Apud S. Germanum super Scolum (7) possessiones cum pertinentiis suis. Jaulisium (8) cum omnibus jussibus suis & ecclesiam ejusdem ville. Apud Magniacum (9) terras & nemora cum omnibus jussibus. Apud Ebeliacum (10) terras & capitania. Apud Trejectum (11) capitania tam virorum, quam mulierum. Apud Charmentium (12) possessiones & capitania virorum & mulierum. Item viros & mulieres quos Meldis habetis, Lysiaci (13) Marcoli (14) & in omni circum adjacente territorio. Apud Firmiatem (15) Milonis de Turre v. solidos & obolum & decimas & capitania multorum virorum & mulierum in vicinia illa, & ecclesiam sancti Vedasti. Marificum (16) cum ecclesia sanctæ Genovefae, nemoribus, pratis & omnibus pertinentiis ejusdem ville. Apud Palaciolum (17) & Ebarlicum (18) terras & capitania, decimas & campipartes. Apud Atheis (19) decimas & de unaqueque domo obolum. Apud Balneolum (20) & Fontanetum, terras & nemora & prata, molendinum Beveris (21) Apud Vanvas (22) ecclesiam, terras, vines & capitania cum omni jussibus que ad terras vestras pertinet. Sofyacum (23) & ecclesiam ejusdem ville. Triarium (24) cum nemore & terra adjacente. Capellam Galie (25) cum portu suo, flagno, molendino. Decima

(1) Burgum S. Genov. completitur Carnelles, Grenelles, ubi primum terræ dimit oblate, & veteri charta: *Habet ecclesia S. Genov. terras apud Gataelles, quas propriis fontibus ac laboribus canonicis faciem evolere.* Hic locus intra parochiam S. Stephani est.

(2) Strata regia, platan est S. Jacobi.

(3) Ecclesia sancti Stephani, parochia est sancti Stephani de Grenelles.

(4) Rungiacum, *Rungy*, prope Parisios, vicus ab æquis notissimus.

(5) Spiniolum, *Epings*, subius *Sennars*, in quo eriam continetur Rungiacum.

(6) Dravenum, *Draveil*, prædium dioc. Paris. datum a Dagoberto rege, intra quod *Champigny*.

(7) S. Germanum super Scolum, *Saint-Germain-sur-Ecole*; diocesis Senon. prope *Cely*, terra Christophoro de Thou principali senatus Parisiensis alienata propter pecuniarium subsidium.

(8) Jaulisium, *Jully*, diocesis Parisiensis.

(9) Magniacum, *Magny-le-Hongry*, diocesis Meldensis, cujus parochia S. Genovefa titularis est.

(10) Ebeliacum, *Ehly*, diocesis Meldensis.

(11) Trejectum, *Tri-le-Bardou*, dioc. Meldensis, cujus ecclesiam pertinentiis ad collationem abbatie S. Faronis S. Genovefa titularis est, ad quam nono seculo ipse sanctæ corpus delatum est.

(12) Charmentium, *Charmont*, diocesis Meldensis, cujus parochia ad abbatie S. Faronis patronatum spectat.

(13) Lysiacum, *Lys*, diocesis Meldensis, cujus ecclesiam curam episcopus Meldensis anno 1269. regularibus S. Genovefae canonicis commisit.

(14) Marcolium, *Marcol-la-Ferme*, diocesis Meldensis, cujus ecclesiam ad presentationem prioris S. Celinæ sanctus Martinus titularis erat jam seculo ix. quo illic delata fuit S. Genovefa reliquæ.

(15) Firmiatem Milonis, *la Ferme-Milon*, dioc. Suetion.

(16) Marificum, *Manfy*, dioc. Suetion. Ejus patrona sancta Genovefa, cujus corpus illic seculo ix. depositum est.

(17) Palaciolum, *Palayon*, diocesis Parisiensis.

(18) Ebarlicum, in suburbio Chaillicum, *Chilly*, prope Palaciolum.

(19) Atheis, *Athys*, diocesis Parisiensis.

(20) Balneolum, *Bagnas*, prope Fontanetum ad *rolas*, *Fon-tan-y-aux-rolas*, diocesis Parisiensis.

(21) Molendinum Beveris, *Molins sur la riviere de Bierre*, qui fluvius prope Fontanetum ad *rolas* fluit.

(22) Vanvas, *Vannes*, prope Parisios.

(23) Sofyacum, *Chilly-aux-Banfs*, diocesis Carnot. parochia quondam intra fines majori Versaliarum salinis, modo destructa; vide Steph. Tornac. epist. cxviii.

(24) Triarium, *Triarion*, vicus destructus, ubi nunc regale palatium.

(25) Galia, *Galy*, terra sita prope Sofyacum, vendit Ludovico XIV. seu commissa pro dominio de Ver dice. Silvanectensis, quod idem nomen habet *Ver-de-Galy*.

apud Malum-nidum (26) & v. arxenni vineæ apud  
 Marlicum (27) & flagnum quod Bartholomæus pilo-  
 fus vobis in elemosynam dedit. Narretodorum (28)  
 cum ecclesia ejusdem ville, possessionibus & capitalibus  
 mutorum. Apud Autonium (29) terras, vineas &  
 capitalia & totam justitiam terræ quam ibi habetis. Ro-  
 doniacum (30) cum ecclesia ejusdem ville, capitalibus,  
 justitiis & omnibus pertinentiis suis. Apud Canaverias  
 (31) terras, vineas & capitalia. Borretum (32) &  
 æquam ejusdem ville cum omnibus pertinentiis suis.  
 Apud Tertiam (33) terram & census, decimas & cam-  
 pampartes. Apud Bætrum (34) terram cum decimis &  
 campampartibus & justitiis. Apud Borrencum (35) trans  
 arxem, terras & prata, campampartes, census & capitalia.  
 Præbendam unam in ecclesia beate Mariæ Parisiensis.  
 Parisiis intra civitatem & extra, domos, census & capitalia  
 multorum. Apud Yvricum (36) & Vitricum terras,  
 vineas, census & capitalia. Apud Villam Judæorum  
 (37) terras, decimas & campampartes. Apud castrum  
 Miledunum in monte S. Petri decimas annonæ & vini;  
 item v. solidos quos monachi S. Pharonis annuatim  
 vobis reddunt de ecclesia quæ est apud Trejectum.  
 Apud Corbolum iv. solidos de ecclesia sancti Exu-  
 perii. De sub Castro forti molendinum de Bucellini  
 villa (38) Apud Curiam Petre (39) & Joviniacum  
 (40) terras, prata, census & memora. Parisiis sub Parvo  
 ponte molendinum unum. Census & decimas de qua-  
 dam terra apud Pontem petrinum (41) Apud Telle-  
 tum (42) juxta castrum de Lauduno terras, capitalia  
 & census. Apud Sanctum Nonnum (43) terras, deci-  
 mas & campampartes. Apud Solyacum (44) juxta Co-  
 rboldum terras & census. Apud Boscum regis (45) terras  
 & redditus. Libertatem quoque five auctoritatem a præ-  
 decessoribus nostris Romanis pontificibus eidem eccle-  
 siæ indultam atque immunitatem a Francorum regibus  
 loco ipsi concessam, & eorum scriptis firmatam, vobis  
 auctoritate apostolica pariter confirmamus. Nec alicui  
 Francorum regi seu principi Parisiensem urbem tenenti  
 liceat eandem ecclesiam cuiquam in beneficium tra-  
 dere vel aliquo commutationis genere a regio patro-  
 cinio alicitare, ut semper in canonicis religione per Dei  
 gratiam persisterent ejusdem ecclesie canonici cum pa-  
 trocinio regio etiam sedis apostolicæ tuitione conga-  
 deant. Claustrum vestrum in ea quam hæcenus habuit  
 libertate servetur. Prohibemus quoque ut nulli post  
 factam in eodem loco professionem absque abbatis sui  
 licentia liceat de claustrum discedere, discedentem vero  
 nullus audeat retinere. Constitimus etiam ut nulli

archiepiscopo vel episcopo nisi tantum Romano pontifi-  
 cifici ecclesia ipsa subjaceat. Cirrimsa vero, oleum fan-  
 ctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordina-  
 tiones clericorum qui ad sacros ordines fuerint promo-  
 vendi, a quocumque malueritis, suscipietis episcopo,  
 si quidem catholicus fuerit & gratiam atque communi-  
 onem apostolicæ sedis habuerit. Obvenite vero te nunc  
 ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorem,  
 nullus ibi qualibet subreptionis astutus seu violentia præ-  
 ponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum  
 pars consilii sanioris secundum Dei timorem &  
 B. Augustini regulam providerint eligendum. Et quia  
 volumus laboribus & expensis, ecclesie vestre promotæ  
 benignitate succurrentes consulere, constitimus ut cle-  
 stus vester ad quemcumque catholicum episcopum  
 voluerit, benedictionis gratiam conicetur accedat.  
 B vel si maluerit juxta quod in aliis privilegiis vestris con-  
 tinetur, liberum sit ei ad Romanum pontificem, ut ab  
 eo ab eo munus benedictionis accipiat, accedere. Decernimus  
 ergo ut nulli omnino hominum, &c.

Ego Alexander catholicæ ecclesie episcopus.

Ego Bernardus Portuensis & S. Rufine episcopus.

Ego Gautherus Albanensis episcopus.

Ego Hubaldus presbyter cardinalis S. Crucis in Jer.

Ego Henricus presbyt. card. tit. SS. Nerei & Achillei.

Ego Johannes presbyter card. tit. S. Anastasie.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina.

Ego Guillelmus presb. card. S. Petri ad Vincula.

Ego Iacintus diacon. card. S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Odo diacon. card. S. Nicolai in Carcere.

Ego Ardito diacon. card. S. Theodori.

Ego Cinthius diaconus card. S. Georgii ad Velum  
 aureum.

Datum Paris. per manum Hermannæ sanctæ Romanæ  
 ecclesie subdiaconi & notarii VIII. cal. Maii, Incarna-  
 tionis Dominicæ anno 1163. pontificatus vero do-  
 mini Alexandri pape III. anno 11.

## X X I X.

*Charta Guidonis Silvanecensis buticularii hominem  
 pro femina dantis ecclesie S. Genovefæ.*

Ego Guido Silvanecensis buticularius. Noverint  
 omnes presentes pariter & futuri quod cum essem  
 in vinculis apud Damascum, uxor mea Elisabeth debe-  
 bat ecclesie S. Genovefæ feminam unam ex nostris  
 D pro exambio Mariæ quæ erat femina ejusdem sanctæ  
 Genovefæ de corpore, quæ quam Archemboldus homo  
 noster duxerat in uxorem; Johanne abbate & canonicis  
 ejusdem ecclesie volentibus & concedentibus, & eam-  
 dem Mariam deliberantibus; ego autem a vinculis re-  
 diens & rei ordinem cognoscens, factum uxoris meæ  
 ratum habui & conventionem utriusque partis appro-  
 bavi, & propterea cum eadem ecclesia ita per nos actum  
 est quod loco femine illius quæ debebatur præfate ec-  
 clesie, Petrum filium Henrici Barigan hominem ec-  
 clesie Genovefæ de corpore eidem ecclesie in hominem dedimus  
 in perpetuum & deliberavimus eo modo habendum quo  
 ipsum antea habebamus. Actum anno Gratie 1220.

## X X X.

*Relatio translationis reliquiarum B. Genovefæ ex  
 una in aliam pretiosorem capsam.*

*Auctore aequali Jacobo de Dinant, qui passus fuit episc. Arrabensis.*

Tempore abbatis Herberti cujus anima per misericor-  
 diam Dei requiescat in pace, placuit ipsi abbati  
 & fratribus universis capsam novam ligneam, quæ auro  
 & argento & lapidibus preciosis cooperiretur, facere, in  
 qua corpus venerabilis virginis Genovefæ de antiqua  
 lignea capsâ postmodum transferretur. In opere autem  
 illo nobili & sumptuoso fratres nostri de beneficiis suis

- (26) Malum-nidus, *Malus*.  
 (27) Marlicum, *Marly-le-Roy*, diocesis Parisiensis.  
 (28) Narretodorum, *Nanterre*.  
 (29) Autonium, *Arenail*.  
 (30) Rodoniacum, *Rosny-sur-Vincennes*, pro quo locum no-  
 sculo S. Genovefæ corpus reflatum est Parisios.  
 (31) Canaverie, *Chenoyers*, super Matronam prope Campi-  
 niacum & S. Maurum.  
 (32) Borretum, *Borisy*, prope Silvanectum. Vide Stephanum  
 Tornacæ epistolæ cxxxix.  
 (33) Tertia, seu potius Tertium, parochia diocesis Silvanecæ  
 ubi vetustissima est capella S. Genovefæ, dicta de Buso jam ante  
 annum 1200.  
 (34) Bætrum, *Baerre*, prope *Monsfistulier*, diocesis Silvanecæ.  
 Nonnisi villa esse debet, in qua capella erat, quas antiquitas erit  
 in plerisque v. Genovefæ præditi.  
 (35) Borrencum, *Borran*, diocesis Bellocæ, prope abbatiam  
 Regali montis tribus Silvanecæ leucis.  
 (36) Ivricum & Vitricum, *Ivy & Viry*, prope Parisios.  
 (37) Villa Judæorum, *Villijus*, prope Parisios, quod ibi pos-  
 sidebat abbas, scilicet S. Genovefæ appellabatur.  
 (38) Bucellini villa, *Bugfines*.  
 (39) Curia Petre, *Courperre*, prope Giffum.  
 (40) Joviniacum, *Guisy*, prope Orly.  
 (41) Pons petrinus, *Ponperre*, prope Parisios circa Villulam,  
 a quo certum territorium nomen habet.  
 (42) Telleum, *Tilly*, prope Castrum Nantouin, *Chateau-  
 Landon*, diocesis Senonensis.  
 (43) S. Nonnum, *Saint-Nom*, diocesis Parisiensis.  
 (44) Solyacum, *Sully*, prope Corboldum, diocesis Parisi.  
 (45) Boscum regis, *Bos-le-Roy*, seu *Balleroy*, diocesis Senon.

per se & amicos & notos eorum, & familiares & domesticos ecclesie plurima dona contulerunt. Opus autem illud post aliquantum temporis spatium propter quendam impedimenta ecclesie retardatum est. Anno siquidem Domini 1242. tempore abbatis Roberti opere illo gloriose & honorifice perfecto & consummato, voluit ipsius abbas & omnium fratrum fuit, ut sancte virginis corpus de antiqua lignea capsula in qua per multos annos requieverat, in novam capsulam ferretur: volebant autem remotionem illam sacri corporis in solemnitate translationis beate virginis Genovefe, scilicet v. calendis Novembris fieri. Interim fratres nostri, sicut diiuncti & sapientes consilium bonum & utile habentes constituerunt ut nulla exterior persona sive ecclesiastica sive secularis ad hanc remotionem evocaretur, & congruum fecerunt consilium pro evitandis periculis quae ex eorum praesentia fortitan possent evenire. Optata autem die adveniente, finito nono responso matutinarum, dominus abbas & ceteri fratres discalceati & superpellicibus induti, ascenderunt in sanctuarium, & toto corpore prostrati VII. palmis penitentialibus cum letitia, precibus & orationibus, sicut moris est in remotione sacri corporis dixerunt. Tunc plurimis accensis luminaribus & cereis, quatuor fratres sacerdotibus albis induti capsulam antiquam de loco suo deponentes, super altare apostolorum Petri & Pauli posuerunt: dominus autem abbas & ceteri fratres, capsulam fortiter obsecratam referari fecerunt, in qua invenerunt scrinium, quod etiam firmiter & fortiter obsecratum erat. Haeritantes autem quid super hoc facere deberent, quia non sufficiebat eis solaminodo scrinium videre, salubri habito consilio scrinium illud fortiter obsecratum referari fecerunt, quid inus haberi videre cupientes. Referato autem scrinio & aperto, sacrosancte virginis corpus sicut a predecessoribus audierant, invenerunt, & viderunt corpus cum pretioso capite suo parvis involutum mundis & famulo albo. Viso autem glorioso virginis corpore, praegaudio in lacrymas erumpentes Deo & virgini corde & animo gratias retulerunt, per aliquod spatium intuentes sanctum corpus. Tandem caput virginis devote & humiliter osculantes scrinium clausurunt, & firmiter obsecrantes, in capsulam novam auro & argento & lapidibus pretiosis cooperatam, ut diximus, reposuerunt. Res admirabilis & vehementer admiranda, quod scrinium illud ita novae capsa coaptatum est, sine mensura aliqua inde accepta, quod nullus quantumcumque discretus artifex melius vel ita potest coaptare. Reposito autem sancto corpore sic in capsula nova, *Te Deum laudamus* & non sine lacrymis fratres alta voce decantaverunt: sequenti autem die sanctum corpus super secundum altare posuerunt, ibique per undecim dies, donec locus ubi reponendum erat, pararetur, fuit. XII. autem die sanctum corpus in loco sancto suo honorifice & decenter, sicut nunc inventibus manifestum est, reposuerunt. Haec autem sunt novissima fratrum nostrorum qui huic sancte remotioni vel translationi praesentes fuerunt. Dominus Robertus de Firmitate Milonis tunc temporis abbas, F. Simon de Bachivalle tunc temporis prior, F. Giraudus de Varratris tunc temporis supprior, F. Nicolaus Parisiensis cognomine Beroud, F. Petrus de Castro Nantonis, &c. *Sequuntur adhuc nomina XLII. canonorum.*

## XXXI.

*Bulla Alexandri IV.*

1256. **A**LLEXANDER episcopus servus servorum Dei, dilecto filio abbati monasterii sancte Genovefe Parisiensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Augustini, salutem & apostolicam benedictionem. Tuis devotis supplicationibus benignum impertientes assensum, ut fratribus de ordine Praedicatorum, quando tecum in tua mensa comederint, licentiam loquendi in mensa ipsa concedere valeas, statum VII.

tuto ipsius ordinis nequaquam obstante, tenore illi praesentium duximus concedendum. Datum Laterani IV. idus Aprilis, pontificatus nostri anno II.

## XXXII.

*Donatio sancti Ludovici regis.*

**L**UDOVICUS, &c. Noverint universi pariter & futuri quod cum nos in quibusdam cessis apud Boucaium \* & Quinciam in castellania Corboliensis in fundo abbas & conventus S. Genovefe Parisiensis gratiam haberemus, & ex nuper concessissimus ad culturam redigi, pro quibus etiam septem sextaria ordi singulis annis ad Natale Domini, & novem denarios pro ovis paschalibus percipere debebamus, nos divini amoris intuitu & pro salute anime nostrae ac pro remedio animarum inelucte recordationis regis Ludovici genitoris nostri & regine Blanchae genitricis nostrae & aliorum antecessorum nostrorum, praedictis abati & conventui regia liberalitate donamus, & quantum in perpetuum gratiam praedictam & totum redditum quem percipiebamus in praedictis cessis quacumque ratione, salvo tamen jure in omnibus alieno. Quod ut ratiorem, &c. Actum anno Domini 1257. mense Januarii.

## XXXIII.

*Conventio inter abbatem S. Genovefe & Amedeum Sabaudiae comitem.*

**U**NIVERSA praesentes litteras inspecturis frater Johannes permissione divina monasterii sancte Genovefe Parisiensis abbas totiusque ejusdem loci conventus, eternam in Domino salutem. Notum facimus quod cum controversa esset mox inter nobilem principem dominum Amedeum comitem Sabaudiae ex una parte, & nos abbatem & conventum praedictos ex altera, super quatuor arpensis vinearum quae idem comes dicebat ad se pertinere occasione reverendi patris episcopi Victo-niensis \* vel ab eodem episcopo causam habentium; nos autem e contra dicebamus quod praedictus comes nihil in dictis quatuor arpensis vinearum poterat reclamare. Quia autem praedictus episcopus dictas vineas ad vitam habuerat, & sic actio cum defuncto est evincta & cessat actio, aut ad perpetuitatem ex dono, permutatione, venditione vel alio titulo legitimo de quo vel quibus nihil apparebat, quem tamen titulum legitimum si apparuerit praecessisse, eidem domino comiti volumus esse saluum in futurum, nec etiam alienationem superioris nostri licentia & auctoritate non obtenta, facere poteramus. Tandem in capitulo nostro super hoc tractatu habito diligenter, consideratis cursalitatibus ab eodem domino comite nobis factis & etiam faciendis, concedimus eidem praedicta quatuor arpenta vinearum ad vitam suam dumtaxat, ita quod ad unam partem sub certis metis limitabuntur quatuor arpenta praedicta, & venient ad nostrum rocular, sicut aliae vineae praedicti comitis cum onere decimae ac etiam rocularis. Tenebitur etiam praedictus dominus comes sufficienter facere colli & cultivari vineas supradictas. Quae quidem quatuor arpenta post decessum ipsius comitis immediate ad nos libere revertentur. In cujus rei testimonium sigilla nostra praesentibus duximus apponenda. Datum anno Domini 1315, post Brandones.

## XXXIV.

*Libertas concessa homini de corpore B. Genovefe.*

**I**N nomine Domini. Amen. Tenore praesentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter quod anno ejusdem 1369. Indictione VIII. mensis Martii die tertio,

\* Vinchestre, a quo praesale nomen ac episcopi castrum de Vinchestre, factum postea publicum pauperum hospitium, dictum *hospitium*.

pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Urbani divina providentia papæ V. anno octavo, in mei notarii publici infrascripti testimonique inferius notatorum præsentia personaliter comparens Guillelmus Mahueti apud Pressiacum \* supra Matronam commorans persona conditionis & homo de corpore ecclesie B. Genovefæ Parisiensis existens, ad sancta Dei evangelia cum solemnitate juravit in manu mei notarii publici infrascripti etiam fideliter promittendo, quod cum nuper reverendus in Christo pater ac dominus dominus Johannes de Bassanum permissione divina hujus ecclesie sancte Genovefæ hamilis abbas nomine suo ibi præfens ac domini fratres Gaufridus de Hom prior claustralis, & Johannes dictus Noël supprior ecclesie supradictæ, nomine conventus ejusdem inibi existentes, quasdam litteras libertatis prædicto Guillelmo super sua servitute B præditionem prædictis intuitu pietatis humiliter concessissent, & dictas litteras ab eisdem obtinuisse gratiose, quod prædictis liberis libertatis ejus & possessionibus vel opportunitatibus seu consuetudinibus contrariis quibuscumque non obstantibus, si dictum Guillelmum quoquo modo ad secundas nuptias convolare contigerit, in suam consimilem conditionem & postremam servitutum revertetur obligatus. Insuper iterum juravit fideliter promittendo sicut supra, quod libertate eidem concessa conditionibus prædictis non obstante jura dictæ ecclesie ac libertates pro posse sustinens omnia bona ejusdem secundum suorum possibilitatem & sensum procurabit, damna seu vituperium ipsius ecclesie totis viribus evitando. Etiam præfato reverendo patri domini abbati singularique personis dicti conventus & totius ecclesie fidelitatem & reverentiam tanquam obligatus perpetuis temporibus observabit. Super quibus omnibus & singulari supradictis R. P. domini abbas ac dicti prior & supprior ecclesie præfate sedepredicti perierunt a me notario publico sibi fieri & tradi publicum instrumentum. Ad hæc fuerunt hæc circiter hora tertia in dicta abbata S. Genovefæ Parisiensis, videlicet in capella prædicti R. P. domini abbatis ejusdem, sub anno, indicatione, mensis, die & pontificatu præscriptis, præfentibus ad hoc discretis viris & honestis Reginaldo Mercator clerico & Johanne Moriau laico, ad hoc vocatis principaliter & rogatis.

Et ego Petrus Dallonsaigne clericus Cameracensis diocesis publicus, imperiali auctoritate notarius præfentis omnibus & singulari dum sic agerentur & fierent, una cum præfentis testibus interfu. Ideo præfentis inde confectum instrumentum publicum manu mea scriptum signo meo solito & nomine roboravi, requisitus & rogatus in testimonium veritatis præmissorum.

### XXXV.

#### Bulla Clementis VII.

1390. CLEMENS episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio abbati monasterii S. Genovefæ Parisiensis salutem & apostolicam benedictionem. Significavit nobis dilecti filii Fulco prior & conventus monasterii sancti Martini de Campis Parisiensis per priorem dicti gubernari, Cluniacensis ordinis, quod nonnulli iniquitatis filii, quos proflus ignorant, redditus, census, legata, terras, domos, vineas, prata, pascua, nemora, jura, jurisdictiones, instrumenta publica & nonnulla alia bona ad ipsum monasterium spectantia tenere & malitiose occultare, detinere præsumunt, non curantes ea præfatis priori & conventui exhibere in animarum suarum periculum & eorundem prioris & conventus ac monasterii non modicum detrimentum. Super quo dictum prior & conventus apostolicæ sedis remedium implorant. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus omnes hujusmodi occultos detentores reddituum, census & aliorum bonorum

\* Pressy vel Prety, sicuti leuca supra Latinicum in diocesi Meldensi.

A prædictorum ex parte nostra publice in ecclesiis coram populo per te vel per alium moneas ut infra competentem terminum quem eis præfaveris, ac prædictis priori & conventui a se debita restituant & de ipsis plenam & debitam satisfactionem impendant; & si id non adimplerint infra alium competentem terminum quem eis ad hoc duxeris prætermore præfigendum, ex tunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferas & eam facias ubi & quando expedire videbis usque ad satisfactionem condignam solvenerit publicari. Datum Avenioni secundo nonas Decembris pontificatus nostri anno duodecimo. *Bulla plumbea pendet ex cannabe.*

### XXXVI.

#### Arrestum Parlamenti.

KAROLUS Dei gratia Francorum rex universis 1399. præsentibus litteras inspecturis salutem. Notum facimus quod litigantibus in nostro Parlamenti curia dilectis nostris religiosis abbate & conventu monasterii sancte Genovefæ Parisiensis ex una parte, & dilecto ac fidelis consilario nostro episcopo Parisiensi de seniore, ex altera, pro parte dictorum religiosorum propositum extitit quod licet ipsi & eorum familiares matricularii & alii officarii, ab omni proflus jurisdictione dicti episcopi fuissent & essent notorie excepti, ac eisdem religiosis omnimoda dictorum familiarum, matriculariorum & aliorum officiariorum jurisdictione, punitio & correctio spectaret, maxime secundum certam compositionem dudum inter dictos religiosos & episcopum factam, & de præmissis in possessione & facta fuissent & essent; verumtamen nuper cum dicti religiosi sui eorum procurator Johannem de Vanvis ecclesie prædictæ matricularium carceribus Castellæ nostri Parisiensis occupationi sibi reddi per præpositum nostrum Parisiensem petissent, dictus episcopus aut ejus procurator vel eo prætextu quod dictum prisonarium fore clericum dicebat, vel alias inde redditio hujusmodi se opposuerat propter quod ipsum in dicta nostra curia fecerant adjornari: Quare petebant dictum episcopum non esse admittendum, & saltem male se opposuisse, prænotatumque matricularium eisdem religiosis reddi & dictum episcopum in eorum expensis condemnari. Ad hæc concludendo dicto episcopo inter cetera proponente & dicente quod ipse iudex ordinarius omnium clericorum ville Parisiensis & de jure communi fundatus existebat, & quod supradictus prisonarius Parisiis captus fuerat & delictum apud sanctum Maurum prope Parisios in jurisdictione saltem ecclesiastica dicti episcopi commiserat. Dicebat etiam quod idem prisonarius secularis clericus & non religiosus, nec officarius vel familiaris dictorum religiosorum existebat; per que & alia per eundem episcopum latius proposita ipsium esse admittendum, & bene se opposuisse, ac dictos religiosos non esse admittendos dici & pronuntari, utique dictus prisonarius eidem episcopo redderetur, & præfati religiosi in expensis causæ hujusmodi condemnarentur peccatis & concludebat. Tandem auditis partibus ante dictis in omnibus que circa præmissa dicere & proponere voluerunt, ordinatoque per prædictam curiam quod dicti religiosi vocati convocandis, an prænotatis prisonariis eorum esset matricularius informant, & informatione facta ac dictæ curie reportata partibus ipsi ferret jus. Facta igitur super hoc per certos commissarios ab eadem curia deputatos informatio prædicta, eaque visa & diligenter examinata, visis insuper litteris, actis & munimentis partium prædictarum, consideratis etiam & inventis diligenter omnibus circa hoc attendendis, & que dictam curiam nostram in hac parte movere poterant & debebant, per arrestum ejusdem curie dictum fuit quod supra dictus prisonarius dictis religiosis traderetur, præfatum episcopum in expensis dictorum religiosorum condemnando, quos dicta curia nostra ad



summam duorum scutorum pro sum arrestum taxavit A  
atque taxat; in cujus rei testimonium presentibus litteris  
nostrum iustissimum apponi sigillum. Datum Parisiis in  
Parlamento nostro die 16. Julii anno 1399. & regni  
nostri 19.

## XXXVII.

## Arrestum Parlamenti.

1327. FRANCISCUS Dei gratia Francorum rex un-  
versis presentes litteras inspecturis salutem. Notum  
facimus quod constituis in nostra Parlamenti curia  
dilecto & fideli consiliario nostro episcopo Parisiensi,  
dilectoque & fideli nostro in eadem curia nostra con-  
siliario magistro Ludovico du Bellay presbytero, ca-  
nonico ac magno archidiacono in ecclesia Parisiensi, a  
preposito Parisiensi aut ejus locum tenenti appellan-  
tibus & anticipatis ex una parte, & dilectis nostris reli-  
giosis abbate & conventu ecclesie sancte Genovefe in  
Monte Parisiensi, ac Philippo le Bel religioso dicte  
abbatiz, priore-curato de Roissaco in Francia membro  
dependente a dicte abbazia anticipantibus ex altera, vel  
enurandum partium procuratoribus, auditoque super hoc  
procuratore nostro generali, premissa curia nostra dicte  
appellatione infirmul sententia, a qua exiit appellatum  
dicte emenda, annullatque littere a nobis per dictos  
anticipantes obtentae & de quibus in dicte sententia fit  
mentio, integrabuntur (eas predictis anticipantibus iure-  
grando) ordinavit & ordinat, & hoc faciendo appella-  
tionem de qua in ipsis fit mentio, infirmul id a quo  
exalbat appellatum absque emenda adjuvavit atque  
adnullat, & ulterius tam dictos anticipantes, de con-  
sensu dictorum appellantium (qui privilegium & exemptio-  
nem dictorum anticipantium videntur) dicte curia  
nostra in possessione & saisina se exemptos a jurisdic-  
tione dictorum appellantium nisi quoad prioratus-  
curatos episcopatus & archidiaconatus Parisi in eo  
quod concernit curam animarum, synodos & visitationes  
generales & dicendi, in possessione & saisina exemptos a  
jure deportus per dictos appellantes super prioratibus-  
curatis eorundem anticipantium a dicte monasterio  
dependentibus diocesi & archidiaconatu Parisiensibus  
tunc & quando ipsi vive per morem, resignationem  
aut permutationem inter diem Cinerum & Trinitatem  
exiit vacantem, presentio etiam essendi in possessione  
& saisina qui medio dicte exemptionis ante dicti appel-  
lantes aliquid sui deportus super fructibus & reventua  
dicti prioratus-curati de Roissaco membri a dicte ab-  
batia dependentis, qui tempore supra dicto vacaverat,  
pretendere, querelare seu petere non poterunt neque  
possunt in possessione & saisina, qua ratione dicti juris  
deportus licet anticipantes non possunt citari, incar-  
cerari neque aliter conveniri coram dictis appellantibus,  
eorum officialibus, nec aliis eorum officialibus in posses-  
sione & saisina quod li dicti appellantes, dicti ipsorum  
officiales, aut alii dicti eorum officialium contrarium pos-  
sessionem & saisinam supra dictam facere niterentur  
seu nitebantur, id contradicendi, impugnandi, & impe-  
diendi illudque reparare & per iustitiam & alias debite  
in primum & debitum statum reponere faciendi manum  
nostram & omne aliud impedimentum si quod super re  
controverfa ob dictam dictarum partium fit ad utili-  
tatem dictorum anticipantium levando ac dictos appel-  
lantes in expensis daniis, & interesse dictorum antici-  
pantium de consensu predictarum partium ad summam  
sex viginti octo librarum Parisiensium taxatis condem-  
nando manutenuit & confirmavit, manutenuitque atque  
confirmat. Quocirca ad prelatorum anticipantium  
supplicationem primo dicti Parlamenti nostri ostarior  
vel servient nostro qui super hoc requireretur, tenore  
presentium committimus & mandamus quatenus hujus-  
modi dicte curie nostre manutenuentem iuxta suam  
formam & tenorem in his que executionem requirunt,  
executioni debite demandet, compellendo ad hoc cun-  
ctis viis & modis rationabilibus & debitis ac predictos

appellantes ab eisdem anticipantibus aut eorum certo  
mandato prelatum summam sex viginti octo librarum  
Parisienfium pro dictis expensis, daniis & interesse ad  
eam, ut preteritur, taxatis reddendum & solvendum  
vilitat & debite compellendo. Cui ostarior vel servient  
ab omnibus iustitiaris & subditis nollis in hac parte  
pareri volumus & jubemus. Datum Parisiis in Parla-  
mento nostro ultima die Aprilis anno 1327. & regni  
nostri 13. Per cameram. Signatum de Vignoles. Sigil-  
latum sigillo rotundo in cera crocea fusi simplicis cauda  
pergamini.

## XXXVIII.

Excerpta ex regestis Parlamenti, de S. Genovefe  
monasterio.

I. Mensé Dec. anno 1296. Arrestum pro abbate 1296.  
& conventu S. Genovefe contra abbatem & conventum  
sancti Viatoris. Patet per arrestum abbatem & conventum  
sanctae Genovefe Parisius habere altam & bassam  
iustitiam a prima porta abbatiz sancti Viatoris in medio  
vie ante illam abbatiam usque ad molendinum de Cou-  
peul \*, & ad eam post retro usque ad Salceim & usque  
ad Poncellum quem burgenfes Parisienses fecerunt fieri  
ad manum sinistram utque ad Sequanam, & in ruella  
que est à latere abbatie sancti Viatoris & tendit retro  
ad Sequanam ad manum sinistram.

\* nuff Coy:  
poau.

II. In parlamento Qmniium sanctorum anno 1307. 1307.  
Inquesta facta iudicatum est abbatem & conventum S.  
Genovefe Parisiensis esse in saisina cognitionis & ex-  
pectationis aubenarum, & bastardorum, ac honorum  
ipsorum in terra S. Genovefe, & de his habendi curiam  
& emolumentum collectoribus regis manuum-mortua-  
rum contradicentibus.

III. Le Mercredi 26. Septembre 1380. furent faites 1380.  
les obseques du Roy Charles V. à Saint Denys. Trois  
freres du feu roy y assisterent, vingt-sept tant evesques  
qu'abbes s'y trouverent en croffe & en mire, l'abbé de  
S. Genevieve fut du nombre avec les abbés de Vezelay  
& de saint Germain des Prez.

IV. Ce jour Vendredy 30. May 1427. Messire 1427.  
Jacques du Chastelier evesque de Paris fist prier les  
presidents, conseillers & officiers de Parlement d'estre  
Dimanche prochain en l'eglise de sainte Genevieve à  
la messe de la consecration, & de l'accompagner ce  
jour à la premiere entree pontificale en l'eglise de Paris,  
& au diner en son hollé episcopal.

Item. Ce jour Dimanche premier Juin 1427.  
Messire Jacques du Chastelier evesque de Paris fist la  
premiere entree in pontificalibus en l'eglise de Paris,  
& y fust reçu moult honorablement après ce que il ot  
esté consacré ce mesme jour en l'eglise S. Genevieve;  
& pour ce en l'eglise de Paris fist la grande messe ce-  
lebre par l'evesque de Constance en la presence dudit  
evesque de Paris, qui ce jour avoit esté consacré,  
comme dit est.

Item. Ce Mardy 3. Juin 1427. Messire Jacques  
du Chastelier evesque de Paris vint en Parlement pour  
remercier la cour de l'honneur & de la compagnie que  
on luy avoit fait Dimanche dernier passé à la sollem-  
nité de la consecration, & à son entree.

V. Du 7. Septembre 1476. en la Grande-chambre 1476.  
arrest portant que les religieux, abbé & Convent de S.  
Genevieve ont droit de constituer & ordonner jurez-  
bouchers pour visiter la chair en leur boucherie du  
Mont-S. Genevieve, ainsi qu'il a esté pratiqué par  
cy-devant.

VI. Du Samedy 3. Janvier 1477. Pour honneur & 1477.  
reverence de la glorieuse vierge madame S. Genevieve,  
laquelle de tout temps a accoustumé d'estre sollemnee 1478.  
Q iij

- & fêlée par toutes les églises & commun peuple de Paris, comme le Dimanche: la cour pour ces causes & autres à ce la mouvans, a ordonné & ordonne que dorénavant elle ne fera point chacun an le troisieme jour de Janvier, qui est le jour de la fêste de ladite sainte, mais sera iceluy jour fêlé & solennisé comme le Dimanche & autres festes commandées, & comme telle éscrite & mise au calendrier de ladite cour.
1479. VII. Du 3. Fevrier 1479. Arrest portant que l'abbé de sainte Genevieve chancelier en l'Université de Paris recevra le serment de quatre maistres es arts nommez tempseurs ou examinateurs, & que l'examen ou scempeusement accouffume estre fait par la faculté des arts sera aujourd'huy ouvert par ledit abbé au nom & comme abbé de sainte Genevieve.
1485. VIII. Du 7. Janvier 1485. Arrest contre un pretendant à l'archidiaconé de Chartres, avec amende au profit de l'œuvre ou clocher de sainte Genevieve.
1508. IX. Du 30. Avril 1508. Arrest en faveur des abbé & convent de sainte Genevieve, à l'encontre des prevost des marchands & eschevins de Paris, portant que ledits religieux & abbé demeureront en possession & paisine d'estalloner & bailler mesures par toute leur terre & seigneurie, avec descentes ausdits prevost & eschevins d'estalloner ou user d'estallonnage en la cour & seigneurie d'iceux religieux & abbé.
1519. X. Du Vendredy 30. Mars 1519. Ce jour sur une requête présentée à la cour par les religieux, abbé & convent de S.<sup>me</sup> Genevieve & frere Jean Chopin prieur & curé de saint Estienne du Mont de Paris, par laquelle ils requeroient que l'evesque de Paris fust mandé pour sçavoir qui l'avoit meü d'attendre jusques à présent de leur demander la decime, & s'il avoit charge du roy de le lever particulièrement sur eux, & en tout evenement les recevoir à consigner pareilles & semblables sommes qu'ils avoient payées à la dernière decime, & en ce faisant ledit eveque de Paris eüst contraint lever les monitions à eux indicées, & autrement pourvoir, tellement que tout scandale cesse.
- La cour a mandé ledit eveque, auquel elle a remontré que ledits supplians disoient que à la dernière decime ils ne furent imposez que à 50. livres & en fut exemptée ladite cure comme estant du corps de l'Université, & que de present il les a imposez à sçavoir ledit monastere à 100. livres, & ladite cure à 50. livres. Et attendu qu'il n'avoit fait cette poursuite que depuis qu'il pretend luy avoir esté fait quelque excès par ceux de sainte Genevieve, il sembloit que ce fust en haine dudit pretendu excès, & que si au moyen des censures la profection qui a de coutume d'estre faite audit monastere de S.<sup>me</sup> Genevieve à tel jour que Dimanche prochain où grand multitude de peuple de Paris se trouve, n'estoit faite, il en pourroit venir grand scandale, murmure & danger de commotion au peuple, à quoy ledit eveque, qui doit querir tous les moyens de paix & de faire cesser scandales & commotions en son diocèse, devoit obvier, & par ce devoient cesser ledites menaces de censures jusques après jour de Pasques, en recevant en ses mains par maniere de provision, les sommes ausquelles il a taxé ledits supplians; luy remontrant au surplus que s'il n'y vouloit entendre & au moyen de ce il en vinst inconvenient ou scandale, la cour feroit faire ce registre desdites remonstrances, pour montrer, s'il est besoin, qu'elle s'est mise à son devoir envers ledit eveque; lequel a dit que dernièrement quand il a esté devers le roy, l'evesque de Senlis luy avoit commandé de lever entièrement ladite decime, sur peine de s'en prendre sur luy & faire faillir son temporel, & qu'il avoit
- A delibéré le jour qu'il visita ladite cure, après la vifitation les admonester de payer ladite decime, mais on ne luy en donna le loisir.
- XI. Du Mardy 7. Mars 1524. *post prandium*. Assemblée du patement, de la chambre des comptes & du corps de ville, au sujet de la prise du roy François I. devant Pavie. L'archeveque d'Aix qui est qualifié lieutenant de roy, l'abbé de sainte Genevieve, M. du Draz doyen de Paris, J. Merlin vicairé de l'evesque de Paris, & M. Toutain archidiaque de Brie, sont les seuls ecclésiastiques qui paroissent dans cette grande assemblée.
- XII. Du Vendredy 10. Mars 1524. Arrest pour l'establissement d'un conseil qui pourvoira aux affaires de la ville & du royaume, en attendant quelques ordres de la mere du roy, pendant la captivité dudit roy. Dans ce conseil composé de vingt personnes, devoit estre un abbé, ce fut celui de sainte Genevieve. Le conseil se tenoit dans la chambre verte.
- XIII. Du Lundy 3. Avril 1524. *ante Pascha*, en la salle verte. Assemblée au palais, où fut resolu d'envoyer aux habitans d'Albeville quelque quantité d'artillerie & de poudre. L'abbé de S.<sup>me</sup> Genevieve est le quatrieme dans ce conseil, & meisme avant les maistres des requestes.
- XIV. Reentrée du parlement le 12. Novembre 1530. L'abbé de S.<sup>me</sup> Genevieve eveque de Belmont y siege avec l'archeveque de Lyon & l'archeveque d'Aix.
- XV. Du Dimanche 19. Septembre. Ce jour d'huy la cour s'est assemblée au palais, en est partie environ huit heures & allée à cheval en l'ordre accouffume, vëstus de robes & chaperons d'ecarlare (combien que si elle eüst sceu l'absence du roy, qui avoit mandé y vouloir estre & a changé d'opinion pour s'estre mal trouvé, elle n'eüst porté que chaperons à bouquet) par le pont S.<sup>nt</sup> Michel & rue de la Harpe à S.<sup>me</sup> Genevieve, d'où la profection a esté faite jusque à Nostre-Dame, & la châsse sainte Genevieve portée, pour implorer la grace & misericorde de Dieu en ce temps, qui manifeste son ire par les calamitez, tant de la guerre que maladies presque universelles que l'on attribue à influences d'air, & de la memoire des hommes n'a esté veüe aucun si pieuë en France. A ladite cure esté assisté au chœur de ladite eglise de Notre-Dame du costé dextre après l'abbé de sainte Genevieve, &c.

## X X X I X.

*Lettres patentes du Roy Louis XIII. qui rendent la dignité abbatiale de sainte Genevieve du Mont elective de trois ans en trois ans, en faveur de la reforme.*

LOUIS par la grace de Dieu roy de France & de Navarre, à tous presens & à venir, salut. Nostre cher & bien amé cousin le cardinal de la Rochefoucault grand aumosnier de France nous a fait rememorer qu'ayant esté nommé par Nous à l'abbaye de sainte Genevieve du Mont en nostre bonne ville de Paris, vacante par le decés de vuy messire Benjamin de Briehanteau eveque de Laon & abbé de ladite abbaye, & suivant l'intention avec laquelle nous l'avons nommé, qui est de proceder par luy, le plus promptement que faire se pourra, à la reformation & retablissement de la discipline reguliere relâchée depuis plusieurs années audit monastere; incontinent après avoir reçu ses provisions, avec pouvoir & autorité en tout ce qui concerne le spirituel & temporel de ladite abbaye, & en vertu d'icelles pris possession, sa premiere pensée a esté de satisfaire à nostredite intention, tant pour le respect d'icelle que pour l'obligation de sa conscience, pour

Le Dimanche des Rameaux 1. Avril. Pasque estoit le 8. Avril. L'abbé de Paris vient en ce jour des Rameaux à sainte Genevieve, faire la benediction des Palmes.

la gloire de Dieu, bien de son église, de la religion catholique, apostolique & Romaine, & de cet état, qui reçoivent beaucoup de lustre & d'aide par les prières, bons mœurs, vie exemplaire & autres saints exercices des bons religieux, & pour l'honneur de la sainte vierge Genevieve, les reliques & memoires precieuses de laquelle sont en celebre veneration dans l'église de ladite abbaye, & pour l'édification & consolation publique de notre ville de Paris, qui reconnoit certe sainte pour sa patronne & y recourt si utilement en les necessitez, & avoit déjà donné quelque bon commencement à cet œuvre. Mais que pour bien établir ladite reformation, & la rendre plus ferme & stable, & retrancher pour l'avenir toutes les occasions à la relaxation de la discipline reguliere, il jugeoit necessaire que la dignité d'abbé fust cy-aprés rendue effective, & exercée de trois ans en trois ans par ceux qui y seront élus après son décès ou demission volontaire. Sur quoy Nous, ces choses considerées, desirans contribuer ce qui est de nostre pouvoir, afin que ladite reformation puisse estre bien établie en ladite abbaye de sainte Genevieve, dont la devotion & veneration est si grande en nostre bonne ville de Paris, & qu'à l'avenir ce bien ne puisse estre detourné ne diverti; de l'avis de nostre Conseil & de nostre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, par ces presentes signées de nostre main, Nous avons dit & déclaré, disons & declarams & ordonnons en faveur de ladite reformation, que dorénavant après le décès ou demission volontaire de nostre dit cousin à present abbé de ladite abbaye, ladite dignité d'abbé sera effective de trois ans en trois ans; qu'en ladite election n'admission que les religieux qui auront accepté ladite reformation, & vivront en l'entiere observance d'icelle; & ladite election fera faite par eux de telle personne professée dudit monastere vivant en ladite regle & reformation, qu'ils jugeront le plus propre en leur conscience. Et en ce faisant, Nous nous sommes de nostre bon gré & volonté, démis & démettons de tout droit de nomination; que nous avons & pouvons avoir sur ladite abbaye; en laquelle par ce moyen & au cas susdit de reformation & election d'abbé, en la forme declarée cy-dessus, tous & chacuns les biens & revenus tant des offices chaultraux, que pensions des religieux & revenus des benefices non-cures, & tous autres revenus de quelque sorte & qualité qu'ils soient, & en quelque part qu'ils puissent estre situés & assis, seront communs. Et afin que nostre dit cousin, qui a prouvé ladite reformation, puisse l'acheminer & avancer de son vivant, & établir cet ordre, Nous luy avons permis & permettons, que lorsqu'il y aura quelque avancement en ladite reformation, que la communauté fera actuellement établie, & qu'il verra plusieurs religieux vivans en ladite reformation & affectionnez à icelle, il puisse faire faire election d'aucuns d'iceux, pour exercer ladite charge d'abbé par forme de coadjutorerie pendant ledit temps de trois ans; & iceux finis, en eslire d'autres, pour par ce moyen les duires & enseigner en ce qui est du devoir & exercice de ladite charge, établir davantage l'estat ecclesiastique de ladite abbaye, & que cy-aprés il n'y puisse estre contrevenu. Si donnons en mandement à nos amez & feaux conseillers les gens tenants nostre Grand-conseil, que ces presentes ils fassent registrer es registres de nostre dit grand-conseil, & du contenu en icelles jouir pleinement, paisiblement & perpetuellement nostre dit cousin & les religieux de ladite abbaye, cessant & faisant cesser tous troubles & empeschemens au contraire. Car tel est nostre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre nostre scel à ces presentes, sans en autre chose nostre droit & l'autrui en toutes. Donné à Saint-Germain-en-Laye l'an de Grace M. DC. XXVI. & de nostre regne le XVII. Signé Louis. Et sur le reply, Par le Roy, le Beauclerc. Et à costé est écrit, Visa; & scellées en cire verte sur laes de soye rouge & verte.

Tiré des registres du Grand-conseil, qui enregistra ces lettres le XI. jour de Mars M. DC. XXX.

## X L.

Lettres du Roy Louis XIII. au pape Urbain VIII. pour la triennalité de l'abbaye de S.<sup>te</sup> Genevieve.

TRÈS-SAINTE PERE, sur la remembrance qui nous auroit esté faite par nostre très-cher & bien aimé cousin le cardinal de la Rochebeaucourt abbé de l'abbaye de sainte Genevieve du Mont en nostre bonne ville de Paris, que desirant par luy proceder, suivant nostre intention, à la reformation & retablissement de la discipline reguliere audit monastere, tant pour le respect de nostre dite intention, obligation de la conscience, la gloire de Dieu, le bien de son église, de la religion catholique, apostolique & Romaine, & de cet état; des prières, bonnes mœurs, vie exemplaire & saints exercices des bons religieux, pour l'honneur de la sainte vierge Genevieve, les reliques & memoires precieuses de laquelle sont en celebre veneration en l'église de ladite abbaye, que pour l'édification & consolation publique de nostre ville de Paris, il estoit besoin pour bien établir ladite reformation, la rendre plus ferme & stable, & retrancher à l'avenir les occasions de la relaxation de la discipline reguliere, que la dignité d'abbé fust rendue effective, & exercée de trois ans en trois ans par ceux qui seront élus après le décès ou demission volontaire de nostre dit cousin; ce que luy ayant accordé par nos lettres patentes en forme de declaration du mois de Juin 1626. Nous vous supplions très-saint Pere, & nous requerons, tant & si affectueusement que nous pouvons faire, vostre sainteté; que son bon plaisir soit, à nostre recommandation, priere & supplication, d'octroyer & faire expeller les bulles apostoliques necessaires, suivant & conformement à nosdites lettres, & aux memoires & procurations qui en seront presentées à vostre dite sainteté, laquelle nous fera plaisir très-agreable.

## X L I.

Bulla pape Urbani VIII. confirmantis iudicium reformationem in abbatiam sanctæ Geneviève, electionem ejusdem abbatum singulis trienniis, & congregationis ordinis sancti Augustini reformatæ institutionem.

URBANUS episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quam Dei filius dominus noster Jesus Christus fundavit, regimini sapientia dispositione præsidentes, ad ea libenter pro debito nostri pastoralis officii intendimus, per quem regularis vitæ institutio jam diu à sanctis viris tam pie & religiose inventa & instituta conservetur, & si quid deperire incæperit, dante Domino reformationem suscipiat & in suum præmissum reflorescat statum, ac uberius fructus honorum operum in dies accrescat, & personæ ipsæ regulares secundum regulæ suæ puritatem Altissimo simulantes ceteris Christi fidelibus vitæ & morum exemplo proficere valeant ad salutem; ac ut præmissis facilis optatum consequentium effectum, his que propterea providæ facta compertimus, ut firma perpetuo & illibata permanent, libenter, præsertim cum a nobis principum secularium & S. R. E. cardinalium vota id exposcent, apostolice munimusi adjuvamus firmitatem; ac pias regularium locorum congregationes erigimus, ipsorumque locorum officia & beneficia suppimus, illorumque statum immutamus, prout in Domino consensimus expedire. Sane pro parte christianissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum & Navaræ regis christianissimi, & dilecti etiam filii nostri Francisci iusticiarii S. Calixti sanctæ ecclesiæ presbyteri cardinalis de la

Rochefoucault nuncupati, necnon dilectorum filiorum conventus infra scripti monasterii nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ad aures felicis recordationis Gregorii papæ XV. prædecessoris nostri pervenisset inter alia in multis monasteriis & regularibus locis ordinis sancti Augustini canonicorum regularium in regno Francie existentium a perfecta regularis vite observantia maxime declinatum, dictumque Ludovicum regem plurimum desiderare huic malo salutare reformationis remedium sedis apostolicæ auctoritate adhiberi, idem Gregorius prædecessor noster supplicationibus sibi desuper dicti Ludovici regis nomine porrectis inclinatus, eidem Francico cardinali per suas desuper in forma brevis expeditas litteras dedit in mandatis, ut cum consilio & participatione prætorum & religioforum dicti ordinis, quos ad id idoneos esse iudicaret, omnia & singula dicti ordinis monasteria, domos & alia regularia loca quocumque nomine nuncupata, etiam exempta ac apostolicæ sedis medietate vel immediate subiecta, eorumque abbates, priores, fratres, & personas quascumque, tam in capite quam in membris, auctoritate ipsius prædecessoris visitaret & reformaret, & in eorum statum, vitam, mores, ritus & disciplinam tam consensum quam divinum diligenter inquireret, abusus quoscumque tolleret, regulares institutiones & ecclesiasticam regularemque disciplinam, atque in primis ejusdem ordinis regulam apostolicæ auctoritate confirmatam modis congruis restitueret, & reintegraret, fratrum & religioforum dicti ordinis congregationes erigeret & institueret, aliasque faceret, gereret, & exsequeretur, ad quæ illi plenam & amplam facultatem concessit, prout in dictis litteris continetur. Quapropter idem Franciscus cardinalis qui monasterium S. Genovefæ Parisiensis ejusdem ordinis in commendam ad sui vitam ex concessione & dispositione apostolica obtinuit, in executionem earumdem litterarum, & ad satisfaciendum pie dicti Ludovici regis intentioni, qui cum ad dictum monasterium nominaverat, certa spe de eo concepta fore ut ipse ipsius reformationem, quam illud Ludovicus rex summopere desiderabat, animum adjucceret, idem S. Genovefæ & alia ejusdem ordinis canonicorum regularium monasteria & regularia loca, auctoritate apostolica, cum consilio & participatione nonnullorum ipsius ordinis religioforum visitavit, aut visitari curavit, & in eorum conventibus, adjuvante Domino, reformationem juxta exactam ejusdem ordinis regulam introduxit. Cumque jam in eis juxta reformationem & regulæ præscriptam summa cum populi civitatis Parisiæ (quæ sanctam Genovefæ virginem in patronam & advocatam agnoscit, etiam ad eam in suis adversitatibus recursum habere, ejusque apud Deum intercessionem sibi maxime salutarem sentire, & ad ejus ecclesiam, in qua pretiosissime ejus reliquæ religiosissime servatæ summa cum veneratione habentur, devotionis causa, magna cum frequentia confluere consuevit) itemque aliorum locorum in quibus regularia loca sic reformata consistunt, incolarum spirituali consolatione, cum divini cultus incremento ac ordinis prædicti splendore viveretur; unum plurimum conventuum seu monasteriorum ordinis hujusmodi, inter quæ est monasterium sanctæ Genovefæ Parisiensem congregationem nuncupandam, cum consilio etiam nonnullorum dictæ reformationis & exactæ regulæ observantæ assuetorum, prædicti & aliorum ordinum, singularis doctrinæ & pietatis spectatæque vite religioforum, verum etiam usui & experientia potentium, eadem auctoritate instituit. Et quia rationi consensum videbatur illi de aliquo superiore, cujus auctoritate congregatio ipsa feliciter gubernari posset, provideri, hoc negotio, diu multumque cum religiosis ejusdem consultioribus suis perpento, cum omnibus visum fuerit. . . . . melius quam ex convocatis ex quolibet dictæ congregationis monasterio reformato superioribus seu præfectis unum ex ipsis congregationis religiosi reformati in superiorem cli-

gere, qui nomen & dignitatem abbatis ipsius monasterii sanctæ Genovefæ cum omnibus illius privilegiis, præeminentiis, exemptionibus & immunitatibus in tunc nomen retinens eidem congregationi præfereat, suum ipsius iudicium tot & tantorum virorum auctoritate accommodatam, pro tempore existentem dicti monasterii sanctæ Genovefæ abbatem in dictæ congregationis se, ut præfetur, instituit superiori deputavit. Et, sicut eadem petitio subjungebat, licet ex sola dicti monasterii S. Genovefæ ad strictam & exactam dictæ regulæ S. Augustini (quæ religiosiis suis nullam proprietatem permisit, sed omnia inter omnes jubet esse communia) observantiam reductione & reformatione in illud introducta, videatur ab illius officio claustralibus & beneficiis regularibus ab ipsa dependentibus omnem collativum & proprietarium titulum, qui jam dudum religioforum avaritia in illis introductus fuit, saluatum esse & fore, quia tamen prædictæ regulæ relaxationem & inobservantiam, disciplinæque regularis corruptionem, ceteraque mala, quæ sacrum religioforum ordinem labefactant, inde originem habuisse certum est, quod religiosi qui prædicti sancti Augustini eorum, quos exemplo sanctam paupertatem, quam profecti erant, colere debuissent, avaritiæ & laxioris vite morbo confecti, propriæque status immemores, ab solita profus & eliminata fraterna & religiosa rerum communione, proprietatibus sese addixerunt, etque officia claustralia & alia beneficia regularia uti collativa & propria atque perpetua cum certis & particularibus propriis redditibus, qui a communitate provenerant, obtinere & possidere permillum & toleratum fuit, opere pretium videatur per opportuna illorum tituli collativi in consuetudinem manifestam regulæ transgressione & lesione inducitur suppressionem, illorum imperationis causam tollere, hæcque ratione efficere, ut eorum fructus, qui a communitate seu mensa conventuali provenerant, ad illum redeant, & communibus in reformatione & debita regulæ observantia vivendum (qui per Dei gratiam jam multi, & eadem gratia mediante multo plures deinceps futuri sunt) usus interserviant. Cumque ad prædictæ congregationis bonum regimen, felicemque directionem maxime convenire videatur ut illius superior eandem quam ejus subditi vite normam duca, sciatque quid eis juxta regulæ præscriptam præcipiendum, quidve prohibendum fuerit, & qui officio suo desint, quive satisfaciunt inter noscere possit; id autem nulla convenientiori ratione fieri posse videatur, quam si dignitatis abbatialis dicti monasterii sanctæ Genovefæ status, qui collativus & regis christianissimi nominationi subiectus esse prætenditur (sacrum conventus & religiosi illum esse electivum præstantem, & quotiescumque illius vacationis casus venit, ne se pro spoliatis haberi viderentur, capitulariter congregati ex suo gremio unum religiofum in suum dictique monasterii S. Genovefæ abbatem ad hæc utique tempora elegerint) in vere electivum, quin etiam in triennale statum reducatur; jamque uti id a dicta sede apostolica facillime impetrari valeat, dictus Ludovicus rex, qui prosperis dictæ reformationis progressibus sibi notis letatur ex animo, ut illa, benedicente Domino, in melius quotidie progrediatur, ipseque in id pium opus aliquid sui juris ad Dei gloriam religionique splendorem consulisse, neve suas hac in re partes desiderari permisisset, aut suis juribus parcendo feliciter tanti operis successus aut impedisse, aut retardasse, seu certe quantum in se est non promovisse videatur, per suas patentes litteras, quas in registris consilii sui majoris registrari iussit, omni & cuiuscumque juri nominandi ad dignitatem abbatialem dicti monasterii sanctæ Genovefæ, dum pro tempore vacat, sibi quomodolibet competenti, in favorem dictæ reformationis, & ad hoc ut eveniente illius vacatione, totius congregationis religiosi ad id deputati ad abbatem triennale electionem procedere valeant, renunciavit. Quare pro parte tam Ludovici regis & Francisci cardinalis, quam conventus dicti monasterii

sanctæ

sanctæ Genovefæ, necnon totius congregationis religionum prædicatorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis oportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, statumus & ordinavimus, quod petentes beneficia ecclesiastica alii uniri, tenerentur exprime verum annum valorem tam beneficii uniendo, quam illius cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset, idemque conferretur in quibusvis suppressionibus, extinctionibus, applicationibus & appropriationibus perpetuis, quique sinceris desideramus affectibus, ut ecclesiasticus ordo observantia regulari, sanctimonia vite & claritate morum nostris potissimum temporibus adeo præfulgeat, ut singuli utriusque sexus Christi fideles in eorum exempli vita illuminentur, ac per viam salutis in hoc seculo gradientes, ad cœlestia regna perveniant, conventum dicti monasterii ac ejusdem congregationis religiosorum & eorum singulos a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus & interdictis, aliisque ecclesiasticis sententiis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa laici, si quibus quomodolibet innovandi existunt, ad effectum duntaxat conicquendum harum serie absolutus & absolutos fore sententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem & institutionem dictæ congregationis Parisiensis monasteriorum & regularium locorum ordinis sancti Augustini canonicorum regularium reformatorum & reformatorum per dictum Franciscum cardinalem in vin dictarum litterarum dicti Gregorii prædecessoris, ut præsertim factam, ac omnia & singula in eis juxta formam earundem litterarum disposita, directa & ordinata (dummodo forma dictarum litterarum servata existerit, & alias non) apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbantes & confirmantes, illisque perpetuè & invariabilibus firmitatis robur adjicientes, omnemque & singulos tam juris quam facti & solemnitatum etiam, quantumvis substantialium & de jure requisitarum defectus (si qui quomodolibet interveniri in eisdem) suppletens, in dicta dignitate abbatiali prædicti monasterii sanctæ Genovefæ, cujus fructus, redditus ac proventus ad octingentos florenos auri in libris camere apostolicæ taxati reperiantur, ac in omnibus & singulis illius officii claustralibus & beneficiis regularibus ab eodem dependentibus, non tamen prioribus \* conventualibus, sed simplicibus tantum & per religiosos dicti monasterii obtineri solitis, exnunc prout extunc & contra, postquam dignitatem abbatialem per Francisci cardinalis, ac officia & beneficia hujusmodi, seu eorum aliquod, vel aliqua per cessum, vel decessum, privationem, aut quamvis aliam diminutionem vel amissionem illa nunc obtinentium (quorum omnium & singulorum nomina, cognomina, provisiones & titulos præsentibus pro sufficienter expressis haberi volumus) aut alias ubicumque, etiam apud sedem apostolicam, aut quodcumque pro tempore simul vel successivè, etiam ex eo quod eadem officia & beneficia obtinentes reformationi subijciant, vacare contigerit; etiamsi nunc forsitan dicta dignitas abbatialis, seu dicta officia aut beneficia, seu eorum aliquod vel aliqua, quibusvis modis, quos etiam haberi præsentibus volumus pro expressis, & ex quorumcumque personis vacent, etiamsi ad dictam dignitatem abbatialem consecuerint qui per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, & de ea consistorialiter dispositi consecuerint, seu debeat, illiusque provisione ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertinent; ac tam illa quam officia & beneficia hujusmodi tanto tempore vacaverint, quod dictæ dignitatis abbatialis provisione prædicta, ac officiorum & beneficiorum hujusmodi collatio, juxta Lateranensis statuta concilii, aut quoad dignitatem hujusmodi alias canonicas functiones, ad sedem prædictam legitime devoluta, ipsaque officia & beneficia hujusmodi dispositioni apostolicæ

*Tonus VII.*

A specialiter vel generaliter reservata, non tamen curata, existant; ac super eis inter aliquos his, cujus statum etiam præsentibus haberi volumus pro expresso, pendente inducta, titulum collatiuum, perpetuum & proprietarium, omnemque proprietatem, seu titulum collatiui, proprietarii & perpetui existentiam & substantiam, actum, habitum, qualitates & redolentiam, ita quod ex nunc deinceps collatiua & proprietaria atque imperabilia esse desistant, & de cetero in titulum collatiuum & proprietarium a quocumque cujusvis vacationis aut alio prætextu obtineri aut impetrari, seu quavis etiam apostolica, vel alia auctoritate conferri, seu commendæ, aut juri in dicta dignitate abbatiali, vel ad illam competentem, ad cujusvis favorem cedi, aut officia aut beneficia ipsa ad favorem cujuscumque persone, etiam ex causa permutationis, etiam in manibus nostris, vel aliter Romani pontificis pro tempore existentis resignari aut cedi non possint, & si impetrentur, commendentur & resignentur, quavis etiam apostolica auctoritate conferantur, seu alias de illis uti collatiuis disponatur, omnes & singule impetrationes, collationes, provisiones, commendæ, aut quævis alie dispositiones de illis uti collatiuis titulis, aut proprietariis vel perpetuis factæ, tanquam præter mentionem & intensionem nostram, & propriam dignitatis abbatialis ac officiorum & beneficiorum hujusmodi naturam, essentiam, & qualitates factæ, nullæ & invalidæ existant, nullisque suffragentur aut etiam coram oratorum titulum possidentium tribuant; sed eo ipso quod dignitatem abbatialem ac officia & beneficia ejusmodi, seu eorum aliquod vel aliquis simul vel successivè quovis modo vacare contigerit, absint omnium bonorum, res, proprietatem, fructus, proventus, jura, obventiones & emolumenta quæcumque cum mentis communi & conventuali dicti monasterii sanctæ Genovefæ & alius ejus bonis & fructibus confusantur, confusa intelligantur; adeo ut in dicto monasterio S. Genovefæ succedentibus eidem vacationibus deinceps in perpetuum una duntaxat, nempe communis & conventualis nunciatus existat (citra tamen ullam innovationem in dignitatibus abbatialibus seu prioralibus aliorum monasteriorum seu locorum regularium dictæ congregationis, quæ, ut prius, collatiivæ aut commendatiivæ remaneant) auctoritate & tenore præmissis sine aliquo officia claustralia & beneficia regulariter ad priores obtinentium præjudicio, etiam perpetuo simpliciter & extinguimus. Ceterum quod adventive dictæ dignitatis abbatialis sic sine titulo collatiivo & perpetuo remaneant vacatione, futuri abbas dicti monasterii, qui etiam dictæ congregationis superior & caput existat, electio (servata forma in suislibus electionibus a jure præscripta) ab ejusdem monasterii sanctæ Genovefæ & alius religiosorum aliorumque monasteriorum & aliorum regularium locorum reformatorum dictæ congregationis ad id deputatis, in dicto monasterio S. Genovefæ congregatis fieri debeat, in ejusmodi electione nullus vocem activam & passivam habeat, qui secundum statuta reformationis votum profissionis non emisserit, etiam in dicta reformatione juxta exactam regulæ observantiam non vivat, semperque unus ex religiosis professis & reformatis dictæ congregationis & non alius, in talem abbatem eligi debeat, eique officium triennale seu per triennium duntaxat duret; quo finito ipse abbas ad aliud triennium semel duntaxat confirmari, aut ad aliam novam alterius abbas electionem modo dicto (servatis servandis deveniri debeat; ipse tamen abbas & ejus successores modo & forma præmissis pro tempore eligendi, a munere hujusmodi suscipiendo absoluti de cetero remaneant; præterea ut majori, securiori & ceteriori stabilitati reformationis congregationis hujusmodi consuli possit, eidem Francisco cardinali, ut si sibi expediens videatur, ad electionem unius abbas triennalis dicti monasterii sanctæ Genovefæ semel vel plures successive eligendi deveniri facere possit, ita tamen quod ipse Franciscus cardinalis vita durante in abbatem sic electus se in dicto

R

\* prioribus.

monasterii S. Genovevæ & totius congregationis ejusque personarum & rerum spiritualium & temporalium regimine & administratione intrinsece nullatenus valeat, nisi in quantum & pro eo tempore & modo quo dictus Franciscus cardinalis voluerit & expresse permiserit & extunc tanquam temporaneus coadjutor, seu vicarius duntaxat, & nihilominus pro vero & absoluto dicti monasterii sanctæ Genovevæ abbate trienniali & dicte congregationis superiore generali habeatur, & dicti Francisci cardinalis morte eveniente, triennium hujusmodi tanquam solus & legitimus superior generalis (perfectus) ha ut electio sic dicto Francisco cardinali vivente facta statum electivum dicti monasterii sanctæ Genovevæ abbatis triennialis stabilit, ejusque conventum & congregationem hujusmodi illiusque religiofos in possessionem juris eligendi abbatem vere & non fictè constituit; ipsique congregationi illiusque monasterii, domibus ac superiori generali & aliis superioribus & personis, ipsorumque rebus & bonis, ut omnibus & singulis privilegiis & præeminentiis, prærogationibus, anelationibus, favoribus, indulgitiis, indulgentiis & gratiis, quibus S. Salvatoris Lateranensis necnon Præmonstratensis ordinis & quæcumque alia dictorum, vel quorumcumque aliorum ordinum congregationes, eorum domus ac generales & alii abbates, priores, superiores & ministri & personæ, eorumque res, proprietates & bona quæcumque utantur, fruuntur, potiuntur & gaudent, ac uti, frui, possit & gaudere possint & poterunt quomodolibet in futurum, pariter & pari-formiter, ac abique ulla prolixâ differentia, dummodo tamen sint in usu & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus & concilii Tridentini decretis, aliisque apostolicis constitutionibus non repugnent, uti, frui, possit & gaudere; ulterius eidem congregationi ejusque superioribus & personis ac omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui ecclesie monasteriorum & aliorum regularium locorum dicte congregationis in singulis diebus festivis ejusdem sancti Augustini & ejus conversionis, ac sanctæ Monicæ, necnon titulariorum, seu patronorum singulorum monasteriorum & regularium dicte congregationis, ac Dominica Quinquagesimæ & duobus sequentibus diebus vere penitentis & confessi, ac sacra communione refecti visitaverint, præque ad Decem preces pro sanctæ matris ecclesie exaltatione, hæresicon exirpatione, ac pro tempore excellentis Romani pontificis & regis christianissimi salute, necnon christiano principum concordia effuderint, ut plenam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequi possint & valeant, eidem auctoritate & tenore etiam perpetuo concedimus & indulgemus. Insuper dicto Francisco cardinali quoad vixerit, & post obitum ejus abbati pro tempore existenti & capitulo generali dicte congregationis, ut quocumque sibi expediens videbitur, quæcumque statuta & ordinationes felix regiminis, gubernationem, directionem & administrationem dicte congregationis illiusque monasteriorum & aliorum regularium locorum, personarum & honorum concernentia, licita tamen & honesta, sacrisque canonibus & constitutionibus apostolicis, concilii Tridentini decretis hujusmodi minime contraria edere & condere, illaque, quoties pro rerum & temporum qualitate expediens videbitur, revocare, alterare, mutare, modificare, & alia de novo condere possint & valeant, quæ postquam sic de novo condita fuerint, eo ipso apostolica auctoritate approbata censentur, & ab eis ad quos spectabit sub prelo in eis insigendis ad unquam observari debeant, licentiam, facultatem similiter & auctoritatem impertimur. Denique easdem præfatas literas, etiam ex eo quod causa seu causæ propter quas illæ a nobis emanarunt, justitiatæ seu veritatis & prædictorum officiorum seu beneficiorum possessoribus, aut alii interesse forsan habentes, seu habere prætendentes ad hoc vocati non fuerint, seu quavis alia de causa de subtractionis vel obreptionis seu nul-

latis vitio ad intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari seu impugnari, aut adversus illas quocumque juris aut facti remedium peti vel impetrari (contingit) impetrari, vel etiam motu proprio concessis quæcumque uti non possit, minimeque sub quavis litem vel diffinitum gratiarum revocationibus aut aliis contrariis dispositionibus comprehendari, sed tanquam relevationem religionis concernentes semper ab illis excipi, ac perpetuo validas & efficaces fore, sicque per quocumque iudices quavis auctoritate fungentes judicari & definiti debere; & si fecus sit hæc a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus, nonobstantibus prioribus voluntate, statuto & ordinatione nostris aliisque præmissis ac Lateranensis concilii novissime celebrati unionis perpetuis nisi in casibus a jure expressis fieri prohibentis, & aliis constitutionibus & ordinationibus apostolicis, & sanctæ Genovevæ & aliorum dicte congregationis monasteriorum seu aliorum regularium locorum & dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod fructus quatuordecim locorum Monis-fidi non vocabilium de Urbe ad favorem dicte congregationis tantaniam tam hoc præcæni binetili decursi, quam in posterum decurrendi, ad effectum ex eisdem fructibus per modernum, cui ad hoc patentes literæ locorum Monis hujusmodi realiter consignatæ noventur, & pro tempore existentem cameræ ac cancellariæ apostolicæ, generalem collectorem exigendi, communi dicti monasterii sanctæ Genovevæ & alia jura illius ratione debita juxta ejusdem taxam in literis cameræ apostolicæ, ut præsertim, descriptam, singulis quindecim annis a data præsentium compandam realiter persolvendi & pro solutione ipsa obligati & hypothecati remaneant; & eveniente quocumque die horum locorum extractione seu extinctione, statim illorum pretium in aliis locis Montium non vocabilium de dicta urbe similis redditus ad eundem effectum per dictum collectorem insolvatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, defectuum suppressionis, suppressionis, extinctionis, concessionis, indulgiti, impationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare presumerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ M. DCXXXIII. tertio nono Februarii pontificatus nostri anno XI. *Signé de plusieurs seings; Et sur le reply: D. Nicolas, Vicaire, N. Ursinus; Et scellé du scel de plomb en lacs de soye rouge & jaune. Plus est écrit: Registratum in cancellaria apostolica, Et signé, Camillus Fundatus.*

Registree es registres du grand-conseil du Roy, suivant les charges portées par l'arrêt donné en l'cluy le dernier d'Aoult M. DCXXXIV. Tiré du registre du grand-conseil. Exscripta ex tomo 4. hâll. Paris. p. 90.

## X L I I.

*Deciso capituli generalis congregationis canonicorum regularium Gallicana dicte, in gratiam Caroli Faure nuper ejusdem superioris generalis.*

ANNO Domini 1640. die autem 31. Octobris 1640. convocato generali capitulo, secundum ritum his in rebus servari solitum, superiorum omnium ejusdem ordinis ejusdemque congregationis consilium habituro

*a Hæc conditio fit in vita parisi Favre primi superioris generalis canonicorum regularium reformata congregationis Gallicæ scripta expressimur libro secundo. La bulle fut expédiée le troisieme l'evrier 1614. à la charge de fournir dix-huit mille livres pour acheter des fonds avec le Mont insinuable de la Foy, qui rendroient tous les quinze ans la somme de trois mille cent cinquante livres, pour tenir lieu de droits d'annate de l'abbaye de sainte Genevieve.*

super his que tum ad tuendum, tum ad promovendum ejusdem congregationis bonum pertinent. Notum in primis cum sit reverendissimum patrem Carolum Faure non potuiffé juxta tenorem bullæ erectionis & confirmationis congregationis antedictæ ultra promoveri in abbate coadjutore sanctæ Genovefæ Parisiensis & superiorem generalem congregationis ejusdem, cum jam in prædictis officiis duplex triennium consequenter impleviffet, nisi alio interposito triennio, eandem nihilominus congregationem detrimenti non parum passuram, si regimen dictæ congregationis e manibus ejus auferretur, utpote qui eam sexdecim & amplius annis ab ipsis ejusdem congregationis eximii summa cum prudentia & ardentissimo zelo rexiffet, atque ad id sanctitatis culmen quod pateret omnium oculis feliciter evediffet, quem deinde non aliter quam ut pastorem optimum & patrem amatissimum intuerentur omnes ejusdem congregationis filii, cui omnes omnino ceu membra corpori & corpus capiti per indissolubile dilectionis vinculum adhererent, quem prorogare communis omnium esset voluntas, sola prohiberet potestas, cujus ad extremum sub auspiciis & prorogato regimine, sublato licet coadjutoris abbatii & superioris generalis nomine, antedicta congregatio posset ad eum qui summus est perfectionis gradum peringere, communi omnium sensu atque voluntate decretum est ut idem reverendus P. Carolus Faure antea coadjutor abbas & superior generalis ejusdem congregationis, nonobstante proxime facta reverendi patris Francisci Boulart electione, antedictæ congregationis commissarius generalis postmodum nominaretur, & fit ad ea præstantia omnia que huic officio apta & idonea esse censetur, ac primum ut omnia & singula ejusdem congregationis monasteria visitare, superiores & officarios ordinare atque amovere, errantes corrigere atque emendare, ad vestitum & professionem, qui idonei reperti fuerint admittere, qui minus idonei dimittere, contractus & alia que ad unienda de novo eidem congregationi monasteria spectant perferre, superiores monasteriorum jam dictæ congregationis quos & ubi melius duxerit, si quando necesse atque utile sit convocare, & ea que nãg ad profectum jam dictæ congregationis erunt, iidem consulere atque præscribere, item scholas philosophicas atque theologicas instituire atque ordinare, seminaria jam stabilita dirigere & stabilienda decernere, ac denique ea omnia præstare & statuire que nãg ad profectum jam dictæ congregationis facere videbuntur jure & cum plena auctoritate, obstant nemine, nullo renitente valerent atque valeant. Adhuc in eodem capitulo generali, approbatum confirmatumque anno, mensis & die supradictis.

Præterea ejusdem capitulo generalis consilio & deliberatione statutum est ut idem reverendus pater Franciscus Boulart jam electus, nihil quod sit alicujus ponderis ac momenti ad regimen jam dictæ congregationis pertinens aut suscribere aut perferre quocumque modo possit nisi consulto & annuente ipso reverendissimo patre Carolo Faure. Adhuc in eodem capitulo generali apud sanctum Genovefam in Monte Parisiensis habito. Approbatum confirmatumque anno, mensis & die jam dictis.

### X L I I I.

*Démiffion de M. le cardinal de la Rochefoucault du titre abbatial de sainte Genevieve, du 3. Fevrier 1644.*

1644.  
Recoll. capi-  
tals S. Genov.

Aujourd'huy 3. jour de Fevrier 1644. deux heures de relevée, les reverends abbé-coadjuteur, religieux, prieur & convent de l'abbaye de S.<sup>te</sup> Genevieve de Paris, de la congregation des chanoines reguliers de l'estroite observance de l'ordre de saint Augustin en France, ayant esté convoquez & assemblez par Monseigneur l'Éminentissime cardinal de la Rochefoucault abbé de ladite abbaye, pour traiter capitulairement des

*Tomus VII.*

Affaires, tant de ladite abbaye que de ladite congregation, se sont trouvez presens mondit seigneur le cardinal de la Rochefoucault abbé susdit, le R. P. Charles Faure estu abbé-coadjuteur dudit seigneur le cardinal en ladite dignité d'abbé en ladite abbaye, & general de ladite congregation (*juivent les noms des chanoines reguliers presens*) tous religieux profez, tant de ladite abbaye que de ladite congregation, mondit seigneur le cardinal de la Rochefoucault a dit & representé qu'en l'année 1619. le feu roy Louis XIII. d'heureuse memoire, ayant voulu qu'il acceptast la nomination que Sa Majesté vouloit faire de sa personne pour estre pourvu de ladite abbaye, lors vacante par le decez de son predecesseur, afin d'y restablir l'observance reguliere dudit ordre, que Sadite Majesté avoit scû y estre notablement relasché, & que ce commandement luy ayant esté reiteré, il luy sembla ne pouvoir sans interest de sa conscience différer de s'otmettre son obéissance à ce pieux desir de Sa Majesté, & d'y contribuer de tout ce qui dependoit de luy par l'autorité & les moyens que Sadite Majesté luy en offroit; & ayant pris dellors conseil de plusieurs personnes bien crendues en cette matiere, & Sadite Majesté bien informée qu'entre les plus puissans moyens pour affermir une bonne regularité, estoit celuy de rendre ladite dignité d'abbé effective de temps en temps en la personne de quelqu'un des religieux qui auroit accepté la reformation, & qui vivroit en l'entiere observance d'icelle; elle fist expedier ses lettres patentes du mois de Novembre 1626. depuis enregistrées au Parlement en Juillet 1627. & au Grand-conseil en Mars 1630. par lesquelles Sadite Majesté continuant de faire connoître par les effets cette sienne premiere & pieuse intention, se démit en faveur de ladite reformation, du droit qu'elle avoit ou pouvoit prétendre à la nomination de ladite abbaye, & voulut qu'avenant le decez ou la démission volontaire dudit seigneur cardinal, ladite dignité d'abbé fust effective de trois ans en trois ans, ainsi que plus au long est contenu esdites patentes; que Dieu avoit donné de si favorables succés aux pieux desirs de Sa Majesté, que non-seulement ladite abbaye avoit esté restablée en son entiere observance, mais aussi qu'elle s'estoit provignée en grand nombre de monasteres dans l'estendue du royaume, desquels il avoit en qualité de commissaire apostolique, établi une congregation confirmée depuis par bulles de nostre S.<sup>t</sup> Pere, enregistrées audit Grand-conseil en Aoust 1634. énoncatives desdites lettres patentes de Sa Majesté; pour laquelle affermir de plus en plus, cy-devant il leur a plusieurs fois temoigné le dessein qu'il concevoit de leur remettre l'entiere direction du spirituel & temporel de ladite abbaye, & que maintenant après avoir bien considéré l'exemple que Sadite Majesté luy en avoit laissé, lorsque par l'aspect du simple service de Dieu il quitta son propre interest en se démettant du droit de nomination de ladite abbaye, il ne se trouvoit pas moins obligé de remettre purement & simplement le sien à la personne dudit R. P. Charles Faure à present son coadjuteur en ladite abbaye, pour y finir & achever la triennalité en qualité de seul abbé d'icelle, & de superieur general de ladite congregation; & pour estre après ledit temps, procédé à nouvelle election d'un autre abbé & superieur general de ladite congregation pendant trois autres années, conformément auxdites lettres patentes, bulles & reglemens du chapitre general, ainsi que depuis ledits enregistrements de bulles & lettres patentes, il a esté fait par eux en sa presence, aux autres elections precedentes desdits coadjuteurs, & non autrement; qu'à ce sujet il les avoit assemblez pour leur faire entendre son intention, afin qu'ils eussent à aviser ce qui seroit à faire pour le plus grand bien de ladite abbaye & congregation en l'exécution d'icelle: A quoy par ledit R. P. Charles Faure susdit, a esté très humblement respondu que le zele & les foins que mondit seigneur le cardinal a apportés depuis tant

R ij

d'années pour le reſtaſſement de l'obſervance régulière de leur ordre dans ladite abbaye & dans tous les autres monaſteres de ladite congregation, eſtant très certainement au deſſus du pouvoir de les expliquer, fans trop abuſer de l'honneur qu'il leur faiſoit & de la patience, les obligant à en avoir des reſſentiments bien tendres, & à l'en remercier en toute humilité, au nom de tous les religieux de ladite abbaye & congregation, particulièrement en vûe de cette faveur dernière dont il vouloit l'honorer pour affermir en icelle la pieté & religion, & qu'il pouvoit aſſurer ſon Eminence, que tous les religieux de ladite abbaye, après leurs très-humbles remerciements, eſtoient très contents & deſireux, qu'il ſe reſervât telle portion des fruits de ladite abbaye qu'il jugeroit à propos, & qu'ils ſupplient en leur nom ſainte Eminence, d'en ordonner, que pour temoignage à l'avenir de ce qui s'eſtoit paſſé en cedit chapitre, ce preſent acte en fuſt dreſſé & ſigné, pour demeurer entre ſes mains, tant qu'il lui plairoit. Ce qui a eſté fait par le P. Jacques Mocquot ſecrétaire du chapitre, & ſigné par monſieur ſeigneur le cardinal & par tous leſdits religieux, les jour & an que deſſus.

*L'acte eſt ſigné de 26. religieux.*

## X L I V.

*Brevet de Louis XIV. en faveur de ſainte Genevieve, &c.*

1644. **A**ujourd'hui 30. du mois de Juin 1644. le roy eſtant à Rueil, ſur ce qui a eſté representé par monſieur le cardinal de la Rochefoucault abbé de l'abbaye de ſainte Genevieve ordoſe de ſaint Auguſtin à Paris, que le feu roy ſon pere de glorieuſe memoire, avoit par ſes lettres patentes du 26. Novembre 1626. veſtités en ſa cour de Parlement de Paris & en ſon Grand-conſeil, conſenti & approuvé la ſuppreſſion du titre d'abbé perpetuel de ladite abbaye, & ſe feroit départi pour luy & ſes ſucceſſeurs roys, du droit de nomination d'abbé de ladite abbaye, pour eſtre d'autant mieux maintenu dans la reforme qui y a eſté eſtablie par monſieur ſieur le cardinal, & eſtre ledit titre & dignité d'abbé, après le deces ou deſſignation volontaire dudit ſieur cardinal, remis en regle & titre eſſentiel de trois ans en trois ans, en la forme mentionnée aux dites lettres, avec pouvoir audit ſieur cardinal de faire proceder de ſon vivant, à l'eſlection d'un abbé-coadjuteur de trois ans en trois ans; en conſéquence de quoy, & des bulles pour ce obtenus en cour de Rome le 3. Fevrier 1633. les eſlections deſdits abbez-coadjuteurs auroient eſté faites en chapitres generaux des chanoines reguliers de S. Auguſtin reformez de la congregation de France, tenus es années 1634. 1637. 1640. & 1643. ledit ſieur cardinal ſuppliant très-humblement Sa Majeſté de vouloir confirmer leſdites lettres poſentes, & admettre la deſſignation dudit titre & qualité d'abbé perpetuel de ladite abbaye, enſemble des fruits & revenus d'icelle en faveur deſdits religieux, à la reſerve ſpecifiée par ſa procuration du 15. jour de Mars 1644. paſſée pardevant d'Orléans & Chalon notaires au Châtelet de Paris; à quoy Sa Majeſté ayant eſgard, & voulant contribuer de tout ſon pouvoir au bien de ladite abbaye & à la manutention de ladite reforme, à l'imitation de la pieté & devotion ſingulière du feu roy ſon pere, deſirant auſſi temoigner à monſieur le cardinal de la Rochefoucault l'eſtime qu'elle fait de ſa perſonne & de ſes bons & pieux deſſeins, & le gratifier & traiter favorablement en toutes occaſions, Sa Majeſté de l'avis de la reine regente ſa mere, & en tant que beſoin ſeroit, agréé, approuvé & confirmé tout le contenu aux dites lettres patentes du 26. Novembre 1626. bulles du 3. Fevrier 1633. & arreſts de vérification d'icelles: Veut & entend conſormement à icelles, que le titre d'abbé perpetuel de ladite abbaye de ſainte Genevieve demeure eſteint & ſupprimé à toujours, &

qu'au moyen de la deſſignation volontaire que ledit ſieur cardinal en fait à preſent, enſemble des fruits & revenus de ladite abbaye en faveur deſdits religieux, laquelle Sa Majeſté a agréée & approuvée, ledit titre & dignité d'abbé de ladite abbaye demeure eſſentiel, pour eſtre procedé à l'eſlection d'icelui abbé par les religieux reformez, tant de ladite abbaye que de ladite congregation de France dudit ordre de ſaint Auguſtin, & ſjour dudit titre & dignité d'abbé par ccluy qui ſera eſlu, conformement aux dites bulles, lettres patentes & arreſts de vérification d'icelles, qu'elle veut eſtre executées ſelon leur forme & ſens, & que leſdits abbé & convent de l'abbaye de ſainte Genevieve jouiſſent de tous les fruits & revenus de ladite abbaye, à la reſerve d'une partie d'iceux, ainſi qu'ils ſont plus au long-declaré & ſpecifié par ladite procuration, m'ayant Sa Majeſté commandé d'expedier toutes lettres pour ce neceſſaires, tant en cour de Rome qu'ailleurs, & cependant le preſent brevet qu'elle a ſigné de ſa main, & fait contresigner par moy ſon conſeiller-ſecrétaire d'eſtat & de ſes commandemens & finances. *Signé Louis. Et plus bas, le Tellier.*

## X L V.

*Lettre du cardinal de la Rochefoucault au marquis de Saint-Chaumont ambassadeur pour le Roy à Rome.*

**M**onſieur, j'envoye à Rome les expéditions neceſſaires d'une affaire déjà approuvée par le pape, & confirmée de l'autorité du roy, de ſorte qu'il n'eſt plus queſtion que de l'execution de ce qui a eſté ordonné par ſa Sainteté & par Sa Majeſté qui l'ont ainſi voulu pour la gloire de Dieu & pour le ſervice de ſon eſglie, & parce que mon nom y eſt, j'ay intereſt qu'il ſoit bien expedie; c'eſt pourquoy je vous prie de le repreſenter de ma part à M M. les cardinaux neveux à qui j'en eſcris, & d'y joindre ce que vous droit voſtre propre connoiſſance & la devotion particulière que vous avez à ſainte Genevieve, qui y a un notable intereſt: elle demandera à Dieu recompensé pour vous, & moy je le prierai, Monſieur, qu'il vous comble de ſa ſainte grace. A Paris le 3. jour d'Aoult 1644.

*Voltre-très-affectionné oncle & ſerviteur.  
Signé François cardinal de la Rochefoucault.*

## X L V I.

*Acte d'eſlection du R. P. Blanchart à la charge d'abbé-coadjuteur du cardinal de la Rochefoucault en l'abbaye de ſainte Genevieve, du 10. Decembre 1644.*

**L**E chapitre general de l'ordre des chanoines reguliers de l'ordre de ſaint Auguſtin de la congregation de France, legitiment & canoniquement aſſemblé & convoqué dans l'abbaye de S. Genevieve au Mont de Paris, à tous ceux qui ceſ preſentes lettres verront, ſalue. Le deces du R. P. Charles Faure, d'heureuſe memoire abbé-coadjuteur triennal de ladite abbaye ſainte Genevieve, & ſuperieur general de ladite congregation, eſtant arrivé en ladite abbaye des le 4. jour de Novembre de la preſente année 1644. & eſtant neceſſaire pour le bien de ladite congregation d'eſlire un religieux d'icelle congregation en la place dudit deſſus, tous les ſuperieurs & deputez des monaſteres de ladite congregation ont eſté uſandez & convoquez par l'ordre & mandement de monſieur l'eminentiſſime cardinal de la Rochefoucault abbé de ladite abbaye, pour ſe trouver en icelle le 24. dudit mois de Novembre, en la maniere accouſtumée; auquel jour n'ayant pu eſtre procedé à ladite eſlection, l'aſſemblée auroit eſté renvoyée au 29. du meſme mois,

a Sçavoir les cardinaux Berwin & Antonio Les deux lettres qui leur eſtoient adreſſées, eſtoient du 3. Aoult 1644.



attendans aucuns des deputez dudit chapitre, qui n'avoient pu se rendre assez tost, à cause de la distance des lieux; auquel jour 29. n'ayant encore pu estre procedé à ladite election, elle seroit derechef esté remise à ce jourdhuy 10. du mois de Decembre, auquel jour tous les peres capitulans, sçavoir, &c. estant assemblez au lieu du chapitre en la forme & maniere accoustumée, ont tous esté d'avis de deputer vers mondit seigneur l'eminentissime cardinal de la Rochefoucault abbé de ladite abbaye, pour remontrer à son éminence que tous les superieurs & deputez des monasteres estant à présent arrivez & assemblez au lieu du chapitre, attendoient les ordres pour proceder à l'election, le supplians en tout respect & humilité, de les vouloir honorer de sa presence pour presider à ladite election; sur quoy son éminence auroit fait réponse qu'elle desiroit que tous les peres se transportassent dans l'une des chambres du logis abbatial, pour proceder en sa presence à ladite election, son grand âge & indispositions ne luy permettant pas de se trouver au lieu ordinaire du chapitre, & leur rapport oüy . . . . . tous ledits peres se sont processionnellement transportés en ladite maison abbatiale, où estant arrivez, ledit seigneur cardinal a representé en termes fort affectifs, l'importance de l'écion presente, tant à la gloire de Dieu & à l'édification du public, qu'au bien general & particulier de toute la congregation, exhortant tous ledits peres, d'estre celuy qu'ils croiroient en consciencé estre le plus propre pour la charge d'abbé-coadjuteur triennal de ladite abbaye, & superieur general de ladite congregation, le tout en execution & suivant les bulles de N. S. P. le pape Urbain VIII. d'heureuse memoire du mois de Fevrier 1634. sans préjudice du droit acquis à ladite congregation par la démission, quittement & délaïement fait du titre abbatial de ladite abbaye, aux conditions, clauses & reserves contenues en sa procuracion du 15. Mars de la presente année, laquelle procuracion a esté envoyée en cour de Rome, dont on n'a pas encore reçu les expéditions, à cause de la vacance du saint siege, & multiplicité des affaires s'y sont rencontrées, & ce en la meilleure forme & plus avantageuse pour ladite congregation, que faire se pourra; dont ayant esté très-humblement remercié par la compagnie, &c. (On décrit ensuite la forme & le detail de l'écion) Ce fait, ledits religieux ont reconnu le R. P. François Blanchart legiblement & canoniquement élu pour abbé-coadjuteur triennal de ladite abbaye, & superieur general de ladite congregation, suivant & en execution des bulles, & sans préjudice au droit acquis à ladite congregation, & reserves pour mondit seigneur, comme dessus; ce que ledit P. François Blanchart s'estant prosterné devant tous, a humblement accepté, & ensuite tous ledits peres capitulans sont sortis de ladite chambre processionnellement, ledit P. François Blanchart estant ensuite d'iceux conduit pour aller au lieu du chapitre ordinaire & à l'église de l'abbaye parachever le reste de la ceremonie, & incontinent au son de sa cloche dudit chapitre & de ladite église, tous les religieux conventuels de ladite abbaye font descendus audit chapitre, chacun desquels a esté pendant le cantique *Tu Drum*, reconnoître ledit P. François Blanchart qui estoit au lieu plus digne du chapitre, & se mettant à genoux devant luy l'un après l'autre, ont reçu de luy le baiser de la paix; ce qu'ayant fait jusqu'au dernier inclusivement (tant des capitulans que des conventuels) ils sont sortis dudit chapitre, & sont allez processionnellement dans ladite église, en chantant le psalme *Magnus Dominus*, item le psalme *Ecce quam bonum, &c.* A la fin de la ceremonie ledit P. François Blanchart a donné la benediction solemnelle à tous les religieux qui s'estoient mis à genoux pour la recevoir, & à tout le peuple.

Fait & passé les jour & an, & au lieu que dessus.  
Ce chapitre estoit composé de 54. capitulans, le cardinal non compris.

## X L V I I.

## Mandement pour un chapitre general.

Nous frere François Blanchart superieur general des chanoines reguliers de saint Augustin de la congregation de France, abbé triennal coadjuteur de Monseigneur l'eminentissime cardinal de la Rochefoucault en l'abbaye de sainte Genevieve du Mont à Paris. A nos venerables confreres prier & religieux de N. . . . . paix & charité en nostre Seigneur. Peu de jours après la separation du dernier chapitre general, nous reçûmes les signatures de cour de Rome, intervenues sur le concordat & procuracion passées entre mondit seigneur le cardinal y dénommé abbé de ladite abbaye de sainte Genevieve, & nostre deffunt R. Pere Charles Faure d'heureuse memoire, & les prier & religieux de ladite abbaye, lesquelles ayant communiqué à nos venerables confreres nos affidans & au Conseil élu, ont esté trouvées en bonne & dûe forme, & de très-grande importance au bien de ladite congregation & de ladite abbaye, & pour l'entiere execution des bulles de suppression du titre perpetuel de ladite abbaye, & affermissement de l'écion du titre triennal d'icelle, qu'il estoit à propos d'assembler derechef ledit chapitre general, à celle fin d'estre en iceluy un nouveau titulaire & abbé triennal de ladite abbaye, ou autrement y pourvoir, s'il est jugé expedient; pour ce vous mandons & enjoignons que vous ayez à élire ou députer l'un d'entre vous, ou autre tel des religieux que bon vous semblera, pour assister audit chapitre general de nostre dite congregation, que nous assignons aux fins que dessus, en ladite abbaye sainte Genevieve au 13. du mois de Fevrier de la presente année, avec le prier de vostre communauté, ou autre par luy député en cas d'empêchement suffisant, pour proceder avec les autres prier & deputez de ladite congregation, à une nouvelle election, ou autrement y pourvoir comme il sera trouvé plus expedient pour la gloire de Dieu & le bien de nostre dite congregation, &c. en tant que besoin sera, confirmer & approuver la reserve faite par ledit seigneur cardinal fa vie durant, & choses mentionnées audit concordat, s'il le desire, & pourvoir aux autres affaires de ladite congregation.

Fait en ladite abbaye de sainte Genevieve du Mont à Paris, le onzieme Janvier 1645. sous nostre signe & scel de nostre office.

Signé F. François Blanchart.

Et plus bas, Par commandement du R. P. General, F. Jacques Moquot.

## X L V I I I.

## Acte d'écion du R. P. François Blanchart à la charge d'abbé de sainte Genevieve.

LE chapitre general des chanoines reguliers de l'ordre de saint Augustin de la congregation de France, canoniquement assemble au nom de Dieu, en l'abbaye de sainte Genevieve au Mont de Paris, le 13. Fevrier 1644. à tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut en nostre Seigneur. Le décès du R. P. Charles Faure abbé-coadjuteur triennal de ladite abbaye, & superieur general de ladite congregation, estant arrivé le 4. Novembre dernier, le mesme chapitre general fut incontinent après convoqué en ladite abbaye, pour y estre procedé à l'écion d'un successeur esdites dignitez, en la maniere accoustumée, ce qui fut heureusement executé avec l'assistance divine le 10. du mois de Decembre ensuivant, le R. P. François Blanchart l'un des religieux de ladite congregation, y ayant esté élu & institué coadjuteur abbé triennal de ladite abbaye, & superieur general de ladite congregation, sans préjudice néanmoins, du droit acquis audit chapitre general, d'estre un abbé titulaire triennal absolu de ladite

R iij

abbaye, & superieur general de ladite congregation, apres qu'il auroit reçu provisions de cour de Rome sur la cession & delaisement y fait au profit de ladite congregation, du titre perpetuel de ladite abbaye, ou de tout & tel droit ou qualite qu'y avoit ou pouvoit pretendre depuis la suppression d'iceluy titre, Monseigneur l'eminentissime cardinal de la Rochefoucault, cy-devant abbé de ladite abbaye, & à present reservataire de partie des fruits d'icelle, le tout suivant la transaction & procuracion fur ce passees par son éminence, le 15. Mars 1644. C'est parquoy le R. P. abbé-coadjuteur, & superieur general, inconvenient apres la separation dudit chapitre general, ayant reçu lesdites expéditions de cour de Rome, pour satisfaire aux saintes intentions de son éminence, qui comme un autre saint Augustin, a d'authorité apostolique, instruit ladite congregation, restablir la discipline reguliere en bon nombre de monastères dudit ordre en ce royaume; & afin d'exécuter entierement & parfaitement les bulles & autres provisions du saint siege apostolique, obtenus à l'instance prieur du defunt roy Louis le Juste, & de son éminence, les lettres patentes de Sa Majesté, & les arrets de la cour du Parlement & du Grand-conseil, touchant ladite suppression du titre perpetuel de ladite abbaye, & conversion d'iceluy en titre triennal ecclésiastique, & en ce faisant, affermir le droit & possession d'estre absolument par ledit chapitre general, un abbé triennal de ladite abbaye; iceluy reverend pere par son mandement du 11. Janvier dernier, a mandé & convoqué tous les superieurs & députés des maisons conventuelles de ladite congregation, pour se trouver audit monastère de sainte Genevieve cejourd'uy 13. du present mois de Fevrier, afin d'y proceder à l'election, non plus d'un abbé-coadjuteur, mais d'un abbé titulaire triennal, suivant & en execution des bulles, signatures, lettres patentes ou arrets, ou autrement y estre pourvû: Sur quoy lesdits superieurs & députés comparans au chapitre de ladite abbaye au son de la cloche, environ les sept heures du matin (suivent les noms, apres quoy il est parlé de la messe du saint Esprit, & des sermens usitez en pareil cas; item de la lecture des nouvelles expéditions de Rome) ledit R. P. Blanchart ayant representé l'importance du sujet de la convocation, a dit & déclaré que pour mettre le chapitre general en plein droit & pouvoir d'estre & instruire un abbé triennal titulaire de ladite abbaye, il remettoit très-volontiers & de bon cœur entre leurs mains, la dignité d'abbé-coadjuteur triennal de ladite abbaye avec la superiorité generale de ladite congregation, pour y estre presentement pourvû ainsi qu'il sera jugé plus expedient pour la gloire de Dieu, bien & utilité de toute ladite congregation; sur quoy tous & chacun des peres dudit chapitre, d'une commune voix à mesme instant & par voye d'inspiration, ayant supplié ledit R. Pere quittant sa place, de la reprendre, & dit qu'ils ne croyent pas qu'il eust esté necessaire de proceder à une nouvelle election, & que par la precedente \* le titre triennal de ladite abbaye, & la qualite de superieur general en ladite congregation luy avoient esté acquises pour trois années entieres & consecutives; & néanmoins ayant vû la presente demission par luy faite, & en temps que besoin seroit ou pourroit estre, ont dit d'une commune voix, & sans contredit d'aucun, qu'ils estoient d'eschef le susdit R. P. François Blanchart pour leur abbé titulaire & triennal de ladite abbaye de sainte Genevieve, & superieur general de ladite congregation, pour le temps qui reste à expirer desdits trois ans; & se prosternant tous avec grande humilité & reverence, ont supplié & requis ledit R. P. François Blanchart, ainsi élu, d'accepter presentement ladite election, & en signe de ce, leur donner la benediction. Ce que vû & entendu, ledit R. P. abbé & superieur general ainsi élu, pour obeir audit chapitre general, a humblement accepté ladite election, & s'estant remis en sa place abbatiale pour satisfaire au desir de tous lesdits capitulants, il leur a donné la benediction par eux requiû.

\* Du 10.  
Decembre  
1644.

A Le reste de la ceremonie a esté à peu près le mesme que le 10. Decembre precedent. Voyez l'acte à ce sujet. Il y avoit 36. capitulants à cette assemblée de 1645.

## X L I X.

Abbas S. Genovefa conservator privilegiorum, &c. vicegerentem nominat.

F. Franciscus Blanchart presbyter religiosus ex-1645.  
F. presse professus ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, incluy monasterii sancte Genovefae in Monte Parisiensi ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, abbas iudex & conservator una cum quibusdam aliis nostris collegis, cum illa clausula *quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium, &c.* privilegiorum plurimorum diversis monasteriis, variis ordinibus, communitatibus, capitulis & personis a sancta sede apostolica indultorum ab eadem sede specialiter deputatis, necnon dicti ordinis congregationis Gallicanae praepositi generalis, dilecto nobis in Christo fratri Francisco Boulart presbytero religioso similiter expresse professio dicti ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, in praedicto nostro monasterio S. Genovefae existentis & residentis (nostro in praefate congregationis gubernatione assistenti primario) salutem in Domino. De tuis probitate, vitae honestate, morum conversatione laudabili & illibata fama, necnon sufficientia & capacitate ac experientia in rebus gerendis & exercendis sperante informati, & plurimum in Domino confidentes sperantem quod ea que tibi duxerimus committenda, illa ipsa sedulo & fideliter adimplere curabis, idcirco te nostrum vicegerentem pro conservatorem in curia & jurisdictione conservations praedictorum privilegiorum apud dictum nostrum monasterium sancte Genovefae cum omnibus & singulis functionibus & exercitiis vicegerentibus praedictis tuis pro aequitate bono & complemento iustitiae concessis & attributis ac exerceri solitis nominamus. Datum Parisiis sub signo nostro manuali & sigillo dictae curiae conservations & chirographo scribae fidei actualis ejusdem curiae anno Domini 1645. 25. mensis Maii, &c.

## L.

D Lettres patentes en forme d'edit, du mois d'Octobre 1679. sur les benefices.

Louis par la grace de Dieu, Roy de France & 1679.  
de Navarre, à tous presens & à venir, salut. Le gouvernement des cures regulieres faisant une partie considerable de la discipline ecclesiastique, Nous avons jugé digne de nos soins de travailler à restablir dans les paroisles affectées aux chanoines reguliers de saint Augustin, l'ancien ordre qui estoit observé pour l'institution & revocation de ceux qui en estoient & seroient cy-apres pourvûs, afin qu'estant reglés suivant les statuts des congregations dont elles dependent, elles ne pussent à l'avenir estre desservies que par des religieux qui edifficassent le public par leur doctrine, par leur bonne vie & par leurs bonnes moeurs: c'est ce qui nous a obligé d'ordonner par arret de nostre Conseil d'estat du 15. avril dernier, que conformement à l'article cinquieme des statuts generaux des religieux de la congregation de France, les chanoines reguliers de ladite congregation pourvûs de cures ou autres benefices ayant charge d'ames, pourroient estre revocquez & retirez de leurs benefices, & envoyez en des monastères de la congregation par le chapitre ou superieur general d'icelle, ou mesme pour le bien & avantage de l'ordre, s'il y estoit, du consentement toutefois des eveques, dans les diocèses desquels les prieurez - cures seroient situees, & non autrement. Ce que nous aurions estimé d'autant plus necessaire, que c'est un moyen d'empescher que les religieux ennuyez de la discipline reguliere,

ne le fassent cy-après pourvoir par faveur ou autrement, de benefices-cures, pour fecoier le joug de l'obeissance qu'ils doivent à leur supérieur: mais comme nostre intention n'auroit peut-estre pas eu tout son effet dans la suite, si outre la faculté de revoquer, establie par ledit arrest, il n'eust esté pourvû à ce que ledites cures ne pussent estre données qu'à des religieux d'une vie exemplaire, Nous aurions ordonné par un autre arrest de nostre Conseil d'estat du premier jour du mois d'août dernier, que ledit arrest du 15. avril seroit executé selon sa forme; & iceluy interpretant en tant que besoin estoit, aurions déclaré qu'aucun chanoine regulier de ladite congregation, ne pourroit estre pourvû d'aucun benefice à charge d'ames, qu'il n'eust fait apparoir de l'attestation de vie & mœurs, & du consentement par écrit de son supérieur general, & de quoy il demeureroit desché de tout droit possessoriel, & nos juges ne pourroient avoir égard aux provisions par luy obtenues; & qu'à cet effet toutes lettres patentes seroient expedies pour estre registrées par-tout où besoin seroit; & voulant pourvoir à ce qu'un reglement si utile pour l'église fust executé. Sçavoir faisons que Nous, pour ces causes, & autres à ce Nous mouvans, de l'avis de nostre Conseil, qui a vû lesdits arrests des quinze avril & premier août dernier, ensemble les statuts de ladite congregation, le tout attaché sous le contrescel de nostre chancellerie, & de nostre certaine science, pleine puissance & autorité royale, avons dit, statué & ordonné, & par ces presentes signées de nostre main, ditions, statutions & ordonnons, voulons & nous plaist, que conjointement à l'article cinquiesme des statuts generaux des religieux de la congregation de France, les chanoines reguliers de ladite congregation, pourvûs de cures, vicaireries perpetuelles, ou prieurez-cures de leur ordre, puissent, sans aucune monition précédente, & sans forme ni figure de procès, estre revoquez & retirez de leurs benefices, & envoyez en des monasteres de ladite congregation, par le chapitre ou supérieur general d'icelles, pour faites par eux communies, & scandale connu à l'évesque & à leur supérieur, ou mesme pour le bien & avantage de l'ordre, s'il y eschoit, du consentement tousies archevesques ou des evesques, dans les dioceses desquels les benefices sont situez, & non autrement. Voulons en outre & nous plaist, qu'aucun chanoine regulier de ladite congregation, ne puisse accepter les provisions d'une cure, vicairie perpetuelle, ou prieuré-cure, qu'il n'ait fait apparoir à l'évesque de l'attestation de vie & mœurs, & du consentement par écrit du supérieur general, & de quoy il demeurera desché de tout droit possessoriel; faisons deffenses à nos juges d'avoir égard à ses provisions, & permettons aux patrons & collateurs desdits benefices, d'y pourvoir. Si donnons en mandement à nos amez & feaux les gens tenans nostre Grand-conseil, auquel nous avons attribué & attribuons toute cour, jurisdiction & connoissance des procez & differens qui pourront concerner l'execution de ces presentes, & icelle interdite à toutes nos cours & autres juges, que cesdites presentes ils ayent à enregistrer, & le contenu en icelles entretenir & faire entretenir, garder & observer selon leur forme & teneur, cessant & faisant cesser tous empeschemens au contraire: Car tel est nostre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, Nous avons fait mettre nostre scel à cesdites presentes. Donné à Saint-Germain-en-Laye au mois d'octobre, l'an de Grace mil six cens soixante-dix-neuf, & de nostre regne le treize-septiesme. Signé Louis. Et sur le reply, Par le Roy, Colbert. *Scellé & contrescellé en lacs de soye du grand sceau de cire verte. Et à costé, Vils, le Tellier, pour servir aux lettres patentes en forme d'edit, portant que les chanoines reguliers de saint Augustin, pourvûs de cure, pourront estre revoquez par le chapitre & le general de la congregation, au consentement des evesques. Et est encore écrit sur ledit reply: Laregistre & registres du Grand-conseil du Roy,*

A suivant l'arrest dudit Conseil, cejourd'uy donné en iceluy, à Paris le 6. decembre 1679. Signé Boucot, avec paraphe.

## L. I.

*Innocentius XI. confirmat statuta canonicorum regularium, de non acceptandis beneficiis, & dimittendis ad libitum superioris generalis.*

**I**NNOCENTIUS papa XI. ad futuram rei memoriam. Pastoralis officii quod auctore Deo gerimus, cura animam nostrum sollicitat ut conservanda atque sollicitanda inter viros religiosos vota sua A lissimo in sanctitate & justitia reddere satagentes, regulari discipline peculiari studio incumbamus, ac proinde ea quae ab illorum superioribus confirmata esse dicuntur consilio, ut firma atque illibata persistant, apostolici muniminis praesidio libenter corroboramus. Exponi nobis quidem nuper fecit dilectus filius Johannes Gouhier procurator generalis congregationis Gallicanae canonicorum regularium ordinis S. Augustini, quod cum parochiales ecclesiae alique beneficia regularia ordinis ac congregationis hujusmodi magno numero in Gallia reperiantur, quae per canonicos regulares ipsius congregationis in titulum obtineri solent; quia tamen ad tuendam regularem observantiam promovendamque Christi fidelium spiritualem utilitatem atque edificationem magno opere expedit ejusmodi beneficiis per personas idoneas & doctrina & vitae morumque probitate conspicuas deserviri, nec ullam aliquibus dilectae congregationis canonicis regularibus cui discipline regularis debitaque erga suos superiores observantiae forsant peracti sint, relinquere occasione, per favores alique vias minus canonicas procurandi, ut ad dicta beneficia promoverentur, illaque retinerent, tametsi qualitatibus ad id requisitis praediti non sint, eiusque eorumdem superiorum voluntas hac in re adstrictur. Ideo per constitutiones congregationis praedictae, ac plures per decreta capitulorum generalium ipsius congregationis communi consensu statutum fuit, ut nullus canonicus regularis ejusdem congregationis debeat nec possit obtinere nec acceptare quocumque beneficium, absque licentia & obedientia sui superioris generalis, utque quilibet canonicus regulares beneficiis, qui ab eodem superiore generali etiam non dictis causis revocati fuerint, obedire & reverti debeant. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, statuta hujusmodi, constitutionibus sanctis record. Clementis III. Coelestini III. Benedicti XII. Sixti IV. Julii II. & Urbani VIII. Romanorum pontificum praedecessorum nostrorum ad favorem congregationis ac ordinis praedictorum respectu emanatis, alisque literis apostolicis per ordine Praemonstratensis editis, necnon concilii Tridentini decretis conformia, ac ad conservandum in praedicta congregatione Gallicana regulari discipline vigorem perutilia, imo necessaria existant, nobis propterea praedictus Johannes procurator generalis humiliter supplicavit fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Johannis procuratoris generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti alisque ecclesiasticis sententiis, censuris & penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi suspensionibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum consilio, statuta praedicta utpote rationabiles atque ad restaurandam, retinendamque regularem disciplinam opportuna, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adjuicimus, ac omnes & singulos

juris & facti defectus, si qui desuper intervenerint, A supplemus. Illorum autem canonicorum regularium dictæ congregationis Gallicanæ qui statuta hujusmodi transgredi præsumpserint, beneficia ipso facto vacare, & de illis per sedem apostolicam vel alios ad quos id de jure spectat, libere disponi & provideri posse & debere auctoritate & tenore præsentis scripti decernimus & declaramus; decernentes pariter easdem literas semper firmas, validas & efficaciæ esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab illis ad quos spectat & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicut in præmissis per quoscunque judices ordinarios & delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus consuetudinibus & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, congregationis Gallicanæ & ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statuta & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis & literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut eorundem præsentium litterarum transcriptis sive excerptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio quam extra illud habeatur que præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die decima quinta Maii M. DCLXXX. pontificatus nostri anno quarto. J. C. Silius.

## L I I.

*Lettres patentes du mois de May 1688. confirmatives du bref du pape Innocent XI. du 15. May 1680. enregistrées au Grand-conseil le 25. Juillet de la mesme année.*

1688. LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre: à tous présents & à venir, salut. Nostre cher & bien aimé François Morin abbé de sainte Genevieve au Mont de Paris, supérieur general des chanoines réguliers de la congregation de France, Nous a fait remonter, qu'ayant en vertu de la faculté qui luy est confirmée par les arrets de nostre Conseil des 15. Avril & premier Aoust 1679. & nos lettres patentes du mois d'Octobre de la mesme année, confirmatis de l'article V. du titre des passeurs des statuts généraux

de ladite congregation, revoqué du consentement des évêques diocésains quelques bénéficiers-curez, profez de ladite congregation, ils se seroient elevez contre l'expoiant, auquel ils auroient sucicé divers procez, que Nous aurions jugé à propos d'évoquer en nostre Conseil, où ils ont esté terminer par arrest contradictoire du 11. Fevrier dernier, par lequel il nous avoit plu d'ordonner que l'art. V. du premier chapitre des statuts de ladite congregation, concernant les curez, nos lettres patentes du mois d'Octobre 1679. & bref de sa Sainteté du 15. May 1680. confirmatis dudit statut, seront executez selon leur forme & teneur; ce faisant, que les chanoines reguliers de ladite congregation pourvus de cures, ou autres benefices ayant charge d'ames, pourront estre revoquez de leurs benefices, & envoyez dans les maisons & monasteres de ladite congregation, par le chapitre ou supérieur general d'icelle, pour fautes par eux commises ou scandale, mesme pour le bien & utilité dudit ordre, s'il y eষ্ঠoit, du consentement néanmoins des évêques, dans les diocèses desquels les benefices sont situez, & qu'à cet effet toutes lettres sur ce nécessaires seront expédiées; lesquelles lettres l'exposant Nous a très-humblement fait supplier luy vouloir ostroyer: à trois inclinaisons favorablement. Scavoir faisons que pour ces causes & autres à ce Nous mouvans, de l'avis de nostre Conseil qui a vu ledit bref de sa Sainteté dudit jour 15. May 1680. confirmatif du statut de ladite congregation, & ledit arrest du 11. Fevrier dernier, l'un & l'autre cy-attachés sous le contrescel de nostre chancellerie, & de nostre certaine science, pleine puissance & autorité royale, Nous avons confirmé & autorisé par ces présentes signées de nostre main, ledit article V. du titre des passeurs des statuts généraux de ladite congregation, & le bref de sa Sainteté confirmatif d'iceluy, dudit jour 15. May 1680. que nous voulons & nous plaist estre executez selon leur forme & teneur. Si donnons en mandement à nos amez & feux les gens remans nostre Grand-conseil, que ces présentes ils aient à enregistrer, & le contenu en icelles entretenir, garder & observer selon leur forme & teneur, cessant & faisant cesser tous empeschemens au contraire: Car tel est nostre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, Nous avons fait mettre nostre scel à cesdites présentes. Donné à Versailles au mois de May l'an de Grace 1688. & de nostre regne le quarante-sixieme. *Gré Louis. Et sur le reply, Par le Roy, Colbert. Et scellées du grand sceau de cire jaune. Et sur ledit reply est escrit: Enregistrées ès registres du Grand-conseil du Roy, pour estre executees, gardées & observées selon leur forme & teneur, & jouir par ledit abbé, de l'effet & contenu en icelles, suivant l'arrest rendu audit Conseil le 21. Juillet 1688. Signé le Normand.*

## I.

*Charta Mauricii episcopi Parisiensis de fundatione Herivalis.*

1160. NE longis temporum excursibus oblivionis mater memoriarque novæ veritatem verustas obliet, ego Mauricius Dei gratia Parisiensis episcopus, notum fieri volo, tam præsentibus quam futuris, quod Renaldus Claiomontis comes, Mathæusque comes Bellimontis assensu filiorum suorum, heremitæ cuidam nomine Alcelino Herivallem, nemus quoque & planum loci illius circumque ad sufficientiam, quantum ipse fraireque ejus inibi Domino in perpetuum servientes propriis viribus & sumptibus & animalibus excolere possent, omnibus modis liberum, & ab omni redditu & exactione quantum in ipsis erat, penitus absolutum in elemosinam concesserunt; prædictus autem Alce-

linus locum illum horrois & vastæ solitudinis a præfatis comitibus, de quorum feodo erat, benigne suscepit, eumque, prout potuit, ad Dei servitium adaptavit. Tandem vero senex ille senio confectus, Dei nutu metuens, ne per ejus decessum locus ille jam ex parte cultui divino mancipatus a Dei servitio vacaret, & ad pristinam solitudinem remearet, communi fratrum suorum assensu præsentium nostram adit, locumque præfatum, curamque loci illius ad Dei servitium secundum ordinem & regulam beati Augustini, in integrum & sine aliqua diminutione, usumque matris ecclesie Parisiensis in divinis officiis celebrandis, tam in legendis quam in cantandis in manu nostra reddidit; tali tamen tenore, quod nulli, nisi episcopo & ecclesie Parisiensis subjaceret, nec ordinem illum auferre cuiquam quomodolibet mutare liceret. Ego autem Irenis illius, tam sanctam, tam justam, tamque devotam considerans intentionem, jussu ejus petitionibus satisfeci, locumque prænominatam,

renominatum, curamque & administrationem, cum possessionibus universis in manu & protectione nostra prout superius determinatum est, suscepi, statuens ut quicumque sciens huius rei seriem malignando violare presumeret, anathematis vinculo subiaceret. Hoc autem per divinam misericordiam iuste ac religiose apud Gometes adum est, anno ab Incarnatione Domini M. CLX. presentibus fuit, Halmanno de Piffaco, Petro de Campello, Gaufrido B. Marie canonico, Ginelmo capicero, Bartholomæo presbytero, Johanne sancti Landerci presbytero.

## I I.

*Alexander papa III. Herivaldis fundationem confirmat.*

1163.

**A**LEXANDER episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Radulpho priori ecclesie B. Marie de Herivale, eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum, &c. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatam ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus, statuens, ut qualibet possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia impræsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: ex dono videlicet Rainaldi Claromontis, & Mathæi comitis Bellimontis, Herivallem & nemus, ac planum eidem loco circumadjacent, quantum vos & successores vestri suis sumptibus & animalibus excolere poterunt, ab omni seculari exactione liberum penitus & absolutum; ex dono Odonis Aperi, duos sextarios frumenti annuatim in molendino Forti, & quod in eodem molendino fratres huius loci statim post primum molentem, & quantum ad fratrum sufficientiam oportuerit, semper absque molitura molant; ex dono Rainaldi comitis tres sextarios frumenti, & tres mixturæ in molendino Coys; ex dono Aseolini militis unum sextarium frumenti de domo ejus de Fossis annuatim, quicumque eam possederit; ex dono Giraldi de Atrio unam minam annonæ de sliodio de Compens, qualicumque annona ibi creverit, &c. Ego Alexander catholice ecclesie episcopus, Hubaldus cardinalis tit. S. Crucis in Hierusalem, Albertus card. S. Laurentii in Lucina, Guillelmus tit. S. Petri ad Vincula presbyter cardinalis, &c. Datum Parisiis per manus Herimantis sancte Romanæ ecclesie subdiaconi & notarii X. calendis Maii indictione X. anno M. CLXIII. pontificatus Alexandri anno IV.

## I I I.

*Prima fundatio abbatis Lhriaci.*

1186.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, amen. Invenit universi quod ego Guillelmus de Garlande divinx inspirationis instinctu roboratus, & Idonea uxore mea, assensu omnium filiorum nostrorum Guillelmi videlicet, Theobaldi & Roberti, mittimus in ecclesia nostra de Livry canonicos regulares de bonæ opinionis congregatione, sancti Vincenii videlicet Silvanestensis, usque in sempiternum inibi Deo servientes, & pro anima Anselmi nostri filii de medio sublati, & pro aliis filiis nostris defunctis, & pro nobis qui adhuc superfluit sumus Dei pietatem invocantes. Ad sustentationem ergo illorum, scilicet canonicorum nostrorum de Livry, damus per manus Hugonis prædictæ ecclesie sancti Vincenii abbatis, de his que ad præsens possidemus, donum cum curia omnino liberam & quietam, ita ut infra septa eorum vinegium, foragium, rosgium

*Tomus VII.*

**A** & omnes alias consuetudines libere in perpetuum possideant. Voluimus etiam ut in omni iustitia nostra huiusmodi consuetudines in eorum negotiis ab eis non exigantur; concedimus siquidem eis tertiam partem molendinorum nostrorum de Livry, & duos arpentos vineæ, & duos pratorum, & sexaginta nemoris, & commune usagium in nemore, & in territorio Silvanestensi, in villa nostra, que dicitur Raray, omnem decimam quam ibi haclenus possidebant, & in futuro omnem decimam, que de novallibus nostris exiet; ita ut per servientes nostros & eorundem canonicorum campiars nostra, & decima illorum in unum æcerum reducatur, & postea in duas partes æqualiter dividantur, quibus divisis, servientes canonicorum quam voluerint partem eligant, & habeant: denique quidquid de nostræ iustitiæ potestate, five de feodis five de censuibus & quibuslibet possessionibus vel emptione, vel donatione fidelium, vel alio quolibet modo rationabili acquirere poterint, eis concedimus. Quod ut ratum & inconcussum permaneat, presentem cartam sigilli nostri munimine roboratam eis indulimus, & signa testium subscripsimus. Signum Theobaldi de Gonesse, Archambaudi militis, signum Joannis Rouandi, Joannis de Alneto, Philippi de Pechi, S. Anstii majoris. Actum anno Dominicæ Incarnationis M. CLXXXVI.

## I V.

*Bulla Clementis papæ III. abbatem B. Marie de Herivale confirmantis.*

**C**LEMENS episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati ecclesie beate Marie de Herivale, eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte casualiter temeritatis incursum sui eos a proposito revocet, aut robur, quod abitis, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatam ecclesiam sancte Marie de Herivale, in qua divini mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; iurisperitis statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum & B. Augustini regulam, atque institutionem fratrum S. Victoris Parisiensis in eadem ecclesia noscitur esse institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona eadem ecclesia impræsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo præfata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, terris, vineis, pratis, silvis, pascuis & vineis ac decimis; ex dono Rainaldi Claromontis comitis & Mathæi comitis Bellimontis Herivallem & nemus ac planum eidem loco circumadjacent, quantum vos & successores vestri suis sumptibus & animalibus excolere poterunt, ab omni seculari exactione liberum penitus & immune: ecclesiam de Marliaco villa cum pertinentiis suis; ex dono Odonis Aperi duos sextarios frumenti annuatim in molendino Forti, & quod in eodem molendino fratres ipsius loci statim post primum molentem, quantum ad fratrum sufficientiam oportuerit, semper absque molitura molant; ex dono Rainaldi comitis tres sextarios frumenti & tres mixturæ in molendino de Coys; ex dono Alberici militis unum sextarium frumenti de domo ejus de Fossis annuatim, quicumque eam possederit; ex dono Girardi de Atrio unam minam annonæ de sliodio de Compens, qualicumque annona ibi venerit: decimam, quam Guido miles de assensu diœcesani episcopi ecclesie vestræ dimisit; sextagium arpena tertæ a Rerico

S

de Foffis, & triginta ab Hugone majore de Luzarchiis, A  
 ecclesie vestre emtionis titulo acquisita : hofculum  
 domui vestre vicinum : ex dono Amaurici de Villario-  
 bello & Elisabeth uxoris sue vineas quasdam & terras  
 apud Villariumbellum : sexaginta arpenta nemoris &  
 dimidium, que a supradicto Rerico de Foffis tenetis  
 sub annuo censu sex denariorum pro arpentis singulis  
 solvendorum : sex arpenta terre, que jam dictus Rerico  
 ecclesie vestre in elemofynam libera & absoluta  
 donavit. Nemus de Roissy, quod ab Alberico de Foffis  
 milite, & Huberto sororio ejus & Odone de Bellofonte  
 sub annuo censu quatuor denariorum pro singulis ar-  
 pentis ejusdem nemoris solvendorum tenetis : duodecim  
 arpenta terre arabilis & decem nemoris, que Hugo  
 major de Luzarchiis in territorio Foffarum villa per-  
 petua largitione donavit : immunitatem etiam decem  
 solidorum ab eodem Hugone ecclesie vestre concef-  
 sam, quos ei annis singulis pro quadam nemore vestra  
 ecclesia solvere tenebatur : decimam preterea, quam  
 idem Hugo ecclesie vestre apud Foffas & Marliacum  
 de assensu diocessani episcopi dimisit : decimam, quam  
 Milo de Bellofonte de sue uxoris & heredum suorum  
 assensu, in loco Bernerii, & eam etiam, quam Mal-  
 cერიus miles de Ballanv apud Survilliers cum tribus  
 frumentis sextariis de assensu diocessani episcopi vestre  
 ecclesie dimiserunt : ex dono Odonis majoris de Luzar-  
 chiis sextarium unum annuatim & quatuor arpenta terre  
 pro anima uxoris sue : ex dono Radulphi de Aqualona  
 militis duos frumentis sextarios apud Villarium-sicum :  
 ex dono Brunifendis mulieris duos frumentis sextarios  
 in villa Marioli : ex dono Idonee mulieris de Doemunt  
 & filii ejus Cunavi hofitiam liberam apud Villare, &  
 duo arpenta terre pro anima Adz viri sui : dimidium  
 partem quartae partis decime de Foffis, quam Robertus  
 Bochardus ecclesie vestre de assensu diocessani episcopi  
 dimisit. Sane novallium vestrarum, que propriis man-  
 nibus aut sumibus colitis, sive de nutrimentis anima-  
 rum vestrorum decimas a vobis nullis extorquere pre-  
 sumat : licet quoque vobis clericis vel laicis e seculo  
 fugientes liberos & absolutos ad conversionem recipere,  
 & eos sine contraditione aliqua retinere. Prohibemus  
 insuper, ne ulli fratrum vestrorum post factam in eodem  
 loco professionem fas sit sine abbatis sui licentia de  
 eodem loco discedere, seu proprium levitate aliqua  
 detinere : discedentem vero absque communium licen-  
 tiarum cautione nullus audeat retinere : cum autem  
 generale interdictum terre fuerit, licet vobis clausis  
 januis, exclusis excommunicatis & interdictis, non pul-  
 satis campanis, suppressa voce divina officia celebrare.  
 Sepulturam preterea ipsius loci liberam esse decernimus,  
 ut eorum devotio & extremæ voluntati, qui se illic  
 sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati  
 sint vel interdicti, nullus obstat, salva tamen justitia  
 illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora as-  
 sumuntur. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate,  
 vel norum quolibet successorum, nullus ibi qualibet  
 subreptione & astutia, sive violentia proponatur, nisi  
 quem fratres communi consensu, vel fratrum major  
 pars consilii sanioris secundum Dei timorem & beati  
 Augustini regulam providenter eligendum. Decernimus  
 ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictam eccle-  
 siam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre,  
 vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexatio-  
 nibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum,  
 pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt  
 usibus commotis profutura, salva in omnibus apostolice  
 sedis auctoritate & diocessani episcopi canonica  
 justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive  
 persona, &c. Datum Laterani per manum Moyfi Late-  
 ranensis canonici gerentis vicem cancellarii sexto nonas  
 Martii indictione sexta, Incarnationis Dohinice anno  
 1187. (qui nunc 1188.) pontificatus vero domini  
 Clementis pape III. anno primo.

V.

*Altera & precipua fundatio Livriaci.*

**P**HILIPPUS Dei gratia Francorum rex, notum 1127.  
 facinus univerfis presentibus, & futuris, quod  
 presentis pagine dignum duximus committere beneficia  
 que ecclesie de Livriaco in honorem beate Marie  
 dedicande, nos & alii ob remedium anime Theobaldi  
 de Garlanda in perpetuum contulimus. Sciant igitur  
 univerfi, quod memoratus Theobaldus qui in eodem  
 loco sepulturam habet, dictæ ecclesie in qua abbas &  
 conventus debent institui, contulit 13. libras reddituum  
 apud villam suam que dicitur Efflana, que eisdem ad  
 Guillelmum de Gallanda devenit. Nos etiam eidem  
 ecclesie dedimus 40. lib. reddituum, consideratione  
 Odonis venerabilis Parisiensis episcopi, & Galteri Ca-  
 merarii assignandas. Guillelmus de Gallanda eidem de-  
 dit Livriaco, qui habet annuatim centum solidos, eo  
 modo quod nullus furnus iidem postmodum construe-  
 tur, & si quem postmodum fieri coningeret apud Li-  
 vriacum, dictæ esset ecclesie : dedit etiam centum soli-  
 dos annuatim habendos in censu Livriaci, & tres ar-  
 pentos pratorum apud Gomacum, & apud Livriacum  
 terram in qua abbatia sita est. Droco de Melloto noster  
 Constabularius dedit eidem loco 100. solidos reddituum  
 apud dominum Martinum : Martheus de Marliaco de-  
 dit eidem loco quinque arpentes vinearum suarum apud  
 capellam, & unum furnum Parisiis situm apud sanctum  
 Medericum, qui valet annuatim 50. solidos & quin-  
 que : Robertus Malevicinus dedit sex libras redditus in  
 decima apud Sarchiam, assensu Guillelmi de Gallanda,  
 de quo eam tenebat, ita quod si decima illa annuatim  
 sex libras non valetet, Robertus de suo suppleret,  
 & preter hæc dedit viginti arpennos boslii juxta Li-  
 vriacum extripandos, & colendos. Que omnia ne  
 oblivione deleantur, ut rata permanant & inconculsa,  
 sigilli mei auctoritate & regio cameræ inferius annotato  
 presentem paginam confirmamus. Actum Parisiis anno  
 ab Incarnatione Domini M. CXCIIII. regni nostri anno  
 18. adstantibus in Palatio meo quorum nomina sup-  
 posita sunt & signa : dapsitico nullo. S. Guidonis hu-  
 bicularii, Mathei camerarii Drogonis constabularii.  
 Data vacante cancellaria.

V I.

*Littera Odonis episcopi Parisiensis de acquisitione  
facta per abbatem & conventum Livriaci.*

**O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus 1202.  
 presentes literas inspecturis saluam. Notum fa-  
 cinus, quod consiliarius in presentia nostra Renoldus  
 de Monlerolo recognovit se vendidisse sextam partem  
 decime de Clichy tam de vino, quam de blado, &  
 & sextam partem panum, candelarum & obolorum,  
 quam percipiebat annuatim in crastino Nativitatis Do-  
 minicæ in ecclesia de Clichy abbati & canonicis de  
 Livriaco pro duodecim libris & dimidia parte. Hanc  
 etiam venditionem fe fide interposita servatumum  
 & etiam fide interposita laudaverunt Amelia uxor  
 ejus, & Johannes Delicatus, de cujus feodo movebat  
 decima, & se rectam garantiam lataram promisit. In  
 cujus rei memoriam, ad petitionem prefati, presentem  
 chartam sigilli mei fecimus impressione muniri. Actum  
 anno Domini 1202. pontificatus nostri anno sexto.

V I I.

*Littera ejusdem Odonis episcopi Livriaco  
beneficientis.*

**O**DO Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus 1207.  
 presentes literas inspecturis saluam in Domino.  
 Considerantes divini augmentum ministerii, & ecclesie

beatæ Mariæ Livriacensis utilitatem in posterum, Heremitarum Montis Firmolii locum cum omnibus pertinentiis suis, & ecclesiam sancti Dionysii de Clichy cum omni jure parochiali, & cum omnibus, quæ Suggestius præbiter nomine illius ecclesie prius possidebat, prædictæ ecclesie beatæ Mariæ Livriacensis in perpetuum possidenda concessimus, ita ut quicumque in prædictis locis manerint, dictæ ecclesie beatæ Mariæ tanquam membrum capiti respondeant. Ea vero, quæ prædictæ ecclesie diversis temporibus in presentia nostra collata sunt, ut perpetuum in posterum obtineant firmitatem, præsentis pagina duximus exprimenda. Sciunt igitur præsentibus & futuri, quod constitutus in presentia Guillelmi de Garlanda pro salute anime suæ & dilecti fratris sui Theobaldi ac parentum suorum, dedit abbati Livriacensi per manum nostram in perpetuum elemosynam decimam trecentorum arpentorum terræ sitorum apud Collegium, & unam cisternam memoris circiter decem arpentos sitam juxta abbatiam Livriacensem. Donata autem idonea mater prædicti Guillelmi pro animâ suâ & bonâ memoria viri sui & filiorum suorum, assensu præfati Guillelmi filii sui donavit in perpetuum elemosynam abbati de Livriaco quidquid ipsa habet Pontifæ in pratis, in censu, in molendino, quod dicitur *Bouteiller*. in furno & in domibus, & in aliis possessionibus. Petrus vero Malus vicinus constitutus in presentia nostra recognovit se dedisse in perpetuum elemosynam domui de Conno quidquid habebat apud Livriacum, videlicet tres partes vineæ, unam versus Piroz sitam, aliam versus Clichy, & duos arpentos inter Calam & Gornicum ad duos solidos censuales, & quantum domum apud Livry ab omni pensione liberam & quietam, & duos solidos censuales \* in authentico pite memoratæ Mauricii quondam episcopi Parisiensis patris & prædecessoris nostri, quod oculis fide inspectum, continetur. Constituit etiam in presentia nostra Galterus de Pruvino & Eremburgis uxor ejus dederunt & concesserunt in perpetuum elemosynam ecclesie & fratribus de Livry tres quarterios vineæ, & duos arpentos terræ & unam maturam apud Courtry, ita tamen quod omnium prædictorum ipse Galterus & uxor sua quando vixerint utrum fructum habebunt. Hanc itaque elemosynam Petrus Quadrans miles in presentia nostra constitutus laudavit, & prædictam maturam ab omni relictâ & consuetudine liberam ecclesie memoratæ concessit. Dedit insuper & concessit idem Petrus prædictus ecclesie Livriacensi quidquid habebat in mansura Baldvini clerici & in mansura Dulcis mulieris tam in justitia, quam in redditibus, quiete & libere perpetuo possidentium. Quæ omnia ut rata & inconvulsè permanent in perpetuum, presentis scripti fecimus commendari, & sigilli nostri impressione confirmari. Actum anno Incarnationis Domini 1207. pontificatus nostri undecimo.

## VIII.

*Litteræ Petri episcopi Parisiensis de dono facto abbati Livriaci.*

1208.  
Ex regno  
charol. Livriaci f. 24.

PETRUS Dei gratia Parisiensis episcopus, omnibus præsentibus litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod Johannes de Greva modo canonicus de Hermeria recognovit in nostra presentia se dedisse abbati de Livriaco, antequam esset canonicus ejusdem ecclesie, in perpetuum elemosynam duas cameras sitas in vico, qui dicitur *Mandessor*, & quidquid habebat in eodem vico tam in censu, quam in justitia & aliis consuetudinibus pro anniversario patris & matris suæ annuatim distincte in eadem ecclesia faciendi. De sit etiam pro annuæ suæ remedio 25. solidos de incremento census super quantum domum in vico sancti Martini sitam, & quamdam vineam apud Monasterium: Ferricus autem & Petrus fratres ejusdem Johannis hanc elemosynam concesserunt & laudaverunt, & fide in manu nostra præstita promiserunt se  
*Tomus VII.*

defecturos & garanturos elemosynam memoratam. In cujus rei memoriam & testimonium hæc litteras fieri fecimus, & sigilli nostri munimine roborari. Actum anno Gratiæ 1208.

## IX.

*Guillelmus Parisiensis episcopus abbatiam B. Mariæ de Herivalle a jurisdictione abbatis S. Victoris declarat immunem.*

GUILLEMUS permissione divina Parisiensis ecclesie nuntius indignus, universis præsentibus litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod ecclesia beatæ Mariæ de Herivalle in nullo est subiecta ecclesie sancti Victoris Parisiensis, nec abbas seu conventus sancti Victoris aliquam habet potestatem in abbatem, seu conventum de Herivalle, nec in aliquem de familia ejusdem, nec eos possunt abbas seu conventus sancti Victoris excommunicare, nec eiam citare; nec intelleximus adhuc quod aliquid horum vellet in eos vindicare. In cujus rei testimonium præsentibus litteris sigillo nostro fecimus roborari. Actum anno Domini 1233. mense Februarii.

## X.

*Societas inter ecclesias beatæ Mariæ de Juliac & ecclesiam beatæ Mariæ de Herivalle.*

EGIDIUS Dei patientia abbas, totusque B. Mariæ Juliacensis conventus, universis sanctæ matris ecclesie filiis, salutem & beatitudinis brevium pertingere se impetrite continuis. Quoniam, ut scriptum est, Domino major animarum cura est, quam corporum, nos ejusdem curæ curam per Dei gratiam curantes habere, præter antiquam fraternæ caritatis dilectionem, quam cum ecclesia beatæ Mariæ Herivallis jandudum habuimus, novi aliquid, imo multum cum abbate & ecclesia supra dicta ad majores spiritualis sævus amoris addendum, decernentes, cunctis volumus esse notum, quod nos audito obitu alicujus canonici, vel conversi de eorum congregatione, statim omnes ad comendationem faciendam pro defuncto, si fieri commode possit, convenimus in crastinum servitium facturi generale, nisi causa evidens dilationem nos facere compulerit competem. Facimus etiam pro dicto defuncto servitium cum tercetario, & quilibet sacerdotum nostrorum tenentur celebrare quatuor missas, alii vero, qui non sunt sacerdotes quilibet unum missas, conversi vero centum quinquaginta *Pater noster* dicere tenentur. Item pro defunctis eorum facimus servitium in communi semel in anno. Ceterum si aliquis de eorum conventu canonicus, vel conversus aliqua motus molestia ad nos venerit de sui abbatis licentia, eum tenentur recipere & fratrem caritate tractare, donec ab abbate suo fuerit revocatus, ipsius corporis auxilium, animi solatium pro animæ suæ exhalentes. Quæ omnia abbas & conventus prædicti de nostris vivis & defunctis se facturos spondederunt. In cuius rei memoriam præsentibus litteris sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Domini 1239.

## XI.

*Donatio Guillelmi de Darençio canonici Antistiodorensis facta Livriaco.*

OMNIBUS præsentibus litteras inspecturis officialis curie Parisiensis in Domino salutem. Notum facimus quod in nostra presentia constitutus Guillelmus de Darençio canonicus Antistiodorensis recognovit se dedisse & concessisse in puram & perpetuam elemosynam abbati & conventui de Livriaco ordinis S. Victoris Parisiensis decem, quamdam peccata vineæ quatuor arpentâ vel circiter continentem, sitam apud  
S ij

1241.  
Ex regno  
charol. Livriaci f. 24.  
verso.

*Garges* in censiva *Odonis Acrechart* militis, ut dicitur, ad quatuor denarios, ut dicitur, censuales, retento tamen eide*m* *Guillelmo* in eadem vinea quoad vixerit usufructu, quam vineam concessit eidem *abbati* & conventui idem *G.* sicut confessus est, quoad vixit, ad restam mediariam excolendam, ita quod in vindemiis teneatur ponere medietaem in vindemiando, sicut ipse confessus est coram nobis, volens & concedens, quod post decessum ejusdem *Guillelmi* dicta vinea ad eisdem *abbatem* & conventum quitta & libera devolvatur. Anno domini 1241. mense Julio.

## X I I.

*Charta Guillelmi episcopi Parisiensis querelam inter correctorem & conventum domus de Vincennis abbate*m*que & conventum de Livry componentis.*

1242. **G**UILLELMUS permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, universis presentibus litteris inspecturis situm in Domino. Noveritis, quod cum inter correctorem & fratres domus de Vincennis ordinis Grandimontensis pro ipsis & priore & conventu Grandimontensi ex una parte, & abbate*m* & conventum de Livry Parisiensis diocesis nomine ipsius & nomine magistr*is* *Eliz* Chabot eorum canonici ex altera super quadam domo sita in ruella sancti Martini Parisiensis, & super sex arpentis vinearum suarum in territorio de Clamart, in censiva beati Martini de Campis, que pertinet prior*i*, conventus, corrector & fratres predicti; que scilicet domus & vinee fuerunt dicti magistr*is* *Eliz*, & que dictus magister dictis *abbati* & conventui consultisset, & super quibusdam promissionibus & conventionibus, que dictus magister dictis priori conventus, correctori & fratribus dicebatur fecisse, antequam ordinem de Livriaco intravisset, & super quadam quantitate bladi . . . & rebus aliis, super quibus dicti prior*i*, conventus, corrector & fratres Grandimontenses dicebant \* *abbatem* & conventum & magistrum *Heliam* prescriptos sibi injuriam suscitata esse materia questionis: tandem inter partes predictas medianibus religiosis & aliis bonis viris facta est super premissis coram nobis ancillis compositio in hunc modum: videlicet quod dicti *abbas* & conventus dederunt in perpetuum & resignaverunt omnino priori conventus, correctori & fratribus anedictis vineas supradictas & quidquid juris habebant, vel habere poterant in eisdem. Dederunt etiam eis viginti libras Parisiensis in pecunia numerata, de qua confessio est predictorum Grandimontensium sibi fuisse plenarie satisfactum: dicti vero prior & conventus, & corrector & fratres recesserunt omnino a l*i>e* & questione predictis, & in perpetuum renunciarunt, & dictis *abbati* & conventui & magistro *Heliz* remisissent, si quid juris, questionis, obligationis, seu actionis habebant, vel habere poterant & quocumque eis petere poterant usque in diem presentem adversus eos ratione cuiuscumque obligationis & alia ratione quascumque super premissis omnibus & aliis quibuscumque; & dicti *abbas* & conventus & magister *Heliz* de consensu & voluntate ipsorum promiserunt priori conventus, correctori & fratribus memoratis, quod supra predictis vineis & pecunia numerata eos, nec aliquos, qui ab ipsis causam habebant, unquam impient, nec inquietabunt, nec inquietari facient aliquatenus in futurum, & ipsos priorem & conventum, correctorem & fratres de omnibus querelis & iuribus, & obligationibus & actionibus, r*u*z eis competant, vel quocumque competere poterant usque modo adversus eos, quitaverunt & penitus absolverunt, & eas sibi liberaliter remiserunt. Nos vero disquisitione facta diligenter & toto intellectu prohorum & fide dignorum testimonio, compositionem presentem utriusque parti esse utilem & convenientem & expedientem, ipsam ratam habuimus & firmam & stabilem, & auctoritate ordinaria confir-

Amamus & precipimus fideliter observari. In cuius rei testimonium, &c. Datum anno Domini 1242. mense Octobri.

## X I I I.

*Littera episcopi Parisiensis & prioris sancti Eligii de executione testamenti Petri de . . . . . Britannie comitis.*

**R**EGINALDUS permissione divina Parisiensis ecclesie minister indignus, & frater *Galterus* prior *S. Eligii* subus *Challiacum* ordinis Vallis Scholarium executores testamenti bonae memorie *Petri* de Brana comitis Britannie, universis presentibus litteris inspecturis situm in auctore salutis. Noveritis quod nos inuelleris oppressionibus & afflictionibus, quibus terra sancta quasi ad extremam necessitatem perducta subiacet his diebus, volumatem predicti defuncti *Petri* per ea que in predicto testamento continentur plenius attendentes, volumus & concedimus quod illis summa pecunie in qua excellentissimus dominus noster *Ludovicus* Dei gratia Francorum rex illustris tenebatur dicto defuncto ex causa mutui tempore quo decessit, videlicet octo millium librarum Turonensium, per ipsum dominum regem vel mandatum ipsius in subsidium terre sanctae predictae pro dicto *Petro* quondam commite & nomine ipsius totaliter converteretur secundum quod eodem domino regi visum fuerit expedire, ratum habituri & gratum quidquid idem dominus rex super his duxerit faciendum. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Datum apud *Corbolum* mense Julio anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

## X I V.

*Epistola Johannis Mauburni ad archiepiscopum Tarfensem in Cilicia, Tolosani archiepiscopi suffraganeum, Livriaci abbatem designatum.*

**N**E indigne*re* reverendissima paternitas vestra, Circa quod parvas mea presunt litteras dare ad archiepiscopum; sed quia suspicor, quod dominatio vestra loquentem me non semper perfecte intelligit, pro grato deprecor has suscipi litteras. Ut ab aliis fide dignis intellexi, & ni fallor, tanta est paupertas hujus abbatiae \*, & Livriaci. quod si paternitas vestra velit, ut aimus, erigere novum hic dormitorium, & deleva necessaria restaurare, insuper & quatuor pascere religiosos, non poteris in decennio vel unum obolum de annuis levare redibus vel proventibus. Significamus ergo reverentiae dominationi vestre, quemdam esse dominum \* *Paritiz*, qui paratus \* *Præfidentem* est statim pro reparandis necessariis pro honore *Dei* & de *Itacque* sanctae *Marie* matris ejus & pro reformatione conventus istius tria vel quatuor millia francorum exponere & locum in annuis censibus ita dotare, quod non solum debeant illi perpetuis temporibus quatuor religiosi laudes divinas canere, sed duodecim reformati habitus, vita & in omni canonicali vel regulari observantia die noctue sub regula *D. patris* nostri *Augustini*, indeesse sub caltris *Marie* in *Dei* laudibus persistere: insuper & reverendissime dominationi vestre certam quotam ex abbata ista dare, vestraque dominationi ipsam cameram, quoad vixerit relinquere, quatenus quovis illucit poteritis hic moram trahere & sequeretur a tumultu hominum divina audire. Non quod velit dominus ille Parisiensis abbas commendatarius illius loci esse, sed quod possit ad statum unum de reformatione resignare; qui abbas constitutus annue visitari deberet, & in casibus juris semper esse absolutibilis, & post eum nemo ordinaretur, nisi canonice electus; sicque fratres in loco restituti semper exsequerentur ea que essent pro commo monasterii, & propriis manibus laborarent, scientes & certi, quod si quid superesset de victu & amictu, non ea abbas commendatarius tolleret pro se, vel



permutans domum depauperaret. Tali enim conditione vocati sumus, non quo nobis victui necessaria defuerint, qui de ditissimis conventibus venimus, sed quo clericis illis recipiendis sub regula D. Augustini & statuta nostris vivere regulariter doceremus. Et nisi hæc grata fuerint vestre paternitati reverendissimæ, nos oportet ut locum relinquamus. Nisi enim nostrum sex in choro fuerint, divinas laudes evolvere, ut decet, non poterimus. Necesse est etiam aliquando aliquos informari, vel in via dirigere, & non conveniret tunc divina intermitteri. Dignetur reverendissima paternitas vestra hæc diligentius revolvete cum suis consiliariis. Si libentius vultis, quod hic sumus tantum quatuor religiosi non reformati cum damno vestro temporalit, quam duodecim in observantia vestre religionis viventes, cum comodo vestro temporali & majori augmento sanæ vestræ & honoris, & cum maximo augmento gratiæ in presentis & gloriæ cælestis in futuro, quia omnium causâ vos eritis.

## X V.

*Epistola Erasmi ad Johannem Mauburnum,  
de reformatione Livriaci.*

*Pacem & consolationem in eo qui nos confortat in omni  
tribulatione nostra.*

*Sub finem  
seculi. xv.*

**L**itteras vestras jamdudum satis ad me scriptas accepimus, præstantissime pater, sed paulo ante applicuerat ad nos Petrus vester presentium lator, qui de iis omnibus, quæ apud vos agerentur, certiores nos reddiderat. Consultationem nobis injunctam domino præsentium de Hacqueville dudum dedimus in præsentia domini de Emery, quam, ut verum fatear, non sine voluptate magna receperunt cum municipalis capituli vestri, gaudentes admodum, cum ea quæ apud vos acta fuissent & quæ tunc agerentur, recitarent Reverendum magistrum nostrum Standonch sæpius commouit ut de his & aliis injunctis vos certos efficeret, præsertim quid patribus libentium pararet, quod & fecit. Expectavimus & adhuc expectamus reverendum in Christo patrem vestrum, quem admonendum & adhortandum diligenter curabimus per amicos vestros, viros utique gravissimos, quibus quantum cordi sint negotia vestra, & quantum ad vos afficiantur benevolentia, in eum certe non est dicere, ut ipsi fasces intelligere possent. Nec moleste ferendum, si lento quidem gradu ad hæc procedamus omnia; arduum est enim assuetis diffuetudinibus dare, sed qui dedit incipere per gratiam suam, dabit & perficere, ita ut brevi omnia consummentur. Eia igitur dignissime prior militiæ vestræ strenuissime, non effletis cohortari ne deiciantur, animare curetis, ne contemnerent; sic enim faciet Deus cum tribulatione convenire, ita ut non prævaleat Goliath adversus Israel, sed funditus percat Phisitium. Pater, vestras cum quantumcumque humilitate valeo, devotissime imploramus. Vale pater cum vestrâ. Dicit non potest, pater piissime, quam ista cœpta mihi placeant. Alius plane ac porro ree non prospicio divinum, prorsus mihi videtur, tu ne cede malis, sed contra audentior ito, quo tua te fortuna sinit. Est mihi animus pulcherrimum facinus vestrum, ubi quid otii dabitur, aliquo literarum monumento nobilitare. Historias emendatius impressas omitto. Tu fac mei memineris in precibus tuis, & benevale pater optime. Me tui amantissimum aut ama, aut si ki multum esse, saltem dilige. Erasmus tibi proprius. Vale. Ex Parisiis.

## X V I.

*Erasmi epistola ad Johannem Mauburnum  
Livriaci abbatem.*

*Circa  
1500.*

**S**alve amice, frater jucundissime; ita enim te compellere libuit, vir intergerime, non pro tua præstantia, sed pro meo affectu. Suspicio quidem in te

**A**tum ingenium, tum vitæ nitorem, sed pro humanitate tua, studiorumque communium fœcitate dulcius amplector. Illa te mihi reddunt admirabilem, hæc amabilem. At nunc ego non abbat, non priori scribo, sed cum amico familiariter garris. Sane quam jucundum fuit meas abs te litteras requiri, doleoque, imo adeo irascor animo meo opportunitatem non respondere: nam sum nuper a morbo recreatus, nonnullum plane confirmatus, & ita occupatus sum, ut nunquam in via occupator; alioquin tui, tamque verboris epistolæ te obstruem, ut plane fatiarer, etiam si sis helleo literarum equidem tantus quantum ego, cui omnes familiarium epistolæ breves esse solent. Nunc si occupationibus non vis, valetudini saltem veniam dabit tua humanitas. Ubi continget otium, & ex paulo confirmator, & frequens & loquacissimus fuero. Nihil solet mihi esse dulcius, quam aut ad doctos amicos scribere, aut illorum litteras legere. Mihi ad te tunc mea nugæ ante annum impressas, & Guillelmi carmina, in quibus aliquot mendas offentes; event enim ut in utraque impressione adversa valetudine laborarem, quo factum est, ut colligere nequiverim, sed tu facile animadverteres. Hostelius Carmelia in litteris ad me suis tui meminit, percunctatus est, ubi esses, quid ageres. Scripti omnibus de rebus. Uinum mihi pater propius abesse a nobis, esseque ego libenter, quoad ut te inviserem, aut scriberem, esses mihi alter Guillelmus, altera pars anime mee; tibi enim nescio quo pacto, cum inter nos nulla familiaritas intercesserit, afficior vehementer. Eo tamen ingenio natus sum, ut ad quilibet amicitias conciliandas sim perfacilis: ad litterarum vero bonarum studiosos ita propensus sum, ut vel æmulos amem. Te vero cur non habeam carissimum, & cum quo sit mihi optimorum studiorum societas, longe fidelissimum, ut Cicero sensit, benevolentie gluten; cuius modestia, humanitas, candor, integritas vel sine illis ad te amandum poterant impellere! Addo ordinem, habitum communem, animos, ut ego consilio, non admodum dissimiles, excepto quod tu ad virtutem propensor. Exiit tui te nonnulli pigere nihil miror; verum in re tam divina, tam egregia maximo te esse animo, & cupio & horror. Equidem jam inde ab initio auguratus sum, & nunc item auguror non istam infiniti boni seminarium futuram. Dulcis quidem erat in oculo literario vivere, sed tibi Hercules viam, hoc est virtutis ingresso Hercules sumendus est animus. Cum sæpe tum erudite poetæ significant id quod Seneca dicit, arduum, asperumque esse virtutis iter, eam non in balneis, non in cubiculis, non in conviviis versari, sed in sudoribus, in bellis, in negotiis. Hoc sibi volebat Homerus, qui Ulysses tantis jactari laboribus fingit; idem sibi vult Virgilius, qui Æneæ duros casus, periculaque describit:

*Per varios casus, per tot discrimina rerum  
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas  
Offendunt.*

Hoc nobiles illi Herculis ac Thesei labores significant. Sed advoco a scribendo. Bene vale, ac nos in tuis precibus commendatos habe; idque & vehementer, & unum te etiam atque etiam oro. Parisiis, pridie notas Februariæ, Erasmus tuus.

## X V I I.

*Litteras patentes pro l'establishement d'un petit Seminaire en la ville de Paris, pour s'elever dans l'esprit de l'eglise les pauvres escoliers dont on connoitra la vocation à l'estat ecclesiastique.*

**L**OUIS, par la grace de Dieu, Roy de France & 1696.  
de Navarre: A tous presens & à venir, Salut. Sur ce qui Nous a été representé par nostre très-cher & bien aimé cousin le sieur archevesque de Paris, qu'il n'y

a aucun seminaire de son diocèse, où les pauvres ecclésiastiques puissent estre reçus, parce qu'ils n'ont pas de quoy y payer leurs pensions, & que les seminaires n'ont pas de fonds pour les y recevoir gratuitement; que le sieur de Lauzi curé de saint Jacques de la Boucherie soient dans nostre bonne ville de Paris, & dans plusieurs autres villes & diocèses de nostre royaume, l'establisement des petits seminaires commencé par le sieur de Chanciergues en faveur des pauvres escoliers aspirans à l'estat ecclésiastique, qui n'ayant pas le moyen d'entrer dans les grands seminaires, abandonnent leurs études, perdent leur temps, tombent dans le dereglement, quittent la vocation ecclésiastique, & souvent ne réussissent dans aucune profession; que le sieur de Lauzi esleve ces pauvres escoliers dans une solide pieté, d'une maniere pauvre & simple, telles qu'ils l'auroient dans leur famille, ce qui les rend propres à remplir les emplois de l'église les plus pénibles & les plus abandonnez, comme les places de chapelains dans les hospitaux, de vicaires à la campagne, de maîtres d'école, & les cures de petits revenus, qui se trouvent quelquefois vacantes faute de trouver des ecclésiastiques accoustumés à une vie dure: Ayant aussi esté informé que le feu sieur abbé de Marillac persuadé de l'utilité de ces petits seminaires avoit donné, sous nostre bon plaisir, par son testament du 23. Fevrier dernier, en faveur dudit establisement, onze cens cinquante livres de rente constituées sur nos sydes & gabelles, avec deux maisons pour loger lesdits pauvres ecclésiastiques, qui, jusq'à present le sont retirez dans des maisons louées & empruntées, suppose toutefois que Nous voulussions donner des lettres patentes pour confirmer ledit establisement; nollredit cousin l'archeveque de Paris Nous a supplié de les accorder, Nous faisant connoître que ledit establisement est nécessaire dans son diocèse pour elever à l'estat ecclésiastique des sujets qui puissent remplir les inediocres emplois de l'église, & qui sont presentement occupés par divers ecclésiastiques, dont la plupart ne donnent pas l'édification que les peuples attendent d'eux. A ces causes & autres considerations à ce Nous mouvans, desirant contribuer de nostre part aux grands fruits que l'estat ecclésiastique & nos sujets reçoivent & peuvent de plus en plus recevoir d'un si louable & pieux establisement, de nostre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, Nous avons par ces presentes signées de nostre main, confirmé & confirmons l'establisement dans nostre bonne ville de Paris, des petits seminaires pour elever dans l'esprit de l'église les enfans dont on connoitra la vocation à l'estat ecclésiastique, lequel sera conduit & gouverné pour le spirituel & le temporel, sous l'autorité & jurisdiction dudit sieur archeveque de Paris, conformement & suivant les statuts & reglemens cy-attachés sous le contre-scel de nostre chancellerie. Permettons aussi pour establiir la subsistance & entretien de ce seminaire, outre la gratification de trois mille livres que Nous accordons en faveur de cet establisement, qu'il soit uni audit petit seminaire des benefices simples, selon les formes de droit: Voulons en outre que ledit sieur de Lauzi & autres que ledit sieur archeveque de Paris commettra pour la direction dudit seminaire & leurs successeurs, lesquels seront corps de communauté, acceptent & reçoivent les legs dudit feu sieur abbé de Marillac, & puissent à l'avenir accepter & recevoir toutes donations, legs testamentaires, fondations, biens, meubles & immeubles, & faire telles acquisitions qu'ils jugeront

nécessaires pour ledit œuvre, mesme enseigner les humanitez, philosophie & théologie à ceux qui seront admis audit seminaire, sans cependant qu'à cause des études ainsi faites, ils puissent prétendre aucun degre dans l'Université de Paris, aux droits de laquelle Nous n'entendons préjudicier par ces presentes; & de nostre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, Nous avons amorti & amortissons les pourpris & enclos dudit petit seminaire, sans qu'à raison de ce, Nous ni nos successeurs Roys puissions prétendre aucune finance, de laquelle Nous luy faisons don à quelle somme elle puisse monter, à la charge de l'indemnité & autres droits & devoirs appartenans à autre qu'à Nous. Si donnons en mandement à nos amez & feux Conseillers tenans nostre Cour de Parlement à Paris, que ces presentes ils fassent registrer, & du contenu en icelles jouir ledit petit seminaire pleinement, paisiblement & à perpetuité, cessant & faisant cesser tous troubles & empeschemens: Car tel est nostre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, Nous avons fait mettre nostre scel à cesdites presentes. Données à Versailles au mois de Decembre, l'an de grace mil six cens quatre-vingt seize, & de nostre regnè le cinquante-quatrième. Signé Louis. Et plus bas, Par le Roy, Phelypeaux. Visa, Boucherat.

Registrés, vuy le Procureur general du Roy, pour jouir par ledit petit seminaire de Paris, de leur effet & contenu, & estre executées selon leur forme & teneur, suivant l'arrest de ce jour. A Paris en Parlement, le vingt-huitieme Fevrier mil six cens quatre-vingt dix-sept. Signé DU TILLET. 1697.

## X V I I I.

Lettres patentes de confirmation d'establisement d'une Communauté d'estudians sous le titre de S<sup>r</sup> Esprit & de l'Immaculée Conception.

L OUIS, par la grace de Dieu, Roy de France 1726. & de Navarre: A tous presens & à venir, Salut. Nous avons esté informé que le feu sieur Claude François Poullart des Places prestre du diocèse de Rennes, mis par un mouvement particulier de l'esprit de Dieu, commença en l'année 1703. dans nostre bonne ville de Paris, estant alors âgé d'environ trente ans, un establisement consacré au saint Esprit sous l'invocation de la sainte Vierge conçue sans péché; que l'objet de cet establisement a esté de secourir & d'ayder de pauvres estudians dans leurs études, & de les elever dans la vertu pour servir utilement l'église; & comme il y a grand nombre de seminaires dans nostre royaume où l'on reçoit les jeunes ecclésiastiques en payant leur pension, du moins en partie, ledit sieur des Places a voulu qu'on ne reçût dans sa communauté que les pauvres estudians, qui avec de bonnes dispositions, manquoient de tous les secours nécessaires pour acquérir la pieté & la science que demande l'estat ecclésiastique. Il a voulu encore par cet establisement elever dans une vie dure & laborieuse, & dans un parfait desinteressement, des vicaires, des missionnaires & des ecclésiastiques pour servir dans les hospitaux, dans les pauvres paroisses, & dans les autres postes abandonnez pour lesquels les evesques ne trouvent presq'ue personne. Et afin que cet establisement fust utile à un plus grand nombre de sujets, il a voulu qu'on n'y reçût que ceux qui pourroient entrer en philosophie ou en théologie, & que les sujets qui auroient demeuré & rempli leur temps d'études de philosophie & de théologie pussent encore demeurer dans ladite communauté deux années pour y acquérir une veritable capacité, s'affermir dans la vertu, & se former aux fonctions du sacerdoce; qu'on ne pût y prendre aucun degre, afin de retirer ceux qu'on y eleve dans la vie obscure & cachée, & d'écarter

d'eux ce qui pourroit estre capable de leur donner du degout des emplois ecclesiastiques les plus inferieurs, & qu'on y reçut les saints ordres quand les eveques le jugeront à propos; que ledit sieur des Places étant mort en 1709. cette communauté a esté après luy gouvernée par des ecclesiastiques qui y avoient esté elevez, qu'elle est actuellement conduite par six d'entr'eux, & composée d'environ quatre-vingt personnes. Et comme l'esprit de cette communauté est de fixer la confiance en la Providence, elle n'a possédé jusqu'à present aucuns fonds, & n'a subsisté que des aumônes casuelles qui luy ont esté faites par des personnes de pieté, Nous sommes informez que le Seigneur a tellement bené cette bonne œuvre, que de tous ceux qui ont esté elevez dans cette communauté, aucun n'a demandé ni fait solliciter pour luy aucune cure, & ne s'est démenti pour les meurs ni pour la doctrine. C'est ce qui nous porte à accorder à cette communauté six cens livres sur nos grandes aumônes, & depuis une augmentation sur celle de nostre cassette; & plusieurs prelatz edifiés de cet établissement dont ils éprouvent les avantages pour l'eglise, l'ont aidée de leurs charitez, & ont engagé l'assemblée du Clergé à luy accorder en 1723. une pension de mille livres; plusieurs autres personnes font tellement dans le dessein de soutenir ce pieux établissement, que depuis peu le sieur Charles le Baigue prestre habitué de saint Medard à Paris, luy a legué par son testament un fonds de quarante quatre mille livres en rente sur l'hôtel de nostre bonne ville de Paris, à condition d'un annuel perpetuel, & que les sujets qui le composent assisteroient les festes & les Dimanches à l'office divin de ladite paroisse. Mais pour répondre à la charité des fidelles qui sont dans la disposition de favoriser encore cet établissement, il est nécessaire d'accorder nos lettres patentes pour valider ce legs & ceux qui pourront luy estre faits à l'avenir: A ces causes, après avoir fait voir en nostre Conseil l'approbation de nostre très-cher & très-ami cousin le cardinal de Noailles archevesque de Paris, cy-attachée sous le contre-scel de nostre Chancellerie. désirant contribuer de tout nostre pouvoir à un établissement si avantageux à l'eglise, & seul de son espece dans nostre royaume: Nous, de nostre grace speciale, pleine puissance & autorité royale, avons loué, approuvé & confirmé, louons, approuvons & confirmons par ces presentes, signées de nostre main, l'establisement de ladite communauté sous le titre du Saint Esprit & de l'Immaculée Conception: En consequence voulons & Nous plaist que ladite communauté soit gouvernée comme elle a esté jusqu'à present par les prestres du nombre de ceux qui y auront esté elevez, que l'un d'entr'eux soit eslu pour superieur à la pluralité des voix, pour avoir inspection & autorité, non-seulement sur les estudians, mais aussi sur ceux qui seront associez pour l'éducation de ces estudians, avec faculté d'admettre au nombre de ces estudians, ceux qu'il jugera capables d'en remplir l'es-

prit & l'institution, & de renvoyer ceux qu'il en jugera incapables. Permettons à ladite communauté d'acquiescer une maison & emplacement qui luy seront nécessaires pour leur établissement, laquelle maison & emplacement, clos & jardin en dependant seulement, de nostre mesme grace & autorité, avons amorti & amortissons à perpetuité comme consacrez à Dieu, pour en jouir par ladite communauté, franchement & quietement, sans qu'elle soit tenue d'en vuider ses mains, ni de Nous payer, & à nos successeurs Roys, aucune finance de laquelle, à quelle somme qu'elle puisse monter, Nous luy avons fait & faisons don & remisé par ces presentes, à la charge d'en payer les indemnitez, droitz & devoirs dont ils pourroient estre redevables envers d'autres que Nous. Permettons à ladite communauté d'accepter tous dons, legs & fondations, jusqu'à concurrence de six mille livres de rente seulement; validons, en tant que de besoin, le legs fait par ledit sieur le Baigue à ladite communauté avant d'avoir obtenu nos presentes lettres, que Nous voulons à cet égard avoir leur pleine & entiere execution. Si donnons en mandement à nos amez & feux Conseillers les gens tenans nostre Cour de Parlement, Chambre des Comptes à Paris, & à tous autres nos officiers qu'il appartiendra, que ces presentes nos lettres de confirmation, & le contenu en icelles, ils aient à faire entretenir, garder & observer sans qu'il y soit contrevenu en quelque sorte & maniere que ce soit, non-obstant tous edits & ordonnances à ce contraires, auxquels Nous avons dérogé & dérogeons pour cet égard seulement, & sans s'irer à consequence: Car tel est nostre plaisir. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, Nous avons fait mettre nostre scel à ces presentes. Données à Versailles au mois de may, l'an de grace mil sept cens vingt-six, & de nostre regne le onzieme. Signé Louis. Par le Roy, Phelypeaux. Vija Fleuriat. Pour confirmation d'establisement d'une communauté d'estudians dans la ville de Paris. Signé Phelypeaux.

*Registrees, oüy le Procureur general du Roy, pour jouir par lesdits impetrans & leurs successeurs en ladite communauté & seminaire, de leur effet & contenu, & estre executées selon leur forme & teneur, suivant & conformement à l'arrest contradictoire de la Cour, du vingt-deux janvier mil sept cens trente-un, & aux charges, clauses & conditions y contenues, suivant l'arrest de ce jour. A Paris, en Parlement, le dix-neuf mars mil sept cens trente-un. Signé DU FRANÇ. 1731.*

*Registrees en la Chambre des Comptes, oüy le Procureur general du Roy, pour jouir par les impetrans & leurs successeurs en ladite communauté, de l'effet & contenu en icelles, & estre executées selon leur forme & teneur, suivant & aux charges portées par l'arrest sur ce fait, le treize juillet mil sept cens trente-quatre. Signé DU CORNET. 1734.*



THE  
NEW YORK  
PUBLIC  
LIBRARY  
ASTOR  
LENOX  
TILDEN







